Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XX
D
29
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HENRICI BOCERI ICti.

INCLYTAE ACADEMIAE TVBINGENSIS quondam Profeſſoris, &c.

DISPUTATIONUM DE UNIVERSO QUO UTIMUR JURE, METHODO ELEGANTI CONSCRIPTARVM

PARS SECVNDA.

CONTINENS CLASSES POSTERIORES DUAS, JURIS STUDIOSIS, ET IN PALAESTRA FORENSI militantibus, ſummè utiles.

ÆDITIO TERTIA, PRIORIBVS MVLTO AVCTIOR & emendatior, cum Indice rerum & verborum fideli ac locupletiſſimo.

STUDIO ET OPERA

JOHAN-JACOB. Friſchen/ J. U. D. & ſupremi Dicaſterij Würtembergici Advocati.



ARGENTORATI,
Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.
ANNO M. DC. XXXIV.

MAGNIFICO, GENEROSO, *Nobiliſsimoq́; Domino,*

IOHANNI IOACHIMO A GRVENTHALL, IN KREMBSECK,

Herteneck, Tuſslingen, &c. Illuſtris Collegii quondam Ephoro, & adhuc Oppidi Tubingenſis Præfecto Superiori, Conſiliarioq; Ducis Württenberg. dexterrimo.

UT ET

Nobiliſsimis, Excellentiſsimisque Dominis,

CHRISTOPHORO BESOLDO
&
THOMÆ LANSIO.

Anteceſſoribus, ſeculiq; ornamentis,

Omnibus ſuis patronis ſummis, ac æternum colendis precatur omnem felicitatem

IOHANN IACOB Friſch D.

SACROSANCTA noſtra Themis, quæ non ſine veriſimili ratione Jovis aſſidere ſolio ab antiquis fingebatur, à nobis verò, ab unico Deo immortali, qui fons legũ, auctor Magiſtratuũ, & præſes Judiciorum eſt, proficiſci rectè creditur, Themis, inquam noſtra, pro diverſitate temporum & ipſorum, qui illam excoluêrunt, hominum, mutatione, ſepè vario ornatu, varioq; vultu exculta hactenus incedebat; Siquidem DEUS & natura hanc fixêre legem omnib. illis, quæ

 apud

apud nos geruntur, ut admirabili viciſſitudine quâdã ſubinde mutentur, novasq; formas induãt, etiam illa; quæ alioquin firma & quaſi æterna eſſe videntur; Nihil hoc loco de cœlo, quod ſingulis penè momẽtis novam ſiderum poſitionem repræſentat, nihil de terra, quæ, quanquam fixa eſt, tamen mirum quantum ſubinde variat, nihil de montibus, de fluminib. de hominibus ipſis, horumq; voluntatibus, quas & ipſas uſq; ad mortem ambulatorias eſſe Themidis ſacerdotes dicunt, nihil deniq; de reliquis artib. ac diſciplinis dicam; quæ & ipſæ per ſeculorũ ordines graduſq; devolutæ, diverſimodè ſe habuère, quis neſcit, quot facies, quot formas & ornatus, noſtra Themis, ſive Juſtitia exhibuerit, quæ tamen ipſa per ſe eſſe ſolet conſtantiſſima? Qualis Hebræorum tempore fuerit, cum Divinus ille Legislator Moyſes ex ipſo DEI ore mortalibus dictaſſet leges, hoc ſatis ſuperq; ſacræ teſtantur literæ; Quali deinde amictu induta fuerit Aſtræa noſtra, tempore Græcorum, cum Minois, Radamanti, Draconis, aliorumq; rigida mandata populis dictarentur, Reſq; publicæ iſtæ regerentur, hoc eorundem Hiſtorici ac authores graviſſimi ita declarabunt, ut hoc loco non opus ſit multa verba facere.

Qui in Romanorum monumenta & immortalia ſcripta mentis oculum immerget, Bone DEUS, quoties eandem noſtram Themidem videbit aliter ornatam ac veſtitam; Conferat quis Numæ tempora ad illud ſeculum, in quo ſub Tiberio, Caligulâ,

Clau-

Claudio, Nerone, aliisq; Senatorum turpiſſimæ adulationes, innocentium crudeliſſimæ cædes, Advocatorum aliorumq; perverſiſſimæ delationes vigebant, videbit ille tantam mutationem factam, quãtam ne in ſomniis ſibi quiſpiam imaginari queat. Aliud ſcilicet fuit Romæ ſeculum, cum C. Scipionis Naſicæ domus in viâ ſacrâ oraculum juris dicebatur; Aliud deinde fuit cum Aemilius Paulus, Papinianus, ille juris doctrinæ theſaurus, quemq; Imperator Septinius tanti fecit, ut eum præfectum prætorio conſtituerit, eidemq; moriens ſuos filios commendarit, cum, inquam, ab Antonio Baſſiano Caracallâ, fratricidâ, facinus excuſare juſſus, vbi cordatè abnueret, diceretq; facilius patrari, quàm excuſari parricidium, ſecuri fuerat percuſſus.

Interea ſi quiſpiam non ſolum diuturnum illud Legum ſilentium & quaſi profundiſſimam juris noctem ac caliginem, quæ ſub Longobardorũ fuit tempore, ſed etiam illud ſeculum, quo poſt repertas iterũ leges, in Apulia, ab Imperatore Lothario, Themis pauliſper in lucẽ prodeambulare juſſa eſt, ac primo in Italia deinde in Galliis, & poſt modò in Germaniâ doceri cœpit, ſi quiſpiam, dico, conferre & cõparare inſtituat cum hoc noſtro & ſuperiori ſeculo, profecto longiſſimo à ſe invicem intervallo illud vetus & hoc noſtrum novum diſtare ſeculum animadvertet; videbit illic adhuc magnam barbariẽ, ſermonem diſtortum, corruptum, triſtem; moles & ſtrui-

ces librorum pingues, ingentes, infinitas: Imò nihil niſi mare magnum vaſtum, & vix enavigãdum; Noſtro verò ſeculo coram intuebitur & contemplabitur illam venerandam Themidem in ſuo genuino vultu, & ſuccipleno corpore, nulla barbarie obũbratam nullis intricatis quæſtionibus involutam, ſed oratione purâ, methodo accuratâ, brevitate gratâ, teſtimoniis firmis, ſic excultam, ſic ornatam ac in publicam lucem productam, ut ad ejuſdem elegantiam ac puritatem nihil amplius addi poſſe videatur.

Et eandem non tam extranei Juris & Politices Conſulti quàm ex ipſa Germaniâ noſtrâ, lumina & columina orta, hoc amabili cultu induerunt, quorũ in Rempublicam merita prudentiam, fidem, gravitatem pietatem nulla temporum profunditas obſcurabit: Te, profectò, nulla tacebit dies *Ulrice Zaſi*, decus admirabile Juris: nec te futura ſecula ſilebunt, *Iohannes Sicharde*, Theodoſiani codicis vitam ac ſalutem: nec vetuſtas abſcondet *vos Uveſembeccios, Schneidevvinos, Schardios, Mynſingeros, Arumæos, Rittershuſios, Reinkingios, Berlichios, Freheros*, aliosque maximi nominis Jureconſultos, ac nunquam ſine honorifica præfatione nominandos, imprimis verò huic noſtræ florentiſſimæ univerſitati immortale nomen pepererunt, & ideò nunquam tacebunt multa ornamenta Juris, quorum nomina, quia per ſe clara ſunt, & omnibus mundi parietibus inſcripta, lubens impræſentiarum prætereo, contentus ſolâ

men-

mentione *Ampliſsimi ac Nobiliſsimi viri* HENRICI BOCERI, *Iuriſconſulti Iuſtitiæ & veritati tenaciſsimè inhærentis unicè, viri, ut in omni vita graviſsimi, laborioſiſsimi, & prudentiſsimi, ſic poſt vitam celeberrimi, laudatiſsimi, deſideratiſsimi*; Cujus opus Claſſicum, toties cuſum ac recuſum, totiesq; ab exteris quoq; expetitum, lectum ac commendatum, & à me, *Patroni ſummi*, ut videtis, multis locis auctum ac locupletatum, & ſic novâ aliquâ facie indutum, quod, inquam, *Veſtro Magnifico, Generoſo, ac Nobiliſsimo Patrocinio* conſecro, dedico, committo, non difficile eſt invenire rationes, ſiquidem vos eſtis qui omni tempore ſacroſanctam Themidem, mirifice excoluiſtis;

Tu Generoſe ac Nobiliſsime Iohann Ioachime à Grûenthal, &c. hactenus apud nos, non tam ipſe Juſtitiam tuis ulnis foviſti, nutriviſti, excoluiſti, quàm *tuos filios*, minimè degeneres, qui jam toties tam egregia ſpecimina in utroque Jure apud florentiſſimam univerſitatem noſtram edidêre, ita inſtitui curaviſti, ut his pauci inveniantur ſimiles, qui cum antiquiſſimâ proſapiâ tantam Eruditionis, legumque cognitionis nobilitatem conjunxerunt.

Tu deinde Ampliſsime Beſolde, Tuq; Lanſi Nobiliſsime, viri invidendâ omnium prope linguarum, omnium Hiſtoriarum, ac potiſsimum omnis Divini, humaniq; Iuris ac Politices cognitione inſtructiſsimi, tantis me hactenus beneficiis licet immerentem, feciſtis florentem, ut neſciam quo ore, quove affatu vos appel-

appellitare debeam, an ſcilicet patronos, an parentes, juſtiori titulo nominare ſit neceſſe. In ſumma *vos tres Patroni maximi*, non modo veſtris meritis in publicum Bonum ac patriæ ſalutem, literatos vobis obligaſtis, ut quicquid literatum, quicquid eruditum, pium, doctum, ac ingenioſum in lucem exit, vobis velut literarum Sratoribus & Eruditionis Cõſervatoribus meritò inſcribatur, dedicetur, conſecretur; ſed etiam favorabili veſtrâ in me indignum gratiâ, & patrocinio, meum animum ſic vobis vectigalem devotumque reddidiſtis, ut veſtræ Generoſitati, Nobilitati & Excellentię mea omnia debere, meque adeò totum oportere vobis conſecrare, hoc, ceu publico teſtimonio mihi fatendum. Dabam Tubingæ ex Muſæo 3. Febr. Anno 1634.

INDEX

CLASSIS QVINTAE,

Diſputatio Prima,

DE RERVM QVALITATE, & differentia.

THESIS I.

HACTENVS de adquiſitione, & amiſſione tum ſtatus perſonarum: tum obligationis & inde natæ actionis. Nunc de adquirendo, & amittendo rerum dominio nobis diſſerendum erit.

Hæc tranſitio & continuatio patet *ex theſi 2. diſputationis 5. claſſis 1.*

In adquiſitione, & amiſſione dominii rerum ſpectamus in univerſum tum ipſarum rerum qualitatem: tum quid ſit dominium rerum, & quæ ejus ſpecies: tum etiam ſigillatim ipſam adquiſitionem, & amiſſionem dominij rerum ſpeciei cujuſque; tum denique actiones, quæ nobis in res jure dominij adquiſitas competunt. 2

Qualitas rerum eſt conditio earum, quâ hoc vel illo modo ipſæ res ſe habent, & affectæ ſunt, [a] eaque ex diviſione earundem cognoſcitur. [b] 3

[a] Donell. *lib. 9. comment. cap. 21. pag.* 469. [b] Cujac. *in parat. ff. de diviſ. rerum & qualitat.*

Etſi autem rerum nulla nobis ubique vera appareant genera; ubertas tamen permagna modis quibuſdam diſtinguitur. Et primò quidem dividuntur res in corporales, & incorporales. Corporales res ſunt, quæ ſui naturâ ſub tactum, & viſum cadunt; ut ſunt fundus, homo, veſtis, aurum, argentum. 4

l. 1. §. quædam præterea. ff. de diviſ. rer. & qualit. & tit. Inſtit. de rebus corpor. & incorpor. in princ. & §. 1.

Corporales res vel mobiles ſunt, vel immobiles. Mobiles res ſunt, quæ integræ loco moveri, & ex uno loco in alium transferri poſſunt. [a] Etiamſi ingentis ſint ponderis & difficulter moveantur. [b] 5

[a] *l. ſi chorus 79. §. 1. ff. de legat. 3. l. à Divo Pio. 15. §. in venditione. 2. ff. de re jud. l. poſſideri. 3. §. ſi rem. 18. ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. verum. 25. ff. de furt. l. 2. ff. de ſuppellect. legat. l. ultim. §. 1. & 2. ff. de adquir. rer. domin.* [b] Argentræus *de Laudemiis. part. 30. ad. I. B. artic.* 408. *gloſ. 2.*

Mobiles res aut moventes ſunt, aut in ſpecie mobiles dicuntur. Res moventes dicimus animalia, quia ſe ipſa movent. Mobiles verò res in ſpecie vocamus res inanimatas. Fahrende Haab / Fahrnuß. 6

l. Moventium, 93. ubi vide Ioan. Gœdd. *num. 2. ff. de verbor. ſignificat, & l. un. C. de uſucap.*

transformand. Dn. D. Beſold. *in theſaur. pract. lit. F, num.* 3. obſtat *l. 2. ff. de ſup. legat.* Vult. *lib.* 1. *Iurisprud. Roman. cap.* 62. *num.* 6.

7 Res immobiles ſunt, quæ loco moveri nequeunt. [a] Atque hæ vel res ſoli ſunt, vel ſolo coherentes. [b] Ligende Gründe/ oder unbewegliche Güter.

[a] *l. quia acervus* 10. *ff. Quod vi, aut clam. l.* 1. *§. generaliter.* 4. *ff. de vi, & vi armat.* [b] *tit.* 1. *§. ult. ibi, aut ſolo coherentibus lib.* 2. *feudor.*

8 Cæterum quæſtionis eſt, quibus rebus annumerandi ſint piſces, utrum mobilibus, vel immobilibus? Si propagationis cauſa aſſeruentur in ſtagno, immobilibus accenſeri debent, [a] ſin cuſtodiæ tantum cauſa in ſtagno, vel alibi habeantur, mobilibus annumerantur rebus. [b]

[a] Quia acceſſoriè hoc caſu conſiderantur, & pars fluminis cenſentur, Hartman. Piſtoris *lib.* 1. *quæſt. jur. quæſt.* 24. *num.* 64. *& ſeqq.* Zaſ. *in epit. feud. part.* 4. *nu.* 2. *&* 3. Nec obſtat, quod multi cottidie extrahuntur: Non enim ſingula corpora, ſed ſpecies conſiderantur. *l. eum* 33. *ff. de ſervit. prædior. urb. l. Proponebatur.* 76. *ff. de jud.* [b] *l. lines* 15. *ff. de act. empti. & vendit.* Forſter. *de domin. cap.* 7. *num.* 79. *& ſeqq.* Molinæus *in conſuetud.* Pariſ. *tit.* 1. *§.* 1. *gloſſ.* 8. *num.* 18 Ludolph. Schrader. *de feud. part.* 2. 9. *part. princ. ſect.* 4. *num.* 10. Papæ, *deciſ.* 91 *num.* 5. Dubitatur quoque de auri & argenti fodinis: ſed eas immobilibus connumerandas eſſe verius eſt. Vt poſt alios quos ſequitur Berlichius *part.* 3. *practicab. concluſ. concl.* 35.

Res ſoli ſunt fundi; [a] qui vel ſinguli conſiderantur, vel in univerſitate,
9 [b] veluti territorio, [c] Ducatu, Marchia, Comitatu, Baronia. [d]

[a] *l.* 1. *ibi, ſive mobiles ſint, ſive ſoli; quare fundum quoque. ff. de Triticar. act. l. quam Tuberonis* 7. *§. in peculio autem, ff. de pecul. l.* 1. *§.* 1. *ff. de rei vindicat. l. un. verſ. Ideo per præſentem, C. de uſucap. transform.* [b] *l. Pupillus* 239. *§. Territorium, ff. de verbor. ſignif.* [c] *Tit.* 14. *in princ. lib.* 1. *Feudor. & tit.* 10. *libr.* 2. *Feudorum.* [d] *c. fundamenta, in fine, ibi. ſub nomine Comitatus, Baroniæ, titul de elect. in* 6.

Res ſolo cohærentes ſunt res ſolo junctæ, ut, arbores, [a] ædificia, [b] caſtra,
10 [c] molendina, [d] ſylvæ, [e] lacus, & ſtagna. [f]

[a] *l. ſi alius fecerit.* 7. *§. Notavimus* 5. *verſ. at qui arbores, l. interdictum.* 19. *ff. quod vi, aut clam.* [b] *l. quia acervus.* 10. *ff. quod vi aut clam, l. adeò.* 7. *§. cùm in ſuo ſolo, ff. de adquir. rer. dom. §. cùm in ſuo ſolo* 29. *Inſtit. de rer. diviſ.* [c] *tit.* 4. *§. item ſi vaſallus poſſederit caſtrum, lib.* 1. *Feudor junct. d. t.* 1. *§. ult. lib.* 2. *feudor.* [d] *l. quæſitum eſt.* 12. *§. mola. junct. §. ſeq. & l. cùm fundus* 21. *verſ. de molis, ff. de inſtruct. vel inſtr. leg.* Hering. *de molend. quæſt.* 8. *nu.* 10. Tyraquel. *de retract. lignar. §.* 1. *gloſſ.* 7. *nu.* 92. [e] *l. item ſi fundi* 9. *§. ult. & l. ſeq. l. ſi abſente* 48. *§. ult. ff. de uſufruct.* [f] *l. quid tamen* 10. *§. agri, vel loci, & §. ſeq. ff. quibus modis uſusfruct. vel uſus amitt. l.* 1. *§. lacus eſt, & §. ſeq. ff. ut in flum. public.*

11 Sunt quidem & fructus pendentes res ſolo cohærentes, ſiquidem pars fundi dicantur; [a] at ſi eorum finem ſpectes, qui in ipſis à ſolo ſeparatis cernitur, res potiùs mobiles, quàm immobiles cenſentur. [b]

[a] *l. fructus pendentes.* 44. *ff. de rei vindicat. l. Iulianus* 13. *§. ſi fructibus, ff. de actionibus empt. & vendit.* vide Didac Covar. *lib.* 1. *variarum reſolut. cap.* 15. *num.* 1. Vbi uſum hujus concluſionis vide. [b] Vt pulchrè oſtendit Tyraquell. *de retract. gentilit. §.* 1. *gloſſ.* 7. *nu.* 42. 43. 44. *& ſeqq.* Hartman. Piſtor. *lib.* 1. *quæſt. jur. quæſt.* 24. *num.* 49. Molinæus *in conſuetud. Pariſ. §.* 1. *gloſſ.* 8. *nu.* 25. Diſſentit Ant. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 49. *nu.* 91.

12 Quæritur de pecunia, prædiorum emptioni deſtinata, an mobilis ſit, vel immobilis? Nos eam mobilem eſſe affirmamus.

Per l. fundi 17. *§. ea, quæ.* 10. *ff. de actionibus empt. & vend. l. ligni* 55. *§. ſi lignum* 7. *ff. de legat.* 3. Facit quoque arg. *l. librorum.* 55. *§. unde* 5. *& §. ſeq. ff. d. t.* Sed multi diſſentiunt, de quibus Andr.

Digitized by Google

Andr. Geil. lib. 2. obſerv. pract. obſerv. 11. Videantur omnino de hac quæſtione Hotoman. quæſt. illuſtr. 15. Forſter. de domin. cap. 7. num. 50. & ſeqq. Menoch. lib. 4. præſumpt. 138. Pinel. ad l. 1. part. 2. num. 45. & ſeqq. C. de bon. matern. abſolutè Nebelkrë. lib. 1. deciſ. forenſ. 11. per tot.

Eſt quoque res mobilis pecunia ex venditione prædii redacta. 13

Aliud enim eſt precium, aliud res ipſa. l. fundum. 28. ff. de novat. l. ſi alij. 42. §. 1. ff. de uſufruct. l. Nemo. 82. ff. de verb. oblig. Et nummus ex re furtiva redactus, non eſt furtivus. l. qui vas. 48. §. ultim. ff. de furt. Et qui ex uno teſtamento habet æſtimationem, ex altero rem petere non prohibetur. l. Mævius 66. §. 1. ff. de leg. 2. l. planè 34. §. 2. ff. de legat. 1. Res item empta ex pecunia mea, non eſt mea. l. ſi ex ea. 6. C. de rei vindicat. Neque ex pecunia dotali res comparata eſt dotalis. l. ex pecunia 12. C. de jur. dot. Nec ex pecunia pignori obligata, eſt pignorata. l. idemq́ 10. §. ult. ff. qui pot. in pignor. habeantur.

Incorporales res ſunt, quæ ſuâ naturâ tangi, & videri non poſſunt, ſed tantùm intellectu percipiuntur; ut ſunt ſervitutes prædiorum, uſusfructus, uſus, habitatio, hereditas, bonorum poſſeſſio, feudum, nomina, & actiones. 14

dict. l. 1. §. Quædam præterea. ff. de rerum diviſion. & qualitat. & dict. §. Incorporales. & §. ultim. Inſtitut. de rebus corporalibus & incorporalibus. De hereditate eſt quoque textus in l. hereditas 50. in prin. ff. de petit. hered. ſed, vide Alciat. & Brechæum in l. nihil aliud. 24. ff. de verb. ſign. De bonorum poſſeſſione in l. 3. §. 1. & 2. ff. de bonor. poſſeſſ. De feudo eſt textus in tit. 1. §. ult. ibi, uſusfructus verò, lib. 2. feudor. De nominibus, & actionibus eſt text. in d. §. incorporales, ibi, Et obligationes, Inſt. de reb corporal. & incorporalibus. Vide Dn. D. Beſold. in diſſertat. Iuridic. Politic. de jur. & diviſ. rer. cap. 5. num. 12. pag. m. 43. Forſter. de domin. cap. 7. num. 34.

Has autem res ideò à mobilibus, & immobilibus ſeparamus, quia neque mobiles, neque immobiles ſunt, aut dici poſſunt. 15

Per l. 2. in princ. C. de quadriennij præſcript. l. à Divo 15. §. in venditione, §. Sic quoque. & §. Item quid dicemus, ff. de re judic. l. cùm hereditas, 36. ff. ad Senatusconſult. Trebell. l. heredes 25. §. 1. ff. famil. erciſc. l. quam Tuberonis ſententiam 7. §. In peculio. ubi Bart. ff. de pecul. l. ultim. ff. de donat. l. 1. §. exactio C. de rei uxor. act. Arius Pinell. poſt alios ad rubric. C. de bonis mater. part. 1. num. 24. & Iohan. Köpen deciſ. 24. num. 7. Matth. Berlich. part. 3. concluſ. 34. num. 5. ubi alios citat. Hotoman. lib. 3. obſerv. cap. 3. Vid. Iacob Schultes in addition. ad Modeſtin. Piſtor. quæſt. 124. num. 5. 14. & ſeqq. Haud pauci tamen ſecus ſentiunt. Vide Petr. Peck. de teſtamentis conjug. lib. 5 cap. 30. num. 5. ubi eleganter de hac quæſtione ſcribit.

Cæterùm quandoque res incorporales eodem jure cenſentur, quo res immobiles: quippe cùm ſervituti idem jus tribuatur, quod rei immobili:[a] Et annona civilis eodem jure habeatur, quo res immobilis:[b] Reditus item annui ad tempus longum duraturi rebus immobilibus accenſeantur:[c] ut & ſi ex bonis immobilibus debeantur.[d] Tum etiam nomina, & actiones immobilium rerum nomine competentes, in rebus immobilibus numerentur.[e] 16

[a] l. 2. C. de ſervitut. & aquæ. [b] Novell. 7. de non alienand. vel permutand. reb. eccleſ. in princ. §. Hac ergo nos. verſ. Vult enim illa. ibi, nam & hæc inter immobilia ſunt numeranda. [c] Mynſinger. cent. 1. obſerv. 69. & Andr. Geil. lib. 2. obſervat. practic. obſerv. 10. Et maximè reditus fundiarii, etiamſi pacto ſint redimibiles, Molin. ſuper conſuetud. Pariſ. tit. de cenſib. §. 57. num. 8. & §. 1. num. 3. 4. & ſeqq. Idem ſentit de reditibus hiſce fundo annexis ſive adhærentibus, Caroc. deciſ. 103. nu. 16. & ſeqq. Vide etiam conſultat. conſtitut. Saxon. part. 2. quæſt. 23. vide etiam Fichard. conſil. german. conſil. 45. num. 18. & conſil. 60. nu. 4. [d] ita tradunt quos refert & ſequitur Matth. Berlich. part. 3. concluſ. 34. num. 6. [e] ita ſentiunt quos prolixè citat Berlich. part. 3.

Digitized by Google

*concluſ.*33.*num.*50. Qui enim actionem habet ad rem immobilem, ipſam rem habere videtur. *l. is qui, actionem. ff. de reg. jur.* Et obligatio dividua, & individua cenſetur ex re in eam deducta. *l. Stipulationes non dividuntur. 72. & l. 2. §. 1. l. 4. §. 1. l. in executione 85. ff. de Verbor. obligat.* Item obligatio, & actio certa, vel incerta dicitur reſpectu ejus, quod obligatione continetur. *l. ubi autem. 75. ff. d. tit. & l. certi 9. ff. de rebus cred.* His rationibus accedit etiam autoritas gloſſ. *in dict. Novell. 7. in princ. Verſ. Vult enim illa, in Verb. numeranda.* Iaſ. *in l. ultim. num.* 122. *C. de jur. emphyteut.* Paul. Caſtr. *ad l. quam Tuberonis. 7. §. fin. ff. de pecul.* Anton. Gomez. *Tomo 2. commentar. cap.* 10. *num.* 2. Andr. Alciat. *ad l. Moventium 93. ff. de Verb. ſignificat.* Andr. Tyraquell. *de retract. gentilit. §. 1. gloſſ. 7. num.* 1. Pinel. *ad rubric. Cod. de bonis mater. part. 1. num.* 33. Andr. Geyl. *lib. 2. obſervat. practic. obſervat. 11. num.* 10. Vide Hartman. Piſtoris *lib. 1. quæſt. jur. quæſt. 26. num.* 27. & in Scabinor. Lipſenſ. *reſolut. quæſt. inſign. quæſt.* 82.

17 SECVNDO diſtinguuntur res, quod vel in patrimonio noſtra habeantur, vel extra noſtrum ſint patrimonium. [a] In patrimonio noſtro habentur res, quæ ſingulatim noſtræ ſunt. [b] Eæque aut fiſcales ſunt, aut omnino ſunt privatæ. [c]

[a] *l. 1. in princ. Verſ. quod autem & Verſ. ſeq. l. in tantum 6. §. 1. ff. de diviſ. rerum & tit. Inſtit. de rerum diviſ. in princ.* [b] *d. l. 1. in princ. Verſ. Privata autem. & l. in tantum 6. §. univerſitatis. Verſ. Ideoque. ff. de diviſ. rer.* [c] *l. 3. §. pen. ff. de jur. fiſc. l. 1. ibi, ſive privata, ſive fiſcalis, C. de pæna jud. qui male judic. l. 1. §. Sed & conſtitutio, ibi, vel privatis, vel fiſcalibus, ff. de calum. §. Theſauros, Verſ. Cui convenient, ibi, in fiſcali. Inſtit. de rer. diviſ. & §. ult. ibi, quæ in fiſcalibus alienationibus. Inſtit. de uſucap.*

18 Res fiſcales appellantur, quæ ſunt in Principis, tanquam Principis, Patrimonio; [a] cujuſmodi ſunt regalia minora. [b]

[a] *l. 2. §. Hoc interdictum 4. ff. Ne quid in loco public. l. pacta conventa 72. §. ult. Verſ. ſed in patrimonio fiſci. ff. de contr. ab. empt.* Hotoman. *lib. quæſt. Illuſt. quæſt.* 1. [b] *Tit. 56. quæ ſint regalia.* ubi Hotoman. & alii. De regalibus autem infrà diſputatione peculiari agemus.

19 Privatæ res ſunt, quas quiſque tanquam privatus in ſuo patrimonio habet; [a] Quales etiam ſunt res Principis, non ut Principis, ſed ut privati, veluti, Arcadij, Honorij, Antonini, Ferdinandi, Maximiliani, Rudolphi. [b] Cujuſmodi res dicuntur etiam Principis ſubſtantia, res dominicæ, item patrimoniales res. [c]

[a] *d. l. 1. in princ. Verſ. Privata autem, ff. de diviſ. rer.* [b] *§. ult. Inſtit. de uſucap. l. cùm ſervus 39. §. ult. ff. de legat. 1. & l. 3. C. de quadrien. præſcript.* [c] *l. pen. & ult. C. de fund. patrim. lib.* 11. Hotoman. *lib. quæſt. Illuſtr. quæſt.* 1.

20 Privatæ res vel in bonis noſtris ſunt, vel ſunt ex bonis noſtris, ſive (quod idem eſt) extra bona noſtra.

l. 1. ff. de uſu & uſufruct. legat. l. Rem in bonis 52. ff. de adquir. rer. dom. l. 2. §. In hac actione 22. ff. Vi bonor. raptor. l. ult. §. Non ſolùm autem, ff. Quæ in fraud. creditor. l. libertus 36. ibi, Prædia ſunt aliqua ex bonis liberti, ff. de bon. libertor. & §. ult. Inſt. de Vi bonor. raptor.

21 In bonis noſtris dicuntur eſſe res, quarum dominium noſtrum eſt, ut eas poſſidentes exceptione tueri & retinere, & amiſſas actione in rem recuperare poſſimus.

l. Rem in bonis. 52. ff. de adquir. rer. dom. junct. d. l. 2. §. In hac 22. ff. Vi bonor. rapt. & §. ult. Inſtit. de Vi bonor. rapt.

22 Ex bonis, ſive extra bona noſtra dicuntur eſſe res, quæ quidem noſtræ non ſunt, intereſt tamen noſtrâ, eas nobis non auferri; ut ſunt, quas bonâ fide

Digitized by Google

fide poſſidemus, quarum item uſumfructum, vel quod aliud jus habemus; tum etiam quæ nobis commodatæ, locatæ, pignoratæ, vel apud nos depoſitæ ſunt.

d.l.2.§.In hac actione 22.ff.de Vi bonor.rapt. & *d.§.ult.Inſtit.Vi bonor.raptor.* Vide Iohan. Gœdd. *ad l.Bonorum appell.tit.10.49.nu.15.* & *ſeqq.ff.de Verb.ſign.*

Ad hanc diſtinctionem referimus quoque uſumfructum, & ſervitutes, quas in bonis noſtris eſſe dicimus. 23

Per l.in Venditionem 8.in princ.ff.de reb.aut judic.poſſ. Sed obſtare Videtur l.1.ff.de uſu, & *uſufruct.legat.*

Extra patrimonium noſtrum res eſſe dicuntur, quæ ſingulatim noſtræ non ſunt.[a] Atque hæ vel communes ſunt, vel publicæ, vel univerſitatis, vel nullius.[b] 24

[a] *l.1.in princ.Verſ.Quod autem,* & *Verſ.ſeq.l.In tantum 6.§.1.ff.de diViſ.rer.* [b] *§.1.Verſ.Quadam enim,junct.§.ſingulorum.Inſtit.de rer.diViſ.* Sed obſtare videtur huic diviſioni. *l.2.ff.de diViſ.rer.Vid.l.4.ff.d.t.*

Res communes ſunt, quæ quidem proprietate nullius ſunt in bonis, uſu tamen, & conditione adquirendi ad omnes gentes pertinent; ut ſunt aër, volucres cœli, aqua profluens, mare, & litus maris, item inſula, & piſces in mari nati, gemmæ, lapilli, qui in litore maris habentur, & feræ beſtiæ. 25

§.Equidem naturali, & *§.Feræ igitur beſtiæ.Inſtitut.de rer.diViſion.l.2.§.1.l.3.* & *l.4.ff.de diViſ.rer l.1.l.2.l.3.* & *l.Quod in litore 14.ff.de adquir.rer.dom.l.litora 51.ff.de contrah.empt.* & *Vendit.l.3.§.1.ff.Ne quid in loc.publ.*

Aqua profluens eſt ipſa fluminis aqua, quæ eſt communis quoad ipſum potandi, & lavandi uſum. 26

Cujac. *in notis ad.§.equidem.Inſtit.de rer.diViſ.in Verb.aqua profluens,* docet, aquam profluentē diſtingui à flumine ſolo uſu, communis eſt aqua fluminis, quatenus eam ſumere &, uti ea quis poteſt. Publicum verò eſt flumen, quatenus in ipſo piſcari, & navigare cuilibet licet.

Publicæ res ſunt, quę ad certum aliquem populum, veluti populum Romanum pertinent; earumq; uſus vel jure gentium communis eſt omnium, vel ipſi tantum populo deſtinatus. 27

Cujac. *in not.poſterioribus ad tit.Inſtit.§.2.* & *ibid.etiam* Franciſc. Hotoman. & Donell. *lib.4.comment.cap.2.*

Publicæ res ſunt, quæ ad certum aliquem populum pertinent, publicis ipſius uſibus deſtinatæ; ut quæ ad populum Romanum pertinent. 28

l.Bona ciVitatis.15.l.eum qui.16.l.inter publica.17.ibi, nec quæ publicis uſibus deſtinata ſunt, ff.de Verbor.ſignific.l.2.§.ad ea igitur loca, ibi, quæ publico uſui deſtinata ſunt, ff.ne quid in loc.public.

Hujuſmodi res ſunt flumina perennia, & portus, itemque riparum uſus;[a] tùm etiam alveus fluminis.[b] 29

[a] *§.flumina autem 2.* & *§.Riparum,4.Inſt.de rer.diViſ.l.4.in fin.* & *l.ſeq.ff.de diViſ.rer.l.1.§.item fluminum quædam ſunt perennia,ff.de fluminib.* [b] *§.quod ſi naturali 23.Inſtit.de rer.diViſ.l.1.§.ſi inſula,ff.de fluminib.Vid.* Regner. Sixtin. *lib.2.de regalibus.cap.3.per tot.* Ubi latè de fluminibus agit, In Saxonia olim tres ſylvæ publici juris fuerunt, Landrecht. *lib.2.artic.61.* Heigius *lib.1.quæſt.15.num.23.*

Et licet litus maris commune ſit; attamen alicubi jure gentium publicum, id eſt, populi Romani eſt. 30

l.3. in princ.ff. ne quid in loc.publ. & §.litorum quoq;, Inſt. de rer. diviſ.

31 Vniverſitatis res ſunt, quæ in univerſum ad certam aliquam civitatem pertinent, non pro parte ad ſingulos cives.

l.In tantum 6. §. univerſitatis ff. de diviſ. rer. & §. univerſitatis. 6. Inſt. de rer. diviſ.

32 Quod de civitate dicimus, exaudiri quoque debet de pagis, & vicis.

per l. Si heres 73. §.1. ubi gloſſ. ff. de Legat. 1.

33 Sunt autem res civitatis in duplici differentia; quædam enim in publico uſu habentur, ut theatrum, ſtadium, forum, & cætera uſibus civitatum perpetuò expoſita. [a] Quædam verò pecuniâ civitatis continentur. [b] Illæ à commercio ſunt exemptæ; hæ non item. [c]

[a] *d.l. In tantum 6. §. univerſitatis, ff. de diviſ. rer. & dict. §. univerſitatis, Inſtitut. de rer. diviſ.* [b] *l. Sed Celſus 6. in princ. ff. de contrah. empt. & vend.* [c] *d. l. Sed Celſus 6. in fine princ. junctâ l. Si in emptione 34. §. omnium, ff. d. t. & §. Idem juris eſt, Inſtit. de inutilib. ſtipulat.*

34 Qui communi, publicâ, vel univerſitatis re, publico uſui deſtinatâ, uti prohibetur, veluti qui in mari, aut flumine publico piſcari, vel in univerſitatis balneo lavare, vel in theatro ſpectare, vel in campo publico ludere ab aliquo prohibetur, contra ipſum impedientem injuriarum actionem movere poteſt.

l. Injuriarum 13. §. ult. ff. de injur.

35 Res nullius propriè dicuntur, quæ non humani, ſed divini juris ſunt, veluti res ſacræ, religioſæ, ſanctæ.

l.1. in princ. & l. in tantum 6. §. Sacra, & §. ſeq. ff. diviſ. rer. §. nullius, 7. Inſtitut. de rer. diviſ. Dn. D. Beſold. *in dict. diſcurſ. de jure & diviſ. rerum. cap. 1. num. 4.*

36 Res ſacræ ſunt, quæ Deo ritè, & publicè ſunt conſecratæ; [a] quæ conſecratio antiquitus fiebat per ſolos Pontifices, [b] vel Imperatores. [c] Novo autem jure fit per Epiſcopos cujusque loci. [d]

[a] *d.l. In tantum 6. §. ſacra autem res, & l. ſacra 9. in princ. ff. de diviſ. rer.* [b] *§. Sacra res, Inſtit. de rer. diviſ.* [c] *d. l. Sacra 9. §. 1. ff. d. tit.* [d] *Novell. 67. cap. 1. & Novell. 131. cap. 7.* Dn. D. Beſold. *dict. diſcurſ. cap. 5.* Et hæc ſunt pertinentiæ territorij in quo ſitæ ſunt. *c. conſtitutus. 6. c. cum venerabilis. 7. c. cum dilectus 8. ubi not. extr. de relig. domib.* Weſenb. *conſil. 193. nu. 51.* Proinde tranſeunt cum territorio gloſſ. & Dd. *in l. in modicus in pr. ff. de contrahend. empt. vendit.*

37 Res ſacræ vel ad Dei cultum directò, & immediatè deſtinatæ ſunt; ut templa, donaria, libri ſacri, calices, & omnis alia ſuppellex ſacra; [a] vel ad miniſterij ſuſtentationem potiſſimum Deo conſecratæ ſunt, veluti decimæ, reditus annui Eccleſiæ, ejusque prædia. [b]

[a] *§. Sacra, Inſt. de rer. diviſ. & l. Sancimus 17. C. de SS. Eccleſ.* [b] *can. Præſulum 16. quæſt. 5. can. conceſſo vobis, & can. ſeqq. 12. quæſt. 2.* Hæredes non poſſunt res ſacras in privatum redigere uſum, etiamſi Religio ſit mutata. Weſenb. *conſil. 193. nu. 54.*

38 Religioſæ res dicuntur ſepulchra humani corporis. [a] Sed ut locus religioſus fiat jure Canonico, non ſufficit humani cadaveris illatio, ſed inſuper neceſſe eſt, ut accedat conſecratio Pontificis, vel Antiſtitis. [b]

[a] *d.l. In tantum 6. §. religioſum, ff. de diviſ. rer. & §. religioſum, Inſtit. de rer. diviſ.* [b] *c. Ad haec ext. de religioſis domib. & tot. tit. ext. de ſepultur.*

39 Locus autem purus, in quem mortuus infertur, proprius ſit, neceſſe eſt, vel communis; in quem tamen invito ſocio extraneus inferri non poteſt.

In lo-

In locum alienum conſentiente domino inferre licet; cujus etiam ratiha-
bitio hîc ſufficit.

l. Si plures 41. ff. de relig. & ſumpt. funer. & §. In communem, & §§. ſeqq. Inſt. de rer. diviſ. Sed hodie in ſingulis ferè Paræcijs publicè conſtituta ſunt cæmeteria, in qua mortuos ſuos inferre quilibet poteſt.

Cenotaphia autem religioſa non ſunt. 40

l. ſed Divi fratres 7. ff. de diviſ. rer. l. Vel quod 6. in fin. ff. de relig. & ſumpt. funer. obſt. ut d. l. in tantum 6. in fine, ff. de diviſ. rer. Ioachim. Cluten. *in diatrib. nov. Iuſtin. lib. 1. diatrib. 16. q. 14.*

Res ſanctæ dicuntur, quæ ab injuria hominum ſanctione pœnali defen- 41
ſæ, ſubnixæ, atque munitæ ſunt; veluti muri, non ſolùm urbis, ſed & muni-
cipii; item portæ, leges, & legati.

l. ſanctum 8. l. ſacra 9. §. propriè, & §. ſeq. l. ult. ff. de diviſ. rer. §. ſancta, Inſtit. d. t. In muris municipiorum Bart. & alii diſſentiunt. Vide Menoch. *de arbitr. judic. lib. 2. cent. 5. caſ. 453.*

Sunt quidem & hæ res divini juris, verùm non abſolutè, ut res ſacræ, & 42
religioſæ, ſed quodammodo.

l. 1. in princip. ibi, quodammodo divini juris ſunt, & d. l. ſacra 9. §. propriè, ff. de diviſ. rer. §. ſancta quoque, ibi, quodammodo divini juris ſunt. Inſtitut. eodem titul.

Qui autem muros civitatis violat, ſcalis admotis tranſcendit, cùm ho- 43
ſtile id ſit, capite punitur. [a] Quin etiam ſine Principis, vel Præſidis autori-
ritate muros nec reficere, nec aliquid eis cōjungere, vel ſuperponere licèt. [b]

[a] *l. ult. ff. d. tit.* Forſter. *lib. 2. de interpretat. Iur. cap. 2. §. 4. num. 4. & ſeqq.* Gerhard. *decad. 4. quæſt. 3.* Gœdd. *ad l. res appellatio 5. num. 17. ff. d. verb. ſignif.* Diſſent. Boër. *deciſ. 232.* Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 68. num. 29.* Hieron. Magon. *deciſ. 90. num. 14.* Roland. à Valle. *conſil. 84. num. 24. & ſeq. Vol. 2.* Coraſ. *ad l. fin. ff. de diviſ. rer.* Farinac. *in prax. criminal. lib. 1. tit. 3. quæſt. 20. num. 152.* Berlich. *deciſ. aur. 70. num. 3.* [b] *d. l. ſacra 9. §. pen. ff. eod.*

TERTIO diſtinguuntur res hoc modo: Quarundam rerum commer- 44
cium eſt, quarundam non eſt commercium. [a] Illarum dicimur quoque ha-
bere commercium: harum verò commercium habere negamur. [b] Illæ item
in commercio eſſe; hæ commercio exutæ, ſive exemptæ dicuntur. [c]

[a] *l. ſed Celſus 6. in princ. ff. de contrah. empt. & vendit.* [b] *l. quadam 62. ff. de adquir. rer. dom. l. multum 34. ff. de verb. oblig. l. filiusfam. 114. §. ſi quid alicui, ff. de legat. 1. l. Mortuo bove 49. §. Labeo, & §. ſeq. ff. de leg. 2.* [c] *l. ſi in emptione 34. §. 1. ff. de contr. empt. & vendit.*

Commercium eſt jus alienandæ, & comparandæ rei. Vnde ejus rei com- 45
mercium eſſe traditur; Item illius rei commercium habere dicimur, quam
alienare, & comparare nobis poſſumus. Quam non poſſumus alienare, vel
comparare, ejus commercium non eſt, non habemus illius commercium.

Vlpian. tit. Inſt. 19. de dominiis. Et eſt text. *in l. ſtatu liberi 29. verſ. quoniam lex ff. de ſtatu lib. & in legib. ad præcedentem theſin adſcriptis.*

Quarundam autem rerum commercium planè nullum eſt; quædam ve- 46
rò in commercio ſunt hominum aliquorum. Nullum quarundam rerum
eſt commercium vel naturâ, vel jure. Naturâ commercium eſt nullum ea-
rum rerum, quæ neque in rerum naturâ ſunt, neque futuræ ſperantur, ut
animal mortuum, Hippocentaurus, domus exuſta, & hereditas viventis. [a]
Iure commercium eſt nullum rei ſacræ, religioſæ, ſanctæ, publicæ, univer-
ſitatis, liberi hominis, rei Principis, fundi hoſtium, [b] & eorum, quæ

ædibus,

ædibus, porticui, balneis, tabernis, & popinis licitè ædificatis juncta ſunt. [c]

[a] *d.l.ſi in emptione* 34. *§.*1. *l.domum* 57. *in princ.ff.de contr. empt.* & *vendit.d.l. mortuo bove* 49. *in princ.ff.de leg.*2. *l.*1. *ff.de heredit.vel act.vendit.l.qui ſuperſtitis* 94. *ff.de adquir.vel amitt. hered.* [b] *d.l.ſi in emptione* 34. *§.*1. & *l.ſed Celſus* 6. *in princip.ff.de contr.empt.§.idem juris eſt, ſi rem ſacram, Inſtit. de inutil.ſtipu.l. cùm ſervus* 39. *§. ult.ff.de legat.*1. *l. liber homo* 103. *in fin. ff. de verb.oblig.* [c] *l.cæteræ* 41. *§.*1. & *§§.ſeqq.ff. de legat.*1. *l.fideicommiſſa.*11. *§.ſi quis illicitè, ff.de legat.*3. *§.non ſolùm verſ.ſed ſi talis ſit res, Inſtit.de legat.*

47 Quorundam hominum commercio exemptæ res hæ ſunt: Chriſtianum mancipium exemptum eſt commercio Iudæi, pagani, hæretici; [a] militia commercio ſervi eſt exempta: [b] prædii provincialis commercium ademptum eſt provinciarum Præſidibus. [c]

[a] *tot.tit.C.ne Chriſtian.mancip.haret.vel Iud. hab.* [b] *d.l.fideicommiſſa,*11. *§.ſi ſervo. ff. de legat.*3. [c] *l.qui officij* 62. *ff.de contrah.empt.* & *vendit. d.l.Mortuo bove* 49. *§. Labeo* & *§.ſeq.ff.de Legat.*2. *confer l.multum* 34. *ubi Cujac.* & *Donell.ff.de verb.oblig.*

48 In prædictas rerum diſtinctiones incidit & illa, qua res aliæ divini, aliæ humani juris eſſe dicuntur. Nam divini juris dicuntur res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ. Humani juris ſunt res communes, publicæ, univerſitatis, & ſingulorum.

d.l.in princ.ff.de diviſ.rer.

Clas. V. Disputat. II.

DE DOMINIO, ET EIUS SPECIEbus, maximè verò de ſpecie prima, poſſeſſione ſcilicet, & illius adquiſitione, retentione, & amiſſione.

THESIS I.

Cognita rerum qualitate & differentia, de earundem dominio, & hujus ſpeciebus nobis diſpiciendum erit. Et primùm quidem de illius ſpecie prima, poſſeſſione ſcilicet, & ejus adquiſitione, retentione & amiſſione.

2 Dominium eſt jus [a] in re, [b] quo ea patrimonij noſtri eſt, [c] proque noſtro arbitrio [d] rectè [e] tractari poteſt.

[a] Bart. Iaſ Alex. & alii *ad l.ſi quis vi.*17. *§.differentia, ff.de acquir.* & *amitt.poſſ.* Gœddc. *ad l. Rectè.*25. *n.*7. *l.bonorũ,*49. *n.*7. & *n.*9. *in fin.ff.de verb.ſign.* [b] uti arguit Rubr. *de adquir.rer.dom.* atq; hoc differt dominiũ ab obligatione, quæ eſt jus non in re, ſed in perſona, *l.actionum.*25. *in princ.verſ.in perſonã actio eſt, ff.de oblig.* & *act.junct.§.*1. *Inſt.de obligat.* & aliud eſſe dominiũ, aliud obligationẽ, patet *ex l.*2. *ff.d.ſtip.ſerv.l.*3. *in princ.ff.d.obligat.* & *actionib.* [c] *Inſtit.de rer. diviſ.in princ.junct.§.ſingulorũ, l.bonorum* 49. *§.in bonis,* & *l.ſciendũ* 70. *§.ult.ff. de verb.ſign.* unde rectè Weſemb. *ad Rubr.Inſt.de rer.diviſ.n.*4. Dominiũ definit jus, quo res noſtra eſt: quãvis hanc definitionẽ Dominus Gœddeus *ad d.l.bonorum, n* 7. *ff.de verb.ſign.* carpat, ſed immeritò. Etſi enim uſucapione, donatione, ſucceſſione, traditione res noſtræ ſint, attamen uſucapio, donatio, ſucceſſio, traditio, jus non ſunt, ſed facta, [d] *l.in re mandata* 21. *C.Mandati* [e] *per text.in §.ſed* & *major aſperitas, verſ.expedit enim, Inſtit. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt,* & *l.*2. *ff. de his, qui ſui vel ali.jur.ſunt.* Vide Gilken. *in præludad tit.Inſtit.de rer.diviſ.num.*41. Duaren. *lib.*1. *diſput.anniverſ.cap.*17.

Species

Species dominij tres ſunt; [a] dominium poſſeſſionis, [b] dominium pro- 3
prietatis, [c] dominium juris. [d]

[a] Alii duas ſpecies faciunt, dominium proprietatis & dominium juris, Gœdd. *ad d. l. Rectè 25. nu. 5. & ad d. l. bonorum 49. nu. 8. ff. d. verb. ſig.* [b] *l. 2. C. de probat. l. 1. ibi, dominium poſſeſſionis, Cod. Greg. ſi ſub alter. nom. res exemt. fuer. & l. 2. ibi, dominium poſſeſſionis. C. Theodoſ. de maternis bonis,* Cujac. *in parat. ff. de adquir. rer. dom. & lib. 10. obſerv. cap. 16. & lib. 3. notat. ad libros animadverſion. Iohannis Robert. cap. 9.* Iohann. Borcholt. *ad tit. de adquir. poſſ. cap. 6. nu. 17.* Gœdd. *ad d. l. rectè dicimus 25. nu. 7. ad d. l. bonorum 49. nu. 8. & ad d. l. quaſtio. 115. n. 4. ff. d. verb. ſign.* [c] *l. ſi cuius 13. ibi, proprietatis dominus, l. ſed ſi. 16. ibi, proprietatis dominus, l. dominus 57. in fin. ibi, ad dominum proprietatis, ff. de uſufr. l. ſi tibi 17. ibi. dominium proprietatis, ff. quibus modis uſusfr. amitt. l. proprietatis dominium 4. C. d. probat. l. ſi ita 16. §. 1. ibi, dominus proprietatis, l. fructus 33. ibi, nuda proprietatis dominus, ff. de rei vindicat.* [d] Cujuſmodi jus eſt, ſervitus, uſusfructus, juriſdictio, Ius regale, feudum, &c. quarum rerum ſimiliter dominium eſt, vide Ioan. Robert. Aurel. *lib. 3. ſent. cap. 18.* Herm. Vulteius *lib. diſcept. Scholaſt. c. 19.* Gœdd. *ad d. l.* rectè dicimus 25. *n. 70. & ad d. l. bonorum. 49. nu. 8. ff. d. verbor. ſignif.*

Dominium poſſeſſionis eſt jus, quo poſſeſſio rei noſtra eſt. 4

De hac poſſeſſionis acquirendæ vel amittendæ materia vide Dn. D. Magirum. Præceptorem & Patronum meum colendum *in tractat. ſingul.* adde Mindan. & Menoch. *de interdict.* Merend. *lib. 2. cap. 16. & ſeqq.*

Eſt autem poſſeſſio detentio [a] rei, cum affectione ſibi, id eſt, pro ſua, [b] 5
eam habendi, conjuncta.

[a] *l. 1. in princ. §. 1. & §. 5. ff. de adquir. poſſ. l. ab hoſtibus 15. §. ult. ibi, poſſeſſoris detentatio, ff. ex quibus cauſis major. & l. quod dicitur. 5. in princ. ibi, in rerum detentatione, ff. de impenſis in res dotales factis.* Hoc genus agnoſcit quoque Cujac. *in parat. ff. de adquir. poſſ. & in parat. C. d. acquiren. vel retin. poſſ. & lib. 9. obſerv. cap. 33.* & Ioan. Borcholt. *in Comment. in tit. de acquir. poſſ. cap. 1. nu. 8. & 9.* & confert huc, quod poſſeſſio omnis facti eſt, *dict. l. 1. §. 3. ibi. Eam enim facti non juris eſſe, l. poſſeſſionem 29. verſ. quod eſt enim facti, ff. d. acquir. poſſ. & l. denique 19. ff. ex quibus cauſ. maior. quamvis etiam juris ſit, l. poſſeſſio 49. §. 1. ff. de acquir. poſſ.* Donell. *lib. 5. Comment. cap. 6. pag. 341. & verſ. Si poſſidere, & pag. 343.* Duaren. *ad l. 1. ff. d. t.* Cujac. *in parat. C. d. adquir. & retin. poſſ. & lib. 18. obſerv. cap. 24.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. pract. obſerv. 129. nu. 3.* Fachin. *lib. 8. controv. jur. cap. 5. in fin.* Eſt autem detentio non ſolum ab initio cum adquiritur, ſed & cum adquiſita eſt poſſeſſio, Donell. *lib. 5. comment. cap. 6. pag. 341. verſ. Si poſſidere.* Siquidem non niſi à corpore incipiat, & tandiu retineatur quandiu corporalis poſſeſſio repeti poteſt, *l. 3. in prin. §. Nerva, ff. de adquir. poſſ.* Donell. *d. cap. 6. pag. 343. verſ. Proferuntur.* Et poſſeſſio alia eſt vera, alia quaſi poſſeſſio, ut infra dicetur. ita & detentio, alia vera eſt, alia quaſi detentio. [b] Qui enim alieno nomine in poſſeſſione, ut colonus, inquilinus, depoſitarius, commodatarius, verè non poſſidet, ſed in poſſeſſione eſſe dicitur, *§. poſſidere autem videtur, Inſt. de interdict. l. certè 6. §. 1. ff. de precario, l. ſi quis ante 10. §. 1. l. quod meo nomine 18. in princ. ff. de acquir. vel amittenda poſſ.* Vnde etiam negatur poſſidere, *l. 3. §. ſed ſi is 20. ff. d. t. & l. certè 6. §. 1. ff. d. precario.* Siquidem per eum alius poſſideat. *d. §. poſſidere autem videtur, Inſt. de interd.* vide Cujac. *lib. 9. obſer. cap. 33. & lib. 18. cap. 24. & in parat. C. de acquir. & retin. poſſ.* Bachov. *in not. ad Treutler. vol. 2. diſp. 21. theſ. 1. lit. E. pag. m. 253. & ſeqq.*

Circa poſſeſſionem quadruplex inſpectio incurrit. Vna, de qualitate, & 6
differentia poſſeſſionis. Altera, de poſſeſſionis adquiſitione. Tertia, de retentione poſſeſſionis: Quarta de poſſeſſionis amiſſione.

Qualitas & differentia poſſeſſionis ex ipſius diviſionibus patet, quæ va- 7
riæ ſunt; & primò poſſeſſio alia juſta eſt, alia injuſta. [a] Illa etiam bonæ fidei: hæc malæ fidei, poſſeſſio dicitur. [b]

[a] *l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. vel amitt. poſſ. l. 2. l. 3. in princ. ff. uti poſſid. l. 2. l. 3. in prin.*

Digitized by Google

ff. de precario. [b] *d.l.3. §. Vel etiam poteſt dividi, ff. de acquir. Vel amitt. poſſ.* Cujac. *lib. 9. obſer.* 33. Fachin. *lib. 8. controv. 5.* Gilken. *de uſuc. part. 2. membr. 3. cap. 1. nu. 32. & ſeqq.* Conan. *lib. 3. comment. cap. 10. nu. 1. &* 5. Vaud. *lib. 1. quaſt. 3.*

8 Iuſta bonæ fidei poſſeſsio eſt, quæ conſtat puro & recto poſſeſſoris animo, ab omni fraude ſejuncto, [a] ut quando quis ex juſta cauſa, veluti titulo emptionis, donationis, permutationis, &c. poſsidet ab eo, quem putat poſſeſsionis transferendæ jus habuiſſe. [b]

[a] *per l. bonæ fidei emptor. 109. ff. de verb. ſignif. l. qui ſcit 25. §. in alieno fundo, & §. ult. ff. de uſur. l. 4. & l. ſeq. C. de rei vindicat. l. res bona fide 54. l. ſi eum 68. ff. de contrahend. emt. l. bonæ fidei 48. in princ. & §. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. ſi fructuarius 13. in fin. ff. quib. mod. uſusfruct. amittatur. l. item veniunt 20. §. eos autem, junct. §. ait Senatus, verſ. bonæ fidei poſſeſſor. l. quod ſi 37. & l. ſeq. l. utiles 39. §. 1. l. illud 40. in pr. & §. 1. ff. de petit. hered. l. ſumptus 48. & l. ſi eius fundi 78. ff. de rei vindicat.* [b] *l. qui à quolibet 27. ff. de contrahend. empt. l. 3. ff. de leg. Fab. de plagiariis.*

9 Eſt quoque juſta & bonæ fidei poſſeſsio precaria poſſeſsio [a] Item poſſeſſio ſequeſtraria. [b]

[a] *l. ſi ſervus depoſitus 22. §. 1. ff. de nox. lib. action. l. quaecunque 13. §. 1. ff. de publ. in rem act. l. communi 7. §. inter prædones, ff. Comm. divid.* Iohan. Borcholt. *in Comm. in tit. d. adquir. poſſeſſ. c. 2. in prima poſſeſsion. diviſ. nu. 6.* [b] *l. Intereſſe 39. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. & l. licet 17. §. 1. ff. depoſit.*

10 Injuſta & malæ fidei poſſeſsio eſt, quæ poſſeſſoris læſa rei alienæ conſcientia conſtat, [a] cùm mala fides nihil aliud ſit, quàm læſa alienæ rei ſcientia. [b]

[a] *l. ſi fur 32. §. 1. ff. de uſurpat. & uſuc. l. qui fundum 7. §. qui bona fide, & §. qui ſciens, ff. pro emptore, l. item veniunt 20. §. petitam, ff. de petit. hered. l. 2. C. d. r. l. ſi ab eo 12. ff. de uſuc. l. ſi fundum 17. C. de rei vind.* [b] Harmenop. *lib. 1. epit. tit. 3. de actio. & tempor.*

11 Quis igitur jure permittente, & magiſtratus authoritate rem alienam ſciens poſsidet, juſtus & bonæ fidei poſſeſſor eſt, cum læſam conſcientiam non habeat: qualis eſt, qui emit à procuratore, vel tutore alicujus, atque hunc alienandi jus habere exiſtimat, [a] & cui à bonæ fidei poſſeſſore ſervus noxæ datur. [b]

[a] *l. bonæ fides* 109. ubi Gœdd. *ff. de verb. ſign.* [b] *l. & generaliter 28. ff. de noxal. actio.* Cujac. *lib. 18. obſerv. cap. 24.*

12 Atqui rem precariò poſsidet, & eius reſtitutionem repetenti domino denegat, malæ fidei poſſeſſor eſt.

l. communi 7. §. Iulianus, ff. Commun. divid. l. 1. in princ. & §. perpetuò, ff. uti poſſidet. l. ſi quis diuturno 10. in fin. ff. ſi ſervitus vindic. l. 1. in princ. & l. ſed ſi vi armata 14. ff. de vi & vi arm.

13 Eſt item malæ fidei poſſeſsio, quam creditor ſine traditione & voluntate debitoris nactus eſt, ſive ſtipulando, ſive vendendo, vel aliter promiſſa ſit poſſeſsio.

l. ſi ex ſtipulatione 5. ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. Borcholt. *dict. cap. 2. in prima poſſeſſ. diviſ. num. 7.*

14 Cæterùm, quæri hic poteſt, an bona vel mala fide poſsideat, qui à vero quidem domino, ſed contra leges poſsidet, qualis eſt conjux, ex donatione conjugis rem poſsidens? Nos hunc malæ fidei poſſeſſorem eſſe dicimus. [a] Vt

& eum,

Digitized by Google

& eum, qui ex venditione à domino facta poſsidet, traditione ſimpliciter facta ita ut neque precium ſit numeratum, neque venditori expromiſſore aut pignore ſatisfactum, neque venditor emptoris fidem ſit ſecutus. [b]

[a] Tum, quia prohibita eſt donatio inter virum & uxorem, *tot. tit. ff. & C. de donat. inter vir. & uxor.* Tùm, quia conjux ex donatione conjugis, quid poſſidens, pro poſſeſſore poſſidet, *l. quod uxor. 16. ff. de acquir. poſſ. l. nec ullum. 13. §. 1. ff. de hered. petit.* pro poſſeſſore autem qui poſſidet, mala fide poſſidet, *l. pro herede. 11. §. ult. ff. de hered. petit.* Cujac. *ad tit. ff. pro herede vel pro poſſ.* Idq; etiam haud obſcurè convincitur *ex l. quia quod 6. ib, id aut ſine cauſa, aut ex injuſta cauſa, & l. ſi uxor. 19. ibi, hoc enim bona fides poſſeſſoribus conceſſum eſt, ff. de donat. inter vir. & ux. & l. per ſervum 57. ff. de adquir. rer. dom.* Deniq; conjugem rem ſibi à conjuge donatam mala fide poſſidere ſentit quoq; Duar. *ad l. 1. §. Si vir. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. & ibi* Cujac. Item Dominus Vulteius *lib. diſcept. Scholaſt. c. 20. pag. 231 fac 2.* Gœdd. *ad l 109. n. 5. ff. de verb. ſignif.* [b] *per §. Venditæ verò. ff. de rer. diviſ. l. Quod vendidit.* 19. ubi Mudæus *nu. 7. & 8. ff. de contrah. empt. & vendit.*

Secundò, poſſeſsio, ſi ſpecies eius ſpectes, alia civilis eſt, alia naturalis. [a] 15
Nulla verò civilis & naturalis ſimul eſt rei ejuſdem. [b]

[a] *l. 1. §. dejicitur. ff. de vi & vi arm. l. 2. §. quod vulgò. ff. pro herede, l. 3. §. fin. ff. ad exhib. l. ſtipulatio iſta habere licere 38. §. hac quoque ſtipulatio, ff. de verb. oblig.* Non deſunt tamen, qui negant poſſeſſionem ſpecie differre, quos memorat & refutat Iohan. Borch. *in Comment. tit. de acquir. poſſ. c. 2. in 3. diviſ. poſſ. nu. 3. & ſeqq* [b] Species enim illæ ſunt contrariæ, proindeq; in idem ſubjectum cadere non poſſunt. Et poſſeſſio civilis eſt licet quis corpori naturaliter incumbat ex juſta adquirendi dominii cauſa. *l. 3. §. ult. ff. ad exhibend. l. 1. §. 9. ff. de vi & vi arm.* Non obſtant *l. 1. §. 1. l. 3. §. Neratius §. Nerva l. cum heredes 23. ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* Illis enim locis per naturalem poſſeſſionem ſignificatur corporalis rei detentio, quæ propriè & in ſpecie non eſt poſſeſſio naturalis.

Civilis poſſeſsio eſt, quando quis ex juſta acquirendi dominii cauſa ſive 16
titulo rem poſsidet opinione, animo, & cogitatione domini. [a] Cujuſmodi poſſeſsio jure conſiſtere dicitur, [b] id eſt, jure civili, [c] ſcilicet ob juſtum titulum adquirendi dominii, qui imbuit animum poſſeſsoris opinione domini:

[a] *l. ſi ſervus depoſitus 22. §. 1. ibi, non tamen opinione domini, ff. de noxalib. act. l. quæcunq; 13. §. 1. ibi, ut credat ſe dominum eſſe ff. de publ. in rem act. l. pen. verſ. cùm igitur, ibi, poſſeſſor domini cogitatione, C. de furtis l. 38. §. 7 ff. de verb. oblig.* Cujac. *lib. 9. obſerv. c. 33 & in paratit. C. de acquir. & retin. poſſ.* Iohan. Borch. *in Comm. in tit. de adquir. poſſeſs. c. 2. ſub tertia poſſeſs. diviſ. num. 12.* Alias definitiones alii adferunt, quas proponit & refutat Iohan. Borch. *dict. loc. nu. 11.* [b] *l. nemo 10. C. de adquir. & retin. poſſ.* [c] *l. ſtipulatio 38. §. hac quoque, ff. de verb. oblig. l. ſi eum qui, ff. de donat. inter vir. & uxor.*

Naturalis poſſeſsio eſt detentio rei alienæ animo ſibi habendi eam, citra 17
tamen juſtum & adquirendi dominij titulum & opinionem dominii. [a] Cujuſmodi poſſeſsio corpore conſiſtere dicitur. [b] eſt tamen & hæc legitima. [c]

[a] *per text. ad præcedentem concluſionem adpoſitos ſub lit. C. & text. in l. ſi ſervus depoſitus §. 1. ff. de noxalib. actionib.* & docet ita Cujac. *lib. 9. obſerv. cap. 33. & in parat. C. tit. de adquir. poſſ.* Creditor pignus, & qui precario rogavit juſtè poſſidere dicuntur, at non opinione domini, *d. l. ſi ſervus, §. 1. ff. de noxalib. act.* uterque autem naturaliter poſſidere dicitur, *l. debitor. §. ult. ff. de pign. act. l. 4. §. 1. ff. de precario.* [b] *l. Nemo 10 C. de adquir. & retin poſſ.* [c] *d. leg. Nemo C. eodem,* Cujac. *lib. 18. obſerv. cap. 24.*

Sic naturaliter poſsidet, qui injuſtè, puta vi aut clàm poſsidet, [a] ut & qui 18

Digitized by Google

poſſidet precariò: [b] conjunx item rem ſibi à conjuge donatam naturaliter tantùm poſſidet, [c] & filiusfamil. rem à patre donatam, [d] creditor quoque rem ſibi pignori datam naturaliter poſſidet. [e]

[a] *l.1. §.ult. & l. 2. l.3. ff. uti poſſ. junct. l.1. §. dejicitur. & §. ſeq. ff. de vi & vi arm.* Cujac. *lib.9. obſerv. cap.33.* Borch. *in comment. in tit. ff. de adquir. poſſ. cap.2. in tertia poſſ. diviſ. nu.13. pag.62. fac.2.* [b] *dict. leg. quacunque. 13. §.1. ff. de public. in rem act.* [c] *l. ſi eum 26. in princ. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. nec ullam 13. §.1. ff. de petit. hered. l.1. §. ſi vir, & l. quod uxor. 16. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* [d] *l.2. §. ult. ff. pro harede.* [e] *l. ſi rem 9. §. propriè. l. eùm & ſortis 35. §.1. & l. debitor. 40. §. ult. ibi. qua corporalis. ff. de pign. act. junct. l.3. §. ult. ff. ad exhib. & l. ſervi. 16. ff. de uſucap.*

19 De uſufructuario, an poſſideat, & quidem naturaliter, non incommodè hîc quæritur? Nos eum naturaliter, [a] non verè tamen [b] rem fructuariam poſſidere concludimus.

[a] *l. naturaliter 12. in prin. ff. de acquir. poſſeſſ.* Dn. D. Beſold. *in delibat. ad 7. lib. ff. quaſt. 6.* Merenda. *lib.6. cap.26.* [b] *l. certè. 6. §. is qui rogavit. ff. de precario. l. pen. §.1. in fin. ff. qui ſatiſd. cog. l. adquiritur. 10. §. ult. ff. de adquir. rer. dom. & §. fructuarius verò. Inſt. per quas perſonas cuiq; acquiritur, & l. raptores. 54. §. ſin autem Diaconiſſa, C. de Epiſc. & Cler.* Cujac. *lib. 9. obſerv. cap.33.*

20 Ipſum verò jus utendi, fruendi ſibi quaſi poſſidet, & quidem civiliter.

l. ult. ibi, ſi uſusfructus ſibi quis defendat poſſeſsionem, ff. uti poſsidet. l. adquiritur. 10. §. ult. ſed habet jus utendi fruendi. ff. de adquir. rerum domin. l. ait Prator. 23. §. Item et, ibi. Vſusfructus quaſi poſſeſsione amiſit. ff. ex quibus cauſ. maior. l.3.4.5. ff. ſi uſufruct. pet. Cujac. *lib.18. obſerv. c.24.* Henric. à Roſenthal poſt alios *Tract. feudal. cap.8. concluſ.1. nu.10. & ibid. in addit. ſub lit. H. & cap.7. concluſ.17. nu.9. in fin.* Vult. *ad prin. tit. Inſt. de interdict. nu.19.*

21 Vaſallus autem [a] & emphyteuta, [b] item ſuperficiarius [c] prædium feudale, emphyteuticum, & ſuperficiem naturaliter poſſident.

[a] *tit.2. §.1. tit.3. tit.10.12. lib.1. feud. tit.8. §. ult. lib.2. feud.* [b] *l. penult. §.1. verſ. ſed & qui vectigalem. ff. qui ſatiſdat. cog. l.3. l. quicunque 7. l. jus 11 C. de fundis patrimonialibus. & l.1. in fin. ibi, emphyteuticariis poſſeſſoribus, C. de mancipiis & colonis, lib.11. & l. 1. in fin. ff. ſi ager vectig.* De utroque, Vaſallo ſcil. & emphyteuta, poſt alios idem ſcribit Iohan. Borch. *in Comment. ad tit. de adquir. poſſ. cap.2. nu.13. pag.63. fac.2. & pag. ſeq.* [c] *l.1. §.1. verſ. & quia melius eſt, §.2. verſ. neque exigit. ff. de ſuperficiebus.*

22 Vtrùm autem duo eandem rem in ſolidum poſſideant, unus civiliter, alter naturaliter, unus juſtè & bona fide, alter verò injuſtè & mala fide, quæſtio eſt nodoſa? nobis opinio negantium probatur.

Per text. in l. ſi ut certo. 5. §. ult. ff. commodati. l. poſsideri. 3. §. ex contrario. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. l. duo. 19. in prin. ff. de precario. c. licet cauſam. §. ex pramiſſis, extra. de probat. obſtare videtur l.3. in prin. ff. uti poſsidet. & l. & habet. 15. §. eum, ff. de precario. Bachovius *in not. ad Treutler. vol.2. diſput.21. theſ.1. lit. D. pag.269. & theſ.4. lit. K. pag. m.321. & ſeqq.* vide Cujac. *lib.9. obſerv. cap.32. & ſeq.* & Ioh. Borch. *in Comment. ad tit. de acquir. poſſ. cap.6. nu.18. & ſeqq.* Arumæ. *exercit. ad Inſtin. 19. quaſt.17.* Bronchorſt. *cent.3.* ἐναντιοφ. *aſſert.82. & cent.4. aſſert.1.*

23 Tertiò, poſſeſſio alia vera eſt, alia quaſi poſſeſſio. [a] Vera poſſeſſio eſt detentio rei corporalis, [b] in commercio exiſtentis. [c]

[a] *§.1. ibi, cum de poſſeſsione aut quaſi poſſeſsione. Inſt. de interdict.* [b] *l.3. in prin. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. junct. l.4. §. ſi viam. ff. de uſurp. & uſucap.* [c] *per text. theſ.25. adſcriptos.*

24 Quaſi poſſeſſio, eſt uſus rei incorporalis, qualis res eſt uſusfructus, ſervitus, & quodvis aliud jus.

l. ſi quis

Digitized by Google

l. ſi quis diuturno 10. in princ. ff. ſi ſervitus vindicet, l. ait prætor. 23. §. item ei, ff. ex quibus cauſ. maior. l. 3. §. pen. ff. de vi & vi arm. l. apparet. §. pen. ibi, velut longæ poſſeßionis, ff. de itinere actuq; privat.

Eſt item quaſi poſſeſſio rerum, quæ ab hominum commercio exemtæ 25
ſunt, ut ſunt res ſacræ, & religioſæ, [a] tùm etiam liber homo [b] & res Univerſitatum, ut forum, baſilica, & his ſimilia. [c]

[a] per l. 2. §. quadam interdicta, ff. de interdict. [b] d. l. 2. §. quadam, ff. d. t. l. 1. §. per hanc, ff. de rei vindicat. junct. l. 4. ff. de adquir. poſſ. [c] d. l. 1. §. ult. ff. d. t.

Et quia propriè non poſsidentur jura, iccircò ſæpenùmero poſsideri ne- 26
gantur, [a] ut & res commercio hominum exutæ. [b]

[a] l. 4. §. ſi viam. ff. de uſurpat. & uſucap. l. 1. §. unde eſt quæſitum, verſ. quod neque, ff. quod legator. d. l. 3. in princ. ff. de adquir. poſſ. [b] l. 1. §. per eum, ibi, nam nec filiam, l. qui univerſas. 30. §. 1. ff. d. tit.

Poſtremò poſſeſsio eſt rei propriæ, vel alienæ rei, quippe cùm & rē, quæ 27
proprietate noſtra eſt, poſsideamus: poſsidemus item ſæpè rem alienam.

l. 1. §. Hujus autem 2. in fin. ff. uti poßid. §. poßidere autem videtur, Inſt. de interd. l. generaliter. 9. l. ſi quis rem 20. l. ſi aliquam 28. l. qui univerſas 30. §. ult. ff. de acquir. poſſeſſ.

Sequitur de poſſeſsionis acquiſitione, circa quam conſideramus tum 28
perſonas, per quas cuique poſſeſsio acquiritur: tùm res, quarum poſſeſsionem acquirere poſſumus: tùm etiam cauſas adipiſcendæ poſſeſsionis: tùm denique modos poſſeſsionis acquirendæ.

Adquirimus poſſeſsionem & per noſmetipſos, & per alios, [a] modò tales 29
ſint, ut habeant intellectum poſsidendi. [b]

[a] l. 1. §. adipiſcimur, & §. item adquirimus, ff. de adquir. poſſ. & tit. Inſtit. per quas perſonas cuiq; adquiritur. [b] d. l. 1. §. caterùm 9. ff. de adquir. poſſ.

Et licet quis pupillus infans, ſit poſſeſsionem tamen rei traditæ tutore 30
autore adquirit. [a] Major autem infante pupillus, etiam ſine tutoris autoritate poſſeſsionem nanciſci poteſt. [b]

[a] l. 3. C. de adquir. & retin. poſſ. d. l. 1. §. furioſus, & §. quod ſi impuberem, l. quamvis 32. §. infans, ff. de acquir. poſſ. De d. l. 3. C. de adquir. poſſ. aliorum aliud eſt judicium, vide Hackelm. illuſtr. quæſt. diſput. 20. theſ. 3. lit. A. Dn. Obrechtus intelligit, de infante, qui aliquem intellectum habet. Cævallos in ſpecul. commun. opin. quæſt. 601. [b] d. l. quamvis 32. §. pupillus tamen, ff. d. t.

Alii, per quos adipiſci poſſeſſionem poſſumus, ſunt, tum filiifam. & ſervi 31
poteſtati noſtræ ſubjecti, tum etiam quidam extranei.

Filiifam. & ſervi noſtri acquirunt nobis, etiam ignorantibus, poſſeſsio- 32
nem earum rerum, quas peculiariter [a] & juſtè [b] tenent.

[a] l. 1. §. item adquirimus, l. 3. §. caterùm 13. & l. 4. l. peregrè 44. §. quæſitum. ff. de acquir. poſſ. & l. juſto 44. §. ult. ff. de uſurpat. & uſucap. Quidam volunt, quod etiam extra cauſam peculii nobis ignorantibus adquirant ſervi, gloß. ad l. 1. §. 5. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. & Cujac. lib. 24. obſerv. 9. [b] l. quod ſervus 24. ff. d. t. Quatenus patri per filium acquiratur eleganter tradit Illuſtris Enenkel. in tract. de privileg. parent. & liberor. privil. 4. cap. 1. & ſeqq.

Quinetiam nobis invitis, noſtri ſervi poſſeſsionem rerum acquirunt 33
peculiari nomine, quas tenent, [a] non tamen hereditatem. [b]

[a] l. etiam invitis 32. ff. de acquir. rerum domin. & §. item vobis acquiritur, verſ. Hoc enim vobis. Inſtit. per quas perſonas cuique acquiritur, §. ſed ſi heres, Inſt. d. t. [b] l. adquiritur 10.

§.1.l.etiam 32.ibi, penè, ff.de acquir.rer.dom. l.quemadmodum 64. ff.de jur.dot. l. ſervus 62. ff. de verb. oblig. Quanta olim inter ſervos & filiosfamilias ratione acquiſitionis differentia fuerit, tradit Anton. Fabr. *lib.7. conjectur. jur. civil. cap.9.*

34 Proindeque & infanti, item furioſo, per ejus ſervum peculiari nomine poſſeſsio acquiritur.

d.l.1.§.item acquirimus, verſ.igitur, & l.quamvis 32.in fin. ff. de acq. poſſ.

35 Si quid autem teneat filiusfamil: aut ſervus, non ex cauſa peculii, ejus poſſeſsio, ut acquiratur parenti, vel domino, ſcientia horum neceſſaria erit. [a] Vnde pupillus per ſervum ſive puberem, ſive impuberem acquirit poſſeſsionem, ex alia quam peculiari cauſa, ſi tutore autore juſſerit eum ire in poſſeſsionem. [b]

[a] *d.l.peregrè 44.§.quæſitum, ff.de acqu.poſſ.* [b] *l.1.§.pupillus per ſervum 13.ff.d.tit.*

36 Et licèt dominus ſervum impuberem miſerit ad poſsidendum, incipiet poſsidere.

d.l.1. §. quod ſi impuberem, ff. d.t.

37 Peculium [a] tamen adventitium proprietatis jure [b] ut pleno jure peculium caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe, [c] filiifam ſibi non patri acquirunt.

[a] *Quid peculium, quæ ejus ſpecies, expoſuimus in diſput.24.claſſis 3.* [b] *l.cùm oportet 6.l.cùm non ſolum 8. in pr. verſ. ſive è contrario, & §. ult. auth. ut liceat matri auth.idem, C.de bon.quæ lib. §. quod autem ex alia cauſa Inſtit. per quas perſonas cuiq; acquiritur.* [c] *§. igitur liberi, 1. Inſtit.d.tit. l.2. ff.ad Senatuſconſ. Maced & l.ult. ff.ad SC. Tertull.* De peculio adventitio. &c. vide Forſter. *de domin. cap. 6. nu.35. & ſeqq.*

38 Cæterùm mortuo filiofamil. caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe peculium occupat pater, jure peculii, non hæreditario jure, [a] filio quoque deportato, hoc peculium patri non aufertur, [b] & poteſt pater quaſi dominus, caſtrenſi prædio ſervitutem adquirere, non autem imponere, [c] & per omnia ferè in caſtrenſi peculio pater ſimilis eſt domino, cui bonis ob diſſolutos mores interdictum eſt. [d]

[a] *l. proponebatur 9. ff. de caſtrenſ.pecul. l.1. §.ſi is, qui bona, ff. de collat. bonor. l. ultim. ff. ad SC. Tertull.* [b] *l.3. C.de bonis proſcript.* [c] *l.ex caſtrenſi 18.§.ſervos.ff.de caſtr.pecul.* [d] *d.l. 18. §.ſervos. ff. d.tit.*

39 Extranei, per quos etiam poſſeſſionem acquirimus, ſunt ſervi alieni, vel liberi homines: Servi alieni, ut quorum uſumfructum, vel uſum habemus, aut qui bona fide nobis tanquam proprii ſerviunt: Hi enim ex tribus cauſis poſſeſsionem nobis acquirunt, veluti ex re noſtra, ex operis ſuis, [a] & ſi contemplatione noſtri heredes ab aliquo ſint inſtituti: [b] extra has cauſas, quod acquirunt, ad proprietarium pertinet. [c]

[a] *l.1.§.per eum, ff.de acquir.vel amitt.poſſ. §. de iis autem ſervis. Inſtit. per quas perſonas cuique acquir. l. acquiritur, 10. §. de his autem ſervis, ff.de acquir. rerum domin. l. ſi ſervus. 21. ff. de uſufruct. l. per ſervum. 14. ff.de uſ. & hab. qui tamen uſum duntaxat ſervi habet, illi jus non eſt locandi operas eius, quamvis in re à ſe conducta illius operâ uti poſsit. l. plenum. 12.§. ſi uſus miniſterii, & dict. l. per ſervum. 14. ff. de uſ. & hab.* [b] *dict. leg. ſi ſervus 21. & l. ſeq. ff.de uſufruct.* [c] *d.§.de iis autem. 4. verſ.idem placet. Inſtit. per quas perſon. cuique & ac. & d.l. acquir. 10. §. de his autem. ff. de acquir. rerum domin.* vide Dn. D. Magir. *ad tit. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſs. cap.4. nu.13. & ſeqq.*

40 Liberi illi homines ſunt, qui bona fide nobis ſerviunt. Item procurato-

res negotiorum noſtrorum; tum etiam tutores & curatores. Qui bona fide nobis ſerviunt, ſimiliter ex prædictis illis cauſis tribus nob. acquirunt, [a] procuratores noſtrorum negociorum acquirunt nob. ex mandato, vel ratihabitione noſtra, poſſeſsionem, licèt ignoremus rem eis traditam, & poſſeſsionem ab illis apprehenſam eſſe, [b] modò noſtro nomine eis res tradita ſit, eamque noſtro nomine non tertii cujuſdam adepti ſint, quod ſi ſuo nomine vel tertii cujuſdam rem acceperint expreſsè, noſtra non ſit, antequam nobis eam tradiderint. [c]

[a] *§. Ex his itaque.5. Inſt it. per quas perſ. cuique acq. l. poſſeſsio.49. §. ult. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. l.1. C. eodem tit. l. ſi emtam 47. ff. de uſuca.* [b] *l.1. l. per procuratorem 8. C. de acquir. poſſ. l.1. §. per procuratorem, & l. communis 42. §.1. ff. d. t. d. l. ſi emtam 47. ff. de uſuc. l. qui mihi 13. ff. de donat. l. ſi procurator 13. ff. de acquir. rerum domin.* Cujac. *ad Iul. Paul. ſent. lib.5. tit. 2. §. per liberas,* Donell. *lib.5. commentar. c.*8. Iohan. Borcholt. *ad tit. ff. de acquir. poſſeſſ. c.4. nu.*30. [c] *d. l.1. §. per procuratorem, ff. de acquir. poſſ. l. res ex mandatu 59. ff. de acquir. rerum dom.* Obſtare videtur. *d. l. qui mihi 13. ff. de donat.* de qua antinomia vide Duaren. *ad l.1. §.20. ff. de acquir. poſſ.* & Don. *lib.5. com. cap.*10.

41 Tutores quoque, ut dixi, pupillis ſuis, & curatores ſuis adoleſcentibus poſſeſsionem acquirunt.

d. l.1. §. per procuratorem, ff. de acquir. poſſ. & l.3. C. eod. tit.

42 Municipes per ſe quidem ex ſententia quorundam poſsidere nihil poſſunt, quia conſentire nequeunt, [a] at hoc jure utimur, ut poſsidere municipes poſsint. [b]

[a] *l.1. in fin. h. tit.* [b] *l.2. ff. d. tit. & l. tigni. 7. §. item municipes 3. ff. ad exhibend. Et poſsident per alios, ſervos ſcilicet, & liberos homines.*

43 Res, quæ poſsideri poſsint videamus. Poſsidetur autem propriè res corporalis, mobilis, & immobilis: Incorporalis res, ut & ſup. memini, quaſi poſsidetur.

Vide fundamenta theſi 23. & ſeq. adſcripta.

44 Et poſsidetur etiam certa pars rei pro indiviſo: incertæ partis poſſeſsio non eſt.

l.3. §. incertam, l. locus 26. & l. ſi quis fundum 43. in pr. ff. de acquir. poſſ. Obſtare videtur, quod pars incerta vindicari poteſt, *l.3. in fin. l. qua de tota. ff. de rei vind. l.1. §. fin. ff. ſi pars hereditat. pet.* vide Ioh. Borch. *ad tit. ff. de acquir. poſſ. cap.5. nu.9. & ſeq.*

45 Neque religioſam aut ſacram rem poſsidere propriè poſſumus, etiamſi contemnamus religionem, & pro privata eam teneamus: ut nec liberum hominem.

l. qui univerſas 30. §.1. ff. de acquir. poſſ.

46 Non poſsidentur etiam res ſingulæ, quæ in ædificio, aut nave, vel armario ſunt: [a] neq; poſsidentur à nobis piſces, qui in ſtagno ſunt: neq; feræ beſtiæ, quæ in ſylvis circumſeptis vagantur. [b]

[a] *d. l. qui univerſas 50. in prin. ff. h. t.* Obſtare videtur, quod tignum ædib. junctum vindicari poteſt, *l. qui res ſuas 98. §. ultim. ff. de ſolut. Vid.* Sed ille locus intelligendus eſt, quando quis ſciens & conſulto tignum alienum ſuis ædibus junxit. Iohan. Borch. *ad tit. de acquir. poſſ. cap.5. nu.22.* [b] *l.3. §. item feras 14. ff. d. t.*

47 Cauſas acquirendæ poſſeſsionis quod attinet, circa eas tria cumprimis conſide-

conſideramus: primò, quæ ſint poſſeſsionis cauſæ: tum, an pluribus ex cauſis poſsidere eandem rem poſsimus: tum denique an ſibi quis cauſam poſſeſsionis mutare poſſit.

48 Cauſæ poſſeſsionis, quæ aliàs tituli poſſeſsionis appellantur, [a] ſunt emptio, [b] donatio, [c] dotiſdatio, [d] legatum, [e] tranſactio, [f] permutatio, [g] ſolutio: [h] ſi item cui heres factus ſim, aut cujus bonorum poſſeſsionem petierim: [i] ſi res mihi legata ſit, vel per fideicommiſſum relicta: [k] ſi mutua mihi quantas aliqua data ſit: [l] ſi teneam rem pro derelicto habitam: [m] ſi rem, quam mari, terra, cœlo capimus, pro ſuo poſsideamus: [n] ſi quis prædo rem alienam poſsideat, qui pro poſſeſſore poſsidere dicitur. [o]

[a] *l. Nullo juſto 24. C. de rei Vind. l. 4. C. de contrah. empt. & Vend.* [b] *tot. tit. ff. pro empt. & tit. C. de uſuc. pro empt.* [c] *tot. tit. ff. pro donat. & tit. C. de uſucap. pro donat.* [d] *tot. tit. ff. pro dote. & tit. C. de uſuc. pro dote.* [e] *tot. tit. ff. pro legat.* [f] *l. pen. C. de uſuc. pro tranſact.* [g] *l. ſed etſi 7. §. ſed etſi. ff. de publ. in rem act.* [h] *l. pro ſoluto. 46. de uſurp. & uſuc.* [i] *tot. tit. pro herede Vel pro poſſeſſ.* [k] *tot. tit. ff. pro legat.* [l] *l. certi 9. §. ult. ibi, animo cœpit poſsidere, ff. de reb. cred.* [m] *tot. tit. ff. pro derelict.* [n] *l. 2. ff. pro ſuo.* [o] *l. pro herede 11. §. ult. ff. de petit. hered.* Titulus pro ſuo eſt generalis & ſpecialis. Generaliter pro ſuo poſſidere quis dicitur ex omni alia cauſa, *l. 1. ff. d. t.* ſpecialiter verò pro ſuo poſſidet, qui rem jure gentium communem ſibi poſſidet, *d. l. 2. ff. eod.* Dicimus pro ſuo poſſidet, & poſſideo pro meo, *d. l. 1. in prin. ibi, pro ſuo poſsideo, & §. 1. ibi, pro meo poſſidere, l. 2. l. 3. ibi, pro meo poſsideam, l. 4. in fin. princ. ff. d. t.*

49 Etſi autem dominium non niſi ex una cauſa acquiratur, [a] poſſeſsionem tamen ex plurimis cauſis adquiri poſſe obtinuit. [b]

[a] *l. non ut ex pluribus 159. ff. de reg. jur. §. ſic itaque diſcretis. Verſ. Nec res. Inſt. de act. l. 4. §. lana 19. ff. de uſurp. & uſuc. l. in bello 12. §. & ſi ignorans, ff. de capt. & poſtl. reVerſ. & l. 2. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. praſc. l. ſi ancillam 7. C. de contrah. empt. & Vend.* [b] *l. 3. §. ex plurib. cauſ. ff. de acquir. Vel amitt. poſſ. & l. 1. §. ult. ff. pro ſuo.* Obſtare videtur *l. 4. de contrah. emt. & Vend. l. ſi quis ante 10. in princ. ff. de acquir. Vel amit. poſſ.* Sed vide Cujac. *ad d. l. 3. & §. ex pluribus.* & Iohan. Borcholt. *de acquir. Vel amittend. poſſeſſ. c. 6. nu. 8.* qui in *d. l. 4.* poſſeſſionem accipiunt de proprietate.

50 Cauſam verò poſſeſsionis retentæ nemo ipſe ſibi ſuo ipſius propoſito mutare poteſt, ſive civilis, ſive naturalis ſit poſſeſsio.

l. 3. §. illud quoque. l. quod meo. 18. in princ. l. qui bona fide 19. §. 1. ff. de acquir. poſſ. l. non ſolum 13. §. 1. ff. de uſurp. & uſuc. l. 2. §. 1. ff. pro hered. l. ult. ff. ſi pars hered. pet. l. cum nemo 5. C. de acquir. & retin. poſſ. l. certè 6. §. Iulian. & l. ult. ff. de precar. l. 1. §. ult. ff. pro donato. Obſtare videtur *l. clam 6. §. ult. ff. de adquir. Vel amit. poſſ.* ubi qui prius clam poſſidebat, poſtea vi poſſidere cœpit.

51 Sequitur de modo acquirendæ poſſeſsionis. Modus adipiſcendæ poſſeſsionis alius ſubſtantialis eſt, alius accidentalis. Subſtantialis ille modus hic eſt, quod poſſeſsio animo & corpore adquiritur: ſolo animo non acquiritur, neque acquiritur ſolo corpore.

l. 3. §. 1. l. quemadmodum 8. l. qui univerſas 30. §. quod per colonum, l. qui jure familiaritatis 41. ff. de acquir. Vel amit. poſſ. l. licet. 4. C. eod. tit. & l. ferè. 153. ff. de R. Iur. Cæterùm ſolo etiam animo poſſeſſionem acquiri, ex locis quibuſdam dicendum videtur. Vt ſunt *l. certi 9. §. ultim. ff. de reb. cred. l. ſi me 34. Verſ. Et animo, & l. pen. ff. de acquir. poſſ.* plura loca indicat Borch. *in comm. ad hunc tit. cap. 3. nu. 17. & ſeqq.*

52 Animo acquiritur poſſeſsio, cum quis affectionem, [a] mentem cogitationem, [b] voluntatem, [c] ſive propoſitum, [d] poſsidendi habet.

[a] *l.1.§.furioſus,l.3.§.amittenda 6.ff.d.t.* [b] *l.3.§.1.ff.h.t.l.2.§. Celſus.ff.pro emt.* [c] *d.l.2.§. Celſus.ff.d.t.* [d] *l.quamvis,ſaltus 46.ff.de acquir.poſſ.*

Animus autem hic probatur verbis, [a] factis, [b] veluti, arando, ſeminando, colendo agrum, [c] fructus percipiendo, [d] tum etiam jurejurando. [e] 53

[a] Verba etenim animum & voluntatem alicujus declarant, *l.Labeo 7.§.ult.ff.de ſupell.legat.* Et animus hominis judicatur ex loquela, Bald. ad *d.l.ſi divus. §. reprobari.6.ff.de excuſat.tutor.* [b] Animus enim & volũtas factis declaratur, *l.duo fratres. 78.ff. de acquir. hered. l. reprehendenda* ubi gl. *C.de inſtit. & ſubſtitut. l.ſi tamen 48. §.ſi quis.ff.de adilit.edict.c. dilecti filij.* ubi Decius *notab.2.ext.de appellat.* [c] gl. *ad d.l.3.in verb.finiatur, C.fin.regund.* & ibi Bald. *n.4. verſ.quaro qualiter.* Angel. *ad §.ſic itaq; num.7.Inſtit. de interd.* [d] *l.2.* ubi Bart. *C.de acquir.& ret.poſſ.l.litibus,* ubi Dd. *C.de agric. & Cenſ.lib.11.* Ioan. Borch. *ad tit. de acquir. vel amitt.poſſ. cap.3.nu.16.* [e] Andr. Gail. *lib.2.obſ.pract.obſ.*106.

Corpore acquiri poſſeſſio dicitur, cùm res ipſa corpore, vel quaſi corpore apprehenditur: [a] quod fit, cùm quis fundum animo & affectu eum poſſidendi ingreditur: [b] vel in re præſenti oculis eum affectu eodem apprehendit: [c] Vel vino emto, claves cellæ vinariæ apud hanc ſibi traditas à venditore accipit: aut emptis mercibus apud horreum ejus claves ab emptore traditas accipit: [d] vel acervo lignorum empto, aut emptis univerſis vini amphoris, quæ ſimul ſunt, venditor mihi, aut cui juſſerim, cuſtodiam tradat. [e] 54

[a] *l.1.§.1.& §.ſi juſſerim,& l.3.§.Neratius,ff.de adqu.vel amit.poſſ.* [b] *l.quod meo 18.§.ſi venditorem.ibi,quam ſi pedem finibus intuliſſem,& §.ult.ff.d.t.* [c] *d.l.§.pen.ibi,ſed etiam oculis & affectu,ff.eod.tit.* [d] *d.l.1.§.pen.verſ.& vina tradita.ff.d.t.l.clavibus 74.ff.de contrah.empt.* [e] *l.quarundam 51.*ubi Cujac.*ff.h.t.de hac th:ſi tota* vid. Donell. *lib.5.comment.cap.9. & cap.10.*

Eſt & illud hîc notandum, quòd poſſeſſio corpore quæſita videtur, non tantùm ſi inſtrumento ſit comprehenſum, emptorem inductum in vacuam poſſeſſionem fuiſſe, ſed & ſi emptor ſciente venditore diu in poſſeſſione fuerit. 55

l.2.C.de adquir.& retin.poſſ.l.non ideircò,C.ſi quis alter, vel ſibi.

Hujuſmodi corporalis apprehenſio naturalis appellatur poſſeſſio. [a] Et ex iſthac corporali apprehenſione poſſeſſio facti eſſe dicitur. [b] 56

[a] *d.l.1.§.1.l.3.§.Neratius l.naturaliter, 12.ff. hoc t.* [b] *l. Scævola. ff.ſi is, qui teſtamento liber eſſe juſſus erit.* vide Fachin. *lib.8.controverſ.cap.5.*

Pertinet & illud ad modum acquirendæ poſſeſſionis ſubſtantialem, ut adquirens in corpore rei conſentiat tradenti; in nomine ſi error interveniat, non impeditur poſſeſſionis adquiſitio. 57

l.ſi me 34.in princ. ubi Cujac. *ff.de adquir.poſſeſſ.facit,l.ſi per errorem 15.ff. de Iurisdict. & l. nihil conſenſus 116.ff.de reg.jur.*

Non eſt infrequens & hæc quæſtio, quomodo incorporalis rei quaſi poſſeſſio adquiratur? Communis [a] ſententia eſt, eum adquiri uſu, quem jure proprio aliquis, non jure familiaritatis exercet cum ſcientia & patientia adverſarii. [b] 58

[a] Vide Didac. Covar. *ad c.poſſeſſor malæ fidei, parte ſecund. in initio, num.8. tit. de reg.jur. in 6.* & Menoch. *de arbitr.jud.caſu 160.& ſeq.* [b] *per l.2.C.de ſervit.& aqua, l.quoties 20.ff.de ſervit.l.ſi à ſe emero 16.ff.ſi ſervit. vindic. l.ſi ego 11.§.1.ff. de pub.in rem.act. junct.l.1.ff. de ſervit.ruſtic.præd.* Vide Köpen. *quæſt.57.num.57.*

59 Longovallius [a] autem exiſtimat, adhanc poſſeſſionem adquirendam ſcientia & patientia adverſarii opus non eſſe. [b]

[a] *Ad l. Imperium 3. part. 4. artic. 2. ff. de juriſdict.* [b] *Per l. quoties 20. ff. de ſervitut. l. 1. §. 2. ff. de itinere actuq; privat. & l. ult. C. de præſcript. longi tempor.*

60 Fachineus [a] diſtinguit inter habentem poſſeſſionis titulum juſtum & bonam fidem, & eum, cui juſtus poſſidendi titulus deeſt. In illo non deſiderat ſcientiam & patientiam adverſarij: [b] in hoc verò ejus ſcientiam, & patientiam requirit. [c]

[a] *lib. 8 controverſiar. jur. cap. 20.* [b] *per l. ult. C. de præſcript. longi tempor.* [c] *eò quod ſcientia & patientia vicem tituli ſubit. d. l. 2. C. de ſervit. & aqua, d. l. 1. ff. de ſervit. ruſt. præd. d. l. ſi ego 11. §. 1. ff. de publ in rem. act.*

61 Nos juris autoritati inhęrentes definimus rei incorporalis poſſeſſionem adquiri ex juſto alienationis titulo, alienantis traditione & patientia, ſive alienans dominus ſit, ſive non ſit dominus. [a] Nullo autem alienationis titulo munitus adquirit hujus rei poſſeſſionem ſolo ejus uſu etiam abſque patientia adverſarij. [b]

[a] *d. l. ſi ego 11. §. 1. de pub. in rem. act. d. l. 1. in fin. ff. de ſervitut. præd. ruſtic. §. ultim. ibi, vel ut patiatur, Inſtit. de ſervitut. ruſtic. & urb. in prædior. l. 3. §. ſi iter. ff. de actionibus empti. & vendit. & facit l. 3. in princ. ff. de uſufruct.* [b] Cùm enim generaliter poſſeſſio etiam vi, vel clàm adquiri dicatur, *l. 1. in fine, & l. ſeq. & l. 3. in princip. ff. uti poſſidet.* cur non æquè id etiam ad rei incorporalis quaſi poſſeſſionem porrigeremus? quippe cùm uſus juris pro traditione ſit. dict. *l. quoties 20. ff. de ſervitutibus.*

62 Iuſtum poſſeſſionis in re incorporali titulum, & quidem donationis cauſam habere dicimus & eum, qui ſciente & patiente domino in ejus prędio ſervitutis jure utitur.

l. 2. C. de ſervit. & aqua, l. ſi quis diuturno 10. in pr. ff. ſi ſervit. vindic. l. ultim. in fine, Cod. de longi tempor. præſcr. l. alienationis 28. ff. de verb. ſignificat.

63 Addimus hìc & illud, ex jure adquirendę ſervitutis, non eſſe cenſendum jus adquirendæ poſſeſſionis ipſius ſervitutis. Ipſa ſervitutis adquiſitio requirit interdum uſum longi temporis: at quaſi poſſeſſio ſervitutis, vel uſu unius diei adquiri poteſt, etiam à malæ fidei poſſeſſore.

64 Accidentalis modus acquirendi poſſeſſionem eſt, quod poſſeſſio acquiritur non modò purè, ſed & ſub conditione.

l. qui abſenti 38. §. 1. ff. de acquirend. poſſeſſ.

65 Succedit poſſeſſionis retentio, circa quam diſpiciendum, quomodo retineatur poſſeſſio, atquę etiam per quos poſſeſſio retineatur. Retinetur autem poſſeſſio tum corpore & animo, tum etiam ſolo animo, licèt res corpore non teneatur.

l. 3. §. ſed & ſi animo ſolo 7. §. ſi quis nunciet 8. & §. ſaltus 11. l. 6. §. ultim. l. ſi id quod poſſidemus 25. §. quod autem. l. qui univerſas 30. §. quod per Colonum, l. peregre 44. in fin. l. quamvis 46. in fin. ff. de acquirend. vel amitt. poſſ. l. 4. C. d. t. l. 1. §. ſine autem. 24. ff. de vi & vi arm.

66 Retinemus verò poſſeſſionem non tantum per noſipſos, ſed & per alios, velut cum poſſidemus per ſervum Colonum, Inquilinum, Procuratorem. Et licet hi dereliquerint poſſeſſionem, vel alii prodiderint deſidia fortè vel dolo, ut locus aperiatur alii eandem poſſeſſionem detinere, aut

mortui

Digitized by Google

mortui fuerint, aut furere cœperint, attamen poſſeſſionem animo retinemus.

d.l.3.§.ſi quis nunciet, verſ. quod ſi ſervus. l. ſi id quod 25.§.1. l. qui univerſas 30.§. quod per Colonum l. quamvis 32.§.1. & l. ſi de eo fundo 40.§.1.ff. de acquirend. vel amitt. poſſ. l. ult. C. eodem tit. & l. cum quis 31.ff. de dolo. Sed obſt. *l. ſi Colonus 31. & d. l. ſi de eo 40. §.1. verſ. Aliud exiſtimandum, ff. de acquirend. vel amitt. poſſ.* ubi diſtinguitur inter Colonum, qui animo deſerendæ poſſeſſionis de fundo deceſſit, & eum, qui non hoc animo de fundo exivit. Vide Cujac. *in tract. 7. ad Afric. in explicatione dict. leg. ſi de eo fundo. & in Commentar. ad hunc tit. de acquirend. poſſ. in d. l. ſi Colonus 31. & in d. l. ſi de eo 40. §. ſi fortè, ff. hoc tit.* Ioan. Borch. *in Comment. ad eund. tit. cap. 7. num. 3. &* 4. & ab illis diſſentientem. Donell. *lib. 5. Commentar. cap. 12. pag.* 361.

Quamvis igitur commodatarius, Colonus, depoſitarius aut quis alius, 67
qui meo nomine rem meam tenet, eam alii commodaverit, locaverit, aut apud alium depoſuerit, illius tamen poſſeſſionem ego retineo.

l. qui univerſas 30. § ſi ego tibi, ubi Cujac. *ff. d. acquir. vel amitt. poſſ.* Obſtare videtur, *l. ſi pignore 54. §. 1. ff. de furtis.* Objicit quoque Accurſ. *l. non ſolùm 33. §. ſi pignora, ff. de uſurpat. & uſucap. & l. quæſitum 8. ff. de precario.*

Reſtat ut de poſſeſſionis amiſſione videamus. Quemadmodum autem 68
nulla poſſeſſio acquiri niſi animo & corpore poteſt. Ita nulla amittitur, niſi in qua utrumque in contrarium actum ſit: id eſt, niſi quæ etiam animo amittatur.

l. quemadmodum 8. ubi Cujac. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. & l. ferè 153. ff. d. Reg. Iur. Cujac. *in lib. Pauli ad edict. 65. pag. 129. & ſeq. & in lib. 23. quæſtion. Papin. pag. 10. & ſeq.*

Solo autem corpore non amittitur poſſeſſio: at ſolo animo amittitur. 69

l. 3. §. In amittenda. 6. Vbi Cujac. *l. peregrè 44. §. quibus explicitis,* & ibi Cujac. *ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* vide etiam Donell. *lib. 5. Comment. cap. 13. pag. 363. circ. fin. & pag. ſeq.* Obſtare videtur *l. quemadmodum. 8. ff. dict. tit.* ſed vide Bronchorſt. *cent. 3. ἐναντιοφ. aſſert. 83.*

Animo autem vel volente vel invito amittitur poſſeſſio. Volente animo, cùm quis conſtituit nolle ſe poſſidere: [a] Vt cùm aliquis in fundo eſt, eum tamen poſſidere non vult, [b] aut eum alieno nomine poſſidere incipit, puta precario aut conductionis Iure, [c] vel vacuam poſſeſſionem alij tradit, licet eo animo, ut ea poſtea ſibi reſtituatur: [d] licet item res tradatur furioſo, qui acquirere non poteſt, [e] vel tradatur à conjuge conjugi donationis cauſa. [f] 70

[a] *l. 3. §. Etſi alij 9 l. ſi quis vi, 17. §. 1. l. ſi me in vacuam 34. in princip. verſ. quoniam autem, ff. de acquir. vel amitt. poſſ. ff.* [b] *l. 3. §. In amittenda 6. ff. d. t.* [c] *l. quod meo 18. in princ. ff. eod. tit.* [d] *d. l. ſi quis vi 17. in fin. ff. h. t.* [e] *l. quod meo 18. §. ſi furioſo. ff. d. tit.* [f] *l. 1. §. ſi vir uxori 4. ff. eodem titul.*

Quid ſub conditione vacuam poſſeſſionem alij tradit, hoc animo eſt, ut 71
non antè amittat poſſeſſionem, quàm ea conditio extiterit.

l. Si me in vacuam 34. in princ. verſ. ultim. & l. qui abſens 38. §. 1. ff. de acquirend. poſſ.

Manumiſſione quoque, qua ſervum noſtrum libertate donamus, poſ- 72
ſeſſionem ejus amittimus.

l. qui univerſas 30. §. Item quod mobile 4. ff. d. t. & l. ven. ff. pro donato.

Invito animo noſtro amittitus poſſeſſionem. vel ex conditione rei poſ- 73
ſeſſæ, vel ex conditione perſonæ poſſeſſoris, vel ex detentione ipſa

Donell.*lib.5.Comment.cap.12.pag.356.in princ.*

74 Ex conditione rei, ſi res, quæ poſsidetur, aut commerciis hominum exuta ſit, aut in aliam ſpeciem translata: puta locus ex prophano ſacer, aut religioſus homo, ex ſervo liber factus, [a] vel ex lana veſtimentum factum ſit. [b]

[a] *l.qui univerſas 30. §. poſſeſsionem amittimus, ff. de acquir. poſſeſſ.* [b] *l. qui univerſas 30. §. Idem quod mobile, ff.d.t.*

75 Ex perſona poſſeſſoris, ſi is in poteſtatem alterius pervenerit: [a] veluti ſi ſervus factus ſit, aut ab eo, ut ſervus poſsideri cœpit. [b] Tum etiam ſi poſſeſſor in rerum natura eſſe deſierit: quo caſu amiſſa poſſeſsio ad defuncti heredes ipſo jure ſine corporali apprehenſione non tranſit. [c]

[a] *d.l.qui univerſas 30. §.Item quod mari 3.ff.d.t.* [b] *l.Cum heredes 23.§.1.ff.eod.tit. & l.denique 19.ff.ex quibus cauſ.major.* [c] *d.l.cum heredes 23.in princ.ff.de acquir.hered.*

76 Ex detentione naſcitur amiſsio poſſeſsionis, cùm naturalis facultas tenendi amiſſa eſt: Id quod nobis invitis contingit dupliciter; ſine facto noſtro, & quandoque facto noſtro, veluti traditione interueniente.

Donell.*lib.5.Comm.cap.12.pag.356.verſ.ex detentione.*

77 Sine facto noſtro amittitur poſſeſsio aliter in rebus ſoli, aliter in mobilibus rebus. In rebus ſoli, ſi fundus noſter à mari, vel flumine occupetur, [a] aut è fundo vel ædibus, in quibus eramus, vi pellamur, [b] aut abſentibus nobis alius poſſeſsionem noſtram ingreſſus poſtea revertentes nos non admittat, [c] aut nobis abſentibus prædium noſtrum occupatum ſit ab alio, puta latrone, idque nos ſcientes timore territi nolumus accedere, [d] aut magiſtratus prædii noſtri poſſeſsionem alij tradat, veluti ſi ex cauſa damni infecti aliquem id poſsidere jubeat. [e]

[a] *l.3.§.Labeo 17.& l.qui univerſas 30. §. item quod mari 3.ff.de acquir.poſſ.* [b] *l.naturaliter 5.ff.de uſur.& uſuc.l.1.§.1.§.3.interdictum 23.l.3.§.proinde.ff.de vi & vi arm.* [c] *d. l.1.§. ſive autem corpore 24.& §.cum qui 26.ff.d.t.l. clam poſsidere 6. §.ult. l.ſi id quo 25. §.ultim.ff. de acquir.poſſ.* [d] *l.3.§.ſi quis nunciet.8.l. etſi 7. l. quamvis ſaltus 46 ff.d.t.* [e] *l. qui univerſas 30.§. item cùm prætor.ff. eod.tit.*

78 Rerum mobilium, excepto mancipio, quamprimum eæ ſub cuſtodia noſtrâ eſſe deſierunt, amittimus poſſeſſionem, ſive ab alio per rapinam, aut furtum teneantur, ſive nemo eas invaſerit.

l.3.§.Nerva filius 13.ubi Cujac.& §.ſi rem 18.& ibi Cujac.l.rem, quæ nobis 15.& l.ſi rem mobilem 47.ff.de acquir.poſſ. De mancipio excepto eſt quoque textus *in l. Pomponius 13, in princ. verſ.nec eſt ſimile, ff.d.t.* vide Donell.*lib.5.Comment.cap.12.* Cujac.*in lib.54. Pauli ad Edic.pag.31.& ſequent.*

79 Si quid tamen repoſitum domi ſit, & non recordemur, ubi ſit, aut etiam caſu exciderit, puta annulus ſub lectum, aut loco ſit motum, aut translatum aliò nobis ignorantibus, nihilominùs id poſſidemus.

l.3.§.Nerva 13.verſ.diſsimiliter & l.peregrè 44.in princip.ff. de acquir.poſſ.

80 Facto noſtro, puta noſtra traditione inviti amittimus poſſeſsionem, ſi pro herede fundum poſſidentes domino locaverimus, pignori, aut precario dederimus, aut vendiderimus eum.

l.ei à quo 21.ff.de uſurp.& uſuc.& facit l.neque pignus 45.ff.d.R.I.

81 Quòd ſi autem non per noſipſos, ſed per alios poſſideamus, puta per colonum,

Digitized by Google

onum, inquilinum, procuratorem, commodatarium, depoſitarium, tribus nodis per eos poſſeſſionem amittimus, primò: ſi vi dejecti ſint, quaſi & nos er eos dejecti eſſemus, quo caſu etiamſi ignoremus, eos vi dejectos, poſſeſ- ionem amittimus. [a] Secundò ſi ſponte poſſeſſione diſceſſerint, ejus deſe- endæ cauſa, & alius occuparit poſſeſſionem: [b] quo etiam caſu & ignoran- ibus nobis amittitur poſſeſſio. [c] Tertiò, ſi mortui ſint, & nos, cùm ſcire- nus eos mortuos, poſſeſſionem adipiſci neglexerimus.

[a] *l.1.§.quòd ſervus, ff.de vi & vi arm.* [b] *l.ſi colonus 31. & l.ſi de eo, 40.§.1. verſ.quo mortuo. uncta l.peregrè 44.§.ult.verſ.ejus verò, ff.d.acquir.vel amitt.poſſ.* [c] *d.l.peregrè 44.§.ult.verſ. us verò, ff.eod.tit.* vide Cujac.in *Comm. in lib.23.quæſt. Pauli pag.* 10. *& ſeq.d.l.ſi de eo 40.§. erſ.aliud exiſtimandum, ff.d.t.* vide Donell. *lib.5.comm.cap.12.pag.36.*

Class. V. Disput. III.

DE DOMINIO PROPRIETATE, ET jus acquirendi modis: tùm in ſpecie de occupatione, ac prædatione bellica: & quidem de venatione, aucupio, piſcatione, & inventione.

THESIS I.

Dominium proprietatis eſt jus, quo corporalis res alicujus propria eſt. [a] Idque in jure noſtro plerunque ſimpliciter dominium appellatur, [b] & quandoq; etiam proprietas dicitur. [c] Doctores directum appellant do- minium; cui utile dominium opponunt; quale dicunt habere vaſallum in eudo, emphyteutam in emphyteuſi, uſufructuarium in uſufructu. [d]

[a] Dominium proprietatis dicitur in *l.ſi tibi 17.ff. Quib.mod.uſusfruct.amitt. l.proprietatis C.de probat.* Et qui hoc dominium habet, dominus proprietatis appellatur in *l. ſi cujus. 13.l. d ſi quid 16.§.proprietatis, l. Dominus 57 ff.de uſufruct. l ſi ita legatus 16.§.1.ff. de uſu & ha- t.* Cùm autem proprietas, & proprium conjugata ſint, ſequitur dominium proprietatis eſſe, 10 res alicujus propria eſt: modò ſit res corporalis, ſiquidem res incorporalis, ut eſt uſusfru- us dominio proprietatis, ut uſufructuarius domino proprietatis, in legibus jam allegatis pponatur. Et quod juris proprietas non ſit, patet etiam ex *c. ult. & ibi.* Cujac. *extr.de judic. l.1.§.1.l.ſi quis 17.§.1.ff.de adquir.rer.dom. & alibi ſæpe.* Facit quoq; huc, quod traditio, quâ oc dominium adquiritur, in res incorporales non cadit. *l.ſervus 43.§.1.ff.de adquir. rer.dom. l naturaliter 12.§.1.ff.d.tit. l.ſi procurator 13 ff.de adquir.rer.dom.* [d] vide Coſtal. *in libello pa- rg.jur.ſcient.pag.34. & ad l.1.ff.ſi ager vectigal.* Duaren. *lib.1. Diſputat.cap.17.* & Coraſ. *lib. Miſcel.cap.20.* Johan.Borcholt. *de Feud.cap.1.num.15.*

Eſtque duplex hoc dominium: plenum & nudum. Plenum proprietatis 2 ominium eſt, quod cum uſufructu eſt conjunctum; ut ſi uſusfructus rei on ſit alterius, ſed dominus proprietatis ipſe eadem utatur fruatur. Nu- um proprietatis dominium eſt, quod ſeparatum eſt ab uſufructu; ut ſi non ominus ipſe re ſua propria, ſed alius aliquis eâ utatur fruatur.

l.2.ff. Quib.mod.uſusfruct.amitt. Duar. *lib.1. Diſputat.cap.17.* Althuſ. *in decaolog. lib.1.c.18. num.*

Digitized by Google

*num.*14.*& ſeqq.& lib.*1.*Iuriſpr. Roman. cap.*3. Vide tamen Forſter. *in tract. de domin. cap.*5. *num.*51.*& ſeqq.*

3 In hoc autem dominio ſpectamus, tum ejus adquirendi, tum amittendi modos.

l.Ferè 153.*Verſ.cum quibus modis,* ubi Cujac. *in Commentar.ad Paulum.ff.de Reg.Iur.*

4 Modi adquirendi dominium vel juris gẽtium ſunt, vel ſunt juris civilis.

§.ſingulorum 11.*Verſ.Quarundam enim. Inſtit. de rer.diviſ.& adquir.rer. domin.& l.*1 *ff. de adquir.rer.dominio.*

5 Iuriſgentium modi ſunt tum occupatio, & prædatio bellica; tum acceſſio & traditio.

6 Occupatio eſt apprehenſio rei, quæ juregentium ipſa proprietate adhuc nullius eſt, ſed apprehenſione ejus propria fit, qui ipſam hoc animo ut ſuam faciat, occupat.

*§.Litorum.Verſ.proprietas autem,& §.fera igitur beſtia,*12.*Verſ. Quod enim,Inſtitut.de adquir.rer.dom.l.*3.*in princip.& l.Quod in litore.*14.*ff. de adquirend. rer.dom.*

7 Eſt autem occupatio vel rei ſoli, vel mobilis rei. Rei ſoli, veluti inſulæ in mari natæ, [a] item litoris ædificatione apprehenſi. [b]

[a] *§.Inſula,Inſtit.de rer.diviſ.& l.Adeo* 7.*§.Inſula,ff.de adquir.rer.dom.* [b] *l.in tantum* 6. *in princ.ff.de rer.diviſ.l.Quod in litore* 14.*ff.de adquir.rer.dom.*

8 Occupatio rei mobilis eſt captura, vel inventio. Captura eſt occupatio animantium ferarum; [a] ejuſq; ſpecies ſunt venatio, aucupiũ, & piſcatio. [b]

[a] *l.*1.*§.ult.ibi,capiuntur,ff.de adquir.rer.domin.& §.Feræ igitur beſtiæ,ibi,capta. Item,ibi, capiat.Inſt.de rer.diviſ.* [b] *l.item ſi fundi* 9. *§. aucupiorum,ff. de uſufruct. & §. Planè, qui alienum,ibi,venandi,aut aucupandi,& d.§.Fera,ibi,& piſces,Inſtit.de rer.diviſ.& l.injuriarum* 13.*§.ult.ibi,in mari piſcari,ff.de injur.l.*1.*in fin.ibi,piſces,ff.de adquir.rer.dom.*

9 Venatio eſt captura beſtiarum terreſtrium: ut ſunt cervi, hinnuli, apri; lupi, lepores, vulpes, &c.

Cicer.*de natur.Deor.Veſcimur,inquit,beſtijs & terrenis,& aquatilib.& volatilibus.* Vide Sebaſtian. Medices *in tractat.de Venation.* Frideric.Pruckman. *de Regalib. §. Venatio.per tot.* Mor.*de jur.venandi.*

10 Aucupium eſt captura beſtiarum volatilium; veluti volucrum, [a] ut pavonum, columbarum, [b] apium, [c] item gallinarum, anſerum, anatumque ſylveſtrium ſive ferarum. [d]

[a] *§.Fera igitur.*12.*Inſtit.de rer.diviſ.l.*1.*§.ult.ff.de adquir.rer. dom.* [b] *§.Pavonum. Inſt. de rer.diviſ.& l.naturalem.*5.*§.Pavonum,ff.de adquir.rer.dom.* [c] *§.Apium.Inſt.de rer. diviſ.& d.l.naturalẽ,*5.*§.apium,ff.de adquir.rer.dom.* [d] *§. Gallinarum,Inſt.de rer.diviſ & d.l.*5.*§.Gallinarum,ff. de adquir. rer. dominio.* Aucupium in fundo alieno quando ſit ſervitus realis vel perſonalis. Vid.Andr.Khol.*exercitat.legal.*6.*& ſeq.*

11 Piſcatio eſt captura beſtiarum aquatilium, veluti piſcium, & cancrorum, &c.

*d.§.Fera igitur beſtia.*12.*ibi,Et piſces,Inſt.de rer.diviſ. & d.l.*1.*§.ult ff. de adquir. rer. dom. & d.l.injuriarum* 13.*§.ult.ff.de injur.* De Piſcatione vide Chaſſan. *in conſuet.Burgund. rubr.* 13.*§.*7.*num.*3.*& ſeqq.*Treütl.*Vol.*1.*conſil.*106.Schurff.*conſil.*1.*cent.*3.Peregrin.*de jure fiſci.lib.*8. *num.*34.*& ſeqq.*

12 Non ſolùm tamen in fundo jure gentium communi aut proprio venari, & aucupari licet, ſed etiam in prædio alieno. [a] Neq; tantùm in aqua omniũ homi-

ominum uſu communi, veluti mari, ſed etiam in alieno ſtagno, aut lacu ſcari licet, non autem in piſcina aliena. [b]

[a] *dict. §. Fera, verſ. Nec intereſt, Inſt. de rer. diviſ.* & *d. l. 3. §. 1. ff. de adquir. rer. dom.* [b] *l. 3. §. in feras beſtias, ff. de adquir. poſſ.* & *d. l. injuriarum 13. §. ult. in fin. ff. de injur.* Didac. Covar. *c. peccatum, de reg. jur. in 6. part. 2. Relection. §. 8. nu. ult. pag. 240.* Cujac. *lib. 4. obſervat. cap. 2.*

Qui verò fundum, ſtagnum, aut lacū alienum venandi, aucupādi, aut ſcādi gratiâ ingreditur, poteſt à domino, ſi is præviderit, prohiberi, ne ingrediatur. [a] Qui ſi contempta prohibitione procedat, injuriarū conveniri tione poteſt [b] Id tamen quod cepit venator ille, ſuū nihilominus facit. [c] 13

[a] *l. 3. §. 1. ff. de adquir. rer. dom. l. Divus Pius 16. ff. de ſervitut. ruſticor. prædior. §. Planè qui num, Inſtit. de rer. diviſ.* [b] *l. Injuriarum 13. §. ult. ff. de injur. l. 2. §. Si quis in mari, ff. Ne quid loco publ. gl. ad d. l. Divus Pius 16. ff. de ſervit. prædior. ruſtic.* [c] *l. In laqueum 55. verſ. Summam de adquir. rer. dom. gloſſ. ad d. l. Divus 16. ff. de ſervit. ruſtic. prædior.* Didac. Covar. *ad c. peccatum de reg. jur. in 6. ſecunda part. Relectionu, §. 8. nu. 5.* Roland. à Vall. *conſil. 9. vol. 2.* Donell. *lib. mm n°. cap. 8.* Sebaſtian. Medices *de Venat. quæſt. 7. part. 1. nu. 15.* Pruckman. *§. Venatio. cap. u. 2. & ſeqq.* Forſter. *de Domin. cap. 9. nu. 12.* Treütler. *vol. 2. diſp. 20. theſ. 2. lit. E.* Gerhardi *de. 4. q. 7.* Hunn. *variar. reſolut. lib. 2. tract. 1. q. 1.* At diſſentit gloſſ. *ad d. §. Planè quia alienum, verb. Ingrediatur, Inſt. de rer. diviſ.* & Cujac. *lib. 4. obſervat. cap. 2.* Schurpff. *conſ. 1. cent. 3. nu.* Matth. Afflict. *deciſ. 321. num. 13.*

Cæterùm quæritur, ſi quiſquam ita vulnerarit in venatu feram beſtiam, capi haud difficulter poſſit, ſtatim ipſius venatoris ſit, an verò nihilominus ab alio aliquo capi poſſit. & ipſius fieri? Proculo Iureconſulto placuit, ujus ſententiæ Iuſtin. Imp. ſubſcripſit) non aliter eam feram eſſe vulneris, quàm ſi eam omnino ceperit, & in ſuam poteſtatem redegerit. 14

! *Naturalem. 5. in princ. ff. de adquir. rer. dom. §. Illud quæſitum. 13. Inſtit. de rer. diviſ.* Facit, quòd feræ beſtiæ non niſi occupatione, id eſt, apprehenſione alicujus fiunt, *l. 3. in princ. ff. adquir. rer. dom. l. 1. §. 1. ibi, ex naturali poſſeſſione, ff. de adquir. rer. dom.* At Trebatius Iuriſconſultus diſſentit in *l. 5. §. 1. ff. d. t. cujus opinio aliquibus in locis uſu recepta eſt.* Georg. Mor *de Venandi. part. 1. cap. 8. num. 5. & ſeqq.* Pruckman. *in dict. §. Venatio. cap. 2. num. 26. & ſeqq.*

Eſt & illa non inelegans quæſtio, ſi fera beſtia in laqueum, quem venandi cauſa aliquis poſuerat, inciderit, num ſtatim ejus efficiatur, an verò alius iſpiam ſibi eximendi eam jus habeat? Proculus ſenſit, & Iuſtin. Imper. obavit, priuſquam is, qui poſuit laqueum, ceperit, & ſuam in poteſtatem legerit ipſam feram, ab alio eximi eam licitè poſſe. 15

d. l. in laqueum. 15. ff. de adquir. rer. dom. Donell. *lib. 4. commentar. cap. 8.*

In feris autem animantibus, quæ cicuratæ, & manſuefactæ, ex conſuetudine abire, & redire ſolent, talis regula comprobata eſt. ut eouſq; tuæ eſſe elligantur. donec animum revertendi habeant. 16

l. l. Naturalem. 5. in princ. ubi gloſſ. & *§. Pavonum. 15. ff. d. t.* & *§. In iis autem animalibus, & §. quicquid autem, verſ. naturalem autem Inſt. de rer. diviſ.* Guid. Papæ. *deciſ. 218. num. 2.* dices. *de venat. part. 2. quæſt. 37.* Matth. Berlich. *part. 5. concluſ. 50. per tot.*

Etſi verò jure gentium per occupationem ejuſmodi feras beſtias quilibet ſine diſcrimine adipiſci queat, illud tamen jus gentium hodie paſſim è à Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus ſubactum eſt, adeo neq; in propriis agris venari aut aucupari cuivis integrum ſit. 17

Sed an jure, vel injuria ipſi Principes, Comites, Barones, Nobiles, aliiq; 18

civita-

civitatum quarundam primates, ſibi tantùm hoc jus vendicent, multivaga inter nos concertatio eſt. Nos & occupationis,[a] & præſcriptionis[b] jure ipſos defendi aſſerimus.[c]

[a] Hoc enim jure ipſum ſolum, quod primitus commune ubiq; fuit, quorundam poſtea factum eſt, *l. Ex hoc jure. 5. ff. de juſtit. & jur. l. In tantum 6. in princ. ff. de rer. diviſ. l. Quod in litore. 13 ff. de adquir. rer. dom. l. 3. in princ. ff. Ne quid in loco publ.* Cur ergo non æquè & jus venandi.[b] Per *l. Si quisquam 7. ff. de diverſ. & tempor. præſcript. & l. præſcriptio 45. in princ. ff. de uſurpat. & uſucap.* Ex quibus locis cognoſcimus fundi jus præſcriptione longæ poſſeſſionis adquiri, at non in perpetuum, ſed quandiu quis eo ſolus utitur, unde certò ſtatuendum, immemorialis temporis præſcriptione pleno jure id acquiri, cùm hac præſcriptione ea etiam, quæ meræ facultatis ſunt, nanciſci poſſimus, Balbus *tractat. de præſcript. part. 2. quintæ principalis, quæſt. 1. pag. 433. & ſqq.* Ant. Gabr. *Roman. lib. 5. commun. concluſ. tit. de præſcript. concluſ. 10. n. 7.* Hieron. Schurff. *conſil. 1. cent. 3 num. 20 & ſeq.* & Zoannet. *Tract. de empt. & vend. ſub pacto retrovenditionis, num. 140. & ſqq.* ubi latè de juris venandi præſcriptione diſſerit. Et Everhard. Bronchorſt. *cent. 4.* ἐναντιοφ. *aſſert. 3.* Fachin. *lib. 1. contro. 1.* Forſter. *de Domin. cap. 9. nu. 16.* Einſidel. *de Regal. cap. 3. num. 358.* Speckhan. *cent. 1 quæſt. 97.* Heigius. *lib. 1. quæſt. 15. num. 33. & ſeqq.* Gerhard. *decad. 4. quæſt. 4.* Et præſumendum eſt, quòd patientia aliorum, quamvis prohibitione interveniente, Principum, Comitum, Baronum, Parentes & Anteceſſores huic præſcripſerint juri, cùm vis & metus aliis incuſſus affingi ipſis haud debeat, per *l. Igitur. 12. §. Et generaliter, ff. de liberal. cauſ. & l. Merito 51.* ubi Dd. *ff. pro ſocio.* Zoannet. *dict. Tractat. num. 190.* Vnde etiam bona fide, quam immemoriale tempus inducit, gloſſ. *in c. Abbate, Verſ. Alciatenſem*, ubi Anton. de Butr. *extr. de decim.* Balbus *tractat. de præſcript. part. 2. tertiæ princ. quæſt. 6. num. 11. & ſeqq.* tale jus quaſi poſſidere præſumuntur Zoannet. *dict. Tract. num. 164.* Neq; ipſis neceſſaria eſt tituli allegatio, Balbus *dict. loc.* Molin. *in conſuetud. Pariſ. §. 7. num. 12.* Mynſing. *cent. 1. obſervat. 30.* Quin etiam titulo pro herede Principes, Comites, Barones, munitos dicere poſſumus.[c] Occupatione, & præſcriptione, vel qua alia ratione privati juris venandi & aucupandi jus fieri poſſe teſtatur, *l. Item ſi fundi. 9. §. Aucupiorum, & l. Vſufructuarium 62. in princ. ff. de uſufruct. l. Venationem 26. ff. de uſur.* Tuetur etiam quodammodo Principes, Comites, Barones, &c. conſtitutio Frider. Imper. *in tit. 27. §. Si quis ruſticus, Verſ. Nemoretia. lib. 2. feudor.* Matth. Stephan. *cent. 2. quæſt. 12. lit. B.* Hunn. *lib. 2. Var. reſolut. tract. 1. quæſt. 14.*

19 Ita tamen Principes, cæterosque hoc jure venandi, & aucupandi decet uti, ut non Tyranni, non Actæones efferi, ſed humanæ ſortis memores, Chriſtianæ pietatis obſervatores videantur. Quod nempe fecerint, ſi dominis ſylvarum, & agrorum in ipſa venandi ſervitute haud immodicè nocuerint, ſi non graviori ſervitute fundos illorum, quàm eos pati naturæ & æquitatis ratio ſuadeat, preſſerint.

arg. l. Cujus ædificium 24. ff. de ſervitut. prædior. urban. & l. 2. §. ubi, ibi, Si tamen non ultra modum noceat, ff. de aqua plu. arcend. Zoannet. *Tract. de empt. & vendit. ſub pacto, retrovendit. num. ult.* Leſſius. *lib. 2. de Iuſtit. & Iur. cap. 5. dubitat. 7. num. 37.*

20 Innoxios igitur clementiſſimi, & benigniſſimi Principes habeant ſaltus, & curent ſedulò, ne feræ in privatorum agros gregatim excurrant, & ſata magno pauperum dolore, & damno depaſcantur: alioqui damnum à feris datum, ut reſarciant, æquum fuerit; ſiquidem ejus damni cauſam quodammodo præbuiſſe cenſeantur.

per §. Caterùm. Inſtit. de leg. Aquil. l. Item quæritur. 13. in princ. ff. locati conduct. l. 1. §. Et generaliter, ff. Si quadr. pauper. feciſſ. dic. Mor *de jure venand. part. 1. cap. 4. num. 20.* Wehner. *in pract. obſervat. lit. F. Verb.* Forſtrecht *pag. mih. 149.*

Per-

Digitized by Google

Permittere quoque Principes, cæterique domini ſubditis ſuis debent, 21
ut feras beſtias ex propriis agris, ſtantibus, & adhuc pendentibus, fructibus abigant, & latratores moloſſos habeant, quibus eas licitè fugent.

Andr. Geil. *lib. 2. obſervat. practic. obſer.* 68. *num.* 10. Arniſæus. *de jur. Majeſtat. lib. 3. cap. 4. num. 2. in fin.*

Cùm etiam hodie Principes, Comites, Barones, Nobiles, etiam in alie- 22
nis prædiis venandi & aucupandi jus habeant, invitis quoq; dominis, quæ-
:i ſolet, qualis iſthæc ſit ſervitus perſonalis, vel realis? pleriq; eam, quando
:aſtro, aut villæ alicui debetur, & ad heredes tranſiit, realibus ſervitutibus
iggregandam cenſent. [a] Quidam verò juriſdictionalem ſervituté dicunt. [b]

[a] Poſt alios Andr. Geil. *lib. 2. pract. obſer. obſ.* 66. Zaſius *ſingul. intellect. lib. 1. cap. 11. & conſil.* ;. *num.* 30. *lib.* 2. Schurff. *conſil. 1. cent. 3. num.* 42. Mindan. *lib. 2. cap. 36. num. 7.* Modeſtin. Piſtor. *:onſil. 14. nu. 29. vol. 2.* Mor. *de jur. venand. part. 2. c. 3. nu. 4.* Sebaſt. Medic. *tractat. de venat. part. :. quæſt. 2. nu. 5.* & Franciſc. Zoannet. *in tract. de empt. & vendit. ſub pacto retrovenditionis, nu.* 05. *in fine, & nu. ſeqq.* Sebaſt. Medices. *de venat. part. 2. quæſt. 2. num. 5.*

Veruntamen jus illud venandi & aucupandi perpetuum, quod habent 23
'rincipes, Comites, Barones, & Nobiles quidam, etiam in alienis prædiis,
ervitutem eſſe vel perſonalem vel realem planè negamus: [a] Negamus
tem juriſdictionalem eſſe ſervitutem. [b]

[a] Perſonalis ſervitus non eſt, quia perpetuum eſt, & ad heredes tranſitorium, cùm tamen erſonalis ſervitus cum perſona, cui debetur, extinguatur, *l. 3. §. ult. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. l. orruptionem* 16. *C. de uſufr. §. finitur autem uſusfr. Inſtit. de uſufr.* Non eſt etiam ſervitus realis. Iæc enim ſervitus ipſi prædio debetur, *§. ideò aut hæ ſervit. Inſt. de uſufr. l. 1. §. 1. ff. comm. præd.* nde ut pomum decerpere vel ſpaciari aut cœnare in alieno prædio liceat alicui, ſervitus reas imponi non poteſt, *l. ut pomum* 8. *in prin. ff. de ſervit.* ſed jus venandi ipſi prædio, puta caſtro ut villæ non debetur, tùm quia non ad ipſiuſmet prædii, ſed hominis utilitatem pertinet: ìm tamen realis ſervitus ad prædii commodum ſpectet, ut inde melius & utilius efficiatur el conſervetur, *l. ergo. 5. in fine, ibi, quàm quatenus ad ipſum fundum opus ſit, & l. ſeq. ubi gl. in erbo uſusfructus, ff. de ſervit. præd. ruſtic. l.* 1. ubi gl. & Dd. *ff. Commun. præd. l. quotiens nec hoinum.* 15. *in prin. ff. de ſervit.* Tum quia realis ſervitus conſtituitur, quatenus tantũ ad ipſum rædium opus ſit: nec poteſt ejus dominus aliis inde quicquam concedere, *l. 5. in fin. & l. ſeuenti*, & ibi gloſſ. *in verbo uſusfructus*, & Bart. ibid. *ff. de ſervit. præd. ruſtic.* Azo *in ſumma, C. e ſervit. & aqua.* Ac Germani Principes, & quidam Nobiles abſq; ulla diſtinctione neceſſarii ſus, univerſam habent venationem, quæ non ſolùm ipſis, eorumq; familiis eſt neceſſaria, ſed : ad nauſeam uſq; & faſtidium quandoque ſuperflua. Adhæc realis ſervitus conſtitui non po- :ſt, niſi illi prædio, quod confine & vicinum ſit, & proximè aſſitum prædio ſervientis, non re- ıotum ab eo *l. Mela ait, l. 4. §. ult. ff. de aliment. legat. d. l. ergò 5. §. 1. ff. de ſervit. præd. ruſtic.* :d longiſſimè plerunq; diſtant Arces, caſtra, & domus Principum, Comitum, Baronum, Noılium, interpoſitis ſæpenumerò ampliſſimis, uſq; multis privatorum prædiis, ab hiſce ſylvis & emoribus, in quibus jus venandi habent. Ius erg venandi, aucupandi, in prædiis alienis, reas ſervitus non eſt. Id quod ſentit etiam contra Zaſium Zoannet. *in tract. de empt. & vendit. ıb pacto retrovendit. nu. 194. & ſeqq.* [d] Zoannet. *quidem in d. tr. nu. 205. in fin. & num. ſ q.* id ffirmat, ut Sebaſt. Medic. *tract. de venat. part. 2. quæſt. 2. nu. 5.* ſed malè: eò quòd venationis jus ɔto genere à juriſdictione differt. Iuriſdictio enim eſt poteſtas juriſdicendi, id eſt, poteſtas redendi ſive decernendi jus lege conſtitutum: decernendi inquam perſonis & negociis, ad quæ ertinet, *l. 3. ff. de offic. ejus cui mandat. eſt juriſdict. l. meminiſſe.* 10. *ibi debet jus dicere, ff. de of- c. proconſul. l. Senatusconſulto.* 16. *ibi jus dicatur, item ibi, et jus dicendum eſt, ff. de offic. præſ. l. l. ví juriſdictions* 10. *ibi jus dicere debet, l. eſt receptum* 14. *ibi jus dici, l. ſi convenerit* 18. *.. ibi, jus*

Digitized by Google

dicet, & *l.ult. ibi, jus dicentis,ff. de juriſdict. l. obſervandum 19. in princ. ibi,jus reddenti, §. ubi jus reddi debet,ff.de offic.præſid.l.2.§.ergò ex his, ibi,jura reddebant,ff.de orig.juris.l.penult. ibi,jus reddere dicitur,item ibi,jus redditur,item ibi,cùm iniquè decernit,ff.de juſtit.* & *jur.*

24 Nunquid igitur regalibus aſſociandum hoc venationis jus? Nequaquã: [a] ſed ut alia ſunt varia jura Principibus, vel aliis etiam privatis competentia,ut juriſdictio,antichreſis,emphyteuſis,feudum,&c. ſic & hoc jus per ſe conſiſtit. Poteſt tamen quandoq; uſusfructus, atq; ita ſervitus perſonalis eſſe: ut ſi Princeps jus venandi & aucupandi, in ſua quadam ſylva propria nobili cuidam in uſumfructum concedat. [b]

[a] Iura enim regalia ſunt,quæ Romano Imperatori,quem leges Regem appellant, unde regalia dicuntur,in ſignum immenſi laboris,quẽ pro imperio ſuſtinet,ab imperio conceſſa ſunt; Feudiſta *ad Tit. 56. Quæ ſint regalia,lib. 2. Feudor.* & licèt hodie etiam inferiores Principes regalia habeant, ab ipſo tamen Imperatore primitus vel conceſſione, vel præſcriptione ad eos pervenerunt, *c.ſuper quibusdam 26.§.præterea, extra de verb.ſignific.* hodierno tamẽ jure ipſis regalibus venandi jus adſcribendum eſſe videtur. Roſenth. *de Feud.c.5.concl.94.n.6.* Noe Meurer. *tr.* Vom Jagen vnd Forſtgerechtigkeit *nu.4.* Pruckman. *de regal. §.venatio c.2.* Heig. *lib.1. quæſt.15.n.44.* & *ſeqq.* Mindan. *lib.2.de mandat.c.36.n.7.* Schultes *in addit. ad quæſt. Modeſtini Piſtor.quæſt.15.part.1.n.11.* Mandoſ. *de inhibit.quæſt.62.nu.2.* Menoch. *conſil.302.nu.31.* [b] ut apparet ex *l.item ſi fundi,§.aucupiorum, l.uſufructuarium 62. in princ.ff. de uſufruct. l. venationem 26.ff.de uſur.* Forſter. *in tract. Iuſtin. diſp.6.theſ.8.* Vult. *lib.1.de Feud.cap.5.num.7.*

25 Quòd multi [a] venationis,& aucupiorum jus à realibus & perſonalibus ſervitutibus quidem ſeparant,inter pacta tamen perſonalia connumerant, ineptum planè eſt. [b]

[a] Quorum meminit Zaſ. *ad §.æquè,Inſtit.de actionib.* & Andr.Geil. *dict. lib.2.obſerv.pract. obſer.66.nu.2.* [b] Pacta enim cùm nihil aliud ſint,quàm conventiones, *l.1.§. conventionis,ff.de pact.l.3.in princ.ff.de pollicitat.* proindeq; facta, & hominum actiones,à quibus jura meritò ſeparantur,haud rectè jus venandi & aucupandi pactis connumeratur.

26 Eleganter quæritur,an dominus ſylvæ venatoriæ, quæ alteri jus venandi debet, grandes & annoſas arbores cumulatim excidere, ac ad quæſtum ſuum transferre poſſit? Nos cum Andr. Gail. in negantem partem inclinamus, [a] cùm nemo ex propria autoritate ſervitutem deteriorẽ facere poſſit. [b]

[a] Geyl. *obſ.pract.2.obſ.67.nu.5.* [b] arg. *l.ſervitutes 20.§.ſi antea,ff.de ſervit.urb.præd.* & *l.ſed ſi quid 15.§.6.ff.de uſufr.l.certo generi 13. §.ſi totus,ff. de ſervit.præd.ruſtic. cum multis aliis juris textib. in d.obſ.65.n.6.* Mor. *de jur. venandi part.2.cap.3.nu.16.* Knichen *de pact. inveſtitur. num.8,* & *ſeqq.*

27 Eſt & hæc quæſtio non infrequens,utrùm dominus ſilvæ venatoriæ,ſylvam radicitùs evertere,& ex ea agrum novalem facere poſſit,necnè? Negativa nobis verior eſſe videtur.

l.inde etiam 3.§.reficere 15.ff.de itin.actuq; privato.l.præſes 6. & *l.ſi manifeſtè 7.C.de ſervit.* & *aqua.* Geyl. *d.obſervat.67.nu.10.*

28 Quæritur & illud, ſi venator in principis ſui territorio feram perſequi incipiat, quandiu ea perſecutio etiam per aliorum magiſtratuum diſtrictus ſit conceſſa? moribus receptum eſt,ut perſecutioni 24. horæ ſint conceſſæ: ita tamen ut venator in ipſo perſecutionis loco ſignum; puta pileum, &c. in rei teſtimonium deponat.

Wehner *in practic. obſervat. lit. F. in verb.* Forſtrecht. *pag.167.* Mor. *de jur. venandi part.1.c.8. n.14.* Sichard. *in conſil.de contract.conſil.9.n.97.*

Diſce-

Digitized by Google

Diſceptatio non levis eſt, ad quem fructus ſylvæ venatoriæ pertineant, 29
utrum ad dominum ſylvæ, an verò ad eum, qui ſervitutem in ea habet, pro alimentis ferarum? Nos in dubio jus legendæ glandis domino largimur, cùm hujuſmodi fructus ſint pars ſylvæ: in aliis verò ſylveſtribus fructibus (qui glandis appellatione etiam generaliter veniunt) attendenda eſt conventio: quæ ſi facta eſt, ei ſtandum: ſi non, videndum quid longiſſimo uſu obſervatũ ſit. Vetuſtas enim vicem legis obtinet, ſi agri lex nõ inveniatur.

l. 1. §. fin. ff. de aq. plu. arced. l. 1. C. de ſervit. & aqua. l. venditor. §. 1. ff. commun. præd. Geil. *d. l. 2. obſ. pract. obſ. 68. n. 1. & 2.* Georg. Mor. *de jur. venandi. part. 2. c. 3. nu. 23.* Atq; hanc ſententiam ſuadet ut juris authoritas, ſic & ipſa æquitas, cum fructus prædiorum ad dominos ipſorum jure pertingãt, & iniquum ſit plus juris adſcribere in ſylvis domino venationis, quod proprietatis domino. Diſſentit Harprecht *in §. fera, nu. 276. & ſeq. Inſt. de rerum diviſ.* & Frider. Pruckman. *de regalib. §. venatio. cap. 8.*

De pœna qua afficiendi ſunt ij, qui contra edicta principum venantur, 30
magnus eſt inter interpp. conflictus. Nonnulli enim ſtatuunt eos tanquam pacis violatores puniendos: [a] alii, morte aut membri abſciſſione non eſſe mulctandos, [b] cùm cervi non debeant pluris æſtimari quàm homines.

[a] Guid. Papa *deciſ. 218.* [b] Domin. Sotus *lib. 4. de juſtit. & jur. quæſt. 6. art. 4.* Alfonſus à Caſtr. eos principes tyrannos appellat, qui morte mulctari jubent quenquam ex hac cauſa, Fachin. *lib. 1. controv. jur. controv. 1. ſub lit. C. & D. pag. 4. & ſeq.* & Andr. Geil. *d. l. 2. pract. obſ. obſerv. 68.* Knichen. *de Saxonic. non provocand. jur. cap. 5. num. 205. & ſeqq.*

Arbitramur autem hîc diſpiciendum eſſe, utrùm prohibitioni non ſit 31
adjecta certa pœna, an verò addita ſit ei certa pœna. Priori caſu actio injuriarum ſtringitur in venatores: [a] quæ licet extra ordinem criminaliter inſtituatur, [b] attamen pœna ad mortem extendi non debet, [c] ſed pro conditione perſonæ, vel pecuniaria eſſe debet, vel relegatio, vel ſi humilis ſit perſona, fuſtigatio. [d]

[a] *l. injuriar. 13. §. ult. ff. de injur.* [b] Quod fieri poteſt, *l. ultim. ff. de injur. l. ultim. ff. de privat. delict.* [c] Qui enim extra ordinem cognoſcit judex, rationem & æquitatem excedere non debet, *l. hodie 13. ff. de pœnis*, nec quid durius, quàm cauſa depoſcit, decernere, *l. perſpiciendum, 11. in fin. ff. d. tit.* Iniquum autem fuerit pro capta belua, hominẽ ad Dei imaginem creatum morte plecti. Atq; hæc ſententia probatur quoq; jure Saxonico, Landrecht/*lib. 2. art. 6.* eaque placuit etiam Collegio facultatis Iuridicæ univerſitatis Wittebergenſis, & Conſiſtorio ſupremi judicij Saxonici, *part. 4. quæſt. 8.* Pruckman. *de regalib. §. venatio. nu. 62. & ſeq.* Forſter. *de domin. cap. 9. nu. 51. & ſeqq.* [d] *per l. ult. ff. de injur.* Vide me *in tract. de regalib. cap. 1. nu. 72.*

Poſteriori caſu, ſtatuta pœna in venatorem convertitur, modò ea pro 32
venatione prima capitalis non ſit, [a] ſed vel carceris vel pecuniaria; [b] venationem autem iterantibus, non ſolùm relegationis, ſed etiam corporalis pœna, ſi qualitas facti & perſonarum ita exigat, decerni poteſt: [c] ſi ſæpius, pœna capitalis etiam irroganda. [d]

[a] Tum quia Iure civili locus tantùm hîc eſt injuriarum actioni. *d. l. injuriarum. 13. §. ult. ff. de injur.* tum quia feræ beſtiæ, antequam capiuntur, in nullius ſunt patrimonio, ſed in naturali laxitate & libertate conſtitutæ, ut earum furtum fieri non dicatur, cùm furtum nõ fiat, niſi ſit, cui fiat. *l. ſ. celſus. 43. §. quod ſi Dominus, ff. de furt.* tum etiam, quia iniquum & crudele eſſet, pro capta beſtia vitam amittere, ut antea diximus, Andr. Geil. *lib. 2. obſerv. pract. obſerv. 86. nu. 10.* [b] Domin. Sotus, *d. loco* [c] *l. nemo 3. C. de Epiſcopali audient. l. capitalium, 28. §. ſolẽt, & §. graſſatores.*

ſatores.6.ff.de pœnis. [d] *l. aut facta* 16. *§. ultim. ff. de pœnis,* & *l. unica C. de ſuperexact. lib.* 10. Non ratione ipſius feræ, ſed ob contemptum edicti Principis. Vnde locum habet, quod dicitur: Qui Principi non obedierit, morte moriatur. Vide Fachin. *d. lib.* 1. *contr.* 1. & Petr. Heigius *part.* 1. *quæſt.* 15. *nu.* 8 0. Diſſentit Hunn. *lib.* 2. *variar. reſolut. jur. civil. tract.* 1. *quæſt.* 15.

33 De captura hactenus; ſuccedit modo inventio. INVENTIO eſt occupatio [a] rerum mobilium, tum anima carentium, tum ſervorum, quæ res, quiq; ſervi proprietate nullius ſunt.

[a] Non aliter res adquiruntur, quàm ſi occupatæ, id eſt, apprehenſæ fuerint, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* & *§. Qua ratione verius. ibi, occupaverit. Inſtit. de rerum diviſ.*

34 Eſt autem inventio vel rerum in mari aut litore maris natarum, [a] vel rerum pro derelicto habitarum, [b] vel theſauri. [c]

[a] *§. item lapilli,* 18. *Inſt. d. t. l.* 3. *ff. de diviſ. rer. l.* 1. *§.* 1. *ff. de adquir. vel amit. poſſ.* [b] *§. Qua ratione. Inſt. de rer. diviſ. l.* 2. *§.* 1. *ff. pro derelict. l. Falſus* 43. *§. Quod ſi dominus ff. de furtis,* vide Cujac. *lib.* 21. *obſervat. cap.* 8. [c] *§. Theſauros, Inſt. d. tit.*

35 Quòd ſi quis res naufragio perditas & à fluctibus in litus ejectas inveniat, ſciensque retineat, rapinam committit, & quadruplo tenetur. [a] Quin etiam ex nova Friderici conſtitutione publicatione omnium bonorum multatur. [b]

[a] *l. Pomponius* 44. *verſ. idem ait, ff. de adquir. rer. dom.* [b] *Auth. Navigia. C. de furtis.*

36 In tempeſtate maris è nave, ejus levandæ cauſa ejectum quod eſt, ſi quis inveniat, & ſciens lucrandi animo retineat, furtum committit.

§. Alia ſanè ratione. 24. *Inſt. de rer. diviſ. l. Qua ratione* 9. *§. ult. l. Quacunq;* 58. *ff. de adquir. rer. dom. l. qui levandæ* 8. *ff. de leg. Rhod. de Iactu, l. interdum* 21. *§.* 1. *ff. de adquir. vel amitt. poſſ. l. ſi quis merces* 7. *ff. pro derelicto.*

37 Eadem quoque eſt ratio earum rerum, quæ de rheda currente non intelligentibus dominis cadunt.

§. ult. in fin. Inſtit. de rer. diviſ. d. l. falſus 43. *§. Qui alienum. ff. de furtis.*

38 Vt quis autem furti ſuſpicionem, ejuſque pœnam evitet, publicè proponat libellum, quo ſignificet, ſe rem inveniſſe, & redditurum ei, qui ſuam eſſe oſtenderit.

d. l. falſus 43. *§. Proinde videamus,* ubi Bart. & alii, *ff. de furtis,* & Dd. *ad dict. §. ult. Inſtit. de rerum diviſ.*

39 Sed rerum inventor εὕρετρον, id eſt, inventionis præmium jure petit? Non probè aliquid peti Vlpianus ſcribit.

d. l. falſus 43. *§. quid ergo. ff. de furtis.*

40 Theſauri inventionem quod attinet, primò ſciendum, quòd Theſaurus juris conditoribus ſit vetus quædam pecuniæ depoſitio, cujus non extat memoria. [a] Vnde propriè theſaurus non eſt ea pecunia, quam quis vel lucri, vel metus, vel cuſtodiæ cauſa condidit ſub terra, & à quo, & quando ſit condita non ignoratur. [b] Abuſivè tamen theſaurus etiam dicitur. [c]

[a] *l. Nunquam* 31. *§.* 1. *ff. de adquir. rer. dom. l. un. C. de Theſaur. lib.* 10. Donell. *lib.* 4. *commentar. cap.* 14. Leſſius. *lib.* 2. *de Iuſtit.* & *Iur. cap.* 5. *dubitat.* 15. *nu.* 57. Franciſcus Conan. *lib.* 3. *commentar. c.* 4. *nu.* 3. *in fin.* [b] *d. l. nunquam,* 31. *§.* 1. *ff. de adquir. rer. dom. l. à tutore* 67. *ff. de rei vind.* & *l. peregrè,* 44. *in princ. ff. de adquir. vel amit. poſſ.* Berlich. *part.* 2. *concluſ. pract.* 66. *nu.* 7. 8. 24. & *ſeqq.* [c] *l. Theſaurus* 15. *ff. ad exhibend.*

41 Locus autem in quo Theſaurum quis invenit, vel proprius eſt, vel alienus;

nus; & quidem alienus aut privatus eſt, aut Cæſaris, aut Fiſcalis, aut publicus Imperii vel Univerſitatis, aut ſacer vel religioſus.

Theſaurus in proprio loco inventus, ex aſſe inventoris eſt, ſive fortuitò, ſive data opera inventus ſit, non tamen adhibitis ſceleratis ac puniendis ſacrificiis, aut alia qualit[illegible]t arte legibus odioſa. 42

§. Theſauros,39. Inſtit. de rerum diviſ. & d. l. un. C. de Theſaur. Proſp. Farinac. *Tract. crim. part.3. de variis ac diverſ. quaeſt.*104.*nu.*1. Tuſch.*pract. concluſ. lit. T. concluſ.*300.*num.*1. Berlich. *tom.2. concluſ.*66.*nu.*6. & 11.

Qui verò inventus eſt in loco alieno, ſive is privati alicujus ſit, ſive Cęſaris, non tamen ut Cæſaris, ſed ut Maximiliani aut Rudolphi, modò fortè fortuna inventus ſit, ex ſemiſſe duntaxat repertoris eſt, ex altero ſemiſſe privati illius, aut Cæſaris: ſin data opera ſit repertus, totus eſt privati illius, aut Cæſaris. 43

d. §. Theſauros.39. verſ. At ſi quis, & verſ. Et convenienter, Inſtit. de rer. diviſ. & d. l. un. C. de Theſauris. Proſp. Farinac. *dict. tract. criminal. part.3. de variis, & diverſ. quaeſtionib. quaeſt.*104. *n.*3.4.5.6. & 7. Obſtare videtur *l.3. §. ſi in locis, ff. de jure fiſci.* Forſter. *de dom. c.*9.*n.*120. & *ſeqq.*

Invẽtus autem theſaurus in loco fiſcali, vel publico imperii, aut univerſitatis loco, ex ſemiſſe invẽtoris eſt, ſi fortuito caſu repertus ſit, ex altero ſemiſſe fiſci, vel univerſitatis, hoc eſt, civitatis.[a] Et tenetur invẽtor ultrò partem fiſco deferre, alioqui totum cum altero tanto ſolvere cogitur.[b] Si data opera in hiſce locis quis theſaurũ invenerit, ex aſſe erit fiſci, vel civitatis.[c] 44

[a] *d. §. Theſauros,39. verſ. cui conveniens, Inſtit. de rerum diviſ. ubi Cujac. in notis, & c. tit.*56. *in fin. tit. Quæ ſint regal. lib.2. feudor.* Farinac. *dict. quaeſt.*104.*num.*8. [b] *d. l.3. §. ult. ff. de jur. fiſci.* [c] *d. t.56. lib.2. feud. & d. l. un. C. de theſaur. lib.*10.

Similiter theſaurus in loco ſacro, aut religioſo fortuitò inventus, ex ſemiſſe eſt inventoris, alter verò ſemiſſis eſt fiſci, ex nova legislatione Friderici Imp. Ex eadem quoq; conſtitutione totus theſaurus, ibidem datâ operâ repertus, fiſco vindicatur. 45

Tit.56. in fin. lib.2. feudor. Sed vide omnino Farinac. *dict. quaeſt.*104.*nu.*9. Arum. *Exercitat. Juſtin.*4.*quaeſt.*20.

Idem quoque longè ante Friderici legem conſtituerunt Divi fratres, M. Antoninus, & Verus:[a] licet ante hos Divus Hadrianus totum theſaurum fortuitò repertum inventori conceſſerit.[b] 46

[a] *l.3. §. Si in locis, ff. de jure fiſci.* [b] *§. Theſauros.39. verſ. Idemq; ſtatuit. Inſtit. de rerum diviſ.* quæ duo proxima loca antinomiam arguunt, in qua tollenda varii variè laborarunt. Accurſius & vulgò Interpp. cenſent reſcriptum Divi Hadriani naturali æquitate niti: at reſcriptum Divorum fratrum jure civili. Connan. verò *lib.3. comment. cap.*4.*n.*2. item Fran. Hotoman. Thomas Linius & Weſenb. alia conciliandi ratione utuntur, & diſtinguunt inter locum ſacrum & religioſum, qui privatus eſt, & eum, qui eſt publicus. De hoc intelligunt Divorum fratrũ: De illo Divi Hadriani reſcriptum. Quidam in *dict. §. Theſauros.* pro At legendum cenſent Ac, & ita adverſativam in ſimilitudinis dictionem mutant. Duaren. autem ad tit. *de adquir. rerum domin. cap.*4. & Donell. *lib.4. comment. cap.*14. exiſtimant, utrumq; locum narrationem continere; hiſtoricam, de qua ſuam non protulerit ſententiam Iuſtinianus. Deniq; Iacob. Cujac. *lib.9. obſer. cap.*37. & *in notis ad dict. §. Theſauros. Inſtit. de rerũ diviſ.* ſcribit, in hujus quæſtionis deciſione aliud ſenſiſſe Divum Hadrianũ, aliud Divos fratres: Iuſtinianum autem comprobaſſe Divi Hadrian. ſententiam. Nos harum conciliationum nullam probamus, exiſtimantes Principem Iuſtinianum ſubſcripſiſſe Divorum fratrum reſcripto.

47 Interpretes verò ut Porc. Fab. Ang. Thom. Lin. & alij tradunt, [a] hodie jure Pontificio Theſauri in loco ſacro vel religioſo inventi partem dimidiam non Imperij fiſco, ſed Eccleſiæ adplicandam eſſe. [b]

[a] *Ad §. Theſauros, 39. Inſtit. de rerum diviſ.* Et Farinac. *dict. quæſt.* 104. *n.* 12. [b] atq; hæc ſententia in invẽtore Clerico probari aliquibus videtur textu in c. *Excommunicamus.* 13. *§. Damnati. extr. de hæreticis.* Sixtin. *de regalib. lib.* 2. *c.* 21. *nu.* 38. Ego *in tract. de regalib. cap.* 3. *nu.* 179.

48 Theſauro autem in fundo emphyteutico, aut feudali reperto, num emphyteuta, aut vaſallus, pro domino feudi haberi debeat, vel proprietarius, ut huic vel illi pars Theſauri dimidia cedat, acris inter Dd. concertatio eſt: Nos proprietario, non emphyteutæ aut vaſallo jus capiendi partem illius theſauri tribuimus.

Per text. in l. fructus 7. *§. Si fundum viro, verſ. Non magis, ff. ſolut. matrim.* confert huc, quod emphyteuta, fundi emphyteutici, aut vaſallus feudalis prædii dominus non eſt, *l.* 1. *§. ult. ff. ſi ager vectig. d. tit.* 23. *§. ult. lib.* 2. *feud.* Garſias. *de expenſ. c.* 22. *n.* 52. Berlich. *part.* 2. *concluſ.* 2. *nu.* 58. Einſidel. *de regalib. cap.* 3. *n.* 402. *& ſeqq.* Diſſentiunt alii, quos vide apud Farinac. *d. quæſt.* 104. *nu.* 13. Roſenthal *de Feud. cap.* 5. *concl.* 93. *nu.* 3. Sixtin. *in dict. tract. de regalib. lib.* 2. *cap.* 21. *nu.* 48. Gutierez. *lib.* 4. *pract. quæſt.* 36. *num.* 27. Caſtrenſ. *conſil.* 363. *Vol.* 1.

49 Succedit prædatio bellica. Prædatio bellica eſt adquiſitio dominii, tum rerum, tum perſonarum, quas in bello juſto milites ex hoſtibus, & his devictis capiunt.

§. item ea, quæ ex hoſtibus. 17. *Inſtit. de rerum diviſ. l. naturalem* 5. *§. ult. l. transfugam* 51. *§.* 1. *ff. de adquir. rerum dom. l. ſi quid in bello* 28. *junct. l. ſi captivus* 20. *§.* 1. *& l. ſeq. ff. de cap. & poſtlim. reverſ. l. cum loca,* 36. *ff. de relig.*

50 Hoſtes ſunt, quibus publicè populus Romanus, aut qui populo Romano bellum decreverunt. [a] Vnde hoſtile [b] bellum eſt, quod Imp. Romanus peregrinæ alicui genti, vel quod peregrina gens populo Romano indixit. [c]

[a] *l. Hoſtes* 24. *ff. de capt. & poſtlim. reverſ. l. hoſtes hi ſunt* 118. *ff. de verb. ſign.* [b] Aliud eſt civile bellum, ut convincitur *ex l. un. in prin. C. de caduc. toll.* quod tamen propriè bellum non eſt, ſed civilis quædam inter quoſdam de populo ejuſdem imperii diſſenſio, *l. ſi quis ingenuum* 21. *§. ult. ff. de capt. & poſtlim. reverſ.* In hoc civili bello prædationis jus ceſſat, ut oſtendi in tractat. *de jure pugnæ, lib.* 1. *cap.* 29. *verſ. Quod ſi quid captum* [c] *per d. l. hoſtes hi ſunt* 118. *ff. de verb. ſign. & l. hoſtes* 24. *ff. de capt. & poſtlim. reverſ.*

51 Eſtque juſtum bellum hoſtile, ſi ex juſta fuerit initum cauſa, & quidem ritè indictum.

Quæ ſint juſtæ movendi belli cauſæ, expoſui *dict. lib.* 1. *de jure belli, cap.* 5. *& c.* 17. Quis item ſit ritus & mos indicendi belli oſtendi *eodem lib.* 1. *de jure belli, cap.* 6. addе Dn. D. Beſold. *diſcurſ. de arte jureque belli. per tot.*

52 Ejuſmodi ſi fuerit bellum, quicquid milites ex hoſtibus, aut devictis hoſtibus capiunt, id præda appellatur. [a] Vnde hæc adquiſitio haud ineptè prædàtio bellica vocatur. Dicitur quoque ſpolium. [b]

[a] *d. l. Si quidem bello* 28. *junct. l. ſi captivus* 20. *§.* 1. *de captiv. & poſtlim. reverſ. d. l. cum loca* 36. *ff. de relig.* [b] *l. pen. §. ſimili etiam, C. de donat.*

53. Et eſt præda non tantùm ſi res ſit inanimata, ſed & ſi perſona fuerit, licèt libera. [a] Item ſive mobilis, [b] ſive immobilis [c] ſit res. Et ſive durante adhuc bello hoſti auferatur, [d] ſive devictis hoſtibus. [e]

[a] *d. l. ſi quis ingenuum* 21. *verſ. Quod eſt publicè præda. ff. de capt. & poſtlim. reverſ.* [b] *per l. pen. ff. ad l. g. Iul. pecul.* [c] *d. l. ſi captivus* 20. *§.* 1. *ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. Can. Dicat aliquis* 23. *quæſt.*

Digitized by Google

quæſt. 5. [d] *l. ſi quis 21. verſ. Quod ſi publicè. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. t. t. per d. l. ſi captivus 20. §. 1. ff. d. t.*

Et durante adhuc bello non tantùm res mobilis capi ex hoſtibus poteſt, ſed & immobilis. 54

l. in agris 16. ibi, agrum, qui hoſtibus devictis, junctis verb. ſeqq. Agrum autem manu captum. ff. de adquir. rerum dom.

Quicquid autem durante adhuc bello capitur ex hoſtibus, jure gentium capientium fit, [a] non tantùm ſi res privata ſit, ſed etſi ſacra aut religioſa, vel publica fuerit. [b] 55

[a] *d. l. naturalem 5. in fin. ff. de adquir. rer. dom. §. item ea, quæ ex hoſtibus, Inſtit. de rer. diviſ.* [b] *l. cum loca 36. ff. de religioſis.*

Hoc ampliùs etiam liberi homines captivitate in ſervitutem capientium rediguntur, [a] etiam jure divino. [b] 56

[a] *d. l. cum loca 36. ff. d. t. l. adeò quidem 7. in princ. ff. de adquir. rerum domin. §. pen. Inſtit. de jure perſon. & d. §. item ea, Inſtit. de rerum diviſ.* [b] *Exod. 21. Levit. 25. Deut. 15. & 21. Paul. ad Epheſ. cap. 6.*

Quod autem ex hoſtibus nondum devictis capitur, id ſtatim fit ſingulorum occupantium militum, [a] non publicum. Niſi ager fuerit, qui in jus & poteſtatem ducis venit, & vel militibus pro emerito aſſignatur, vel venditur, aut publico relinquitur. [b] 57

[a] *dict. l. naturalem 5. §. ult. ff. de adquir. rerum dom.* [b] *l. transfugam 51. ff. d. tit.* [c] *dict. leg. in agris 16. ff. de adquir. rerum dom. l. ſi captivus 20. §. ff. de captivis & poſtlim. reverſ.*

Cæterùm quod capitur hoſtibus devictis, id omne, ſive mobile, ſive immobile fuerit in jus, & poteſtatem Imperatoris belli, venit: [a] qui mobilia inter milites ſecundùm merita ipſorum dividit. [b] 58

[a] *Can. dicat aliquis 23. quæſt. 5.* Hug. Donell. *lib. 4. comment. cap. 21.* [b] *d. can. dicat aliquis, 23. quæſt. 5. l. ſi quis pro redemptione 36. §. ſimili etiam modo, C. de donat. Deuter. 20. verſ. Omnem prædam exercitui divides, & Ioſ. 8. verſ. jumenta autem & prædam civitatis diviſerunt ſibi filij Iſrael,* Bart. *ad l. ſi quid in bello, nu. 3. ff. de capt. & poſtlim. reverſ.* Ang. *ad §. item ea, nu. 1. Inſtit. de rer. diviſ.*

Prædia verò ſive agri aut venduntur, [a] aut militibus pro emerito aſſignantur. [b] 59

[a] *l. in agris 16. ff. de adquirend. rerũ domin.* [b] *l. Lucius 11. ff. de evictionib.* Cujac. *lib. 19. obſ. c. 7.*

Quæritur de rebus, quæ priùs quidem civium Romanorum fuerunt, ſed ab hoſtibus aliquando captæ in poteſtatem eorum venerunt, ſi recuperentur, utrùm capientium vel Imperatoris belli fiant: an verò prioribus dominis reſtitui debeant? Nos diſtinguendum judicamus inter res mobiles, & res ſoli. Illæ in præda ſunt, & non redduntur dominis ſuis, [a] niſi fuerint ſervi, qui recepti ex hoſtibus jure poſtliminii ad ſuos dominos revertuntur: Hæ verò, ut agri, cæteraque prædia, in præda non ſunt, ſed poſtliminio ad priores dominos redeunt. 60

[a] *l. ſi quid in bello 28. in princ. ubi gloſſ. ff. de captivis. & poſtlim. reverſ. gloſſ. ad dict. leg. ſi captivus 20. in verb. ager. ff. dict. tit. & ad l. divus 21. in verb. captivorum. ff. de jure fiſci.* Cujac. *lib. 19. obſervat. cap. 7.* [b] *l. Poſtliminium 19. §. ſi verò ſervus. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* [c] *dict. l. ſi captivus 20. §. 1. ff. dict. tit.*

CLAS

CLASS. V. DISPUT. IV.

DE ADQVIRENDO RERVM DOminio per acceſſionem diſcretam.

THESIS I.

TRANSEVNDVM nobis ad eum adquirendi dominii modum, qui acceſſione continetur. ACCESSIO eſt, qua rei noſtræ, tanquam principali, res alia adjicitur, atquè ipſa adjectione noſtra efficitur. [a] Eſtq; alia diſcreta, alia continua ſive concreta.

[a] *per c.acceſſorium.de reg.jur.in 6.l.in rem 23.§.item quacunque,ff.de R.V. & eos Iuris textus, quos ſequentibus adjicimus thematis.*

2 Diſcreta acceſſio eſt, qua res quædam, ſine connexione, aut unione rei noſtræ adjicitur. Eſtque tum partus ancillæ, vel fructus; tum inſulæ fluviaticæ, vel rei commixtæ.

3 Acceſſio partus ancillæ eſt, qua partus ancillæ adquiritur illi, cujus eſt ancilla propria.

§.in pecudum fructu.v.partus verò ancillæ. Inſt.de Rer.Diviſ.§.ſervi autem.aut naſcuntur.Inſtit.de jur.perſon.l.ultim.ff.de adquir.rerum dom.l.partum ancillæ 7.C.de R.V.

4 Acceſſio fructus eſt, qua fructus rei noſtræ, vel quam bona fide poſſidemus, dominio noſtro adjicitur.

5 Quadruplex autem inprimis circa fructus acceſſionem inſpectio incurrit: Vna, quid & quotuplex ſit fructus; altera, quos fructus proprietatis dominus ſuos faciat: Tertia quos fructus faciat ſuos alienæ rei poſſeſſor: Quarta quo juris remedio dominus petat fructus, quos poſſeſſor ſuos non facit.

Fructus eſt acceſſio [a] rei, [b] quæ vel ex ipſo rei corpore, vel ejus occaſione ad utilitatem hominis provenit. [c]

[a] *l.Imper.50.in fin.ibi,ex acceſſionibus hereditariis,ff.ad SC.Trebellian.* Iacob.Cujac.*in paratit.ff.de uſur.* Obſtat.*l.2.§.1.ib.fructus & acceſſiones,ff.de in diem addict.l.ſi ſervus 61.§.Idem dicendum ib.acceſſiones & fructus ff.de furt.* [b] partus ancillæ fructus non eſt. *d.§.in pecudum verſ.partus verò ancillæ.Inſtitut.de Rer.Diviſ.l.vetus,68.ff.de uſufruct.l.in pecudum 28.§.1.ff.de uſur.l.ancillarum 27.ff.de petit.hered.l.mulier 22.§.ſed enim.ff.ad SC.Trebellian.* [c] *l.pen.ff.de uſu & uſufruct.legat.Vide explicat.illuſtr.quæſt.de fructibus tractatus meo de crimin.læſ.majeſt.ſubjectam.nu.1.& ſeq.*

6 Fructus vel naturalis eſt, vel civilis. [d] Naturalis fructus eſt, qui ex ipſo corpore producitur. [e] Eſtque duplex; Alius ſponte, per ſe, & citra hominis notabilem induſtriam provenit; ut pomum, pyrum, herba, lignum, & ſimilia. Alius hominum operis potiſſimum provenit; puta cultura ac cura, & ſerendo, ut frumenta, legumina, &c. [f] Ille ſimpliciter Naturalis, hic induſtrialis vulgò appellatur. [g]

[d] *l.62.in princip.ibi,non natura provenit,ſed jure percipitur.ff.de regul.V.l.fructus 45.ib.*

45. ib. ex re. ff. de uſur. Matth. Stephan. *de offic. judicis lib. 6. cap. 3. nu. 3.* Garſias *de expenſ. cap. 23. num. 7.* Forſter. *de domin. cap. 9. num.* 173 Caſtillo *de uſufr. cap. 36. nu. 60. & ſeqq.* [e] *l. uſura pecuniæ. 121. ff. de Verb. ſignif. dict. leg. ſi navis. 62. in princip. ff. de R. V.* [f] *dict. leg. fructus 45. ff. de uſur. §. ſi quis autem à non domino. Inſt. de R. D. l. bona fides 48. in princ. ff. de adquir. rerum domin.* [g] Molin. *ad conſuetudin. Pariſienſ. d. §. 1. ubi gloſs. num. 33.* Petr. Coſtal. *ad dict. leg. fructus 45 ff. de uſur.* Arius Pinel. *ad l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 2. cap. 4. nu. 52.* Ar Coraſ. *Libr. 5. Miſcellan. cap. 9.* hanc Interpp. diſtinctionem rejicit, quod minimè probatur Menochio *lib. 2. de arbitr. judic. Cent. 3. Caſ.* 210. ut nec Petr. Coſtal. nec Pinel. *adde* Gilken. *ad l. certum 22. C. de rei vindicat. cap. 2. num. 6. & ſeqq. & cap. 3. per. tot. & cap. 6. num. 28.* .

Naturali autem vel induſtriali fructui accenſeri num debeat uva, lana, 8
lac, fœtus pecudum, dubitatur. Nos induſtrialem fructum dicendum exiſtimamus.

Per l. fructus 7. §. Non ſolùm, ibi, quo curantur, ff. ſolut. matrim. Confirmat eandem hanc concluſionem text. *in l. in pecudum 28. in princ. ff. de uſur. & in l. 4. §. lanæ. ff. de uſucap.* Vid. Pinel. & Menoch. *citatis priùs locis*, & Menoch. *tractat. de recuperanda poſſeſſ. Rem. 15. num. 577.* & communiter Dd. *ad l. certum 22. C. de R. V.* Bart. & Coſtal. *ad l. Et ex diverſo 35. ff. de R. V.* Quibus omnibus contradicit Ioan Copus *tract. de fruct. lib. 1. tit. 2. cap. 2.* Achilles Perſonalis *in tract. de petit. hæreditat. num. 740.* Hartm. Piſtor. *lib. 1. quæſt. 24. nu. 89. & ſeqq.* Scipio Gentilis *lib. 2. de donat. int. vir & uxor. cap. 17.*

Civilis fructus eſt, qui jure percipitur, non ex ipſo rei corpore, ſed ex 9
alia cauſa; qualis fructus eſt uſura, penſio merces, vectura jumentorum, cæteræque obventiones, quas Iuriſconſulti pro fructibus accipiunt,[a] & vicem fructuum obtinere dicunt.[b] Vnde à fructibus ſeparari hi civiles fructus non debent.[c]

[a] *l. uſura pecunia 121. ff. de V. S. l. uſura. 34. & l. prædiorum 36. ff. de uſur. quœdhis. 83. ff. de legat. 3.* [b] *l. uſura 34. ff. d. tit.* [c] *d. l. uſura 34. ff. eodem tit.* vide Cujac. *lib. 18. obſervat. cap. 3.* Bart. *ad l. ult. ff. de jur. fiſc.* hos fructus ſimpliciter induſtriales vocat. Bald. *ad l. ſi traditio 4. in fin. C. de act. empt.* appellat hos fructus induſtrialiſſimos. Coraſ. *lib. 5. miſcell. cap. 9. num. 10.* Ummius *in proceſſ. judic. diſput. 21. theſ. 1. nu. 3.*

Alio modo dividuntur fructus in futuros, in pendentes, in perceptos, in 10
non perceptos, & conſumptos. Futuri fructus ſunt, qui nondum producti aut formati, ſequenti tempore proventuri ſperantur.[a]

[a] *l. Nec emptio. 8. in pr. ff. de contrah. empt. l. quod in rerum natura. 24. ff. de leg. 1. l. & quæ nondum ſunt 15. ff. de pigner. & hypoth. l. 73. in pr. ff. de Verb. oblig.* Matth. Stephani *de offic. judic. lib. 6. cap. 3. nu. 8.*

Pendentes fructus dicimus, qui jam quidem nati & formati ſunt, ſed 11
nondum de re ipſa percepti; ut qui nondum ſunt collecti, ſed terra adhuc continentur, ſive terræ; viti, arborive cohærent.[a] cujuſmodo fructus aliàs fructus ſtantes appellantur.[b]

[a] *l. fructus pendentes. 44. ff. de reg. jur. l. arboribus evulſis. 27. ff. de uſufr. l. ſi pendente. 27. ff. de uſufruct. l. fin. §. non ſolum. ff. quæ in fraud. credit.* [b] *l. fructus 7. §. interdum. ff. ſolut. matr. l. ſi apes 26. ff. de furt.*

Percepti fructus appellantur, quos quis jam adeptus eſt: ut ſi jam ſepara- 12
ti ſint ab ea re, unde percipiuntur, quamvis adhuc humi jaceant, nec ex illis ſpecies aliqua facta ſit.

l. in ædibus. 9. §. ex rebus. ff. de donat, l. ſi ejus. 78. ff. de reg. jur. l. qui ſcit 25. §. 1. ff. de uſur. l. ſi fructuarius meſſem. 13. ff. quib. mod. uſufr. amitt.

Digitized by Google

13 Fructus non perceptos vocamus, qui quidem adquiſiti non ſunt, honeſtè tamen percipi potuerunt.

l. fructus non modo percepti 33. ff. de rei vindic. l. cum ſervus. 39. §. fructus, ff. de leg. 1. §. etſi in rem. 2. Inſtit. de offic. judic. l. quicquid. 7. C. arbitr. tutel. Copus *de fructib. lib. 1. Tit. 3. cap. 10. & 11.*

14 Conſumptos fructus appellamus, qui ampliùs apud ipſum, qui eos percepit, non extant.

§. ſi quis autem à non domino. 35. Inſtit. de rer. diviſ. l. quaſitum. 40. in fin. ff. de acquir. rer. domin.

15 VIDEAMVS nunc, quos fructus faciat ſuos proprietatis dominus, qui plenum rei dominium habet. [a] Eſt autem hîc ea tenenda juris regula: Quod ex meo natum eſt, meum eſt, ſive ſit animal, ſive prædium ſit, unde provenit. [b]

[a] Nudæ enim proprietatis, quod ad proprietatis nomen attinet, fructus nullus intelligi poteſt. *l. Videamus 19. in princ. ff. de uſur.* [b] *§. Item ea quæ ex animalibus. Inſtit. de R. D. l. 2. l. item quæ 6. ff. de adquir. rer. dom. l. qui ſcit 25. in princ. & §. 1. ff. De uſur. l. ſolum 49. §. 1. ff. de Rei Vindicat.*

16 Hic tamen maſculum animal non ſpectamus, ſed id quod fœtum edidit. Si enim equam meam equus tuus prægnantem fecerit, non eſt tuum, ſed meum, quod natum eſt.

l. Idem Pomponius. 5. §: Idem ſcribit, ff. de R. V. l. partus 7. C. eod. tit. l. ult. ff. de acquir. rer. domin. d. l. qui ſcit 25. in pr. ibi, omnis fructus non jure ſeminis, ſed jure ſoli percipitur. & §. 1. ib. in percipiendis fructibus, magis corporis quam ſeminis jus aſpicitur, ff. de uſur.

17 Quòd ſi pendeant fructus, indiſtinctè pertinent ad proprietarium, licèt à bonæ fidei poſſeſſore ſati fuerint, & ad maturitatem usque culti. [a] Cum fructus pendentes pars fundi videantur, [b] proindeque eodem jure, quo totum cenſeri debent. [c]

[a] *l. ſi fundi. 53. ff. de rei vindicat. l. qui ſcit 25. ff. de uſur.* [b] *l. fructus 44. ff. de rei vindicat.* [c] *l. ſi quis 7. in princ. ff. de except. rei judic. l. in toto 113. ff. de R. I. l. Quæ de tota 76. ff. de Rei vindic.*

18 Quod attinet poſſeſſorem rei alienæ, ſeparandus hic eſt bonæ fidei poſſeſſor à malæ fidei poſſeſſore. Poſſeſſor enim malæ fidei, nullos fructus ſuos facit, ſed eos omnes domino reſtituere tenetur, [a] ſive titulum poſſeſſionis ſuæ habeat, ſive non; [b] ſive fructus naturales ſint, ſive induſtriales, ſive civilis, [c] ſive extent, ſive conſumpti ſint; [d] ſive percepti fuerint, ſive non, honeſtè tamen percipi potuerunt. [e] Quo caſu ſpectanda eſt domini perſona, non poſſeſſoris, & in tantum condemnandus malæ fidei poſſeſſor, quantum dominus honeſtè percipere potuiſſet. [f]

[a] *l. certum 22. C. de R. V.* Cavall. *in ſpecul. commun. opin. tom. 2. concluſ. 499.* Stephani *de offic. judicis. lib. 6. cap. 3. nu. 33.* [b] *l. ait prætor. 10. §. per hanc, ff. Quæ in fraud. credit. l. fructus 33. & l. ſi navis. 62. §. ult. ff. de R. V. l. 1. in fin. C. de petit. heredit. §. & ſi in rem. 2. verſ. Illorum autem fructuum. Inſt. de off. jud. l. 2. C. de fruct. & lit. expenſ.* qui textus omnes generaliter & indiſtinctè loquuntur. Obſtare videtur *l. 17. C. de rei vind.* [c] *l. domum 5. C. de R. V. l. 55. ff. de condict. indebit. per hanc l. diſſent.* Gilcken. *ad §. ſi quis à non domino. c. 6. nu. 6.* Vide Mindan. *de interdict. cap. 8. num. 4.* Copum. *de fructib. lib. 2. tit. 4. cap. 2.* Hunn. *var. reſolut. lib. 2. tract. 1. quæſt. 35.* Raiger. *in proceſſ. diſſ. 9. poſit. 13.* Hartm. Piſtor. *lib. 4. quæſt. 28. nu. 7. & ſeqq.* [d] *§. ſi quis à non domino, Inſt. de rer. diviſ. l. 3. C. de condict. ex leg.* [e] *§. & ſi in rem verſ. illorum autem.*

rem. Inſtit. de off. judic. l. fructus 33. l. ſi navis 62. §. ult. ff. de R. V. & *l. 1. ubi Cujac. C. de fid.* & *jur. haſta lib. 10.* [f] *d. l. ſi navis 62. §. ultim. ff. de R. V. l. cum ſervus 39. §. fructus autem, ff. de leg. 1. c. gravis ext. de reſtit. ſpoliat.* Menoch. *de recuper. poſſeſs. Rem. 1. n. 414.* & *ſeqq.* Duaren. *ad tit. de Naut. fœn.* Donell. *lib. 20. comment. cap. 5. pag. 414.*

Quin etiam quod inhoneſtè malæ fidei poſſeſſor, ex re aliena percepit, 19
veluti ex lupanari, domino reſtituere tenetur.

l. ancillarum. 27. & *l. ſeq. l. ſi poſſeſſor 52. l. cum hereditas 56. ff. de petit. heredit.*

Heres quoque malæ fidei poſſeſſoris, ad reſtituendos fructus cogi poteſt. 20

l. 2. in fin. C. de fruct. & *lit. expenſ. l. vitia. 11. C. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* fac. *§. diutina. v. Quod ſi ille initium, Inſtit. de uſucap. l. diutina. 4. C. de præſcript long. temp. l. cum heres. 11. ff. de diverſ.* & *temp. præſcript.* Menoch. *de recup. poſſeſs. Rem. 15. n. 618.* Afflict. *deciſ. 249. num* 3. Ruin. *conſil. 50. in fin. lib. 5.* Socin. Iun. *conſ. 182. n 28. lib. 2.* Diſſentit Copus. *de fructib. lib. 2. tit. 4. cap. 3.* Sed vide Fachin. *lib. 1. controv. 56.*

Vxor tamen & vir ex re donata, fructus percipiendo ſuos facit, quos ſuis operis acquiſierit. 21

l. fructus 45. ff. de uſur. l. de fructibus 17. ff. de donat. inter vir. & *uxor.*

Eſt & illud hîc notandum, quod, qui bonæ fidei poſſeſſor ab initio eſt, 22
malæ fidei poſſeſſor incipit eſſe ex eo tempore, quo reſcivit, rem eſſe alienam, proindeque exinde perceptos fructus ſuos non facit.

l. Qui bona. 23. §. Tamdiu l. Quæſitum. 40. & *l. bonæ fidei. 48. §. in contrarium ff. de adquir. rer. dom.* Obſtare videtur *l. 2. C. de fructib.* & *lit. expenſ.* & *l. qui ſcit. 25. §. ult. ff. de uſur.* Baro ad *§. ſi quis à non domino Inſt. de rer. diviſ.* exiſtimat hanc contrarietatem ſine manifeſta calumnia conciliari non poſſe. Cujac. aliud de ea judicium eſt in *not. ad d. §. ſi quis à non domino: Inſt. d. t.* & *ad African. tract. 7. in explicat. d. l. Quæſitum 40. ff. de adquir. rer. dom.* Aliud item Herman. Vulteji *lib. diſceptat. ſcholaſticar. cap. ult. pag. 236.* & *ſeqq.* Aliud Garz *de expenſ. cap. 23. num 15.* Aliud Schultes. *lib. 1. quæſt. 28. num. 51.* adde item Covarruv. *1. var. reſol. c. 5. num. 7.* Menoch. *recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 615.* Fachin. *1. controv. 59.* Mindan. *de interdict. cap. 6. nu. 21.* Bachov. *in not. ad Treutler. vol. 1. diſp. 15. theſ. 12. lit. D.*

Cæterùm bonæ fidei poſſeſſor, ſuos facit fructus naturales perceptos, 23
quos ſuis operis, hoc eſt, cultura & cura ſua, puta ſerendo adquiſivit, & jam percepit; [a] ſiquidem quod ad fructus attinet, loco domini penè ſit, [b] & in percipiendis fructibus idem juris habeat, quod dominis prædiorum tributum eſt. [c]

[a] *§. ſi quis à non domino. 25. Inſt. de rer. diviſ. l. bonæ fidei 48. ff. de adquir. rer. dom. l. fructus 45. ff. de uſur.* [b] *d. l. bonæ fidei 48. in pr.* niſi reſtitutionis beneficio contractus reſcindatur, tunc enim omnes fructus (deductis impenſis) reſtituuntur. Peregrin. *de fideicommiſs. art. 49. num. 118.* [c] *d. l. qui ſcit 25. §. 1. verſ. porrò bonæ fidei, ff. de uſur.*

Ipſa autem perceptione ejusmodi fructus ſtatim ſuos facit bonæ fidei 24
poſſeſſor, & quidem pleno jure, ut neceſſe non ſit, eos, quo ad acquiſitionem conſumptos eſſe.

l. in pecudum 28. in pr. ib. ſtatim pleno jure ſunt bonæ fidei poſſeſſoris, ff. de uſur. d. l. bonæ fidei 48. in pr. ib. ſtatim ubi à ſolo ſeparati ſunt ff. de acquir. rer. dom. l. 4. §. Lana ib. ſed ſtatim emptoris fit. ff. de uſucap. l. ſi ejus fundi 78. ff. de Rei. Vindicat.

Etſi verò pleno jure hos ſuos faciat fructus bonæ fidei poſſeſſor, attamen 25

eos extantes, & nondum conſumptos, domino, rem, unde percepti ſunt, vindicanti, reſtituere tenetur.

§. ſi quis à non domino, Verſ. Et ideò, Inſt. de R. D. §. Etſi in rem, Verſ. ſi verò bonæ fidei, ib. neque conſumptorum, Inſt. de off. jud. l. certum 22. ib. bonæ fidei verò extantes C. d. R. V. l. 4. §. poſt litem, ib. ſi eos conſumpſit: ff. Finium regund. d. l. 4. §. Lana ibi, ſi conſumpti ſin. ff. de uſucap. ubi conditionale illud enunciatum notandum. Atque hanc concluſionem probat quoque Cujac. in not. prior. ad §. ſi quis à non domino, & ibid. etiam VVeſemb. Inſt. de R. D. Idem Cujac. lib. 11. obſervat. cap. 39. & in tract. ad Afric. 7. in explicat. l. Quæſitum 40. ff. de adquir. rer. dom. Ant. Fab. lib. 4. conject. cap. 17. & Vlt. lib. diſcept. Scholaſtic. cap. ult. & communem dicit Peregrinus. de fideicom. articul. 49. nu. 112. Fachin. 1. controv. 57. Diſſent. Donell. in comment. de fructib. & lib. 4. comment. cap. 26.

26 Interim quidem ſuos facit hos fructibus hic poſſeſſor, [a] id eſt, donec de re evincenda lis conteſtata fuerit; [b] at cùm ipſa re evicta eos reſtituere compellitur; ut proindè ante conſumptionem perfectè dominus dici non poſſit. [c]

[a] d. l. bonæ fidei 48. in princ. ff. de adquir. rer. dom. junct. l. arboribus 12. §. ſi fur. ff. de uſuf. [b] d. l. qui ſcit 25. §. ult. ff. de uſur. l. 2. C. de fruct. & lit. expenſ. d. l. certum 22. C. d. R. V. l. 4. §. 2. ff. fin. regund. Garcias dicit de expenſ. c. 23. nu. 12. reſtitutionem quidem fieri, ſi non ex die litis conteſtatæ, ſi ex codie, quo quis ex documentis prædictis potuit compertum habere rem ad ſe non pertinere, proinde Garz. ibid. nu. 14. dicit, quod litis conteſtatio ita demum inducat malam fidem, ſi ita fiat conteſtatio, uti jus deſiderat, edita nimirum actione & documentis, ut reus ſciat an cedere vel contendere debeat. Quod ſi ſimpliciter fiat, litis conteſtatio, tunc ex die publicationis atteſtationum fructus reſtituendi & ita judicatum aliquoties dicit Garz. dict. loco. [c] per l. omnes 139. §. 1. ff. de R. I.

27 Vt fructus qui ſerendo proveniunt, ſic & pecudum fructus, veluti fœtus, ut agnos, hædos, vitulos, ſuculos, item lac, pilum, lanam, &c. bonæ fidei poſſeſſor percipiendo interim ſuos facit.

l. in pecudum 28. in princ. ff. de uſur. l. 4. §. Lana ovium, ff. de uſucap. d. l. bonæ fidei 48. in princ. ibi. Sed omnes & §. & ovium fœtus, ff. de adquir. rer. domin. & §. ſi quis à non domino, ibi, & cura Inſtit. de rer. diviſ. junct. l. fructus 7. §. non ſolum, ib. quo curantur, ff. ſolut. matr.

28 Merè autem naturales fructus, qui ſua ſponte, abſque notabili cultura vel cura proveniunt, veluti lignum, pomum, pyrum, fœnum, metalla, &c. bonæ fidei poſſeſſor percipiendo interim ſuos non facit.

d. l. fructus. 45. ff. de uſur. Cui l. contraria videtur l. bonæ fidei 48. in princ. ff. de adquir. rer. dom. De qua antinomia alij aliter ſentiunt, ut apparet ex his, qui ſcribit Pinel. ad l. 2. C. de Reſcind. vendit. p. 2. cap. 4. nu. 53. & aliquot ſeqq. Duar. ad tit. de Naut. fœner. cap. Qui fructus in reſtitutionem veniunt, Donell. lib. 4. commen. cap. 25. pag. 290. circ. fin. Cujac. in not. ad §. ſi quis autem à non domino. ubiquoque VVeſenb. Inſt. de R. D. & in 7. tract. ad African. in explicatione l. quæſitum 40. ff. de adquir. rer. dom. Ant. Fab. lib. 4. conjecturar. cap. 17. Vmmium in proceſſ. judic. diſp. 21. theſ. 3. num. 21. Iul. Pac. cent. 5. ἐναντιοφανῶν, quæſt. 45. ff. de uſur. & in vot. ad d. l. fructus 45. ff. de uſur. Gothofred. in not. ad l. certum 22. in verb. extantes C. de R. V. Herman. Vult. lib. diſcept. ſcholaſt. cap. ult. De metallis eſt l. 9. §. Sed ſi lapidiciſſimus, & §. ſeq. ff. de uſufruct. l. 7. §. 13. & ſeq. ff. ſolut. matrimon. Garz. de expenſ. cap. 23. nu. 35. Et his fructibus civiles æquiparantur, quia parum laboris requirunt. Gilcken. in §. ſi quis à non domino. cap. 6. nu. 10. Inſt. de rer. diviſ.

29 Reſtituit autem bonæ fidei poſſeſſor naturales fructus in univerſali judicio in quantum factus eſt locupletior. [a] De judicio autem rerum ſingularum idem leges non præcipiunt. [b]

[a] l. 40.

[a] *l. 40. §. Prædo, ff. de petit. hered. l. 1. C. d. t.* Præſcribit tamen triennio: Peregrin. *de fideicomm. dict. art. 49. num.* 115. Diſſentit aliquo modo Iacob Schultes. *lib. 1. quæſt.* 35. [b] *Iohan. Gars. de expenſ. & meliorat. cap. 23. num.* 40. Fachin. *lib. 1. controv. cap. 58. facit l. 4. §. 2. ff. fin. reg.* Peregrin. *dict. loc. num.* 114. Diſſentit Anton. Fab. *lib. 4. conject. cap. 17. pag.* 192. Schultes. *lib. 1. quæſt. 28. num.* 24. Quis verò probare debeat b. f. poſſeſſorem locupletiorem eſſe factum? Tradit Iacob. Schultes. *lib. 1. pract. quæſtion.* 21. & Peregrin. *dict. art. 49. num.* 116. ubi communem ex Menoch. dicit quod aſſerenti aliquem locupletiorem effectum, incumbat probatio. Quid de fructibus induſtrialibus ſit ſentiendum dubium eſt? Et eoſdem quatenus debitor factus ditior reſtituere debere bonæ f. poſſeſſore (quoad univerſale judicium) receptum eſſe ait Garz. *de expenſ. & melior. cap. 23. num. 40. per l. 28. ff. de petit hæredit.* Peregrin. *dict. art. n.* 113.

Quos verò bonæ fidei poſſeſſor, percipiendo ſuos non facit fructus, eos 30
uſucapiendo, adjicere dominio ſuo poteſt.

l. 4. §. fructus & l. Lana, ff. de uſucap. Copus *Tract. de Fructib. lib. 2. tit. 4. cap. 7.* Pinel. *ad l. 2. C. de reſcind. vendit. cap. 4. nu. 48. ad fin.*

Iuris remedium, quo dominus conſequitur fructus, quos poſſeſſor ſuos 31
non facit, eſt rei vindicatio, ſi adhuc extent fructus: Condictio verò ſi fuerint conſumpti.[a] Poſt litem autem conteſtatam percepti, ut & percipiendi, cùm illi etiam reſtituendi ſunt, officio judicis reſtituuntur.[b]

[a] *l. mala fide 3. C. de condict. ex leg. l. ſi pignore 22. §. ſi prædo. ff. de pignorat. action.* Duar. *de Nauticc. fœn. cap.* 4. Donell. *tract. de fructib. cap.* 4. [b] *§. Etſi in rem, Inſtitut. de Offic. jud. l. qui reſtituere 68. ff. de R. V. l. certum 22. C. d. t.* Panorm. *ad c. gravis. ext. de Reſtitut. Spoliat.*

Sequitur de acceſſione inſulæ fluviaticæ. Acceſſio inſulæ fluviaticæ eſt, 32
qua dominium inſulæ in flumine natæ, ſola vicinitatis ratione, abſque poſſeſſionis apprehenſione, eorum eſt, qui prope ripam, prædia poſſident.

Per text. ſeqq. enunciatis adſcriptos. Dico autem DOMINIVM, ipſa etenim poſſeſſio inſulæ non adquiritur, ſine occupatione. Vide Cæpoll. *in tractat, de ſervit. ruſticor. prædior. cap. 33. nu.* 12. De conſuetudine autem Germaniæ proprietatis jure ad Regalia proindeque ad principes hodie pertinent inſulæ in flumine natæ, Noe Meurer *tract.* von Waſſer Recht / *part. 1. pag. 7. & part. 4. cap.* wann ein Inſul oder anhang / Atque in camera Imperiali adductum fuiſſe votando teſtatur Tileman *de benignis Syntagm. 2. decad. 2. vot. 7. num* 31. *& ſeqq.* Idque ſentire videtur Sixtin. *lib. 2. de regalib. cap. 3. nu.* 29.

Eſt autem hæc inſula, vel communis eorum, qui utrinque prædia poſſi- 33
dent, pro modo ſcilicet latitudinis cujuſque prædij, vel eorum tantum, quorum prædijs ab altera parte proximior eſt.

§. At Inſula in flumine nata. & §. ſeq. Inſt. de Rer. diviſ. l. adeò 7. §. Inſula verſ. in flumine nata, l. Ergò 30. §. tribus modis & l. Inſula 56. ff. de adquir. rer. dom.

Quod ſi verò amnis ſive flumen agrum vicinum circumfluat, eumque 34
ita in Inſulæ formam redigat, cauſa proprietatis non mutatur, ſed permanet is ager, cujus erat & priùs.

§. Quod ſi in aliqua parte, Inſt. de R. D. & l. ergò 30. §. tribus modis, ff. de adquir. rer. dom.

Hinc, ſi, cùm propior fundo tuo initio fuiſſet Inſula, flumen relicto al- 35
veo majore, qui inter eam Inſulam fuerat, & eum fundum vicini, qui trans flumen erat, fluere cepit, inter eam Inſulam, & fundum tuum, nihilominus Inſula tua manet.

l. Inſula 56. §. ult. ff. d. t.

Reſtat diſcretæ acceſſionis ſpecies ultima, ACCESSIO MIXTIONIS. 36

Digitized by Google

NIS. Eſt autem mixtionis acceſſio, qua diverſorum dominorum res, ejuſdem generis, ſalvâ ſingulorum corporum ſubſtantia, commiſcentur. Vt ſi duorum dominorum frumentum, legumina, nummi, in unum acervum conjiciantur.

§. Quod ſi frumentum, Inſt. d. R. D.

37 Hæc autem acceſſio, & mixtio rerum, fit, aut mutuo dominorum conſenſu, aut unius ex dominis ſyncera voluntate, aut caſu, aut dolo miſcentis.

38 Mutuo dominorum conſenſu ſi fiat, ſingula corpora, inter diverſos iſtos dominos communicantur.

d. §. Quòd ſi frumentum, Inſtit. de R. D. & l. Idem Pomponius 5. in princip. ff. de R. V.

39 Si unius ex dominis voluntate ſyncera, aut caſu facta ſit talis mixtio, tunc aut diſcerni poteſt, quod, & quale cujusque fuerit corpus, puta quia groſſius, vel albius eſt unum altero; aut non poteſt diſcerni. Priori caſu non fit communis acervus ille, ſed cujusque dominis res ſua manet, proindeq; ab eo qui totum acervum retinet, alter ſuum vindicare poteſt, & arbitrio judicis continetur, ut ipſe æſtimet, quale cujusque frumentum, aut res alia fuerit. [a] Poſteriori caſu, quo ita commiſta ſunt corpora ſingula, ut diſcerni non poſſint, communis fit acervus ille, pro quantitate cujusque. [b]

[a] *d. §. Quod ſi frumentum verſ. Quod ſi caſu & verſ. ſeq. ubi* Angel. *Inſt. de Rer. Diviſ. leg. Idem Pomponius 5. in princ. ff. de Rei V.* [b] *argum. leg. uſufructuarium 62. §. 1. ff. de uſufruct. gloſ. &* Ang. *ad d. §. Quod ſi frumentum Inſt. de R. Diviſ.*

40 Si tamen titulo, ad dominij adquiſitionem, habili alterius rem, quæ in mixtionem cadit, quis adeptus ſit, poſteriori illo caſu, res ea efficitur illius tantùm, cujus rei commiſta eſt.

l. ſi alieni 78. ff. de ſolut. Donell. *lib. 4. Comment. cap. 30. in fin.*

41 Si quis dolo rem alterius ſuæ rei miſceat, & furti actione & condictione conveniri poteſt.

Argum. §. ſi tamen alienam, Inſt. de R. D.

Class. V. Disputatio V.

DE ADQVIRENDO RERVM DOMINIO PER ACCESSIONEM CONCRETAM ſive continuam.

THESIS I.

DE acceſſione diſcreta hactenus: Sequitur de concreta ſive continua acceſſione. Concreta acceſſio eſt, qua res una rei alteri ita accedit, ut vel ambæ unum corpus fiant, vel una alteri cohæreat. Vnde [a] hæc acceſſio eſt vel connexi, vel uniti.

[a] *l. rerum 30. ff. de uſurp. & uſur.*

2 Acceſſio connexi eſt, quæ ex contingentibus, id eſt, pluribus inter ſe cohæren-

hærentibus conſtat. [a] Eſtque triplex; aut enim eſt ſoli, aut rei ſolo cohærentis, aut mobilis rei.

[a] *d.l.rerum* 30. *ff.d.tit.*

Acceſſio concreta ſoli eſt, qua ſolum ſolo accedit; eaque fit vel alluvio- 3
ne, vel aluei mutatione.

Alluvio eſt incrementum latens, quo ita paulatim aliquid ſolo noſtro 4
adjicitur per fluvium, ut intelligi non poſſit, quantum quoquo temporis momento, ſive atomo adjiciatur.

§. Præterea quod per alluvionem, Inſtit. de rer. div. & l. adeo 7. §. 1. ff. de adquir. rer. dom.

Alluvionis autem jus in dominij adquiſitione conſiſtens, in agris limita- 5
tis, ut quæ certa menſura continetur, locum non habet. [a] In non limitatis agris habet locum. [b]

[a] *l. in agris 16. ff. de adquir. rer. dom.* [b] *§. præterea. Vbi Cujac. in notis, Inſt. eod.* Idem Cujac. *lib. 2. obſ. 9.*

Quòd autem non alluvio, ſed vis fluminis de tuo prædio adjecit meo, id 6
tuum manet, ut & arbores ſimul tranſlatæ: niſi ea terra coaluerit, & unitatem cum mea terra fecerit, vel ipſæ etiam arbores in meum fundum radices egerint.

§. Quòd ſi quis fluminis, Inſt. de rer. diviſ. & d.l. adeo 7. §. quod ſi vis, & l. ſed ſi ex meis 26. §. arbor. ff. de adquir. rer. dom. l. hoc amplius 9. §. de his, & §. ſeq. ff. de dam. infect.

Similiter jus alluvionis locum non habet in lacubus, & ſtagnis. Nam li- 7
cet interdum creſcant & decreſcant, [a] ſuos tamen terminos retinent. [b]

[a] *l. Vicinus 24. §. ultim. ff. de aqua & aq. pluv.* [b] *l. lacus 12. ff. de adquir. rer. dom.*

Mutatione alvei adquiritur dominium, ſi flumen alveum ſuum univer- 8
ſum relinquat, & ad aliam partem fluat. Relictus enim alveus ille adquiritur ijs, qui prope ripam prædia poſſident, pro modo ſcilicet latitudinis cujusque prædij. [a] Modo tamen longiori tempore alveum illum flumen occupatum tenuit. [b]

[a] *§. quòd ſi naturali, Inſt. de rer. div. d.l. adeo 7. §. quòd ſi toto, ff. de adquir. rer. dom. & l. 1. §. ſimili modo, ff. de flumin.* [b] *arg. §. quòd ſi vis fluminis, verſ. plane, ibi, ſi longiori tempore, Inſt. de rer. diviſ.* & facit *l. naturaliter 5. ff. de uſucap.*

Novus alveus, quem brevi tempore tenuit flumen, ſi deſeratur ab ipſo 9
flumine, quod vel ad priorem redit alveum, vel ad aliam partem fluere cœpit, licèt quidem ſtricta ratione eorum eſſe videatur, qui prope ripam ejus prædia poſſident, [a] jure tamen benigniore domino priori reſtituitur; [b] niſi flumen minutatim receſſerit, & alluvione in antiquum locum redierit. Tunc enim jure alluvionis ejus fit novus ille alveus, qui prope ripam ejus prædium poſſidet. [c]

[a] *§. quòd ſi poſt aliquot. Inſt. de rer. diviſ. l. cum uſumfructum 24. in pr. verſ. nam ſi alveo, ibi, neque in priſtinum ſtatum reſtitui poſſe, ff. quib. mod. uſusfr. am. & d.l. adeo 7. §. quòd ſi toto, verſ. quod ſi poſt aliquot, ibi, ſtricta ratione, ff. de adquir. rer. dom.* [b] *d.l. adeo 7. in fin. ibi, ſed vix eſt, ut id obtineat, & ibi gl. ff. o. t. gloſſ. ad d. l. cum uſumfr. 19. in verb. reſtitui poſſe. ff. quem uſusfr. am.* [c] *l. Attius 38. ff. de adquir. rer. dom.* Idque Pomponius etiam ſignificat, *in l. ergo 30. §. alluvio, ff. d. t.* his verbis alluvio agrum reſtituit, quem impetus fluminis totum abſtulit.

Inun-

10 Inundatio autem, cùm fundi ſpeciem non mutet, nec dominium mutat, ſed fundus, cum aqua receſſerit, ejus manet, cujus antea fuit.

d.l. adeo 7. §. aliud ſanè, & d.l. ergò 30. §. alluvio, verſ. itaque ager. ff. de adquir. rer. dom. & §. alia ſanè cauſa, 48. Inſt. de rer. div. obſtare videtur *l. ſi ager 23. ff. quemadm. uſusfr. am.*

11 Succedit acceſſio rei ſolo cohærentis; ut quæ ſolo juncta, vel infixa eſt. Atque hæc acceſſio vel ædificium eſt, vel planta, vel ſatum.

12 De ædificio hæc regula tenenda eſt: omne quod ſolo ædificatur, ſolo cedit, id eſt, ad eum pertinet, cujus eſt ſolum; [a] neque refert materia illa ſit lignum, ſaxum, cæmentum; [b] ſive in ſolo tuo ex materia mea ego ædificem. [c]

[a] *d. l. adeo 7. §. cum in ſuo loco, 10. & §. ex diverſo, ff. de adquir. rer. dom. §. cum in ſuo ſolo, 29. Inſt. de rer. diviſ. l. qui domum 50. ff. ad L. Aquil. l. 2. C. de rei vind. l. ſi ſolum 39. in princ. ff. d. t. l. qui res ſuas 98. §. ult. ff. de ſolut.* [b] *l. redemptores 39. in princ. ff. de rei vind.* [c] *d. §. cum in ſuo ſolo, Inſt. de rer. div. & d. l. adeo 7. §. cum in ſuo loco, & §. ex diverſo, ff. de adquir. rer. dom.*

13 Quod enim ædificio jungitur, ejus eſt, ad quem ædificium pertinet: ut ſi vicinus aliquid ex ſua materia ædibus vicini imponat: [a] vel habitator in aliena ædificia feneſtras, & oſtia imponat. [b]

[a] *l. 2. in princ. C. de rei vind.* [b] *habitator 59. ff. d. t.*

14 Tamdiu autem quod junctum eſt ſolo vel ædibus alienis, manet domini illius ſoli vel ædium, quandiu eſt connexum; diruto autem ædificio, poteſt materiæ dominus eam vindicare, ſi ejus precium non acceperit.

[a] *l. in rem 23. §. item quæcunque, & d. l. habitator 59. verſ. nam quæ alienis, ff. de rei vindic. §. cùm ſuo ſolo, verſ. nec tamen ideo, & §. quòd ſi aliqua, Inſt. de rer. diviſ. & d. l. adeò 7. §. cum in ſuo loco, verſ. nec tamen, ff. de adquir. rer. dom.*

15 Et licèt per longum tempus mea materia tuo ædificio juncta maneat: jure tamen uſucapionis, aut præſcriptionis tua perfectè non efficitur, ut nec alterius poſſeſſoris.

d. l. in rem 23. §. ult. ff. de Rei Vind. & d. l. adeò 7. §. illud rectè quæritur, ff. de adquir. rer. domin.

16 Etſi verò dominus materiæ eam, quamdiu ædibus alienis juncta eſt, vindicare non poſſit: actione tamen de tigno juncto ejus duplum ab ædium domino petere poteſt, ſive bonæ ſive malæ fidei ędificator fuerit.

l. adeò 7. §. cum in ſuo, verſ. nec tamen, ff. de adquir. rer. dom. §. cùm in ſuo, Inſt. de rer. div. l. in rem 23 §. tignum, ff. de R. V. & l. gemma 6. ff. ad exhib. Obſtare videtur quo ad bonæ fidei ædificatorem. *l. de eo 63. ff. de donat. int. vir. & uxor. & l. qui res 98. in fin. ff. de ſolut.*

17 Vnde nobis erroneum [a] videtur, quòd quidam [b] diſtinguendum hic putant inter furtivum & non furtivum tignum; ut illius tantum nomine actio de tigno juncto in duplum competat, non etiam hujus nomine.

[a] Per textus confirmandæ theſi præcedenti adſcriptos, qui generales ſunt, nec diſtinguunt inter furtivum & non furtivum tignum. [b] Cujac. *in Paratit. ff. de tig. juncto, & 23. obſerv. 19.* & poſt alios Gœdd. *ad l. tigni 62. n. 8. ff. de V. S.* quibus tamen patrocinari putatur textus in *l. 1. & tot. tit. ff. de tig. junct. & d. l. de eo 63. in fin. ff. de don. int. vir. & uxor.*

18 Qui mala fide alienum tignum ædibus ſuis junxit, etiam ad exhibendum actione tenetur.

d. l. adeo §. cum in ſuo, ff. de adquir. rer. dom. §. quòd ſi aliqua, Inſt. de rer. diviſ. d. l. in rem 23. §. tignum, ff. de rei vind. l. 1. §. ult. ff. de tig. junct.

Eſt

Eſt & illa ſatis anceps quæſtio, ſit ne liberum ei qui ex aliena materia in ſuo ædificavit ſolo, ſi evitare velit actionem de tigno juncto in duplum, eximere ædibus ſuis tignum alienum, ejusque domino illud reddere? nos affirmantem ſententiam veram judicamus. 19

Per text. in d. l. habitator. 59. ff. de R. V. cui adde argumenta Donelli *lib. 4. commentar. cap. 33. pag. 311. & ſeq.* Bachov. *in not. ad* Treutler. *Vol. 2. diſput. 20. theſ. 6. lit. A.* Diſſentit Hilliger *in Donell. enucleat. lib. 4. cap. 33. lit. C.* Hunn. *lib. 2. Var. reſolut. tract. 1. quæſt. 21.*

De adquiſitione plantę talis regula notanda: Planta in ſolo alterius poſita, ejus eſt, cujus eſt ſolum, modò coaluerit, & in id radices egerit; quod factum intelligimus, ſi poſt id tempus, quo emori poterat, vivat & vegetetur. 20

d. l. adeò 7. §. ſi alienum, l. ſed ſi ex meis 26. §. arbor. ff. de adquir. rer. dom. leg. idem Pomponius 5. §. de arbore, ff. de R. V. & §. ſi Titius alienam, Inſt. de rer. diviſ.

Quòd ſi arbor in confinio, ſive prope confinium poſita ſit, & in utriusque vicini ſive confinis fundum radices egerit, communis eſt inter eos. 21

d. §. ſi Titius alienam, verſ. & ideò. Inſt. d. t. & d. l. adeò 7. §. fin. & l. ſeq. ff. de adquir. rer. dom. & l. ult. ff. quod vi aut clam.

Si non ſit poſita in confinio arbor, ejus eſt, in cujus fundo origo illius fuerit: [a] niſi omnes radices in vicini fundum egerit, & ex eo alatur: Hoc enim caſu propria eſt ejus partis in qua alitur, non in qua oritur. [b] 22

[a] *l. ſi plures 6. ff. arbor. furtim. caſ.* [b] *d. l. ult. ff. quòd vi aut clam.* Cujac. *in not. ad §. ſi Titius alienam, in verb. prope confinium, Inſt. de rer. diviſ.*

Et licèt arbor, quæ coaluit; & unitatem cum terra aliena fecit, rurſus eruta ſit, ad priorem tamen dominum non revertitur. 23

d. l. ſed ſi ex meis 26. §. arbor. ff. de adquir. rer. dom.

Adverſus eum tamen, qui alienam plantam in ſuo ſolo poſuit, datur domino priori in factum actio, nempe utilis actio legis Aquiliæ, [a] tum etiam, ut arbitramur, condictio ſine cauſa. [b] 24

[a] *d. l. in rem 23. §. item quacunque ubi gl. ff. de R. V. l. 3. §. pen. ff. ad exhib. juncto §. ult. Inſt. de L. Aquil. l. quia actionum 13. & l. qui ſervandarum 14. §. pen. ff. de præſcript. verb.* [b] *l. 1. §. ult. ff. de condict. ſine cauſa.*

Vindicatio autem, contra dominum ſoli non datur: [a] Ne utilis quidem. [b] 25

[a] *l. hoc ampliùs 9. §. Alfenus. ff. de dam. infect.* [b] Eſt enim hæc ejusdem poteſtatis cum directa, *l. actio 47. in princ. ff. de neg. geſt.* Obſtare videtur *l. idem Pomponius 5. §. de arbore. ff. de Rei Vind.* de qua antinomia Bulg. Iohan. Accurſ. Bart. & alij ibid. Donell. 4. *comment. cap. 27. p. 297. & c. 34. pag. 316.*

De SATORVM adquiſitione hæc regula tenenda erit: Cujus eſt fund[?], ejus quoq; ſunt ſata, ex alieno etiam ſemine nata, non illius cujus fuit ſemen alienum. [a] In ſatis enim magis corporis jus, ex quo percipiuntur, quàm ſeminis, ex quo oriuntur, ſpectatur. [b] 26

[a] *§. qua ratione autem planta, 22. Inſt. de rer. diviſ. l. qua ratione 9. in princ. de adquir. rer. dom.* [b] *l. qui ſcit 25. §. 1. ff. de uſur.*

SEQVITVR de acceſſione connexi in re mobili; cujus ſpecies ſunt textura, ſcriptura, tabula picta, & particula perfecti. 27

De textura talis habenda eſt regula: Quod rei principali in textum eſt, 28

id licèt precioſius ſit, acceſſionis tamen vice rei ipſi principali cedit, atque ejus eſt, ad quem pertinet principale. Vnde ſi alienam purpuram veſtimento ſuo quis intexuerit, licèt precioſior ſit purpura, acceſſionis tamen vice cedit veſtimento.

l. ſed ſi ex me eis 26. §. ultim. ff. de adquir. rerum domin. & *§. ſi tamen alienam, Inſt. de rerum diviſ.*

29 Dominus tamen purpuræ in factum actione experiri poteſt adverſus eum, qui ſuo veſtimento ipſam intexuit [a] Qui ſi eam furtim ſurripuerit, etiam furti actione, & condictione furtiva tenetur. [b]

[a] *l. in rem 23. §. item quacunque, verſ. ideoque in omnibus ff. de R. V.* & *l. 3. §. interdum. ff. de exhib.* [b] *d. §. ſi tamen alienam, Inſt. de rer. diviſ.*

30 De ſcripturæ adquiſitione hæc obſervanda eſt regula: Ejus eſt ſcriptura, cujus eſt charta ſive membrana, quamvis hæc precioſior ſit illa. Neceſſe enim eſt, ut rei cedat, quod ſine ea eſſe non poteſt.

§. litera quoque. Inſtit. de rerum diviſ. l. qua ratione 9. §. 1. ff. de adquir. rer. dom. l. 3. §. interdum. ff. ad exhib. Cajus *lib. 2. Inſt. tit. 1.* & *facit l. in rem 23. §. ſed* & *id. ff. de rei vindic.*

31 In tabula picta hanc ſequimur regulam: Tabula picta cedit picturæ. [a] Plerunque enim plus eſt in manus precio, id eſt, artificio, quàm in re ipſa. [b]

[a] *§. ſi quis in aliena. 34. Inſtit. de rerum diviſ. l. qua ratione 9. §. ſed non uti licere, ff. de adquir. rerum domin. obſtat d. l. in rem 23. §. ſed* & *id. ff. de R. V.* [b] *l. mulieris 13. ff. de V. S.* & *dict. §. ſi quis in aliena. Inſt. de rerum diviſ.* Dn. D. Beſold. *in delibat. Iur. ad lib. 6. ff. quæſt. 2. tit. 1.* Arum. *exercit. Iuſtin. 4. quæſt. 18.*

32 Vnde ſi dominus tabulæ qui fuit, eam poſſideat, pictor ipſam vindicatione directa petere poteſt, ſi pictor poſſideat eam, dominus tabulæ utili rei vindicatione exigit eam. Et eatenus poſſeſſor reſtituere vindicanti tabulam pictam tenetur, quatenus vel precium tabulæ, vel impenſam picturæ non ſolvat.

§. ſi quis in aliena. Inſt. de rerum diviſ. & *d. l. qua ratione 9. §. ſed non. ff. de adquir. rerum domin.*

33 Quòd ſi tertius quiſpiam poſſideat tabulam, uter in vindicanda tabula præfertur, pictor, an dominus tabulæ? Accurſius & alij eum ſecuti [a] pictorem præferunt. Donellus [b] utrunque ad agendum admittit: ſed meliorem eſſe occupantis conditionem, ut qui prior ad ſententiam pervenit, autumat. [c]

[a] *ad d. l. qua ratione 9. §. ſed non uti. ff. d. t.* [b] *lib. 4. comment. c. 36. pag. 320.* [c] *per l. 3. ff. quod cum eo, qui in al. pot. l. is, à quo 57. ff. de rei vind. l. pen. ff. de pet. hered. l. ſi pariter 9. ff. de lib. cauſa. l. ſi quis ſervum 8. §. certum. ff. de leg. 2.*

34 Particula perfecti [a] eſt acceſſio, qua rei principali perficiendæ vel abſolvendo, vel reficiendo eam, ex materia aliena quid connectitur; ut ſi abſque ferruminatione ſtatuæ meæ ex aliena materia pes, vel brachium adjiciatur, aut ſcypho fundus, vel anſa; aut candelabro ſigillum; aut lecto fulcrum; aut navi tabula. [b]

[a] Hoc loquendi modo utitur Cic. *lib. 2. de nat. Deor.* [b] *l. ſed ſi meis 26. §. 1.* & *l. ſeq. in princ. ff. de adquirend. rerum domin. l. tigni appellatione 7. §. idem* & *ſi armario. ff. ad exhib.*

in rem 23. §. 2. ſi quis rei ſuæ ff. de R.V. l. cum aurum 19. §. pervenîamus. & §§. ſeqq. ff. de & arg. leg.

Quòd ſi duæ ejusdem vel diverſi generis partes per plumbaturam, id 35
diſſimilem aliquam materiam jungantur, ea acceſſio hujus quoque
cıeı eſt.

l. in rem 23. §. item quæcunque. verſ. plumbatura. ff. de R.V.

De hac autem acceſſione tres notandæ ſunt regulæ. Prima hæc eſt: Quæ 36
s quantitate corporis minor eſt, ea licet ſit precioſior, cedit tamen parti
jori tanquam principali, & ad hujus dominium pertinet, veluti ſi quis
uæ ſuæ brachium, aut pedem alienum adjecerit, aut ſcypho anſam, vel
dum, vel candelabro ſigillum, aut menſæ pedem, lecto fulcrum, aut
i tabulam,[a] vel ſi gemma aut margarita auro aut argento, vel coronæ
luſa ſit.[b]

d. l. in rem 23. §. ſi quis rei 2. ff. de rei vind. d. l. ſed ſi meis 46. §. 1. ff. de adquir. rer. dom. [b] *l. aurum 19. §. pervenîamus, & § ſeq. ff. de auro & arg. leg.*

Altera regula hæc eſt. cùm ambæ partes connexæ quantitate corporis 37
es ſunt, tunc pars ea, quæ precio minor eſt, cedit alteri precioſiori tan-
am principali.

Quicquid 27. §. cùm partes, ibi. vel precio cujusque partis, ff. de adquirend. rerum do-

Unde ſi ſtatuæ meæ aureæ pro parte dimidia jungatur aliena portio in- 38
ata, vel menſæ meæ marmoreæ pro dimidia parte addatur aliena portio
dea, aliena iſthæc portio precio minor mea efficitur. Mea enim res per
valentiam rem trahit alienam, & meam efficit.

l. in rem. 23. §. in omnib. ff. de R.V.

Tertia regula eſt: Cùm utræque partes & magnitudine corporis, & pre- 39
pares ſunt, tunc neutra alteri cedit; ſed ſua cujusque res manet.

l. quicquid 27. §. cum partes, verſ. ſed ſi neutra. ff. de adquir. rer. dom.

Hac acceſſione qui rem ſuam amiſit, adverſus eum, cujus dominio ea ac- 40
ſit, ad exhibendum actione experiri poteſt, ut ſeparatio ejus rei fiat, &
arata vindicari poſſit.

gemma 6. ff. de exhib. & d. l. in rem. 23. § item quacunque. ff. de R.V.

HACTENVS de concreta acceſſione connexi; diſpiciendum modò 41
oncreta acceſſione uniti. Concreta acceſſio uniti eſt, cùm ex alia at-
alia diverſorum dominorum re conficitur corpus, quod uno ſpiritu
inetur.[a] Veluti ſi ſtatuæ meæ brachium tuæ ſtatuæ per ferruminatio-
addatur:[b] vel ſi duorum dominorum vina confundantur, aut maſſæ
nti vel auri conflentur.[c]

l. rerum mixtura 30. in princ ff. de uſurp. de uſucap. [b] *d. l. in rem 23. §. item quacunque. verſ. excepto eo. & verſ. quod non idem. ff. de R.V.* [c] *d. l. adeò 7. §. voluntas 8. ff. de adq. rer. & §. ſi duorum materia. Inſt. de rer. div.*

Hujus ſpecies tres ſunt: acceſſio confuſionis, acceſſio ferruminationis, & 42
eſſio ſpecificationis.

ACCESSIO confuſionis eſt, cùm res unius domini ad rem alterius 43

 domi-

domini ita accedit, ut corpus etiam minimum penetret, & inducat aliud corpus etiam minimum. Veluti ſi qui vina ſua confuderint, aut maſſas argenti, vel auri conflaverint: aut ex vino & melle mulſum fiat: aut ex auro & argento electrum.

§. ſi duorum materia. Vbi Ang. *Inſt. de rer. diviſ. d. l. adeò 7. §. Voluntas. ff. de adquir. rer. dom.* Quod attinet confuſionem vini & mellis, item confuſionem auri & argenti, videtur hæc confuſio ad ſpecificationem pertinere, *per text. in §. quod ſi partim. Inſt. de rer. diviſ.*

44 De hoc acceſſionis genere duę notandę ſunt regulæ. Prior hęc eſt: Rebus diverſorum dominorum, vel conſenſu ipſorum, [a] vel caſu, vel alterutrius [b] tantùm voluntate, mala [c] vel bona fide confuſis, totum id corpus, quod ex ea confuſione exiſtit, ipſorum dominorum pro portione cujusq. partis rata, commune eſt, ſive ejusdem, ſive diverſi generis res confuſæ fuerint.

[a] *d. §. ſi duorum materia. Inſtit. de rer. div. & d. l. adeò 7. §. Voluntas. ff. de adquir. rer. dom.* [b] Modò tamen, quando caſu, vel alterutrius tantùm voluntate res diverſæ confuſæ ſunt, ab artificibus deduci invicem & ſeparari nequeant, *l. Lacus 12. §. 1. ff. d. t. l. idem Pomponius. 5. §. 1. verſ. ſed ſi plumbum. ff. de R. V.* [c] De eo, qui mala fide rem alienam cum ſua confudit. (ex qua etiam confuſione rerum communio inducitur) textus eſt *in l. 4. juncto. §. ult. l. praeced. ff. de rei vind.* Et ſentit idem de hac confuſione Donell. *4. comment. cap. 12. pag. 250. circa fin.*

45 Altera regula hæc eſt: Si diverſi generis res vel caſu, vel ſtudio, bona vel mala fide confuſæ, ab artificibus ſeparari poſſint, puta vi Chryſulcæ, non erit commune corpus, ſed ſua cujusque res manet, [a] eaque ſeparata (quæ ſeparatio ad exhibendum actione petitur) vindicari poteſt. [b]

[a] *d. l. lacus 12. §. 1. ff. de adquir. rer. dom. d. l. idem Pomp. 1. ff. de R. V.* [b] *d. l. 5. §. 1. & l. in rem 23. §. item quaecunque. ff. de adquir. rer. dom.*

46 ACCESSIO ferruminationis eſt, cùm diverſorum dominorum metalla ejusdem generis, formata vel non formata, per eandem materiam in unum corpus ſolida junguntur; veluti ſi ferrum unum candens cum alio ferro candente contundatur; vel ſtatuæ æreæ brachium æreum per eandem materiam jungatur; aut ſcypho argenteo anſa argentea per argentum addatur.

d. l. in rem actio 23. §. item quaecunque. Verſ. ſcilicet excepto eo. & Verſ. quod non idem. ff. de R. V. & d. l. quicquid. 27. in pr. Verſ. at contra. ff. de adq. rer. dom.

47 In hac acceſſione ea pars, quæ corpore minor eſt, licet precioſior, cedit alteri parti minori. [a] Si ambæ ſint corpore pares, una tamen precioſior altera, tunc ea quæ eſt precioſior, trahit ad ſe partem alteram. [b] Quod ſi utræque partes & corpore & precio ſint pares, tunc neutra alteri cedit, ſed ſua cujusque res manet. [c]

[a] *d. l. in rem 23. §. item quaecunque. Verſ. ſcilicet excepto eo, & Verſ. quod non idem. ff. de R. V.* [b] *l. quicquid 27. §. cum partes, ibi, vel pro precio cujusque partis. ff. de adquir. rer. dom. juncta d. l. in rem 23. §. in omnibus. ibi, mea res, per prævalentiam alienam rem trahit, meamque efficit. ff. de R. V.* [c] *d. l. quicquid 27. §. cum partes, Verſ. ſed ſi neutra. ff. de adquir. rer. dom.*

48 Quamvis autem res, hoc acceſſionis genere aliena facta, poſtea à parte principali ſeparetur, attamen non deſinit eſſe illius, cujus facta fuit.

d. l. in rem. 23. §. item quaecunque, Verſ. ſcilicet excepto. ff. de rei vindicatione.

RELI-

RELIQVVM eſt, ut de acceſsione ſpecificationis videamus. Eſt autem ceſsio ſpecificationis ipſa nova ſpecies, ex aliena materia à non domino nformata: Veluti ſi quis ex alienis uvis aut olivis, vinum aut oleum ſibi preſſerit: vel ex alieno auro aut argento aut ære vas aliquod fecerit, vel alieno vino & melle mulſum, vel ex medicamentis alienis emplaſtrum, collyrium compoſuerit: vel ex aliena lana veſtimentum fecerit: vel ex nis tabulis navem vel armarium, vel ſubſellia fabricaverit: vel ex alieno e butyrum, aut caſeum fecerit. 49

§. cum ex aliena. Inſt. de rerum diV. & l. adeò 7. §. cum quis ex aliena. ff. de adquirend. re- domin.

In hac ſpecificationis acceſsione ſequentes obſervandæ ſunt regulæ: I. Si va ſpecies ad priorem & rudem materiam reduci poteſt: veluti ſi ex alie- ære, vel argento alieno, vel ex auro alieno aliquis vas quoddam confla- rit, vel ex alienis tabulis fecerit navim: tunc is videtur ſpeciei dominus e, qui materiæ dominus fuit. II. Si ſpecies facta non poteſt ad priorem rudem materiam reduci: veluti ſi ex uvis alienis vinum, vel ex alienis oli- oleum quis expreſſerit, vel ex vino & melle alieno mulſum fecerit, aut arboribus alienis navem: tunc is potius intelligitur dominus, qui fecit ciem.[a] III. Quòd ſi quis partim ex ſua, partim ex aliena materia ſpe- m aliquam fecerit, veluti ex ſuo & alieno vino, item ex ſuo & alieno mel- mulſum miſcuerit, vel ex ſuis & alienis medicamentis emplaſtrum aut lyrium, vel ex ſua & aliena lana veſtimentum fecerit: tunc is dominus qui fecit, cum non ſolùm operam dederit, ſed & partem ejuſdem mate- præſtiterit. 50

[a] *§. cum ex aliena Verſ. & poſt multam. & Verſ. ſeq. Inſtit. de rerum diViſ.* ubi vide Hart- nii aliud de hac acceſſione judicium, *& d. l. adeò 7. §. cum quis ex aliena. Verſ. ut ecce Vas adquir. rerum dom. & l. Minicius 61. Verſ. ſed ſi in ædificanda. ff. de R. V.* Quæ enim talis ræ ſunt, ut ſæpius in ſua indigi poſſint initia, eâ materia potentia victa, nunquam vires effugiunt, *l. quæſitum 78. §. illud fortaſſe. Verſ. quippe ea. ff. de leg. 3.* Sed quod de nave ex is tabulis factæ dixi, falſum videtur ex *l. ſed ſi meis 26. in princ. ff. de adquirend. rerum m.* Cujac. *in notis ad Inſtit. dict. §. cum ex aliena.* exiſtimat *in d. l. Minicius*, exſtare ve- um Sabinorum; quæ conciliandi ratio nobis non placet. Vide de eadem lege Petr. Fab. *conject. cap. 15.* [b] *d. §. quòd ſi partim. Inſtit. de rerum diViſ. & l. idem Pomponius 5. §. 1. R. Vind.*

Muſtum tamen ex uvis meis, & oleum ex meis olivis, item veſtimentum ana mea, quod quis ſciens iſthæc aliena eſſe fecerit, non ipſius, ſed m eſt, ſcilicet propter eius dolum malum. 51

l. de eo 12. §. ſi quis ex uVis. ff. ad exhib.

Hinc ſi quis ex mea, & ſua materia ſpeciem mala fide formaverit, utriuſ- noſtrum communis eſt ſpecies illa; non illius tantum propria. 52

l. 3. §. ult. junct. l. 4. de R. V. Donell. 4. *comm. c. 12. pag. 250. circa fin.*

rumentum, ex alienis ſpicis excuſſum, ejus eſt, cujus ſpicæ fuerunt, non s qui excuſſit: quippe cum non novam fecerit ſpeciem, ſed eam, quæ detegerit. 53

l. adeo 7. §. cum quis. Verſ. Videndum ff. de adquir. rerum domin. Sic is qui lanam meam

 facit

facit purpuream, novam non format ſpeciem, ſed alium ſaltem colorem ei inducit. *d. l. ſed ſi meus 26. §. ult. ff. d. tit.* At theſi huic noſtræ de frumento obſtare videtur *text. in d. §. quum ex alien. vers. ut ecce, ibi, vel ſpicas reverti non poteſt. Inſt. de rerum div.*

54 Quod ſi quis æream, argenteam, vel auream ſpeciem quandam meam, veluti poculum, vel quod aliud vas meum conflaverit, atque ex ea materia novam ſibi conformaverit ſpeciem, ea non ipſius, ſed mea erit, licet ad priſtinam ſpeciem reverti non poſſit. Idem quoque dicimus de veſtimento noſtro, quod quis diſſolvit, & ex panno illo ſibi aliam fecit veſtem; tum etiam de ligneo vaſe noſtro, quod aliquis diſſolvit, & ex ejus materia minus aliquod vas ſibi formavit.

l. in omnib. 24. ff. de adquir. rer. dom. Vbi negatio NON retinenda eſt.

CLASS. V. DISPUTATIO VI.

DE IMPENSIS IN REM alienam factis.

THESIS *I.*

CIRCA acceſſionis jus, quo etiam rerum dominia adquiruntur, de impenſis quoque incidere quæſtio ſoleat, de harum etiam jure nunc breviter agemus.

2 Impenſa eſt ſumptus in rem aliquam factus.[a] Eodemque ſenſu impendium dicitur.[b]

[a] *tot. tit. ff. de impenſ. in res dot. fact.* [b] *l. in hoc. 14. §. 1. ff. commun. divid. l. qui propter. 46. §. litis. ff. de procurat. l. ſi area. 33. ff. de condict. indeb. l. quibus 40. §. quidam. 1. ff. de condit. & demonſtr. l. inter coharedes. 44. §. fin. ff. famil. erciſc.* Garſias *de expenſ. cap. 1. n. 7.*

3 Appellatione autem impenſæ continetur non ſolum operarum merces, ſed & precium materiæ.

l. ſi in area 33. ff. de cond. ind. & l. in fundo. 38. ff. de R. V. Molin. *ad conſ. Pariſ. p. 1. §. 1. gl. nu. 86.* Ioan. Garſias *tract. de impenſ. c. 1. nu. 14.*

4 Cæterùm circa impenſam duplex inſpectio incurrit: Vna de eius ſpeciebus; altera de juris remedio, quo quis impenſam, quam in rem alienam fecit, ſervare poteſt.

5 Species impenſæ tres ſunt: impenſæ neceſſariæ, impenſæ utiles, & impenſæ voluptuariæ.

l. impenſa neceſſaria. 79. ff. de verb. ſign. l. utiles 39. ff. de pet. her. l. 1. & ll. ſeqq. ff. de imp. in res dot. Petrus Royzius *in deciſ. 5. Lituanica, num. 384. & mult. ſeqq.* Althuſius *lib. 1. dicæolog. cap. 2. num. 21.*

6 Neceſſarias impenſas Vlp IC. definit, quæ in ſe neceſſitatem impendendi habent.[a] Sed Paulo definitore hæ impenſæ ſunt, quæ niſi factæ fuerint, aut res peritura, aut deterior futura ſit.[b]

[a] *d. l. 1. §. 1. ff. d. t.* [b] *d. l. impenſæ 79. in pr.* ubi Gœdd. *ff. de V. S. l. 14. ff. de impenſ. in res dotal. fact. l. 5. 6. & 7. ff. qui potior in pignor.* Anton Peregrin. *de fideicom. art. 50. nu. 1.*

Sunt

Sunt ergò & illæ neceſſariæ impenſæ, quæ fructuum quærendorum, col- 7
gendorumq; causâ fiunt: ᵃ Et quæ fiunt reficiendorum ædificiorum gra-
ì, aut in novelleta, aut cum ſervorum gratiâ litis æſtimatio ſolvitur, cùm
utilius ſit, quàm ipſos dedi. [b]

[a] *l. ult. ff. de imp. in res dot. fact. l. ſi à Domino. 36. in fine. & l. ſeq. ff. de petit. her.* Donell.
o. *comment. c. 7. pag.* 429. [b] *l. utiles 39. in princ. ff. d. tit. l. 1. §. ultim. ff. de imp. in rem dotal.*
. & licet quidem expenſa neceſſaria fiat communiter in reficiendis & reſtaurandis ædificiis,
dominus tamen in novis extruendis aliquando etiam locum obtinebit. *l. divortio 7. §. im-*
nit. 16. ff. ſolut. matrim. Boer. *deciſ.* 44. *nu. 7. in fin.* Peregrin. *de fideicom. art. 5. nu.* 6.

Sunt item impenſæ neceſſariæ, moles in mare, aut flumen projecta; pi- 8
inum vel horreum neceſſariò factum; ædificii ruinam minantis refectio;
veti rejecti reſtauratio; tum etiam ſi quis ex ſtipulatione damni infecti,
committatur, præſtiterit: [a] Vel in valetudinem ſervorum impenderit; [b]
l ſi vites propagaverit; vel arbores curaverit, vel ſeminaria pro utilitate
ri fecerit. [c]

[a] *l. 1. §. ult. de impenſ. in rem dot. fact.* [b] *l. 2. d. t.* [c] *l. 3. eod.* Roſenth. *de feud. cap. 10. concluſ.* 43.
94. Weſenb. *in parat. ff. dict. tit. nu.* 2.

Eſt & illud hic notandum, quod neceſſariè impenſæ dicuntur etiam uti- 9
impenſæ, eò quod utile eſt domino rem ejùs his impenſis ſervari.

d. l. utiles autem. 39. ubi gloſſ. ff. de petit. hered.

Vtiles impenſæ, ita propriè dictæ, ſunt, quibus res, in quam citra neceſ- 10
tem factæ ſunt, melior & utilior reddita eſt.

d. l. impenſa. 79. §. 1. ff. de Verb. ſign. l. 5. §. fin. ff. de impenſ. in res dot. fact. Donell. *libr.* 20.
ment. c. 7. pag. 431. Vtilitas tamen ex dominij conditione expendenda. Garz. *de expenſ. cap.*
m. 10.

Cujuſmodi impenſæ ſunt ædificatio in ſolo alieno facta, arbuſti paſtina- 11
ultrà quàm neceſſè fuit, doctrina puerorum, piſtrinum, & horreum in-
æ adjectum.

d. l. impenſa 79. §. utiles, 1. & §. in his, 2. ff. de Verb. ſign. Gœdd. *ad d. l. 79. §. 1. ff. de V. S.* Al-
ſius Dicæolog. lib. 1. cap. 2. nu. 13. Weſenb. *in parat. ff. de impenſ. in rem dotal. fact. nu.* 3.

Voluptuariæ impenſæ ſunt, quæ citra neceſſitatem, & utilitatem, ad ſo- 12
voluptatem factæ ſunt: ut ſunt quæ rem exornant, veluti viridaria,
æ ſalientes, incruſtationes, loricationes, picturæ.

d. l. impenſa 79. §. ult. ubi Gœdd. *ff. d. t. l. Voluptuaria 7. ff. de impenſ. in res dotal. fact.* Vm-
in proceſſ. judic. diſput. 22. theſ. 1. nu. 6. Weſenb. *dict. loc. nu.* 4. Althuſius *d. cap. 2. nu.* 24.

Iuris remedia, quibus ſervantur impenſæ in rem alienam factæ, alia
parata ſunt, ſi is qui impendit, rem adhuc detineat: alia item, ſi ipſe do- 13
rem poſſideat.

riori caſu, ſi petat rem ſuam dominus, ſervare poſſeſſor impenſas ſuas
eſt, vel retentione rei per exceptionem doli, vel implorato judicis offi- 14
vel deductione operis facti.

tiles. 39. §. 1. ff. de petit. hered. l. plane. 38. verſ. & id ipſum ff. de petit. hered. l. Iulianus.
de rei vindicat. l. domum. 5. C. eod. tit.

etentione rei per exceptionem doli ſervantur impenſæ, ſi is, qui im- 15
dit conventus in rem actione, opponat exceptionem doli mali, rogans
judicem.

judicem pronunciari, licere ſibi rem, quæ petitur, retinere, donec impenſæ in eam factæ refundantur.

l. ſi in area 33. *in fin. ff. de cond. indeb. l. Paulus* 14. *ff. de except. dol. mal. l. in hoc judicium.* 14. *§. ff. comm. divid.* Quamvis regulariter res quæ pignoris non eſt tradita pro debito non poſſit retineri, hoc tamen non procedit ſi reperiatur expenſum in ipſa re. Garſ. *de expenſ. cap.* 1. *nu.* 16. Si tamen impenſæ nondum ſint liquidæ & actor cautionem de ſolvendo facta liquidatione offerat, audiendus eſt, per *l. ſtatu liberi.* 5. *& l. ſervus* 34. *in fin. ff. de ſtatu liber.* Schrad. *tract. feudal. part.* 2. *part.* 9. *prin. ſect.* 2. *nu.* 31. Neguſant. *tract. de pignorib. & hypothec. part.* 4. *part.* 5. *prin. col.* 3. *confert l. ſatisfactio,* 52. *ff. de ſolut. l.* 59. *§. ult. ff. mandati, & l.* 21. *§. ult. ff. de conſtit. pec.* Molignat. *de retent. quæſt.* 116. Treütl. *Vol.* 1. *diſp.* 15. *theſ.* 10. *in fin.*

16 Hoc juris remedio ſervari poſſunt primò impenſæ neceſſariæ, ſive bonæ fidei poſſeſſor eas fecerit, [a] ſive fecerit eas malæ fidei poſſeſſor; [b] modò tamen neque vi, neque furto poſſeſſionem rei alienæ adeptus fuerit. [c]

[a] *dict. leg. in hoc judicium* 14. *§.* 1. *ff. com. div. l. ſumptus* 48. *ff. de R. V.* [b] *l. ſi à domino* 36. *§. ultim. & l. planè* 38. *ff. de pet. her. l. domum* 5. *C. de R. V.* [c] *l.* 1. *C. de infantib. expoſ.* Impenſas fructuum colligendorum gratia factas, à quocunque poſſeſſore deduci tradit Garſias *de expenſ. & meliorat. cap.* 1. *num.* 11. per text. elegant. *in l. fundus.* 9. *ff. famil. erciſc.* Quod tamen ad raptorem & populatorem alienorum agrorum non eſt porrigendum per *l. ſi ſervus ſervum. §. ſi olivam ff. ad L. Aquil.*

17 In hoc tamen differentia eſt inter bonæ & malæ fidei poſſeſſorem, quòd in judicio univerſarum rerum bonæ fidei poſſeſſor impenſas ſuas neceſſarias ſervat, licèt res non extet, in quam fecit: Prædo autem non aliter, quàm ſi res extet, in quam factæ ſunt.

l. planè. 38. *verſ. ult. ff. de petit. hered.* vide Gilken. *de impenſ. part.* 2. *cap.* 7. Bachov. *in not. ad Treütl. Vol.* 2. *diſp.* 20. *theſ.* 6. *lit. B. pag. mihi* 229.

18 Vtiles autem impenſas hoc juris remedio ſervare poteſt bonæ fidei poſſeſſor, ut qui bona fide in ſolo alieno ex ſua materia domum extruxit, [a] aut alio modo in rem alienam quid utiliter bona fide impendit. [b]

[a] *d. l. ſi in area* 33. *de cond. ind. d. l. Paulus* 14. *ff. de except. dol. l. ſin. autem* 27. *§. ult. ff. de R. V. l. Paulus reſpondit.* 29. *§. domus ff. de pign. & hypothec. l. ult. C. de cenſib. lib.* 11. *l. qui agros.* 8. *C. de omni agro deſert. lib.* 11. Molin. *in conſuet. Pariſienſ. tit.* 1. *de melior. feud. §.* 1. *gloſſ.* 5. *nu.* 94. *& ſeqq.* [b] *d. l. ſumptus* 48. *ff. de R. V. l. qui ſciens* 11. *C. d. t. d. l. in hoc judicium* 14. *§.* 1. *ff. com. divid. & d. l.* 1. *C. de infans. expoſ. l. plane. l. utiles. ff. de petit. heredit.* Secundum Dd. bonæ fidei poſſeſſor utiles expenſas deducit tribus ex caſibus. (1.) Si dominus aliâs facturus eſſet has expenſas. (2.) Si illico rem eſſet venditurus (3.) Si ſit dives, per *l. in fundo. ff. de rei vindic.* Vbi hæc tria exempla proponit, omnia tamen ex perſonis cauſisq; bono viro conſtituenda relinquit. vide Garſ. *de expenſ. cap.* 1. *&* 2. *vide hac diſput. theſ.* 26.

19 Malæ fidei poſſeſſor utiles impenſas ſervare non poteſt retinendo, rem per exceptionem doli.

§. certe illud. verſ. nam ſcienti. Inſtit. de rer. diviſ. l. adeò. 7. *§. ex diverſo. ff. de adquir. rer. dom. l. domum.* 5. *C. de R. V. l. Iulianus* 37. *ff. dict. tit.* vide Cujac. *lib.* 10. *obſerv.* 1. *& ad lib.* 20. *Pauli ad edict. in explic. l.* 38. *ff. de pet. her. Ant. Fab.* 2. *conject.* 1. & Donell. *lib.* 4. *comm. cap.* 33. *pag.* 315.

20 Voluptuarias quoque impenſas bonæ fidei poſſeſſor hoc etiam juris remedio ſervat, ſi dominus pati nolit, ut tollantur, cùm ſeparari poſſunt. Prædo autem, ſive malæ fidei poſſeſſor has impenſas hoc juris remedio non ſervat.

l. pro volu-

l. pro voluptuariis 9. ff. de Imp. in res dot. & d. leg. utiles. 39. §. ult. ff. de petit. heredit. l. in *.38. ff. de rei vindicat. l. idemque. 10. §. idem ait. 10. ff. mandat. l. ſine herede. 32. §. idem re-* *dit. 5. ff. de adminiſtr. tutor. l. ex duobus. 27. ff. de negot. geſt. l. unic. §. taceat. 5. verſ. quod ſi* *rei uxor. action.* Menoch. *recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu. 530.*

Implorato judicis officio [a] ſervantur impenſæ in rem alienam factæ, ſi 21
qui ſumptus impendit, conventus in judicio à Domino rei petat à judi-
[b] ut etiam impenſarum rationem habere, & ad eas refundendas acto-
condemnare velit.

[a] Hoc juris remedium aliud eſt ab exceptione doli. *d. l. planè. 38. ibi, & id ipſum officio ju-* *continebitur; nam nec exceptio doli deſideratur. ff. de pet. her. l. bona fide. 11. ibi, doli exce-* *ne ſubmovebitur, vel officio judicis conſequetur. ff. de noxal. act.* Cujac. *lib. 10. obſerv. 1. & ad* *. Pauli ad edict. in l. 27. §. ult. ff. de R. vindic. pag. 324.* [b] Iudex ſuum non niſi imploratus *ponit officium, *l. Aediles. 25. §. item ſciendum, verſ. judices enim, ff. de adil. edict.* Weſ. & *in §. & ſi in rem verſ. ſed ſi poſſeſſor. Inſt. de except.* cùm factum ſupplere non poſſit. *l. un.* Dd. *C. ut quæ deſ. advocat.*

Iudicis autem officio neceſſarias impenſas ſervare poteſt non modò bo- 22
fidei poſſeſſor, [a] ſed & poſſeſſor malæ fidei. [b]

[a] *d. l. ſumptus 48. ff. de rei vindic.* [b] *d. l. planè. 38. ff. de petit. hereditat.*

Hic eleganter quæri poteſt, an is qui certam, puta decimam, viceſimam, 23
ceſimam, &c. partem fructuum ex certo fundo collectorum quotannis
e tenetur, impenſas horum fructuum cauſa factas, retentione per doli
ceptionem, aut officio judicis, pro rata deducere poſſit? Nobis affirmata
idet concluſio.

Per l. ſi merces 25. §. vis maior. ff. locati. l. fundus qui ff. famil. erciſc. Confert huc quod *tus* intelliguntur deductis impenſis, *l. fructus. 7. ff. ſolut. matrimon. l. ſi à domino 36. §. ult.* *petit. hered. l. quod in fructus. 46. ff. de uſur. l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ.* Diſſentit Ioan. *nus. tract. de fruct. lib. 1. tit. 1. cap. 6.* & Iohan. Garz. *tract. de impenſ. cap. 1. num. 22.* Qui *m* certam fructuum menſuram ſolvere cogitur, nihil deducit. *c. paſtoralis. & cap. quod a* *ext. de decimis.*

Utiles impenſas bonę fidei quidem poſſeſſor ut retentione per exceptio- 24
n doli, ſic & officio judicis rectè ſervat: [a] At malæ fidei poſſeſſor neque
c juris remedio has impenſas ſervare poteſt. [b]

[a] *dict. l. ſumptus. 48. ff. de R. V. l. domum 5. C. dict. tit.* Nam & doli exceptione bonæ fi- poſſeſſor has impenſas ſervat, *d. l. ſi in area. 33. ff. de pet. here. l. Paulus. 14. ff. de excep. doli* *.* proindeque & officio judicis. *dict. leg. planè 38. ibi, & id ipſum officio judicis continebi-* *Nam nec exceptio doli mali deſideratur. ff. de pet. har. & d. l. bona fide 11. ibi, doli exceptione* *movebitur, vel officio judicis conſequetur, ut indemnis maneat. ff. de noxal. act.* Hilliger. in *nell. enucleat. lib. 2. cap. 7. lit. G.* Boer. *decif. 44 nu. 8.* [b] *d. l. domum. 5. C. de R. V. & dict. leg. Iu-* *lus 37. ff. eodem.* Qua in lege malæ fidei poſſeſſori denegatur pro impenſis utilibus exceptio mali, ut & in *§. certè. Inſt. de rerum div. & l. adeò 7. §. ex diverſo. ff. de adquir. rerum dom.* re etiam pro his impenſis denegandum eſt officium judicis.

Similiter voluptuarias impenſas bonæ fidei poſſeſſor Iudicis officio re- 25
ſervat. at malæ fidei poſſeſſor non item.

dict. leg. utiles. 39. §. ult. ff. de pet. hered. Garſias *de expenſ. cap. 5. nu. 9. & ſeq.* Anton. Fab. *njectur. 1.* Althuſ. *Dicaolog. lib. 1. cap. 40. nu. 10.* Cujac. *lib. 10. obſerv. 1.* Menoch. *recuper.* *ſ. remed. 15. nu. 544.*

Deductione operis facti ſervantur impenſæ, cùm is, qui in rem alienam 26

ſumptus fecit, ſaltem opus ipſum factum à re deducit, & aufert, modò ſine diſpendio, & læſione ipſius rei tolli poſſit. [a] Atque hoc tantum juris remedio malæ fidei poſſeſſor ſervare poteſt impenſas tum utiles, [b] tum etiam voluptuarias. [c] Proindeq; & bonæ fidei poſſeſſor non modò voluptuarias ſervare impenſas poteſt hoc juris remedio, ſi dominus precium impenſarum præſtare neget, [d] ſed & impenſas utiles, ſi nolit, aut non poſſit dominus impendia ſolvere. [e]

[a] *l. Iulianus 37. & l. ſeq. ff. de Rei Vindicat. l. domum 5. in fine, C. d. tit. & l. un. §. taceat, Verſ. quod ſi Voluptuaria, C. de rei ux. act.* Vnde tectorium, incruſtationem, & perpolitionem, item picturas ſi quis corradere, & abradere velit, cùm id ei profuturum non ſit, prohiberi meritò debet, *l. in fundo 38. ff. de R. V. & d. l. pro Voluptuariis 9. ff. de imp. in res dot.* [b] *d. l. Iulianus 37. ff. de R. V. & d. l. domum, in fin. C. d. t.* [c] *d. l. utiles. 39. §. ult. ff. de pet. her. & l. un. §. taceat in ea, Verſ. quòd ſi Voluptuaria, C. de rei uxor. act.* [d] *d. l. pro Voluptuariis 9. ff. de imp. in res dot.* [e] *l. ſin autem 27. §. ult. Verſ. niſi tamen paratus, & in l. fundo 38. ff. de R. Vindic.* Anton. Faber, *lib. 2. conjectur. cap. 1.* inter deductionem & ablationem diſtinguit.

27 Videamus quidam juris remediis ſerventur impenſę ſi dominus rei poſſeſſionem jam adeptus ſit. Ea autem ſunt actiones, quæ pro conditione rei aliæ atq; aliæ, nō unius generis ſunt. Si enim is, qui impendit, rem, in quam impenſum eſt, ex contracto quodam negocio, à domino nactus, tunc actionē ejuſdem contractus impenſas ſuas repetere poteſt: Veluti actione ex conducto, ſi in rem à domino cōductam neceſſariò vel utiliter quid impenderit; [a] vel contraria depoſiti actione, ſi depoſitarius in rem apud ſe depoſitam, neceſſaria impendia fecerit, [b] vel utili communi dividundo actione. [c]

[a] *l. dominus 55. §. 1. ff. locati.* Caroc. *de locat. part. 3. cap. 1. nu. 1. & cap. 19. nu. 2.* Molignat. *de retent. quæſt. 122. & quæſt. 280.* [b] *l. quod privilegium 8. l. ei apud quem. 5. l. actione depoſiti 23. ff. depoſ.* Althuſ. *Dicaeol. lib. 1. cap. 70. nu. 3.* Molignat. *de retent. quæſt. 52.* [c] *l. in hoc judicium 14. §. 1. Verſ. quæ cùm ita ſint, ff. comm. dividund.*

28 Quod ſi quiſquam ſumptum impendat in rem alienam, negotij alieni gerendi causâ, ſive ſciat, ad quem pertineat res, ſive id ignoret, negociorum geſtorum actione ſumptum illum repetere poteſt.

dict. l. in hoc judicium 14. §. 1. Verſ. at cum puto. ff. commun. divi. & toto tit. ff. & C. de negoc. geſt.

29 Idem quoque dicimus, ſi quis prædandi, id eſt, ſui lucri tantùm causâ, vel etiam à domino poſtea ſingulariter prohibitus ad gerenda negotia acceſſerit, modò dominus locupletior factus ſit.

l. ſi pupilli 6. §. ſed et ſi. ff. de negot. geſt. & l. ult. C. d. t.

30 Qui in rem reſtitutioni ſubjectam, ſumptus fecit, ſi ſine impenſarum deductione rem reſtituat condictione incerti, quaſi plus debito dederit, conſulere ſibi poteſt.

l. qui exceptionem 40. §. ſi pars. 2. ff. de cond. indeb. l. quod dicitur 5. §. pen. ff. de impenſ. in res dot. fact. quæ tamen impendia pro partibus hæreditariis uniuſcujuſque & pro rata in ſingulos hæredes tranſeunt. *l. his conſequenter. 18. §. ſumptum. l. item. 19. l. item. 22. l. fundus. 51. l. inter. 44. §. ult. l. hæredes. 25. §. ſi unus. l. ex parte. 39. ff. famil. erciſc. l. filiæ. 18. C. eod.* Matth. Weſenb, *conſil. 133. quæſt. 6. nu. 61.* conſule Peregrin. *de fideicom. artic. 50. nu. 38.*

31 Qui vero in rem aliam impenſas fecit, eamque domino non ſervatis illis impen-

ꝑendiis retentione per doli exceptionem, aut judicis officium, vel ope-
s deductionem, tradidit ei nullum juris remedium, quo recuperare im-
enſas poſſit, comparatum eſſe dicitur.

l. ſi in are. 33. in fin. ibi, nullo alio modo, ff. de cond. ind. l. Paulus 14. ibi, non aliàs ſumptus
ſequi poſſe, quam ſi poſſideat, ff. de doli except. l. in hoc judicium. 14. §. 1. verſ. diverſum eſt
im, ff. comm. div. l. heres 21. ibi, qui retentiones, quas ſolas habet omittant, ff. ad SC. Trebell.
conſ. tamen *ad d. l. planè, ff. de pet. her.* & ad *l. in fundo, ff. de R. V.* & Ioan. Gœdd. *ad l. im-*
ſæ 79. in princ. nu. 8. & 9. ff. de V. S. exiſtimant hoc caſu impenſas utili negotiorum ge-
orum actione peti.

Si quis tamen ex ſua materia in ſolo alieno ædificaverit, aut alienam do- 32
um refecerit, diruto ædificio, materiam ſuam, cujus precium antea na-
us non eſt, vindicare poteſt, ſive bona ſive mala fide ædificaverit, aut re-
cerit domum.

l. 2. C. de Rei vind. l. habitator. 59. ff. d. t.

At qui donandi animo ædificium ſolo alieno impoſuit, non vindicat:[a] ut 33
ſciens alienum eſſe ſolum in eo ædificaverit, neque tamen id poſſideat,
que ſuum id eſſe velit.[b]

[a] *d. l. 2. in fin. C. d. t.* [b] *l. adeò 7. §. ex diverſo. verſ. & ſi ſcit, ff. de adquir. rer. dom. & §. ex di-*
ſo, Inſt. de rer. diviſ. Quæ loca Donellus *4. comment. cap. 33. pag. 314. & ſeq.* ut & alij Interpp.
q; de poſſeſſore malæ fidei perperam intelligunt; quippe cùm & hîc impenſas utiles de-
tione operis ſervare poſſit, *l. Iulianus 37. & l. ſeq. ff. de rei vind. l. domum. 5. C. d. t.*

Similiter impenſas in collectionem fructuum factas intelligitur donare 34
mino fundi, qui ejus ſegetem maturam deſecuit, vel maturam olivam
cerpſit, ſciens fundum eſſe alienum, quem tamen non poſſidet, neque ut
m ſibi adſcribit.

l. ſi ſervus ſervum 27. §. ſi olivam. 25. ff. ad leg. Aquil.

CLASS. V. DISPUTATIO VII.

DE ADQUISITIONE DOMI-nij per traditionem.

THESIS I.

quitur ut de traditione videamus. Traditio eſt modus adquirendi do-
minij,[a] quo Dominus rem ſuam ex juſta cauſa alii eam accipienti, &
minium ejus adquirere volenti, hoc animo permittit, ut in ipſum rei il-
dominium transferat.[b]

[a] *l. traditionibus. 20. C. de pactis l. 1. §. 2. ff. de public. in rem act.* [b] *l. qua ratione. 9. §. hæ quo-*
s. 3. & §§. ſeqq. l. Traditio. 20. & l. nunquam. 31. in prin. ff. de adquir. rer. dom. & §. per
ionem 40. Inſt. de rer. diviſ. Althuſ. *lib. 1. Dicæolog. cap. 37.*

n Traditione ſpectamus tùm ipſum tradentem, & accipientem; tùm 2
ies Traditionis

n tradente requirunt Iura, & poteſtatem rei alienandæ, & voluntatem 3
sferendi Dominii,

4 Poteſtatem rei alienandæ habet Dominus, [a] qui jure ſuam rem alienare non prohibetur. [b]

[a] *§. Ex his itaq. verſ. & hoc eſt ibi, ſi Dominus fuerit, qui tradidit, Inſt. per quas perſonas cuique adquiritur. d. l. Traditio. 20. in prin. ff. de adquir. rer. dom. l. Nemo plus Iuris, ff. de Reg. Iur.* [b] *Tot. tit. Inſt. Quibus alienare licet, vel non.*

5 Nihil tamen intereſt, utrùm ipſemet dominus per ſe tradat alicui rem, an ejus voluntate alius; puta procurator domini ad hoc negotium conſtitutus, [a] vel creditor, qui pignus ex debitoris voluntate alienat. [b]

[a] *§. nihil autem intereſt. 42. Inſt. de Rer. diviſ. l. qua ratione. 9. §. nihil intereſt ff. de adquir. rer. dom.* [b] *§. Contra autem. Inſt. quibus alienare licet vel non l. 4. ff. de pignorat. act. l. non eſt novum. 46. ff. de adquiren. rer. dom.*

6 Dominum autem hîc intelligimus non eum tantùm, qui verè Dominus eſt, ſed & eum, qui eſt loco Domini; qualis eſt tutor [a] & curator, [b] in adminiſtratione tutelæ & curæ.

[a] *l. Tutor qui tutelam 27. ff. de adminiſt. & peric. tutor. l. qui fundum 7. §. ſi tutor ff. pro emptore.* [b] *l. qui neque. 8. in prin. ff. de reb. eor. qui ſub tutela & cura ſunt.*

7 Alienare Dominus rem ſuam prohibetur, ſi minor viginti quinq; annis ſit, nec tutoris ſui auctoritatem ad conſenſum curatoris ſui adhibeat.

§. non admonendi Inſtit. quib. alienar. licet vel non, l. 3. C. de in integr. reſtitut. minor. l. obligari 9. §. pupillus ff. de Auctoritat. tutor.

8 Hujus quoque prædia ne quidem tutoris auctoritate aut conſenſu Curatoris abſq; Magiſtratus decreto alienari poſſunt; ut nec res mobiles, quæ ſine detrimento ſervari queunt.

l. 2. l. etſi is. 9. & tot. tit. C. de prædiis & aliis reb. minor. l. 1. & tot. tit. ff. de reb. eor. qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decret. non alienand. vide Simoncell. *de decret. per totum.*

9 Maritus quoque, licet Dominus ſit rei dotalis, [a] fundum tamen dotalem inæſtimatum alienare nequit. [b]

[a] *Vide Commentar. meum ad l. contractus 23. ff. de R. I. cap. 4. nu. 10.* Diſſentit Dn. Vulteius *lib. diſceptationum Scholaſticarum cap. 19.* [b] *Inſtit. Quib. alienar. licet vel non, in princ. & tot. tit. ff. & C. de fund. dotal. ſupr. claſſ. 2. diſput. 18. theſ. 50.*

10 Neq; conjux in conjugem ſimplicem conferre donationem poteſt.

l. 1. l. 2. l. 3. & tot. tit. ff. de donat. inter vir. & uxor.

11 Nec eſt alicui integrum ultra quingentos aureos abſq; inſinuatione donare cuipiam.

§. Alia autem donationes. verſ. & cum retrò. Inſt. de donat. l. ſancimus. 34. l. penult. §. ult. C. de donat. vide *ſub claſſe 1. diſput. 22. Theſ. 27. & ſeqq.* Tum etiam Tract. *meum de donationib. cap. 3. nu. 57. & ſeqq.* Menoch. *lib. 3. conſil. 261. nu. 19. & ſeqq.*

12 Voluntas quoque tradentis, ut dixi, ad traditionem requiritur: [a] quippe cùm nemo invitus rem ſuam regulariter amittat. [b]

[a] *§. per traditionem. 40. Inſt. de rer. diviſ. l. qua ratione. 9. §. hæ quoq; res ff. de adquir. rer. dom.* [b] *ſi procurator. 35. ff. de tit. l. in omnibus. 55. ff. de oblig. & Action.*

13 Ejuſmodi autem voluntas ex tribus colligitur. Primum eſt, ſi tradens ſciat rem ſuam eſſe, cujus dominium in alium transferre cogitat.

d. l. ſi Procurator. 35. ff. d. tit. l. 3. §. ſubtilius ff. de condict. cauſa dat. cauſa non ſecut.

14 Alterum eſt, ſi traditio procedat ex aliqua cauſa ad dominij translationem apta. Nunquam enim nuda traditio dominium transfert, ſed ita ſi

aliqua

qua juſta cauſa præceſſerit, propter quam traditio ſequatur:[a] qualis cau-
eſt, emptio, venditio, donatio, dos, permutatio, ſolutio, Legatum.[b]

[a] *l. nunquam. 31. ff. de adquir. rer. dom. l. nuda. 26. ff. de donat. l. traditionib. 20. C. de pact. i*
le an obſtet *l. multum 6. C. ſi quis alteri, vel ſibi.* [b] *§. per traditionem. 40. verſ. S. d ſi quidem*
cauſa donationis Inſtit. de Rer. D. §. Sed tamen, 4. ibi, vendiderit, donaverit, aut dotis no-
e dederit, Inſtitut. de uſucap. §. Adeò autem. 3. ibi, ſi prædium vendiderit aut donaverit
dotis nomine dederit, alio ve quocunque modo alienaverit Inſtit. de Locat. & conduct. &
otes. 47. §. ultim. ff. de pecul. dict. l. nunquam. 31. ff. de Adquir. rer. domin. l. 1. & ll. ſeqq.
de public. in rem act. l. pro ſoluto. 46. ff. de uſucap. tit. ff. pro emptore. Tit. ff. pro Legato tit.
pro dote.

Tertium eſt, & quidem proprium emptionis, nempe ſi ipſi tradenti ven- 15
tori precium ſolverit emptor accipiens rem traditam, vel alio modo ei
isfecerit: veluti expromiſſore, vel ſi dejuſſore, vel pignore dato, vel tra-
ns venditor fidem emptoris accipientis ſecutus ſit.

§. Vendita verò res. 41. Inſtit. de R. D. l. procuratoris. 5. §. penult. ff. de tributor. act. l. quod
didi 19. ubi gloſſ. & Mudæ. *l. ut res emptoris 53.* & ibi Mudæ. *ff. de contrah. empt. & ven-*
l. quoties 15. ibi, ac precium exolviſſe C. de rei vindicat. l. ſi rem. 9. §. omnis. ff. de pig. act. Gil-
in dict. §. vendita. 41. Inſtit. de rer. diviſ. nu. 2. & ſeqq.

Quod attinet accipientem, in eo deſideramus duo; apprehenſionem rei 16
ditæ, & conſenſum.

Apprehenſio poſſeſſionis omninò hic neceſſaria eſt; quippe cùm per 17
ſſeſſionem dominium, id eſt, proprietas adquiratur jure gentium.

l. 1. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. §. ex his itaque. 5. verſ. & hoc eſt. ibi, vobis adquiri
eſſionem & per hanc etiam dominium, Inſtit. per quas perſonas cuique adquiritur. vide Ant.
nt. *lib. 1. diſput. Iur. cap. 8.*

Conſenſus accipientis ſimiliter hîc maximè neceſſarius eſt. In omnibus 18
im rebus, quæ Dominium transferunt, concurrat oportet ex utraque
rte affectus. Nam ſive ea venditio, ſive donatio, ſive quælibet alia cauſa
enandi fuerit, niſi animus utriuſque conſentiat, perduci effectum, quod
choatur, non poteſt.

l. in omnib. 55. ff. de obligat. & act.

Conſenſus autem ille concernere duo debet; corpus quod traditur, & 19
ominij tranſlationem.

Conſenſus in corpus eſt, ſi in traditione idem individuum ſpectet acci- 20
ens, quod alienare voluit tradens:. In quo ſi errent & diſſentiant, non
nſit dominium.

l. cum in corpus 36. ff. de adquir. rer. dom. junct. l. ſi me in vacuam 34. ff. de adquiren. vel
t. poſſeſſ.

Diſſenſus verò & error circa cauſam transferendi dominij nihil impe- 21
, quo minùs dominium in accipientem tranſeat.

d. l. cum in corpus 36. ff. de adquir. rer. dom. Obſtare videtur l. ſi ego 18. in princ. ff. de reb.
dit. ad quem locum aliter reſpondet Connan. *lib. 3. commentar. cap. 7. n. 4. aliter* Donell. *lib.*
Commentar. cap. 18. pag. 266.

Vnde ſi ego credam, ex teſtamento me tibi obligatum eſſe, ut fundum 22
dam, tu exiſtimes ex ſtipulatu tibi eum deberi, non animadverto, ait Iu-
nus, cur inefficax ſit traditio.

d.l.cum in corpus.36.ff.de adquir. rer. domin.

23 Similiter, ſi pecuniam numeratam tibi tradam donandi gratia, tu eam quaſi creditam accipias, conſtat proprietatem ad te tranſire,

d.l. cùm in corpus.36.ff. d. t. vide Forſter. Iun. *in tract. de domin.cap.9.num.*153. Gœdd. *de contrah. & committ. ſtipul.cap.3. concluſ.2.nu.8. &* 9. Dn. D. Beſold. *in tract. de mutuo quaſt. 5.nu.3. & ſeqq.* Hilliger. *in Donell.enucleat. lib.4. cap.18. lit.C.* Gilken. *ad §. Venditа.40. Inſt. de rer.diviſ. nu. 6. & ſeqq.*

24 Conſenſus in translationem Dominij eſt, ſi accipiens non minus eo ſit animo, ut velit rem, quæ traditur, ſui dominij fieri, quàm tradens hoc animo eſt, ut rem faciat accipientis. Nam ſi tradens quaſi mutuam pecuniam dederit, accipiens verò quaſi oſtentandi cauſa, anteàcommodatam acceperit, non tranſit ejus pecuniæ Dominium in accipientem: ut nec ſi ego quaſi deponens tibi dedero, tu quaſi mutuam accipias pecuniam.

d.l.ſi ego 18.§.1.ff.de reb.credit. Nicol. de Paſſerib. *in concil.legum. pag.m.127.*

25 Similiter, ſi ego pecuniam tibi quaſi donaturus dedero, tu quaſi mutuam accipias, Iulianus itemq; Vlpianus ſcribunt, nec donationem. hec mutuum eſſe, proindeq; nummos accipientis non fieri, cùm alia opinione acceperit.

d.l.ſi ego 18. in princip.ff. d.t. Hunn. *lib.2. Var. reſolut. tract.1. quaſt.38.* Arumæus *exercit.4. theſ.21.*

26 Sequuntur nunc ſpecies Traditionis, quæ duæ ſunt; vera ſive propria Traditio, & quaſi ſive facta Traditio.

l.qui ſaxum.6.ibi, quaſi Traditio ff. de donat. Speculat. *tit.de empt. & Vendit.§.1. num.53. ibi, locum non habet Vera Traditio, ſed quaſi,* Cujac. *lib.4. obſerv.cap.3.* & Hotoman. *lib. quaſt. Illuſtr.quaſt.12.* Althuſ. *lib.1. Dicaolog. cap. 37. nu.5.*

27 Propria & vera Traditio eſt, quâ tradens, poſſeſſionem rei mobilis tranſfert, & accipiens eandem corpore & actu apprehendit.

l.1. §.ſi juſſerim ff. Vel adquir. de amitt. poſſeſſ. Theophilus definit, quòd ſit de manu in manum translatio *in §. per Traditionem.40. Inſt. de rer. diviſ.* Philipp. Matthæi. *ad l. id quod noſtrum.11. nu.15.ff. de Reg. Iur.*

28 Hęc traditio fit vel in perſonam certam, vel in incertam perſonam: veluti cùm Magiſtratus miſſilia in vulgus jactat.

§.hoc amplius Inſt. de rer.diviſ.l.1. & 2.C.de Conſulib. & non ſpargend.lib.12.

29 Quaſi ſive ficta traditio eſt, qua res verè non traditur, Sed pro tradita habetur.[a] Eſtq; rei corporalis, vel incorporalis.[b] Illa propriè hujus eſt loci: hæc non æquè.[c]

[a] *d.l.1.§.ſi juſſerim 21.ibi. Nam pro traditis eas haberi ff.de adquir. Vel amitt. poſſeſſ.* [b] *l. ſi ego 11.§.1.ff.de public.in rem Act.* [c] Agimus enim hic de modis adquirendi dominium proprietatis, non de dominio Iuris, de quo diſputatione proxima diſpiciemus.

30 Quaſi traditio rei corporalis eſt, ſi quis rem ſuam, quam tibi commodaverit, aut locaverit, aut apud te depoſuerit, poſteà ex aliqua alienationis cauſa tuam eſſe patiatur: veluti ex cauſa venditionis, vel donationis, vel dotis, vel permutationis.

§.Interdum etiam ſine traditione.Inſt.de rer.diviſ.l.qua ratione.9.§. interdum ff.de acqui. rer.dom.d.l.1.§.ſi juſſerim ff.de adquir. Vel amitt. poſſeſſ.l.certi 9.§.ult. & l.ſeq. l.ſingularia. 15. Verſ.quod igitur in duabus, ff.de rebus credit. & facit l. ſi ex precio 6. C. d.t.

Eſt item

Eſt item ejuſmodi traditio, ſi pecuniam, quam mihi debes, aut aliam em in conſpectu meo te ponere jubeam. Ita enim efficitur, ut & tu ſtatim hereris, & mea eſſe incipiat. Nam tum quòd à nullo corporaliter eius rei oſſeſſio detineretur, adquiſita mihi, & quodammodo manu longa tradita ſtimanda eſt 31

l. pecuniam 79. ff. de ſolut.

Talis item traditio eſt, ſi quis ſaxum mihi eximere de ſuo permittat, donationis cauſa; ſtatim enim cùm lapis exemptus eſt, quodammodo traditione meus eſt factus. 32

l. qui ſaxum 6. ff. de donat.

Eſt quoque hujus generis traditio, ſi debitorem meum juſſero id, quod mihi debet ex cauſa alienandæ rei tibi tradere:[a] qualis traditio brevi manu eri dicitur.[b] 33

[a] *d. l. ſingularia 15. in princ. ff. de reb. credit. d. l. 1. §. ſi juſſerim verſ. idemque eſſe ff. adquir vel amittend. poſſeſſ.* [b] *l. licèt. 43. §. §. Quotiens ff. de jur. dot.* vide Cujac. *lib. 4. obſerv. cap. 3.*

Qui item ex quadam alienationis cauſa alieno nomine poſſidere inci-t, ex quaſi hac traditione adquirit:[a] veluti ſi quis abſenti alicui rem ſuam r epiſtolam donet, ita ut eandem rem ſibi ab eodem conducat:[b] aut rem am donando, vel in dotem dando, vel vendendo, uſumfructum ejus ſibi tineat. 34

[a] *l. quod meo 18. princ. ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* [b] *l. quadam 77. ff. de rei vendic. C. l. quiſ- 28. & l. ſi quis argentum 35. §. ſed ſi quidem C. de donat.*

Hujuſmodi quoq; traditio fit nota & Symb[illegible] quodam: veluti ſi quis rces in horreo depoſitas vẽdiderit, & claves horrei in re præſente, id eſt, ud horreum emptori tradiderit.[a] Ita enim traditis clavibus ipſarum rcium in horreo conditarum, poſſeſſio tradita videtur, & confeſtim em-dominium, (ſi venditor dominus ſit) & poſſeſſionem adipiſcitur.[b] 35

[a] *§. item ſi quis Inſtit. de rer. diviſ. d. l. quia ratione 9. §. Item ſi quis merces, ff. de adquir. rer.* [b] *l. clavibus 74. ff. de contrahen. empt. & vendit.*

Si quoque vino vendito tradantur emptori claves cellæ vinariæ, quaſi hæc traditio eſt. 36

d. l. 1. §. ſi juſſerim verſ. & vina tradita ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.

Inſtrumenti quoque traditio, qua voluntas Domini teſtata eſt, rei tradi-nota habetur. 37

l. 1. C. de donat. l. quadam 77. ff. de rei vindicat.

Conſignatione item rei fit quaſi traditio: veluti ſi emptor rem emptam et. 38

l. quod ſi 14. §. 1. ff. de peric. & commod. rei vendita.

Deniq; oculis, & aſpectu cum mente & cogitatione tradendæ & acci-ndæ rei fit quaſi traditio in re: quæ moveri non poteſt. 39

d. l. 1. §. ſi juſſerim ff. de adquir. rer. dom.

Unde ſi quis ex voluntate Domini alienantis ingrediatur in fundum, vel 40

ædes,

ædes, hac mente, ut velit totum fundum, aut ædes uſque ad terminum ſibi habere. pro tradito fundus ille, aut ædes pro traditis habentur.

d.l.1.§.ſi juſſerim.verſ.nam pro traditis.& l.3.§.1.ff.de adquir.vel amitt. poſſ.

41 Incorporalis rei ficta, ſive quaſi traditio, eſt ſervitutum aliarumque rerum, quæ in jure conſiſtunt. Harum rerum nulla dicitur eſſe traditio.

l.ult ff.de Servitut. Tradi tamen dicuntur in l.ſi ego 11.§.1.ff.de publ.in rem act. l.3.ff.de uſufr. l.1. §. ult. ff. de Servitut. ruſticor. præd. Eſt ergò earum quaſi traditio: ſi quidem earum non vera ſit poſſeſſio, ſed dicatur quaſi poſſeſſio l. ait prætor 23. §. item ei ff. ex quib. cauſ. major. Et quis intelligatur ſaltem earum habere poſſeſſionem, l. ſi ædes 32. in fin. ff. de Servitut. urban. præd. Huc uſque de dominij adquiſitione dictum fuit, Sequitur nunc de amiſſione dominij, de qua videndus Donell. *lib. 9.comment. de jure civil. cap.12.*

CLASS. V. DISPUTATIO VIII.

DE SERVITUTIBUS URBANORUM & ruſticorum prædiorum.

THESIS I.

DE poſſeſſionis, deque proprietatis dominio hactenus: ſuccedit modò Iuris dominium. [a] Dominium Iuris eſt, quo res quædam incorporalis noſtra eſt: veluti dominium ſervitutis realis, uſusfructus, Iuriſdictionis, juris regalis, emphyteuſis, feudi, &c. [b]

[a] Has dominij ſpecies tres propoſuimus *theſi 3. diſp. 2. huius Claſſ. 5.* [b] Iuris quoque dominium eſſe, puta rerum incorporalium, veluti ſervitutis, uſusfructus, &c. patet ex *l. 4. in prin. ff. ſi ſerv. vind. l. ſemper 19. §. ergo nonnunquam 8. ff. quod vi aut clàm*, aliisq; ex locis, & tradit Iohan. Robert. *lib.3. ſent. cap.18.* item Dn. Vulteius, *diſcept. ſchol. c.19 & ad §.1. Inſt. de uſufr.* & Gœdd. *ad l. rectè dicimus 25. nu.7. & ad l. bonorum 40. nu. 8. ff. de verb. ſignif.*

2 Servitus eſt jus [a] in re aliena [b] vindicabile, [c] quo nobis conſtituto, ipſa res utilitati [d] noſtræ gratis [e] ſervit.

[a] *§. Incorporales, & §. ult. Inſt. de reb. corpor. & incorpor.* [b] Sua enim res nemini ſervit. *l. in re 26. l. cum eſſent 33. §. ult. ff. de ſervit. ruſtic. præd. l.5. ff. ſi uſusfr. pet. l. ſi quis 30. ff. de ſerv. præd. urb.* [c] Servitutis conſtitutæ vindicatio eſt, *l.2. l.4. §. in confeſſ. & tot. tit. ff. ſi ſerv. vind. l.5. §. ult. & tot. tit. ff. ſi uſusfr. pet.* Et hoc differt ſervitus ab alio jure, quod nobis in re aliena competit: quale jus eſt, quod in re nobis commodata, locata, &c. habemus. [d] *l. quoties 15. in princ. ibi, quia nihil vicinorum intereſt, ff. de ſervit.* Sed obſtare videtur *l. ei fundo 19. ff. de ſervit.* vide Morlam. *in Empor. jur. part. 1. tit. 6. in præmiſſ. nu. 65. & ſeqq.* Dn. D. Beſold. *in delib. Iur. ex lib. 8. ff. nu. 3.* [e] Hac voce gratis diſtinguitur ab emphytheuſi, antichreſi, &c. Comparatur quidem etiam precio ſervitus, verùm poſteaquam conſtituta eſt, gratis res nobis ſervit.

3 Eſt ergò ſervitus quædam corporis qualitas, [a] quæ etiam in amœnitate conſiſtere poteſt. [b]

[a] *l. traditio 20. §.1. ibi, tale transfertur, quale fuit. juncto verſ. ſi ſervus fuit fundus, ff. de adquir. rer. dom. l. quid aliud 86. ff. de V.S. l. qui fundum 12. ibi, fundus qualiter ſe habens. ff. quem ſerv. am.* [b] *l.3. in princ. ff. de aq. cott. & aſt. l. ut pomum 8. in pr. ff. de ſerv.*

4 Eſt autem duplex ſervitus; rerum, & perſonarum. [a] Illa dicitur etiam ſervitus in rem, [b] item prædiorum ſervitus. [c] Hæc appellatur quoq; perſonalis ſervitus, [d] item ſervitus in perſonam, [e] & hominum ſervitus. [f]

[a] *l.1. ff*

l.1.ff.de ſerv.it. [b] l. Cajus 12.ff. de ann. leg. [c] l.quotiens 15.in princ.ff.de ſervit. [d] l.non ſolùm ...e,ff.comm. præd. [e] d.l. Cajus 12.ff. de ann.leg. [f] d.l. quotiens 15.ff.de ſervitut.

ervitus rerum eſt, quæ ab alieno prædio principaliter noſtro debetur 5
dio. [a] Eaque ſimpliciter in libris noſtri juris ſervitus appellatur,& uſui-
ctui opponitur. [b]

l.1. §.1.ff.comm.præd. §.ideò autem hæ ſervitutes, Inſt. de ſervit. præd. Vtrinque igitur hic ...ium requiritur. [b] §.ult. Inſt.de reb. corp. & incorp. d.l. ſemper 15. §. ergò nonnunquam, ff. ...vi aut clàm, t.t.ff. de ſerv. leg. juncto tit. de uſu & uſufruct. leg. Cœpoll. de ſervitut. Vr-...rædior.cap.2.num.3.

t ergò liceat alicui pomum decerpere, vel ſpaciari, aut cœnare in præ- 6
alieno, realis ſervitus conſtitui non poteſt.

...t pomum 8.in princ. ff.de ſervit. Bachov. in not. ad Treutler. vol.1. diſput.17. theſ.5. lit.C. ...m.668. Donell. lib.11.commentar.cap.1.pag.557. Zaſius.lib.1. reſp.cap.11.

ervitutis rerum id etiam proprium eſt, quòd ejus cauſam oportet eſſe 7
petuam; [a] Id eſt, naturalis, certa & conſtans ejus conditio eſſe debet. [b]

l.foramen 28. ff. de ſerv.præd.urb. [b] l.1.§.2. ff.de aq. cott. & æſt. Cujac.11.obſ.3.

ſt & illud hujus ſervitutis proprium, ut prædium, cui conſtituitur ſer- 8
s, vicinum ſit, & confine prædio illi, in quo conſtituitur ſervitus. [a] In-
entu tamen loci publici non impeditur ſervitus. [b]

l. Mela ait 14. §. ultim.ff. de alim. leg.l. ergo 5.§.1.l. Quiſella 7. in fin.& l.In tradendis 7. verſ. Si cui, ff. communia prædior. In prædijs tamen urbanis quædam ſervitutes imponi ...nt etiam alienis interpoſitis prædijs. l.ſi ædes 32. & l. ſeqq. ff. de ſervit.urban. prædior. ff. ...vit.ruſt. [b] l.Servitutes 14.§.ultim. & ibi Dd.& Cujac.ff.de ſervitut.

orrò circa prædiorum ſervitutem triplex inſpectio incurrit; Vna de 9
ciebus hujus ſervitutis; altera de ejus conſtitutione, tertia de illius amiſ-
e.

pecies hujus ſervitutis duæ ſunt: Eſt enim vel prædiorum ruſticorum, 10
urbanorum prædiorum.

...tit.tit. de ſervit. ruſt. & urb.præd. De illa ea eſt tot. tit.ff. de ſervit. præd. ruſt. De hac eſt ...t.ff.de ſervit.urb.

uſticum prædium ab urbano, non loco differt, ſed materia, id eſt, quali- 11
& forma, quam finis & uſus arguit. Omnia enim ædificia dicimus ur-
a prædia, non ſolùm ea, quæ ſunt in oppidis, ſed etſi fortè ſtabula ſint,
meritoria in villis, & vicis, & prætoria voluptati tantùm ſervientia.

urbana prædia 1.n.8. Vbi vide Alc. & Gœdd. ff.de verb.ſign. l.1.C.comm. præd. §.præd. Inſt. ...vit. præd. Et facit l. urbana familia. ff.de V.S. Obſtat l. 2.ff.de ſerv. ruſt.præd. l. eo jure. 4. ...quibus cauſ. pign. vel hypoth. & l.fundi. 211. ff.de verb. ſignific. Arum. exercit. Juſtin. 5.

ervitus prædij ruſtici eſt, quæ ab alieno prædio debetur prædio noſtro 12
ico. Æſtimamus enim prædiorum ſervitutes ex qualitate prædiorum;
bus debentur, non à ſervis prædijs.

œpolla de ſervit.urb.præd. c.11. num.10.& cap.25.num.2.

jusmodi ſervitus eſt, iter, actus, via, aquæductus, [a] pecoris paſtus, jus cal- 13
coquendæ, arenæ fodiendæ, &c. [b]

l.1.ff. de ſervit præd.ruſt. & tit. Inſt.de ſervit.in pr. [b] §.inter ruſticorum.Inſt. d.t. l.1. §.in ...cis.l.2.3.4.5.6.ff.de ſervit.ruſt.

14 Iter eſt jus per prædium alienum eundi, ambulandi homini; [a] quorum illud principaliter, hoc per conſequentiam debetur. Et jus eundi utilitatem prædij reſpicit, ſed jus ambulandi, hominis utilitatem ſpectat. [b]

[a] *d.l.1. de ſerVit.ruſt.* & *§.1. Inſtit.de ſerVit. præd.* [b] Cujac. *in not. poſt.ad dict. t.* & *22. obſerV. 35.*

15 Ire autem non tantùm dicitur, qui pedibus it, ſed etiam qui ſella, lectica, aut equo incedit.

l.qui ſella 7. l.inter 12.ff.de ſerV.ruſticor.prædior. l. 1. §. hac interdicta. 7. ff. de aqua quotid. & æſtiV.

16 Latitudo itineris jure communi certa & definita non eſt, ſed ea eſt, quæ demonſtrata, vel ab arbitro eſt definita.

l.certo generi.13.§. Latitudo.ff.de ſerVit.ruſticor.prædior. Si tamen itineris viæve ſervitus ſimpliciter legetur, ſine ulla determinatione partis fundi per quam eatur, hæres non legatarius electionem habet quâ fundi parte ſervitutem conſtituere velit. *per text. in l ſi Via.26.ff.de ſerVitut. prædior. ruſtic.* Attamen hærede non eligente, liberum eſt legatario per quam libet fundi partem ire civiliter, *l.ſicut 9. ff. de ſerVitut.* Vide de hoc dubio Dn. D. Beſold. *in delibat. jur. ex lib.8.ff.num.6.pag.mihi. 548.* & *num.16.pag.564.* Hilliger. *in Donell.enucleat.lib.11.capit.13.lit.B.* Pacium *cent.3.* ἐναντιοφ *quæſtion.53.* Arum. *exercitat.Inſtin.5.th.ſ.7.*

17 Actus eſt jus per prædium alienum agendi jumentum vel vehiculum, [a] principaliter: per conſequentiam verò eſt etiam jus eundi & ambulandi homini [b]

[a] *l.1.ff. de ſerVit.ruſtic. b. 1. Inſtit. de ſerVit.præd.* [b] Cujac. 22.*obſerV.* 35. Duaren. *1. diſput. cap.31.*

18 Aliquando tamen actus eſt ſine itinere.

l. loci.4.§.1.ff.ſi ſerVit.Vind. Cujac. 13.*obſerV.* 12. & *tract. ad Afric. 9. in explicat.l. 26.ff. de except.rei jud.* Vide quoque Ant. Fab. *lib.1.conject.* 20. & Dn. D. Beſold. *in delibat.jur.ex lib.8. ff.num.14.pag mihi 561.* & *ſeq.* Bachovius *in notis ad Treutler, Vol.1.diſput.17.theſ.4 lit.C.pag m.664.* & *ſeq.* Coraſius. *ad l.1.ff.d.ſerVitut.num,89.* & *ſeqq.*

19 Actus latitudo ſimiliter ea eſt, quæ eſt demonſtrata: quòd ſi de ea nihil dictum ſit, ab arbitro ſtatui debet.

d.l. certo 13. §. Latitudo.ff.de ſerVit.ruſt.

20 Via eſt jus per prædium alienum eundi & ambulandi homini, & agendi jumentum vel vehiculum, [a] principaliter ſcilicet & nominatim conceſſum. [b]

[a] *d.l.1.ff.de ſerV. ruſt.* & *§.1.Inſt.de ſerV.* [b] Cujac. *in notis poſterior. ad d.t.* & *lib.22.obſerV.* 35. Duar. 1. *Diſput. cap.31.* Coraſ. *ad l.1. ff.de ſerVitut. num.* 99. Ioh. Stuck. *part.1.exercit. Inſtin.decad.4.aſſert.4.lit. G.*

21 Eſt autem viæ latitudo legitima ex 12 tab. In porrectum octo pedes habet; in anfiactum, id eſt, ubi flexum & curuum eſt, ſedecim; [a] quo ſolo viam ab actu Robertus Aurelianenſis diſtinguit: [b] ſed malè. [c]

[a] *l.Via.8.ff.de ſerVit.præd.ruſt. l. namſatis. 6. §.fin. ff. quemadm. ſerVit.amittat.* [b] *lib. 4. ſent.cap.5.* [c] Quæ enim ſpecifica differentia ſit viæ, explicat theſis *præcedens.* Vide Cæpoll. *de ſerVit.ruſt.præd. c.3.num.2.*

22 Etſi verò ea ſit legitima viæ latitudo, à partibus tamen alia dici poteſt

d.l.certò 13. §.Latitudo. ff.de ſerVit.præd. ruſtic.

23 Non eſt hoc loco prætereundum, quòd ſi quis fundum cSfinibus ità circunda-

ndatum habeat, ut ad eum colendi illius cauſâ venire non poſſit, judici
cumbat, cogere confinem, ut accepto legitimo precio, aditum confini ad
ſmodi fundum concedat.

Arg. *l. ult. in pr. ff. de ſerv. urb. l. teſtatrix. 20. in pr. ff. ſi ſerv. vind. l. ſervum. 24. §. fin. ff. de leg.* *damnas eſto, 15. §. 1 ff. de uſu & uſufr. leg.* Mauſer. *in praxi. §. item ſi quis petat vi. im. de ſerv.* *on. lib. 14. Raph. Areſt. tit. 1. areſt. 3.*

Aquæductus eſt jus aquæ ducendæ per fundum alienum, [a] ad certi ali- 24
jus fundi dominantis uſum pertinens, ut aliò duci aqua non poſſit. [b]

[a] *l. 1. ff. de ſerv. præd. ruſt. & §. 1. Inſt. de ſervit.* [b] *l. ergò 5. in fin. & l. pen. ff. d. t. l. 1. §. præter.* *ff. de aq. cott. & æſtiv.*

Quòd ſi deſtinata ab initio non ſit pars fundi, per quam ducatur aqua, 25
tus fundus ſervit.

ſi mihi 21. ff. de ſerv. ruſticor. prædior. Vide Morlani *in Empor. jur. part. 1. tit. 6. in præmiſ.* *n. 94.* Coraſ. *ad d. l. 1. ff. de ſervit. num. 125.*

Aquæ hauſtus eſt jus aquæ hauriendæ ex flumine, fonte, aut vivo puteo 26
eno. quatenus ad fundum, cui id jus debetur, opus eſt.

5. & l. ſeq. ff. de ſerv. præd. ruſt. Azo *in ſumma Cod. tit. de ſerv. & aqua.* Cujac. *3. obſerv. 28.* publico flumine abſque ſervitute aquam haurire licet. *l. 3. §. fin. ff. de ſerv. ruſt.* modo ejus mnis uſus deterior inde non fiat. *l. 2. ff. de flum. l. ſi autem 11. §. fin. ff. de aqua & aq. pluv.* De fonte rex lacu, piſcina, puteo, ſi aquam vivam non habeant, aquæ hauſtus concedi ne- *t. l. 1. §. loquitur, ff. de aq. cott. & æſt.* Cujac. *11. obſerv. 3.*

Hac ſervitute conceſſâ, iter quoque ad eum locum videtur conceſſum. 27

3. § ult. ff. de ſerv. præd. urban. arg. l. 2. ff. de juriſdict. l. 1. §. 1. ff. ſi uſufruct. petat.

Pecoris ad aquam appulſus eſt jus ad vicini aquas appellendi pecoris, 28
is adaquandi cauſâ.

pecoris. 4. & l. ſeq. ff. d. tit. l. 1. §. Trebatius. ff. de aq. cott. & æſtiv.

Quòd ſi in hujus ſervitutis conſtitutione de certo pecorum numero di- 29
um ſit, & convenerit, ampliorem quis appellare numerum non poteſt.

l. 1. §. Trebatius. ff. d. tit. Si tamen quis plura pecora quàm in ſervitute conventum eſt ap- lat, totam ſervitutem non amittit, *l. 1. §. ſi duæ res. 12. ff. quor. legat.* Cœpolla *de ſervit. ru-* *prædior. cap. 8. num. 4.*

Quòd ſi prædictæ ſervitutes non fundo, ſed perſonæ conſtituantur, per- 30
nales non reales erunt ſervitutes.

l. 1. ff. de uſu & uſufr. leg. l. pen. ff. de ſerv. legat. l. Mela. 14. §. ult. ff. de aliment. legat. Vide Hil- er *in Donell. enucleat. lib. 11. cap. 7. ad lit. E.* Dn. D. Beſold. *part. 1. delibat. Iur. ex lib. 8. ff. nu.* *n. 19. in ibi. 563.*

Servitus paſcendi pecoris eſt jus paſcendi pecus in fundo alieno, prædij 31
minantis cauſâ conſtitutum.

Cœpoll. *de ſervit. ruſt. præd. c. 9.* VVurmbſer. *lib. pract. obſerv. tit. 27 de ſervit. obſerv. 4.* Hart. tmannus ab Eppingen *lib. pr. obſ. tit. 23. obſ. 4.* Vide omnino Koeppen. *deciſ. 57. per totam.*

Quod ſi quis non habeat vicinum fundum, cujus cauſa pecoris paſcen- 32
ſervitus conſtituta ſit, non realis, ſed perſonalis eſt ſervitus. [a] Quinimò
teſt quandoque hæc ſervitus eſſe, non ruſtica, ſed urbana. [b]

[a] *l. 4. ubi gloſſ.* & D. *ff. de ſervit. ruſt. l. ſi quis un. us 22. & ibi gl. ff. de uſufr.* Hartm. Hartman. Epping. *obſ. 4.* [b] Cœpoll. *de ſerv. ruſt. pr. n. 9. n. 5.* Quid verò ſi paſcendi pecoris ſervitus cui- m familiæ debeatur numquid aucta familia etiam hæc ſervitus augeri dicitur? Dubia hæc quæſtio ſed negativa juri conſona videtur, per ea quæ tradit Koepen *deciſ. 17. per tot.* Nec

licet ei qui ſervitutem paſcendi nullo modo ſibi conſtitutā habet, in vicinos & privatos agros tempore meſſium, collectis jam frugibus pecora ſua immittere ad paſcendam herbam illic ſua ſponte naſcentem, prout tradit Cardinal. Thuſchus *practic. tom. 6. lit. P. concluſ.* 112. *num.* 5. & *ſeq.* Berlich. *part. 2. practic. concluſ.* 49. *num.* 4. Covarr. *practic. quæſtion. lib. 1. quæſt.* 37. *nu.* 2. & *ſeqq.* Sed an dominus prædij ſervientis loca,[a] in quibus alteri debet jus paſcendi invito domino prædij dominantis mutare & ad culturam redigere, videndi ſunt. Modeſtin. Piſtor. *conſil. 7. quæſt. 6. num.* 33. & *ſeqq.* Gail. *lib. 2. practic. obſervat.* 67. *nu.* 10. Berlich. *part. 2. pract. concluſ.* 49. *num.* 24. & *ſeqq.* Honded. *vol. 2. conſult.* 84. *num.* 6. & 26. Surd. *conſil.* 65. *num.* 13. Dn. D. Beſold. *in delibat. Iur. ex lib. 8. ff. num. 4. pag. m.* 544. & *ſeqq.* Tuſchus. *practic. concluſ. tom. 6. lit. P. concluſ.* 111. *num.* 7. Cravett. *conſil.* 292. *num.* 3. & 4. Iohan Kœppen *deciſ.* 15. *num.* 2. & *ſeqq.* Covarr. *lib. 1. practic. obſerv. cap.* 37. *num.* 4. & *ſeqq.*

33 Servitus coquendæ calcis eſt jus coquendi calcem in fundo alieno.

Cæpoll. d. tract. de ſerv. ruſtic. cap. 10.

34 Servitus arenæ fodiendæ eſt jus fodiendi arenam in fundo alieno.[b] Cui ſervituti proxima eſt ſervitus eximendæ cretæ.[b]

[a] Cœpolla *d. t.* 10. [b] *l.* 5. *§.* 1. *ibi, creta eximenda. ff. de ſerv. ruſt. pr.*

35 Sed eatenus hæ ſervitutes ſunt prædiorum ruſticorum, quatenus illis ad ipſum fundum vicinum opus fuerit: veluti ſi figulinas quis haberet, in quibus ea vaſa fierent, quibus fructus ejus fundi exportaretur: ſicut in quibusdam locis fit, ut amphoris vinum evehatur; aut dolia fiant, vel lapides coquantur ad murum in villa extruendum.

l. 1. *§.* 1. & *l. ſeq. ff. de ſerv. præd. ruſt.*

36 Quòd ſi in uſum prædij ruſtici non ſint comparatæ hæ ſervitutes, vel perſonarum ſervitutes ſunt, uſusfructus ſcilicet,[a] vel ſunt ſervitutes prædij urbani, puta ſi domo debeantur.[b]

[a] *l.* 5. *in princ. verſ. ſed ſi. ff. dict. tit. l. item ſi fundi* 9. *§.* 2. *ff. de uſufruct.* [b] *Cæpoll. d. c.* 10. *nu.* 1. Et ſic ruſticæ ſervitutes fiunt urbanæ, ſi conſtituantur prædio urbano, *l.* 11. *§.* 1. *ff. de public. in rem action.* & *urbanæ fiunt ruſtica, l.* 2. *ff. de ſervit. prædior. ruſtic.* Et ſervitutes prædiales fiunt perſonales. *l.* 4. *l. pen. ff. de ſervit. ruſtic. prædior. l. pen. ff. de ſervit. legat. l.* 15. *ff. ſi uſufr. legat. l.* 14. *in princ. ff. de ſervitut. urban. prædior. l.* 1. *§.* 43. *ff. aqua & aq. quotid.* Et ita intelligendus videtur textus *in l. Mela.* 14. *§. ult. ff. de aliment. legat.* retenta vulgari lectione ut fruſtra in hujus legis explicatione & correctione laborent plurimi. Donell. *lib.* 11. *comment. jur. civil. cap. 7. in fin.* & alij quos citat Hilliger. *dict. cap. 7. lit. E.*

37 SEQVITVR DE SERVITVTE VRBANORVM PRÆDIORVM. Servitus urbani prædij eſt, quæ ab alieno prædio debetur noſtro urbano prædio; veluti ædificijs:[a] cujusmodi ſervitus eſt oneris ferendi, ſervitus tigni immittendi, ſervitus ſtillicidij avertendi, ſervitus ſtillicidij non avertendi, ſervitus fluminis avertendi, ſervitus fluminis non avertendi, ſervitus altius ædes non tollendi, ſervitus ædes altiùs tollendi, ſervitus non officiendi luminibus, ſervitus luminum, ſervitus proſpectus, ſive ne proſpectui officiatur, &c.

§. item urbanarum. Inſt. de ſerv. l. 1. 2. 3. 4. *ff. de ſerv. urban. præd. §. æquè. Inſt. de action.* De ſervitute altius tollendi eſt quoque text. *in l. 2. ff. de ſervit. ruſtic. præd.*

38 Servitus oneris ferendi eſt jus, quo columna vel paries vicini onus noſtrarum ædium ferre tenetur. Cujus ſervitutis proprium eſt, quod qui eam debet, columnam vel parietem ſuum reficere cogitur.

l. cum

l. eum debere 33. ff. de ſerv. urb. præd. l. etſi. 6. §. etiam. ff. ſi ſerv. vind. l. quotiens. 15. §. 1. ff. de ſerv. ruſtic. prædior. Morla *in Empor. Iur. part. 1. tit. 6. in præmiſſ. num. 97. & ſeq.*

Servitus tigni immittendi eſt jus, quo vicinus trabem ex ædibus ſuis in 39
cini ædes immittere, id eſt, porrigere poteſt. Vulgo dicitur, Tram Recht.

l. hoc quod dictum 25. ff. de ſervit. urb. l. ſicut 8. §. competit. ff. ſi ſerv. vind. Vide Zaſ. *in param. de ſerv. præd. urb.* Cœpoll. *de ſerv. urb. c. 30.* Coraſ. *lib. 3. miſcell. jur. civil. cap. 25. num. 5. & ſeq.* Et tignum ædibus meis liberis immiſſum propria authoritate tollere poſſum. Cujac. *lib. obſervat. cap. 12.* Valla *de reb. dubijs cap. 8.* Cœpolla *de ſervitut. urban. prædior. cap. 3. num. 3. & 8.*

Servitus ſtillicidij avertendi eſt jus, quo vicinus aquam, quæ de cœlo in 40
ctum cadit, in ædes, vel ateam, vel cloacem vicini avertere ſive derivare
teſt.

§. item urbanorum. Inſt. de ſerv. l. 1. ff. de ſerv. urb. præd. Cœpolla *de ſerv. urb. cap. 28.* Vide *l. ſervitutes 20. §. ſi ſublatum. & §§. ſeqq. ff. d. tit.*

Servitus ſtillicidij non avertendi eſt jus, quo vicinus ſtillicidium ſuum 41
aream vel cloacam vicini avertere prohibetur: cùm fortè ex lege vel
nſuetudine loci vicinus ſtillicidium vicini recipere tenetur.

§. item urbanor. 1. ibi, vel non recipiat. Inſt. de ſervit. d. l. 2. ibi, aut non avertendi. ff. de ſervit. urb. quæ loca ita cum Donello *lib. 11. comment. c. 5. pag. 572.* interpretamur. Sed vide eoph. Cujac. & VVeſenbec. *ad d. §. item urbanor. &* Duaren. *ad tit. ff. de ſerv. præd. urb.* Cœpoll. *d. c. 28.* Vide Dn. D. Beſold. *part. 1. delibat. jur. ex lib. 8. ff. num. 13.*

Servitus fluminis avertendi eſt jus, quo vicinus pati cogitur, ut aqua plu- 42
a in canalem vel alveum vicini plumbeum, vel ligneum recepta, in ſuas
es, aream vel cloacam cum impetu feratur.

d. l. ſervitutes 20. §. ſtillicidium ff. de ſervitut. præd. urban. Theoph. Hotoman. VVeſenb. *ad item urbanorum. Inſt. de ſervit.* Sed vide Connan. *lib. 4. comment. cap. 9. num. 3. in fin.*

Servitus non avertendi fluminis eſt jus, quo vicinus flumē, id eſt, aquam 43
llectam per canales in noſtram aream, vel cloacam contra legem vel
nſuetudinem loci avertere prohibetur.

§. item urbanor. 1. Vbi vide Theoph. Hotom. VVeſenb. & alios. *Inſt. de ſervit. l. ſervitutes §. ſtillicidium, ibi, quia fit gravior ſervitus, id eſt, pro ſtillicidio flumen. ff. de ſervit. præd. urb.*

Servitus non tollendi altiùs ædes eſt jus, quo vicinus ultra præſcriptum, 44
tumque altitudinis modum ædes ſuas propter vicini ædes tollere pro-
betur.

§. item urbanorum. 1. verſ. & ne altiùs. Inſt. de ſervit. l. eum eo, 9. l. domus 21. l. cujus 24. ff. de ſ. præd. urb. l. altius. 8. & l. ſeq. C. de ſervit. & aqua.

Qui non debet hanc ſervitutem vicino, in infinitum ædes ſuas tollere 45
teſt, [a] etiamſi ædificatione vicino noceat: [b] modò non animo nocendi
cino, ſed ſuæ tantum utilitatis causâ id fecerit. [c]

[a] *l. 1. ibi, quia cœlum, quod ſupra id ſolum intercedit, liberum eſſe debet. ff. de ſerv. præd. urb. d. l. altius 8. & l. ſeq. C. de ſervit. & aqua.* [b] *l. cum eo 9. ff. de ſervit. præd. urb.* Etiamſi ædes in totum obſcurarentur. Vide omnino Honded. *conſult. 80 num. 14. lib. 1.* Niſi puta utiliter adverſetur, exemplum *in l. fin. C. de ſervit.* [c] *l. 1. §. denique Marcellus 12. in ſum. 2. §. pen. ff. de aqua & aq. pluv. arc. l. pen. ff. de injur.* Vid. Gloſs. *in l. fluminum. 24. §. ult. verb. non teneri Me. ff. de damno infect. & in d. l. 1. §. Denique Marcellus. in verb. habere. de aqua & aq. pluv. arcend.* Bartol. Cœpoll. *de ſervit urban. prædior. cap. 39. num. 3.* Dua-

 ren.

ten. *ad l. 7. ff. de ſerv. præd. urb.* At vide *l. ult. C. de ſerv. & aq.* Quando quis ex æmulatione ædificaſſe cenſeatur. vid. omnino Cœpoll. *de ſervit. urban. prædior.* & Honded. *conſult. n. 7. & 34.*

46 Servitus altiùs tollendi ædes eſt jus, quo contra uſitatum altitudinis modum, formam & ſtatum lege civitatis definitum altiùs ædes tollere licet.

§. aquè, ibi, jus ſibi eſſe altiùs ædes ſuas tollendi. Ubi vide Donell. Inſtit. de act. l. 1. l. 2. ff. de ſervit. præd. urban. l. 2. ff. de ſerv. ruſt. præd. l. in tradendis 7. §. 1. ff. comm. præd. junct. l. 1. C. de ſervit. l. 1. C. de ædific. privat. l. qui luminibus 11. in princ. ibi, ſciet ſe formam & ſtatum antiquorum ædificiorum cuſtodire debere. ff. de ſervit. urb. Donell. 11. *comm. c. 5. pag.* 570. Bronchorſt. *cent. 1. ἐναντιοφ. aſſert.* 99. vide etiam Coraſ. *ad l. 1. ff. de ſervit. & lib. 3. Miſcel. cap. 24.* VVeſenb. *in paratit. ff. de ſervitut. nu.* 3. Vultc. *lib. de ſcept. cap. 5.* Treutler. *in comment. in Pandect. ad tit. 2. de ſervit. urban. præd.* Hunn. *lib. 2. variar. reſolut. tract. 2. quæſt. 8.* Dn. D. Beſold. *lib. 1. delibat. jur. ex lib. 8. ff. nu. 9. pag. m.* 554. Gail. *lib. 2. obſ.* 69. Bachov. *in notis ad* Treutler. *vol. 1. diſp. 17. theſ. 2. lit. D.* Vid. Hilliger. *in Donell. enucleat. lib. 11. cap. 5. lit. H.*

47 Servitus non officiendi luminibus eſt jus, quo vicinus lumen, ex cœlo veniens, vicino adimere, & obſcurius facere prohibetur. [a] At ſervitus luminum eſt jus, quo vicinus tenetur excipere noſtrum lumen, id eſt, nobis præſtare lumen. [b] per feneſtras ſuas aut foramina.

[a] *l. inter ſervitutes 15. & l. ſeq. ff. de ſerv. præd. urb.* [b] *l. 4. ff. d. t.*

48 Non officiendi luminibus ſervitus plenior eſt, & plus habet, quàm ſervitus non tollendi altiùs ædes. Etſi enim ſub illa contineatur, [a] contra eam tamen quid fieri poteſt, etiamſi ædes non tollantur altiùs. [b]

[a] *l. 4. ff. t.* [b] *l. inter ſervitutes 15. verſ. quodcunque igitur, & l. ſi arborem 17. in pr. & §. 1. & §. 2. ff. eod. tit.* Vid. Duar. *lib. 1 diſp. c. 33. & ad l. 11. ff. d. t.* Sunt ergò hæ diverſæ ſervitutes, non una, licet hoc quidam velint. Vide Cujac. *lib. 17. obſerv. cap. 35.* Arum. *exercit. 5. theſ. 9.* Dn. D Beſold. *dict. loc. nu.* 10. Hilliger. *in Donell. lib. 11. cap. 5. lit. A.* Hotom. *lib. 2. reſponſ. amicabil. cap. 4.*

49 Servitus proſpectus ſive quod idem eſt, ne proſpectui officiatur, eſt jus, quo ita nobis licet in patentia, & porrecta loca liberè proſpicere, ut domino prædij ſervientis integrum non ſit, quicquam facere, quo proſpectum illum nobis auferat, impediatve.

l. ædificia 12. l. inter ſervitut. 15. & l. ſeq. ff. de ſervit. præd. urb. Iohan. Robert. Aurelian. *lib. 4 ſent. c. 7.* & Cujac. *lib. 1. obſerv. 4.* Has duas eſſe ſervitutes alij volunt, Cœpoll. *de ſervit. urb. prædior. cap. 33. nu. 3. & 4.* Hickelman. *illuſtr. quæſtion. diſp. 7. theſ. 17. lit. C.* Vultejus. *lib. 1. Iuriſpr. Roman. cap.* 62. Treutler. *vol. 1. diſp. 17. theſ. 3. lit. E.* Valent. Rimer. *decad. 4. jur. quæſt. coroll. ult.*

50 Sed non incommodè hoc loco quæritur, an jure communi liceat nobis aperto pariete noſtro feneſtras in eo poſitas habere luminis excipiẽdi cauſa, per quas etiam in vicinum proſpicere poſſimus fundum? Affirmantium ſententiæ ſubſcribimus.

Poteſt enim unusquisque in ſuo facere, dum in alienum nihil immittat. *l. ſicut. 8. §. Ariſto. ff. ſi ſerv. vind.* Qui autem reſpicit in vicini fundum per feneſtram nihil immittit in ejus fundum. Nam in loca publica, ſacra, religioſa, nihil cuiquam immittere licet. *l. 2. in princ. & §. locorum. ff. ne quid in loco publ. & l. 1. ff. ne quid in loco ſacro,* licet tamen omnibus civibus feneſtras habere apertas in publicum, in cœmiteria, & cætera loca religioſa & ſacra. Huic rationi accedit etiam autoritas Baldi & Dd. *in dict. leg. Altius. C. de ſerv. & aq.* Cœpol. *de ſerv. urb. præd. c. 62.* & Donell. *lib. 11. comm. cap. 5. pag.* 568. Bachov. *in not. ad Treutler. vol. 1 diſp. 17. th.*

r.3. *lit. A.* Stephani *cent.2.quæſt.25. lit.C.* Conan. *lib.4.comment.cap.* 10. Hunn. *lib.2.var.* *tract. 2.quæſt.7.* At diſſentit Duaren. *lib. 1. diſp. cap.33. per l. pen. ff. de ſerv. præd. urb.* kelman. *diſput.illuſtr. 7.theſ.18.* Cujac. *lib.4.obſervat.* 31. Forſter. Iun. *lib. 2.diſp.3. theſ.7.* non. *diſp.5. ad Inſtit.controv.6.* Diſtinguit Vngepaur. *exercit. Iuſtin.6.theſ.7.* Dn. D. Be- *dict.loc.num.* 12.*pag.m.*558.*& ſeq.*

Expoſitis ſpeciebus ſervitutis prædiorum, diſpiciendum modò de ejus 51. ſtitutione: Circa quam generaliter obſervandum, quòd ſervitus per tes adquiri vel imponi non poteſt: [a] neque poteſt communi prædio per m ſocium adquiri, vel imponi; [b] ut neque ex tempore, neque ad tem-, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem conſtitui; ſi ta- hæc adjiciantur, pacti vel per doli exceptionem occurretur, contra cita ſervitutem vindicanti. [c]

l. ſi fundus 32. ff. de ſerv. præd.ruſt. l. ſi quis duas 6. §. ſi quis partem ff. cum prædior. l. ut po- 9. §. 1. *l. pro parte 11. l. via 17. ff. de ſerv. l. 3. ff. de ſerv. leg.* Vid. Cujac. *tract. ad Afric.6.* *ſic. d.l. fundus* [b] *l.2. ff. de ſerv. l. proprium 5. ff. com. pr. l. per fundum 11. ff. de ſerv. ruſt. pr.* *in pr. ff. de ſerv. de qua l. g.* vide Cujac. *lib.7.quæſt.Papin.* & Donell. *lib. 11. comment. cap.* *g.*587.*& ſeq.* ubi ſcribit, quod ex tempore & ad tempus, & ſub conditione ſervitus con- non ſit nulla; verum illius uſus initium capiat ex tempore, & conditione præſcripta. ſentit Vultejus. *ad pr. Inſt. de uſufruct.num.5.*

Sed & neque adquirere, neque imponere ſervitutem prædio poteſt, niſi 52. dij dominus; qui tamen ne quidem conſentiente uſufructuario ſervi- em per quam deterior uſusfructus cauſa fiat, imponere poteſt, licèt ad- rere eo etiam invito poſſit. [a] Vnde nec tutor, nec curator fundo pupilli, adulti imponere ſervitutem poteſt, [b] neque maritus fundo dotali: [c] ne- heres fundo legato. [d]

l. ſed ſi. 15. §. ultim. & l. ſeq. ff. de uſufruct. Vult. *lib. 1. de feud. cap.10. num.39. & ſeq.* [b] *l. 3. ff. de reb. eorum, qui ſub tut.* [c] *l. 5. ff. de fund. dot.* [d] *l. is cui 12. §. ult. ff. quem. ſdm. ſerv. amit-* *fundum. 105. ff. de condit. & demonſtrat.*

Vaſallus tamen non modò adquirere feudali prædio ſervitutem poteſt, 53. & imponere: quæ tamen ſervitus domino obeſſe non debet, ſed finito do extinguitur.

.8. §. res autem. & §. ſeq. lib.2. feud. Iul. Clar. *lib.4. ſentent. §. feudum. quæſt. 37.* Hartm. man. *de feud. obſ.29.* Roſenthal. *de feud. cap.9 concluſ.13.* VVeſenbec. *de feud. cap. 11. nu.7.*

Eſt autem ſervitutis conſtitutio duplex, obligatoria, & adquiſitoria. [b] 54.

§. ſi quis velit. 4. Inſt. de ſerv. [b] *l. ſi ego 11. §. 1. ff. de publ. in rem action.*

Obligatoria ſervitutis conſtitutio eſt, qua vicinus ad præſtandam ſervi- 55. m obligatur. Eſtque conventionalis, vel teſtamentaria.

ſi quis velit, 4 & §. ſeq. Inſt. de ſervit.

Conventionalis conſtitutio ſervitutis eſt, ſi pacto, vel contractu, puta 56 ulatione, emptione, venditione, donatione ſervitus alicui promittatur.

§. ſi quis velit vicino, 4. Inſtit. hoc tit. l. 5. l. quotiens 20. ff. de ſerv. & l. 3. §. ſi iter. ff. de *...*

Teſtamentaria ſervitutis conſtitutio eſt, ſi quis teſtamento ſuo alicui ſer- 57 tem relinquat, veluti ſi quis ſuo teſtamento, aut codicillis heredem damnet, ne altiùs tollat ædes ſuas, ne luminibus ædium vicini offi- vel ut patiatur vicinum immittere in parietem tignum, ſtillicidium- ve ha-

ve habere; vel ut patiatur eum per fundum ire, agere, aquámve ex fonte ducere,

§.ult.Inſt. de ſerv. l.poteſt 16. *Comm.præd. & tot.tit.ff.de ſerv.leg.*

58 Prædictis modis conſtituta ſervitus actione perſonali petitur.

l.actionum genera 25. *in pr. verſ. in perſonam actio.ff.de O.& A.*

59 Adquiſitoria ſervitutis conſtitutio eſt, qua ipſa ſervitus realiter adquiritur. Eaque tribus fit modis; quaſi [a] traditione, diuturno uſu, ſive longa quaſi [b] poſſeſſione, & ipſo jure.

[a] Servitutis vera traditio non eſt. *l.3.§.ſi iter.& ibi gloſſ.ff.de act.empt.l.ſerv.*43.*§.1.ff.de adq. rer.dom.* [b] Propriè poſſidentur, quæ ſunt corporalia. *l.3.in pr.ff.d.tit.* Sed quaſi poſſidentur incorporalia, ut ſervitutes, *l.ait prætor* 23.*§.item ei.ff.ex quibus cauſ.major.*

60 Quaſi traditione adquiritur ſervitus dupliciter; primò inductione in prædium ſerviens, veluti ſi is, qui concedit ſervitutem, in fundum ſuum inducat eum, cui conſtituit ſervitutem, ea voluntate, ut ita ei quaſi tradat ſervitutem. Deinde patientia, ut ſi quis patiatur in re ſua uti ſervitute eum, cui vel conventione, vel teſtamento conſtituta eſt ſervitus, illique caveat, per ſe non fieri, quo minùs utatur.

l.ſi ego 11.*§.1.ff. de publ.in rem act..l.1.in princ.ff. de ſerv. præd.ruſt. §. ultimo, ibi, vel ut patiatur.Inſtit.de ſervit.l.3.§. ſi iter.ff.de act.empt.vend.* Et facit *l.3.in pr.ff.de uſufruct.*

61 Diuturno uſu ſeu longa quaſi poſſeſſione bifariam ſervitus adquiritur. Primò, ſi alicui à non domino ex juſta alienationis cauſa ſervitus quaſi tradita ſit, is autem longo tempore, puta decem annis inter præſentes, & viginti annis inter abſentes, etiam ignorante vero fundi domino, utatur ea ſervitute, diuturno uſu & longa quaſi poſſeſſione ipſam ſervitutem nactus dicitur.

l.1.§.ult.ff.de aq. & aq.pluv.arc.l.2.C.de ſerv.& aq. l.ult. in fin. C.de longi temp. præſcript. Cujac.*ad l.4.§.libertatem,ff.de uſucap.*

62 Deinde ſi quis per idem tempus abſq; alienationis cauſa, ſive quaſi poſſeſſionis titulo in prędio alieno, ſciente, & non prohibente domino jure ſervitutis utatur, ſimiliter eam ſervitutem adquirit.

l. ſi quis diuturno 10. *ff.ſi ſervit. vind. l. apparet* 5. *§.ſi quis ſervitutem, ff. de itin. actuque priv. l.2. ibi, eo ſciente. C.de ſervit.& aq.* Vide Donell. *lib.* 11. *comment.c.*12. Forcat.*ad l.* 14. *num.*15. *& ſeq.ff.de ſerv.* Longovall. *ad L. imperium, ff.de jurisd.pag.*270. VVeſenb. *in paratit.ff.de ſerv. nu.*5.

63 Hoc tamen modo adquiſita ſervitus, quaſi ſervitus appellatur, [a] & vicem ſervitutis obtinere dicitur: [b] actio item, quæ pro ea ſervitute comparata eſt, utilis actio dicitur. [c]

[a] *l.1.§.ult.ff.de aqua & aquæ pluv.arcend.* [b] *l.1.C.ſerv. & aq.* [c] *l.ſi quis diuturnus* 10.*in princ. ff.ſi ſerv.vind.*

64 Sed nunquid etiam longa quaſi poſſeſſione adquiritur ſervitus, quæ non certam & continuam, ſed diſcontinuam [a] ut vocant) poſſeſſionem habet? Nos ad adfirmativæ defenſionem proniores ſumus. [b] Quæ etiam ex communi Dd. judicio obtinet, quando præſcribens titulum habet: [c] vel non habet verum titulum, affirmat autem ſe ab adverſario habere titulum, & probat ſcientiam & patientiam ipſius. [d]

[a] Diſcon-

Diſcontinuam ſervitutem Dd. appellant, qua continenter uti non poſſumus. Et hanc longi temporis præſcriptione adquiri, ſed tanti cujus initium memoriam hominis exce- Mynſinger. *cent. 4. obſerv. 53. & Reſp. 11. nu. 16. Decad. 2.* Vide Didac. Covar. *in c. peccatum, jur. in 6. c. 16. num.* 11. Franc. Balb. *tract. de præſcr. p. 2. quarta principalis, q. 1. pag.* 199. & Bernh. Wurmbſ. *lib. pract. ob. t. 27. de ſerv. obſ.* 1. vide quoq; Vaſq. *contr. illuſt. c. 65. nu. 7.* de quæſtione vide late Pantſchman. *lib 1. quæſtion. 22. num. 72.* [b] *Per l. 1. §. ult. junct. l. ſeq. in ff. de aq. & aq. pluv. arc. l. apparet. 5. §. ſi quis ſervitutem. ff. de itinere actuq; priv.* Facit ſervitus etiam diſcontinua longo tempore amittatur. *Vid. inf. theſ. 68. & 71.* Duar *lib. 1. cap. 34.* Weſenbec. *in paratit. ff. de ſerv. nu. 4. in fin.* Pet. Coſtal. *ad l. ſervitutes 14. ff. de ſerv. l. foramen 18. ff. de ſerv. præd. urb.* Fachinæ. *lib. 8. controverſ. jur. cap. 22.* Donell. *lib. 11. com. c. 11. pag. 594. in fin. & pag. ſeq.* ubi pulchrè Doctores aliud ſentientes refutat. Sed obſtadetur *l. 3. §. ductus. ff. de aq. cott. & æſt.* [c] poſt alios Mynſing. *Reſp. 11. nu. 17. & ſeq. decad.* Pantſchman. *lib. 1. quæſt. 22 nu. 41.* Maſcard. *de probat. volum. 3. concl.* 1214. *n. 67.* Honded. *con. 79. num. 70. lib. 1.* [d] vide Cœpoll. *de ſervit. urbanor. præd. cap. 19. nu. 6. 7. & 8.* Vide inſuper en. *deciſ. 57. nu. 4. & 72. cum ſeqq.*

Ipſo jure adquiritur ſervitus vel natura, vel lege. Naturâ quæ adquiri- 65
ea eſt, quam inferior fundus ſemper debet ſuperiori, ut naturâ proflu-
em aquam excipiat.

l. 1. § pen. & ult. ff. de aq. & aqu. pluv. arc.

Lege adquiritur ſervitus, quam jus ipſum civile alicui conſtituit, ſcri- 66
tum, [a] vel conſuetudinarium. [b]

[a] Servitutis jure ſcripto conſtitutæ exemplum extat *in l. ult. §. ult. C. de ſerv. & aq.* [b] Servi- conſuetudine alicui conſtitutæ eſt exemplum in *l. venditor 13. §. ſi conſtat. ff. comm. præd.* Cœpoll. *de ſeru. urb. præd. c. 25. n. 2. & c. 39. nu. 2.*

Reſtat ſervitutis prædiorum amiſſio. Amittitur autem hæc ſervitus tum 67
miſſione, & non utendo: tum confuſione & interitu prædii.

Remiſſione amittitur hæc ſervitus, ſi vicinus, ad quem pertinet hæc ſer- 68
tus, permittat vicino, domino prædii ſervientis, ut quid faciat in ſuo illo
edio, quo facto ſervitus impediatur.

l. ſi ſtillicidij 8. ff. quemadm. ſeru. am. l. precario 17. in fin. ff. com. præd.

Non utendo amittitur ſervitus, ſi vicinus, cui ſervitus debetur, inter præ- 69
ſentes decennio, inter abſentes vicennio, non utatur ea ſervitute.

l. ſicut 13. & l. ſeq. C. de ſeru. & aqua. l. ſi communem 10. in pr. l. nam ſatis 6. §. 1. verſ. ſed ſi a deo, ibi, ait non utendo deperire. l. ſi ſtillicidij 8. in fin. ff. quemad. ſeru. am. l. una eſt via 17. ff. ſeru. præd. ruſt. l. ſi co loco 9. §. fin. ff. ſi ſeru. vind.

Et quidem ſi ruſtici prædii ſervitus fuerit, ſola ejus, cui debetur ea ſervi- 70
ceſſatione amittitur, nec eſt opus facto ejus, cujus prædium ſervit.

l. ſi partem 19. §. ſi per fundum. ff. quemadmodum. ſeru. am. Didacus Covar. *in c. poſſeſſor malæ fidei de R. I. in 6. ſecunda parte relection. in pr. nu. 8.* Cujac. *ad Iul. Paul. lib. 1 ſent. tit. 17. & ad l. juſto. 44. ff. de uſucap.*

Quod ſi urbani prædii ſervitus ſit, ea curſu prædicti temporis non uten- 71
eatenus amittitur, quatenus is, cujus prædium ſervit, uſucapiat liberta-
m: veluti ſi quid ad impediendam ſervitutem agat. Si enim cùm tibi præ-
um meum urbanum ſervitutem deberet, ædes altiùs non tollendi; ego
tem per prædictum tempus ædificatum altiùs habeam, ſublata erit ipſa
vitus.

l.6.7.l.ædes 32.in pr. & *§.1.ff.de ſeru.pr.urb.l.ſi quis alia 18.in fin.ff.quemadm.ſeru.am.* Cujac.*d.lib.1.ſent.Pauli tit.17.* & *ad l.4.l.juſto 44.ff.de uſucap.*

72 Cæterùm ubi hac lege conſtituta fuerit ſervitus, ut non niſi alternis annis, vel menſibus, vel uno die per quinquennium ire agere liceat, duplicato prædicto tempore amittitur ea ſervitus. [a] Vt & ſi paſcendi ſit ſervitus, & alio pecudum genere utatur quis ea ſervitute. [b]

[a] *l.ſi ſic conſtituta 7.ff.quemad.ſeru.am.l.ult.C.de ſervit.* & *ſeq.* [b] Cœpolla *de ſervit.ruſtic.prædior.cap.9.num.33.*Pruckman.*conſil.14.num.64.lib.1.*

73 Neque tamen tutor, neque curator, in pupilli adultive prædio, neque maritus in prædio dotali remittere vel amittere ſervitutem poteſt: [a] & uſufructuarius non utendo ſervitutem amittens, proprietario eo nomine tenetur: ut & is, cui precariò res conceſſa eſt, ſi dolo, culpave id fecit: [c] & creditor, cui fundus oppigneratus fuerat, [d] & qui per vim abſtulit. [e]

[a] *l.3.§.penult.ff.de reb.cor.l.ſi communem 10.ff.quem ſeru.am.* [b] *l.ſed ſi quid 15.§.ult.ff.de uſuf.* [c] *l.quæſitum 8.§.ſi ſervitute,ff.de precario,* [d] *l.creditor 15.ff.de pignorat.act.* [e] *l.metum autem 9.§.penult.ff.quod met.cauſa.l.ſemper 15.§.hoc interdictum,ff.quod vi aut clàm.*

74 Confuſione amittitur realis ſervitus, ſi idem utriuſque prædii, id eſt, prædij ſervi, & prædij dominantis, & quidem totius [a] dominus eſſe cœperit. [b]

[a] Per partes enim retinetur ſervitus, *l.ut pomum 8.§.1.ff.de ſeru.* nec extinguitur ſervitus, ſi ea mihi per plures fundos debeatur, & ego ſaltem ſummum & medium fundum adquiram. *l.tria prædia 31.ff.de ſerv.præd.ruſt.l.ſi cùm ſervitus 15.ff.quem ſerv.am.*

75 Interitu prædij ſervitus amittitur, ſi prædium ſerviens, ut per quod via, iter, aut actus debebatur, impetu fluminis occupatum ſit.

l.ſi locus 14.ff.quem ſeru.amitt. De amiſſione ſervitutis vide quoque Bernhard. Wurmbſer. *lib.pract.obſ.tit.27.de ſervit.obſ.3.*

76 Non eſt hoc loco ignorandum, quod via publica per impetum fluminis vel ruinam amiſsâ, vicinus proximus in ſuo prædio viam præſtare tenetur.

d.l.ſi locus 14.§.1.ff.quemadmod.ſeru.amitt. An paſcua communia ad culturam redigi poſſint ſæpiſſimè dubitatum invenio? Vid.Modeſtin.Piſtor. *quæſtion.106.* & *Cæpoll. de ſervit.cap.9.num.40.*Schæffer.*q.47.lib.3.* & *inſuper.* Fürſtl.Würtemb.Landtrecht/*part.2.tit.ult.*

Clas. V. Disput. IX.

DE USUFRUCTU, USU, HAbitatione, aliaq́ʒ in perſonam ſervitute.

T H E S I S I.

DE ſervitute in perſonam ut videamus, nunc ſequitur. Eſt autem in perſonam ſervitus, quæ à re aliena perſonæ debetur.

l.Mela ait.14.§.fin.ff.de alim.vel cib.leg.l.4.ff.de ſervit.præd.ruſt.l.dominus 57.ibi, ei ſerviebat,ff.de Vſufr.l.3.§.fin.ff.quib.mod.uſuſr.amitt.

Hæc

Hæc ſervitus vel nominata eſt, vel innominata. Nominata, cujus jure 2
ili certa appellatio prodita eſt; [a] qualis eſt, Vſusfructus, fructus, Vſus,
bitatio, operæ ſervorum. [b]

arg. l. 3. ff. de præſcr. verb. [b] *l. 1. ff. de ſervit. l. 5. §. ult. ff. Vſufruct. quemad. cauſ. & tit. ff. de & habit. & tit. ſeq. & t. t. ff. de oper. ſerv.* Operas ſervorum non eſſe perſonalem ſervitu- ex aliis probat Harprecht. *ad princ. Inſt. de uſufruct. num. 5. ubi citati.*

Vſusfructus eſt ſervitus perſonæ, in utendo fruendo re aliena conſiſtens. 3

l. 1. ff. de uſufr. & eod. Inſt. in princ. Fruendi autem verbo, quo ſeparatur uſusfructus à qua- lia in perſonam ſervitute, veniunt omnia emolumenta, quæcunque ex re aliena, vel ejus ſſione percipiuntur, non modò naturalia, *l. item ſi fundi 9. ff. de uſufr.* ſed etiam civilia, *l. fructu 7. ff. d. t.* Verbum Frui eſt præcipuum in uſufructu verbum, quo maximè hæc ſervi- ab aliis ſe jungitur, quo vis ejus propria maximè demonſtratur: Nam uſusfructus potiſſi m ex fruendo conſiſtit, *l. 1. in princip. ff. quand. dies legat. cedat.* Cujac. *ad l. 5. ff. de uſufr. in ment. ad quæſtion. Papinian. lib. 7.* de hac ſervitute vide Iohan del Caſtillo Sotomayor. *in t. de uſufr.* Item Hunn. *eod. tract.* Verbis, re aliena, diſtinguimus uſumfr. qui ſervitus eſt, ab fructu, qui rem noſtram comitatur, ſive quem in rebus propriis habemus, *l. ſi ita 126. §. 1. ff. V. O. l. ſi cum 21. §. ſi fundum ff. de except. rei jud.* Dn. D. Beſold. *part. 1. delibat. jur. ex lib. 7. ff. n. 2. pag. m. 517.* qualem uſumfructum Interpretes vocant uſumfr. cauſalem; uſumfructum o, qui perſonæ ſervitus eſt, uſumfr. formalem; de qua uſufr. diviſione vide Coraſ. *lib. 5. mi- l. cap. 3.* Alciat. *ad l. rectè dicimus 25. ff. de V. S.* Coſtal. *ad l. 1. ff. de uſufr.* & Duaren. *ad l. ſi ita ulatus 126. ff. de V. O.* qui licèt dicant eam ineptam. Arum. *exercit. Iuſtin. 5. quæſt.* 16. Anton. et *lib. 15. conjectur. cap. 8.* Gœdd. *ad l. rectè dicimus. 25. nu. 1. ff. de verbor. ſignif.* Hœnon. *diſp. quæſt.* 15. illius tamen defenſionem ſuſcepit Arius Pinellus *ad l. 1. Cod. de bonis matern. part. num. 9. & 10.* Vide Caſtillo. *de uſufr. cap. 1. num. 16. & ſeqq.* Molin. *tom. 2. de Iuſtit. & Iur. tat. 2. diſput. 5. num. 5. & diſput. 7. num. 9.* Manticam. *de interpret. ultim. volunt. lib. 9. tit. 5. m. 7.*

Eſt autem uſusfructus duplex; proprius uſusfructus, & quaſi uſus- 4
actus.

§. Conſtituitur, 2. verſ. ult. ibi, quaſi uſumfr. Inſtit. de uſufr. l. 2. ibi, uſusfructus propriè eſſet. m ibi. quaſi uſusfructus, ff. de uſufr, ear. rer. quæ uſu conſ. Althuſ. *lib. 1. Iuriſpr. Rom. c. 7.* Vult. *1. Iuriſpr. Rom. cap. 63. num. 22.*

Proprius uſusfructus eſt, jus utendi fruendi re aliena, ſalva ejus ſubſtan- 5
. Vnde earum tantùm rerum eſt, quæ uſu non conſumuntur; quales ſunt
ndi, ædes, ſervi, jumenta, & id genus aliæ res.

l. 3. §. conſtitit. ff. de uſufr. & §. conſtituitur autem, Inſtit. d. t. Vnde verba, SALVA RERVM SVB- ANTIA, adjiciuntur definitioni, quia ſi talis ſit rei ſubſtantia, ut utendo pereat, jam non poteſt is rei [illegible] uſus ſed abuſus. Cujac. *ad. l. 1. ff. de uſufr. legat.* Vide Hotoman. *lib. quæſt. illuſtr. ſt. 24.* Donell. *lib. 10. comment. cap. 2. pag. 477. & ſeqq.* & Ioan. Gœdd. *ad d. l. rectè dicimus ff. de V. S.*

Veſtis quoque, licèt ea uſu atteratur, proprium tamen conſtitui poſſe 6
ſumfructum affirmamus.

per text. in l. ſi uſusfruct. 9. §. ſi veſtis, & l. 1. §. ult. ibi, quod inde extabit, ff. uſufruct. quemad. Vid. Dn. D. Beſold. *dict. loc. num. 13. pag. mih. 533.* Theſaur. *deciſ. 80.* Caſtillo *dict. tract. cap.* Fachin.

In hoc autem proprio uſufructu ſpectamus tum ejus conſtitutionem: 7
m quod in illo conſtituto uſufructuarius jus habeat: tum etiam amiſſio-
em illius.

8 Conſtitutio uſusfructus(quæ purè,aut ex die, [a] & ab initio pro parte indiviſa,vel diviſa [b] fieri poteſt:) vel obligatoria eſt, vel adquiſitoria. [c]

[a] *l. 4. ff. de uſufr. l. uſusfructus 5. in prin. ff. d. t.* [b] Eſt enim dividuus uſusfr. *l. 1. §. ſi uſusfructus, ff. ad L. Falcid. l. uſus pars 19. ff. de uſu & habit.* Vide Alciat. *lib. 1. paradox. cap. 17.* & Cujac. *ad l. ſtipulationes non dividuntur 72. ff. de V. O.* Hotom. *lib. quæſt. illuſtr. quæſt. 20.* [c] *l. 3. in prin. ff. eod. & §. ſine teſtamento, Inſtit. eod.* Dicitur quoque uſusfructus conſtitui, quando pactione vel ſtipulatione promittitur.

9 Obligatoria uſusfructus conſtitutio eſt, qua quis ad rei cujuſdam uſumfructum alicui præſtandum obligatur. Eſtque conventionalis, vel teſtamentaria.

§. uſusfructus, ibi, uſumfruct. alicui legaverit, & §. ſine teſtamento, Inſtit. de uſufr. & l. 3. in princip. ff. eod. tit.

10 Conventionalis uſusfructus conſtitutio eſt, cùm vel pacto, vel ſtipulatione, vel emptione venditione, vel donatione uſusfructus alicui promittitur.

d. l. 3. verſ. & ſine teſtamento, ff. eod. tit. Quod uſumfructum per pactum conſtitui diximus, intelligendum eſt de pacto legitimo vel eo, quod contractui in continenti adjectum eſt, ex nudo enim pacto non naſcitur obligatio.

11 Conſtitutio uſusfructus teſtamentaria eſt, qua teſtator teſtamento vel codicillis uſumfructum alicui legat.

§. uſusfr. à proprietate, Inſt. de uſufr. l. 3. in princip. l. 6. l. 7. l. 9. l. arboribus 12. §. navis l. ſi quis 20. & l. ſeq. cum ſimil. lib. ff. de uſufr. & t. t. ff. de uſufr. leg.

12 Adquiſitoria uſusfructus conſtitutio eſt, qua ipſe uſusfructus alicui præſtatur, & adquiritur: Eaque fit vel ultima voluntate, vel inter vivos.

13 Vltima voluntate, ſi quis ſuo teſtamento, vel Codicillis, vel donatione mortis cauſa, alicui uſumfructum rei propriæ, veluti proprij fundi, relinquat.

per l. 1. §. ult. & l. ſeq. ff. de public. in rem. act.

14 Sed non incommodè hoc loco quæritur, ſi uſusfructus domus alicui legetur adjecto onere, ne altiùs tollatur, utrùm domus proprietas relicta cenſeatur, an verò ſaltem uſusfructus? Poſterius contra communem Dd. opinionem [a] nobis cum Pinello [b] placet. [c]

[a] De qua Menoch. *lib. 4. præſumpt. part. 2. præſ.* 133. v. 2. Gail. 2. *obſerv.* 143. *num.* 7. [b] *ad l. 1. C. de bon. mat. p. 3. num. 42. & ſeq.* cui ſubſcribit Fachin. *lib. 5. controv. cap.* 43. Merenda. *lib. 2. contr.* 34. *num.* 4. Garſ. *de expenſ. & meliorat. cap.* 10. *num.* 21. & *ſeqq.* [c] *c. per l. Proculus 15. ff. de uſufr.* Vbi legati Verba de uſufr. ſunt concepta, proindeque de uſufr. exaudienda, per *l. non aliter ... de leg. 3.* Et injunctum onus fructuario non arguere proprietatem, oſtendit *l. niſi 16. ff. de uſ...* At diſſentiunt Dd. communiter, quibus ſubſcribit Harprecht. *ad §. tam autem 2. num. 34 & ſeq. & num. 42. Inſt. de legat.* Vide Manticam *de conject. ultimar. volunt. lib. 9. tit. 5. nu. 8.*

15 Idem quoque dicimus de legato prædij uſufructu hoc modo, ne illud prædium alienetur: [a] licèt hic multi proprietatem prædij legatam velint [b]

[a] *Per fundamenta enunciata præcedentis.* Anton. Merenda. *lib. 2. controv. 34. num. 4. & ſeqq.* Fachin. *lib. 5. controv. 44.* Cavalcan. *de uſufr. mulier. relict. nu. 77.* Mantica. *dict. tit. 5. n. 9. &* Cravetta. *conſil. 25 num. 30.* [b] quos refert Menoch. *de præſumpt. 133. nu. 3.* Philipp. Corneus *conſil. 64. num. 2. lib. 4.* Cephal. *conſil. 94. num. 11. lib. 1.*

16 Prędij tamen uſufructu cum facultate illud alienandi relicto, non uſumfructum

ctum tantum,ſed proprietatem datam cenſemus; [a] ut & ſi hac conditio-
legatus ſit prędij uſusfructus,ut legatarius poſt ſuam mortem alteri non
redi illud reſtituat. [b]

[a] Nam alienandi poteſtas ſoli proprietario convenit,non uſufructuario. Vide hujus con-
ſionis,quæ communis eſt, autores apud Menoch. *de præſumpt.*133 *num.*4. Mantica *de con-
ultim.volunt.lib.*9.*tit.*5.*num.*14. Diſſentit cum Socino Seniore Dn.Harprecht.*ad.d.§.*1.*in
m.*21.*nu.*43.*& ſeq.Inſt.de legat.* [b] *Per l.ult.ff.de uſuf.ear.rer. quæ uſu conſum. & l.ſpecies
.de auro & arg.leg.*Menoch.*de præſumpt.*133. *num.*7.& Fachin. *dict.lib.*5.*c.*46. Sed obſtare
tur *l.qui fructus* 25.*ff. de uſu & uſufruct. leg.* Vid. Merend. *dict.lib.*2.*controv.*34. *num.*10.
ſeqq.

Inter vivos contingit adquiſitoria uſusfructus conſtitutio, vel quaſi 17
ditione, vel diuturno uſu, & longa quaſi poſſeſſione, vel judicio diviſo-
,vel ipſa lege.

Quaſi traditione adquiritur uſusfructus duobus modis: Traditione 18
rporalis rei fructuariæ,& patientia conſtituentis.

*l.*3.*in princ.ff.de uſuf. & l.ſi ego* 11.*§.*1.*ff. de public.in rem act. & l.*1.*in fin.ff. de ſervit.præd.*
. Rei incorporalis vera & propria traditio non eſt. *l.ſervus* 43.*§.*1.*ff.de adquir. rer. dom.* ut
æ poſſideri non poteſt,*l.*3.*in princ.ff.de adquir.vel amitt.poſſ.* Sed ejus eſt tantùm quaſi tra-
io.*l.ait prætor.*23.*§.item ei,ibi,uſusfructus quaſi poſſeſſionem,ff.ex quib.cauſ.major.*

Traditione corporalis rei fructuariæ, ſi dominus uſufructuarium indu- 19
in fundum fructuarium,animo & voluntate conſtituendi & dandi ei
umfructum: [a] vel ſi rem fructuariam mobilem tradat.

*d.l.*3.*in princip.ff.de uſufruct. l.ſi ego* 11.*§.*1.*ff. de public. in rem act.d.l.*1.*in fin.ff. de ſervitut.
ſtic.*

Patientia conſtituentis adquiritur uſusfructus, ſi dominus patiatur, ut 20
re utatur fruatur ille, cui ad præſtandum uſumfructum ex conventio-
,vel ultima alicujus voluntate obligatus eſt.

*d.l.*3.*in princ.ibi, eumve patiatur uti frui,ff.de uſufr, & facit d.l.ſi ego* 11.*§.*1. *ibi,vel per pa-
tiam,&c.ff.de public. in rem act. & d.l.*1. *in fin.ibi, & patientia ſervitutum,ff. de ſervit.
præd.*

Antequam tamen uſufructuarius confecto Inventario utiliter domino 21
verit, id eſt, ſatis dederit, vel pignus dederit, uſurum, fruiturum ſe bo-
viri arbitratu, & cum uſusfructus ad ſe pertinere deſierit, reſtituturum,
od inde extabit, dominus ei uſumfructum quaſi tradere non tenetur; [a]
am ſi teſtator hanc cautionem teſtamento ſuo remiſerit uſufructuario. [b]

[a] *l.ſi cujus* 13.*ff.de uſufr.l.*4. *C.eod.l.*1. *& tit.ff.uſufr. quem cauſ.* Vide Mynſing. *cent.*6.*ob-
*48.Roland.a Valle *conſ.*92.*num.*15.*& ſeqq.vol.*1. & Weſemb.*conſil.*19.*nu.*7.*p.*1. Hanc cau-
nem etiam pignoribus rectè fieri ſcribunt Dd. per text. *in §.conſtituitur.* 2.*verſ.ſed utilita-
ibi, utiliter caveatur,Inſtit.de uſufr.junct.l.*4.*§.addici,verſ.quod eſt idonee,ff.de fideicom.*
Facit e. *l.* 1.*§.jubet aut. Prætor.ff. de collat.* & poſt alios ſentit Weſemb. *in paratit.ff. uſufr.
em cau.* Cautionem tamen hanc uſufructuarius offerre non tenetur, ſed eam domino exi-
nti præſtare cogitur.*arg.l.*2.*§. quod ait prætor.ff quor.legat.l.*1.*§.non exigit.ff. ut in poſſ.ff. le-*
Iohan.del Caſtillo *in tract.de controv.jur.quotid.part* 1.*c.*16. *num.*9. *& ſeqq.* Anton.Faber *in
d.Fabrian de uſufr.defini.*3. [b] *l.pen.Cod.ut in poſſ.legat.l.*1.*C.de uſufruct.* Ferd.Vaſq.*de ſuc-
& ult.volun lib.*1.*de potentia teſtatoris,§.*7.*num.*22.23.*&* 24. Andr.Gail.2.*obſer.*14. vide
ar.*ad l.nemo* 5.*de legat.*1. & Cujac.*in paratit.C tit.ut in poſſeſſ.legat.* Teſtator ideò hanc cau-
nem remittere non poteſt, quia videretur contraria voluiſſe, dum alicui manifeſto uſum-

fructum duntaxat relinquere, eidemque nihilominus per remiſſionem cautionis licentiam re ad libitum utendi concedere voluit. Vide Iohan. del Caſtillo. *part.1.tract.controver.quotid.* *cap.15.nu.*30. Alij autem hanc afferunt rationem: Ne per ejusmodo remiſſionem uſufructuario detur occaſio delinquendi, ex hac enim ratione nec ipſe proprietarius vel hæres poſſet remittere hanc cautionem. Vſu conſumuntur de ſubſtantia eſt. arg. *l.hoc Senatusconſultum.5.§.1.ff.de uſu.ear.rer.qua uſu conſum.* Fachin.

22 Hæc tamen cautio de ſubſtantia uſusfructus haud rectè dici videtur.

Vide Pinel. *in l.1.part.2.num.76.C.de bonis mater.* & Fachinæ. *lib.8. controverſiar.jur. cap.* 43. Vid. Hunn. *in tract. de uſufruct. cap.5. quaſt.6. fol.*155. nullo enim caſu hæc cautio remitti poſſet ſi eſſet de ſubſtantia uſusfructus. Iohan. del Caſtillo. *part.1. controv. quotid.cap.16. nu.8,* Vid. Andr. Gail. *lib.2.obſ.46.num.1.& ſeqq.*

23 Quòd ſi idoneam hanc cautionem ob paupertatem præſtare fructuarius non poſſit, de rigore quidem juris uſufructu privandus videtur: verùm Camera Imperialis æquiſſimam & tutiſſimam cenſuit eorum ſententiam, qui volunt, quòd proprietarius hoc caſu prædium ad ſe recipere, & vice uſusfructus certam annuatim ſummam fructuum vel pecuniæ ſolvere fructuario poſſit.

Mynſing. *cent.6.obſerv.*48. quam deciſionem probat etiam Fachineus *libr.8.controverſ.jur.* *cap.*40. vide Andr. Gail. *2.obſeru.*47. Ludovic. Molin. *de Iuſtit.& Iur.tom.1.tract.2. diſput.7.* *num.*15. Quod ſi probatæ opinionis ſit uſufructuarius pauper, nulla cautio ab eo exigenda videtur, per *l.6.ff.Si cui plus. quam per leg. Falcid.* Treütler. *vol.1. diſputat.16. theſ.5.lit.A. Vide* Arum. *exercitat. Inſtin.5.theſ.*20.

24 Sed quid, ſi uſufructuarius in poſſeſſionem prædij fructuarii venerit ante præſtitam cautionem, nunquid perceptos fructus ſuos facit? Neutiquam, ſi mala fide, puta invito vel inſcio proprietatis domino poſſeſſionem acceperit.

per l.uxoris 24. ubi Bart. *ff.de uſufr.leg.* Andr. Geil. *poſt alios lib.2.pract. obſer.c.46.n.6. & ſeq.* Secus eſt ſi bona fide acceperit poſſeſſionem prædii fructuarii. *l. nihil propons.*120. *§.1. ff. de legat.*1. Vid. Iohan. del Caſtillo *dict. tract.controv.quotid.part.1.cap.16.num.*9. De hac cautione Vid. Merendam *lib.6.controverſ.*48.

25 Diuturno uſu, & longa quaſi poſſeſſione adquiritur uſusfructus bifariam. Primò ſi non dominus alicui ignoranti in re aliena uſumfructum conſtituat, & quaſi tradat, atque hujuſmodi bonæ fidei poſſeſſor longo tempore, puta annis decem inter præſentes, vel inter abſentes viginti annis, etiam domino ignorante, ejus re utatur, fruatur. [a] Deinde ſi quis per idem tempus, etiam abſque cauſa ſive titulo, re aliena domino non prohibente, jure ſervitutis utatur fruatur. [b]

[a] *l.ult.§.fin.C.de long.temp.præſcript. & l.2.C.de ſervit. & aqu.* [b] *l.ſi quis diuturno 10.ff.ſi ſervit.vind.l.apparet 5.§.ſi quis ſervitutem,ff. de itinere actuq; privato, & l.1.& l.2.ibi, eo ſciente, C.de ſervit.& aq.*

26 Iudicio diviſorio adquiritur uſusfructus, ſi in judicio familiæ erciſcundæ, vel communi dividundo, judex alij uſumfructum, alij proprietatem adjudicaverit.

l.uſusfructus 6.§.1.ff.de uſufruct.d.l.& puto.16.§.1.ff.famil. erciſcund.

27 Ipſa lege adquiritur uſusfructus, quem lex ipſa præter hominis factum alicui conſtituit, atque tribuit: qualis eſt uſusfructus, qui conceditur patri in bonis liberorum adventitiis, *§.1.Inſt.*

1. Inſtit. per quas perſ. cuique adquir. l. cum oportet 6. in princ. verſ. ſi quis itaque C. de bon. *lib.* Quæritur an patri competat uſusfructus feudi filiofamiliâs conceſſi quidam affirmāt, iam negant, vide Vultejum *lib. 1. de feud. cap. 4. nu. 8.* Vbi negativæ ſubſcribit, prout etiam probat Dn. Harprecht *in. §. uſusfructus. num. 32. Inſt. de uſufr.* Dn. D. Beſold. *part. 1. de-* *lib. 7. ff. num.* 11. Fachin. *7. controv. 77.*

Cujuſmodi uſusfructus immunis eſt, & à ſatisdatione fructuaria, & à 28
dendis finito uſu rationibus; poteſtate rerum adminiſtrandarum libera
i conceſſa.

l. cum oportet 6. §. non autem, & l. ult. §. ſin autem legata, Cod. d. t. & l. Imperator 50. ff. ad *um Trebell.* Pinel. *ad l. 1. part. 2. num. 20. C. de bonis mater.* Sichard. *ad l. 4. §. ult. C. de uſufr.* eid. *ad tit. Inſtit. de uſufruct. in princ. nu. 11.* Andr. Gayl. *lib. 2. obſerv. 145. nu. ult.*

Quæritur de matre, an & illa immunis ſit ab hac cautione? Negativa 29
etur verior ſtricta juris ratione:[a] At æquior exiſtimanda aiens ſen-
ia.[b]

[a] Vide Pinel. *ad d. l. 1. part. 2. num. 6. 7. & 68. C. de bonis mater.* confert eodem text. *in l. 5. ff.* *rebell.* [b] Propter reverentiam; quæ cum in cauſa ſit cur patri hæc cautio remittatur, *l. ult.* *ubi, paterna reverentia C. de bonis mater.* cur non & matri remitteretur, cum & illi reve-a debeatur, *tot. tit. ff. de in jus vocand. Si tamen mater ad ſecundas transierit vota, praſtat* *hanc cautionem rerum mobilium nomine, quarum uſumfructum habet, l. 6. §. Hu illud,* Sichard. *num. 7. C. de ſecund. nupt.*

Hujus quoq; generis uſusfructus eſt; quem lex patri pro præmio eman- 30
tionis concedit in dimidia parte bonorum adventitiorum filii eman-
ti.

hoc quoque à nobis, Inſtit. per quas perſon. cuique adquir. & d. l. cum oportet 6. §. cum autem *bon. qua lib.*

Eſt item hujus generis uſusfructus, quem lex tribuit mulieri, quæ ite- 31
nubit, ſuperſtitibus liberis ex priori matrimonio, in bonis, quæ à ma-
liberalitatis causâ accepit, puta ſponſalibus, donatione propter nu-
, donatione mortis causâ, legatis aut fideicommiſſis: quæcunq; item ex
eſſione liberorum prioris matrimonij ad eam pervenerunt.

& Auth. ſequentib. C. de ſecund. nupt.

Huic quoque generi uſusfructus non ineptè connumeramus & eum 32
uſfructum, qui jure adcreſcendi ad aliquem pervenit; quod inter eos
m habet, quibus ultima voluntate cōjunctim uſusfructus relictus eſt.

& t. tit. ff. de uſufr. adcreſc. vide Henric. à Suerin. *lib. quaſt. de uſufruct. adcreſc.*

Videamus modò, quod jus uſufructuarius in conſtituto uſufructu ha- 33
. Illud autem vel ad commoda, vel ad onera pertinet.

Commodum uſusfructus his ferè continetur rebus, quod uſusfructus 34
erisq; caſibus dominij pars eſt;[a] quod uſufructuarius ipſum jus uten-
uendi ſibi poſſidet, & quidem civiliter;[b] quòd naturaliter etiam rem
tuariam poſſidet,[c] licèt non verè;[d] quòd fructus omnes, qui ex re fru-
ria percipiuntur, ad fructuarium pertinent,[e] modò eos perceperit.[f]

l. 4. ff. de uſufr. hoc eſt, inſtar partis obtinet, *l. cum filius 76. §. dominus, ff. de leg. 2. l. qui uſu-* *58 ff. de verb. oblig.* ſive effectum partis, *l. ſi Titio 33. §. 1. ff. de uſufruct.* Cujac. *in lib. 2. Pau-* *dictum, pag. 23. & in lib. 17. quaſt. Papin. pag. 42. & in lib. 7. reſponſor. Papin. pag. 281. &* de quoque Hotom. *lib. 3. obſer. c. 22.* Menoch. *lib. 4. praſumpt. partis 2. praſumpt. 133. nu. 4.*

& Ioh.

& Iohan. Gœdd. *ad l. rectè dicimus 25. ff. de V. S.* [b] Vt oſtendimus diſput. 2. *theſi* 20. *ſub hac Claſſe* 5. [c] *l. naturaliter* 12. *in princ. ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* & *l. poſſeſſio.* 49. *in princip. ff. de adquir. rer. domin.* [d] Vide *in d. diſput. 2. theſi* 19. [e] *l. uſufructu* 7. *in prin. l. item ſi fundi* 9. *in princip. l. arbores* 59. *§.* 1. & 2. *ff. de uſufruct.* [f] *§. is verò ad quem, Inſtit. de rer. diviſ. l. qui ſcit.* 25. *§.* 1. *ff. de uſur. l. arboribus, §. Iulianus, ff. de uſufr.* & *l. ſi fructuarius* 13. *ff. Quib. mod. uſusfr. amitt.* Cuiac. *lib.* 4. *feudor. tit.* 30. Hartm. Piſt. *lib.* 1. *quæſt. jur. quæſt.* 24. *nu.* 17. & *ſeqq.*

35 Hinc aucupiorum & venationum, item piſcationum reditus ad fructuarium pertinet.

d. l. item 9. *§. aucupiorum,* & *l. uſufructuarius* 26. *ff. de uſufruct. l. Venationem* 26. *ff. de uſur.* Vide Reſolut. Scabinor. Lipſenſ. *quæſt.* 14. *ubi explicatur quæſtio, an venatio ſit fructus fundi.*

36 Alluvionis quoque uſusfructus ad fructuarium pertinet: Inſulæ verò non item.

d. l. item 9. *§. huic vicinus, ff. uſufr.*

37 Eſt & illud hîc notandum, re quadam in uſumfructûm data, cenſeri quoque conceſſum, ſine quo fructus percipi non poteſt, ut ſunt aditus ad fundum fructuarium, [a] item inſtrumentum fundi, [b] tum etiam ſervitutes prædio fructuario debitæ. [c]

[a] *l.* 1. *§.* 1. *ff. ſi uſusfr. pet. ſac. l.* 2. *ff. de juriſd.* [b] *d. l. item* 9. *§. inſtrumenti,* & *l. ſed ſi* 15. *§. proprietatis, ff. de uſufr.* [c] *d. l.* 1. *l. ſi is qui binas* 30. *ff. d. t.*

38 Theſaurus verò in fundo fructuario repertus, non ut proprietatis domino, ſic & uſufructuario cedit.

per text. in l. fructus 7. *§. ſi fundum viro, verſic. non magis ff. ſolut. matrim.* Garſias *de expenſ.* & *meliorat. cap.* 22. *num.* 51. Berlich. *part.* 2. *concluſ.* 2. *num.* 59.

39 Non ſolùm autem ipſemet uſufructuarius ex re fructuaria percipere fructus, ſed & eam alij fruendam concedere, vel locare, vel jus illud vendere, vel precariò dare, vel donare, [a] vel oppignorare [b] poteſt, & licet proprietarius retrahere velit uſumfructum alii conceſſu non auditur. c.

[a] *l. arboribus* 12. *§. uſufructuarius, l. non utitur* 38. *ff. de uſufr. §. minus autem iuris, Inſtit. de uſu* & *habit. l. neceſſariò* 8. *§. ult. ff. de pericul.* & *comm. rei vendit.* At quæritur, an locato vel vendito jure utendi fruendi ipſe proprietarius extraneo præferri debeat, id quod negandum exiſtimo, cum Iohan del Caſtillo *tract. controverſ. quotid. jur. part.* 1. *cap.* 74 *num.* 5. Dn. Harpprecht. *ad. §. conſtituitur.* 2. *num.* 53. *Inſt. h. tit.* Surd. *conſil.* 43. *num.* 12. *lib.* 1. Tyraquel. *lib.* 1. *de retract. §.* 1. *gloſſ.* 18. *num.* 2. [b] *l. ſi is qui* 11. *§.* 2. *ff. de pignorib.* ipſam verò proprietatem prædij fructuarius pignori dare non poteſt, *l. interest* 6. *C. de uſufr.* Hotom. *conſil.* 30. *num.* 6. [c] Iohan del Caſtill. Sotomaior. *part.* 1. *tract. controv. iur. cap.* 74. *num.* 5. & *ſeqq.* Harprecht. *ad §. conſtituitur.* 2. *Inſt. de uſufruct. num.* 53. & *ſeqq.* & rectè argumento *l. arboribus.* 12. *§. uſufructuarius. l. cujus uſusfructus.* 67. *ff. de uſuf. ruct. juncta l. dudum.* 14. *C. de contrah. emption. vendit. l. nec eis liceat.* 32. *Cod. de locat. conduct.* adde Caſtillo *de uſufruct. cap.* 69. *num.* 15. & *ſeqq* & *cap.* 70. *per tot.*

40 Servitutem verò imponere fundo fructuario non poteſt fructuarius: [a] ut nec ei ſervitutem adquirere. [b]

[a] *l. ſicut* 13. *§. fructuarius, ff. de uſufr.* ne quidem conſentiente proprietario. *l. ſed ſi quid.* 15. *in fin. ff. de uſufr.* [b] *l. ſed ſi* 15. *in fin. ff. d. t.* & *l.* 2. *§.* 2. *ff. ſi ſerv. vindic.*

41 Sed an proprietatis dominus ſervitutem prædio fructuario imponere poſſit, quâ deterior fiat fructuarij conditio, quęſtio eſt anceps? Et quòd nec conſentiente fructuario id queat, concludimus.

d. l. ſed ſi. 15. *§. ult.* & *l. ſeq. ff. de uſufr.* vide omnino Petr. Fab. *lib.* 2. *ſemeſtr. cap.* 21. *pag.* 289. & *ſeq.*

;. Vide etiam Conan. *lib. 4. commentar. cap. 3. num. 3.* Pincl. *part. 2. leg. 1. num. 74. C. de bon.* ;n. Hilliger. *in Donell. enucleat. lib. 10. cap. 11. lit. a.*

)nus fructuarij hoc eſt, quod tenetur id omne facere, quod diligens pa- 42
am. in re propria faceret, [a] proindeque omnem rei curam ſuſcipere, [b] &
:odiam præſtare. [c] Vnde damnum à domeſticis rei fructuariæ illatum
ırcire jubetur: [d] ut & amiſſionem ſervitutum prædio debitarum præ-
e; [e] tum etiam hoc tenetur nomine, quòd uſucapionem rei non inter-
lavit. [f]

l. ſed cum fructuarius 65. in princ. ff. de uſufr. [b] *l. 1. in fine, ff. uſufr. quem cau.* [c] *l. 2. ff. d. t.* Do. *lib. 10. comment. cap. 13. Diſſentit* Iohan. del Caſtill. *de uſufruct. cap. 20. nu. 18.* [d] *d. l. ſed cum n princ. ff. de uſufr.* [e] *l. ſed ſi quid 15. in fin. ff. d. t.* [f] *d. l. 1. in fin. ff. uſufr. quem cau.*

Reficere quoq; ædes fructuarium oportet, [a] niſi vetuſtate factæ ſint de- 43
iores, [b] niſi item paratus ſit derelinquere uſumfructum. [c]

l. cum ad quem 7. Cod. de uſufruct. l. uſufructu 7. §. 2. & 3. l. cum fructuarius, 46. & l. ſeq. in c. ff. d. tit. [b] *l. ſed cum fructuarius 65. §. 1. ff. h. t.* [c] *d. l. cum fructuarius 64. ff. eod.*

Arbores item tenetur in locum demortuarum ſubſtituere: [a] niſi vi tem- 44
tatis ſint everſæ: [b] & gregem vel armentum ex agnatis capitibus ſup-
:re, ſi uſusfructus gregis vel armenti ſit relictus. [c]

l. agri 18. ff. h. tit. [b] *l. arbores 59. in princ. ff. d. tit.* [c] *l. Vetus 86. §. ult. & 2. ſeqq. ff. eod.*

Incumbit uſufructuario & hoc onus, ut collectas & tributa præſtet, ſive 45
ı ſint ordinaria, ſive extra ordinem interponantur.

'. uſufructu 7. §. hactenus, ff. de uſufr. l. quaro 28. de uſu & uſufr. leg. l. neque ſtipendium 13. ff. mpenſ. in res dot. fact. Cujac. *lib. 7. obſerv.* Hartm. Piſt. *lib. 1. quaſt. 46. num. 33. & ſeq.* Graſſ. *in gatum, quaſt. 37.*

Non incommodè hoc loco & illa celebris moveri quæſtio poteſt: an 46
ıfructuarius, ſi ei omnium bonorum uſusfructus teſtamento ſit relictus,
alienum defuncti teſtatoris ſolvere teneatur? Nos onus hoc hæredi, non
ıfructuario incumbere aſſerimus: [a] qui hæres tamen æs illud alienum ex
functi bonis deducere poteſt. [b]

[a] In ſingularem nempe ſucceſſorem, non tranſit onus æris alieni. *l. aris. 15. C. de donat.* Nec perſonales actiones ſequuntur ſingularem ſucceſſorem, *l. 1. §. ſi hares. ff. ad SC. Trebell. l. . §. 1. ff. de contrah. emption.* Confert huc. *l. 1. C. ſi cert. pet. l. 2. C. de hered. vel act. vend.* Arum. *ercitat. 5. quaſt. 21.* Hœnon. *diſp. 5. theſ. 17.* Andr. Gail. poſt alios quos citat *lib. 2. obſerv. princ.* 5. Menoch. *lib. 4. praſumpt. praſ. 143.* Fachin. *lib. 4. controv. jur. cap. 19.* Hartm. Piſt. *lib. 1. quaſt. r. queſt. 46. num. 3.* Didac. Covar. *lib. 2. Var. reſolut. cap. 2.* Koppen *deciſ. 42.* Anton. Faber. *in d. Fabrian. tit. de uſufr. definit. 1.* ubi diſſentientes, & eorum rationes refert. Morla. *in Empor. r. part. 1. tit. 12. quaſt. 2. num. 3. & ſeqq.* Caſtillo *de uſufr. cap. 59. n. 19. & ſeqq.* [b] *l. ult. ff. de uſufructu. leg. l. uſufructu, 69. ff. ad leg. Falcid.*

Quid verò ſi relicto omnium bonorum uſufructu, æs alienum ſuperet 47
ı bona, quorum tamen quædam adeò fructuoſa ſunt, ut multum lucri an-
uatim percipi inde poſſit, proindeque heredes partim dilationem à credi-
oribus impetrantes, partim verſuram facientes, brevi temporis ſpacio æs
lud alienum omne ſolvant, nunquid legatarius uſumfructum ab heredi-
us petere poteſt? Affirmanti ſententiæ adhærendum putamus.

Per rationes pro hac concluſione adductas ab Hartm. Piſt. *lib. 1. quaſt. jur. quaſt. 46. num. 17. & ſeqq.*

Digitized by Google

48 Sequitur de amiſſione uſusfructus. Vſusfructus amittitur & finitur morte uſufructuarij naturali & civili, mutatione rei fructuariæ, ceſſione, conſolidatione, non utendo per modum, non utendo per tempus, & eventu temporis uſuifructui præfiniti.

Iul. Paul. 3. *recept. ſent. tit. 6. §. uſusfructus, & §. finitur*, 3. differentiam facit inter amittere & finiri: atque oſtendit quinque modis amitti, & duobus finiri uſumfr.

49 Naturali morte finitur uſusfructus, ſi de vita uſufructuarius decedat.

l. 3. §. ult. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. l. 3. l. ſi domina. 10. *l. ambiguitatem.* 12. *& l. corruptionem.* 16. *C. de uſufr.* Quid de uſufructu civitati, Eccleſiæ &c. relicto. Vide Dn. D. Beſold. *part. 1. delibator. ex lib. 7. ff. num.* 15. Coraſ. *lib. 5. miſcell. cap.* 18.

50 Civili morte finitur uſusfructus, ſi uſufructuarius maximam vel mediam capitis deminutionem patiatur.

§. finitur autem, 3. *Inſt. de uſufr. & l. pen. C. eod. tit.* Petr. Gregor. Tholoſan. *lib. 4. ſyntagmat. cap. 5. num.* 9. Hilliger *in Donell. lib.* 10. *cap.* 17. *ad lit. G.* Caſtillo *de uſufr. cap.* 66. *num.* 11.

51 Mutatione rei fructuariæ extinguitur uſusfructus, ſi ædes fructuariæ incendio conſumptæ fuerint, vel terræ motu, aut vitio ſuo corruerint: [a] Item ſi areæ uſusfructus legatus ſit, & in ipſa area ædificium ſit poſitum: [b] ſi balnei uſusfructus teſtamento conſtitutus ſit, & ex balneo teſtator habitationem fecerit; [c] ſi tabernæ ſint legatæ, & diætam inde teſtator fecerit: ſi ſervi hiſtrionis uſumfr. teſtator reliquerit, & poſtea ipſum ſervum ad aliud miniſterium tranſtulerit; [d] & denique ſi ager vel hortus fructuarius mari aut flumine inundatus ſit. [e]

[a] *§. eo amplius, Inſt. de uſufr. l. repeti* 5. *§. 2. ff. quib. mod. uſusfr. am.* [b] *l. repeti* 5. *§. ultim. ff. d. tit.* [c] *l. ſi cui* 12. *in princ. ff. eod.* [d] *d. l. ſi cui §. 1. h. tit.* [e] *l. ſi ager* 23. *& l. ſeq. ff. dict. tit.*

52 Ceſſione extinguitur uſusfructus, ſi uſufructuarius proprietatis domino vel extraneo, id eſt, qui proprietatem non habet, uſufructu ita cedat, ut eo ſe planè abdicet.

l. ſi uſusfruct. 66. *ff. de jure dot.* Extraneo quidem ſi cedat uſufructuarius, nihil quidem agit, id eſt, non transfert uſumfr. in ipſum. *§. item finitur.* 3. *Inſt. de uſufr.* uſumfructum tamē amittit, atq; is ad proprietatis dominum redit, *d. l. ſi uſusfructus* 66. *ff. de jure dot.* Cujac. *in notis ad Vlp. tit.* 19. *de dominiis & adquiſit. rer. & ad Iul. Paul. lib. 3. ſent. tit. 6. §. in jure ceſſione.* Petr. Auguſtin. Morla. *in Empor. Iur. part. 1. tit. 6. de ſervitut. quæſt. 1. n.* 15. Hunn. *lib. 2. var. reſol. tract. 2. q.* 32. Sed Iohan del Caſtill. Sotom. *part. 1. controv. jur. quotid. c. 69. n.* 22. *&* 25. diſſentit, per *§. finitur. ibi nam cedendo extraneo nihil agitur. Inſt. h. t.* ac reſpondet ad *d. l. ſi uſusfructus* 66. *ff. de jur. dot.* adde Barboſam *ad l. uſufructu.* 57. *nu. 4. ff. ſolut. matrim.* Pinel. *ad. l. 1. part. 3. n. 39. in fin. C. de bon. matern.*

53 Conſolidatione perit uſusfructus, ſi uſufructuarius proprietatem rei ſibi comparaverit.

§. item finitur, verſ. vel ex contrario. inſt. de uſufruct. l. 3. §. ultim. ff. de uſufruct. adcreſc. Iul. Paul. lib. 3. ſent. tit. 6. §. uſusfructus amiſſus, ibi, dominij comparatione.

54 Non utendo per modum amittitur uſusfructus, ſi contra præſcriptum in conſtitutione uſusfructus modum, uſufructuarius utatur, fruatur re fructuaria; [a] veluti ſi ea abutatur, puta deteriorando ipſam: [b] vel ſi ita legatus ſit uſusfructus ædium, donec uſufructuarius altiùs eas non tollat, aut donec extra familiam non alienet eum uſumfructum; ipſe autem uſufructuarius altiùs tollat aut alienet. [c]

[a] §. finitur autem. 3. ibi, & non utendo per modum: Vbi Cujac. in not. Inſt. de uſufr. facit l. ſi communem 10. §. 1. & l. ſi quis alia 18. ff. quem: ſerv. amitt. [b] Per Novell. 7. cap. 3. & §. 2. & Novell. 120. c. 8. & Auth. qui rem. Vbi Bald. Caſtrenſ. Iaſon & alii Dd. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Alex. Iaſon ad l. fructus cos. alias l. Divortio, §. ſi fundum. ff. ſol. matr. l. Hoc amplius 9. §. ult. ff. de damno infect. & l. 3. C. de mancipiis, & colon. lib. 11. l. 3. C. de Aquaductu, lib. eod. Iohan del Castillo. part. 1. controv. quotid. cap. 21. nu. 10. Ant. Faber in Cod. Fabrian. tit. de uſufr. definit. 2. Nobilis autem ut ſit deterioratio neceſſe eſt, ut privationi ſit locus, Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. ce. 1. caſu 78. nu. 6. Weſenbec. in paratit. ff. Quemadmodùm ſervit. amitt. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 30. nu. 166. vide Menoch. lib. 2. de arb. jud. cent. 1. caſu 78. nu. 2. Diſſentiunt nonnulli per l. 1. §. 5. & 6. ff. uſufruct. quemadm. cau. Harprecht. ad. §. pen. num. 22. & ſeq. Inſtit. de uſufruct. [c] l. Proculus 19. in princ. ff. de uſufruct. & Connan. lib. 4. commentar. c. 3. in fin. & Menoch. lib. 4. præſumpt. p. 2. præſumpt. 133. num. 2.

Non utendo per tempus extinguitur uſusfructus, ſi uſufructuarius re fructuaria non utatur decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes. 55

d. §. finitur autem ibi; non utendo per tempus, ubi Cujac. in notis, Inſt. de uſufruct. l. uſufruct. ff. quib. mod. uſufr. amit. Non utitur 38. ff. de uſufruct. l. corruptionem 16. & ibi gloſſ. in verb. non utendo, cadere, & in verb. excludere, C. de uſufr. & l. ult. C. de ſerv. & aqua. Sed an ſola negligentiæ amittatur uſusfructus, nulla uſucapione vel præſcriptione interveniente, quæritur. Negat Molinæus, quem ſequitur Iohan. del Caſtillo quæſt. quotid. cap. 67. num. 9. & ſeqq. per l. corruptionem 16. §. 1. ibi. Niſi talis exceptio C. de uſufruct. Diſſentiunt communiter alij quibus ſubſcribit Harprecht ad §. finitur. n. 30. & ſeqq. Inſt. de uſufr.

Eventu temporis uſuifructui præfiniti amittitur uſusfructus, quoties ad tempus conſtitutus eſt uſusfructus, & tempus illud venit. 56

l. interdum 15. ff. quib. mod. uſusfruct. am. & docet Iul. Paul. lib. 3. ſentent. tit. 6. §. finitur uſusfructus. ubi Cujac.

Reipublicæ relictus uſusfructus in centum annos conſtitutus intelligitur, quibus elapſis extinguitur. 57

l. an uſusfructus 56. ff. de uſufr. Vide Treütler. volum. 2. diſput. 16. theſ. 15. lit. a. Conan. lib. 4. commentar. jur. cap. 6. nu. 5. Cujac. ad tit. de diverſ. temp. præſcript. c. 34.

Semel autem extinctus uſusfructus, ampliùs non competit. 58

l. qui tamen. §. 1. ff. quemad. uſufr. am. Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt. jur. q. 46. nu. 16. & 32.

Quia verò uſufructuarius non aliter fructuum dominus efficitur, quàm ſi ipſe eos perceperit: iccirco licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis, extinguatur jus utendi fruendi, ad proprietatis dominum illi pertinent, non ad fructuarium, vel ejus heredes. 59

§. is verò ad quem. Inſt. de rer. div. l. arboribus. 12. §. ſi fur. ff. de uſufr. l. ſi fructuarius meſſem. ff. quib. mod. uſufr. amitt. Obſtare videtur text. in l. 7. §. divortio. ff. ſol. matr. Vide Hartm. Piſt. lib. 1. quæſt. jur. quæſt. 24. nu. 24. & 25. & 28. & ſeqq. Donell. lib. 10. commentar. cap. 9. Iohan. del Caſtillo de uſufr. cap. 77. n. 15. & ſeqq. Hœnon. diſp. 4. controv. 15. Gerhard. decad. 5. quæſt. 10.

SVCCEDIT QVASI VSVSFRVCTVS; qui eſt jus utendi fruendi ex Senatuſconſulto rebus illis, quæ uſu conſumuntur; [a] quales res ſunt pecunia numerata, [b] Vinum, oleum, frumentum, [c] veſtimentum, [d] lana. [e] 60

[a] §. ſed utilitatis. Inſt. de uſufr. & tot. tit. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum. [b] §. conſtituitur, verſ. namque ipſo. Inſtit. de uſufr. facit l. ſi ego. 18. ff. de reb. cred. & l. 3. §. ult. ff. Commodati. [c] vinum, oleum, frumentum uſu conſumi extra omne dubium eſt, & ſcribit expreſſè Iuſtin. in §. conſtituitur. 2. verſ. nam hæ res. Inſtit. hoc t. [d] d. verſ. nam hæ res. Sed veſtimenti proprium eſſe

uſum.

uſumfructum contendit Donell. *lib.10.comment.c.4.pag.484. tum per text. in l.ſed etſi 15.§.etſi veſtimentum.ff.de uſufruct.* & *in l.ſi uſusfructus 9.§.pen.ff.uſufr.quem.cau.tum arg.l.arboribus 12.§.n.övis.ff.de uſufruct.* Vide Fachin. *lib.8.controverſ.cap.41.* [c] *l.pen.ff.de uſufruct. earum rerum,quæ uſu conſum.* Vid. Weſenbec. *in parat.ff. de uſufruct. ear.rer.quæ uſu conſum. num. fin.*

61 Hunc circa uſumfructum triplex inſpectio incurrit: Vna, quomodo conſtituatur;altera,quomodo tradatur & ut accipiatur;tertia, quibus modis finiatur.

62 Conſtituitur quaſi uſusfructus ſola ultima voluntate, veluti per legatum;inter vivos per conventionem aliquam non conſtituitur.

§.ſed utilitatis,ibi,heredi utiliter caveatur. Item ibi,uſusfruct.legatus, & *ibi,datur legatario.tum etiam ibi,legatarius ſatisdet.* & *denique ibi, traduntur legatario.l. uſufr.69.ff. ad leg. Falcid.l.1.ibi,uſusfructus legari. l.2.ibi,uſusfruct.legatus erat. l.3. ibi,uſusfruct. legari poterit,* & *ibi,poſſe legari.item ibi,uſumfr.legari,* & *tot.tit.ff.de uſufruct.ear.rer.quæ uſu conſum.*

63 Errare itaque nobis videtur Donellus, quando ſcribit, [a] ſi in bonis filiifamiliâs adventitiis pecunia fuerit numerata, vinum, oleum, frumentum, aut res ſimilis, earum rerum uſumfructum ex Senatuſconſulto ad patrem pertinere.

[b] *lib.10.comment.cap.4.pag.487.* & *ſeq.*

64 Traditur hic uſusfructus ita, ut rei fructuariæ dominium ad fructuarium transferatur.

§.ſed utilitatis cauſa.Inſt.de uſufr. & *l.ſi vini 7.ff.de uſufruct.ear.rer.quæ uſu conſum.*

65 Accipiens autem hunc uſumfructum tradenti heredi cautionem fidejuſſoriam, vel (ut volunt) pigneratitiam præſtare tenetur de reſtituenda, finito uſufructu, vel ejuſdem generis,& qualitatis re, vel ejus æſtimatione: quod poſterius eſt commodius.

d.§.Sed utilitatis,Inſt. de uſufr.l.2.ibi,rectè caveri oportet, l.4.l.6.ibi, ut tibi caveam,Item ibi,heredi ſatisdabunt,l.tribus 8.l.ſi vini. & *penult.ff.de uſufruct.ear.rer.quæ uſu conſum.junctâ l.1.ff.qui ſatisd.cog.*

66 Cæterùm hæc cautio vel ante vel poſt traditam rem fructuariam exigi poteſt: [a] quæ niſi præſtetur poſt traditionem factam, incerti condictione poni poteſt. [b]

[a] *l.quoniam 10.in fin.ff.de uſufr.ear.rer.quæ uſu conſ.* [b] *l.hoc SC. 5.ff.d.t.* Iohan.del Caſtillo *de uſufruct.cap.15.* & *16.*

67 Quòd ſi neque ante traditionem, neque poſt eam conſtante adhuc uſufructu exacta hæc fuerit cautio, tunc finito uſufructu, ipſa quantitas condici poteſt.

*d.l.hoc SC.5.§.1.verſ.ſed ſi quidem.ff.d.t.*Merenda.*lib.6.controverſ.cap.49.pag.m.500.*

68 Atq; hujuſmodi cautio eſt ipſum remedium,quo rerum,quæ in abſumptione ſunt,quaſi uſusfructus haberi cœpit.

l.2.in fin.ff.d.tit. & *§.ſed utilitatis,in fine.Inſt.de uſufruct.* Fachin.*lib.8.controverſ.cap.41.in fin.* Dn.D.Beſold.*part.1.delibat.ex lib.7.ff.num.14.*

69 Quamvis igitur hanc cautionem teſtator exigi vetuerit, non aliter tamen hujuſmodi rei uſufructus accipi poteſt, quàm oblata & præſtita hac Senatuſconſulti cautione.

l.2.C.

2. C. de uſufr. l. ſi pecunia. ff. ut in poſſ. bon. eſſe lic. facit etiam l. nemo poteſt 55. ff. de leg. 1. Fa-
n. lib. 8. controverſ. jur. cap. 42.

Eam tamen de ſubſtantia hujus eſſe uſusfructus planè negamus. 70

Per l. hoc SC. 5. §. 1. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum. Roberus. diſput. 8. ad Inſtitut. theſ. 8.
el. poſt alios ad l. 1. C. de bon. mat. pag. 2. num. 78. Fedinand. Vaſq. lib. 1. de potentia teſtatoris.
. num. 25. & Fachin. lib. 8. cap. 43. Introducta enim eſt hæc cautioni favorem hæredis. l. 8. ff.
uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum. Cui favori renunciare poteſt. l. pen. C. de pact. Vide inſuper tra-
t. meum de natura feudi. cap. 1. num. 33. Hilliger in Donell. 10. cap. 4. lit. e. Diſſentit Rolandus
alle conſ. 92. num. 8. Vol. 1. & conſil. 42. num. 11. & 36. volum. 2. & obſtare videtur text. l. Iu-
nius 9. §. Marcellus. 4. ff. ad exhib. l. 1. C. de uſufruct. & l. pen. C. ut in poſſeſſ. legator. Gail. lib. 2.
r. 46. num. 3.

Finitur autem quaſi uſusfructus duobus modis; morte naturali, & capi- 71
s deminutione.

d. §. Sed utilitatis, verſ. cætera, ibi, ut ſi moriatur, aut capite minuatur. Inſtit. de uſufr. & d.
eni. 7. ibi, ut quandocunque is mortuus, aut capite minutus ſit. l. in ſtipulatione 9. & l. ſeq. in
ff. de uſufr. ear. rer.

Vſuifructui proximus eſt fructus, qui eſt jus fruendi rebus alienis, ſalva 72
rum ſubſtantia, ſine uſu alicui conceſſum.

l. hunc ſtipulationi 5. §. ergò. ff. uſufr. quem. cav. & l. per jusjur. 13. §. ſi quis uſumfruct. ff. de ac-
or. Cujac. lib. 13. obſ. 12. & ad African. tract. 9. in expl. l. 26. ff. de exc. rei judic. Vide Connan.
. 4. comment. cap. 5. num. 2. Sed obſtat l. per ſervum 14. §. 1. & 2. ff. de uſu & habit.

Hunc iiſdem modis conſtitui & amitti, quibus uſusfructus, ambigen- 73
um non eſt.

Arg. tit. Inſt. de uſu & habit. in prin. & l. 1. ff. d. t.

SEQVITVR DE VSV. Vſus eſt jus utendi rebus alienis, ſalva ea- 74
ndem ſubſtantia.

Aliud eſt uti, aliud frui, aliud uſus, aliud uſusfr. l. 2. l. ſi habitatio 10. §. ſi uſus. l. per ſervum 14.
. & ſeqq. ff. de uſu & habit. Vti eſt tantum commoditatis ex re aliqua capere, quantum
tenti duntaxat ad quotidianum ejus uſum ſufficit. §. minus autem juris. Inſt. de uſu & habit.
Quæ tamen commoditas interdum tanta eſt, ut nihil fructuum nomine proprietario relin-
uatur. l. fundi 15. ff. dict. tit. Frui verò eſt tantùm capere commodi, quantumcunque ex re ali-
ua percipi poteſt, ita ut etiam aliis inde conſumendum concedi poſſit. d. §. minus. verſ. cum is
nſt. eod. t. l. uſufr. 7. §. 1. l. item fundus 9. in pr. ff. h. t.

Qui igitur nudum alicujus rei uſum habet, neq; ipſum jus utendi, neq; 75
tendi facultatem alii vendere, aut locare, aut gratis concedere poteſt.

d. §. minus autem verſ. nec ulli alij, Inſtit. h. t. l. ſed neque. 8. l. neq; eo 11. & l. plenum 12. §. ult.
erſ. aperta. ff. eod. tit.

Cum autem dubium eſt, & incertum, quid, quantumque rei cujuſdam 76
uſu contineatur, tum judex ex officio definiet, quemadmodum quis uti
debeat.

l. pen. in fin. ff. de uſu & habit.

Sed quæſitum olim fuit, poſſitne uſuarius in domum uſuariam recipere 77
hoſpitem, inquilinum, conjugem, parentes, familiam? Affirmata autem
ſententia obtinuit, & recepta eſt: modò ipſemet uſuarius in domo uſuaria
habitet, & alios ad ſe recipiat.

§. item is, Inſtit. de uſu & habit. l. 2. l. 4. in princ. & §. 1. l. 5. l. 6. l. 7. l. ſed neque 8. & l. plenum
2. ff. d. tit.

Digitized by Google

78 Meretricem tamen in ædes uſuarias recipere uſuario non licet: [a] tum quia contra bonos mores quod eſt, & exiſtimationem, pietatem, & verecundiam lædit noſtram, facere nos poſſe credendum non eſt: [b] tum quia nullum majus eſt incommodum, quàm jactura dignitatis & exiſtimationis, [c] tum tamen uſus commodo & utili eſſe debeat uſuario. [d]

[a] *d.l.non aliter 7.ff.de uſu & hab.* [b] *l.filius 15.ff.de condit.& demonſtr. & l.nepos 125. in fin. ff.de verbor.ſignific.* Donell.*lib.10.commentar.cap.25.pag.m.551.* [c] *l.avus 79.§.1.ff.de jure dot.d. l.nepos.in fin.ff.de V.S. l. iſti 8. §. quod dederit. ff. quod metus cauſa. & l.juſta 9.ff. de manum vind.* [d] *§.minus autem juris.Inſt.de uſu & habit.*

79 Quæſitum fuit & illud, ſi tam ſpacioſæ domus uſus ſit conſtitutus mediocri homini & anguſto, ut is totius domus uſum occupare non poſſit, ſed portiuncula quadam contentus eſſe queat, an proprietarius invito uſuario uti poſſit iis partibus, quæ vacant? placuit autem ne id poſſit proprietarius, cum aliis, atque aliis temporibus tota domo uſuarius uti queat.

l.pen.§.ff.de uſu & habit.

80 Ad fundi uſum quod attinet, pars ejus fructibus ferendis deſtinata eſt, pars verò deſtinata eſt alij alicui uſui. [a] Quæ pars tributa eſt ferendis fructibus, ab ea uſuarius dominum, quo minùs ibi ejus fundi colendi cauſa verſetur, prohibere non poteſt, ut nec eos, per quos opera ruſtica fiunt.

§.minus autem,verſ.inq; eo,Inſtit.de uſu & habit.l.inq; eo 11.& l.fundi 15.§.1.ff.dict.tit.

81 Ex fructibus quoque uſuarius nihil ulteriùs habere intelligitur, quàm ut oleribus, pomis, floribus, fœno, ſtramentis, & lignis ad quotidianum uſum utatur. [a] Poteſt quoq; uti foliis, oleo, frumento, frugibus, & generaliter illis omnibus quæ in fundo naſcuntur, ex quibus hominis victus maximè conſtat: Verùm quantum ſibi ſuisque ad victum ſufficit. [b] Quid autem ſufficiat cuiq; ex dignitate & conditione cujusq; æſtimandum eſt: [c] qua in re ſpectamus etiam convivas & hoſpites: cum his enim uſuarius uti poteſt. [d]

[a] *d.§.minus autem.Inſt.hoc tit.* [b] *l.plenum 12.§.1.eodem tit.* [c] *l.ſed ſi quid 11. §.ſufficienter, ff.de uſufruct.* [d] *d.l.plenum 12.§.1.verſ.lubentius etiam.ff.de uſu & habit.*

82 Et quamvis poma, olera, flores, & ligna in oppidum quoq; deferre, atq; ibi cum convivis & hoſpitibus uti prohiberi non debeat uſuarius (quippe cum grave onus eorum non ſit, ſi abundent in fundo) oleo tamen frumento, & reliquis frugibus ſimilibus in villa duntaxat cum convivis & hoſpitibus uti debebit. Pro ſe verò & familia ſi uti volet, poterit uti rebus illis omnibus quovis loco: quippe cum tantum ſumere poſſit, quantum ſibi & familiæ ad victum ſufficiat.

dict.leg.plenum 12.§.1.ff.de uſu & habit. Donellus *lib.10.commentar.cap.25.pag.552.*

83 Vti autem fructibus debet uſuarius qualis illi ſunt, veluti frugibus, ut frugibus, lignis, ut in lignis; nec poteſt eos in aliam ſpeciem transferre, atque illa ſpecie uti

arg.l.arboribus 12.in princ.ff. de uſufruct. l.plenum 12.§.1. verſ.ſed Sabinus & Caſſius. ff. de uſu & habit. Donell.*d.lib.10.cap.25.pag.553.lin.33.*

At

At pars fundi deſtinata alij uſui, quàm ferendis fructibus: veluti villa, 84
ætorium, cellæ vinariæ, aut oleariæ, & loca ad deambulandum, & geſtationem parata, ad uſuarij pertinent uſus: in tantum, ut is dominum quoq; illius urbanam familiam eò venire prohibere poſſit, non etiam colonum, nec familiam ruſticam, quæ agri colendi cauſâ illic eſt.

d. l. habitatio. 10. §. ult. ff. de uſu & habit.

Si pecoris uſus alicui ſit relictus, & quæratur, quid in ea cauſa ſit, diſtinguendum eſt inter operas jumenti, & pecoris fructus. In jumenti operis uſuarius omnem habet uſum, pro conditione cujuſq; animantis. Boum enim & equorum uſu conceſſo, ad arandum, & ad cætera, ad quæ boves & equi apti ſunt, uti ipſis uſuarius poteſt. Muli item & aſini uſu conſtituto ad onera ferenda, ejus operis uſuarius rectè utetur. Quòd ſi equitij uſus ſit relictus, & ſint in hoc aliqui non domiti equi, domare eos poteſt uſuarius ad percipiendas operas. 85

d. l. plenum 12. §. ſed ſi boum, & §. ſeq. ff. de uſu & habit. §. item is ad quem ſervi. verſ. idem il. inſt. eod. tit.

Et poteſt uſuarius jumenti operis uti, non ſolum ad ſuum miniſterium, ſed etiam liberorum & conjugis. 86

§. item is ad quem. verſ. idem ſcilicet, Inſtitut. hoc tit. & facit d. l. plenum 12. & ultim. ff. eodem.

Fructus verò pecoris, ut fœtus, lac, pilus, ſtercus, ad uſuarium non pertinent. [a] Cui enim uſus relictus eſt, uti poteſt, frui non poteſt [b] Modico tamen lacte uti non prohibetur. [c] 87

[a] *§. Sed & ſi pecorum, Inſtit. eodem.* Obſtare videtur, quòd uſuarius ex fundi fructibus ſum ere antum poteſt, quantum ſibi, & ſuis ſufficiat, etiam ſi hoc modo fundi fructus conſumantur. Vide Donell. *lib. 10. comment. cap. 25. pag. 553.* [b] *l. 2. in princip. ff. h. t.* [c] *d. l. plenum 12. §. ſed ſi pecoris. ff. eod. tit.*

Etſi verò uſuarius ſtercore & excrementis pecorum jam egeſtis uti nequeat: ipſis tamen pecoribus, in fundum inductis, ad ſtercorandum eum rectè utitur. 88

d. l. plenum. §. ſed ſi pecoris. ff. de uſu & habit. §. planè ad ſtercorandum. Inſt. eod. tit. Donell. *lib. 10. comment. cap. 25. pag. 554.*

Ex prædictis patet, quid uſusfructus ab uſu diſtet. Spectatur autem in uſu tum ejus conſtitutio, tum amiſſio illius. Conſtituitur uſus iiſdem modis, quibus uſusfructus. [a] Pro parte tamen uſus conſtitui non poteſt. Frui quidem pro parte poſſumus, uti pro parte non poſſumus; [b] cum uſus in nudo facto, utendo ſcilicet conſiſtat, quod factum poſt ſe nullum corpus, id eſt, fructus nullos relinquit; uſus fructus verò licet ab initio ſimiliter in facto, ſcilicet fruendo conſiſtat, [c] factum tamen illud poſt ſe fructus relinquit, & adjicit fructuario. [d] 89

[a] *Inſtitut. de uſu & hab. in princip. l. 1. §. 1. ff. eodem tit.* [b] *l. uſus pars 19. ff. dict. tit. l. uſusfruct. 5. ff. de uſufruct. l. 1. §. ſi uſusfructus. ff. ad legem Falcidiam.* [c] *l. 1. in princip. ff. quando dies uſusfruct. leg. ced.* [d] Vide Alciat. *lib. 1. paradox. cap. 17.* Cujac. *ad l. ſtipulationes non dividuntur, ff. de verbor. obligat.* & Donell. *ad l. 2. §. 1. verb. quadam non recipiunt, nu. 13. ff. d.* & Hotom. *lib. quæſt. illuſt. 20. quæſt.*

Amit-

Digitized by Google

90 Amittitur quoq; uſus modis iiſdem, quibus & uſusfructus.[a] Vnde mortuo uſuario ad ejus heredes uſus non tranſit.[b]

[a] *Inſt. de uſu & hab. in princ.* [b] *l. uſus aqua 21. ff. eod. tit.*

91 SVCCEDIT MODO HABITATIO; quæ eſt jus[a] habitandi in ædibus alienis.[b]

[a] *§. ſed ſi cui. ibi, quaſi proprium aliquod jus, Inſtitut. dict. tit. l. habitatio* 11. *C. de uſufruct. & hab. l. 1. §. 1. verſ. ultim. ff. commod. l. ſi gratuitam* 17. *ff. de præſcript. verb.* Hotoman. *autem* 3. *obſervat.* 13. habitationem jus eſſe negat: ſed malè, ut ex locis jam adductis patet; Eam verò locum definit; at perperam: Tum quia locus jus dici non poteſt: tum quia locus ille, cui hoc jus cohæret, eſt proprietarii, habitatio verò habitatoris: tum quia habitatio, illa ſervitus, morte habitatoris finitur, locus non item: tum poſtremò, quia inter veteres juris conditores contentio fuit utrùm habitatio uſuifructui, vel nudo uſui ſimilis eſſet, *l. cum antiquitas* 13. *Cod. de uſufruct. & hab.* quæ ſanè dubitatio otioſa fuiſſet, & indigna juris autoribus, ſi ipſa habitatio propriè eſſet locus, ſive domus ipſa. [b] Ius habitandi quam vim habeat, ex ſequentibus enunciatis conſtabit.

92 Ius autem habitandi in ædibus alienis conſiſtit partim in eo, quòd is, ad quem pertinet, illud alij etiam locare poteſt,[a] item commodare;[b] partim quoque in hoc, quòd etiam interveniente capitis deminutione perſeverat, neque non utendo amittitur.[c]

[a] *§. Sed ſi cui habitatio, Inſtit. de uſu & habit. l. cum antiquitas* 13. *Cod. de uſufruct. & habit.* Obſtare videtur *l. ſi habitatio* 10. *in princip. verſ. ſed eas perſonas. ff. de uſu & habit.* [b] *l. 1. §. 1. in fin. ff. commod.* At obſtare videtur *l. ſi gratuitam* 17. *in princip. ff. de præſcrip. verb.* Vide Balduin. *in Iuſtiniano, pag.* 176. *& ſeq.* [c] *l. penult. ff. de cap. minut. & l. ſi habitatio* 10. *in fin. princip. ff. de uſu & habitat.*

93 Quod attinet habitationis conſtituendæ & amittendæ modos, illi certè iidem ſunt cum modis conſtituendi, & amittendi uſumfructum, & uſum;[a] præterquam quòd capitis deminutione, & non uſu haud amittitur habitatio.[b]

[a] Habitatio enim idem ferè jus eſt cum uſufructu, & uſu. *d. l. cum antiquitas* 13. *C. de uſufructu & habitatione, d. l. habitatio* 10. *in pr. ff. de uſu & hab.* [b] *d. l. ſi habitatio* 10. *in fin. princip. ff. d. tit.*

94 Sequitur breviter DE OPERIS SERVORVM. Hæ & ab uſufructu, & ab uſu differunt. Non enim amittuntur capitis deminutione, neque non utendo, neque morte ejus, cui debentur operæ, ſed ad ejus hæredes tranſeunt.[a] Differunt etiam ab habitatione tum ratione ſubjecti, cum habitatio ſit jus ædium, operæ verò jus ſervorum; tum etiam ratione amiſſionis, ſiquidem operæ ſervorum morte ejus, cui debentur, non amittantur.[b]

[a] *l. 2. ff. de uſu & uſufructu legata. & l. 2. ff. de operis ſervorum.* [b] *d. l. 2. ff. de uſu & uſufruct. legato.*

95 Et tantum de ſervitutibus in perſonam nominatis. Innominata ſervitus in perſonam eſt, cujus nulla certa, & ſpecifica appellatio jure civili prodita eſt;[a] veluti jus decerpendi pomum de arbore aliena, jus ſpaciandi, vel cœnandi in prædio alieno; cujuſmodi jura ſunt ſervitutes, non prædiorum ſed perſonarum:[b] ut & jus eundi, vel agendi, vel ducendi ſingulariter

Digitized by Google

r perſonæ conſtitutum: [c] tum etiam jus quoddam aliud perſonæ con-
um. [d]

l.3.ff.de præſcrip.verb. [b] *l.ut pomum 8.in princip.ff.de ſervit.* [c] *l.1.ff.de uſu & uſufruct.* *l.pater filiæ 6.ff.de ſervit.leg.* [d] *l.4.ff.de ſervit.præd.ruſtic.* Vid. *ſupr. hac claſſ. diſput.8.* 6. Diſſentit Alexander. *vol.4.conſil.18.num.3.* Petr. Auguſtin. Morla *in empor.univerſ.jur.* *.1.tit.6.in præmiſſ.num.77.* Iacob. Menoch. *de retinend.poſſeſſ.remed.6. num.46. & ſeqq.* nn. *lib.2.var.reſolut.jur.civil.tract.2.quæſt.9.*

Hujuſmodi ſervitus alij concedi non poteſt: & morte ejus, cui debetur, & illius capitis deminutione magna amittitur. 96

l.4.ff.de ſervit.præd.ruſt.l.1.in fin ff.de uſu & uſufr.legato.

CLASS. V. DISPUT. X.

DE IVRISDICTIONE.

THESIS I.

INSPICIENDA nobis modò ea pars juris noſtri, quæ eſt de juriſdictione: nobiliſſima quidem frequens, & quotidiana: ſed qua vix ulla magis perplexa, minùs expedita, ac commentis interpretum eum in modum conturbata, ut ab illis non intellecta planè videatur.

De hac juris noſtri parte vide tractat. *meum de juriſdict.ut & tractat.* Thob. Paurmeiſteri *de juriſdict. & tract.* Matthię Stephani *de juriſdict.* & Henning Gœden. *conſil.39.per tot.* Hunn. Scipion. Gentil. *de Iuriſdict.*

Eſt autem juriſdictio poteſtas [a] juris dicendi, id eſt, publicè reddendi, ſive decernendi, conſtitutum jus [b] negociis illis, ad quæ pertinet, modò legitimo adquiſita. [c] Quam poteſtatem qui habet, juriſdictionem exequi, [d] & præeſſe juriſdictioni, [e] tum etiam explicare juriſdictionem [f] dicitur. 2

[a] Eſt hoc genus juriſdictionis omnibus ejus ſpeciebus commune, quæ ſunt juriſdictio, ita ſpecialiter dicta, mixtum imperium, & imperium merum, uti poſtea oſtendemus Specialis juriſdictio poteſtas dicitur *in l.ultim.ff. de offic.præfect. urbi.l. cum qui 13.§.1.ff.de juriſdict.* & ſentit Donellus *lib.17.Commentar. capit.6.pagin.17.* Diſſentit Dominus Obrechtus *in diſputat. de juriſdict. & Imperij principijs, theſ.* 88. mixtum item imperium appellatur poteſtas *in l.poteſtatis.ff. de verborum ſignification. l.penultim.ff.ne vis fiat ei, & l.1.§. neceſſario, ibi, non prætoria poteſtate, ff.ſi ventr. nomin. mulier.* Merum quoque imperium vocatur poteſtas *in l.3.ff.de juriſdict. & l.ſolent.5.in princip. ibi: gladij poteſtatem. ff. de offic. proconſ.* Ipſa autem poteſtas conſtituendi jus non eſt juriſdictio, ſed jus regale, de quo diſputat. ſequent. Et opponuntur regalia juriſdictioni in titul. unic. *de decimis extravagant. communibus.* Eaque toto genere à juriſdictione, differunt: ut mirum ſit, cur adeo regalia cum juriſdictione Doctores confundant. Vide Me *in dict.tractat.capit.1. num.1.* Dn. Beſoldus *in delibat.ad lib.2.ff.numer 2.* [b] Quod enim eſt jus dicere *in l.meminiſſe 10. de offic.proconſ. l. Senatusconſulto 16.ff.de offic.præſ.l.1.l. qui juriſdictioni 10. l. eſt receptum 14. l. ſi convenerit 18. & l.ult.ff.de juriſdict. l.1.§.an autem.ff.de ſuſpect. tutor. l.non poſſunt 12.ff.de leg. l.ille à*

quo 13. §. ultim. ff. ad Trebellian. l. unic. §. 1. 1. ff. ſi quis jus dicenti. Id jus reddere eſt *in l. obſervandum 19. in princip. & §. 1. ff. de offic. praſ. l. 2. §. ergò ex his. ff. de origin. juris. leg. penultim. ff. de juſtit. & jur. l. 3. Cod. de ſentent. ex pericul. recit.* Item jus decernere *in l. penultim. ff. de juſtit. & jur. dicta l. 2. §. poſt originem juris,* ubi Cujacius. *ff. de origin. juris.* Quia verò non quodvis in ſingulis negociis eſt aptum & accommodatum, idcircò in definitione dicimus, negociis, ad quæ pertinet, id eſt, quibus à Legislatore accommodatum eſt. [c] Non enim cujuſvis eſt juriſdictionem exequi, jus dicere, jus decernere, jus reddere. *l. ait Prætor 5. ff. de re judic. & l. 3. Cod. de juriſdict.* ſed ejus tantùm, cujus hæc poteſtas legitimo aliquo modo conſtituta eſt, *dict. l. 2. §. poſt originem 13. & §. certè ex his 34. ff. de origin. jur. l. 1. in princip. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſdict. l. & quia 6. l. qui juriſdictioni 10. l. magiſtratibus 12. & l. ſequent. l. penultim. & ultim. ff. de juriſdict. l. ea 26. ff. ad municipal.* [d] *dict. l. 3. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd.* [e] *l. qui juriſdictioni 10. ff. de juriſd. & d. l. non poſſunt 12. ff. de leg.* [f] *l. 2 ff. de juriſdict.* Alij alias juriſdictionis definitiones conſtituunt, quas refert, ac cenſet Paurmeiſterus *de juriſdict. lib. 1. cap 8.* Vide quoque Matthiam Stephani *Tractat. de juriſdict. lib. 1. cap. 2.*

3 Vt verò in alium ſenſum jurisdictionis nomen apud Calliſtratum, [a] & Vlpianum, [b] juriſconſultos rapiamus, nulla nobis idonea ratio ſuccurrit. [c]

[a] *in l. Divus 32. ff. ad L. Cornel. de falſ.* [b] *in l. nam ut ait Pedius 13. ff. de leg. l. 3. §. ſed etſi 5. ff. judicat. ſolui. & l. 3. in princip. ff. de poſtul.* [c] Secus videtur Domino Obrechto *in dicta diſputat. de juriſdict. & Imp. princip. theſ. 14. & ſeqq.* Vide quoque Matthiam Stephani *Tractat. de juriſd. lib. 1. cap. 1.* ubi de varia Iuriſdictionis ſignificatione tractat. adde *tractat. meum de juriſdict. cap. 1. nu. 29.*

4 Non probamus juriſdictionis definitionem à Gloſſa & Dd. confictam, quæ hæc eſt. [a] juriſdictio eſt poteſtas de publico introducta, [b] cum neceſſitate [c] juris dicendi, [d] & æquitatis ſtatuendæ. [e]

[a] *ad l. 1. ff. de juriſdict. & in Novell. 15. c. 1. §. juſiurandum.* [b] Non hæc tantùm, ſed & alia poteſtas de publico introducta eſt. Et juriſdictio etiam præſcriptione acquiritur. [c] cui juriſdictio data eſt, is eam omninò exercere tenetur, ut proinde hæc adjectio ſuperflua videatur. [d] His verbis vera juriſdictionis forma continetur: nec eſt obſcurum, quid ſit jus dicere. Diſſentit D. Obrechtus, *in d. diſp. theſ. 91. & 102.* [e] æquitatem ſtatuere propriè legislatoris eſt, non jus dicentis. Vide Dn. D. Beſold. *part. 1. delibat. ex lib. 2. ff. num. 1.*

5 Nec probamus eorum [a] figmentum; qui juriſdictionis nomen à jure & ditione deductum volunt. [b]

[a] Vt ſunt Azo, Fulgoſius, Zaſius & alij haud pauci, [b] tum quia hanc derivationem & notationem ipſa nominis figura & literarum numerus planè reſpuit, cum juriſditio non datur juriſdictio: tum quia ditio ſignificat tantùm imperium cujuſdam vel privati, *l. 2. Cod. de libert. vel eorum liber.* vel totius alicuius populi *§. quorum utrumque, in proœm. Inſtitut.* cum poſtremò quia juriſdictionis nomen deduci à jure dicundo, patet ex LL. *ſupra ad theſ. 2. ſub litera B. adſcriptis.* Dominus Doctor Beſoldus *dict. loc. numer. 1.* Ego. *dict. tractat. capit. 1. num. 28.*

6 Cognito quid ſit Iuriſdictio, diſpiciendum dehinc de ejus differentia, & qualitate; tum quibus modis acquiratur, & acquiſita exerceatur; tum etiam quomodo amittatur & finiatur.

7 Differentia juriſdictionis ex ejus diviſionibus, & ex his qualitas illius cognoſcitur. Dividitur autem univerſaliter Iuriſdictio in duas ſpecies; quarum altera ſimiliter Iuriſdictio dicitur; altera imperium appellatur. [a]

Quam-

iam utramque Iuriſdictionem qui habet, pleniſſimam Iuriſdictionem, habere dicitur, à quâ differt juriſdictio omnimoda. [c]

[a] *l.* 3. ubi Bartolus & cæteri Dd. *juncta Rubr. ff. de Iuriſdict. L.* 1. *in princip. & §.* 1. *l. ultim. ff. offic. ejus, cui mand. eſt Iuriſdict. Cod. Epiſcopus, t. ne Epiſcop. vel Monach. ſecul. neg. ſe immiſc.* ramque hanc Iuriſdictionis ſpeciem agnoſcit quoque Flacc. cum ait: Regiones dicimus in quarum fines magiſtratibus jus dicendi, coercendique eſt libera poteſtas. Thobias quoque Paurmeiſterus *Tractat. de jurisdict. lib.* 1. *cap.* 9. *numer.* 3. diſtribuit primò juriſdictionem notionem & Imperium. At Dominus Obrechtus *in dicta diſputat. theſ.* 35. negat Iuriſdictionis vocabulum generis & ſpeciei nomen eſſe. Et in *theſ.* 36. 37. *&* 50. Iuriſdictionis nomine generali imperium quoque contineri negat. Ex uſu Germaniæ dividitur juriſdictio In Obergericht / vnd nider Erbgericht. Per Obergericht intelligunt merum & mixtum imperium. [b] *l. ſi in aliam* 7. *§. ultim. ibi, pleniſſimam autem jurisdictionem Proconſul habet, junctis legibus ſeqq. ff. de offic. Proconſ.* De qua in *Clement. un. verſic. Eiſdem etiam, ibi, jurisdictionem ſuam omnimodam exercere, tit. de foro competent.* vide *infra theſ.* 65. & Me *in dict. tract. cap.* 2. Stephani *lib.* 1, *cap.* 3.

Iuriſdictio, ita ſpecialiter dicta, eſt poteſtas cognoſcendi de negociis ci- 8
vilibus ſine coercitione. [a] Dd. ſimplicem vocant juriſdictionem, ſed incautè, cum ei mixtum imperium inſit, vel huic imperio cohæreat juriſdictio. [b]

[a] Negotia, ad quæ juriſdictio pertinet, vel civilia ſunt, vel criminalia. tit. de *pace Conſtantiæ, §. Nos Romanorum, ibi: Iurisdictio tam in cauſis criminalibus, quam pecuniariis, l.* 2. *§. & quia, ibi: de capite civis jus dicere ff. de origin. Iuris, tot. tit. Cod. quando civil. act. crimin. præjud. l. ultim. ff. de furt. §. In ſumma, Inſtitut. de injur.* Iuriſdictio autem, quæ in criminalibus conſiſtit negotiis, imperium merum appellatur, *l.* 3. ubi Dd. *ff. de Iurisdict. & infra latius oſtendetur.* Vnde ſequitur, ſpecialem jurisdictionem ad civilia tantùm pertinere negocia. Sed quia mixtum quoque imperium ad civilia ſpectat negotia, verum à Iurisdictione hoc differt, quòd modica continetur coercitione, *l.* 1. *in fin. & l. ultim. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt jurisdict.* idcircò addimus in definitione ſine coercitione, Matth. Stephani *de Iurisdict. lib.* 1. *capit.* 1. *numer.* 58. *& ſeqq. & capit.* 3. *num.* 21. *&* 47. [b] *l.* 1. *in fin. & l. ult. ff. de offic. ejus, & l.* 9. *ff. de Iurisdict.*

Hæc juriſdictio modis quibuſdam diſtinguitur: Primò, alia eſt ordina- 9
ria, alia extraordinaria. [a] ORDINARIA juriſdictio eſt, quæ jure magiſtratus, id eſt, ex eo ſolo, quod magiſtratus eſt, alicui competit, [a] & alteri abſque lege ſpeciali mandari poteſt. [c] Eaq; interdum ſimpliciter juriſdictionis verbo ſignificatur. [d]

[a] *l. ſi in aliam.* 7. *in §. fin. ff. de off. proconſ. juncta l.* 1. *in princ. ff. de off. ejus, cui mand. eſt Iurisdict. d. l.* 2. *§. hæc omnia, ff. de origin. jur.* Cujac. *in paratit. C. tit. de jurisdict. vide l.* 14. *C. de fidejuſſorib. l. ſi longius, §. ultim. ff. de jud. l. cum filiusfam. ff. ſi cert. pet.* [b] *per text. in d. l.* 7. *§. ult. ff. de off. proconſ. & d. l.* 1. *in princ. ff. de off. ejus, cui mand. eſt jurisd.* [c] *l. more* 5. *ff. de jurisd. & d. l.* 1. *in princ. ff. de off. ejus,* [d] *in l. muto.* 6. *§. Tutoris dato, ff. de tutel. l.* 26. *ff. ad municipal. & l.* 4. *ff. de jurisdict.*

Hæc juriſdictio ad dirimendam partium civilem controverſiam perti- 10
net, & in cognoſcendo conſiſtit.

l. ſæpè 8. *& l. ſeq. ff. de officio præſid. l. Ait Prætor.* 3. *l. Quidam conſulebat* 7. *ff. de re judic. l. Notionem* 99. ubi Gœdd. *ff. de verb. ſignif.*

Extraordinaria juriſdictio eſt, quæ non jure magiſtratus, ſed ex ſpeciali 11

lege, Senatuſconſulto, vel principis conſtitutione competit: proindeque mandari nequit: [b] qualis eſt cognitio, quæ pertinet ad dandum ſpecialem in provinciis Iudicem: [c] pupillis tutores conſtituendum, [d] alienantibus, tutoribus & curatoribus prædia pupillorum vel adoleſcentum, [e] ut & manumittentibus minoribus 20. annis, [f] tranſigentibus item de alimentis ultima voluntate relictis, [g] tum etiam adoptantibus, [h] & mancipantibus, autoritatem præbendam.

[a] *l. ſi in aliam 7. §. ultim. ff. de offic. proconſ. l. 1. in princip. ff. de off. ejus, cui mand. eſt juriſdict.* Hanc juriſdictionem appellat legalem Matthias Stephan. *Tractat. de juriſdict. libr. 1. cap. 4.* [b] *l. more 5. ff. de Iuriſdict. & dict. l. 1. in princip. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſdict.* [c] *l. cum Prætor. 12. §. 1. ff. de judic. l. legatus, ff. de offic. proconſul.* & docet Cujacius *in lib. 2. Pauli ad Edict. pagin.* 20. De procuratore Cæſaris in cauſis fiſcalibus eſt text. *in l. Ex conſenſu 23. §. 1. ff. de appellat. l. nec quicquam 9. in princip. ff. de offic. proconſul.* Cujacius *in libro 12. Pauli ad Edict. pagin.* 228. *& in libro 19. Reſponſ. Pap. pagin. 597. & ſequent.* De Iudice à Principe dato eſt text. *in l. 5. Cod. de judic.* Diſſentit Duarenus *ad tit. de juriſdict.* Vide Dn. D. Beſoldum *in theſ. pract. lit. M. Verb.* Mittel Obrigkeit. *numer.* 42. Matthias Stephani. *capit. 5. num.* 39. [d] Quòd poteſtas conſtituendi pupillis tutores ſit juriſdictionis, arguit abundè textus *in l. 1. ff. de juriſdict. l. 3. §. ſed etſi, ff. judic. ſolvi, & l. 3. ff. de poſtul.* & docet Donellus *libr. 17. commentar. cap. 8. pagin. 27. circa finem.* Hunnius *in tractat. de juriſdict. part. 2. quaſt. 2.* Quod autem extraordinariæ ſit juriſdictionis, evincitur ex textu in *l. muto 6. §. tutoris datio, ff. de tutel. & l. nec mandante 8. ff. de curator. & tutor. dat. ab his,* [e] *l. 1. ff. de rebus eorum qui ſub tutel. l. 2. §. 1.* ubi Coſtal. *ff. de offic. cui mand. eſt juriſdict.* [f] *§. eadem lege Aelia. Inſtitut. qui & quibus ex cauſ. manumitt. l. 2. l. 3. ff. de off. Proconſ. l. 3. ff. de off. cui mand. eſt juriſd.* [g] *l. cum hi. 8. §. ſed nec mandare. ff. de tranſact.* [h] *l. 2. §. 1. & l. ſeq. ff. de off. proconſ.* At vide Donell. *lib. 17. Comment. cap. 8. pag. 30.* [i] *l. ult. C. de emancipat.*

12 Magiſtratus ipſe cum de partium controverſia judicat, & ſententiam de ea profert, jus dicit: [a] At cum judicat Iudex à magiſtratu datus, jus non dicit, ſed tantùm de partium cauſa, id eſt, de ipſo facto cognoſcit, [b] cum notionem tantùm, non etiam juriſdictionem habeat. [c]

[a] *l. ait Prætor. 5. ff. de re judic. l. 2. §. poſt originem, ff. de orig. Iuris, l. non poſſunt 12. & l. ſeq. ff. de legib.* Donellus *lib. 17. comment. cap. 6. pag. 18. Verſ. illud fortaſſè,* Iohannes Robertus *libr. 4. ſentent. cap. 22.* Coraſ. *lib. 3. miſcell. cap. 6.* obſtare videtur *l. quidam conſulebat 57. Verſ. proindè, ff. de re judic.* Per quem locum etiam contrarium ſentit Franciſc. Duaren. *in Apologia de juriſdict. & Imp. adverſus Eguinarium Baronem.* [b] *l. ordine 15. ff. ad municipal. l. 1. §. quorum, ff. ad SC. Turpill. C. d. l. ait Prætor 5. ff. de re judic. l. ultim. C. ubi & apud quem reſt. in integr.* Vide *tractat. meum de Iuriſdict. capit. 6. num. 6.* Matth. Stephani *libr. 1. de Iuriſdict. capit. 16. num. 33. & ſequentibus.*

13 Secundò; Iuriſdictio alia voluntaria eſt, alia contentioſa, alia mixta. Voluntaria juriſdictio eſt, quæ extra judicium exercetur inter volentes.

l. 2. & l. 3. ff. de off. Proconſ.

14 Hujus genera duo ſunt: aut enim ſolùm autoritate & approbatione magiſtratus exercetur: aut cauſæ cognitione magiſtratus decreto explicatur.

Hugo Donellus *lib. 17. comment. cap. 8.*

15 Prioris generis juriſdictionem exequitur magiſtratus in adoptionibus,

, manumiſſionibus, emancipationibus, [a] bonorum poſſeſſionis agni-
ne. [b]

d.l.2.ff.de offic.proconſ. [b] *l.1.ff.de jurisdict.* & *l.ultim.C.qui admitt.ab bonor.poſſeſſ.*

Poſterioris generis Iuriſdictio expeditur in tranſactione de alimentis 16
uris teſtamento relictis, [a] prædiorum minoris alienatione, [b] & manu-
ſſione ſervi, quæ fit à domino minore decem & ſeptem annis. [c]

[a] *l.cum hi 8.in princip.§.igitur,ult.* & *§.ſi prætor 17.* & *§.ſequent.ff.de tranſact. l.de ali-
ntis,C.d.t.* [b] *l.1.* & *tot.tit.ff.de reb.eor.qui ſub tut.vel cur.* [c] *§.ult. Inſt.quib.ex cauſ.manu-
.non lic.*

Contentioſa Iuriſdictio eſt, quæ inter invitos & civiliter contendentes 17
ercetur, [a] proindeque ad actiones pertines omnes, adque ea, quæ nomi-
actionis continentur, quæque inſtar actionis habere dicuntur; ut ſunt
ætoriæ ſtipulationes, damni infecti, legatorum ſervandorum cauſa, &
niles. [b]

[a] *l.inter 83.§.1.ff.de verborum obligat.* Donellus *dict.libr.17.commentar.cap.8.pag.27.verſ.
tentioſa.* [b] *l.actionis verbo 37.in princip.ff.de obligation.* & *action..juncta l.4.ff.de Iu-
dict.*

Ad eandem Iuriſdictionem pertinent, quæcunque judicij ſunt, & quæ 18
l judicium exercendum pertinent, veluti Iudicium rei cognoſcendæ cau-
dare.

l.1. & *l.3.in fin.ff.de Iuriſdict.* Hugo Donell. *dict.cap.8.pag.27.verſ.contentioſa.*

Mixta vel potiùs intermedia Iuriſdictio eſt, quæ in dando tutore vel cu- 19
atore exercetur; quippe cum tutores & curatores à magiſtratu etiam in-
iti dentur, & quidem abſque judiciali diſceptatione.

§.ſed ex his legibus, verſ. Nam ſupradictis, Inſtit.de auct.tutor.

Tertiò, Iuriſdictio vel propria eſt, vel aliena: [a] illam dicimus, quam quis 20
uo proprio non alieno nomine exercet. Hanc appellamus, quam quis ha-
et, mandatam ab eo, qui eam propriam habet. [b]

[a] *l.3. ibi: qui alienam Iuriſdictionem,* & *l.4.in princip. ibi: cum propriam Iuriſdictionem,
ff. de offic.ejus, cui mand. eſt Iuriſdict.* Hanc diſtributionem proponit Paurmeiſter. *de juriſ-
dict.lib.1.cap.10.* & Matthias Stephani *Tract. de juriſdict. lib.1.cap.14.* & *ſequentibus.* De ea-
dem vide quoque Tractat. meum *de juriſdict.cap.6.* [b] *l.1.in princip.* & *§.1.l.2.l.3.l.4.* & *l.5.
ff.d.t.* Hanc iuriſdictionem Canones appellant juriſdictionem, *tot. tit. extr. de officio* & *pote-
ſtat.judic.deleg.*

Eſt autem mandare Iuriſdictionem vice ſua alium conſtituere, qui ea 21
exerceat, quæ ſibi jure magiſtratus competunt.

l.ſolet 16.ff.de Iuriſdict. & *d.l.3.ff.de off.ejus, cui mand. eſt Iuriſdict.* Iacob. Cujac. *in lib.1.
quæſt.Papin.pag.4.col.1.*

Ille etenim ſolum mandare ſuam Iuriſdictionem poteſt, qui eam ſuo Iu- 22
re, id eſt, Iure magiſtratus, non alieno beneficio habet: [a] Unde nec ille man-
dat, qui mandatam ſaltem Iuriſdictionem habet. [b]

[a] *l.4.ff.de Iuriſdict.* & *l.1.in princip.ff.de off.ejus, cui mand.eſt Iuriſdict.* [b] *l.ultim.
ff.dict.tit.*

Et ſolet magiſtratus Iuriſdictionem ſuam mandare, vel omnem, ſive 23

univerſam, id eſt, totum Iuris dicendi officium, vel ſpeciem, id eſt, partem ejus unam: veluti ut mittat in poſſeſſionem rei ſervandæ cauſa: ut extra ordinem in aliquos cognoſcat: ut Iudicis à ſe dati ſententiam exequatur. Sed is, cui mandata eſt Iuriſdictio, fungitur vice ejus, qui mandavit, non ſua: [a] Vnde cum exequitur Iuriſdictionem alienam non pro ſuo Imperio agit, ſed pro eo, cujus mandato jus dicit, quoties partibus ejus fungitur. [b]

[a] *l. ſolet* 16. & *l. ſequent. ff. de juriſdict.* De executione ſententiæ cum Accurſio quis dubitare poſſet, per *l. à Divo* 18. *in princip. ff. de re judic.* ſed quia pars Iuriſdictionis mandari poteſt, per *l. à Divo* 18. *in princip. ff. de re judic.* ſed quia pars Iuriſdictionis mandari poteſt, & executio ſententiæ Iudicis dati ſit Iuriſdictionis pars, & quidem ſumma ſive extrema. *l. ſi quis, §.* 1. *ff. ſi quis jus dic. non obtemp.* certè & illa certè mandatur, Cujac. *in libr.* 1. *quæſt. Papin. pagin.* 5. *col.* 1. Matth. Stephani *de Iuriſdict. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 41. & *ſequent.* & *cap.* 39. *num.* 32. Ego. *cap.* 6. *nu.* 45. & *ſeqq.* [b] *l.* 3. *ff. de off. ejus, cui mand. eſt Iuriſdict.* & *d. l. ſolet* 16. *ff. de Iuriſdict.*

24 Etſi verò magiſtratus mandare ſuam poſſit Iuriſdictionem, à ſe tametſi abdicet eam, nihil agit, id eſt, non amittit ipſam.

l. penult. ff. de off. præſ. Hugo Donell. *libr.* 17. *comment. cap.* 8. *pag.* 24. Althuſ. *lib.* 1. *Diccolog. cap.* 33. *num.* 37. Stephani *lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 16. & *ſeqq.* & *cap.* 39. *num.* 1. 3. & *ſeqq.*

25 Cæterùm alius eſt, cui mandata eſt Iuriſdictio, alius item qui Iudex eſt datus; licet vulgus Interpretum aliud ſentiat. Mandatur Iuriſdictio vel univerſa, vel certa ejus ſpecies: [a] At omnis Iudex datur tantum ad litem unam, non ad lites omnes: Vnde Iudex ſpecialis, [b] datus, [c] delegatus, [d] & Pedaneus, [e] dicitur.

[a] *d. l. ſolet* 16. & *l. ſeq. ff. de Iuriſdict.* [b] *l. ult. ff. de off. Prætoris, l. præſes* 5. *ff. de offic. præſid.* [c] *l.* 2. *§. ſi* & *Iudex* 2. *ff. de Iudic.* & *l. à Divo* 15. *in princip. ff. de re judicat.* [d] *l. à Iudice* 5. *l. properandum* 13. *§.* 1. *C. de judic.* [e] *tot. tit. C. de Pedan. Iudic. ubi vide* Iacob. Cujac. *in Parat.* & Donell. *lib.* 17. *comment. cap.* 21. *pag.* 90. Vide *infra claſſ.* 6. *diſput.* 2. *theſ.* 14.

26 Is cui mandata eſt Iuriſdictio, Iudicem dare poteſt ad litem aliquam, cum Iudicis dandi licentia pars ſit Iuriſdictionis: [b] at Iudex datus alium Iudicem dare non poteſt, niſi à Principe ſit datus, [c] vel à Pontifice Romano delegatus, cui etiam ipſa Iuriſdictio data cenſetur. [d]

[a] *l. cum Prætor* 12. *§.* 1. *ff. de iudic.* [b] *l.* 3. *in fin. ff. de Iuriſd.* Cujac. *in l.* 1. *quæſt. Papin. pag.* 6. *col.* [c] *d. l. à Iudice* 5. *C. de Iudic.* [d] *tot. tit. E. de off.* & *poteſt, Iudic. deleg.* Vide Althuſ. *lib.* 2. *Iuriſpr. Rom. cap.* 1. *pag.* 199. *Verſ. Hic à ſummo Pontifice.*

27 Is item, cui mandata eſt juriſdictio, juriſdictionem habet; [a] quippe cum eam ſuſcepiſſe, eaq; uti, [b] dicatur, non quidem propria, ſed aliena: [c] At Iudex datus juriſdictionem non habet, ſed tantùm cauſæ cognitionem & pronunciationem: [d] executionem ſententiæ ſuæ non habet, ſed is, qui dedit Iudicem, exequitur ſententiam à dato Iudice latam. [f]

[a] *l.* 4. *§. ultim. ff. de offic procon ſ.* Iacob. Cujac. *in lib.* 1. *quæſt. Papin. pag.* 6. [b] *l.* 1. *§.* 1. *ff. de offic. ejus, cui mand. eſt Iuriſd.* [c] *l.* 3. *ff. d. t.* [d] *l. at Prætor* 5. *in princip. ff. de re judic. l. ult. C. ubi* & *apud quem cogn. in integr. reſt.* [e] *d. l. à Divo* 15. *in princ. ff. de judic.*

28 Mandatum juriſdictionis finitur morte mandantis, re integra: Iudicis datio non finitur morte dantis, ſed durat.

l. Gen-

l. Venditor 49. *§. ult. ff. de judic.* Quibus modis judex eſſe deſinat, vide Donell. *libr.* 17. *commentar. cap.* 26. *& infra Diſputat.* XII. *de judicibus Theſ. CI.*

Deniq; ab eo, cui mandata eſt juriſdictio, is, qui mandavit non appella- 29
tur, cum ipſe ſententiam dixiſſe videatur, quã dixit Vicarius, ſed provocatur ille, qui major eſt mandante; [a] at à Iudice dato appellatur is, qui dedit. [b]

[a] *l. 1. §. 1. ff. quis & à quo appell.* [b] *d. l. 1. in princip. & l. ult. ff. d. t.* Dn. D. Beſold. *de appellat. cap. 4. num.* 15. Ego *de Iuriſd. cap. 6. num. 6. &* 57. Facliſn. 1. *controv.* 78.

Eſt & illud hic notandum, quod Iure Canonico magiſtratus, qui Iudi- 30
cem dat, ordinarius appellatur Iudex, [a] Qui verò ab eo datur Iudex, ſimiliter Iudex delegatus vocatur. [b] Vel Comiſſarius. [c]

[a] *t. t. E. de off. Iudic. ord.* [b] *t. t. E. de off. & poteſt. judic. deleg.* [c] Gail. 1. *obſerv.* 31. 35. Ego. *dict. tract. cap. 6. num.* 5.

Hactenus de juriſdictione ſpeciali: Sequitur modò de Imperio iſti juriſ- 31
dictioni oppoſito. Imperium eſt juriſdictio [a] in jubendo & coërcendo conſiſtens. [b] Eſtque mixtum vel merum. [c]

[a] *Iuriſdictio eſt, genus, eius ſpecies ſunt juriſdictio illa ſpecialis (de qua hactenus) & Imperium,* [b] *l. 1. in fin. & l. ult. ff. de off. eius, l. 3. ff. de juriſd.* [c] *d. l. 3. ff. d. t. & d. l. ult. ff. de off. eius.*

Non probamus Iacobi Cujacii [a] opinionem, ſentientis mixtum Impe- 32
rium eſſe juriſdictionem illam ſpecialem, & hanc eſſe Imperium mixtum. [b]

[a] *lib. 21. obſerv. cap. 30. & in lib. 1. quaſt. Papiniani pag.* 11. *&* 12. *col.* 1. Idem ſentit Dominus Obrechtus *in diſput. de juriſdict. & Imp. theſ.* 345. *&* 348. [b] Hoc enim Imperium cum juriſdictioni cohæreat, *l. 1. in fin. ff. de off. eius, & juriſd.* vel imperio inſit juriſdictio *l. 3. ff. de juriſdict.* idem cum juriſdictione eſſe nequit imperium.

Hoc Imperium à Bart. aliiſque eum ſecutis communiter definitur juriſ- 33
dictio, quæ nobili judicis officio expeditur, privatam utilitatem principaliter reſpiciens, cum tamen juris autoritas nobile judicis officium non agnoſcat: Propria quoque forma huius Imperii definitio vacat.

Perperam quoque hoc Imperium definit Corraſius, cum dicit, quòd ſit 34
autoritas & poteſtas decernendi, dandi, dicendi, addicendi & coërcendi in pecuniariis cauſis, citra tamen litis controverſięq; deciſionem: quippe cum tribuat huic etiam Imperio, quæ ſunt ſpecialis juriſdictionis.

Definitur à quibuſdam Imperium mixtum, & hoc modo, quòd ſit pote- 35
ſtas, cui juriſdictio ineſt, & quæ jure magiſtratus proprio & ingenito competit. Atqui hæc definitio non modò obſcura eſt, ſed & nulla nota mixtum Imperium à ſpeciali Iuriſdictione ſecernit.

De his, & aliis mixti imperii definitionibus vide Tractatum meum *de juriſdictione, cap. 4. num. 1. & ſeqq.*

Autoribus autem juris noſtri mixtum Imperium eſt poteſtas jubendi, & 36
juſſui non obtemperantes modicè coërcendi in cauſa civili, Magiſtratui proprio vel ſpeciali jure competens. [a] Ita dictum, quòd Iuriſdictioni cohęret, [c] vel huic imperio juriſdictio ineſt. [d]

[a] Hanc definitionem propoſui & explicavi in *Tractat. meo de juriſdictione, cap. 4. nu. 14. & ſeqq.* [b] *d. l. 1. in fin. ff. de off. eius.* [c] *d. l. 3. ff. de juriſdict.* Accurſius autumat mixtum dici, quòd ad quis conſtitutionem & merum Imperium & juriſdictio concurrat: ſed malè, cũ à mero Imperio ſpecie

ſpecie differat, *l.3.ff.h.t.* Bartolus & aſſeclæ ipſius rentur, mixtum vocari, quòd Imperij & juriſdictionis ſit particeps. Vide *eod. Tractat. meo cap.4. num.17.*

37 Mixtum imperium duplex eſt; Aut enim juriſdictioni ſpeciali, ut rei principali inſeparabiliter, ut ejus perpetuum adjunctum cohæret; ut quod in coërcendo contumaces conſiſtit: Aut verò ipſa juriſdictio ipſi imperio, ut rei principali tanquam ejus acceſſorium, ineſt: cujuſmodi imperium mixtum exercetur in danda bonorum poſſeſſione: [b] in jubendo caveri prætoria ſtipulatione; mittendo in bonorum poſſeſſionem; reſtitutione in integrum. [c]

d.l.1.in fin. & l.ultim. §.1.ff.de offic.eius,cui mand.eſt juriſdict. [b] *l.3.verſ.Mixtum eſt imperium,ff.de juriſdict.* [c] *l.Ea quæ 26.§.1.ff. ad municipal.* Ego *dict.tract.cap.4.num.18.* Hackelman.*illuſtr.quæſt.diſp.1.theſ.25.lit.N.*

38 Eſt ergò mixti imperij omnis coercitio contumaciæ in eum, qui jus in civili cauſa dicit: veluti miſſio in bonorum poſſeſſionem ob contumaciam debitoris, [a] pignoris capio ob eandem cauſam facta, [b] bannum civile, in quod jus dicens contumacem declarat, [c] verberatio, quæ ex eadem fit cauſa, [d] in vincula conjicere eum, qui contumax in judicem exiſtit, [e] tum etiā torqueri eundem, [f] & mulctam eidem irrogare, [g] & id genus alii actus, veluti coercere eum, qui in cauſa civili falſum produxit inſtrumentum, vel iniquum teſtimonium dixit, dejicere poſſeſſione mulierem, quæ ventris nomine in poſſeſſione eſt, condemnari contumaces in expenſas. [h]

[a] *l.4.§.an tamen,ff.de damn.inf.l.ſatiſq;19.ff.de in jus voc.l. Fulcinius 7.ff.quibus ex cauſ. in poſſ.eatur.* [b] *§.penult inſtitut.de ſatisdat.Tutor.§.ſed ex his,* ubi Gloſſ. *inſtit. de Attil. Tutor.l.1.§.quid ergo 3.ff.de inſpic.ventr.l.ſi & jure 10.ff.qui pot.in pign.hab.l.ſi pignora 50. & l.ſi plus 74.§.1.ff.de evict.l.ſacrilegi 9.§.ult.ff.ad L.Iul.peculat.* Cujac.*in lib.1.quæſt. Papin.pag.12.col.2.* [c] Bart.*ad l.illicitas,§.fin.n.1.ff.de off.præſid.*Gl.*in l.1.in princ.in verb.extra ordinem.ff.de adminiſt.tut.* De hoc banno civili vide ord. Cam. Imp. *part.3.tit.43.§.1.* Et ordin. Camer. Rotvveil.*part.3.tit.15.*Gail.*de pace publ.lib.2.c.5.n.2. & c.6.n.1.* Mynſing.*cent.5.obſ.11.nu.4.* [d] per *l.oſſa 8.§.ſi in locum,ff.de relig.*Iaſon.*ad d.l.3.nu.24.in F.* & ibid. Br.*nu.11.ff.de juriſdict.* Cujac.*in lib.1.quæſt.Papin.p.11.col.2.inf.* [e] *d.l.ſacrilegi,9.§.ult.ff.ad L.Iul.pecul.* gl. & Br.*ad l.conſentaneum.C.quomodo & qui Iudex.* Maranta *part.6.tit.de contumac.nu.16.*Zaſius *ad d.l.3. circa finem,ff.de juriſdict.*Cujac.*in d.lib.1.quæſt.Papin.pag.11.col.2.in fine.* [f] *per l.ob carmen.§.ſi ca.ff.de teſtib. & Novell.90.de teſt.c.1.§.ſi verò.* Ego *in dict.tract.c.5.nu.14. &* 17. Dn. Reinking.*de regim.ſecular. & Eccleſ.lib.2.claſſ.2.cap.17.nu.71. & ſeqq.* [g] *per l.1.§.quid ergo 3.in fin.ff.de ventr.inſpic.l.omnibus iudicibus, C.de ſportul. & l.2.§.1.ff.ſi quis in jus voc.* Bart.*in l.magiſtratibus 12.n.2.ff.de juriſdict.*Brun.*conſil.32 nu.11.lib.1.conſil.feudal.* Cujac.*in lib.1.qu. Papin.p.12.col.1.* Diſſentit Ioach. Mynſing.*reſp.25.nu.2.* [h] *per d.l.ult.ff.de off.eius,cui mand.eſt juriſdictio.*

39 Tum etiam, ut dixi dare bonorum poſſeſſionem, jubere caveri Prætoria ſtipulatione, reſtituere in integrum, ſpecialem dare judicem, eumque jubere, judicare, dare pupillis tutores, alienationi rerum minoris, tranſactioni de futuris alimentis teſtamento relictis, manumiſſioni, adoptioni autoritatem præſtare.

per text. ad præcedentem theſin ſub lit.b. & c.adductos. Ego *dict.tractat.capit.1.num.8. & ſequentib. & cap.3.num.5.12. & ſequentib. & cap.4.num.13. &* 15. Dn.D. Beſold. *in delibat.ex lib.2.ff.num.4.*

Momen-

ꟷomentoſa autem apud Dd. eſt quæſtio, utrum mandari mixtum impe- 40
m poſſit, nec ne? Affirmativa placet in his, quæ jure magiſtratus compe-
it: non etiam in his, quæ competunt ſpecialiter lege, vel SCto, vel Prin-
is conſtitutione.

ide tractat. meum de juriſdict. cap. 6. nu. 11. & ſeqq. usque ad nu. 20. excluſivè.

Cæterum quamvis ex ſupradictis abundè cognoſcatur, probam non eſ- 41
Bartoli diſtinctionem, ab alijs communiter acceptam, qua mixtum im-
rium in ſex diſpertit gradus, & aliud maximum, aliud majus, aliud par-
m, aliud minus, aliud magnum, aliud minimum facit: attamen juvat
quantò altius vitia illius inquirere hoc loco.

Bart. *d. l. 3. nu. 17. & ſeqq. ff. de juriſdict.* adde *Tractat Meum de Iuriſdictione cap. 4. num.*
& ſeqq.

Maximum definit mixtum Imperium, quod ſoli Principi competit, con- 42
rnens actus voluntarios: ut quod conſiſtit in præſtanda venia ætatis; &
terponenda autoritate in arrogatione, & infantium emancipatione.

Verum hæc cum ſoli Imperatori competant, non jurisdictione, ſed juris 43
galis dicenda erunt.

Vide Tractat. meum de juriſdict. cap. 4. nu. 21.

Majus imperium mixtum dicit, cognoſcere de ſupplicatione adverſus 44
ntentiam ab eo latam, à quo appellari non poteſt. Idque ſoli Principi &
æfecto Prætorio tribuunt Dd.

Atqui ſimiliter & hoc non jurisdictioni, ſed juri regali adſignandum 45
tamus.

Vt oſtendi dict. Tractatus mei dict. cap. 4. nu. 22.

Magnum Imperium mixtum vocitat, quod conſiſtit in cognitione ea- 46
m cauſarum, quæ vel plenam cauſæ cognitionem, vel coercitationem
alem vel perſonalem deſiderant: quales cauſæ ſunt reſtitutio in inte-
rum, mittere in bonorum poſſeſſionem ex ſecundo decreto, expellere ali-
uem poſſeſſione re ipſa.

Hunc gradum mixti imperij alij aliter reprobant.[a] Verum exempla hæc 47
on ineptè imperio accenſentur mixto.[b]

[a] *De quibus memini dict. cap. 4. num. 23.* [b] *ut patet ex definitione imperij mixti ſupra tra-*
ita.

Mixtum imperium parvum illud appellat, quod fit cum plena cauſæ co- 48
nitione, licet non habeat coercitionem realē vel perſonalem: ut dare bo-
orum poſſeſſionem, quæ tribuit jus pronunciare de mittendo in poſſeſ-
ionem ex ſecundo decreto: interponere autoritatem in alienationibus, &
ranſactionibus alimentorum.

Cæterùm primum illud exemplum hujus eſſe gradus non videtur: Se- 49
undum exemplum, ſuo quidem ſenſu, mixto ſubjicimus imperio, ut &
equentia exempla cum primo.

Vide *Tract. meum de jurisd. cap. 4. nu. 24.*

Mixtum imperium minus definiunt cum Bartolo, quod judicis officio 50

nobili expeditur, & ſummariam cauſæ cognitionem requirit, & mandari poteſt: ac huic imperio aſſignant exempla, quæ Macer Iuriſconſultus habet. [a] Et licet Franciſc. de Claper. [b] non agnoſcat hunc mixti imperij gradum; jure tamen rejici non poteſt. [c]

[a] *in l. penult. §. ultim. ff. de off. ejus, cui mand. eſt juriſd.* [b] *Tract. de juriſdict. concluſ. 12.* [c] *Vide in tractat. meo de juriſdict. cap. 4. num. 25.*

51 Mixtum imperium minimum vocat Bartolus, quod officio judicis nobili, ſine ulla cauſæ cognitione, expeditur: ut interponere autoritatem manumiſſioni & emancipationi: At quia omne imperium mixtum cum ſpeciali jurisdictione, cauſæ ſcilicet cognitione conjunctum eſt, perfecta dici non poteſt hæc deſcriptio: Duo tamen iſthæc exempla imperij mixti ſunt.

52 Succedit imperium Merum. MERUM IMPERIUM eſt poteſtas animadvertendi in eos, qui criminis dicuntur Rei, [a] publicæ vindictæ cauſâ data, [b] Ita dictum, quòd ſolùm eſt, & purum, neque ſpeciali jurisdictioni ita cohæret, ut ea mandata ſimul tranſeat; [c] atque hoc imperium aliás criminalis jurisdictio appellari poteſt. [d]

[a] *l. 3. ff. de juriſdict. l. 1. C. qui non poſſ. ad libertat. perven. l. ſolent. 6. in princ. ff. de off. proconſul. l. 1. ff. de off. ejus cui mandata eſt juriſdict. l. illicitas 6. §. qui univerſas, ibi gloſſ. jus gladij & in metallum damd. ff. de officio Præſid.* [b] *l. locatio. §. quod illicitè. ff. de publican. l. congruit. 13. ff. de officio Præſidis.* De hoc imperio vide tractat. meum *de juriſdict. cap. 5.* Paurmeiſter. *de juriſdict. lib. 1. cap. 12. 13. 14. & 15.* Matthiam Stephani *de juriſdict. lib. 1. cap. 5.* Hunn. *de Iuriſdict. part. 1. cap. 1. quæſt. 4. & ſeqq.* [c] *d. l. 1. & l. ultim. ff. de off. ejus, cui mand.* Donell. *lib. 17. comment. c. 8. pag. 31. in fin. & pag. ſeq. lin.* 38. Alij merum ideo vocari imperium putant, quòd liberum ſit, alij quod ſummum ſit, ſupremum atque perfectum, alij quòd ſit verè meritiſſimum, & ad res graviores pertineat, quos omnes reprobat Dominus Obrechtus *diſput. de juriſdict. & imperio theſ.* 292. 203. 204. 206. & 207. Althuſius *lib. 1. dicaolog. cap. 33. num. 28.* Hunn. *dict. tract. cap. 1. part. 1. quæſt. 4.* [d] *per text. in conſtit. de pace Conſtantiæ. §. Nos Romanorum, ibi, juriſdictio tam in cauſis criminalibus quàm pecuniarijs l. 2. §. & quia, ibi de capite civis jus dicere ff. de origine juris. l. 1. in princ. verſ. & ideò, ibi, juriſdictionem ſuam mandantis juncta. l. ultim. ff. de off. ejus, & l. 3. ff. de juriſdict.* Diſſentit Dominus Obrechtus *in diſput. de juriſdict. & imperio theſi* 114. *theſ.* 181. 182. & 183. Et juriſdictioni opponitur merum imperium in c. un. *de decimis, in extravagantibus.* Dicitur autem Germanis hoc imperium das Halßgerichte/ *Item,* der Blutban/ *Item,* das Peinliche Halßgerichte/ Matthias Coler. *de proceſsib. execut. part. 2. cap. 1. num. 107. &* 110. Dn. D. Beſold. *in Theſaur. practic. lit. H. verb.* Halßgericht *num. 6.*

53 Atque hoc imperium pertinet tum ad facinoroſi apprehenſionem, & cuſtodiam [b]: tum ad criminis probationem, etiam eam, quæ fit per torturam: [c] tum ad ipſam criminis judicationem, [d] & correctionem hominis facinoroſi. [e]

[a] Hæc enim cum æſtimanda ſit ſecundùm cauſæ principalis qualitatem, meri imperij eſſe debet. Bald. Alex. Dec. *ad dict. l. 3. ff. de juriſdict.* Ang. *ad l. 2. nu. 1. ff. de in jus vocando.* Facit huc quòd unumquodque ſecundum ſui finis naturam cenſeri debet, *l. cum aurum, §. perveniamus. ff. de auro & argento legato. l. ſed etſi quid 25. §. interdum. ff. de uſufructu.* Bald. *conſil.* 115. *num. 1. volum. 1.* [b] *l. 1. ff. qui non poſſunt ad libert. perven.* Ang. *ad d. l. 2. num. 1. ff. de in jus vocand.* VVeſembec. *conſil. 43. num. 77.* ſed Bart. *num. 8.* & Iaſ. *num. 24. in d. l. 3. ff. de juriſdict.*

.4. id negant. [e] Bart. *ad l. eum ſervus, num. 6. ff. de condit. cauſa data, & ad l. interdum qui furem, num. 2. ff. de furt.* Decius *ad l. 3. num. 43. & ibid.* Iaſ. *verſ. ſed advert. ff. de ju-ct.* Chaſſan. *in conſuetud. Burg. Rub. 1. num. 73.* Mynſing. *reſp. 16. num. 22. Decad. 2.* [d] *l. princ. ibi publici judicij exercitionem, & verſ. ſi à familia. ff. de off. ejus cui mand.* Chaſ-*in conſuet. Burg. Rub. 1. num. 76.* Petrus Iacob. Aurel. *in pract. aur. libell. Rub. 12. de ju-num. 40.* Donell. *lib. 17. Com. c. 8. pag.* 32. Iohan. Robert. *lib. 4. ſentent. cap. 22.* Diſſent. ·echt. *in diſputat. de jurisd. & imperio theſi 212. & theſi 111. & ſeqq.* [e] *d. l. 3. ff. de juriſdict. in princ. ff. de officio ejus cui mandata eſt juriſdict.* Vide Me *in tract. de juriſdict. cap. 5.* .12. *& ſeqq.*

Non eſt hoc loco prætereundum, quod merum imperium jure Iuſti- 54
neo alij ſingulariter mandari nequit: [a] licet Canones Epiſcopis alijsque
latis alij mandare illud ex communi Dd. ſententia permittant. [b] Quod
elligendum tamen de pœnæ ſanguineæ executione, non etiam de cæte-
meri imperij partibus. [c]

l. 1. & l. ult. ff. de off. ejus, l. ſolent. 6. in pr. l. ſi quid 11. ff. de off. Proconſ. l. nemo 70. ff. de reg. volunt tamen nonnulli ex conſuetudine generali hodie merum imperium rectè manda-Cagnol. *ad l. nemo poteſt, ff. de reg. jur.* Iul. Clarus, *§. fin. q. 41. num. 1.* Henn. Gœdd. *conſil. um. 12. &* Iohan. Schneid. *de F. p. 2. num. 76.* [b] *c. Epiſcopus, t. ne Clerici vel Monachi in 6. c. t. de off. Vicarij, in 6. c. in Archiepiſcopatu, E. de raptor. c. quo ſedem 10. & c. ult. E. ff. de ord.* Guid. Pap. *q. 624.* VVeſemb. *in Parat. ff. de jurisd. num. 11.* Coſtal. *ad l. 1. ff. de off. ejus.* vide Didac. Covarr. *lib. 3. variar. reſolut. c. ult.* Muſcorn. *tr. de jurisd. num. 232.* Alciat. *ad quod ſedem. §. de off. ord.* Math. Stephani *de Iurisd. lib. 1. cap. 18. num. 68.* Fachin. *lib. 9. con-* . 99. Me *cap. 6. num. 27.* Dn. Rumelin. *part. 1. diſput. ff. 3. theſ. 41. lit. C.* [c] *c. ult. §. is autem. præterquam. E. de off. & poteſt. de leg. c. Paſtoralis E. de off. ord.* Muſcorn. *tr. de jurisd. n. 132.*

Cui verò obtigit exercitio legis Iuliæ de vi, is in caſu abſentiæ ſuæ alij 55
ndare poteſt [a] non ſolùm cauſæ illius examinationem, ſed & pronuncia-
nem. [b]

d. l. 1. in pr. ff. de off. ejus [b] quia notio cauſæ complectitur etiam pronunciationem. *l. 3. §. oſcis. ff. de off. præfect. vigil.*

Quia verò legis Iuliæ de vi exercitionem habet, eam mandare alij po- 56
., ſi abeſſe cœperit, [a] quæri ſolet, an hoc etiam de alijs publicorum judi-
rum legibus intelligendum ſit? Nos id ex Iuſtinianeo jure negamus,
e ſingulari in caſu de vi permiſſum ſit, ut mandari merum imperium
ſit: [b] Ex iure autem Carolino affirmamus. [c]

l. 1. ff. de offic. ejus. [b] *l. quod verò 14. l. in his 15. & l. ſeq. ff. de legibus.* Vide tractat. meum. *de juriſdict. cap. 6. nu. 23.* [c] Peinliche Halßgerichts-Ordnung/ *Articul. 2.*

Ex eadem ratione, Iuſtinianeum ſi probamus ius, non probamus inter- 57
etum quorundam opinionem, qua volunt, quod ob ſuas occupationes
erum imperium alii mandare quis poſſit. Iure autem Carolino id fieri
lle non dubitamus. Peinliche Halßgerichts-Ordnung/ Artic. 1. & 2.

Ob infirmitatem tamen cum Bartolo contra Fulgoſium & alios, merum 58
perium alii rectè mandari cenſemus, tum quòd eadem eſt ratio infirmi,
æ abſentis: tum quia infirmus præſens ſuo conſilio mandatarium juva-
poteſt. [a] Hæc ſententia jure Carolino dubio caret. Peinliche Halßge-
chts-Ordnung/ Artic. 2.

Vide tract. meum de juriſdict. cap. 6. num. 22.

m 2 Divi-

59 Diviſionem meri imperij ab interpretibus confictam, qua in gradus diſtinguitur quatuor ſecundum quatuor Elementa, ut quòd magiſtratus illud exercet, vel in aëre, vel in igne, vel in aqua, vel in terra, ut novam, ut autoribus juris contrariam, [a] ut incertam planè rejicimus.

[a] *in l. 6. §. ultim. l. 7. l. 8. l. capitalium 28. ff. de pœn.* 6. quippe cum nonnullæ pœnæ, quas in terra imponi ajunt, etiam in aere infligi poſſunt, ut decollatio, fuſtigatio, &c.

60 Rejicimus item meri imperij hanc diviſionem, quâ illud Bartolus ſecat in gradus ſex, maximum, majus, magnum, parvum, minus & minimum. Maximum enim quod vocat Imperium, toto genere differt à mero imperio: ſiquidem leges concedere ſit juris regalis, [a] & cæteri gradus alieni ſint ab his, quos juris autores tradunt. [b] Quintus itẽ gradus, qui modica coercitione continetur, incidit in imperium mixtum. [c] Multæ quoque dictio, cui ultimum tribuit gradum, plerunque ſimiliter mixti eſt imperij, ut ſupra oſtendimus; Interdum tamen eſt imperij meri. [d]

[a] *per l. ultim. §. 1. C. de leg. §. ſed & quod principi placuit, Inſtit. de jur. Nat. Gent. & civ.* [b] *in d. l. capitalium 28. l. ſi quis 6. §. ultim. & l. 7. l. 8. ff. de pœn.* [c] *l. ult. ff. de off. ejus.* [d] Cum ſcil. ob crimen aliquod extra ordinem ex officio ad publicam vindictam infligitur, *l. ultim. §. nec tamen. C. de modo multarum* Bart. *num.* 12. Iaſ. *num. 24. Verſ. Quartus & ultimus.* Decius *nu.* 52. *in fin. ad d. l. 3. ff. de jurisd.* Pertinet huc Angeli ſententia *ad d. l. 3. num. 5. & 6. C. d. tit.* quod quando cauſſa tractatur de puniendo facinoroſo ad publicam vindictam, illa cauſa ſit de mero imperio. Dn. D. Beſold. *dict. part. 1. delibat. ex lib. 2. ff. nu.* 3. Dn. Reinking. *in nunquam ſatis laudato* tractatu *de Regim. ſecular. & Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 17. claß. 2. nu. 55. & ſeqq.*

61 Hactenus de jurisdictionis differentia & qualitate. Sequitur nunc, quomodo acquiratur jurisdictio, & acquiſita exerceatur. Acquiritur jurisdictio vel acquiſitione magiſtratus, [a] vel ſpeciali quadam lege, vel conceſſione Principis, [b] vel præſcriptione. [c]

[a] *l. 1. in princ. ff. de off. ejus, l. more 5. l. magiſtratibus 12. & l. ſeq. ff. de jurisdict. l. cum Prætor. 12. in princ. ff. de judicijs.* [b] *d. l. 1. in pr. ff. de off. ejus l. cum Prætor. 12. §. 1. ff. de judic. l. muto. 6. §. tutoris datio. ff. de tutel.*

62 Et poteſt hodie Princeps etiam inferior non modò ſpecialem jurisdictionem, ſed & merum imperium alicui in feudum concedere.

Matth. C[illegible] *tractat. de proceß. executiv. part. 2. cap. 1. nu.* 112. Matth. Stephani *de jurisdict. cap. 38. nu. 23. lib. 1.*

63 Sed quæſtionis eſt, ſi Princeps nobili jurisdictionem in feudum conceſſerit hoc modò: Wir belehnen jhne in dieſem Flecken mit dem Gericht / an cenſeatur conceſſiſſe, non ordinariam tantùm, ſed & extraordinariam jurisdictionem, & imperium merum? Remur autem jure Iuſtinianeo ordinariam ſolùm conceſſam jurisdictionem, non extraordinariam, nõ imperium merum, ſive lucrativa ſive oneroſa ſit illa conceſſio; [a] quamvis aliud ſit Interpp. judicium, aliud item jus hodiernum ſuadeat. [b]

[a] *Per d. l. 2. in princ. l. 3. in pr. & l. ultim. ff. de off. ejus, l. 5. ff. de jurisdict. l. ſi quid 11. ſi: de off. Proconſ. c. 2. t. de off. Vicarij. in 6.* Quòd enim ſpecialiter ut nominatim concedi debet, generali conceſſione non cenſetur translatum, *c. in generali, tit. de reg. jur. in 6. c. ultim. tit. de off. Vicarij, in 6. l. obligatione 6. ff. de pign. & hypothec. l. quæro 39. ff. de act. empti. l. 4. §. quæſitum, ff. ſi quis cautionibus, l. 1. §. inter. l. Divus. 15. §. 1. ff. de leg. Cornel. de falſ. l. ſi quando 35. §.*

& gene-

eneraliter. C. de inoff. teſt. & quod ſpecialiter fieri debet, ſi generaliter fiat, haud rectè fie-
citur. *d.l.4.§. quæſitum, ff. ſi quis caut.* Facit huc, quòd feudi conceſſio ſtricti juris eſt, *per l.
22. ff. de donat. l.3.§. hæc verba. ff. de negot. geſt.* & alia juris fundamenta. Denique ra-
ibus hiſce adjicimus quoque authoritatem Zaſij *ad l.3. nu.* 11. Curtij *ibidem num.42. Ang.
. ff. de juriſdict.* Caſſan. *in conſuet. Burgund. Rub.1. nu.19. pag.* 77. Fachin. *lib. 13. controv.*
Rudingeri *lib.2. quæſt.*16. VVeſenb. *conſ.* 95. & 109. Matth. Stephani *de jurisd. lib.1. cap.2.*
. [b] Laurent. Kirchoff *cent.5. commun. opin. concluſ.* 58. Graff. *lib.2. opin. commun. c.7.* VVe-
. *conſil. 95. num.18. & ſeq.* & Didac. Covarr. *lib. pract. q.c.1. num.*10. Hodie magiſtratus
tis animadverſionem jure magiſtratus habet ex eo ipſo quod illi honor hic delatus eſt, Cu-
ad l.3. §. Deinde cum ærarium, in verbo, conſulibus, ff. de origine juris.

64 dem quoque ſentimus, ſi Princeps dixerit, omnem vel omnimodam
isdictionem ei concedimus in feudum, Wir belehnen jhne mit allem Ge-
t/ oder mit aller Obrigkeit [a]; licet interpretes aliud velint [b].

Tum quia verbum omnimoda junctum voci jurisdictioni ſignificat univerſam tantùm
nnem juriſdictionem ſpecialem *l. ſolet 16. & l. ſeq. ff. de juriſdict.* Bald. *ad c. quando, num.
fin. ext. de judic.* tum quia nihil refert genus ſimpliciter & indefinitè vel cum adjectione
onis univerſalis ponatur; quippe cum indefinitum æquipolleat univerſali. *l.4.* ubi Baldus.
tutelis, l. ſi plures 98. ff. de legatis 3. Dominus Obrechtus *theſi 57. 58. & 59.* aſſerit crimi-
m quoque hoc modo tributam jurisdictionem, non autem imperium merum, eo quòd
um imperium jurisdictionis voce non contineatur. Vide Hunn. *de juriſdict. part. 1. cap.
.eſt.1. & ſeqq.* [b] *gloſ. in Clem. unica in verbo omnimodam. t. de foro competenti, Iaſon ad d.
num.14. ff. de juriſdict. & ibid. etiam Longovallius pag.218. Didac. Covarr. lib. pract. q.c.1.
.10. Chaſſan. in conſuet. Burg. Rub. 1. num.*19. Vide citatos à Hackelman. *diſp. 1. illuſtr.
tion. theſ.26. lit. C.*

65 i dixerit Princeps; Wir belehnen jhne mit dem hohen vnd nidrigen Ge-
t/ vel, mit hoher vnd nidriger Obrigkeit/ dubitandum non eſt, quin me-
quoque imperium conceſſerit [a]: ut & ſi pleniſſimam alicui jurisdictio-
conceſſerit [b].

Ex communi enim loquendi uſu, ex quo ſemper exaudienda ſunt verba, iſthæc oratio,
ecialem juriſdictionem & omne imperium ſignificat, Dominus Obrechtus *theſi 62. &
per l. ſi in alienam, in fin. junctis duabus leg. ſeqq. ff. de officio proconſulis.* Ego *de Iuriſdict.
num.13. & 14.* Vide per elegans conſilium. Dn. D. Beſold. *tract. de ſtat. Reipubl. ſubalt.*
ectum.

66 Quæritur & illud: an conceſſa omni vel omnimodâ (inter hæc enim,
ito Iaſone, non diſtinguimus) jurisdictione videantur etiam regalia
ceſſa? Negantium opinioni ſubſcribere non dubitamus.

um quia jurisdictio & regalia toto genere differunt: *tum per text. in c. in generali. tit. de
ur. in 6. & c. quòd tranſlationem. E. de off. deleg.* Matth. Stephani *de Iuriſdict. lib. 1. cap.
m.8. & cap.38. n.16.* Althuſ. *lib.1. dicæolog. cap.33. nu.7.* Ego. *cap.1. nu. pen. & cap.8. nu. 26.*

67 Quid verò, nunquid ſub nomine Lands- vnd Fürſtlicher Obrigkeit/ etiam
alia continentur? De omnibus certè regalibus affirmare etiam nova
erialis conſtitutio vetat. Reichs Abſchied/ anno 1576. §. dardurch dann.
mulgat.

ide Dn. D. Beſold. *in theſaur. practico. lit. L. verb.* Lands-Obrigkeit. *num. 4.*

68 ſt & illa multùm anceps quæſtio, an conceſſa in feudum jurisdictione,
vativè, an cumulativè conceſſa putetur? Nos eam privativè conceſſam
lligi exiſtimamus.

Tum quia feudum eſt inſtar uſusfructus, *tit.* 23. *§. ultim. lib.* 2. *feud.* qui alicui conceſſus ad ſolum uſufructuarium pertinet, non etiam ad proprietatis dominum: Tum quia Vaſallus in ſub infeudatum jurisdictionem habet, non dominus ſuperior. *tit.* 55. *§. inſuper. Verſ. illud quoque lib.* 2. *Feud.* Tum quòd in vindicando prædio feudali Vaſallus domino præfertur. *arg. l.* 2. *l.* 3. *ff. ſi ager vectig.* VVeſenbec. *conſil.* 95. *nu.* 27. Colerus *de proceſſ. execut. part.* 2. *c.* 1. *nu.* 132. Sed vide omninò Ioach. Mynſ. *cent.* 6. *obſerv.* 99. Stephani *de Iurisdict. lib.* 1. *cap.* 38. *nu.* 2. & 3. Bachov. *in not. ad Treutler. Vol.* 1. *diſp.* 3 *theſ.* 6. *lit. F. in fin.* Ego *de Iurisdict. cap.* 8. *num.* 34. & *ſeqq.*

69 Non eſt hoc loco illa omittenda quæſtio: an conceſſa Iurisdictione in aliquo pago, vel oppido, eadem extendatur ad incolas, quibus poſt cōceſſionem pagus adauctus eſt? Id quod affirmamus, ſi conceſſio per verbum, pagus, oppidum, vel univerſitas, facta ſit: [a] niſi certi limites ſint nominati. [b]

[a] Argument. *l.* 2. & *l. ædificia* 139. *ff. de verb. ſign.* Nam ut imminutio populi jus & conditionem univerſitatis non tollit, ita nec ejus incrementum, *l. ſicut municipium* 7. *§. ultim. ff. quod cujusque univerſ. nom. l. proponebatur* 76. *verſ.* & *populum eundem, ff. de judic.* Et novi cives eadem univerſitate continentur. *l. Grege legato* 21. & *l. ſeq. ff. de leg.* 1. *l. cum fundus* 10. *ff. de leg.* 2. Facit huc *c. acceſſorium de reg. jur. in* 6. & doctrina Baldi, *in d. l. cum fundus* 10. *ff. de legat.* 2. [b] argument. *l. in agris limitatis* 16. *ff. de acquir. rerum dom.* Didacus Covarruvias *lib. practic. quæſtion. cap.* 2.

70 Quod attinet præſcriptionem, ſive ordinaria, ſive extraordinaria ſit Iurisdictio, eam longi temporis preſcriptione acquiri arbitramur, ſi fuerit civilis, [a] non Eccleſiaſtica, quæ annorum 40. præſcriptionem deſiderat. [b] Et ſi extraordinariæ jurisdictionis poſſeſſio abſque titulo habeatur, & contra Principem fiat præſcriptio, tantùm requiritur temporis, cuius initii memoria non extat. [c]

[a] *l. viros* 8. *ibi, ex longo tempore,* & ibi DD. *C. de diverſ. offic.* & *apparitor. jud. l. ultim. ibi, quibus id facere vel lege longa conſuetudine permiſſum eſt. C. de emancipat. liber. l. teſtamenta* 18. *C. de teſtament. l. certi juris. C. de jurisd. c. cum contingat, ibi, ex indulgentia vel conſuetudine ſpeciali E. de foro comp. c. dilectis. E. de arbitr.* Hunn. *de Iurisdict. part.* 1. *cap.* 2. *quæſt.* 4. [b] *per c.* 1. *tit. de præſcript. in* 6. *c. de quanta. c. ad aures. c. illud. E. d. t.* [c] *c.* 1. *in f. E. de præſcript. in* 6. *c. ſuper quibusdam, verſ. Præterea.* 2. *de verb. ſign.* Balbus *de præſcript. part.* 2. *princip.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 4. *pag.* 410. Didac. Covarruvias *ad c. poſſeſſor. de reg. jur. in* 6. *part. relect.* 2. *§.* 2. *num.* 8. & *§.* 3. *nu.* 3. Petr. Gregorius Syntag. *l. lib.* 43. *c.* 21. *num.* 30.

71 Vt tamen magiſtratus ſit, non privatus, qui præſcribit, neceſſe putamus. *per l.* 3. *C. de jurisdict.*

72 Acquiſita jurisdictio exercetur in perſonas & res jurisdictioni ſubditas. Clerici judici Eccleſiaſtico, laici laico judici ſuppoſiti ſunt, milites militari judici, [a] Scholaris Rectori. [b]

[a] *l. pen. C. de pact. l. ſi quis.* 7. *ff. de judic. l. magiſteria* 6. *C. de jurisdict. c.* 1. & *tot. tit. E. de foro compet.* [b] *Auth. Habita in f. C. ne filius pro patre.* Vide lat. Hugo. Donell. *lib.* 17. *comment. cap.* 11. & 12. & 20.

73 Ratione quoque domicilii ſubjicitur quis jurisdictioni alicujus: [a] Item ratione contractus, [b] & delicti. [c] Quin etiam reus criminis, ubi deprehenditur, ibi judicem habet. [d]

[a] *l.* 2. *C. de jurisd. l. ult. ubi* Ioh. Sichard. *C. ubi in rem act. c. cum ſit generale. E. de foro comp.* [b] *l. hæres* 19. & *l. ſeq. C. de judic. l.* 2. *C. ubi quis de curial. l. un. C. ubi de poſſ. ag.* vide Donell. *lib.* 17. *comment. c.* 14. & *ſeq.* [c] *l.* 2. *C. ubi de crim. ag. de l.* 3. *ff. de re milit. l.* 1. *C. ubi ſenat. l. cum aliquid.*

iſd. 8. *l. univerſi* 9. & *l.ſeq.C.ubi cauſ.fiſcal.* vide Donell. *lib.*17.*c.*16. [d] *l.*1.*C.ubi de crim.* *.ubi quis de Curial.* Diſſ. Accurſ. & Bart. *per l.in crim.*5.*C.de juriſd.* & *d.l.*2.*C.ubi de crim.* *port.*

Etſi verò privatorum conſenſus judicem non faciat eum, qui nulli præ- 74
ndicio, [a] attamen juriſdictionem alicujus prorogare poteſt, tam tacitè, uàm expreſsè; [c] modò cauſa talis ſit, quam judex ille vi juriſdictionis er ſuæ juriſdictioni ſuppoſitos tractare poteſt. [d]

*l.*3. *C. de juriſd.* [b] Tacitè prorogatur alicujus juriſdictio, cum quis patitur coram judice mpetente ſe conveniri, argum. *l. ſi per errorem* 15. *ff. de juriſd.* Diſſentit Zaſius *ibid.num.* aut reconvenitur in alieno foro. *l. ſi idem.* 11. §. 1. *ff. de juriſd.* Vide Donell. *lib.* 17. *com-* *.cap.* 18. *pag.* 81. *limit.* 10. & *ſeqq.* [c] *l. eſt receptum.* 14. *ff. de juriſd. l.* 1. *ff. de judic.* [d] *per* *in c. ſi quis, tit. de præbend. in* 6. *l. ſolemus.* 63. *in f. ff. de judic.* Zaſius *ad l. ſi per errorem* 15. 5. & 7. *ff. de juriſd.* facit *l.* 1. *ff. de poſtul.* Vide Sichard. *ad l.*1. *num.*12. *C. de juriſdict.* Vide que Donell. *lib.* 17. *comment. cap.* 10. de juriſdictionis prorogatione vide tract. meum *de* *d. cap.* 7.

i tamen convenerit, ut non competens judex de cauſa cognoſceret, & 75
nunciaret, & priusquam adiretur, mutata voluntas fuerit, procul du- nemo compelletur, ejusmodi conventioni ſtare. [a] Et ſi alius Iudex per rem pro alio fuerit aditus, nihil valebit, quod actum eſt. [b]

l. ſi convenerit 18. *ff. de juriſd.* [b] *d.l. ſi errorem* 15. *ff. d. tit.*

Quod attinet res, in quas exercetur juriſdictio, in his certè ſpectamus, 76
locum, ubi res litigioſa eſt ſita; quippe cum ibi competens forum & ju- um detur: [a] tum qualitatem earum; nam res Eccleſiaſticæ ad Iudicem leſiaſticum pertinent [b] cauſæ feudales ad dominum, ſi inter Vaſallos, ares Curiæ, ſi inter dominum & Vaſallum lis ſit: [c] tum etiam quanti- m quæ petitur, cum judex ſummam juriſdictionis conceſſione defini- excedere non poſſit. [d]

*l.*1. *l. ult. C. ubi in rem act. l. quod legatur* 38. *ff. de judic. c.* 3. *E. de foro compet.* Vide Do- *lib.* 17. *comment. cap.* 17. & *ſeq.* [b] *c. ſi clericus,* & *ce. ſeqq. c. licet. E. d. tit.* [c] *tit.* 55. *in fin. lib.* Andr. Geil. *lib.* 1. *obſerv. pract. obſ.* 1. *num.* 54. [d] *l. ſi idem* 11. *ff. de juriſd.* §. *ſed hæc jure. Inſt.* *til. tutor.*

xtra ſuum territorium judex ſi juriſdictionem exercere velit, ei impu- 77
on paretur. [a] Par quoq; in parem nullam habet poteſtatem, nec etiam perioremi: omnesq; magiſtratus ſuperioribus obedire, æquales obſer- e, imperare verò inferioribus tantum debent. [b]

l. ultim. ubi Zaſ. *ff. de juriſd.* [b] *d.l. ultim. in f. d. tit. l.* 3. §. *fin. l.* 4. *ff. de recept. l. judicium* *de judic. l. major.* 18. *ff. de muneribus. c. cum non liceat,* & *c. cum ex off. E. de præſcript. l.* 14. *ff. de manumiſſ. l.* 1. §. *ſi quis. ff. de appell.* Bodin. *lib.*3. *de Republ. c.*4.

Reſtat quomodo amittatur, & finiatur juriſdictio. Propria juriſdictio 78
ie amittitur non utendo; ut ſi ab alio interverſa alicuius magiſtratus rit quaſi poſſeſſio juriſdictionis, atq; alius ille uſum iuriſdictionis alie- egitimo tempore firmaverit. [a] Amittitur item nimia in ſubditos aſpe- te. [b] Mandata iuriſdictio finitur eius, cui mandata eſt; ut & mandantis te, re adhuc integra; [c] tum etiam revocatione. [d]

argum. l. alienationis 28. §. 1. *ff. de verb. ſign. l. ſequitur* 4. §. *ſi vicum. ff. de uſurpat.* & *uſu-* *cap.*

cap. c. ex tranſmiſſa, & *ibi gloſſ. c. ex errore E. de for. compet.* gloſs. *in c. literis. E. de off. deleg. c. cum perſona. t. de præbd. in* 6. Longovall. *ad l.* 3. *in f. ff. de juriſd.* VVeſenb. *in parat. ff. tit. de juriſd. num.* 14. Calvin. *tract. de juriſd. pag.* 622. *nu.* 11. [b] *argum. l. dominorum, Inſt. qui ſui vel alieni juris, l.* 2. & *ibi.* Bald. *ff. eod. tit. l.* 1. *C. de emendat. ſerv.* Mynſing. *cent.* 5. *obſ.* Gail. *lib.* 1. *obſ.* 17. *nu.* 2. [c] *c. pen. E. de off. deleg. l.* & *quia* 6. ubi Goveanus, *ff. hoc tit. de juriſd.* Donell. *lib.* 17. *comment. c.* 9. *in fin.* [d] arg. *l. ſolet* 6. *§.* 1. *ff. de off. proconſ.* & *facit. §. rectè. Inſt. de mandat.* Donell. *d. c.* 9. *in fin.* VVeſenb. *in parat. ff. de juriſd. num.* 13. vide Gœddeum *ad c.* 1. *nu.* 58. *E. de ſequeſtr. poſſeſſ.*

79 Proconſulis tamen morte non amittebat ejus Legatus jurisdictionem mandatam: [a] nec poterat legato ſuo Proconſul inconſulto Principe jurisdictionem adimere. [b] Dati verò judicis poteſtas judicandi non ſolvitur morte ejus, qui dedit: [c] quavis revocatione ſolvatur. [d]

[a] Cujacius *in lib.* 2. *Pauli ad edict. pag.* 21. *in f.* & 22. *in princip.* & *ad dict. l. etiam* 6. *ff. de juriſdict.* [b] *d. l. ſolet.* 6. *§.* 1. *ff. de off. Proconſ.* [c] *l. venditor* 49. *§.* 1. *ff. de jud.* Cujac. *ad d. l. etiam* 6. *ff. de juriſd.* [d] *l. judicium* 58. *ff. de jud.*

CLASS. V. DISPUTATIO XI.

DE REGALIBUS.

THESIS I.

REGALIA ſunt Iura Imperatoris Romani propria, in ſignum ſupremæ eminentiæ, pro præmio laborum, quos in gubernando imperio ſuſtinet, tributa. [a] Ita dicta, quòd principem Romanum, ſive Imperatorem, cui competunt, Iura noſtra Regem appellant. [b] Maximilianus II. Imp. vocat Keyſerliche ſondere Hoheit vnd Reſervaten. [c]

[a] *Per tit.* 14. *in princ. lib.* 1. *feudor. conſtit. Friderici Imp. de pace conſtantiæ, §. volumus ut regalia, ibi. Ea qua ſpecialiter ad noſtram excellentiam ſpectant,* Reichs Abſchied zu Regenſpurg *de Anno* 1576. *§.* Dardurch dann. *Feudiſtæ ad tit.* 56. *quæ ſint. regal.* Hodie regalia contineri dicuntur ſub nomine Landtfürſtlicher Obrigkeit / Rutger. Ruland. *de commiſſ. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 14. Obrecht. *diſputat. de juriſdict. theſi* 69. & Matthias Stephani *tract. de juriſdict. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 20. Vide *diſput. præcedentem. theſ.* 68. Diſſentit VVar. ab Erenb. *cap.* 2. *verſ. num:* 21. [b] *Tit.* 26. *in princip. verſ. ſi verò ad Regem lib.* 1. *feud. tit.* 54. *lib.* 2. *feud. §. ſed quod principi. Inſtit. de jure nat. gent.* & *civili, l. ultim. C. de legib. l.* 3. *C. de quadrien. præſcript. C. inter dilectos. §. ſed contra. extr. de fid. inſtrum.* & *c. ſolitæ. extr. de major.* & *obed.* vide tr. *meum de Regalibus cap.* 1. Reg. Sixtin. *Tractat. de Regalib.* Dominum Obrecht. *comment. de Regalib.* & *ex eo petitam de regalib. diſputat. Domini Caroli Iorger, liberi Baronis* &c. & *diſputationes* 12. Ioan. Cammanni *de regalib.* Dn. D. Beſold. *vol.* 1. *conſil.* 3. *per tot.* Matth. VVeſenb. *vol.* 1. *conſil.* 45. [c] *dicto receſſu Imperij. §.* Dardurch dann.

2 Vulgò [a] dividuntur regalia in majora, [b] & minora. Nos alia dicimus eſſe Imperatoriæ Majeſtatis, [c] alia fiſci. [d] Illa perſonalia, hæc fiſcalia non ineptè appellantur, [e]

[a] Dd. *ad d. tit.* 56. *quæ ſint regal.* Iohan. Borcholt *in explicat. d. tit. cap.* 1. *num.* 3. Vult. *de feud. lib.* 1. *cap. num.* 7. [b] Hæc quidam potiora, quidam merè regalia vocant. vide Zaſ. *conſil.* 16. *num.* 64. *part.* 2. [d] Majeſtas Imperatoria, cujus mentio fit in *præfat. ad Inſtit. in princ.* & *alibi ſæpè*, nihil aliud eſt, quàm ſupremum decus, amplitudo, autoritas & dignitas Impera-

toris

tis Romani: ut ex Cic. *de inVent. ad Herenn. 2. de orat.* alijsque autoribus evincitur, & do- Cont. *ad l. 1. ff. ad leg. Iul. Majeſt.* & Cujac. *ad d. tit. 56. lib. 2. feud.* [d] vide tract. *meum de galib. cap. 2. num. 3. 4. & 6.* [e] *dict. cap. 2. num. 4.* Camman. *quidem diſput. de regalib. 2. eſ. 58. & ſeq.* hanc novam meam diſtributionem verbis potius, quam re à communi In- pp. diviſione putat diſtare; verum ipſi cogitandum fuiſſet, quod verba rebus conſonare de- ant, teſte *Imp.*

Regalia Imperatoriæ Majeſtatis ſunt, quæ ad principis Romani ſupre- 3
um decus, & autoritatem, ſine pecuniario commodo, pertinent: veluti oteſtas diſponendi ex verbo Dei de vera Chriſtiana Religione colenda,[a] em jus creandi Principes, Comites, Barones, Nobiles; [b] conferendi feu- im Ducatus, Comitatus, Marchionatus, [c] creandi Magiſtratum ad Iuſti- am expediendam; [d] univerſales condendi leges; [e] Academias conſtituen- , & privilegijs ornandi: [f] jus creandi tabelliones, [g] legitimandi ſpurios, [h] ſtituendi famæ.[i]

[a] Uti arguunt die Reichs Abſchied zu Augſpurg/ *de Anno* 1548. & *de Anno* 1555. & alij plu- Receſſus Imperij. Vide etiam Camman. *de Regalib. diſput.* 2. ubi pulchrè de hoc argumen- differit. [b] *per l. ſacrilegij 5.* ubi Bart. & alij *C. de diVerſ. reſcript. l. ult. §. Viros autem illu- es & ibi*, Paul. Caſtrenſ. *C. ubi Senat. Vel Clariſſ. l. un. C. de his quæ à principe Vacat. ac- er. lib. 10. l. pen. in princ. & §. 1.* ubi Alberic. *ff. de Decurion.* Tiraquell. *Tract. de nobilit. . 6.* Carol. Tapia *in comment. ad Rub. Pandect. de conſtit. princip. cap. 4. num* 112. *& ſeqq.* de Tractat. meum *de Regal. cap. 2. num. 7. & ſeqq. uſque ad num. 57.* ubi variæ explicantur æſtiones huc pertinentes, [c] *per text. in tit. 14. in princ.* ubi Frider. Schenck. Baro *num.* 12. *1. Feud. & tit. 10. in princ. lib. 2. Feud.* [d] *dict. tit. 56. & tit. 13. §. homicidium quoque Verſ. Iudi- Verò, lib. 2. feud. l. un. in princ. ff. de leg. Iul. ambit. l. quidam 57. in fin. ff. de r. judic. & l. ult. princ. C. ad l. Iul. repetundarum.* vide Tractat. meum *dict. cap. 2. num. 57. & ſeqq.* [e] *l. ultima . C. de legib. §. ſed & quod Principi Inſtit. de jur. nat. gent. & civili.* [f] Sonsbec. *in comment. uſus feud. part. 8. num. 19.* Zaſ. *in epit. feud. part. 5. num. 14.* Vult. *lib. 1. feud. cap. 5. num. 5. &* m. Obrecht. *diſp. feudali 5. theſ.* 184. vide Camman. *dict. diſput. 2. theſ. 39. & ſeqq.* [g] Inno- t. *ad c. cum Tabellio 15. num. 2. extra de fid. inſtrum.* Iacobin. de S. Georg. *tract. de feud. in nc. Verſ. dubitatur etiam num.* 3. Sonsbec. *dict. part. 8. num.* 19. Iohan. Borcholt. *ad tit. qua t regal. nu.* 4. Dominus Obrecht. *dict. theſi* 148. [h] *NoVell. 74. cap. 2. & NoVell. 89. cap. 9.* Bor- olt. *dict. nu. 4. &* Obrecht. *dict. theſi 184. l. 4. in fin. ff. de pœnis. l. 1. §. De qua 10. ff. de poſtul. & C. de ſentent. poſſ.* [i] *dict. NoVell. 89. cap. 9.* Boſſ. *tit. de princip. & ejus privileg. nu. 180. & ſeqq.* obin. de S. Georg. *in Verb. Princeps pedemontium Verſ. ſed an Princeps, nu.* 14. Iohan. Ferrar. ontan. *de feud. lib. 5. cap. 7. Verſ. Regalia,* Decian. *reſponſ. 91. num. 2. Vol. 1.* De hiſce poſtremis mplis ſex vide Tractat. *meum de Regalib. cap. 2. num. 67. & ſeqq. uſque ad num. 130. adde m.* 161.

Sub hanc ſpeciem regalium referimus quoque poteſtatem tribuendi 4
oleſcentibus veniam ætatis, id eſt, jus legitimæ ætatis, & rerum admini- ationem.

Tot tit. C. de his qui Ven. ætat. impetrar. vide omnino Tractat. meum *de Regal. cap. 2. num. . & ſeqq.* Vide etiam Dn. D. Beſold. *part. 1. delibat. fol. mihi. 37.* Stephani *in Iuriſdict. lib. 2. t. 1. cap. 1. membr. 2. nu. 137. pag. m. 56.*

Illis autem veniam ætatis Clementia principalis impertiri poteſt, qui vi- 5
ſimi anni metas impleverunt, ſi mares ſint, vel ſi fœminæ fuerint, quæ de- num octavum egreſſæ ſunt annum. Præter hunc annorum numerum, i ſcriptura probari debet, edocere quoque adoleſcentes jubentur ido-

neis teſtibus morum ſuorum honeſtatem, probitatem animi, & mentis ſolertiam.

l.2. C. dict.tit. Stephani & Beſold.*dict.loc.*

6 Adjicimus quoque his regalibus jus abſolvendi aliquem à juramento ad effectum agendi.

*per l. ult.in princ. D.ad municip. l. adigere 6. §. ult. D. de jur. patronat. & text. in ordinat. Camm. Imper.part.2. tit.*24. Borcholt.*ad Tit. quæ ſint regal. num.*4. Henr. à Roſenthal. *in Synopſi jur.feud.cap.*5. *concl.*3. Vult.*de feud.lib.*1.*cap.*5.*n.*7. vide Tractat. meum *de Regalib.cap.*2. *num.*135.

7 Hæc poteſtas abſolvendi à juramento Cameræ etiam Imperiali competit.

*dict.ordinat.Cam.Imp. part.*2.*tit.*24.

8 Addimus etiam his regalibus jus præſtandi autoritatem illis, qui per arrogationem ſibi liberos adoptant.

§.Imperatoris Inſt.de adopt.l.2.D.eod.l. arrogationes 6.C.dict.tit.

9 In horum regalium numero ſunt etiam ARMANNIÆ: [a] quæ ſunt jus habendi fabricas armorum bellicorum, & ARMAMENTARIA PVBLICA: [b] quod jus ſibi tantum Imperator vindicat.[c]

[a] *dict.tit.* 56. *in princ.lib.2.feud.* ubi hanc lectionem probant Cujac. & Hotom. [b] alij aliter hanc vocem interpretantur, ut oſtendit Borcholt.*dict.loc.num.*21. Roſenth. *in ſynopſi jur.feud. cap.*5. *concluſ.* 19. *& Tract. feud. c.*5.*concluſ.*19. Vulteius *de feud.cap.*3.*nu.*7.*lib.*1. Hanc autem probant explicationem Cujac. & Hotom. ibid. tum etiam Ioh. Borch. *num.* 21, ea veriſſima videtur. [c] *Novell.* 85.*de armis.*

10 Hinc etiam uſus armorum his regalibus connumeratur; ſiquidem inſcio & inconſulto Imperatore nemo regulariter movere arma, id eſt, armis uti poſſit.

l.un. ubi Cujac. *C. ut armorum uſus inſcio principe interdict. ſit Lib.XI.* Quibus autem permiſſus ſit armorum uſus, expoſitum eſt in *diſput.XIII. Claſs.*4.

11 Hinc etiam his regalibus accenſemus poteſtatem indicendi bellum, cum ea ſoli Imperatori competat.

l.3.verſ. eadem lege D. ad leg. Iul. Majeſt. vide Tractat. meum *de jure belli, & duelli, lib.* 1. *cap.* 5.

12 In his regalibus ſunt quoq; viæ publicæ: [a] quatenus ſcilicet Imperatori jus eſt cogendi cives Romanos, magiſtratus maximè provinciæ & territorij cujusque, ut vias publicas tum muniant, [b] tum etiam tutas reddant.[c]

[a] *dict.tit.50.in princ.lib.2.feud.l.4. C. de privileg. domus Auguſtæ lib.* 11. *& l.2. §. viarum quadam* 22. *D.ne quid in loco publico* [b] *d.l.4.Cod. de privil. dom. Auguſt.lib.*11. Hotom. *ad dict. tit.*56. *in verb. via publica lib.2.feud.* [c] *per l.1. §. ſumma, ibi, publicè intereſt, ſine metu & periculo per itinera commeari, ff. de his qui effud. vel dejec. l.4. in fin. l. congruit* 13. *in princ. ff. de offic. præſid. l.1. §. quies* 12. *ff. de off. præfect. urbi, l.2. §. & omnes* 4. *& §. & unumquemque* 9. *Cod. de offic. præfect. prætor. Afric.*

13 Quòd ſi iter facientes deprædentur publicis in vijs, dominus territorij rapinam, & damnum illud reſarcire tenetur: [a] Si eo nomine pedagia exigat, aut ſalvum conductum præſtare rogatus ab illis fuerit.[b]

[a] Mynſing. *cent.5.obſervat.*70. *&* Andr. Gail. *lib.2.obſervat.pract.obſerv.*64. [b] Reichs Abſchied / *de Anno* 1559. *part.* 2. *pag.* 219. De hac, & pluribus alijs hujus loci quæſtionibus vide

Tractat

ſtat. meum *de regalibus cap.* 2. *num.* 114. *& ſeqq. usque ad num.* 161. *excluſivè.* adde Cœ-
, *deciſ.* 37. Vivium. *deciſ.* 190. *Baptiſt. Caſar. in conſil. Illuſtr. conſil.* 75. *part.* 3.

Adponuntur quoque his regalibus flumina navigabilia, & ex quibus 14
nt navigabilia; ᵃ ſcilicet quo ad jus cogendi, ut ripæ fluminis munian-
, alvei purgentur, moles, quæ navigationem impediunt, tollantur, vel
ivi & amnes in unum alveum fluminis, quod navigationi non ſufficit,
ducantur. ᵇ

dict. tit. 56. *lib.* 2. *feud.* Cravett. *conſil.* 530. Hieron. Treutler. *conſil.* 106. ᵇ Cura enim horum minum ad Imperat. pertinet, *l.* 2. *ff. de fluminib.* Anton. Peregrin. *de jur. fiſci. lib.* 8. *nu.* 44. *ſeqq.* De hoc exemplo varia ſunt aliorum judicia, de quib. Tractat. meo *de Regalib. cap.* 2. *n.* 163. *& ſeq.* ubi etiam variæ explicantur quæſtiones de fluminibus & molendinis. Vide que Cammanum *diſputat. de Reg.* 7. *Theſ.* 16. *& ſeqq.* adde Hering. *in tract. hac de materia ulari & abſoluto.*

Errore capi exiſtimamus illos, qui hæc flumina hodie proprietate Impe- 15
oris eſſe exiſtimant.

It ſunt Angel. *ad l. fluminum* 24. *num.* 1. *ff. de dam. infect.* Iacob. de S. Georg. Tract. *de d. in verb. fluminibus, pag.* 35. *fac.* 2. *num.* 1. *&* 2. & Cœpolla *tract. de ſervit. ruſt. prad.* 31. *a fluminibus, num.* 4. Sed errore ducuntur: quippe cum jus vetus de proprietate minum nominatim non corrigatur, per text. *in dict. tit.* 56. *lib.* 2. *feud.* proindeque incor-um manſiſſe putandum erit, per text. *in l. perſpicimus.* 32. *in fin. C. d. appell. & in c.* 1. *in tit. de conſtit. in* 6.

In ſocietatem horum regalium admittimus etiam vectigalia, ᵃ quò ad 16
teſtatem tribuendi alicui jus exigendi vectigal; quod ſolus Imperator
ncedere poteſt. ᵇ

dict. tit. 56. *qua ſint regalia.* ᵇ *l. Vectigalia* 10. *D. de publican. & tot. tit. C. Vectigalia nova ſtitui non poſſe.* De hoc vectigali, & varijs quæſtionibus huc quæ ſpectant, vide Tractatum um *de Regalibus cap.* 2. *num.* 183. *& ſeqq. usque ad num.* 222. Cœpen. *deciſ.* 5. Arumæus. *tom. iſcurſ.* 20. Bulenger *de Vectigal. popul. Roman.* Heig. *lib.* 1. *quaſt.* 17.

Ius item augendi vectigalia his regalibus rectè adponitur. 17

l. 4. *Cod. dict. tit. & d. l. Vectigalia* 10. *ibi, nec pracedentia reformare, ff. de public. & Ve-al.*

Hodie ſi quis velit nova inſtituere vectigalia præter Imperatoris autori- 18
em, principum quoque Electorum conſenſus requiritur.

Reichs Abſchied zu Regenſpurg *de Anno* 76. § Weiters ſeind wir auch / *& duob. §§. ſeqq.* etra. *conſil.* 3. Mynſing. *cent.* 5. *obſerv.* 29. *&* 31. *num.* 3.

Connumerantur etiam his regalibus monetæ ᵃ id eſt, jus habendi fabri- 19
s monetarias, & cudendi monetas; quippe cùm hoc jus ſoli Imperatori
mpetat, & his, quibus Cæſarea Majeſtas illud conceſſit.

l. pen. & l. ult. C. de falſa moneta. Vide Tractat. meum de Regalib. *cap.* 2. *nu.* 222. *& ſeqq.* Tract. de crimine *injuſta & falſa moneta.* Vide etiam Dn. D. Beſold. *in tract. de jurib. Ma-at. fol.* 200. *num.* 5. *& in tract. de ærar. cap.* 6.

Adjungimus etiam his regalibus Palatia; ᵃ quæ ſunt ædes in Imperato- 20
uſum comparatæ, & ab omni privatorum uſu, & communi habitatione
ceptæ. ᵇ

d. tit. Qua ſint Regal. ubi Hotoman. pro palatia legendum putat placita, vel placia, quo

 utro-

utroque nomine ſignificari autumat jus nundinarium, ſive forum. [b] *l. nulli judicium* 14. *C. de offic. Rect. provinc. l. quicunque* 17. *C. de oper. publ. & l. un. C. de palatijs & domibus dominicis lib. XI.* Ejusmodi ſortè ædes eſſe deberent, ubi conventus procerum Imperij fiunt, die Reichs Verſamblung. Vide Tract. Meum de *regal. cap.* 2. *nu.* 162. & Camman. *diſput. de regalib.* 7. *theſ.* 125. & *ſeqq.* ubi meminit illorum, qui hoc regale minoribus connumerant regalibus.

21 Sequuntur regalia fiſci, quæ pecuniarium quoddam fiſco Imperatoris commodum adferunt. In horum numero eſt (ut quidam volunt) vectigal, quod nautæ per publica tranſeuntes flumina pendunt. [b]

[a] De his regalibus & eorum exemplis, vide Tractat. meum *de Regalib. cap.* 3. ubi variæ & elegantes circa ipſa regalium exempla quæſtiones de fluminibus explicantur. [b] Hoc regale ſignificari per flumina publica in dict. *tit. quæ ſint regal.* autumat Radevicus quidam à Cujac. *d. loc. citatus.*

22 In his quoque regalibus eſt portus, [a] ratione vectigalis, quod ex navium ſtatione fiſco Imperatoris ſolvitur. [b]

[a] *d. tit. quæ ſint regal.* [b] *leg. inter publica* 17. *§. publica, ibi, quale eſt vectigal portus ff. de verb. ſignif.* Alvarot & communiter Dd. *ad tit.* 56. *Quæ ſint regal.* Roderic. Suarius *in conſil. ſive de uſu maris num.* 11. quod eſt additum Benevenuti Strachea tractat. *de mercatura, & adjecto.*

23 Non deſunt, qui portum in Conſtitut. Friderici interpretantur de vectigali, quod pro tranſitu per pontem ſolvitur; [a] ſed malè, [b] noſtro animo.

[a] Roſenthal. *in ſynopſi Iur. cap.* 5 *concl.* 33. & Dn. Vult. *lib.* 1. *de feud. cap.* 5. *num.* 7. [b] Tum quia proprietas vocis portus hanc interpretationem non patitur: tum quia vectigal, quod tranſeuntes per pontem, aut publicam viam ſolvunt, propriè pedagium appellatur *c. Innovamus. extra de cenſib. c. ſuper quibusdam §. præterea, ubi gl. extra verb. ſign. c. quanquam tit. de cenſib. in* 6. Vectigal autem, quod pro mercibus importandis & exportandis, earumque vehiculo in itinere vel tranſitu pontis ſolvitur, portorium vocatur, *l. cum in plures* 60. *§. penult. ff. locati l. in lege* 203. *ff. de verb. ſig. l.* 3. *C. de vectig. & comm.*

24 Regalibus fiſci ripatica quoque connumerantur, [a] quæ ſunt vectigal, quod ratione riparum præſtatur; [b] ut quod pro tranſitu riparum penditur, [c] veluti quod ſolvunt tranſeuntes cum navi portum alicujus fluminis, de una ripa ad aliam. [d]

[a] *dict. tit.* 56. *quæ ſint regal.* [b] Iohan. Borcholt. *ad eundem tit. num.* 42. [c] Roſenthal. *in Synopſi Iur. feud. cap.* 5. *concluſ.* 34. & Vult. *lib.* 1. *de feud. cap.* 5. *num.* 8. [d] Alvarot. *ad dict. tit. Quæ ſint regal. num.* 2.

25 In his quoq; regalibus ſunt multarum pœnarumq; compendia. [a] Multa eſt pœna pecuniaria, qua Iudex, cui Iudicatio data eſt, in aliquem, ob ejus peccatum ſuo arbitrio extra ordinem animadvertit. Pœna verò eſt coercitio vel corporalis, vel pecuniaria lege definita. [b]

[a] *d. tit. quæ ſint regal.* [b] *l. aliud* 131. *& inter multam, & l. ſi qua pœna* 244. *ff. de verb. ſign. l.* 2. *§.* 1. *ff. ſi quis in jus vocat. non ierit.*

26 A multa igitur provocatio eſt; à pœna provocatio non eſt. [a]

d. l. aliud. §. inter. verſ. & multam quidem & d. l. ſi qua pœna §. & hoc quoque ff. de verb. ſignif. Mulcta quomodo à pœna differat Vide Paul. Chriſtinæ: *deciſ. Belgic. vol.* 2, *deciſ.* 86.

27 Adduntur etiam his regalibus bona vacantia, [a] ut ſunt, quæ defunctus inteſtatus ſine herede legitimo, puta agnato, cognato, vel conjuge mortuus reliquit, [b] Eadem quoque caducaria appellantur bona. [c]

dict.

[a] dict. tit. quæ ſint regal. [b] *l.1. l.4. Cod. de bon. vacant. libr. 10. l. pen. verſ. Inteſtatorum verò, l. de præpoſ. ſacri cubiculi lib. 12.* [c] *Vlpian. lib. Inſtit. Tit. 28. verſ. inteſtati.*

Numerantur quoque in his regalibus bona, quæ per leges indignis aufe- 28
ntur; [a] ut ſunt bona hereditaria, quibus ſucceſſor indignus eſt, eò quod l prohibuit defunctum condere teſtamentum, [b] vel prohibuit eum mu- re teſtamentum, in quo heres eſt ſcriptus, vel ad ſui inſtitutionem defun- um coegit, [c] vel defuncti necem inultam omiſit, [d] vel per calumniam de- ncti teſtamentum falſum dixit, in quo ex parte tantum heres ſcriptus eſt, vel quod defuncti codicillis declaratus eſt non mereri ejus hereditatem, [f] l defunctum, cum ille adhuc ſuperſtes infirmus eſſet, non curavit, ſed per lpam neglexit, puta medicum ei non adhibuit. [g]

[a] d. tit. quæ ſint regal. [b] *l.2. C. ſi quis aliq. teſtari prohib. l.1. ff. d. tit.* [c] *l.1. C. eod. tit.* [d] *l.1. l. ſi ideò & l. ſororem 10. C. de his quib. ut indig.* [e] *l.2. C. d. tit. l. alia cauſa, eod. tit.* [f] *l.4. C. d. tit.* [g] *l.3. d. tit.*

Quod ſi non hereditaria ſunt bona, licet ijs quiſpiam ſit indignus, non 29
men ad fiſcum, ſed ad alium pertinent. [a] Si enim teſtamentarius Tutor, ii recuſat onus tutelæ, indignus quidem ſit legato, quod ei à pupilli pa- ente relictum eſt; id tamen fiſco non vindicatur, ſed ipſi pupillo relin- uitur: [b]

[a] Id ſignificat Frid. Imp. in d. t. Quæ ſint regal. his verbis: niſi quæ ſpecialiter quibusdam conceduntur. [b] *l. poſt legatum 5. §. amittere, ff. de his quæ ut indign. aufer.*

Si quoque legatarius vel fideicommiſſarius tabulas teſtamenti celave- 30
t; legatum vel fideicommiſſum ei relictum, non fiſco, ſed ſcripto heredi elinquitur.

l. pen. C. de legat. d. l. poſt legatum 5. §. 2. ff. de his, quæ ut indig.

Heres item qui juſſus eſt alij reſtituere hereditatem, ſi non ſponte ſua, ſed 31
Magiſtratu coactus eam reſtituerit, indignus eſt quarta Trebellianica, uæ tamen non fiſco, ſed fideicommiſſario heredi reſtituenda eſt.

l. ſi patroni 55. §. Quid ergo, junct. l. quia poterat 4. l. nam quod 14. §. qui compulſus & l. ita amen 27. §. 2. ff. ad S.C. Trebell.

Adventitia quoque dote indignus eſt maritus, qui ſuam uxorem occidit; 32
a tamen dos non fiſco infertur; ſed heredibus uxoris tribuitur.

l. ſi ab hoſtibus 10. §. 1. ff. ſol. matrim.

Præterea fiſci regalibus adponuntur [a] bona contrahentium inceſtas nu- 33
ptias, [b] ſi neque liberos in primo, ſecundo, vel tertio gradu conſtitutos, ne- que parentes primi vel ſecundi gradus, neque fratrem aut ſororem, aut amitam habeant. [c]

[a] In tit. Quæ ſint regal. [b] Inceſtus quid & quotuplex ſit vide *theſin. 51. diſputat. XII. Claſſis 4.* [c] *Novell. 12. cap. 1. & 2.* ubi Cujac. *l. ſi quis inceſti 6. junct. Auth. Inceſtas nuptias C. de inceſt. nupt.*

Sunt etiam in his regalibus bona damnatorum, & proſcriptorum. [a] Da- 34
mnatos autem dicimus, qui ob crimen aliquod damnati, jure tacito bonorum ſuorum publicationem patiuntur: Proſcriptos eos appellamus damnatos, quorum bona per ſententiam expreſsè publicantur. [b]

 [a] *d. Tit.*

[a] *d. Tit. Quæ ſint regal.* [b] Cujac. *in parat. F. C. tit. de bon. proſcript.*

35 Sed non aliter horum publicantur bona, quàm ſi eorum liberi, & parentes uſque ad tertium gradum deficiant; ſiquidem hi fiſco præferantur.

Novell. 134. *cap. ult. d. tit. Quæ ſint regalia ibi, Secundum quod in novis Conſtitutionibus edicetur.*

36 Sunt etiam in horum regalium ſocietate bona committentium crimen læſæ Majeſtatis. [a] Et ſi perduellionis fuerit crimen, liberis etiam & parentibus auferuntur bona Rei: alioqui ut illi, ſic & hi usque ad tertium gradum fiſco præferuntur. [b]

[a] *d. Tit. Quæ ſint regal.* [b] *Novell.* 134. *Vide in prælectionibus meis publicis ad tit. ff. & C. ad leg. Iul. Majeſt.*

37 Adduntur quoque his regalibus præſtationes Angariarum, perangariarum, plauſtrorum & navium.

d. tit. Quæ ſint regal.

38 Angariæ (uti remur) ſunt munus, ſive onus præſtandi ad publicum curſum veredos, [a] id eſt celeres equos publico curſui, hoc eſt, itineri functionis, publicæ cauſa faciendo deputatos: [b] qui etiam curſuales appellantur equi.

[a] *l. comperimus* 19. *& tot. tit. C. de public. curſu, angar. & perang. lib.* 12. *& l.* 2. *C. de quib. munere. vel præſtat. nemini licèt ſe excuſ. lib.* 10. [b] *l.* 4. *l.* 5. *l. in omnibus* 7. *l. ut agendis* 8. *& l. ſeq. l. his tantummodo* 16. *l. nemo* 20. *C. d. t. C. d. tit. c. d. l. comperimus* 19. *C. eod. tit.* Alij aliter definiunt angarias, vide Roſenth. *cap. V. concluſ.* 72. *& ſeq.* Vult. *lib.* 1. *de feud. cap. nu.* 7. *pag.* 93. *in fin. & pag. ſeq.* Vide Tractat. meum *de Regalib. cap.* 3. *nu.* 235. *& ſeqq.*

39 Perangarias eſſe arbitramur munus ſive onus præſtandi in uſum exercitus publicum paraveredos, quos putamus eſſe equos clitellarios, & agminales, qui in uſum exercitus inſtrumenta, ſarcinas, vel res alias convehunt.

Per l. 2. *d. l. comperimus* 19. *l. ult. C. d. tit. l. maximarum* 12. *C. de excuſ. muner. lib.* 10.

40 Plauſtrorum item, & navium præſtatio ad transvectionem vel armorum, [a] vel ſpecierum [b] pertinet.

[a] *l. ult. C. de fabricenſib. libr.* 11. [b] *l.* 1. *C. de quib. pub. muner. vel præſtat. nemini licet ſe excuſ.*

41 Prædictas præſtationes ad majora quoq; (ut vocant) regalia, referre poſſumus, ſi ſpectes jus tribuendi alicui licentiam utendi veredis, paraveredis, plauſtris & navibus illis: ſiquidem jus illud tribuendi hanc poteſtatem ad ſolum Imperatorem pertineat.

l. judicib. 9. *l. nemo* 20. *C. de curſ. publ. lib.* 12. *l. neminem* 11. *C. de Epiſc. & Cler. d. l.* 2. *C. de quibus muner. vel præſt. nem. lic. ſe excuſ. lib.* 10.

42 Annumeratur his regalibus extraordinaria collatio ad feliciſſimam Regalis numinis expeditionem; [a] id eſt, ad tranſitum exercitus; [b] quam collationem Feudiſtæ interpretantur ſuperindictum, quod eſt augmentum indictionis, [c] quæ aliud nihil eſt, quàm annona & tributum. [d]

[a] *dict. tit. quæ ſint regal.* [b] *l. ſi pendentes* 27. *§. ſi quid ff. de uſufr.* [c] *l.* 3. *C. Theodoſ. de collat. fund. patrim. d. l.* 3. *C. de annonis & tributis lib.* 10. De hoc regali vide quæ ſcripſi *tractat. meo de Regalib. cap.* 3. *num.* 196. *& ſeqq.* Carpzov. *in capitul. cæſar. cap.* 8. *nu.* 12.

43 Non incommodè hoc loco in quæſtionem vocatur, an princeps ob collectas ſtatibus Imperij impoſitas ex ſua Camera, & proprio marſupio ſolvere & præſtare, an verò à ſubditis exigere debeat? Et prius juri conſonum exiſtimamus.

Reichs

Reichs Abſchied zu Speyr/ *de Anno* 1542. §. Es ſollen auch alle Churfürſten/ *mihi pag.*285. *in. C. de priVil. dom. Auguſtæ lib.* 11. Modeſt. Piſt. *conſil.* 9. *nu.* 8. *Frideric. lib.* 2. *de mandat. cap.* .. *nu.* 3. Vide dictum Tractat. *cap.* 3. *num.* 214.

Sed an aliàs Princeps, aliusve Magiſtratus abſque Imperatoris ſingu- 44
ri licentia, ſubditis ſuis collectam imponere poſſit, quæſtio dubia eſt? lacet [a] nobis Dd. communis ſententia exiſtimantium, quod extra caum neceſſitatis,[b] ſine Imperatoris permiſſu collectare ſubditos ſuos nemo oſſit.

[a] *per l. un. C. de ſuperdict. lib.* 10. Doctores qui ita cenſent collegit Borcholt. *ad Tit. Quæ ſint gal. num.* 53. [b] In caſu neceſſitatis liberè abſque Principis licentia imponi collectæ poſſunt, ut guit textus *in l. omnes* 12. ubi Salic. & alij *C. de oper. publ. in l.* 1. *§. quod ſi nemo ff. quod cujusq; niVerſ. nom.* In hanc ſententiam magno cumulavit numero Doctores Ioh. Borch. *ad d. tit. uæ ſint regal. num.* 53. Caſus illos neceſſitatis exponit Petr. Frider. *lib.* 2. *de mandat. cap.* 44. ide tractat. meum *de collectis item de Regalib. cap.* 3. *nu.* 218.

Num autem Princeps etiam pro elocanda ſua filia, ſubditos collectare 45
ueat; elegans eſt quæſtio? Affirmativæ ſententiæ ſubſcribimus, ſi id vel onſuetudo, vel pactum patiatur, vel neceſſitas poſtulet ob Principis fortè ennitatem.

Mynſing. *cent.* 5. *obſerV.* 21. *Ego de regalib. cap.* 3. *num.* 161. *& ſeqq.* Iohan. Cœpen. *deciſ.* 32. etr. Frider. *lib.* 2. *de mandat. cap.* 44. *num.* 5. An autem idem jus in naturali filia & ſorore obneat, explicat ibidem Frider. *num.* 6. Ego *dict. tract. cap.* 6. *nu.* 64.

Eſt & illa controverſa quæſtio, an forenſes collectari poſſint de bonis ſi- 46
e rebus ſitis in territorio collectantis? Id quod affirmamus, ſi collecta præipuè ipſis poſſeſſionibus imponatur. Negamus verò, ſi perſonis imponaur ſubditorum.

Petr. Frid. *d. l.* 2. *de mandat. cap.* 46. *concluſ.* 10. Vide quoque Mynſ. *cent.* 5. *obſ.* 22. Vide Tract. meum *de Regalib. cap.* 3. *nu.* 230. Matth. Stephani *de Iurisdict. lib.* 1. *cap.* 33. *nu.* 51. Dn. D. Beſold. *ecad.* 2. *conſil.* 3. Ego *de collect. cap.* 9. *nu.* 8. *& ſeqq.* Item *de regalib. cap.* 3. *nu.* 230.

Adſcribuntur porrò his regalibus & argentariæ, [a] id eſt, argenti fodinæ: 47
quippe cum ex his, ut & cæteris metalli fodinis Imperatori tributum, reditus, vectigal, præſtandum ſit. [c]

[a] *d. Tit. Quæ ſint regal.* [b] Ita Feudiſtæ communiter interpretantur. Vide Tractat. meum *dict. cap.* 3. *nu.* 151. *& ſeqq. &* Camman. *diſput. de Regalib.* 7. *theſ.* 85. *& ſeqq.* [c] *l. inter publica* 17. *§. . de Verb. ſignif. c. ſuper quibusdam §. præterea ubi gloſſ. extra dict. tit. l.* 2. *l.* 3. *C. d. metallar. & metall. l. ſi quis* 11. *C. de Vectigal.*

Accenſentur his etiam regalibus piſcationum reditus, [a] id eſt, pars prædæ 48
piſcatoriæ, in mari, & fluminibus publicis captæ, pro vectigali ſolvenda. [b]

[a] *d. Tit. Quæ ſint regal.* [b] *argu. d. l. inter public.* 17. *§. ult. ff. de Verb. ſignif.* Roderic. Suarius *in cōſil. de uſu maris. nu.* 11. *&* 12. *&* Hotom. *ad Tit. Quæ ſint. regal. in Verb. piſcationū reditus.* At Cujac. ibidem exiſtimat, quod fiſcus Imperatoris ſibi tantum vindicet jus piſcandi in mari & fluminibus publicis ex uſurpatione, id eſt, præſcriptione, atq; hinc piſcationum reditus ad regalia pertinere affirmat. Vide Tractat meum *de Reg. dict. cap.* 3. *nu.* 140. *& ſeqq.*

Reditus quoque id eſt, vectigal ſalinarum in privatorum fundis reper- 49
tarum regalibus fiſci connumerantur: [a] at ipſæ ſalinæ eorum ſunt proprietate, quorum ſunt fundi, in quibus ſunt inventæ. [b]

[a] *d. tit.* 56. *Quæ ſint regalia, d. l. inter publica §. publica ff. de Verb. ſign. & c. ſuper quibusdam. §. præterea ext. d. tit.* Vide Tractatum meum *de Regalib. cap.* 3. *num.* 175. & Cammani *diſputat. de Re-*

de Regalib. 8. num. 102. & ſeqq. [b] *l. magis 5. §. 1. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cur. ſunt. l. ſi cujus 13. §. inde eſt quæſitum, ff. de uſufr. l. fructus 7. §. ſed ſi cretiſodinæ, & l. ſeq. ff. ſolut. matrim.*

50 Poſtremò Fridericus Imperator fiſci regalibus adponit dimidium theſauri in Cæſaris vel religioſo loco reperti, ut & integrum theſaurum in his locis data opera inventum.

dict. tit. Quæ ſint regal.

51 Per locum autem Cæſaris in Frider. Imp. conſtitutione ſignificari putamus locum fiſcalem: quippe cum Cæſaris locus ſit: qui in Cæſaris privato eſt patrimonio; [a] ut proinde dimidium theſauri, in hoc loco reperti, Cæſar ut privatus alius capiat, [b] non ut Cæſar ex jure regali.

[a] *§. ultim. Inſtit. de uſucap. l. eum ſervus 39. §. ult. ff. de leg. 1. l. 3. C. de quadrien. præſcr.* Hotom. *lib. quæſt. illuſtr. quæſt. 1.* [b] *§. theſauros verſ. at ſi quis & verſ. ſeq. Inſtit. de rer. diviſ.*

52 Sed an accenſeri debeant regalibus merum quoque imperium, & jus venandi, haud ineptum fuerit, hoc loco quærere? Nos utrumque negandum remur.

Merum namque imperium, ut portio jurisdictionis ipſo genere à regalib. differt: Et merum imperium non à Rege, i. Imperatore tantum pendet; ſed & SC. delegatur, *l. 1. in princ. ff. de offic. ejus cui mand. eſt jurisdict.* Quod attinet jus venandi, illud etiam privatis competit *l. item 9. §. aucupiorum & l. uſufructuarium 62. in princ. ff. de uſufr. l. venationem 26. ff. de uſur.* Diſſentit quoad merum imperium Roland, *conſil. 1. & conſ. 42. vol. 2.* Vult. *dict. lib. 1. de feud. cap. 5. num. 7. pag. 96.* In jure venandi diſſentit etiam Pruckman. *de regalib. §. venatio.* An merum Imperium ſoli Imperatori competat diſquirit Dn. D. Beſold. *in tract. de Majeſtat. cap. 5. num. 2.* An rectori Vniverſitatis competat Vide Friſch. *in reſolution. hac de quæſtione ſingulari.*

53 Etſi verò olim regalia iſthæc fiſcalia Romani imperij fiſco plurimum commodabant; ſiquidem ſub Friderico Barbaroſſa auri tonnæ Sexaginta in Germania & Italia quotannis ex civitatibus, portorijs, vectigalibus, telonijs in fiſcum Imperij colligebantur, [a] attamen ut in alijs Reip. Romanæ veteris ſplendor & potentia concidit, ita hic quoque regalium divitijs magna ex parte Imperij fiſcus nunc exutus eſt.

[a] Ioan. Schneid. *ad tit. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. c. ſucceſſ. fiſci. nu. 5.*

54 Cæterùm licet regalia ad principem pertineant Romanum; uſus tamen eorum penes alios quoque eſſe poteſt, vel ex conceſſione Romani Principis, vel ex præſcriptione.

c. ſuper quibusdam §. præterea extr. de verb. ſign. l. 4. C. vectigal. nov. inſtit. non poſſ. Mynſing. *cent. 4. obſerv. 24. cent. 5. obſ. 30.* Conſtitutio Friderici Imp. *de pace conſtantiæ. §. Nos Romanorum & §. volumus.*

55 Nunquid autem Duces, Marchiones, cæterique Principes & Comites orbi Romano qui ſubſunt, ex eo quod de regali ſuo feudo, Ducatu ſcilicet, Marchionatu, Principatu, Comitatu, per Imperatorem inveſtiti ſunt, majora (ut vocant) regalia vindicare ſibi poſſunt? Et licet Dd. [a] ita communiter ſentire videantur: attamen ſententiam contrariam putamus veriorem. [b]

[a] Quos refert & ſequitur Borcholt *ad tit. quæ ſint regal. num. 7. & 8.* [b] per text. *in Conſtit. de pac. Conſtant. §. volumus, ibi, ut regalia, quæ vobis non conceſſimus, & text. in Receſſ. Imp.*

de anno

anno 1576. Dardurch dann. *text. in aur. bulla Caroli IV. tit.* Von Gold/ Silber vnnd dern Ertz/ *text. in c. intellecto, verſ. quia, ibi, cum teneatur jura regni ſui, & honorem coronæ, ...bata ſervare extr. de jurejurando.* Accedit huc, quod conſtitutio *tit.* 56. *Quæ ſint regal.* ...neralis eſt, ut proinde etiam ad Ducatus, Marchionatus, Principatus, Comitatus referenda: ...m hi nominatim excepti non ſint. Adhuc cum majora illa regalia ſint jura perſonæ Impe...oris cohærentia: Ducatus autem Marchionatus, Principatus, Comitatus, res ſint non co...erentes perſonæ; his certè conceſſis, haud dici poteſt & illa eſſe conceſſa; cum toto genere ...fferant. Denique hanc contrariam ſententiam tenent Molin. *ad conſuet. Pariſ. §. 1. gl. 5. nu. &* 53. *pag.* 61. Iacobin. de S. Georg. *tractat. de feud. in verb. Et cum piſcationibus, nu.* 2. tum ...iam Dn. Forſterus *de ſucceſſionibus lib.* 1. *cap.* 34. *nu.* 32. ubi prædictos Principes nec arrogare, ...c legitimare poſſe affirmat. Sed aiunt alii, iſthæc principatus feuda regalia, item principes ...os in ſuis principatibus omnia poſſe, quæ poteſt Imperator in imperio.

Quid verò ſi Dux, Marchio, Comes, cum generali omnium regalium 56
...onceſſione de Ducatu, Marchionatu, Comitatu, inveſtitus fuerit; annè ...majora illa regalia, in ipſo principatu, quo ad ejus ſubditos conceſſa ...enſentur? Dd. quidem generaliter id plerique aſſerunt:[a] at noſtro judicio ...ne juſta ratione.[b]

[a] quos cumulat Roſenthal. *in ſynopſ. jur. feud. cap. 5. concluſ.* 9. [b] Sunt enim quædam ex ...is regalibus, quæ abſurdè iſthac generali conceſſione tradita dixeris: veluti creare principes, ...onferre feudum Ducatus, Comitatus, Marchionatus indicere bellum, &c. Quin etiam hæc ...ajora, ut vocant, regalia, generaliter alienari prohibita videntur per text. *in dict. cap. intel...cto, ibi, in præjudicium regni ſui, & præter Regis honorem, item ibi, quia cum teneatur jura ...egni ſui, & honorem coronæ illibata ſervare, extr. de jurejurand.* Confert quoque huc, quod ...n generali conceſſione non veniunt ea; quæ ſpecialiter concedi ſolent, *cap. in generali, ...itul. de regul. jur. in 6. argument. l. quæro 39. ff. de action. empt. l. obligatione 6. ff. de pi...nor.* Accedit & illud quod non ſufficit generaliter fieri ea, quæ ſpecialiter fieri jure noſtro ...ræcipiuntur *l. 4. §. quæſitum eſt, ff. ſi quis caution. l. 1. §. inter filium, 8. l. Divus 15. §. 1. ff. ad ...ege Corn. de falſ. l. ſi quandò 35. §. 2. C. de inoff. teſt.* Denique & huc facit autoritas Barth. Ca...merarii & aliorum quos allegat in repetit. *l. imperialem tit. de prohib. feud. alien. pag. 568. in ...in. & ſeq. & pag.* 641. Priori loco, quædam, ait, regalia ſunt, quæ cohærent oſſibus Princi...pis, & concedi non ſolent: ut cudere monetam, & ſimilia, *pag. ſeq.* Tria, ait, facienda ſunt ca...pita; primum de regalibus, quæ non poſſunt, nec ſolent quandoque concedi, & in iſtis ſu...mus concordes, ut non veniant. Alterum, quando aliqua ſunt regalia, quæ tamen concedi ſolent, & ſubſunt rei conceſſæ, ut exigere gabellam in Comitatu, & conceſſo Comitatu, illa ve...niunt. Tertium verò, quando hæc regalia non ſubſunt comitatui; ut eſt inveſtire aliquem de feudo quaternato ſecundum quid, & hoc, modo veniret, *d. pag.* 641. Regalia, ait, dividuntur ſub duplici ſpecie, quia quædam cohærent oſſibus Regis, ita ut ab eo evelli non poſſint, ut puta leges condere, cudere monetam, Notarios creare, & cognoſcere de crimine læſæ Majeſta...tis; quæ etſi Rex vellet à ſe abdicare, nequiret, & hæc in generali conceſſione non veniunt.

Et inepta nobis videtur Dd.[a] diſſimilis illa comparatio, quâ volunt, 57
quòd ſi regalia ab Imperatore generaliter concedantur, per generalem illam conceſſionem, majora regalia conceſſa dicantur Ducibus quidem, Marchionibus, Comitibus non autem aliis. Quæ hujus quæſo diverſitatis eſt ratio? nunquid quod illorum feuda ſunt regalia, quòd item in ſuis principatibus omnia poſſunt, quæ Imperator in imperio? Neutra certè ratio firmat hoc pronunciatum. Quæ cauſa eſt, cur non his majora videantur tributa regalia, eandem quoque in illis militare dicimus.

[a] quos referunt & ſequuntur Borcholt. *ad tit. Quæ ſint regal. nu.* 9. & Schonerus *lib.* 1. *diſput. feud.* 4. *theſ.* 9.

58 Quod attinet regalia fiſci, hæc ſunt, quæ concedere Imperator aliis poteſt,[a] modò non magnum Imperii præjudicium contineat ea conceſſio.[b]

[a] *d.c. ſuper quibuſdam. §. prætereà ext. de V.S. l.3. C. Vectigal. nov. Inſtit. non poſſ. l. ſi Curator. 5. ff. de jur. fiſc. text. in aur. bulla Caroli IV. tit.* Von Gold/Silber vñ ander Ertz/ *& receſſ. Imp. de anno* 1548. *mihi pag.* 10. §. Vnd ſoll vnſer/ *junct.* §. Wann auch ein außgezogener. [b] *d.c. intellecto extr. de jurejur.* & tradunt ita Dd. quos recenſet & ſequitur Carol. Tapia *in comment. ad rubr. & l. fin. ff. de conſtit. Princ. part. 2. cap. 9. nu. 33. & ſeq.*

59 Præſcriptione acquiruntur fiſci regalia, tanti temporis, cujus initium hominum memoriam excedit.[a] De regalibus Majeſtatis id, niſi ex Dd. ſententia, affirmare non poſſumus.[b]

[a] *d. c. ſuper quibuſdam. §. prætereà ext. de verb. ſign. l. hoc jure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſtiv.* [b] *per ea quæ de conceſſione horum regalium diximus.*

60 Quod ſi non contra Imperatorem, ſed alium quaſi poſſeſſionem regalium præſcriptio fiat, 40. annos ſufficere putamus.

Per l. ult. C. de fund. patrimon. lib. 11. l. ſicut. 3. l. omnes 4. l. competit. 6. l. cum notiſſimi 7. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Borcholt. *poſt alios ad tit. Quæ ſint regal. nu* 19. vide Didac. Covarr. *ad c. poſſeſſor malæ fidei tit. de reg. jur. in 6. part. relect. 2. §. 2. nu. 8. verſ. Tertia ſpecies, & §. 3. nu. 5. & lib 1. var. reſol. cap. 17.*

61 Publicas tamen, non privatas perſonas, præſcriptione regalia adquirere exiſtimamus.

Argum. *l. 3. C. de juriſdict.* Idq; ſentire videtur Bart. *ad l. omnes populi 9. num. 14. ff. de juſt. & jur.*

62 Aſpergi prædictis & hæc poteſt quæſtio: An etiam Pontifici Rom. Iure proprio regalia competant? Alii id affirmant, alii negant,[a] & horum ſententia nobis probatur.[b]

[a] quos numerat Vult. *lib. 1. de feud. cap. 5. nu. 7. pag.* 97. [b] Regalia enim à Rege dicuntur, ut ſupra oſtendimus, proindeq; ejus tantum propria ſunt. Et quia ad Pontificem Rom. propriè non pertinent regalia, nec Epiſcopis aliiſve perſonis Eccleſiaſticis competere ut propria poſſunt, ſicuti communiter ſentiunt Dd. quos recenſet Vulteius *d. cap. 5. pag.* 98. *Vide tractat. meum de regalib. cap. 1. nu. 3.*

CLASS. V. DISPUTATIO XII.

DE ORIGINE, ET AUTORITATE Iuris Feudorum: tum etiam de Feudi definitione.

THESIS I.

EXPOSITO hactenus Domino juris in ſervitute, uſufructu, juriſdictione, & regalibus, proximum eſt, ut de eo de hinc agamus Iuris dominio, quod eſt in Feudo.[a] De Emphyteuſi, cujus ſimiliter dominium eſt,[b] jam dudum diſſeruimus.[c]

[a] Feudi quoque dominium eſſe, *arguit text. in tit. 8. §. rei autem, ibi, ut tanquam dominus poſſit à quolibet poſſidente, ſibi quaſi vindicare, lib. 2. F.* [b] *l. poſſeſſores, 12. in fin. C. de fund. patrim.*

ꝑartim. *lib.*12. Et patet ex eo, quod Emphyteutæ in rem actio datur. *l.*1.*ff ſi ager vectig.* [c] *ſub laſ.*1. *diſput.* 15.

Primò omnium autem diſpiciemus de origine& autoritate Iuris feudo- 2
um; tum etiam de feudi definitione, & diviſione: tum denique generales
eudi affectiones ordine aliquot diſputationibus excutiemus.

Feudorum originem Longobardis acceptam ferendam eſſe, ex commu- 3
ıi Feudiſtarum conſenſu, putamus.

Iul. Clar. *in §.feudum, quaſt.*1. Duaren. *c.*3. *d. F. circ. fin.* Hotom. *cap.*1. & 2. *diſputat. F.*)brecht. *diſputat. feud.*1.*c.*2. Fachin. *lib.*7. *contr.c.*1. Idq; primò, quia in libris noſtris feudalıbus ſæpè mentio fit Longobardorum, & eorum legum, *tit.* 10. *lib.* 1. *tit.* 1. *tit.* 8. & 58. *lib.* 2. *eud.* Secundò, quia multa rerum feudalium vocabula Germanorum idiomati, utpote gentis ıcinæ, & in quorum regione longo tempore Longobardi habitarunt, imò è quorum progeie ſunt, Paul. Diacon. *lib. ſing. de Longob.* Franciſc. Irenıc. German. *exeges. lib.*1.*c.*35. & *lib.*6. 31. Philipp. Melanth. *lib.*3. *chron. ſub Iuſtinian. Imp. conſonare videntur,* Diſſ. variè Zaſ. *p.*1. Iohn. *in conſuet. Pariſ. tit.*1. *in prin. nu.*1.12. Borch. poſt Cujac. *c.*2. *nu.*12. D. Vult. *c.*1. *num. lt.* Niell. *diſput. feud.*1.*theſ.*1. Schoner. *diſput.u. feud. lib.*1.*theſ.*2. Feudorum inſtitutum eſſe iermanicum ſcribit D. Rittershuſius *in partitionibus juris feudalis, cap.*1. *in princ.* vide Dn. D. oh. Georg. Beſold. *in diſſertat. de origin. feud.* adde Ruding. *lib.* 1. *controverſ. feudal. cap.* 1. Ieig. *lib.*1. *quaſt.*1. Gothofr. Anton. *diſp. Feud.*1. *theſ.*1.

Horumque Iura conſuetudine, ſive uſu primitùs recepta eſſe, inſcriptio 4
ibrorum feudalium abundè arguit.

Item rubr. tit. 28. *lib.* 2. *feud. hic finitur lex. deindè conſuetudines incipiunt regni. Item ubr. tit.* 33. *lib.*2. *de conſuet. recti feudi.* Vnde appellatur uſus curiarum. *lib.*2. *tit.*1. *jus curia it.* 101. *lib.*4. *jus in multis curiis & civitatibus intellectum. tit.*88. *lib. F.* Fuereq; primùm lo-alia. *tit.*1.*§. fin. lib.*1. *feud. tit.*28. *§. non eſt conſuetudo lib.*2. Weſenb. *in proœm. feud. num.*4. ult. *de feud. lib.*1. *c.*1. *nu.*5.

Inde manifeſtum eſt, feudalium placitorum compoſitionem legislatori 5
licui, aut Imperatori, aſſignari haud poſſe. [a] De Oberto verò de Orto
najor dubitatio eſt; & quidem compilationem horum librorum à multis [b]
alsò [c] ei aſſignatam, cum Hotomano defendemus. Sicut & illos [d] erraſſe
utamus, qui Gerhardum Nigrum autorem compilationis libri primi,
Obertum verò de Orto libri ſecundi, itemque tertii, quem à ſecundo ſegregant, & initium ejus capiunt à tit. 23. in quibus cauſis feudum amittatur, [e]
conſtituerunt.

[a] Id etiam arguente eo, quod in utramque partem ſæpè de aliqua controverſia opiniones argumenta citantur, & lector dubius relinquitur, quod non legislatoris, ſed dubitantis eſt nterpretis. Diſſ. Peucer. *lib.*5. *Chron.* Charion. *qui Fridericum primum, ut jura feudorum conſcriberentur, lib. curaſſe tradit.* [b] Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. *in princ. num.* 100. Iacob Alarott. *in pralud. feud.* [c] Hotom. *in praf. ſua in librum feud.* & *ad tit.*35. *lib.*2. Quia ejus autoritas, ut cujuſdam tertii, adducitur *in tit.*28. *tit.*25. *tit.*51. *lib.*2. *F.* Sed & opinio illius ſub *d. tit.*51. reprobatur *tit.*8. *lib.*1. *F.* Item ejus ſententia indicata *dict. tit.*51. *§. pen.* rejicitur *per tex. tit.*27. *lib.*1. *F.* [d] Cujac. *in prafat. lib.*1. *F.* [e] Sententiæ enim Gerhardi relatæ *in tit.*36. *lib.* 2. *F.* contradicit *tit.*6. *§. mutus, lib.*1. Vt & Oberti libellos duos de quibus *in tit.*1. *tit.*24. *§. porrò lib.* & *tit.*31. *§.*23. *lib.*1. tantùm duas epiſtolas, qua ſignificatione libelli quoque accipiuntur, *l. C. de prec. Imp offerend. tot. tit. quand. libell princ. oblat. litis conteſt. fac. l.*1. *§. ult. ff. de appell. or. tit. de libell. dimiſſ. &c. fuiſſe probabile eſt.* Hunn. *de interpretat. & authorit. jur. part.*2. *cap.*8. *pag.m.*237. & *ſeqq.*

Eorum ergò ſententiam, qui ſtatuunt, rapſodiam quandam eſſe ex va- 6

riis libris ſtudioſorum qui in foro Mediolanenſi verſabantur, à privato homine, ſine ulla condendæ legis poteſtate, conſcriptam, judicamus eſſe veriſſimam.

Cum Connan. *com.*1.*c.*10. *nu.*3. Duaren. *c.*1.*nu.*4. Hotom. *in d. præfat.* Hinc reſolvitur illa quæſtio, an hac ſcriptura interveniente, factæ ſint jus ſcriptum? quod negamus. *arg. l. imò.* 36. *ff. de legib.* Obrecht. *d. diſput.*1. *c.*3.

7 De autoritate juris feudorum quærere ſupervacaneum videtur, cum multis ante ſeculis non modò in ſcholis traditum, ſed & ubique, unanimo conſenſu totius orbis Chriſtiani, tum in judiciis, tum extra judicia, decidendo & conſulendo receptum ſit.

Curt. Iun. *part.*1. *quæſt.*1. Sonsbec. *part.*1. *nu.*22. Schrad. *part.*1. *c.*1. *nu.*6. *& ſeqq.* Vult. *de feud. lib.*1. *c.*1. *n.*5. *& ſeqq.* & Eccleſiaſticas perſonas ligent. *c. ex tranſmiſſa. c. Verum ext. de for. comp. tot. tit. extr. de feud. c. quæ in eccleſiarum, extr. de conſt. c. ad aures. extr. de pœnis.* Borch. *de feud. cap.*2. *num.*31. Shrad. *part.*1. *cap.*2. *nu.*5. Intrigliol, *quæſt. F.*14. *nu.*4. Vult. *c.*2. *num.*8. Hunn. *dict. tractat. quæſt.*2. Dn. D. Beſold. *de libris juris cap.*10. *de jure feudali.* Feudum an ſit authenticum. vide Rudinger. *lib.*2. *quæſt.*1.

8 Inſpecta origine & autoritate juris feudorum, ad eius definitionem tranſeundum. Feudum eſt jus [a] in re quadam, [b] quod quis ab alio, fidelitatis mutuò præſtandæ cauſa, [c] conſtitutum habet.

[a] *argum. text. in tit.* 1. *§. ſciendum, junct. tit.* 23. *in fin. lib.*2. *Feud.* Et quemadmodum Emphyteuſis eſt jus in prædio emphytheutico, *l.* 3. *§. jus. ff. de reb. eorum, qui ſub tut. ſi ve cur. ſunt. l. ſi damus* 71. *§. pen. ff. de leg.*1. uſusfructus in corpore uſufructuario; ita quoque feudum eſt jus in re quadam feudataria, quod genus etiam feudo attribuit Cujac. *in præfat. lib. feud.* Hotom. *in diſput. feud. cap.*4. [b] corporali vel incorporali, veluti juriſdictione, regalibus, *tit.*1. *§. ſciendum, ibi,* aut in iis quæ interim mobilia, connumerantur, &c. *ſuper quibuſdam. §. præterea, extr. de Verb. ſign.* Zaſ. *in epit. feud. part.*4. & Schrad. *tract. ſuo feud. part.*2. *nu. ult.* [c] hoc ſolo tanquam ſpecifico ſymbolo, à quovis alio jure quod in re quadam habeamus, diſtinguitur, *tit.*3. *in fin. tit.*5. 6. *&* 7. *lib.*2. *F.*

9 Hinc adparet, malè Obertum, [a] feudum eſſe beneficium, [b] quod ex benevolentia ita datur alicui, ut proprietas [c] quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat, [d] uſusfructus [e] verò illius rei ita ad accipientem tranſeat, ut ad eum heredesque ſuos maſculos ſive fœminas, ſi de his nominatim dictum ſit, in perpetuum [f] pertineat, ad hoc, ut ille & ſui heredes fideliter domino ſerviant, ſive ſervitium nominatim quale eſſe debeat ſit expreſſum, ſive indeterminatè ſit promiſſum: definiendo aſſerere.

[a] *tit.*23. *in fin. lib.* 2. *F.* [b] Genus quod attinet cum beneficium ſit actio benevola, malè feudum definitur beneficium. Differunt quippe ſicut cauſa & effectus. Tum quia feudum citra benevolam concedentis actionem acquiri poteſt, ut præſcriptione, *tit.*36. *§. ſi quis per triginta annos, lib.*2. *F.* precio vel mercede interveniente, *tit.*2. *in princ. lib.*1. *F.* Sonsbec. *part.*2. *nu.*8. Borch. *de feud. c.*1. *nu.*12. qui diſſentientes apponit. Tertiò, quia feudum proprium obligat accipientem ad præſtanda ſervitia, *tit.* 21. *Verſ. Vel ſi dominis ſuis. lib.*1. *Feud.* beneficium verò duntaxat ad remunerationes citra neceſſitatem. Qui concedit feudum, de evictione tenetur, *tit.*8. *in princ. & tit.*25. *lib.*2. *Feud. qui beneficium, minimè. l. Ariſto.*18. *§. ult. ff. de donat.* Vltimò, quia beneficium non eſt ipſa feudi generalis eſſentia, ſed eſt tantum adventitia & adjuncta quædam feudi qualitas. [c] malè; quandoq; enim dominus feudum in Vaſallum conferens, ipſam quoque proprietatem ex pacto transfert Bald. *in l. ſi plures,*6. *nu.*7. *ff. de cond.*

de condit.inſert.& in l.un.nu.67. C. de Confeſſ. Iaſ. *in præluд.feud. nu.*14. Curt. Iun. *tract. ..d. part.* 1. *cap.*7. *nu.*5. Molin. *ad conſuet. Pariſ. tit.* 1. *in fin. princip.* Zaſ. *part. ult. circa fin.* ..ndolph. Schrad. *tract. de feud. part.*2.*c.*2.*n.*29. *& ſeq.* Quod etiam ex eo apparet, quia pecu..a in feudum dari poteſt, uti arguunt text. *in tit.*8. *in princ. Verſ. ignorans, & tit.*25. *in prin. ..rſ. reſpondi, ibi, Vel nummos in feudum dandos numeret*, ubi Hotoman. *lib.*2. Quod item ..ſe Vaſallus, in quem feudi proprietas à domino translata non eſt, hoc feudum alii dare in ..udum poteſt, *tit.* 3. *§. ſed etiam, & tit.*9. *in princ. tit.*55. *§. ult. Verſ. illud quoque, lib.*2. *F.* [d] ..udum non ſemper à domino proficiſcitur: poteſt enim nobilis aut Baro patrimonium ſuum ..lodiale principi alicui in feudum offerendo, ſe Vaſallum efficere, & ad fidelitatem præſtan..m aſtringere, vide Zaſ. *part* 3. *in fin.* Vult. *cap.*5.*nu.*19. [e] Dum dicit Obertus, proprietatem ..nes dantem manere, uſumfructum verò ad accipientem tranſire, innuit, feudum in re cor..orali conſtitui non poſſe, quod tamen falſum: Iuriſdictionem enim Regalia, cæteraque jura, ..orſim alicui in feudum dari poſſe, abundè arguit. *text. in tit.* 1. *§. ſciendum, ibi, aut in iis ..a inter immobilia connumerantur, lib.* 2. *& c. ſuper quibuſdam, §. præterea. extr. de Verb. ..gn.* quod in ſpecie ſcribunt Zaſ. *in epit. Feudor. part.*4. & Schrader. *part.* 2. *cap.*2. *num. ult.* [f] ..oc de omni feudo verum non eſt. Feudum enim guardiæ & caſtaldiæ tranſacto anno domi..us quacunque hora vult, afferre poteſt Vaſallo, *tit.*2. *in princip. & tit.*11. *lib.* 1. *F.* Feudum ..em habitationis morte accipientis finitur, *tit. de feud. habitat. in princ. in extraordin. capp.* Sed & feudum ab omni ſervitio liberum dari poteſt, *tit. caſ. quibus fœmina in feudum ſucce..t, in princ. in extraordin. capp.* Denique Obertus in hac ſua feudi definitione ipſam for..am ſubſtantialem (quæ eſt fidelitas, ad quam præſtandam inter ſe dominus & Vaſallus te..entur *d. tit.*3. *in fin. tit.* 5. 6. *&* 7. *lib.* 2. *Feud.* Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.*1. *in princ. num.* ..o.) planè omiſit.

Feudum Gofredus [a] definivit, quod ſit conceſſio, [b] pro homagio [c] 10 ..icta.

[a] *in ſum. de feud.* quo etiam genere utuntur. Alvarot. *c.* 1. *§. fin. tit* 23. *lib.*2. *Feud.* Iacob ..e Bello Viſ. *in proœm. feud. col.*1. Zaſ. *part.*1. Weſenb. *in tract. ſuo de feud. c.* 1. *num.* 11. [b] Sed ..uæ ratio eſt cur feudum definiri non poſſit beneficium, eadem ratio eſt, cur feudum definiri ..on poſſit conceſſio: Feudalis enim conceſſio, & ipſum feudum, differunt tanquam cauſa & ..ffectus. [c] Rectè, ſi pro ipſa fidelitate accipiatur, quemadmodum accipi poſſe, oſtendit Molin. ..*n conſuet. Pariſ. gloſſ.*1. *§.*3. *nu.*3.

Non eſt cæteris felicior in definiendo feudo Anton. Contius; qui feu- 11 ..dum hoc modo definit: feudum eſt res immobilis, [a] data alicui, ut ejus pro..prietas penes dantem maneat, uſusfructus verò ad accipientem heredesq; ..ejus maſculos vel fœminas, ſi ita dictum ſit, in perpetuum tranſeat, dum..modo accipiens, ejusq; heredes fideliter domino ſerviant.

[a] Ita etiam definivit feudum Duaren. *in com in uſu feud.* ſed non rectè: Feudum enim & ..res immobilis, differunt ut contentum adjunctum, & ejus ſubjectum continens. Res immo..bilis ut plurimùm eſt feudi ſubjectum, non ipſum feudum *tit.*1. *§. ultim. lib.*2. *Feud.* Cujac. ..*in præf. feud.* Sumitur quidem interdum pro ipſo prædio feudali, ſed impropriè. Reliqua, quæ pro ſpecifica differentia ponuntur, paribus ponderibus quibus Oberti definitio, facilè examinari poſſunt.

Sed & eorum ſententia reprobanda, qui definiunt feudum, quod ſit 12 uſusfructus [a] quidam rei immobilis, ex benevolentia domini ſub condi..tione fidei conceſſus. Sic & qui cum Bartolo [b] contractum generis loco ponunt, [c] falluntur.

[a] Vult. *de feud. cap* 1. *nu.*9. Gœdd. *diſp. feud.*1. *theſ.*3. Schon. *diſp. feud.*1. *th.*1. Niell. *diſp.* ... *theſ.*6. Antea demonſtratum eſt, uſumfructum quoque cum ipſa proprietate à vaſallo domino concedi poſſe. Feudum etiam interdum nullum continet uſumfructum, ut cum jus

creandi tabelliones, & legitimandi ſpurios, alicui in feudum conceſſum eſt. [b] Bart. *in l. Iurisgentium.7. §.quin imò,nu.*19.*ff.de pact.* Iaſ.*in prælud, Feud.nu.*34. Molin.*in conſuet. Pariſ.Tit.*1.§.1.*gl.*9.*nu.*4. & Schrad. *part.*2.*c.*2.*num.*1. [c] Revera enim aliud eſt contractus feudalis, aliud ipſum feudum; per contractum quandoque feudum promittitur; at ipſum feudum contractus non eſt, Cujac. *in præf. feud.* Quandoque etiam abſque contractu feudum conſtituitur, velut i. cum quis teſtamento ſuo alicui prædia quædam in feudum legat; item cum Vaſallus præſcriptione feudum acquirit.

13 Eſt autem propriè fidelitas ſive fides [a] in jure noſtro feudorum, [b] officiũ quoddam, tum auxilio, tum conſilio, avertendi damnum à perſona, & bonis, ad quod inter ſe dominus & Vaſallus arctiſſimo vinculo aſtricti ſunt; & quidem hic illi cum veneratione quadam.

[a] Fidelitas nomine in jure noſtro feudorum ſignificatur ſæpè jusjurandum; quo Vaſallus domino ſuo fidem, venerationem, & obſequium promittit, *tit.*4. *tit.*26. *§.omnes filij, lib.*2. *F.* propriè tamen ipſum juſiurandum non eſt fidelitas, ut apparet *ex d. tit.*3. *in fin. tit.*5.6.7. & 16. *in princ.lib.*2. *F.* [b] *d.tit.*5.6. & 7. *lib.*2. Præſtant & ſubditi principi & domino ſuo fidelitatem, quæ tamen cum genere feudi conjuncta non eſt: Sicut nec illa, quæ à confœderatis & ſociis mutuò præſtatur. Socii enim non ſemper eam præſtare tenentur, ſed tempore tantùm belli, nec cum veneratione.

14 Nomen Feudi diductum putamus à fide, [a] tanquam cauſa formali: licet quoque haud ineptè dici poſſit à Germanico Fhüeden/ [b] quod Latinis paſcere ſignificat. Alii Feudum deducunt à fœdere, quod dominus & Vaſallus de fidelitate præſtanda inter ſe ferire ſolent. [c] Alii à voce Fehd/ [d] quæ hoſtilitatem ſive bellum ſignificat. Iohan. Bodin. [e] feudi nomen collectum arbitratur ex initialibus literis, quibus forma jurisjurandi, qua fidelitatem Vaſalli ſpondent, concepta eſt; quam hanc eſſe ſcribit: Fidelis Ero Domino Vero Meo: quæ tamen, licèt ſit ingenioſa, magis conjecturalis eſt, quàm ſuperior quævis notatio.

[a] ut arguit autoritas *text. in tit.*3.*§.ult.lib.*2.*Feud.* Idque communiter probant Feudiſtæ, Iacob. de Artizone, *in ſumma feud. cap.*4. Bald. *in prælud. feud. nu.*7. Alvarott. *in præm. lect. ſuæ, num.*9. Franciſcus Curt. *in tract. feud. part.*1. *cap.*8. Iaſon. *in prælud. feud. num.*28. Iulius Clar. *lib.*4.*ſentent.§.feudum. quæſt.*5. Duaren. *de feud. cap.*2. *nu.*3. Connan. *lib.*2. *comment. c.*9. *nu.*6. Cujac. *in præfat. in lib. feud.* VVeſenb. *in tract. de feud. cap.*1. *nu.*1. Schrad. *part.*2. *cap.*1. *nu.ult.* Vult. *de feud. c.*2. Obrecht. *diſputat. feud.*1. *c.*3. Licet. Hotom. *in diſput. ſua de jure feud.* & *alij alibi*, dicant, ſi Feudum à fide diceretur, non feudum, ſed fidelium, vel fidelitium nominaretur. Hoc ſi verum certè nec homo ab humo diduceretur, nec Veſta à vi ſtando. [b] Sunt enim feuda quædam paſcua Vaſallorum, unde ipſi vivunt. Hujus notat. author. Melant. *in annot. ad lib. Cic. de offic.* eamq; refert. Ioach. à Beuſt. *in lectur. ſua ad l. admonendi, num.*874. *ff. de jurejur.* [c] *Zaſ. in epit. feud. part.*1. *nu.*2. *in l.*2. *in prin. nu.*22. *de orig. jur.* Vnde quidam appellant fœdum. Cujac. *in dict. præfat.* [d] ſiquidem feudum conferatur in Vaſallum, ut domino tempore belli auxilium & opem ferat. Hanc notationem poſt alios probat, & cæteris præfert Hotom. *in d. ſua diſput. de feud. c.*1. Gœdd. *diſp.*1. *theſ.*11. [e] *lib.*1. *de rep. c. in princ.* Heig. *part.*1. *quæſt.*2. Rudinger. *lib.*2. *quæſt. feudal.*2. Dn. D. Beſold. *de ſtat. Reipubl. ſubalter. cap.*2. *num.*5. Gothofr. Anton. *diſp. feud.*1. *theſ.*2.

15 Qui confert & conſtituit alicui feudum dominus dicitur, [a] propter obſervationem & venerationem, quam ei Vaſallus debet. [b] Eademque ratione & ſenior [c] appellatur.

[a] Domini appellatio largæ ſignificationis eſt, ut patet *ex l. de precario, ff. de legib. Rhod. de jact.*

Digitized by Google

act.l.1.ff.rerum amot. & *doc.* Oldrad.*conſ.*159.*nu.*6. [b] Non ut vulgò creditur, quod dominium & proprietatem ſibi retineat. [c] *tit.*17.& *tit.* 18.*lib.*1. *F.* & *in conſt. Imp. Conrad. quæſt.*1.*lib.*5. *feud.in edict.* Cujac. Hotom. *in diſp.de feud.c.*3. Borch.*in comment.in conſuet.feud.c.*5. *nu.*11. non ætatis ratione. Nam & minor 25. annis feudum conſtituere poteſt.

Qui feudum ab alio accipit, & jure poſſidet, paſſim hiſce Feudorum li- 16
bris Vaſallus dicitur, à Germanico Vaſelen / [a] quod Latinis ſignificat incremento augeri, ſich beſſern und zunemen. Feudum enim Vaſallo incrementum bonorum & dignitatis affert. Dicitur etiam ſæpenumerò fidelis; quia Domino fidelitatem præſtare tenetur: [b] item Feudatarius [c] Denique appellatur quoque Clientulus; quia in fide & tutela domini ſui eſt. [d]

[a] quam notationem placere quoq; intelleximus nuper Dn. Petr. Fridero Mind. *lib.*2. *de mandat.c.ap.*42.*nu.*3. Quidam Vaſallum dictum putant à vade, Quidam à Germ. voce Geſell. At neutra dictio vel literis, vel ſyllabis, vel ſignificatione, ſatis conſonat huic nomini. [b] *tit.* 1.*§. quia vidimus.tit.*4.*§. ſi quis de manſo,tit.*5.*§. item fidelis,* & *§.rurſus, titul.*10.*lib.*1. *F.tit.* 1.*§.ultim. lib.*2. *F.* [c] *in Conſt. Imp. Henr.*2. *in fin. ſub lib.*5.*edit.* Cujac. [d] *d.t.*10. & 12.*lib.*1.*F. tit.*6. *§. ult.lib.*2. *F.* vide Dn. D. Beſold. *in tractat. de Monarch. num.*5.*fol. mihi.* 89. Heig. *part.*1. *quæſt.*2.

Si plures ejuſdem domini Vaſalli ſint, pares [a] dicuntur: item compares. 17
[b] Et quidem ſi in eodem ſint Domino territorio, ſub eadem illius domo vel curia, pares curiæ, item pares curtis, & pares domus, vel pares de domo, appellantur. [c]

[a] *tit.*18.*tit.*26.*§. teſtes verò ſint pares eius,* & *§. in clericorum feudo. lib.*1. *F.* [b] *t.*54. *lib.*2. *F.* [c] *t.*2. *§.*1. *ubi* Cujac. *tit.*10.*t.*11.*t.*26. *§. ſi quis, lib.*1.*t.*2. *in princ. lib.*2. *F.* VVeſenb. *in tract. de feud. c.*17.*nu.*3. Vnde apparet Duaren. *in comm. ſuo in conſuet. feud.c.*7. *nu.*3. curiam ipſum dominum non rectè interpretari.

Quid feudum ſit ex prædictis cognoſcitur. Cum autem feudo non ſit ab- 18
ſimilis ipſa emphyteuſis, [a] & jus cenſuale, [b] item libellarium jus, [c] & Precaria, [d] diſpiciemus quid jura hæc à feudo differant.

[a] Argumentum enim à feudo ad emphyteuſin, & contra ab emphyteuſi ad feudum probabile, frequentiſſimum, & multum utile dicitur, Nicol. Everhard. *in Topic. legal.lib. in loco à feudo ad emphyteuſin;* & *in loco ab emphyteuſi ad feudum,* Matth. Stephan. *in dialect. juris, lib.* 2. *loco* 108. *à feudo ad emphyteuſin,* & *loco* 109. *ab emphyteuſi ad feud.* [b] ut patet ex traditis Nicolai Everhardi *in loco ab emphyteuſi ad cenſum:* & quæ ſcribit Matthias Stephani *in dialectica juris, lib.*2.*loc.*107. *ab emphyteuſi ad cenſum.* [c] cujus fit mentio *in tit.*9. *§. Donare,* & *tit.*52. *§. ſi quis, ibi, libellum, vel aliud inſtrumentum lib.*2. *feud.* [d] De qua agitur *in cap.*1. & *ult. extr. de precariis:* & *Can. precaria* 4. & *Can. ſeq.* 10. *quæſt.*2.

Emphyteuſis eſt jus fruendi prædio alieno ruſtico: [a] At feudum eſt jus in 19
quavis re alienabili; [b] non ſolum corporali, ſed & incorporali: [c] non ſolum immobili, ſed & mobili re. [d]

[a] *l.*3.*§. ſi jus. ff. de reb. eorum, l.*3. *ibi, jus emphyteuticum. Item ibi, ſi jus emphyteuticum, C. de jure emphyteut. l. ſi domus* 71. *§. pen.* & *ult. ff. de legat.*1.*l.*1. *ff. ſi ager vectigal. l. lex vectigali* 31. *ff. de ſervit.* [b] *tit.*3. *§. Sed etiam res, lib.*2. *feud.* [c] *tit.*1. *§. ult. lib. eod. feud.* [d] Vide Tract. meum *de ſubſtantia, natura,* & *accident. feudi, cap.*1.

Feudum datur cauſâ mutuæ fidei inter dominum dantem, & vaſallum 20
accipientem præſtandæ, atque hęc eſt ſubſtantia, ſive eſſentialis forma feudi: [a] Emphyteuſis verò ſubſtantia ſive forma eſt, quod datur pro certa annua penſione, [b] quæ etiam Canon appellatur. [c]

[a] ut expo-

Digitized by Google

[a] ut expoſui Tractat. *meo, de ſubſtantia, natura, & accidente feudi, cap.* 1. [b] *§. Adeò autem, ibi. quandiu penſio, ſive reditus pro his præſtetur, Inſtit. de locat. & conduct. l.* 2. *C. de jure emphyteut.* [c] *l.* 3. *C.d.t.*

21 Ius cenſuale eſt, cum quis ex prædio ſuo proprio cuidam alii quotannis cenſum præſtat.

text. & gl. ac Canoniſt. *in c. Conſtitutus, extr. de relig. domib.* Iul. Clar. *in §. Emphyteuſis, quæſt.* 1. *nu.* 2. Petr. Foller. *in aurea practic. cenſuali, pag.* 332. *nu.* 23. Coraſ. *in enar. tit. C. de jure emphyt. cap. Quantum diſtant feudum, cenſus, libellus ſuperficies, & precaria ab emphyteuſi.* Everhard. *in Topic. legal. in loco ab emphyteuſi, ad cenſum, nu.* 2. *& ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. libr.* 3. *præſumpt.* 106. *nu.* 1. 2. *&* 6. *& præſumpt. ſeq.*

22 Cenſuale jus conſtituitur duobus modis: Vno, cum quis ſuum alicui tradit prędium, ut ex eo annuatim accipiens cenſum præſtet: Altero, cum quis in proprio ſuo prædio alii certum annuum cenſum conſtituit. Illum cenſum Molinæus appellat fundiarium, & prædialem cenſum; Hunc vocat adventitium, & impoſititium cenſum. [b]

[a] Menoch. *poſt alios dict. lib.* 3. *præſumpt. præſumpt.* 107. *nu.* 4. *& ſeq.* [b] *conſil.* 9. *num.* 21. *& ſeqq.*

23 Cenſuarius licet per mille annos cenſum præſtare annuum ceſſaverit, non tamen cadit jure ſuo.

Menoch. *dict. præſumpt.* 106. *nu.* 1. Iul. Clar. *in §. Emphyteuſis, quæſt.* 1. *nu.* 2.

24 In quæſtionem autem vocatur, an in dubio cenſuale, vel emphyteuticum jus præſumendum ſit? Arbitramur autem potius emphyteuticum, quam cenſuale præſumi jus, ſi prædium, ex quo annuatim quid præſtandum eſt, ad cenſuarium vel ejus anteceſſores, à domino cenſuali, aut anteceſſoribus illius ſit profectum.

Hanc cõmmunem eſſe Dd. opinionem atteſtatur. Iul. Clar. *in §. Emphyteuſis, quæſt.* 1. *nu.* 3. Vide Tractat. meum *de qualit. & different. feudor. cap.* 1. *nu.* 53. adde Hartman. Piſtor *obſer.* 95. Matth. VVeſenbec. *conſil.* 62. Dn. Berlich. *tom.* 2. *concluſ.* 47. *Cavallos. in ſpecul. commun. opin. quæſt.* 469. Honded. *Vol.* 2. *conſil.* 81. Cravetta *conſ.* 20.

25 Ius libellarium eſt jus utendi fruendi re aliena pro certo precio, datum, certa inſuper penſione in ſingulos annos cõſtituta, hac lege, ut ſtato dictoque tempore contractus renovetur, rurſus numerato certo, vel arbitrario precio. Ita dictum, quod libello, id eſt, ſcriptura interveniente conſtituitur. [a] Vnde etiam in libris feudorum libellus dicitur. [b]

[a] *Tit.* 9. *§. Donare, & Tit.* 52. *§ ſi quis, ibi, libellum, vel aliud inſtrumentum, lib.* 2. *feudor. Novell. Leonis* 13. Cujac. *ad tit.* 2. *lib.* 1. *feudor. pag.* 80. Hotom. *de verb. feud. lib. in verbo, libellarius contractus,* & Iohan. Borcholt. *in comment. in conſuetud. feudal. cap.* 3. *nu.* 48. [b] *Tit.* 44. *in fin. ibi, libellum retinebit. lib.* 2. *feudor.*

26 Eſt quoq; feudo ſimilis, ut dixi, Precaria; quæ jus eſt utendi fruendi predio alieno ad tempus certum, vel dum vixerit accipiens, ea lege, precariò, id eſt, abſq; annua penſione conceſſum, ut certis temporibus, puta de quinquennio in quinquennium renovetur.

per text. in cap. 1. *& c. ult. extr. de precar. & Can. Precaria* 4. *& ſeqq.* 10. *quæſt.* 2. *junct. l. Iubemus* 14. *§. ſanè* 5. *C. de SS. Eccleſ.* At vide Tract. meum *de different. & qualit. feud. cap.* 1. *num.* 37.

Class. V. Disputatio XIII.

DE DIVISIONE FEUDI.

THESIS I.

EXpoſito, quid feudum ſit, videamus de ejus diviſione. Variis autem modis diſtribuitur feudum. Primò feudum aliud eſt Eccleſiaſticum, liud ſeculare.

c. Quæ in Eccleſiarum 7. ibi, feudorum Eccleſiaſticorum, extr. de conſtitut. c. Ex tra[illegible]miſ-[illegible] *. ibi, de ſeculari feudo, extr. de foro competent.* Vide Tractat. meum *de qualitate,* & *[illegible]iffe-entia feudor. cap. 2. num. 2.*

Eccleſiaſticum feudum eſt, quod perſona Eccleſiaſtica, penes quam ea otestas eſt, in bonis Eccleſiæ conceſſit. 2

Tit. 1. §. 1. & *tit. 6. in princ. lib. 1. feudor.* & *tit. 35. in fin. lib. 2.* Germani appellant hoc feu-um, Ein Lehen vom krummen Staab. De hoc feudo vide Tract. meum *de qualit.* & *diffe-rent. feudor. cap. 1. nu. 2.* & *ſeqq.* ubi alios, aliter definientes hoc feudum improbavi. Conſule tiam Dn. Rittershuſ. *in partitionib. feudal. cap. 4. diviſ. 1.* adde cum ibi citatis Gothofr. An-on. *diſput. feudal. 1. theſ. 4. lit. D.*

Eſtque duplex hoc feudum; aliud Papale eſt hoc feudum, aliud Cle-icale. 3

Papale feudum eſt, quod Papa Romanus in bonis Eccleſiæ confert: ut ſt optimum Sacerdotium, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abatia, Præ-poſitura. 4

Hotoman. *lib. diſput. feud. cap. 4. circa fin.* & *cap. 10. tum etiam ad Tit. 1. §. 1. libr. 1. feud.* & *d tit. 40. §. Item ſi Clericus, lib. 2. feudor.*

Eſt autem quæſtio ardua, an Imperium Romanum Papale ſit feudum, necne? Concluſio negans veriſſima putari debet. 5

Vide Tractat. meum *de qualitat.* & *different. feudor. cap. 1. num. 8.* & Iohan. Camman. *diſput. 3. de Regalib. theſ. 10.* & *ſeqq.* vide Excellentiſs. Dn: Reinking. *de regim. ſecular.* & *Ec-cleſiaſt. lib. 1. claſſ. 2. cap. 4.* & *5. per tot.*

Clericale feudum eſt, quod ex Clericis Prælatus Eccleſiæ, veluti Archie-piſcopus, Epiſcopus, Vicedominus, Abbas, Abbatiſſa, Præpoſitus in bonis Eccleſiæ ſuæ alicui conſtituit. 6

per text. in dict. tit. 4. §. ult. ibi, ſi Clericus, vel Epiſcopus, Abbas. libr. 2. feud. tit. 35. in princ. lib. eod. feud. tit. 1. §. 1. & *tit. 6. in princ. lib. 1. feud.* vide Tract. meum *de qualitat.* & *differen. feud. cap. 1. nu. 14.* & *ſeqq.*

Seculare feudum eſt, quod primitus perſona ſecularis laico vel clerico dedit. 7

c. Ex tranſmiſſa, extr. de foro compet. Obſtare videtur text. *in tit. 40. §. ult. lib. 2. feud.* Vide Tractat. meum *de qualitat.* & *different. feud. dict. cap. 1. nu. 34.*

Hoc feudum duplex eſt, Aliud eſt regale, aliud non regale. 8

per text. in tit. 34. in princ. ibi, de beneficio regali, lib. 2. feudor. Et quomodo hæc diffe-rant. vide tractat. meum *de Regalib. cap. 2. nu. 60.* & *ſeqq.*

Regale feudum eſt, quòd à Rege, id eſt, Imperatore alicui conceſſum eſt: ſive rega[illegible]m, vel aliam dignitatem annexam habeat, ſive non habeat eam annexam. 9

Tit. 34. in princ. Ibi, quia inter duos, quicunq; fuerint, de beneficio regali controverſia fu-rit, quorum uterque à Rege ſe dicit inveſtitum fuiſſe, libr. 2. feudor. Feudum Regale Imperi apertum an denuo cuiquam in feudum conferri poſſit vide Me *dict. cap. 2. nu. 61. & in trac de Inveſtit. cap. 3. nu. 71.*

10 Dignitatis feudum eſt, non tantum Regnum, ſed & Electoratus, Duca tus, Marchionatus & Comitatus. [a] Cujuſmodi feuda appellant Fahnenle hen: eò quod de his cum vexillo inveſtitura fieri ſolet. [b]

[a] *Tit. 14. in princip. ibi, De Marchia, vel Ducatu, vel Comitatu, vel aliqua regali dignitat. lib. 1. feud.* Marchia, Ducatus, Comitatus eſt dignitas aliqua, *Tit. 13. in fin. libr. eod. feud.* At no regalis dignitas [b] Schrader. *Tractat. feudal. part. 2. cap. 3. nu. 6.* Roſenthal. *Tract. feud. cap. concl[illegible]* vide Dn. D. Beſold. *in theſaur. practic. verb.* Fahnen-Lehen. *lit. F. nu. 2.*

11 Non regale feudum eſt, quod ab alio, quam Rege, ſive Imperatore Ro mano, alicui eſt tributum.

In libris feudorum, & Iuſtinianeo ac Canonico jure Imperator appellatur Rex, *tit. 26. i princ. verſ. Si verò ad Regem, junct. præcedente verſ. His enim. lib. 1. feud. & Tit. 54. de alloc verſ. Vt autem, lib. 2. feud.* Hotoman. *libr. de verb. feudal. in verb. Regem,* Petr. Heig. *part. quaſt. jur. quaſt. 2. num. 13.* Vnde ſenſus imperialis dicitur regalis ſenſus, *in l. ult. C. de legib* & culmen Imperiale vocatur regale culmen *in l. 3. C. de quadriennij præſcript.* ac ſceptrum Cæ ſaris appellatur regale ſceptrum, *in c. Inter dilectos, §. Sed contra, extr. de fide instrument.* Et po teſtas Imperatoris nominatur regalis poteſtas *in c. ſolitæ, extr. de majorit. & obed.* In receſſ bus Imperij Imperatores ſe aliquoties Romanorum Reges, & Cæſaream ſuam Majeſtatem ap pellant regiam Majeſtatem.

12 Feudum deinde maſculinum eſt, vel fœmineum.

Tit. 30. de feudo fæmineo, ibi, quia fæmineum eſt feudum. & Titul. 50. ibi, vel niſi ſit fæ mineum.

13 Maſculinum eſt feudum, quod primitus adquiſivit maſculus: Fœmi neum, quod fœmina primitus adquiſivit, Germanicè Kunckellehen.

Cujac. *ad tit. 15. An maritus ſuccedat uxori, lib. 1. feudor.* Weſemb. *Tract. de feud. cap. nu. 5.* Hartman. Piſtor. *lib. 2. quaſt. jur. quaſt. 34. nu. 13.*

14 Erroneum eſt, quod quidam putant, [a] fœmineum quoque eſſe feudum in quod fœmina, ex pacto inveſtituræ, vel more regionis ſuccedit, licèt maſculo primum ſit adquiſitum. [b]

[a] *Quorum memini Tractat. meo de qualit. & different. feud. cap. 1. nu. 40.* [b] *In libris enim feudorum hoc feudum diſtinguitur à fæmineo feudo, ut in Tit. 50. ibi, niſi ex pacto, vel niſi ſi fæmineum, & Tit. 11. in princ. verſ. Proles enim. Ibi, ibi, niſi eius conditionis ſit feudum, vel pa cto adquiſitum, lib. 2. feud. vide dict. Tract. meum dict. cap. 2. nu. 40. & ſeqq. ubi Cujacij dete gitur error.* De feudo fœmineo vide Georg. Everhard. *vol. 2. conſil. 42.* Matth. Weſenb. *conſi 268. & conſil. 281.*

15 Eſt præterea feudum aliud nobile, aliud ignobile ſive plebeium, [a] Illu quidam appellant honoratum feudum; [b] hoc vocant aliqui feudum Bur genſe, [c] Burgerlehen. [d]

[a] Bald. *in proœmio commentar. in feuda, nu. 55.* Alvarot. *in proœm. feud. verſ. Secunda e diviſio,* Iaſ. *in prælud. feudor. num. 119.* Petr. Iacob. Aurel. *in practic. libellor. Rubric. 61. num 54. Cont. in commentar. in uſus feud. cap. de diviſionib. feud.* Duaren. *in comment. feud. cap 4. num. 8.* Schrad. *Tract. feud. part. 2. cap. 3. nu. 10.* Iohan. Borcholt. *de feud. cap. 4. num. 13.* Petr. Iacob. Aurel. *dict. Rubr. 61. nu. 54.* [c] Roſenthal. poſt alios *Tractat. feud. cap. 2. concluſ. nu. 7.* Zaſ. *de feud. part. 2. nu. 5.* D. Rittershuſ. *in partitionib. feud. cap. 4. diviſ. 3.* vide Gothof Anton. *diſput. feudal. 1. theſ. 6.*

Nobil

obile feudum eſt, ex quo vaſallus eam dignitatem obtinet, qua & ho- 16
ſingulari titulo decoratur, & à plebeiorum conſortio alienus eſt.

r text. in tit. 10. *lib.* 2. *feudor.* Hanc definitionem declaravi Tractat. meo *de qualitat. & nt. feudor. cap.* 3. *num.* 13. *& ſeqq.* Alii aliter definiunt nobile feudum; ſed meo judicio ſi ex feudorum jure nobile feudum cenſere velis, uti fieri debet. vide *dict. cap.* 3. *nu.* 2. & Inſpice etiam Tractat. feudal. Henrici à Roſenthal. *cap.* 2. *concluſ.* 2. *& partitiones feu-* D. Rittershuſii, *cap.* 4. *diviſ.* 3. *Feudum Nobile an & quando Vaſallum nobilem reddant* Gothofr. Anton. *dict. diſput.* 1. *theſ.* 6. *lit. B.* An per hoc Ruſticus nobilis fiat vide Me *de in- tur. cap.* 3. *nu.* 152. *& ſeqq.*

Errori implicantur, [a] qui nobile feudum ex cauſa efficiente definien- 17
putant, [b] & nobile feudum definiunt, quod ab Imperatore, vel ab alio
cipe ita alicui datur, ut hunc nobilem eſſe velit.

[a] ut vel ex eo evincitur, quod Dux à Ducatu, Marchio à Marchionatu, Comes à Comitatu llatur; non Ducatus à Duce, Marchionatus à Marchione, Comitatus à Comite, *Tit.* 10. *lib. udor.* vide Tract. meum *de qualit. & differ. feud. cap.* 3. *n.* 10. *& ſeqq.* [b] Dominus Obrecht. *ut. feud.* 2. *theſ.* 17. *& ſeqq.* Dn. Vultej. *lib.* 1. *de feud. cap.* 8. *nu.* 9.

Plebeium ſive ignobile feudum eſt, ex quo vaſallus nullam dignitatem, 18
honoratum aliquem titulum obtinet, ſed inter plebeios, niſi aliunde
bilis fuerit, relinquitur.

per textum in dict. tit. 10. *verſ. cæteri verò, lib.* 2. *feudor.*

Adhæc feudum conſiſtit vel in re corporali, vel incorporali re. [a] Illud 19
porale, hoc incorporale appellant feudum, [b] ſed malè. [c]

[a] *per tit.* 1. *§. Sciendum. lib.* 2. *feudor.* De rebus hiſce, quæ in feudum dari poſſunt, *infi a loco plenè agatur.* [b] Alvarot. *in proœmio feud. diviſ.* 22. Bald. *ad tit.* 33. *de conſuet. recti feud.* 2. *feud.* Vultej. *lib.* 1. *de feud. cap.* 8. *nu.* 11. [c] Omne enim feudum quatenus eſt feudum, jus cet in re aliena, eſt incorporale.

Eſt quoq; feudum aliud in curte Domini, aliud extra Domini curtem. 20

per text. in tit. 5. *§. pen. & ult. lib.* 1. *feud. & tit.* 51. *in princ. lib.* 2. *feud.* Alvarot. *in proœmio verſ. Decima quarta eſt diviſio,* Schrad. *Tractat. feud. part.* 2. *cap.* 3. *nu.* 101. D. Rittershuſ. *rtitionib. feudalib. cap.* 4. *diviſ.* 10. Vbi feudum ait, aliud eſt intra territorium & juriſdi onem domini, aliud extra territorium.

Feudum in curte domini eſt, quod vaſallus in domini ſui territorio poſ- 21
det: Extra domini curtem feudum eſt, quod vaſallus obtinet in prædiis,
uæ dominus habet in territorio alieno.

per text. in d. tit. 5. *§. pen. & ult. lib.* 1. *feud. & tit.* 51. *in prin. lib.* 2. *feud.* Vide Tract. meum *qualitat. & differ. feud. cap.* 4. *nu.* 42. *& ſeqq.* Vbi aliorum de his feudis opinionem rejeci. D. Rittershuſ. *dict. cap.* 4. *diviſ.* 10. *eodem modo hæc feuda definit.*

Dividitur item feudum, ex recepta Dd. opinione, in feudum ex pacto, & 22
ovidentia, & hereditarium feudum.

De hac diviſione, & partium ejus definitione vide Tract. meum, *de qualitat. & different. udor. cap.* 5. *nu.* 1. *cum multis ſeqq.* ubi aliorum, de hiſce feudis opiniones retuli, & ut potui ac- uratè examinavi. Conſule quoque de hac partitione Fachinæ. *lib.* 7. *controverſ. jur. cap.* 3. Dn. Rittershuſ. *in partitionib. feud. cap.* 4. *diviſ.* 8. Henr. à Roſenthal. *Tract. feudal. cap.* 2. *concluſ.* *& ſeqq.* Quomodo invicem differant, Hartm. Piſtor. *lib.* 2. *quæſt.* 1. Cravett. *conſ.* 679. Mynſ. *nt.* 4. *obſ.* 2. Gothofr. Anton. *diſp. feud.* 1. *theſ.* 8.

Feudum ex pacto & providentia eſt, quod ex providentia legis feudalis 23
etiam ad primi adquirentis liberos, præcipuè maſculos, cujuſq; gradus, or-

dine ſucceſſivo, jure proprio, pertinet, ut illi commodum ejus ad dies vita
capere, ſucceſſori autem ſuo præjudicare in eo nulla ratione poſſint.

Hanc definitionem, & ejus ſingula membra diligenter explicavi *in dict. Tract. meo, cap. nu.5. & ſeqq.* Feudum quando cenſeatur ex pacto & providentia vide Iacob. Thoming. *Vol. conſil.*16. Quomodo ab hæreditario dignoſcatur tradit Paul. Chriſtinæ. *Vol.*1. *decis.*205. Vtrun in dubio præſumatur. vide Rudinger. *lib.*1. *quæſt. feud.*28. Dn. Beſold. *Vol.*1. *conſ.*1. *nu.*7.

24 Hereditarium feudum ex Dd. ſententiâ duplex eſt: Aliud eſt heredita rium, ita in ſpecie dictum; aliud merè & abſolutè hereditarium.

vide dict. Tract. me. *cap.* 5. *num.*10.

25 Hereditarium feudum, ita ſpecialiter dictum, eſt illud, quod primo ac quirenti, & ejus liberis maſculis, ſub mentione heredum, conceſſum dici tur. Hoc puta modo: Tibi & liberis tuis maſculis heredibus in feudum hæ prædia concedo.

Hartman. Piſtoris *lib.*2. *quæſt. jur. quæſt.*1. Inſpice quoq; Fachinæ. *lib.*7. *controverſ. jur. ca* 6. Quetta *conſ.*22. & *conſil.*85. Cravett. *conſil.*606.

26 Merè & abſolutè hereditarium feudum eſt, quod ex placito domini dan tis, & vaſalli primi adquirentis jure alodij cenſetur. Proinde vaſallus de e liberè diſponere poteſt, atq; illud ad omnes heredes etiã extraneos tranſit

*per text. tit.*48. *lib.*2. *feud.* vide Henr. à Roſenth. *tr. feud. c.*2. *concl.*35. & 24. *ſeq:*

27 Mixtum feudum quod ex Dd. quorundam ſententia, partim ſit ex pacto & providentiâ, partim hereditarium, non agnoſco.

Vide tract. me. *de qualit. & differ. feudor. cap.*5. *nu.*12. & *ſeq.*

28 Dividitur inſuper feudum in proprium & improprium. [a] Illud rectum hoc non rectum appellati videtur. [b]

[a] *Tit.*2. *§.*1. *ibi. nomine proprij feudi, lib.*1. *feud.* [b] *tit.*33. *lib.*2. *feud.*

29 Proprium feudum eſt, quod communem, & conſuetam feudi rationem ſive qualitatem continet: [a] quæ communis ratio, & qualitas jure feudorum propriâ feudi naturâ dicitur. [b]

[a] *d. tit.*2. *§. præterea, ibi, præter communem feudi rationem, lib.*2. *feud.* [b] *tit.*48. *lib. eod.*

30 Ea autem naturalis, communis, & conſueta feudi qualitas conſiſtit va riis in rebus; puta ut conſtituatur feudum in re immobili, aut ea, quæ re immobili connumerari ſolet: Item ut proprietas rei feudalis ad Dominum feudi pertineat, uſusfructus verò ad vaſallum: ut ſervitia vaſallus præſte domino ut feudum ſit perpetuum non temporale: ut in illud ſuccedant li beri tantum, & quidem maſculi, non fœminæ; neq; extranei heredes; [a] pre indeq; non agnati, niſi ex primo adquirente diſcendant: [b] ut item feudum per inveſtituram conſtituatur: [c] ut vaſallus juramentum fidelitatis pra ſtet: [d] ut feudi alienatio non niſi conſentiente domino fiat: [e] & ſi paternum ſit feudum, alienationi ejus agnati quoq; conſentiant: [f] ut feudum non ni culpa vaſalli amittatur: [g] ut deniq; domino etiam invito reddi poſſit. [h]

[a] *Tit.*23. *§. ult. lib.*2. *feud.* [b] *tit.*9. *§. ult. lib.*1. *feud. tit.*11. *His verò, tit.*31. *§. Paternum. Ver Ex latere cumei,* & *tit.*50. *lib.*2. *feud.* [c] *tit.*25. *in prin. lib.*1. *feud. tit.*1. *in fin. lib.*2. *feud.* [d] *tit. §. ult.* & *tit.*24. *§. Eſt* & *alia. lib. eod. feud.* [e] *tit.*9. *tit.*42. *tit.*52. *tit.*55. *lib.*2. *feud.* [f] *tit.*39. *prin. lib. eod.* [g] *tit.*7. & *tit.*21. *lib.*1. *feud.* [h] *tit.*28. & *tit. ſeq. in fin. lib.*2. *feud.*

Impre

mproprium feudum eſt, quod communi & conſueta quadam feudi ra- 31
e, qualitate, ſive natura caret. Cujuſmodi feudum eſt feudum fœmi-
n, ut quod filias quoq; pertinet deficiétibus filiis. [a] Item feudum guar-
& gaſtaldię, quod anno finitur. [b] Feudum habitationis, quod morte va-
finitur. [c] Feudum ſoldatæ, quod domini, item vaſalli morte finitur. [d]
dum de Camera, & feudum de cavena, ſi in ſoldatam fuerit conceſſum.
udum francum, [f] Feudum alienabile. [g]

[a] *Tit.* 30. *& tit.* 50. *in princ. lib.* 2. *feud.* [b] *tit.* 2. *in princ. & tit.* 11. *lib.* 1. *feud.* [c] *tit.* 105. *in ex-d. cap.* [d] *tit.* 10. *§. pen. verſ. Morte enim, lib.* 2. *feud.* [e] *dict. tit.* 10. *§. pen. verſ. Morte enim,* Killinger. *de Ganerb. Caſtror. diſcurſ.* 18. *nu.* 41. *& ſeqq.* [f] *tit.* 23. *in fin. libr.* 2. *feud. & tit. in extraord. cap.* [g] *tit.* 48. *lib.* 2. *feudor.*

Quæritur de feudo empto ſitne proprium, vel improprium feudum? 32
s in propriorum feudorum ſocietatem illud admittendum putamus.

Vide rationes in tract. meo *de qualit. & differ. feud. cap.* 5. *num.* 62. An feudum emptum ientibus maſculis ad fœminas tranſeat vide Rudinger. *lib.* 1. *quæſt. feud.* 32. Mynſing. 5. *obſer.* 73. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 159.

In dubio autem præſumitur feudum eſſe proprium. 33

per text. in tit. 2. *§. Præterea,* ubi Bald. Alvarot. *& alij lib.* 2. *feud. t.* 1. *§. Hoc autem, ibi, niſi ialiter dictum, tit.* 4. *§. Item ſi vaſallus, lib.* 1. *feud.* Menoch. *de præſump. lib.* 3. *præſumpt.* 95. ult. *lib.* 1. *de feud. cap.* 8. *nu.* 52.

Et quamvis feudum naturam ſuam in uno atq; altero depoſuerit, in cæ- 34
is tamen eam retinere dicitur,

per text. in tit. 48. *verſ. ſed qualitercunque, ubi Dd. lib.* 2. *feud.* Menoch. *dict. præſumpt. num.* 2. *& conſil.* 400. *num.* 5. *&* 6. *& conſil.* 600. *nu.* 16. Schrad. *Tract. feud. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 73. *& ſeq.*

Similiter feudum dividunt in ligium, & non ligium feudum. 35

per text. in tit. 99. *in extraod. capit.* Sed hanc diviſionem reprobat Hotoman. *diſput. feud.* 7. De hac diviſione, vide etiam Henric. à Roſenthal. *tract. feudal. cap.* 2. *concluſ.* 3. Dn. Rit-huſ. *in partitionib. feudal. cap.* 4. *diviſ.* 4.

Ligium feudum eſſe putant, ex quo vaſallus, pacto inveſtiturę exigente, 36
delitatem domino ſuo contra omnem hominem, nullo antepoſito, ſive
cepto, præſtare tenetur. Vnde homo ligius, & vaſallus ligius dicitur.

dict. tit. 99. *in extraord. cap. junct. tit.* 52. *§. Satis benè, lib.* 2. *feud.* Dn. Vult. *lib.* 1. *de feud.* 8. *n.* 20. *&* Dn. Obrecht. *diſput. de feud.* 2. *theſ.* 136. exiſtimant, hanc feudi diſtributionem e ex forma feudi: Cum tamen actior illa obligatio, non ex forma feudi, ſed pacto inveſtitu-pendeat. Gothofr. Anton. *diſput. feudal.* 1. *theſ.* 3.

Cum autem ex feudo ligio fidelitas contra omnem, nullo antepoſito, 37
æſtanda ſit, patet inde, feudum hoc ab eo ſolo concedi domino, qui non
cognoſcit ſuperiorem.

Bald. *in prælud. feud. nu.* 25. Alvar. *in prælud. feud. diviſ.* 13. Iaſ. *in prælud. feud. num.* 106. alis eſt Imperator, & Pontifex Romanus, Rex item Hiſpaniæ, & Rex Galliæ, &c. De Pontifi-Romano eſt text. *in clem. Paſtoralis, §. Quod ſi punitia, verſ. Rurſus, tit. de ſentent. & re* d. Gothofr. Anton. *dict. theſ.* 3. *lit. C.*

Princeps ergo Imperij Romani, Imperatore inferior, tale feudum con- 38
edere non poteſt. Cum fidelitatem à ſuo exigere vaſallo contra Imperato-
em & Regem Romanum neutiquam poſſit.

Tit.7. in princ. ibi, excepto Imperio, vel Rege. & tit.55. in fin. ibi, ſancimus, ut in omni S... cramento fidelitatis, Imperator nominatim excipiatur, lib.2. feud.

39 Nemo quoque duo poſſidere feuda ligia poteſt, niſi alterum jure ſucce... ſionis ſit adeptus.

per text. in tit.99. in extraord. cap. & tit.52. §. ſatis benè. lib.2. feud.

40 Non ligium feudum eſt, ex quo vaſallus contra quoſdam juvare dom... nium ſuum non tenetur. Veluti contra Imperatorem, & Regem Roma... num.

Tit.7. in princ. & tit.55. in fin. lib.2. feud.

41 Eſt & illa feudi ex adjunctis diviſio, qua deducitur in novum, & vete... feudum.

Tit.3. in princ. ibi, de veteri beneficio, aut novo beneficio. Item ibi, beneficium defuncti n... vum eſſe dicat, Tit.12. ibi, novum feudum, tit.15. ibi, novum feudum eſſe, Tit.26. in princ. Tit.3... verſ. De veteri autem beneficio, lib.2. feud. & tit.91. de inveſtit. veteris & novi beneficij, in e... traord. cap. Hanc diviſionem maximi dicit effectus Iul. Clar. *in §. Feudum, quæſt.8.* & Zaſi... *de feud. part.2. nu.7.* præcipuam vocat hanc diviſionem Dn. Vultei. *lib.1. de feud. cap.8. nu...* *junct. nu.3.* & Dn. Obrecht. *diſput. feudal. 2. theſ.71.* diviſionem hanc ex cauſa efficiente rep... titam cenſent: quod non admitto.

42 Feudum novum eſt, quod vaſallus feudi poſſeſſor primus ipſemet ve... nova inveſtitura, vel præſcriptione primum adquiſivit.

Tit.32. qui teſtes ſunt neceſſarij, verſ. Novam, tit.18. de duob. fratribus, à cap. inveſtit. tit.2... §. ſi quis per triginta, lib.2. feud. Adde textus præcedenti adpoſitos theſi. Qui ad illud admitta... tur tractat Cravetta. *conſil.579.* Gothofr. Anton. *dict. diſp.1. theſ.5. lit. B.*

43 Vetus feudum eſt, quod ab alio primitus adquiſitum, vaſallus ex ſucce... ſione poſſidet.

Tit.32. §. de veteri autem beneficio, lib.2. feud. Dominus Rittershuſius definit, quod a... aliquo adſcendentium ad præſentem vaſallum per ſucceſſionem delatum eſt, *In partitionib... feudalib. cap.4. pag.108.* An ut novum poſſit concedi, vide Rudinger. *lib.1. quæſt. feudal.2...* Gail. *lib.2. obſerv.49. & ſeq.*

44 Eſtq; triplex: Paternum, maternum, [a] & extraneum. [b]

[a] De paterno, & materno feudo eſt *text. in Tit.15. ibi, ad beneficium vocantur paternum... non maternum, lib.1. feud.* [b] De hoc feudo eſt text. *in tit.1. §. cum verò Conradus, verſ. Quod e... communiter, tit.14. §. Si duo fratres, libr.1. feud & tit.18. lib.2. feud.*

45 Paternum feudum eſt, quod à patre, primo adquirente, ad ejus libero... jure ſucceſſionis pervenit. [a] Ein Stamblehen/ Ein Altlehen/ Ein Altvä... terlich/ oder Vhraltvätterlich Lehen. [b]

[a] *Tit.11. §. His deficientibus, verſ. Quod ita, Tit.50. §. Paternum, lib.2. feudor.* [b] Gayl. *lib... obſerv.49. nu.1.* Schneid. *de feud. part.1. nu.64.* Roſenthal. *Tract. feud. cap.2. concluſ.10.*

46 Maternum feudum eſt, quod à matre primò adquiſitum ad eius libero... jure ſucceſſionis pervenit.

dict. tit.15. verſ. Et ſi ipſa fœmina, lib.1. feud. Hujus feudi non meminerunt Interpretes, S... eſſe maternum feudum arguit abundè textus allegatus. Et diſtinguendum eſſe inter pate... num & maternum feudum patet ex eo, quod in maternum feudum etiam fœminæ ſucc... dunt, deficientibus maſculis. *d. t.15. lib.1. feud. & tit.30. in prin. lib.2. feud.* Non etiam in fe... dum paternum, niſi ex inveſtituræ pacto, *tit.8. §. filia verò, lib.1. feudor.*

47 Extraneum feudum eſt, quod ex pacto inveſtituræ, ab adquirente pr... mo, ad ejus ex latere agnatos; puta fratrem, aut fratris filium pervenit.

Tit...

.1. §. cum verò Conradus, tit.14. §. ſi duo fratres, lib.1. feud. & tit.18. lib.2. feud. Et quia udum, neque paternum eſt, neque maternum, haud ineprè extraneum in perſona ſuc- s dici reor. *§. Sed hodie, Inſtitut. de adopt.* Vbi extranea perſona dicitur omnis , quæ ſt parens.

eteres quidem, & alii eos ſequuti, dividunt feudum in novum, pater- , & antiquum: [a] Verum nihil differt ſpecie feudum paternum ab an- o. [b] 48

Paternum dicunt feudum, quod adquiſitum eſt, vel à patre, vel avo, vel proavo, vel ab- aſalli; Antiquum appellant feudum, quod eſt adquiſitum ab aliquo parente, qui eſt ul- avum; vide Cont. *de feud. c. de diviſ. feud.* Duaren. *de feudis, cap.4. nu.10.* VVeſenb. *tr. d. cap.2. nu.6.* Iohan. Borcholt. *in Comment. in conſuetud. feud. cap.4. num.2.* [b] Antiqui nominatim non fit mentio in libris feudorum. Quod autem antiquum eſt feudum, et vetus appellatur feudum. Omne autem paternum feudum eſt vetus feudum, cum novo ubique opponatur, *tit.14. §. ſi duo, lib.1. feudor. tit.11. §. His verò, verſ. ſi verò de- , tit.12. in princ. tit.14. §. lus eſt, tit.85. verſ. Nunc quidam, junct. verſ. ſeq. tit.26. in princ. feudor.* Et feudum paternum dicitur etiam in Vaſallo, qui à primo adquirente eſt quin- xto, vel ulteriori gradu, *t. t.50. in prin. verſ. ex latere, & §.1. lib.2. feudor.* De hac feudi butione vide etiam Eguin. Baronem *ad tit.8. §.1. lib.1. feud.* Vultej. *lib.1. de feud. cap.8. in fin.* & Dn. Obrecht. *in diſput. feud. 3. theſ.73. quibus ſimiliter ea diſplicet.* Sed tutari videtur *text. in d. tit.8. §. ult. ibi, uſque ad quartum gradum; quia poſtea non vocatur feu- paternum, lib.1. feud.*

Quæritur autem, ſitne paternum , vel novum feudum, quod Vaſallus cio feudi antiqui venditi ſibi comparavit? Et novum hoc eſſe feudum mus. 49

Precium enim non ſuccedit in locum rei, puta locum feudi venditi, *l.3. C. in quib. cauſ. pign. hypoth. tacit. contrah. l. quamvis, 48. §. ult. ff. de furt. l. feudum, 28. ff. de novat.* Neque res in m precii ſuccedit, *l. ex pecunia 12. C. de jure dot. l. ſi ea 6. C. de rei vindicat.* De hac quæſtio- ide Henric. à Roſenthal. *tract. feud. cap.2. concluſ.16. & concluſ.22.*

Dicimus quoq; novum eſſe feudum, quod ob patris feloniam amiſſum, 50 is ipſius ex conſenſu agnatorum redditum eſt.

Per text. in tit.45. verſ. Licet alterum, & tit.54. lib.2. feud. Facit text. *in l. ſed is, ff. de pre- o.* *vide* Schrader. *tract. feudal. part.2. cap.3. num.43. & ſeqq.* Et Henric. à Roſenth. *tract. d. cap.2. concluſ.18.*

Idem ſentiendum de feudo paterno, quod tempore, vel generatione, ad 51 am uſque datum fuit, extinctum, & reverſum dicitur ad dominum, ab c tamen agnatis extraneis fuit redditum.

Argum. d. l. ſed ſi 5. ff. de precario, l. inter 83. §. ſacram, verſ. ſed ſi uſque ad aram. ff. de . obligat.

At feudum paternum , per Vaſallum Domino refutatum, ut de eo filii, 52 os puta & Sempronius inveſtirentur, non efficitur novum , ſed manet ternum.

Tit.14. lib.2. feud. Sed de refutato feudo ſimpliciter vel reſpectu certarum perſonarum vide nric. à Roſenthal. *tract. feudal. cap.2. concluſ.20. & 21.*

Feudum novum jure feudi paterni conceſſum, licet revera novum ſit, [a] 53 udi tamen paterni vim & effectum obtinet. [b]

[a] Hominum enim denominatio rerum ſubſtantiam & veritatem non mutat, *l. ſi fortè 8. de caſtr. pecul. l. ſi quis 5. §. meminiſſe, ff. de agnoſc. vel alend. lib. l. Non epiſtolis 13. & l. non nudis.*

nudis 14. *C. de probat.* [b] Mynſing. *cent.* 4. *obſerv.* 84. & *cent.* 6. *obſerv.* 6. & 8. *num.* 1. Andr. Gayl. *lib.* 2. *obſerv.* 50. Rationes vide in tract. meo *de qualitat. & different. feud. cap.* 5. *nu.* 91. Vide etiam Henric. à Roſenth. *tract. feud. cap.* 2. *concluſ.* 13. & *concluſ.* 15. & Schrad. *tract. feud. part.* 2. *cap.* 3. *nu.* 64. & *ſeqq.* tum etiam Fachineum *lib.* 7. *controverſ. jur. cap.* 58. An autem Prælatus Eccleſiæ feudum novum jure antiqui feudi in bonis Eccleſiæ dare alicui poſſit, & quando, vide eundem Roſenthal. *d. cap.* 2. *concluſ.* 14. & Andr. Gayl. *lib.* 2. *obſerv.* 50. *nu.* 1. tum etiam dict. tract. meum, *cap.* 5. *nu.* 91. *verſ. Eccleſiaſticum.*

54 Eſt & ea quæſtio notabilis, an dominus de feudo paterno Vaſallum ſucceſſorem jure feudi novi inveſtire poſſit, ita ut agnati in feudum hoc ſuccedere nequeant? Negans concluſio veritati propior eſt, ſi inſciis & non conſentientibus agnatis iſthæc inveſtitura ſit facta.

Per text. in tit. 39. *in pr. lib.* 2. *feud.* Facit text. *in tit.* 14. *lib. eod.* Mynſinger. *cent.* 3. *obſer.* 8. Andr. Gail. *lib.* 2. *obſer.* 83. vide tract. meum *de qualit. & differ. feud. cap.* 5. *nu.* 39. & Henric. Roſenth. *tract. feud. cap.* 2. *concluſ.* 17.

55 Denique non eſt hoc loco omittendum, quod feudum in dubio præſumitur antiquum, non novum.

De hac quæſt. vide tract. meum *de qualit. & differ. feud. cap.* 5. *nu.* 94. ubi aliorum de hac quæſtione judicium expoſui. *item in tract. de ſucceſſ. feudi cap.* 5 *quæſt.* 13. Conſule etiam præter eos quos dicto loco citavi, Hericum à Roſenth. *tract. feud. cap.* 2. *concluſ.* 26. Rudinger *lib.* 1. *quæſt. feudal.* 27. Gothofr. Anton. *diſp. feud.* 1. *theſ.* 8. *lit. C.* Feudum item novum propter clauſulam jure antiqui feudi, vel pro antiquo feudo naturam & qualitatem feudi antiqui non induit, Cravetta *conſil.* 926. Mynſing. *cent.* 4. *obſervat.* 84. & *cent.* 6. *obſerv.* 18. Gothof. Anton. *diſput.* 1. *theſ.* 5. *lit. e.*

CLASS. V. DISPUTATIO XIV.

DE PERSONIS, QVAE DARE, QVAE item accipere poſſunt Feudum.

THESIS I.

SEquuntur generales feudi affectiones; ut ſunt adquiſitio feudi, & feudi jus, quod ipſi Domino, & Vaſallo ex feudo competit: tum etiam amiſſio feudi, & judicium feudale. Omnis enim de Feudo quæſtio eſt, vel de ejus acquiſitione, vel de commodo & utilitate illius, vel de ejuſdem amiſſione, vel de judicio feudali, in quo feudi controverſia dijudicatur. De his ergò generalibus Feudi affectionibus ordine agendum.

l. ultim. ff. de li.

2 Adquiſitio feudi eſt actus, quo feudum in re quadam certo modo conſtituitur. Ad hanc deſiderantur tum perſonæ, quæ dare, quæ item accipere poſſunt feudum: tum res idonea, in qua conſtituitur Feudum: tum denique modus conſtituendi feudum.

3 Perſonæ dare, vel conferre feudum poſſunt, quæ liberam bonorum adminiſtrationem habent, [a] tam Eccleſiaſticæ, quàm Laicæ ſive ſeculares. Hinc feudiſtæ dividunt Feudum in Eccleſiaſticum, & Laicum, ſive ſeculare. [c]

[a] *Tr.*

t.3. per quos fiat inveſtit. in princ. verſ. novi verò lib.1. feud. [b] *tit.1. de his qui feud. dare 3. Qui ſucceſſ. feud. dar. teneant. tit.9. Qui ſucceſſ. tene. ant, ibi, niſi fuerit facta ab aliqua Eccleſiaſtica, tit.25. Quibus modis feud. conſtit. pot. §. ſi dominus. & tit. ſeq. §. hac omnia, Clericorum, lib.1. feud.* [c] *De hac feudi diſtinctione vide præcedentem diſputationem, ubi leſiaſticis feudis partitione, & quæſtionibus nonnullis egimus.*

ntifex Roman. Feudum dare poteſt non modò in bonis ſuæ Apoſto- 4
edis, [a] ſed & in rebus omnium Eccleſiarum. [b] Ipſi verò Clerici, licet i ſint gradus, ſunt tamen adminiſtratores tantum rerum Eccleſiaſti-m. [c]

ad Apoſtol. §. præter hæc. tit. de ſentent. & re judic. in 6. [b] Nam ſanctionibus Canonicis, ex Monarcha & caput eſſe fingitur omnium Eccleſiarum *c. cuncta per modum & c. ſeq. rincip. c. patet. c. nemo 9. q.3. c.2. diſt.25.* & plenaria ipſi in Eccleſiaſticis diſpoſitio permiſſa *ibi, plenaria diſpoſitio. T. de præb. in 6. c. in fin. ut lit. pend. nib. innov.* [c] *c.2. extr. de don. it. p. in fin. extr. de reb. Eccleſ. alien.*

quæſtionem autem vocari poteſt, ſi Prælatus Eccleſiæ, in eius bonis 5
i extraneo, feudum, quod alius adhuc poſſidet Vaſallus, in caſum mor-lius Vaſalli concedat, Prælatus autem ille moriatur, antequam novo llo rem feudalem tradat, an ſucceſſor eius ad feudum præſtandum ſit gatus necne? Hîc diſtinguendum eſt, utrùm rei feudalis poſſeſſio redie-l ipſum Prælatum vivum, an verò eo mortuo feudum illud Eccleſiæ tum ſit. Priore caſu ſucceſſor feudum præſtare, & novum Vaſallum ſtire tenetur: poſteriore non item.

ext. in tit.3. tit.9. tit.25. §. ſi dominus, lib.1. F. & tit.35. lib.2. feud.

tamen Papa res Eccleſiæ magnas & precioſas, puta, civitates, in feu- 6
i concedere velit, Cardinalium conſenſu opus erit.

t Dd. ſentiunt Bald. *in l. multa C. de Don. quæ. l.16.* Iaſ. *ad tit.1. [illegible] lib.1. feud.* Arg. *l. placet. rationabilis Conſilij tenore perpenſo, c. de SS. Eccleſ. c. per venerabilem, verb. rationibus igi-tr. qui fil. ſint legit.*

rælatus Eccleſiæ feudum dare poteſt in rebus Eccleſiæ ſuæ, non modò 7
onſenſu Pontificis, & totius capituli, ſuadente neceſſitatis, vel utilita-auſa, ſolenniter & diligenter perpenſa: [a] Sed etiam, ſi illius fuerit con-tudo antiquitus feudum dare, [b] ante tempora Vrbani II. Pap. Rom. [c]

per tot. t. ext. de reb. Eccleſia non alie. & Novell. 71. de non alienand. aut permutand. reb. ſiaſt. vide tract. meum *de inveſtitur. feudi cap.3. num.55.* [b] *t.1. §.1 ibi, ſi antiquitus conſue-eorum fuerit feudum, tit.6. in fin. pr. ibi, vel alia Eccleſiaſtica perſona, quæ antiquitus non ta in feudum dare, lib.1. F. tit.35. in fin. ibi, & feuda bis aperta olim dederant, lib.2. F. & de inveſtitura vet. & nov. beneficij, ibi, ſive Eccleſiaſtica, ſive antiquitus eorum conſue-fuerit, in extraord. cc.* vide tract. meum *de inveſtit. feudi, cap.3. num.55.61. & ſeqq.* [c] *tit. vel Abbat. 6. lib.1. feud.* Sed vide Henric. à Roſenthal. *tract. feud. cap.4. concluſ.30. nu.13. ſeqq. ubi diſſentit.*

Quanto autem temporis ſpacio talis infeudandi conſuetudo progigna- 8
; quærunt interpretes? Quidam requirunt annos tantum 4: quidam 10: idam 30: quidam 40. deſiderant; nonnulli verò immemoriale tempus. nt item, qui putant tempus hoc judicis arbitrio relinquendum eſſe. Cô-niter tamen receptum volunt 40. ſufficere hic annos. Et præter tempus

illud quidam requirunt duos infeudandi actus; quidam unum. [a] Ver hîc nullam temporis quantitatem, vel actuum frequentiam ſpectand eſſe arbitror; ſed duntaxat diſpiciendum; utrùm aliquando res ante Pon fic. Vrbani conſtit. in feud. fuerit data. [b]

[a] Vtramque hanc quæſtionem longo ſtylo examinat poſt alios Iacobin. de S. Georg. *in tract. ſuo Feud. in verb. in feudum. nu. 37. mihi pag. 25. fac. 2.* Item Iacob. de Belv. *in apparatu in conſuet. feud. ad tit. 1. verſ. Quæritur ergò, quanto tempore. & verſ. ſeq. lib. 1. F.* & Curt. Iun *tract. F. p. 2. q. 3. & 4.* Attingit eand. Duar. *in comm. in conſ. F. c. 5. nu. 6.* & Ioan. Borch. *in con feud. c. 6. n. 23.* [b] *d. t. 6. in princ. lib. 1. feud.* Vide tract. meum *de inveſtitura feudi, cap. 3. num.* & Roſenthal. *tract. de feud. cap. 4. concluſ. 30.*

9 Poteſt autem Prælatus in tali re feudum alicui concedere, etiam inco ſulto Pontifice. [a] Proindeque etiam abſque conſenſu Capituli: [b] & q dem in tantum poteſt Prælatus rem infeudari ſolitam liberè de novo ali in feudum concedere, ut ei minimè obſtet Iuramentum, quo cavit, ſe r Eccleſiæ ne quidem per feudum alienaturum; quippe cum juramentum lud tantum concernat res, quæ omninò alienationi haud ſubjacent, nunquam antea feudales fuerunt. [c]

[a] *Text. eſt expreſſus in c. 2. extr. de feud. & c. ut ſuper. extr. de rebus Eccleſ. alien. vel non.* [b] notabil. text. *in tit. 26. §. in Clerie. lib. 1. feud.* Weſenbec. *de feud. cap. 4. num. 1.* [c] *dict. cap. 2. Dd. extr. de feud.* Roland. à Vall. *conſil. 1. num. 83. volum. 1.* Hieron. Schurpff. *conſil. 45. nu. 7 8. cent. 1.*

10 Sed vocatur in quæſtionem: An Eccleſiæ Prælatus, ut extraneis, ſic conſanguineis ſuis, rem infeudari ſolitam, & Eccleſiæ apertam, largiri feudum poſſit? Et ſententiam affirmatam veriorem credo; [a] modò nulla ea infeudatio Eccleſiæ fraudem creare videatur. [b]

[a] *Tit. de inveſtit. vet. & nov. benefic. in extraord. cc.* ubi Prælatus utiliter dicitur dare f dum conjunctæ perſonæ, ſi non tale ſit feudum, quo duos Vaſallos Eccleſiæ parare potuiſ argum. *text. in cap. dilecto filio extr. de præbend.* Secundum naturam enim eſt, ut unusquiſ proprium ſanguinem extraneæ perſonæ præferat, *l. cum acutiſſimi* 30. *C. de fideicommiſſ. c. æſtimemus, verſ. diligentius tamen* 12. *quæſt.* 2. & prima liberalitas circa proximos operari de *c. non ſatis. diſt.* 86. Et quæ Prælatus relinquere valet extraneis, eadem conſanguineis ſuis c cedere non prohibetur, *c. relatum ibi, ſive conſanguinei ſint, ſive alij, extr. de teſtam.* Et Mynſi *obſervat. 47. cent. 5.* addit quòd hæc ſententia magis ſit recepta, quodque illi communis eti Germaniæ conſuetudo ſuffragetur: De hac quæſtione vide tract. meum *de inveſtitura fe cap. 3. num. 56.* Rudinger. *lib. 1. quæſt. feudal.* 81. Cævallos *quæſt.* 275. [b] *tit. 34. §. ſimiliter, in pr verſ. profectò ille, qui beneficium ſuum, ibi. non debet alia lege dare, niſi qua ipſe habeat, lib feud. d. tit. de inveſt. vet. & nov. benefic. §. à prælatis, ibi, dum tamen diſſipator videri non po In extraord. cc. c. 2. ibi, conditionem Eccleſia meliorem facere poteſt, deteriorem non debet, e de donat.*

11 Vnde ſi feudum conſuevit dare maſculis, & ad certam duntaxat gene tionem, Prælatus certè illud fœminis dare, aut in perpetuum concedere poteſt; [a] niſi hoc fiat propter meritum aliquod ſive amorem recipient veluti ſi ſit filia Vaſalli benè meriti, cujus amor & memoria, in filiæ quoq utilitatem exuberet. [b] Si item feudum prius fuit conceſſum perſonæ ſi gulari, & quidem plebeiæ, non poteſt jam apertum Eccleſiæ dare univer tati alicui; veluti civitati aut Collegio cuidam, neque potentiori. [c]

t.34.§.ſimiliter, ibi, ſi perſona ſecunda ſit talis, lib.2.feud. Curt. Iun. *in tractat. feud. p.2.* 6 *num.11.* [b] *tit.14. lib.1. feud. & arg. l. Verum libertus 9. ff. Si quid in fraud. patron.* Atque tit etiam Frider. Schenck. Bar. à Tautenberg. *ad tit.1. in princ. num.2. lib.1. feud.* [c] Per ea, cribit Bald. *in Auth. Quibuſcunq;, C. de SS. Eccleſ.* & Alex. *in conſil.9. nu.5. Volum.3.* Curt. *tract. feud. part.2. quaſt.9.* Cum enim civitas, aut Collegium nunquam moriatur, ſpes eſt, fore, ut aliquando Feudum ad Eccleſiam redeat, *l. an uſufr. 56. ff. de uſufr. l. ſi uſuſfr. 8. uſu & uſufr. leg.* & difficilius eſt, litem intendere potentiori, quam inferioris ſortis homi- beio, *l.1. §. fin. l.2. l.3. ff. de alien. Iudic. mut. & tot. titul. Cod. ne liceat potent. patrocin. li- oſt.*

Iotandum autem, Archiepiſcopum Mediolanenſem, ex privilegio ejus 12 leſiæ jus non habere concedendi in Feudum rem eam, quam tempore bitus ſui, in dominico invenit, etiamſi anteà feudalis fuerit.

t.35. Verſ. & ideò dicendum, lib.2. F. Quid dominicum ſit, variant Dd. vide tract. meum *Veſtitura feudi, cap.3. num.55. pag.191. Vide quoque num.60.*

Cæteri, qui Prælati Eccleſiæ non ſunt, jus dandi Feudum non habent. 13 ȯd ſi autem dederint, conceſſio illa vigorem nullum habet: [a] niſi & ur- s neceſſitas, & evidens Eccleſiæ utilitas eam infeudandi conſuetudi- n produxerit, [b] impetrata tamen licentia Pontificis, ut & conſenſu Ca- ali, habito ſolemni & diligenti tractatu, ipſumque capitulum ei infeu- ioni ſubſcribat. [c]

tit.6. in princ. ibi, nullum habet vigorem. item ibi, de jure non valeat libr.1. F. l. non dubium de ll. & l. pact. 1, quæ contra leges. C. de pact. [b] *c. Ad noſtram, extr. de rebus Eccleſ. alien. Vel* Quod enim non eſt licitum in lege, neceſſitas cum utilitate conjuncta facit licitum. *c. non icitum. extr. de reg. jur.* [c] *c.1. Verſ. quia etiam tractatus & diligens, c.2. in princ. ibi, abſque itulı conſenſu, & Apoſtolicæ ſedis licentia, tit. de rebus Eccleſ. alien. in 6. c. ſine exceptione, ibi, totius cleri tractatu atque conſenſu. item ibi, omnium convenientia & ſubſcriptione Cleri- um 12. quæſt.2. junct. c. ac noſtram, extr. de rebus Eccleſ. alien. Vel non,* Didac. Covarru. *libr.2. reſolut. cap.17. num.2.* Roland. à Valle *Conſ.15. num.10. & conſil.33. num.12. Volum.1.* We- bec. *conſil.52.*

Verùm ſolemnitatis hujus omiſſio non vitiat infeudationem, ſi Præla- 14 rem minimam non ſolitam infeudari in feudum concedat; [a] vel ſi rem nferat in feudum, quæ ultra hominum memoriam inculta fuit. [b] Ipſo re verò inutilis, ratihabitione Eccleſiæ valida & utilis habetur. [c]

[a] *c. terrulas 12. q.2. l.1. §. fin. ff. de vent. inſpic. l.1. §. perinde extra de adılit. edict. l.4. ff. de re- . in integr.* Gail. *lib.1. obſervat. obſerv.151. num.13.* & poſt alios Schrad. *in tract. de feud. pag.4. 2. num.15.* [b] *c. ad aures,* ubi Canoniſt. *extr. de rebus Eccleſ. alien. Vel non. cap.2. ibi, conditio- n Eccleſia meliorem poteſt facere, deteriorem non debet, extr. de Donat.* Matth. de Afflict. *ad l.1. num.2. lib.1. feud.* [c] *cap.3. extr. de his, quæ fiunt à prælat. & c. cura paſtoralis extr. de jur. ron.*

Verùm autem invito Vaſallo, ratam habere Eccleſia poſſit infeudatio- 15 em, ex ſolemnitatis omiſſione inutilem, ita ut Vaſallus coactus teneatur ſcipere feudum, quæſtionis eſt? Et licet nonnulli affirment, negatam ta- en ſententiam veram puto.

Vaſallus etenim invitus retinere feudum cogi non poteſt, ſed id domino etiam diſſentienti futat, & cedit. *tit.38. lib.2. feud.* Zaſ. *in epitom. feud. p.10.* Cujac. *ad tit.14. lib.2. feud.* Duaren. *comment. in conſuet. feud. cap.12. num.18.* Weſenbec. *in tractat. de feud. cap.9. & 10. num.3.* am & uſufructuarius, cui haud multum abſimilis eſt Vaſallus, *tit.23. in fin. ibi, uſufructus*

vero illius,lib.2.feud. non cogitur invitus uti frui,ſed poteſt uſumfructum remittere, *l.ſi abſe*
te 55.l.cum uſufructuarius 75.ff.de uſufr.

16 Laicæ ſive ſeculares perſonæ, feudum conſtituere quæ poſſunt, vel d
gnitate quadam pollent, vel plebeæ ſunt. Vnde feudum hoc vel regale e
vel non regale: Item nobile, vel plebeum.

De hiſce ſecularis feudi diſtributione & ejus partibus egimus diſputatione præcedente.
autem Imp. Roman. bona Imperij dare in feudum poſſit, vide tract. meum *de inveſtitura fe*
di,cap.3.nu.66. & ſeq. Et an Imperator ante coronationem poſſit de bonis Imperii alicui fe
dum concedere. Vide Stephani *de juriſdict.lib.2.part 1.c.1.n.*138. Schrad. *de Feud.c.1.n.10.fol.*

17 Eſt autem hîc Nobile feudum, quo dominus effecit Vaſallum nobile
militiæ, puta Capitaneum Regis, ſive regni; aut Valvaſorem Regis, ſive r
gni, qui etiam Capitaneus ſimpliciter vocatur, aut Valvaſorem, qui m
nor Valvaſor dicitur: aut Valvaſinum, qui item Valvaſor minimus appe
latur.

tit.10.Quis dicatur dux,lib.2.feud. ubi omnis Vaſallus, qui non eſt Capitaneus Regis, a
Valvaſor Regis, aut Valvaſor, aut Valvaſinus, diſertè plebeius dicitur his verbis: Cæteri ve
qui ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licet noviter à Capitaneis, ſeu à Valva
ribus acquiſierint, plebei nihilominus ſunt. Plebeius autem opponitur nobili, hoc eſt, illi,q
in aliquo honore poſitus eſt *l.3.§.pœna autem.ff.de crim.ſtell. tit.53. de pac.ten. in princip.*
cum omnibus locorum primatibus & plebeis,libr. 2.feud. & c.ſeries,ibi, quorundam nobiliu
dua civitatis,extr.de teſtib.& atteſtat. & latè Tiraq. *in tract.de Nobilit.c.2.*

18 Ab hac autem nobilitate militari plurimùm differt ea nobilitas, qua c
ruſcant illi, quos Imp. dato jure galeæ apertæ, in equeſtrem ordinem r
cepit, & nobiles appellari, porrectio diplomate, juſſit, & qui ex his legitin
progeniti ſunt.

Ad hos certè *d. tit.10. Quis dicat. Dux,lib.2.feud.* nihil pertinet, ut & rectè ibid. notat H
roman. *in verb.nihilominus plebei ſunt:* Licet interpp. ſecus ſentiant. Cum enim iſthæc præ
pua, & ſingularis nobilitas non niſi ab Imp. concedatur, *l.ultim.§.Viros autem illuſtres, & i*
Paul. Caſtrẽſ. *C.ubi Senat.vel Clariſſ.l.ſacrilegij 5.* ubi Bald. *C.de diverſ.reſcript.l.un.C.de his q*
à princip.vacat.accep.lib.10.l.penult.in princip.& §.1. ubi Albert. de Roſ. *ff.de Decur.* Iaſ. *i*
omnium 19.§.1.C.de teſtament. Alvarott. *ad d.tit.10. Quis dicat.Dux.in princ.nu.4.lib.2.* Ca
conſil.22.Viſis omnibus,col.2.lib.2. Imperator verò iis ita hunc honorem tribuat, ut in libere
non niſi legitimè procreatos tranſeat, *l.1.* ubi Br. *num.49.& l.ſeq. C.de dignit.libr.11.* Nob
tas verò militaris, de qua in *d.tit.10.* non tantùm tribuatur à Rege, hoc eſt, Imperatore, ſed
à Capitaneo Regis, item, à Regis Valvaſore, & à Valvaſore minore, ſicuti textus ejus loci di
tè teſtatur; profectò perperam ad nobilitatem veram, & ſpecialem trahitur locus ille *in di*
titul.10.

19 Quod plebeium attinet feudum, quæri ſolet, an Ruſticus, vel quis ali
privatus, quantumvis humilis conditionis, allodium ſuum alicui in fe
dum dare poſſit? Adfirmativam ſententiam de jure veriorem putamus; [a]
cet negata opinio quibuſdam placeat. [b]

[a] Omnis enim qui liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem habet, rectè feudum d
re poteſt, *tit.3.per quos fiat inveſt.in pr.verſ.Novi verò.lib.2.feud.* & quilibet liber in re ſua
moderator, & arbiter *l.in re mandata 21. C.Mandat. l.ſed etſi 26.§.conſuluit.ff.de petit. he*
dit. Iuſtum quoque eſt, ſua cuique committere, *l.nemo 9.C.de jud.& cælic.* & quidem ad ar
trium *l.7.in fin.ff.ſi quis à parent.manumiſſ.fuerit,l.dubij 14.C.de contrah.empt.* Accedit h
quoque, quod ſola fidei præſtatio eſt forma, & ſubſtantia feudi, quæ tam privato, quam
gnita

te florenti exhiberi poteſt; nihil ergo obſtat, quo minus etiam privatus feudum dare poſ- Hanc ſententiam tuentur etiam & amplectuntur Curt. Iun. *in tract. feud. p. 2. principali,* chrad. *p. 4. c. 1. nu. 57.* & Ioan. Borcholt. *in comm. in conſuet. feud. c. 5. nu. 41.* ſed obſtare vid. *in tit. 1. §. 1. lib. 1. feud.* [b] ut præter alios Duaren. *in comment. feud. cap. 6. nu. 9.*

upillus, ſiquidem res ſuas alienare prohibeatur, [a] ut & minor. 25. an- [b] novum feudum dare non poſſunt. [c] 20

§. nunc admonendi, ff. quib. alien. licet vel non, l. pupillus 11. ff. de adquir. rerũ domin. l. Iuſ- ſdum 17. §. 1 ff. de juriſ jur. [b] *l. 3. C. de in integ. reſtit.* [c] *d. tit. 3. in princip. lib. 2. Feud.* vide tra- meum *de inveſtitura feudi, cap. 3. num. 2. & ſeqq.*

Num verò pubes minor 25. ann. ſtipulanti promittendo feudum novum, 21 curatoris ſui conſenſu, efficaciter obligetur, non immeritò hoc loco in ſtionem vocatur? Negativa nobis arridet.

ſi enim Modeſtin. Iuriſconſultus *in l. puberes* 101. *ff. de verb. oblig.* ſcribat puberes, ſine Cu- ibus ſuis ex ſtipulatu obligari: Verùm quia generaliter cautum legimus *in d. tit. 3. in prin- br. 2. feud.* nec minorem alicui novum feudum dare poſſe, exiſtimamus, ne quidem ex latu, obligari minorem, ſi ſtipulanti novum feudum promittat. Cum enim placitum il- eudale interdicat minori, datione novi feudi, interdicere quoque ei intelligitur quovis ractu, quo feudum novum promittitur. Nam prohibito, & conceſſo actu, prohiberi quo- aut concedi præparationes certum eſt, *l. oratio 16. ff. de ſponſal. l. ad rem. 56. & l. ad lega- 62. ff. de procurat.* Petr. Coſtal. *ad l. in quorum 24. ff. de pignor. & hypothec.* vide hac de quæ- e tractat. meum *de inveſtitura feudi, cap. 3. num. 17. & ſeqq.*

Cæterùm ut pupillus & minor 25. an. ſic & furioſus, mente captus, & pro- 22 us, novum alicui feudum dare prohibentur.

Nam & hi res ſuas alienare impediuntur *l. 2. & 3. C. de Curat. fur. l. Iulianus 10. ff. de Curat. l. ſi ſciens 26. ff. de contrah. empt. & d. l. 3. C. de in integr. reſtit. min.* vide tract. meum *de in- titura feudi, cap. 3. num. 49.* Rudinger. *lib. 1. quæſt. feudal. 18.*

Interdicitur autem bonis prodigo vel ipſa lege, id eſt, ipſo jure, ſine de- 23 to magiſtratus, ſi ſcilicet manifeſtè & notoriè prodigus ſit: [a] vel à præ- e, ſeu magiſtratu, ſi dubium fuerit, an revera prodigus ſit. [b]

l. ſi cui 18. in prin. Qui teſtam. fac. poſſ. l. 5. §. 1. ff. de adquirend. & amitt. heredit. l. 1. in prin- ff. de Curat. fur. [b] *l. Iulianus 10. & l. pen. §. 1. ff. d. t. jus provinciale. Würtemberg. p. 2. tit. 30. prodigis* vnnützen Haußhaltern/*pag. 319. Donell. in l. ſi cui 6. ff. de V. O.* De exemplo hoc in digo vide dict. *meum Tractat. de inveſtitura feudi cap. 3. num. 33. & ſeqq.* Cævallos. *quæſt.* Paul. Chriſtinæ. *vol. 1. deciſ. 163.* Merenda *lib. 1. controverſ. 27.*

Argument. titul. 45. verſic. Et licèt alterum, libr. 2. feud. Nam precium illud non ſucce dit loco rei, id eſt, feudi antiqui, *l. Quamvis 3. Cod. In quibus cauſis pignor. vel hypotec. contr hen. l. Qui vas argenteum 48. §. ultim. ff. de furt. l. Fundum 28. ff. de novat. l. Nemo rem 8 in princip. ff. de verborum obligationibus.* Vt nec res loco precij, argument. *l. Ex pecunia 6. de rei vind. l. 4. Cod. communia utriuſque judic.* Vide Schrad. *de feud. part. 2. cap. 3. num. 57. & ſequentib.*

47 Similiter novum dicimus feudum, quod cum antiquum eſſet, vaſallu feloniâ ſuâ amiſit, at remiſsâ feloniâ à domino ſimpliciter recepit.

Feloniâ enim Vaſalli omne ejus jus reſolvitur, & feudum ipſo jure ad dominũ liberè reve titur, *tit. 55. §. Firmiter, lib. 2. feud.* Redditum ergò feudum meritò novum cenſetur, *per tit.* *verſ. Licèt alterum, & tit. 54. verſ.* Infendatus *lib. 2. feud. confert eod. text. in l. Sed ſi 5. ff. de prec rio, l. Inter 83. §. Sacram. in fine. verſ. Sed etſi, ff. de verb. oblig.* Atq; hanc probat concluſione Alvarot. & Præpoſit. *ad tit. 14 lib. 2. feud.* Bald. *ad tit. 55. §. Inſuper libr. eod.* Zaſ. *de feud. part. num. 2. &* Schrader. *de feud. part. 2. c. 3. num. 43. & ſeqq. ubi hujus pronunciati quaſdam li tationes adfert.*

48 Denique novis adjicimus feudis & illud, quod tempore, vel generati ne finitum, filijs vel agnatis ultimi vaſalli dominus iterum conceſſit.

per text. in l. Sed ſi 5. ff. de precario.

49 Feudum vetus (ut & præcedenti expoſitum diſputatione) eſt quod ve præſentis domini prædeceſſore datum, vel à vaſalli præſentis prædeceſſo adquiſitum eſt.

Tit.

Tit.32.§. De veteri autem. & *tit.52.§. Satis benè, verſ. Quidam miles, ibi*, qui paterna beficia *lib.2.feud.* Ex quo loco diſcimus, paternum eſſe feudum & illud, in quod filij patri ſuo vo vaſallo ſucceſſerunt. Paterno autem feudo novum feudum opponitur, *tit.11.§.His verò ficientibus, verſ. Quod ita intelligendum,* & *verſ.ſi vero dominus, tit.14.* & *tit.15.verſ.Nunc idam,* & *verſ.ſeq.lib.2 feud.* Vnde & paternum feudum eſt vetus feudum: quippe cum vo feudo vetus feudum opponatur *tit.3.tit.32. §.Novum,* & *§.ſeq.lib. eod.feud.* & *tit.91. inveſtitura veteris* & *novi feudi, in extraord.capit.* Eſt ergò vetus feudum, quod vaſallus ex ceſſione poſſidet, licèt in defuncti perſona feudum fuerit novum.

Feudum vetus ratione præſentis vaſalli, qui ſucceſſionis jure id obtinet, 50
el paternum, aut maternum eſt;[a] vel eſt extraneum, [b] ut traditum quoque iſputatione præcedenti.

[a] *Tit.15.lib.1.feudor.* [b] Quale eſt, in quod ſuccedit ex pacto inveſtituræ agnatus ex primo adirente non deſcendens.

Paternum feudum eſt, quod à primo adquirente maſculo adquiſitum, 51
d ejus liberos maſculos quocunque etiam gradu fuerint, jure ſucceſſionis ervenit.

Tit 11.§. His deficientibus, verſ. Quod ita intelligendum, & *tit.50.§.Paternum autem voco, b.2.feud.*

A paterno feudo interpretes antiquum feudum ſpecie diſtinguunt. Pa- 52
ernum appellant, quod etiam ad primi adquirentis ſucceſſores quarti graus pervenit. [a] Antiquum vocant, quod etiam primi adquirentis ſucceſſoibus, qui ultra quartum gradum ſunt, obvenit: [b] Cùm tamen paternum eudum ſit feudum antiquum,[c] ut proinde hoc ab illo ſpecie diſtingui non oſſit. Quin etiam feudorum placita paternum feudum diſertè appellant c illud, quod ad primi adquirentis liberos maſculos etiam remotiſſimi radus tranſit. [d]

[a] *Per text.in tit.8.§. Hoc quoque obſervatur, lib.1.feud.* [b] Alvarot. *in proœmio in libros feud. ub ſexta feudi diviſ.* Bald. *ibidem, num.42.* Iaſon. *in prælud.feudor. num.83.* Zaſ. *in Epit. feud. rt.3.* Cont. *in methodo de feudis, cap. de diviſione feudor.pag.19.* Duaren. *de feud.cap.4.num. 6.* VVeſenb. *de feud. cap.2.num.6.* Borcholt. *de feud.cap.4. num. 2.* [c] *Vt ad theſin 49.oſtenſum uit:* [d] *dict.tit. 50.in princ.ibi,* ex latere omnes per maſculos deſcendentes, usque in infinitum, i feudum ſit paternum, *lib 2.feud.* Non obſtat textus *in dict.tit.8. §. Hoc quoque, lib.1.feudor.* Nam eſt de jure antiquo, quo in feudum ſucceſſio erat usque ad quartum duntaxat gradum, quæ tamen poſtea extenſa fuit usque ad gradum ſeptimum. *tit. 1. §. Hoc quoque lib. 1.feud. 8.§. Hoc quoque lib.2.feud.* Tandem etiam in infinitum *t.31. t.50. t.52. §. Satis benè. in fine b.2. feud.* Agnati omnes, ex primo adquirente deſcendentes, feudorum jure parentes ppellantur, *tit. 24.lib. 1.feud.tit.33. lib.2.feud.* Nec ergò obſtat, quod civili jure ultra parem ſolus avus appellatione patris continetur, *l. Iuſta 101. ff. de verb. ſignif.* Adhæc paternum feudum à primò adquirente æſtimatur; quippe cum nemo agnatus in feudum, quod paternum dicimus, ſuccedat, niſi unus fuerit ex liberis maſculis primi illius adquirentis, quocunque etiam gradu liberorum fuerit *tit.11. §.His verò, verſ. Quod ita, dict.tit.31. ibi,* remoti ab eo, qui id adquiſivit, *tit.50.§.Paternum autem, lib.2.feud.* Quid ergo impedit, quo minùs paternum dicatur feudum, licèt in quinto aut ſexto gradu conſiſtat. Denique nepos, pronepos, abnepos, &c. jure repræſentationis in feudum ſuccedit, quaſi filius primi adquirentis, *tit. 19.§.ult.ibi* in beneficium avi in patris vicem ſuccedit, *lib.1.feud.* Et ſuccedere in feudum dicitur ad nepos, qui gradu eſt quinto: ſuccedere inquam, dicitur, non in feudum ſui patris, ſed in feudum adavi, primi adquirentis, tanquam ejus filius, *per text. in tit. 14. §. ſi capitanei, ibi.* prædicti fratres, vel nepotes per inveſtituram patris & avi in beneficium ſuccedunt, *lib.1.feud.*

contrariorum, cognoſcitur & alterum, *text. in l. ff. de his qui ſui vel alien. Iur. ſunt, Inſt. l. in princ. l. qui accuſare* 8. ubi Bart. *nu.* 1. *ff. de accuſat.* Dyn. *in c. poſſeſſor. de R. I. in VI.*

Dividuntur autem illæ res in corporales, & in incorporales. [a] Corporales 2
ſunt, quæ ſui naturâ ſub tactum & viſum cadunt. [b]

[a] *t. 1. de feud. cogn. §. fin. lib. 2. F.* [b] *l. 1. §. quadam. ff. de diviſ. rer. & qual. & t. Inſt. de reb. p. & incorpor. in pr.*

Corporales res, quarum feudum conſtitui poteſt, vel immobiles ſunt, vel 3
obiles. [a] Immobiles ſunt quæ loco moveri nequeunt; [b] Atque hæ vel res
li ſunt, vel ſolo cohærentes. [c]

[a] *d. t. 1. §. fin. junct. t. 8. de inveſt. de re alien. fact. in princ. verſ. ignorans verò, & t. 25. ſi de d. vaſall. ab aliq. interpel. fuer. verſ. ut dominus vaſallo,* ubi Hotoman. *lib. 2. F.* Idem Ho-m. *in diſſ. feud. c. 16.* [b] *l. 1. §. 3. & ſeqq. ff. de vi & vi armat.* [c] *d. t. 1. §. ult. lib. 2. F. l. quia acer-* 10. *ff. quod vi aut clam. l. 1. §. & generaliter, ff. de vi & vi armat.*

Res ſoli vel ſingulæ in feudum conceduntur, vel univerſæ. Singulæ, ut ſi 4
anſus, [a] aut area, fundus, hortus, aruum, [b] in feudum detur.

[a] *t. 4. ſi de inveſt. feud. contr. fuer. §. ſi quis de manſo. lib. 1. F.* [b] Nam & harum rerum uſuſ-ctus (cui ſimile eſt feudum *t. 23. in quib. cauſ. feud. amitt. in fin. verſ. uſusfructus verò lib. 2.*) conſtitui poteſt, *l. ſi area* 73. *ff. de uſufr. l. repeti.* 5. *§. rei mutatione, & §. ſeq. l. fundi* 8. *l. d tamen* 10. *§. non tamen ſi ar vi* 4. *ff. quib. mod. uſufr. vel uſ. amitt.* Hotoman. *diſput. d. c.* 16.

Prædictis autem ſoli rebus in feudum conceſſis, etiam fodinæ ſive ſectu- 5
auri, argenti, ferri, plumbi, & cæterorum metallorum; item lapidis, cal-
s, arenæ, picis, cretæ, ſulphuris, ſalinæ ibi inventæ, ſimul in feudum con-
ſſæ intelliguntur; [a] niſi in feudi conſtitutione dominus contrariam de-
araverit voluntatem. [b]

[a] *Per text. in l. item ſi* 9. *in pr. §. 2. & 3. l. ſi cujus* 13. *§. inde, ff. de uſufr. l. fructus eos* 7. *§. ſi r, & §. ſed ſi cretæ fodinæ, & l. ſi fundus* 8. *ff. ſolut. matrim. l. 3. in fin. & l. 4. ff. de reb. eor. qui b tutel. vel cura ſunt.* Hotom. *d. c.* 16. [b] *d. l. ſi fundus* 8. *verſ. niſi ſi, ff. ſolut. matr.* ſecundum em verſ. intelligenda eſt *l. ſi ex,* 32. *ff. de Iur. dot.*

Quæſtio ſatis elegans, difficilis tamen, hîc occurrit, an ut fructus fodina- 6
m metallicarum, ſic & theſaurus in feudali fundo repertus, ad vaſallum
tus pertineat? Negativæ ſententiæ ſubſcribimus.

Theſaurus enim in fundo alieno fortè fortuna repertus, ex ſemiſſe inventoris eſt: alter ve-ſemis ad dominum fundi pertinet, *§. theſauros, verſ. at ſi quis, Inſt. de rer. div. l. un. C. de ſaur. l. ſi is, qui* 63. *§. quod ſi ſervus* 3. *ff. de acquir. rer. dom.* Quo circa cum feudalis fundus oprietate ad dominum pertineat, non ad vaſallum, qui ſaltem uſumfructum in eo habet, *t. §. fin. lib. 2. F.* certè theſaurus, quem vaſallus in fundo feudatario invenit, pro dimidia tan-m inventori, pro altera dimidia parte domino cedere debet. Accedit huc & illud, quod ubi ge feudali aliquid diſpoſitum non eſt, ibi lege ſcripta utimur *per text. in t. 1. §. ſtrenuus au-m leg. ſperitus, lib. 2. F.* & tradit Schrad. *tract. feud. p. 10. ſect. 7. n.* 45. Denique juvat hanc no-ſtram ſententiam, quod theſaurus in fundo fructuario repertus, in fructus non computatur, *l. uctus 7. §. ſi fundum viro, verſ. non magis D. ſolut. matrim.* Et vaſallus uſufructuario, ſimilis t, *d. t. 23. §. fin. lib. 2. F. E.* In hanc quoque ſententiam negativam inclinant Bart. & Placen-n. *ad d. §. theſauros, Inſtit. de rer. diviſ.* Molin. *ad conſuet. Pariſ. t. 1. §. 37. num. ultim.* Vide Me *tractat. de regal. lib. cap. 3. nu.* 181.

Cæterum fundo in feudum conceſſo, res illi cohærentes conceſſæ intel- 7
guntur.

 Sunt

Sunt enim aut pars fundi, aut omnino non, aut ſaltem non utiliter ab eo ſeparari poſſu
Schrad. *tract. feudal. part.3.c.2.nu.55. & d.p. 3. c. 4.* Accedit text. *in t.58. de not. feud. §. i.*
eadem lege, ibi, eadem lege. & eodem Iure debet habere rem iſte, qui inveſtitus eſt, quam ha
ret, qui eum inveſtivit.

8 Servitutes ergo reales, [a] ut & cætera Iura, rei immobili in feudum da
adhærentia, [b] inſtrumenta ad uſum fundi comparata, [c] incrementum, [d]
ræ beſtiæ, ad perpetuum fundi uſum in vivarijs repoſitæ, [e] ſimul tacitè co
ceſſæ intelliguntur.

[a] *Per l. ſi aquaductus 47. & l. ſeq. D. de contr. empt.* Imo etiam res ad uſum ſervitutis co
paratæ, per *d. l. ſi aquæductus 47. in fin. & l. fiſtulas 78. de contrahen. empt. l. ſi venditor 38*
ult. ff. de act. empt. Borcholt. *tract. feud. c. 6. nu. 17.* Roſenthal. *in ſynop. jur. feud. cap. 4. c*
cluſ. 2. Schrad. *feud. p. 3. c. 4. num. 3.* Vult. *d. c. 5. num. 4.* [b] Vult. *d. loc.* Roſenthal. *d. c. 4. conc.*
5. [c] *argum. l. ſed ſi quid 15. §. proprietatis dominus verſ. de quibusdam, D. de uſufr.* Schrad. *d.*
4. num. 10. [d] modo dominus nullam ſibi partem feudalis fundi retinuerit, *t. 4. §. ſi quis de m.*
ſo, verſ. ſed ſi dominus, lib. 1. F. Schrader. *de feud. p. 5. c. 6. num. 26. verſ. ſin autem dominus, Z*
in epit. feud. p. 6. nu. 47. neque ſit feudum limitatum, *arg. l. in agris 16. D. de acquir. rer. do*
1. §. ſi inſula, D. de flumin. Alvarot. *ad d. t. 4. §. ſi quis de manſo lib. 1. F.* Schrad. *d. nu. 26. v.*
ſin autem aliquot. Quod ſi in ipſa inveſtitura actum ſit, ut OMNE incrementum ad vaſallu
pertineret, ut in *d. t. 4. §. ſi quis L. 1. F.* etiam inſula in flumine nata, ad vaſallum ſpectat,
l. ſemper in ſtipulationibus 34. & ibi Dec. & alij, *ff. de R. I.* ſecus verò non, argum. *l. ite*
fundi 9. §. huic vicinus 4. ff. de uſufr. [e] *arg. t. 18. de not. feud. §. item eadem lege lib. 2. F. l. i*
ſi fundi 9. §. & ſi apes, l. uſufructuarium 62. §. ſi vivarijs ff. de uſufruct. l. 3. ff. de div. verſ.
temp. præſcript. Notandum autem quod dicimus, ad perpetuum fundi uſum, &c. Nam i
feræ beſtiæ, quæ ad tempus tantum, etiam tempore conceſſionis repoſitas habuit domin
ad vaſallum non pertinent. *arg. l. non magis 16. junct. l. ſeq. §. Labeo generaliter 7. ff. de act. em*
Roſenth. *d. c. 4. concl. 5.* Vult. *d. c. 5. num. 4.*

9 Res ſoli univerſæ, quæ in feudum dantur, ſunt Ducatus, Marchionatu
Comitatus, [a] Baronia, [b] territorium alicujus plebis. [c] Sed an ipſa conceſſi
ne Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baroniæ, regalia, quoque taci
conceſſa intelligantur, in quæſtionem hoc loco vocari poteſt? A nega
tium parte ſtabimus. [d]

[a] *tit. 14. de feud. March. lib. 1. F. t. 10. quis dic. Dux. March. Com. & t. 55. de prohib. Fe*
alien. per Frideric. §. præterea Ducatus, lib. 2. Feud. [b] *argum. c. fundamenta in fin. ibi, ſub*
mine Comitatus, Baroniæ, ſeu cujuscunque alterius, tit. de elect. & electi poteſtat. in 6.
Schenck. Baro à Tautenberg. *ad tit. 10. quis dicat. Dux, &c.* [c] *l. pupillus 239. §. territoriu*
ff. de verb. ſign. juncto tit. 10. quis dicat. Dux, &c. verſ. qui verò à principe, ibi, de plebe a
qua, aut parte plebis, lib. 2. F. [d] Regalia enim Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus n
cohærent: ſed perſonæ Imperatoris, in ſignum ſupremæ eminentiæ reſervata ſunt. Conſt. M
ximil. II. *Ratisbon. promulgata Anno 1576. §.* Weitters ſeind wir/ *ibi*, daß etliche Ständt o
unſern Keyſerlichen Conſens / *& in §.* Dardurch nicht allein / *verſ.* Sondern will auch /
Unſerer Keyſerlichen ſonderer Hochheit und Reſervaten. Sonsbec. poſt Alvarott. *in comme*
in uſus feud. part. 8. num. 18.

10 Res item ſolo cohærentes, [a] ut ſunt caſtra, [b] ædificia, molendina, arb
res ſive ſylvæ, item lacus, & ſtagna, [c] rectè in feudum dari poſſunt.

[a] *Per text. expreſſ. in tit. 1. §. ult. ibi, aut ſolo cohærentes, lib. 2. F.* Vult. *lib. 1. de F. c. 5. nu. 5.*
4. §. item ſi vaſallus poſſiderit caſtrum, & §. ſimiliter ſi quis poſſederit caſtrum. lib. 1. F. [c] *de qu*
in theſ. ſeqq. agemus.

11 Caſtro autem in feudum conceſſo, an etiam jurisdictio, ipſa feudi co
ceſſi

eſſione, tacitè ad Vaſallum tranſeat, elegantis eſt quæſtionis? Negativæ almam tribuimus; [a] niſi juriſdictio ipſi caſtro tempore conceſſionis coæreat, illique, annexa ſit.[b]

[a] Certi enim & indubitati juris eſt, quod juriſdictio competit alicui, aut jure magiſtraus; aut extra ordinem ſingulari jure; *l. 1. in princ. ff. de off. ejus cui mandat. eſt juriſdict. l. ſi alsam 7. ff. de off. proconſ. l. 2. §. & hæc omnia 33. ff. de orig. jur. l. & quia 6. ibi, nec ipſa lex. de juriſdict. l. cum prætor 12. §. 1. ff. de judic.* aut more ſive conſuetudine, *d. l. cum prætor §. 1. ff. de judic. l. viros* 8. ubi gloſſ. & Bart. *C. de diverſ. off. & appar. jud. lib. 12. l. fin. ibi eos dire magiſtratus, quibus hoc facere vel legibus, vel ex longa conſuetudine permiſſum eſt. C. de ancip. liber. c. irrefragabili, §. exceſſus, extr. de off. jud. ordin. c. cum contingat. in fin. extr. for. competent. c. dilecti filij. §. quamvis, extr. de arbitr.* aut ſingulari conceſſione ſive inlgentia principis, *d. l. & quia 6. ibi, nec principaliter ei juriſdictio data eſt. ff. de juriſdict. c. cum contingat. in fin. ibi, ex indulgentia, extr. de for. competent.* Cui ergò hoc modo judictio data non eſt, is eam ſibi vindicare non poteſt. Accedit huc quod caſtrum ſine juriſctione, & juriſdictio ſine caſtro eſſe poteſt. Bart. *in l. 1. num. 15. ff. de jurisd.* Borch. *tract. ud. c. 6. num. 35.* Vult. *lib. 1. de Feud. c. 5. num. 5. verſ. Dixi ſi caſtro,* Menoch. *de præſumpt. lib. præſumpt. 97. num. 1. & ſeqq.* [b] Alvarot. *ad t. 5. quibus modis feud. amit. §. item ſi quis feum, num. 4. libr. 1. F.* Bart. *in l. inter eos 29. ff. de adquirend. rerum domin.* Didac. Covarruv. *act. quæſt. c. 1. num. 10.* Andr. Geyl. *lib. 2. pract. obſerv. 62. num. 9.* Menoch. *de præſumpt. 97. m. 14.* In dubio autem ex Dd. ſententia juriſdictio præſumitur caſtro cohærere. VVeſem. *in parat. ff. de juriſdict. num. 9. & 10.* Bart. *in d. l. 29. ff. de adquirend. rerum dom.* Non odò autem juriſdictio ſpecialis, quam ſimplicem juriſdictionem vocant, hoc caſu ad Vaſalm unâ cum caſtro tranſit, ſed & mixtum, itemque merum imperium. Acceſſiones enim, quæ ipſi principali cohærent, ipſum etiam principale ſequuntur. *c. acceſſorium, de reg. jur. 6. l. in modicis 24. ff. de contrahend. empt. cum ſimilib.* Et beneficium principis latiſſimè eſt terpretandum. *l. hac ſaluberrima. C. de præpoſ. agent in reb. lib. 12. l. 3. ff. de conſt. princ. c. m dilecti. ext. de donat.* Facit etiam huc text. *in l. 1. §. initio ejuſdem epiſt. ff. de off. præfect. b. ubi* etiam Bart. *num. 5.* Alvarot. *ad tit. 51. de cap. qui cur. vendidit. nu. 3. lib. 2. feud.* Borch. *ct. feud. c. 6. num. 35.* Sonsbec. *pag. 8. num. 23. per text. in l. 2. C. de bon. vacant. lib. 10. l. 2. C. feud. limitroph. lib. 11.* Covarr. *lib. pract. quæſt. c. 1 num. 9. & 10.* Menoch. *de præſumpt. 97. m. 15. & ſeqq.* Schrad. *tr. feud. p. 3. c. 4. num. 33. & ſeqq.* Vult. *lib. 1. feud. c. 5. num. 5. aliique ab relati.* Rudinger *lib. 2. quæſt. feudal. 14.* Quetta. *conſil. 4. & ſeq.* Paul. Chriſtin. *vol. 2. deciſ.* Georg. Everhard. *vol. 1. conſil. 50.* Killinger. *de Ganerb. Caſtror. cap. 2. nu. 54.*

Hoc loco in quæſtionem vocatur, an etiam tormenta, & arma bellica, 12
æ tempore cōceſſionis in caſtro ſunt, ad vaſallum jure feudi pertineant? ffirmamus; modò ad caſtri defenſionem deſtinata fuerint.

arg. l. cetera 41. §. quod ergò 12. ff. de leg 1. d. l. ſi aquæductus 47. & ll. ſeqq. l. fiſtulas 78. ff. de trah. empt. l. fundi nihil 17. §. Labeo, & §. caſtella 8. & l. ſeq. in pr. & §. 1. ff. de act. empt. d. *ad t. 4. §. ſi quis de manſo, nu. 4. lib. 1. F.* Barth. Cœpoll. *in tr. de ſerv. ruſt. præd. c. de flu. 31. nu. 12.* Borch. *de feud. c. 6. num. 2.* Schrad. *d. tr. feud. p. 3. c. 4. num. 11.* Vult. *d. c. 5. nu. 4.* Veſenb. *tract. feud. c. 7. nu. 2.*

Porrò rebus ſolo cohærentibus annumeramus quoque ædificia, [a] quæ 13
idem rectè in feudum dantur; [b] Conceſſo autem ædificio in feudum, & ſum ſolum, cui impoſitum eſt, Vaſallo conceſſum intelligitur.[c]

[a] *per text. l. quia acervus 10. ff. quod vi aut clam. l. adeo 7. §. cum in ſuo ſolo. ff. de adquid. rerum domin. §. cum in ſuo ſolo. Inſtit. de rerum diviſ.* [b] *t. 1. §. fin. lib. 2. feud.* quippè & iſfructus, (cujus inſtar eſt feudum, *t. 23. in quibus cauſ. feud. amitt. §. ultim. verſ. uſusctus verò, lib. 2. F.*) in ædificijs conſtitui poſſit. *l. uſusfructu legato 7. §. 1. & ſs. ſeqq. ff. de uſufruct.*

cædua ſylva, hoc jus ei tributum ſentimus, quod poſſit inde ligna cædere, non ſolum in proprium uſum, ſed & ut alijs vendat; [a] Incædua ſi fuerit ſylva, pedimenta quidem & palos inde in ſuam vineam ſumere poteſt, ſi deteriorem ſylvam non fecerit; [b] ut & ligna conburendi cauſa de arboribus gremialibus. [c] tum etiam de arboribus evulſis, vel vi ventorum dejectis, ſi non habeat propriam ſylvam, unde utatur ligno. [d] Grandes verò & fructiferas arbores in nullum ſuum uſum, niſi ad villæ feudalis refectionem cædere poteſt. [e]

[a] *d. l. item ſi fundi 9. §. ult. ff. de uſufruct. & l. fructus 7. §. ſi fundum viro, ff. ſolut. matrimon.* [b] *l. ex ſylva 10. ff. de uſufruct.* [c] *dict. l. fructus 7. §. ſi fundum viro, ff. ſolut. matrimon.* [d] *l. arboribus 12. in princip. verſ. nec materia, ff. de uſufruct.* [e] *l. ſed ſi grandes. 11. & l. ſeq. in fine. verſ. materiam tamen. ff. dict. t. facit text. in Tit. 8. de inveſtit. de re alien. fact. §. Econtrario, verſ. meliorem namque, & tit. 27. §. Quicunque advocatiam, lib. 2. F.*

Denique rebus ſolo cohærentibus adjungimus lacum, ſtagnum, & piſcinam, [a] proinde & hæc in feudum rectè dari dubitandum non eſt. [b] 19

[a] Solum enim eſt ipſa area ſive terra *l. domo 21. ff. de pign. act.* Lacus verò, ſtagnum, & piſcina, duntaxat ſolo cohærent, per text. *in l. quid tamen, 10. §. agri vel loci & §. ſeq. ff. de quib. mod. uſufr. vel uſ. amit. l. 1. §. Lacus, & §. ſeq. ff. ut in flum. publ. navig. lic.* [b] *arg. d. l. quid tamen 10. §. ſed & ſi ſit agni. ff. quibus mod. uſufr. vel uſ. amit. l. item ſi fundi 9. §. aucupiorum, ibi piſcationum. ff. de uſufr. tum propter text. expreſſ. in tit. 1. §. fin. lib. 2. F.*

Lacu autem ſtagno vel piſcina in feudum conceſſa, an piſces, qui in illis ſunt, ad vaſallum jure feudi pertineant, controverſæ quæſtionis eſt? Nos, adhibitâ diſtinctione, id affirmamus. 20

Si nimirum dominus concedens ſolus pluribus annis in lacu vel ſtagno ſuo piſcatus ſit, alijs à jure piſcandi repulſis, atque ita piſcandi poteſtatem proprio ſuo patrimonio præſcriptione acquiſiverit. *l. ſi quisquam 7. ff. de divers. & tempor. præſcript.* tunc ſine dubio jus illud, lacui aut ſtagno cohærens, etiam ad vaſallum tranſit. *l. ſi venditor. §. fin. ff. de act. empt. l. ſi aquæductus 47. & l. ſeq. l. fiſtulas 78. ff. de contrah. empt.* ſi item piſces in piſcina habeantur non ad tempus, ſimplicis ſcilic. cuſtodiæ cauſa, ſed ut ibi multiplicentur & creſcant, tunc jus piſcandi ad vaſallum tranſit. *argum. l. lines 15. ff. de act. empt. l. uſufructuarium 62. §. ff. de uſufruct. junct. l. fructus pendentes 44. ff. de rei vindicat.* Chaſſan. *ad conſuet. Burg. rubr. 4. §. 2. num. 23.* Molin. *ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 8. num. 17. & ſeq.* Roſenthal. *in ſynopſ. jur. feud. c. 4. concluſ. 5.* Schrad. *d. part. 3. c. 4. num. 7.* Zaſius *in epit. jur. feud. part. 4. num. 2. & 3.*

Hactenus de rebus immobilibus. Quod attinet res mobiles, licet communiter interpp. velint, [a] eas in feudum jure non concedi; attamen in re mobili, puta pecunia, [b] quin jure feudum improprium conſtituatur, dubitandum non eſt. [c] 21

[a] Roſenthal. *in ſynopſ. jur. feud. c. 4. concluſ. 9. ibique r[illegible].* Schrad. *d. part. 3. c. 1. num. 7. Vult. lib. 1. de feud. c. 5. num. 10.* [b] quæ res mobilis eſt, per te[illegible] *expreſſ. in Nov. 22. de nupt. c. ſi quis parium 45. verſ. ſi verò univerſa.* [c] text. eſt in *tit. 8. de inveſt. de re alien. fact. in princip. ibi, ut aliud ejusdem bonitatis ſeu quantitatis ei præſtetur, & tit. 25. ſi de feud. vaſall. interpell. fuer. ibi, ut dominus vaſallo ejusdem æſtimationis, quod erat tempore res judicata, feudum reſtituat. vel numos in feudum dandos numeret, lib. 2. feud.* Facit huc quod etiam uſusfructus in re mobili conſtitui poteſt. *§. conſtituitur. Inſt. de uſufr. l. 3. §. conſtituitur, l. uſufructu 7. ff. eod.* Et feudum eſt quidam uſusfructus. *tit. 23. §. fin. verſ. uſusfructus verò lib. 2.* Deniq; hoc idem expreſsè docet Iacob. de Ardizon. *in epit. jur. feud. c. 27. in fin.* & Hotom.

ad d.

Matth. Coler. *in tract. de proceſſib. executiv. part. 2. c. 1. nu.* 112. qui allegat VVeſemb. *conſil.* 45. *n.* 36. Robur addit huic noſtræ ſententiæ Conſt. *Carol. V. in Ordin. jud. crim. artic.* 1. ubi ſeriò mandatur magiſtratibus, veluti Principibus, Comitibus, & Baronibus, ut pios, honeſtos prudentes, exercitatos viros judicio criminali præficiant. Huc quoq; facit, quod Principes, Comites, Barones, etiam citra ſpecialem Imperatoriæ majeſtatis conceſſionem & indulgentiam, ex communi Germaniæ conſuetudine, in ſubditos ſuos plenam & omnimodam habent juriſdictionem, atq; ita etiam merum Imperium, ut præter alios Mynſing. *ſcribit reſponſ.* 16. *nu.* 42. *vol.* 2. Quicunq, autem ſuo jure, non alieno beneficio juriſdictionem habet, is eam mandare poteſt. *l. more.* 5. *ff. de juriſd. l.* 1. *in pr. ff. de off. ejus cui mand. eſt juriſd.* proindeq; & in feudū dare, *t.* 3. *per quos fiat inveſt. §. nobis verò, lib.* 2. *F.* Iure tamen Iuſtinianeo ſecus eſt, *argu. Nov.* 8. *c. Adhæc prohibemus* 20. *& c. ſeq. Nov.* 8. *c. Nulli quoque judici* 4. ut & hodiè in nobilibus ire Carolino, *Ordin. jud. crim. Carol. V. art.* 1. niſi in caſu quo ipſos abeſſe contingit. *d. l.* 1. *ff. de off. ejus cui mand. eſt juriſd.* vel infirmitate laborant, vel quid aliud merum hoc imperium exercere ipſos impediat *d. Ord. jud. crim. Carol. V. art.* 2.

Non minus jucundum eſt & illud inveſtigare, ſi Princeps alicui nobili juriſdictionem in feudum concedat ſimpliciter, hoc modo, Wir belehnen ihn/ in dieſem Flecken oder Dorff/ mit dem Gericht/ an conceſſiſſe intelligatur etiam merum imperium, & juriſdictionem extraordinariam? Diſtinguimus. 27

Si enim jus Iuſtinianeum ſpectemus, ordinariam tantum juriſdictionem, cum mixto imperio, quod juriſdictioni cohæret, principem conceſſiſſe intelligi dicimus, *l.* 1. *in fin. l. ult. ff. de off. ejus cui mand. eſt juriſd.* non etiam juriſdictionem extraordinariam *l. more.* 5. *ff. h. t. d. l.* 1. *in* *l.* 2. *ff. de off. ejus cui mand. eſt juriſd.* aut merum imperium, *d. l.* 1. *in pr. ff. d. t. l. nemo poteſt* 70. *de R. I. l. ſi quid erit* 11. *ff. de off. proconſ.* Merum enim Imperiū ſpecialiter & nominatim concedi debet, *d. l.* 1. *ff. de off. ejus. &c.* Et generali conceſſione veniunt veriſimiliter ea, quæ quis in ſpecie non eſſet conceſſurus, *c. in generali, de R. I. in* 6. *l. obligatione generali.* 6. *ff. de pig. & hypoth. l. quaro.* 39. *ff. de act. empt.* Imò quod ſpecialiter fieri debet, ſi generaliter fiat, haud rectè fieri dicitur, *l.* 4. *§. quæſitum. ff. ſi quis caut. in jud. ſiſt. cauſ. fact. non obtemp. l.* 1. *§. inter filium. dividue* 15. *§.* 1. *ff. ad l. Corn. de falſ. l. ſi quando* 35. *§. & generaliter. C. de inoff. teſtam.* Accedit etiam quod feudi conceſſio ſtricti juris eſt *l. eum qui* 22. *ff. de donat. l.* 3. *§. hæc verba. ff. de negot. geſt.* Alvar. *in c.* 1. *de feud. cogn. lib.* 2. *F.* Udal. Zaſ. *in epit. de feud. part.* 1. Clar. *lib.* 4. *ſent. § feudum.* 6. At in ſtricti juris conventione id tantum continetur, de quo nominatim & ſpecialiter convenit, *l. quia* 7. *ff. de neg. geſt. l. quicquid.* 99. *l. ſi ita* 126. *§. Chryſogonus in f. ff. de V. O.* Zaſ. & alii in *l.* 3. *ff. de juriſd.* Chaſſ. *in conſuet. Burg. nu.* 19. *rub.* 1. Quod ſi verò ſpectemus jus noſtrum hodiernum, juriſdictione generaliter conceſſa, merum etiam imperium & extraordinariam juriſdictionem eſſe conceſſam dicimus: prout refert. poſt alios Lauren. Kirchoff. *cent.* 5. *com. opin. concl.* 58. & Mich. Graſſ. *lib.* 2. *com. opin. c.* 7. VVeſemb. *conſ.* 95. *n.* 18. *& ſeq.* Covar. *lib. pract. quæ.* 1. *nu.* 10. Dn. Beſold. *in conſil. tract. de Monarchia annexo. fol. m.* 73. *& ſeqq.* Cævall. *in ſpecul. comm. opin. quæſt.* 41. Paul. Chriſtinæus. *vol.* 2. *deciſ.* 159.

In quæſtionem hic & illud vocatur, an conceſſa juriſdictione, privativè, an cumulativè ea conceſſa intelligatur? Et privativè eam intelligi conceſſam verius videtur. 28

Nam conceſſo alicui uſufructu prædii. omne commodum ad uſufructuarium ſolum pertinet, quamdiu durat uſusfructus *l.* 7. *in pr. l. item ſi* 9. *in pr. ff. de uſufruct.* Cum ergo feudum instar uſusfructus, *tit.* 23. *lib.* 2. *F.* intelligitur dominus privativè in feudum juriſdictionem concedere. Accedit huc quod vaſallus, qui de feudo ſuo alium ſubinveſtivit, juriſdictionem habet in ſubinfeudatum, non etiam dominus ſuperior, *tit.* 55. *de prohib. feud. alien. per Frid. §. inſuper, verſ. illud quoque præcip. l.* 2. *F.* Facit quoque pro hâc ſententiâ, quod vaſallus in vindicando feudo à tertio poſſeſſore domino præfertur, *argu. l.* 1. *&* 2. *ff. ſi ager vectig.* vide etiam

Matth. Coler. *in tr. de proceſſ. executiv. part.* 2. *c.* 1. *nu.* 132. *& ſeq.* Weſemb. *conſ.* 95. Diſſ. videtur Mynſ. *cent.* 6. *obſ.* 99. Chaſſ. *in conſuet. Burg. rub.* 2. § 2. *in gl. ultim. nu.* 30. vide etiam Dn. Berlich. *part.* 1. *concluſ.* 2. Scacciam, *de judic. lib.* 1. *cap.* 66. Rudinger. *lib.* 2. *feudal. quaſt.* 17. Me *de inveſtitur. cap.* 3. *nu.* 100.

29 Eſt & hæc non modò elegans, ſed & utilis quæſtio, an juriſdictio in oppido aut pago in feudum alicui nobili conceſſa, extendatur etiam ad eos incolas, quibus poſt conceſſionem oppidum aut pagus fuit auctus? Et eam ad hos quoq; porrigi omnino ſtatuendum eſt, ſi in ipſa conceſſione dominus concedens uſus ſit nomine, *oppidi*, vel *pagi*, vel *univerſitatis:* [a] non etiam ſi in ipſa juriſdictionis conceſſione certi limites ſint nominati; quia ultra hos juriſdictio in augmentum oppidi vel pagi non extenditur. [b]

[a] *arg. l.* 2. *& l. ædificia* 139. *ff. de V. S. l. ſicut municipium* 7. *§. ult. ff. quod cujuſq; univerſ. nomin. & l. proponebatur* 70. *verſ. & populum eundem, ff. de judic.* Novi enim cives non minus quam veteres univerſitati eidem ſubjecti ſunt, eaq; continentur, *per l. grege* 21. *& l. ſeqq. ff. de leg.* 1. *l. cum fundus* 10. *ff. de leg.* 2. & acceſſorium ſequitur naturam principalis, *c. acceſſorium, de regul. jur. in* 6. *cum ſimil.* Menoch. *de arbit. jud. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 99. *num.* 12-16. *& ſeqq.* Covarr. *lib. pract. quæſt. c.* 2. [b] *argum. l. in agris* 16. *ff. de acquir. rerum domin.* Covarr. *d. c.* 2. *nu.* 1. *verſ. hinc planè deducitur, & nu.* 8.

30 Dubitatur item an conceſſa juriſdictione in feudum, intelligantur quoque conceſſa regalia? Et non videri conceſſa verius eſt.

Differunt enim regalia à juriſdictione toto genere; & quia continent ſingulare aliquod jus, ſoli principi competens, ideoque non intelliguntur conceſſa, niſi ſpecialiter & nominatim fuerint conceſſa, *argu. c. in generali de R. I. in* 6. *c. quod translatione, extr. de off. leg.* Treutler. *conſ.* 106. Daniel Otto *de jure public. cap.* 11. *fol. m.* 218.

31 Porrò ut regalia, & Iuriſdictio, de quibus hactenus, ſic & cetera jura in feudum dari poſſunt, veluti certi annui reditus, [a] jura venandi & piſcandi, [b] itemque actiones. [c]

[a] *tit.* 20. *de controv. int. Epiſc. & vaſall. in pr. verſ. quæſitum eſt lib.* 2. F. Bald. *in prælud. feud. verſ. ſed hic quæro,* Zaſ. *in epit. feud. part.* 4. Sonsbec. *part.* 8. *nu.* 24. Immobilibus enim connumerantur. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 10. *per text. in clem. exivi. §. numq; annui reditus inter immobilia cenſeantur à Iure. de verb. ſig. Nov.* 7. *in pr. l. jubemus* 14. *C. de SS. Eccleſ. l. ult. §. præterea, C. de jur. dot.* Borch. *tract. feud. c.* 6. *cap.* 15. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib.* 2. *cent.* 3. *caſ.* 235. Vult. *lib.* 1. *de feud. c.* 5. *nu.* 9. [b] *argu. t.* 1. *§. ſciendum,* ubi Bald. & alii, *lib.* 2. F. [c] Bald. *in dict. t.* 1. *§. fin. lib.* 2. F. Et quamvis Dd. id tantum de actionibus in rem immobilem competentibus intelligant, Vult. *d. c.* 5. *num.* 8. Roſenth. *d. c.* 4. *concluſ.* 8. Attamen quia etiam res mobiles in feudum, ſaltem improprium, dari poteſt, ut ſup. oſtendi, idem etiam de actionibus, in rem mobilem competentibus, rectè ſtatui putarem.

32 Servitutes etiam, [a] tam perſonales, [b] quam reales, [c] in feudum dari poſſunt.

[a] Cum non tantum res immobiles, ſed etiam quæ immobilibus connumerantur rectè in feudum dentur, *d. t.* 1. *§. ſciendum, lib.* 2. *feud.* [b] *argu. l.* 3. *in princ. ff. de uſufr. §.* 1. *verſ. ſine teſtamento. Inſt. d. t.* Imò jus uſusfructus, quod in prædio alieno quis habet, alii in feudum dari poteſt. *argu. §. minus autem verſ. cum is, qui uſumfructum, Inſt. de uſ. & habit. junct. tit.* 23. *in fin. lib.* 2. *feud.* Facit etiam quod vaſallus in feudo ſuo alium ſubinveſtire non prohibetur, *tit.* 3. *§. ſed etiam res, verſ. per feudum tamen, tit.* 9. *qual. olim poter. feud. alien. verſ. ſi autem diſſentiente, lib.* 2. *feud.* Dato autem uſufructu in feudum ab uſufructuario, hoc mortuo, amittit vaſallus feudum illud per *text. in l. ſi quis domum* 9. *§. hic ſubjungi poteſt. ff. locat.* [c] prædio

meo

eo in alieno prædio conſtitutas, alii in feudum, ſine meo prædio, dare non poſſum. Eſt enim rvitus inſeparabile adjunctum ſive accidens, ut prædii ſervientis, ita etiam ejus, cui illud ſer- *.l. ergo 5. in fin. l. Via conſtitui. 23. §. ſi fundus & §. ſeq. l. unius ex ſociis 34. ff. de ſerv. ruſt. præd.* erùm in meo fundo novam alicui ſervitutem jure feudi conſtituere non prohibeor, *arg. §. ſi is, vult. Inſtit. de ſerv. ruſtic. & urb. præd. junct. text. d. t. 1. §. ſciendum, lib. 2. feud.* Borch. *c. 6. nu. 17.* Roſenthal. *d. c. 5. concluſ. 2.*

Conſtituitur item feudum in re incorporali, quando Princeps, Comes, aro, vel civitas Imperialis, concedit alicui feudum de Camera, vel de caena. 33

d. tit. 1. §. fin. lib. 2. feud. Camera eſt conclave in quo pecunia ſervatur; unde Feudiſtæ æram interpretantur. Borch. *de feud. c. 4. num. 29. in fin.* Cavena, vel, ut eſt apud Cujac. *in d. §. endum, qui ipſi eſt. t. 2. lib. 2. feud.* Borch. *d. nu. 29.* cavena, eſt cella in qua frumentum, vinum, eum, aliàve annona reconditur, uti arguit, *t. 2. §. ſi verò vaſallus, lib. 2. feud.* Alvarot. *ad t. 1. ſciendum, lib. 2. F.* Zaſ. *in epit. feud. part. 4. nu. 8.*

Feudum de camera eſt jus exigendæ quotannis pecuniæ ex ærario do- 34 ini, vaſallo competens: Feudum verò de cavena eſt jus exigendi annuam ex cella domini frumentum, vinum, aut aliam annonam, vaſallo comaratum.

arg. d. t. 2. §. ſi verò vaſallus, lib. 2. F. Obrecht. *diſp. feud. 2. theſ. 242. & 243.*

Vtrumq; illud eſt feudum liberum, vel ſerviens. Liberum feudum eſt, ſi 35 ominus illud conceſſerit militi, vel conſiliario, aut medico ſuo annuatim, ab mera fidei conditione exigendi, & dicitur feudum ſoldatæ.

Soldata eſt præſtatio quædam annua gratuita, ita dicta; quod plerumque in ſolidorum onatione conſiſtit, licet quandoque in vino, vel annona alia conſtituatur. *titul. 10. quis dicat. ux, verſ. ſoldata autem, lib. 2.* F. Borch. *de feud. c. 4. nu. 30.* Vult. *lib. 1. de feud. c. 8. nu. 15.* Obcht. *d. diſp. theſ. 275. & ſeqq.* De hoc tamen feudo Dd. ſcribunt, eatenus dominum ad aniam præſtationem teneri, quatenus facere poſſit, Cujac. *ad d. §. ſciendum:* proinde ſi exhau ſit Camera, vel cavena, dominum non teneri, Iacob. Ardiz. *in ſumm. in uſ. feud. c. 24.* Alvat. & alii *in d. t. 1. §. fin. lib. 2.* F. Zaſ. *in epit. jur. feud. c. ult.*

Feudum ſerviens [a] eſt, cuius nomine vaſallus domino ſervitia debet, 36 uale eſt feudum Guardiæ, Gaſtaldiæ, actus, advocatiæ & id genus aliud eudum. [b]

[a] *argum. l. Via conſtituit 23. §. ſi fundus ſerviens, ff. de ſerv. ruſt. præd.* [b] *de quibus in ſubqq. theſſ.*

Feudum Guardiæ eſt, quod datur illi, qui territorij vel caſtri cuſtos 37 onſtituitur. [b]

[a] Guardia eſt vox Longobardica, quæ latinis eſt cuſtodia; Germanis, Ein Wartt. [b] Alvat. *ad t. 2. de feud. Guard. nu. 9. lib. 1. F. & ibid.* Frid. Schenck Baro à Tautenberg. *nu. 3. item* ujac. Zaſ. *in epit. jur. feud. p. ult.* Schrad. *tract. feud. part. 2. c. 4. nu. 21.*

Feudum Gaſtaldiæ eſt, quod datur Gaſtaldo pro gubernatione curtis, id 38 ſt, diſtrictus ſive territorii domini concedentis.

Gaſtaldia eſt ſimiliter vox Longobardica, quæ latinis eſt gubernatio curtis, id eſt, diſtriius ſive territorii. Gaſtaldus ergo is eſt, quem jus canonicum appellat vice dominum, *cap. præterea 23. extr. de jur. patron* Germani, Vitzdom/Vogt/Amptmann.

Feudum actus dicitur, quod dominus actori ſuo, pro actus adminiſtra- 39 ione, conceſſit.

Digitized by Google

Actor eſt cui dominus bona ſua adminiſtranda commiſit, *l. un. C. de ſolut. & liber. debit. civit. lib. 11. l. decreto. 24. ff. de adminiſt. tut. l. un. C. de act. à tut. ſeu curat. dand.* & actor Pincipis, Comitis, &c. eſt, quem nos Germani vocamus, Keller/ Kaſtkeller/ Schöſſer/ & generali appellatione, Amptman. Hæc autem feuda, feudum ſc. Guardiæ, Gaſtaldiæ, actus, ſunt feuda impropria: Emenſo enim anni ſpacio ſola domini voluntate aufferri poſſunt, *text. in tit. 2. & tit. 11. lib. 1. F. & tit. 94. in extraord. Cc.* niſi ad certum tempus data fuerint, *d. tit. 2. lib. 1. F.* tum enim, ante illius temporis revolutionem dominus hæc feuda revocare non poteſt, *l. 3. Cod. locat. dict. tit. 2. lib. 1. F.* ſecus tamen eſt ſi juſta cauſa aliud ſuadeat, *argum. d. l. 3. Cod. locat. & l. qui ſub prætextu. 9. C. de SS. Eccleſ.* Frider. Schenck Baro à Tautenberg. *ad d. tit. 2. lib. 1. F.*

40 Feudum advocatiæ [a] eſt, quod pro defenſione ſive protectione, etiam armata, [b] eſt conceſſum. [c]

[a] Advocatia eſt officium à juriſdictione ſejunctum (non enim tribuit hoc officium Iuriſdictionem in univerſitatem advocato ſive protectori, *l. non dubio 7. §. 1. ff. de capt. & poſtlim. reverſ. & c. ex parte tua. extr. de privil. & exceſſ. privil.* Gail. *L. 2. obſervat. pract. obſerv. 54. nu. 1. & aliquot. ſeqq.*) tuendi & defendendi univerſitatem aliquam & perſonas, & bona eorum. *argu. c. ex quibuſdam, extr. de pæn. c. præterea quoniam, extr. de jur. patron. can. ſalvator. 1. q. 3.* [b] *arg. l. 3. §. ult. ff. de re milit.* And. Gail. *d. obſerv. 54. nu. 2.* [c] *tit. 27. de pac. tenend. & eius vel. §. quicunque advocatiam, lib. 2. F.*

41 Tantum de rebus, quæ in feudum dari poſſunt. In feudum autem dari prohibentur res, quæ alienari vetantur; [a] quod fit vel jure, vel diſpoſitione hominum.

[a] *tit. 3. per quos fiat inveſt. §. ſed etiam res, lib. 2. F.*

42 Iure alienari prohibentur res ſacræ, religioſæ, & quæ in publico uſu habentur: [a] res item litigioſæ, [b] fundus dotalis, [c] bona filij, in quibus pater uſumfructum habet, [d] res, quæ fideicommiſſariæ reſtitutioni obnoxiæ ſunt, [e] & ſi quæ ſunt aliæ. [f]

[a] *§. ſacræ res. Inſt. de rer. diviſ. §. idem Iuris: Inſt. de inutil. ſtipul. l. ſed celſus 6. in princ. l. ſi in emptione 34. §. omnium rer. l. qui officij 62. §. 1. ff. de contrah. empt. l. jubemus 14. C. de SS. Eccleſ.* Vult. *lib. 1. de feud. c. 5. nu. 11.* Roſenth. *in ſynop. jur. feud. d. cap. 4. concluſ. 18.* Niſi in conſequentiam rerum alienabilium *l. in modicis 24. ff. de contrah. empt.* Vult. *d. c. 4. nu. 2.* Roſenthal. *d. l. cap. 4. concl. 19.* Res tamen Eccleſiaſticæ, quæ ad miniſterij ſuſtentationem potiſſimũ pertinent, in feudum dari poſſunt, ut ab ipſo Papa Romano, *clement. unic. in fine, tit. de jurejurand. & c. 2. §. Præter hac regnum, tit. de ſentent. & re judic. in 6. ſic & ab Eccleſiæ prælato. tit. 1. §. 1. tit. 3. libr. 1. feud.* modò antiquitus, id eſt, ante Urbani II. ſcitum, res Eccleſiæ ſuæ in feudum dare, ſolitus ſit, *d. Tit. 1. §. 1. ibi, ſi antiquitus conſuetudo eorum fuerit feudum dare, & tit. 6. in fin. principij, lib. 1. feud. tit. 35. in fin. ibi. Et feuda his aperta olim dederant, lib. 2. feud. & tit. 91. in extraord. cap.* atq; res in feudum conferantur, quæ ſolitæ ſunt dari in feudum, & aperto feudo ad Eccleſiam ſunt reverſæ *d. tit. 35. in fin. lib. 2. feud. & c. ult. extra de feud.* Cæteras res ſi prælatus in feudum dederit, conſtitutio feudi nulla eſt. *tit. 6. in princ. lib. 1. feud.* [b] *l. 2. & l. ult. C. de litigioſ.* [c] *§. 1. Inſt. quib. alien. lic. vel non l. 1. §. & cum lex. C. de rei ux. act. t. t. ff. de fund. dot.* [d] *l. 1. C. de bon. matern. l. cum oporteret 6. §. 2. C. de bon. quæ lib.* [e] *l. ult. §. ſed quia junct. Auth. res quæ. C. com. de legat.* [f] *t. t. C. de præd. in aliis reb. min. & t. t. ff. de reb. cor. qui ſub tut. vel curſunt. l. ait Prætor. 7. ff. de jur. deliber.*

43 Res item communes licet in feudum dari poſſint; [a] ſi tamen earum diviſio poſtulata ſit, [b] in feudum dari non poſſunt. [c]

[a] *t. 58. de notis feud. §. item ſciendum, lib. 2. F.* [b] Quia invitis dominis alienari non poſſunt *l. 1. C. commun. divid.* [c] *d. t. 3. §. ſed etiam res, lib. 2. F.*

Hominum

Digitized by Google

Hominum diſpoſitione alienari prohibentur res, ſi à teſtatore, vel contrahentium pactione alienari ex cauſa prohibeantur;[a] quocirca in feudum dari haud poſſunt.[b] 44

[a] *l. ult. C. de reb. alien. non alienand. l. filiusfamil.* 114. *§. Divi.* 14. & *§. ſeq. ff. de legat.* 1. *l. cum pater* 77. *§. libertis prædium* 27. *ff. de legat.* 2. [b] *text. in d. t.* 3. *§. ſed etiam lib.* 2. *F.* tum etiam quia neque in uſumfructum, neque in Emphyteuſin dari poſſunt, *d. l. ult. C. de reb. alien. non alienand.* Sonsbecc. *in comment. in uſ. feud. part.* 8. *nu.* 16.

Class. V. Disputatio XVI.

DE MODO CONSTITUENDI feudum per Inveſtituram.

THESIS *I.*

SVccedit modus conſtituendi feudum, qui duplex eſt: Vnus, quo quis obligatur ad præſtandum alicui feudum; alter, quo feudum ipſum realiter adquiritur.

Sicut diverſi ſunt modi adquirendi obligationem; diverſi item modi adquirendi dominium: Siquidem obligatio adquiratur ut plurimùm per contractum, Item per teſtamentum, *tit. Inſt. Quib. mod. re contrahitur obligatio, §. heres quoque. Inſtit. de oblig. quæ ex contractu naſcuntur, juncto, t. Inſt. per quas perſon. obligatio adquir.* & alios modos, qui modi cauſæ appellantur, *in §. per traditionem, verſ. ſed ſiquidem, Inſt. de rer. diviſ. l. in omnibus.* 55. *ff. de oblig.* & *act.* Dominium verò adquiratur per traditionem, præſcriptionem & ſimiles. *§. ſingulorum autem.* & *§§. ſeqq. Inſt. de rer. diviſ.* Sic alius eſt modus conſtituendi feudum per cauſam obligationis; alius item eſt modus conſtituendi feudum per realem feudi adquiſitionem. Interpretes quidem negant ipſam realem feudi adquiſitionem, feudi conſtitutionem eſſe, ſed errore ducuntur. Sicut enim feudum adquiri ſcribitur Inveſtiturâ & ſucceſſione, *in tit.* 1. *in feud. t.* 33. *in prin.* 2. *F.* Ita iiſdem etiam modis feudum conſtitui dicitur *in tit.* 25. *lib.* 1. *feud.* Differunt ergò feudi conſtitutio, & adquiſitio feudi tanquam genus & ſpecies: ut omnis adquiſitio feudi ſit feudi conſtitutio, ſed non omnis feudi conſtitutio ſit etiam feudi adquiſitio.

Priori modo conſtituitur feudum vel inter vivos, vel ultima voluntate. 2
Inter vivos vel pollicitatione legitimâ, vel conventione.

Pollicitatio legitima eſt ſolius offerētis promiſſum,[a] lege aliqua ad obligationem efficacem confirmatum: qualis eſt pollicitatio Reipub. ob juſtam cauſam facta, puta ob caſum, quem pagus, aut civitas paſſa eſt.[b] 3

[a] *l.* 3. *in princ. ff. de pollicit.* [b] *per l.* 1. *§.* 1. *§. item ſi ve,* & *§§. ſeqq. l.* 4. *l.* 6. *§.* 1. & 2. *l.* 7. 9. 10. 11. & *pen. ff. de pollicitat.*

Conventione feudum conſtituitur, cum quis vel donatione,[a] vel venditione,[b] vel permutatione, conſentienti alicui rem ſuam in feudum committit. 4

[a] Donatione feudum conſtitui poſſe vel ex eo intelligitur, quòd feudum in libris F. paſſim appellatur beneficium, veluti *in t.* 1. *§.* & *quia vidimus. §. hoc quoque. tit.* 13. *§. ult. t.* 15. 16. 17. 18. 19. *in fin. tit.* 20. 21. & 22. 1. *F. tit.* 11. *in princ. t.* 12. *lib.* 21. & 22. *lib.* 2. *F.* [b] modò vera & ſyncera emptio & venditio fuerit, *argu. tit.* 1. *in fin. t.* 2. *t.* 7. *verſ. vel niſi emerint, tit.* 16. & 20. *ibi, niſi beneficium communibus bonis fuerit emptum, t.* 24. 1. *F. t.* 12. 2. *F.* Prætextu autem emptionis, id

Digitized by Google

eſt, per emptionem ſimulatam ſive Legem & pactum commiſſorium nequit conſtituti feudum, *tit.27. lib.1.* F. Sed dubitatur, an proprium vel improprium ſit ejuſmodi feudum emptitium? Et quoniam feudum proprium, ex propriâ feudi naturâ, & communi ejus ratione, quam illi jus feudale communiter tribuit, æſtimari debet, *titul.7. lib.1.* F. *tit.2. §. præterea, tit.48. lib.2.* F. *juncta leg.7. §.quinimo, Verſ. idem Reſp. ſcio, l.27. §. pactus ne peteres, Verſ. quotiens, ff. de pact. l.11. in prin. ff. de act. empt. l.5. §. ſed ſi facio, Verſ. & poteſt, ff. de praſ. Verb.* Curt. Iun. *tract.* F. *part.1. c.7. nu.3. & c.9. nu.2.* Omne illud feudum, quod propria feudi requiſita habet, in definitione feudi propoſita *ſub tit.23. in fin.2.* F. id eſt, quod conceſſum eſt ex benevolentiâ domini, in re immobili, ita ut proprietas penes dantem remaneat, uſusfructus autem ad accipientem tranſeat, & omnes illius heredes maſculos, in perpetuum, pro mutuâ fidelitate præſtandâ, proprium eſſe feudum, cum Sonsbec. *in ſuis ad uſ. F. comment. p. 2. nu.8.* aſſerere non dubitamus, & ſi acceptis prius nummis Vaſallo id à domino ſit conceſſum. Nuſquam enim in libris F. requiritur, quòd feudum planè gratuitum eſſe debeat, ſed pluribus potiùs locis traditur, pretio feudum comparari poſſe; Ad hæc certum eſt, eum beneficium tribuere, qui acceptâ pecuniâ illud præſtat, *l.3. ff. de obſeq. præſt.* & donationem, quæ non eſt mera liberalitas, ſed quæ fit ob cauſam, donationis appellatione comprehendi *l.1. in princ. l. Ariſto 18. §.1. l.27. & 34. §.1. ff. de donat. l.2. & 3. C. de condict. ob cauſam.* Quòd denique donationis cauſâ viliori pretio res aliqua vendi poſſit, *l. ſi quis 38. ff. de contrah. empt.* Diſſ. D. Vult. *de feud. lib.1. c.8. nu.48.* & interpp. communiter omnes tam veteres quàm recentiores, eò quod feudum definiatur beneficium, & actio benevola, *in tit.23. in fin.2.* F. ' *text. in t.4. §. cum autem t.22. §. ſi quis lib.1.* F. *t.25.2.* F. Quibus locis omnibus traditur, quòd per Cambium, id eſt, permutationem feudum cõſtitui poſſit, prout dd. loca explicat Alciat. *lib.2. Parerg. c.45.* Cujac. *ad t.4. §. cum autem 1.* F. Hotom. *in lib. de Verb. feud. in lit. C. Verb.* Cambium. Veluti ſi quis allodium ſuum alicui det, ut pro eo prædium aliquod in feudum accipiat, Hotom. *diſſ. feud. c. 17. in fin.* Weſemb. *in f. c.6. num.2.* vel ſi quis prædia ſua propria ita alicui offerat, ut eorum proprietas accipientis fiat, uſumfructum verò ipſe offerens in feudum retineat, So jemand ſeine eygenthümbliche Güter einem Fürſten/ Graffen oder Herꝛn zu Lehen aufftrâgt/ vnd ſich demſelbigen zum Lehenman obligirt. Cujuſmodi tamen feudum eſt improprium, ſiquidem regulariter dominus rem ſuam propriam Vaſallo in feudum concedat *t.23. §. ult.2.* F.

5 Vltimâ voluntate conſtituitur feudum, ſi quis teſtamento ſuo, vel codicillis, aut etiam donatione mortis cauſa, prædium unum vel plura alteri in feudum concedat.

Quamvis enim Vaſallus de ſuo feudo abſque domini conſenſu teſtari nequeat, *t.8. in pr. 1.* F. attamen ſicut in propriis ſuis bonis per ultimam voluntatem aliquis uſumfructum alteri conſtituere, *§. uſusfructus Inſt. de uſufr. l.7. in prin. ff. eod.* Ita eadem alicui in feudum novum relinquere poterit, cum feudum ſit inſtar uſusfruct. *tit.23. §. ultim.2.* F. Ad hæc cum liberum ſit cuivis, inter vivos prædia ſua alteri in feudum concedere, multo magis id facere licebit per ultimam voluntatem, *argum t. inſt. de Leg. Fuſ. Can. tollend.* eò maximè, quòd hac in parte jus commune (quo cuivis pro ſuo arbitrio in ultima voluntate de rebus propriis, & toto ſuo patrimonio diſponere permittitur, *§. cùm ergo certus, inſt. quib. ex cauſ. man. non lic. l.1. C. de SS. EE*) contrario F. jure nullibi correctum ſit, proindeque comprobatum cenſeatur, *argum. tit. 1.2.* F. Hotoman. *autem de feud. diſputat. cap. 34.* ſcribit, quod feudum ultima voluntate conſtitui non poſſit quem ſequitur Ritterhuſ. *in partit. Feudal. pag. m 515.*

6 Modus autem, quo feudum ipſum realiter adquiritur, triplex eſt: inveſtitura nova, præſcriptio, & ſucceſſio.

De feudi inveſtiturâ & ſucceſſione textus eſt *in tit.1. in fin. tit.17. in princ. tit.33. in prin. 2.* F. De præſcriptione item feudi textus habetur *in tit.26. §. ſi quis per 30. lib. eod.* Et hos tres modos adquirendi feudum agnoſcit poſt alios Petr. de Bel. Pert. *tract. feud. part.6. num. 10.* quem ſequitur Roſenthal. *in ſynop. cap.6. concluſ.133.* & D. Vultejus *de feud. lib.1. cap.9. num. 2. & 22.*

Digitized by Google

ſ 22. qui tamen ibidem modum addit quartum, ſententiam judicis, quâ pronunciatum fundum meum proprium, quem Titius adverſarius à me in feudum ſibi datum fuiſſe endit feudalem eſſe; Verùm cum ſententia judicis, ſive res judicata, non ſit modus adquiſi dominij, ſed tantùm cauſa judicatum ſolvendi, ad uſucapiendum ſerviens, *l. 3. in fin. & ff. de public. act.* ſequitur quod neque ſit modus realiter adquirendi feudum. Porrò quòd rtus *in dict. tit. 1. ad fin.* ſcribit, feudum neminem adquirere poſſe, niſi inveſtiturâ, vel eſſione, de proprio, ſive illo feudo id accipiendum eſt, quod à domino ex benevolentia us Vaſallo conceditur, ut arguit definitio feudi proprii tradita ab Obert. *in tit. 23. 2. F.* Cuodi feudum Inveſtitura tantùm, & ſucceſſione adquiritur: Non autem indiſtinctè de ni & quolibet feudo id exaudiri debet. Nam præter hos duos modos præſcriptione quo feudum adquiri poſſe, arguit abundè *text. tit. 26. §. ſi quis per 30. lib. 2. F.* quamvis illud nproprium feudum, id eſt, invito domino & citra illius benevolentiam adquiſitum, *arg. nationis 28. ibi, videatur alienare, ff. de verb. ſign. & l. 1. in fin. ff. de aq. & aq. pl. arcend. ſi quis, ff. de itin. actuq; priv. l. 1. ibi, vicem ſervitutis C. de ſerv. & aq.* Quibus locis ſers, cujus inſtar eſt feudum, præſcriptione quæſita, nō propria, ſed quaſi ſervitus appellatur, cem ſervitutis obtinere dicitur. Quòd denique dicitur *in tit. 25. 1. F.* Sine inveſtitura nullo lo poſſe conſtitui feudum, intelligendum id eſt vel de feudo novo, quod jam primùm à nino concedente per inveſtituram adquiritur, vel de renovatione inveſtituræ, quæ neceſſaſt in feudo per ſucceſſionem adquiſito.

nveſtitura nova [a] eſt actus ſolennis, [b] quo primò [c] feudum, domino cete illud, [d] adquiritur. [e] Germanicè dicitur. Belehnung. 7

[a] Quæ & inveſtitio dicitur *in tit. 26. §. teſtes verò, & tit. 28. 1. F.* item nova Inveſtitura, *t. 32. verſ. novam 2. F.* à Longobardico verbo inveſtire, quòd Germanis ſonat veſten / id eſt, firmare & ſtabilire, ſive ut hodiè loquimur, inſtalliren. [b] Fit enim certis ceremoniis & riſ adhibitis, ut infr. docebitur: [c] & hoc differt à renovatione inveſtituræ, qua feudum non uiritur, ſed ipſa ſucceſſione adquiſitum jam feudum confirmatur. [d] ad differentiam prætionis, qua quidem ſimiliter jam primum feudum novum adquiritur, at non cedente & ente, ſed magis invito domino. Sed obſtat, quòd ut cedere ſive tradere, ſic & rem ſuam in um dare videtur dominus, qui eam præſcriptione ab alio adquiri patitur; At reſpondetur uris fictione rem illam tradere & cedere videtur, & præſumitur dominus in pœnam negligentiæ, propriè tamen & verè non cedit, non tradit, non alienat, *l. 28. in princ. ibi atur alienare, ff. dict. tit.* [e] De inveſtitura feudi vide omnino Tractat. meum *de inveſtifeudi.*

Quadruplex autem inſpectio circa inveſtituram incurrit; una de ſubtiâ inveſtituræ, altera de perſonis, quæ facere, quæ item accipere inveuram poſſunt; tertia, de pactis, quæ in ipsâ inveſtiturâ fieri ſolent; quarde tempore, & loco, quibus fieri inveſtitura debet. 8

Subſtantia inveſtituræ continetur quatuor inveſtituræ partibus: [a] Quan prima eſt inveſtitura verbalis; [b] altera fidelitatis promiſſio; tertia teio; quarta feudalis poſſeſſionis traditio. 9

[a] De inveſtituræ partibus duabus prioribus, ut & parte quarta textus eſt *in tit. 7. §. ult. 2.* tertia verò parte textus habetur *in t. 26. §. teſtes verò, 1. F. tit. 2. in pr. tit. 19. tit. 32. & 33. §. licatur, 2. F.* [b] per ſynechdochen integri quâ ex integro, id eſt, inveſtiturâ (quæ ita generaccepta, eſt modus adquirendi feudum) ſignificatur prima illius pars, ſive memn, verbalis ſcilicet inveſtitio. Sicut autem inveſtituræ nomen, ſi ita ſpecialiter accipiatur, verbali tantùm ceſſione, à fidelitatis promiſſione diſtinguitur *in tit. 4. 2. F.* Ita & ex advergeneraliter & propriè uſurpetur pro modò, quo feudum adquiritur, omnes prædictæ uor partes ſub eodem conjunctim comprehenduntur. Feudum enim non poteſt plenè adquiri

adquiri per ſolum inveſtituram, i. e. verbalem illius ceſſionem, ſed deſideratur inſuper fidelitatis promiſſio, teſtatio, id eſt, teſtium adhibitio, & deniq; feudalis poſſeſſionis traditio, *t. 3. in fin. t. 25. 2. F. t. 26. §. teſtes verò, 1. F. t. 2. in pr. t. 32. t. 33. §. nec dicatur. 2. F.* [e] Et hæc quarta pars ſimiliter ut prima per ſynechdochen integri & ſimpliciter inveſtitura dicitur, & quidem inveſtitura propria, ſi Vaſallus induеatur in poſſeſſionem *t. 33. 2. F.* Abuſiva autem, ſi traditio fiat tantùm per ſymbolum aliquod, veluti per haſtam, &c. *t. 2. in prin. 2. F.* eademq; ſignificatione à fidelitatis promiſſione diſtinguitur *in tit. 7. §. ult. t. 26. §. ſi facta 2. F.*

10 Inveſtitura verbalis eſt primus actus, & pars prima inveſtituræ, quâ dominus feudi, vel eius Procurator, ſe novum Vaſallum inveſtire dicit, puta his verbis: Ergo te inveſtio de hoc prædio, ut illud in feudum habeas.

Tit. 2. in prin. & tit. 33. in princ. lib. 2. F. cujuſmodi verbalis inveſtitio nullum ſymbolum ſive inſigne requirit, licet id velint Pariſ. *conſ. 22. nu. 61. verſ. 1.* Andr. de Iſern. *ad t. 7. in verbo, inveſtire. 2. F.* Schrad. *tract. F. p. 5. c. 2. in fin.* Quia ab imaginariâ & quaſi traditione poſſeſſionis feudalis, ad quam ſymboli adhibitio requiritur, diſertè diſtinguitur, *in t. 2. in pr. lib. 2. F. juncto §. ſi quis merces. Inſt. de rer. diviſ. t. 7. §. ult. lib. 2. F.*

11 Altera inveſtitionis pars fidelitatis promiſſio, [a] eſt cautio quædam, quâ Vaſallus domino fidem dat, ſe illi fidelem fore, commoda ipſius promoturum, & damna averſurum, eumque veneraturum eſſe: [b] Quæ ut regulariter eſt juratoria, [c] ita poſt verbalem feudi ceſſionem, à domino factam, [d] eadem ab omni & quovis Vaſallo, [e] de omni item & quolibet feudo, tam magno quàm modico, [f] neceſſariò eſt præſtanda. [g]

[a] *tit. 4. t. 7. in fin. 2. F.* Quæ vulgò homagium ſive homynium dicitur noſtrâ linguâ Lehens-Pflicht. [b] *t. 5. 6. & 7. 2. F.* Er wölle ſeinem LehenHerrn getrew ſeyn/ ſein Nutzen fördern/ vnd Schaden abwenden/ auch gebührende Ehr erzeigen. [c] etſi enim alias & de jure communi promiſſio ſit vel juratoria cautio, vel nuda promiſſio *§. ſed hodiè. Inſt. de ſatiſdat.* fidelitas tamen ſive fidelitatis promiſſio in feudis ſemper eſt juratoria, excepto caſu, quo tali pacto conſtitutum eſt feudum, ut ſine juramento fidelitatis id haberetur, *tit. 3. in fin. tit. 34. §. eſt & alia, verſ. ſi tamen tit. 40. pr. 2. F.* [d] Quod enim *in tit. 3. in fin. 2. F.* ſcriptum eſt, nullum inveſtiendum eſſe, qui fidelitatem præſtare recuſat, non hunc habet ſenſum, quaſi fidelitatis promiſſio ſit primus inveſtiturę actus, qui verbalem feudi ceſſionem præcedere debeat, ſed ita accipiēdum, id eſt, nulli faciendam eſſe inveſtituram, qui non ſit paratus poſt verbalem feudi ceſſionem fidelitatem promittere: ſiquidem officium ſit Vaſalli, qui petit à domino ſe inveſtiri de feudo, ut profiteatur, ſe paratum eſſe fidelitatem promittere, Gl. & Dd. *in tit. 3 §. ult. 2. F* [e] adeò ut ne clerici quidem feuda accipientes ab eo præſtando ſint immunes, Canoniſt. *in c. verum, extr. de for. compet. c. nimis, & c. petitio, extr. de jurejur.* Alvarot. *ad tit. 5. 2. F.* Schneid. *de feud. part. 4. num. 17.* Quamvis major impubes, ſi datum ei fuerit feudum, fidelitatem facere non cogatur, donec in majorem & eam venerit ætatem, in qua doli capax ſit, *tit. 26. §. ſi minori, & §. ſeq. 2. F.* [f] Propter generalem regulam, quòd nulla inveſtitura ei fieri debeat, qui fidelitatem præſtare recuſat; A qua unicus tantum in toto Iure feudali excipitur caſus, quando ſcilicet feudum eo pacto adquiſitum eſt, ut ſine juramento fidelitatis haberetur, *tit. 3. §. ultim. tit. 24. §. eſt & alia, 2.* F. ut proinde d. regulæ in omnibus reliquis caſibus non exceptis inhærendum ſit tenaciter, *l. 23. ff. de ſerv. præd. urb.* Dec. Cagnol. & alii *in l. 1. & l. omnis definitio de R. I.* Menoch. *conſil. 88. num. 51. & conſil. 93. num. 13. vol. 1.* cum cujusvis regulæ propoſita exceptio, omnes alias exceptiones excluſas eſſe arguat, *l. quaſitum 12. §. idem re. ff. de inſtit. & inſtit. leg.* Et hanc de modico feudo ſententiam amplectuntur etiam Roſenthal. *in ſynop. cap. 6. concluſ. 67. &* D. Vultej. *libr. 1. cap. 7. num. 39.* [g] *dict. tit. 3. in fin. 2.* F. Sed quâ forma fidelitas facienda ſit, dubitatur? Et quia non omnes Vaſalli ad ſervitia præſtanda ſunt obſtricti, ſed quidam horum à ſervitiis planè liberi, quidam etiam ad certa tenentur

ſervitia,

vitia, non potuit certa aliqua & perpetua fidelitatis forma præſcribi, *t.5.6.* & *7.2.F.* Andr. de n. Alvarot. & Fr. Schenck. *ad t.7.2. F.* Quòd ſi ergo curia aliqua certam fidelitatis formam beat, Principum aliorumque dominorum conſiliarijs incumbit, ut ad feudi Vaſallorumq; ionem illam accommodent, Hotom. *diſp. feud. cap.24. part.* 134. Sin uſitatam & certam form nullam habeat, ut vel illa utantur, *quæ in t.7.2.F.* proponitur, vel illa, quæ communiter ſervari ſolet, Daß ſie ſchwören/ ſie wöllen jhrem Lehen Herrn getrew vnd hold ſeyn/ ſeinen chaden wenden vnd warnen/ wie auch die ſchuldige Dienſt leyſten/ vnd auff erfordern/ im en Gericht erſcheinen. Quale juramentum in genere præſtitum ſufficiens eſſe arguit, *t.5.2.* & ſcribit Fr. Schenck. *ad tit.7.n.2.2.F.* idemque uſu receptum eſſe, & omnia quæ in *d.t.6.* & *.F.* ſub præſcripta ibidem fidelitatis forma continentur expreſſa cenſeri, & ad eadem jurann ſeſe alligaſſe intelligi teſtatur Zaſ. *de feud. p.7. pag.* 38. Decian. *conſ.19. num.* 200. *Vol.3.* ubi orum authoritates adducit. Quamvis ad conſulendum ſimplicitati & ignorantiæ quorunn Vaſallorum ſatius eſſet, fidelitatis ſpecies in forma juriſiurandi nominatim exprimere, omodo, qua ratione, quibus item in rebus & negocijs domino fideles eſſe debeāt, Schenck *t.7.n.2.2.F.* Quòd ſi fidelitatis juramentum novis & inſolitis capitulis, aut ſecus quam anuratum eſt, fuerit conceptum, Vaſallus jure id præſtare recuſat, vel ſi præſtiterit, per vim & tum extortum intelligitur, ita communis eſt feudiſtarum concluſio, de qua D. Vult. *libr.1. feud. c.7. nu.40. ubi plures allegat.*

Tertium inveſtituræ membrum, quod ſequitur, eſt teſtatio, ſive teſtifica- 13
o, cujus ſpecies ſunt, teſtium adhibitio, & inſtrumentum publicum, ſive eve teſtatum.

Tit.2.§.1. tit.3. tit.4.§.1. & *§. item Vaſallus, §. ſi quis 1. feud. t.2. §. ſi autem, tit.25. §. ult. tit. 2.F.*

In teſtium adhibitione ſpectamus qualitatem ſive idoneam teſtium 14
nditionem, itemque teſtium numerum.

Qualitas ſive idonea teſtium conditio, quæ deſideratur; eſt, ut ſint ho- 15
ines liberi, [a] maſculi, [b] convaſalli, [c] pares curiæ. [d]

[a] *t.58.§.1. Verſ. alioquin. 2.F.* [b] *t.32.§. ult. 2.F.* [c] id eſt, qui ab eodem domino feudum aliod poſſident, *t.26.§. teſtes verò 2.F.* qui compares appellantur *in t.54.2.F.* [d] id eſt, qui in eon ſunt domini (à quo feuda tenent) territorio, ſubque eadem illius domo ſive curia, & alio mine pares Curtis dicuntur, item pares domus & de domo, quos ex pluribus convaſallis ab dem quidem domino, ſed in diverſis territoriis & ditionibus feuda tenentibus, ad inveſtiram novam neceſſarios eſſe probat, *t.2.§.1. t.3. t.4.§.1.* & *§. item ſi Vaſallus, §. item ſi quis, 6.§. ſi quis, tit.10. in princ. t.11. lib.1. F. t.2. in princ. t.16. in princ. t.20. in prin. 2.F.* Sonsb. *ad uſ. .14. nu.2.* Weſemb. *de feud. c.17. num.3.* Mynſing. *C.4. obſervat. 89. in fin.* & D. Vult. *lib.1. de d. c.7. nu.24.* Ratio autem cur ad novæ inveſtituræ teſtificationem deſiderentur teſtes conſalli ejuſdem curiæ pares, & ſi alij adhibeantur inveſtitura minimè valeat, etiamſi dominus mpliciter confiteatur factam eſſe inveſtituram, hæc eſſe videtur, quia feudorum placita ad væ inveſtituræ actum pares curiæ, ut ſolennitatem deſiderant, id quod diſertè probat, *t.32. prin. t.2. in prin. Verſ. alioquin. 2.F.* & ſcribit Alvarot. *ad d.t.32.n.4.* Præpoſ. *ibid. n.6.* & Frid. henck. *n.1.* Quò fit ut ſi ſubſtantialis illa inveſtituræ forma ſtrictè non obſervetur, totus actus iciatur nullus, & nullus, arg. *l. Julianus, §. ſed ſi quis, ff. ad exhib. l. is qui 8. §. quadam, ff. ad L. lcid. l. cum hic 80. §. ſi prætor, ff. de Tranſact. l.1. §. præterea, Verſ. utrumque, ff. de tut.* & *rat. r.* Bald. *ad l. comparationes, num.9 Verſ.30. opponitur, C. de fid. inſtr.* Vaſq. *de ſucceſſ. ult. Vol. n.1. lib.1. de potent. teſtat. §.3. num.3.* & 4.

Eſt autem quæſtionis, ſi pares Curię ad inveſtitionis actum venire recu- 16
nt, utrúmne cogendi ſint, ut veniant, an verò illorum loco extranei adberi poſſint? Quòd poſterius, ut receptius, ita æquius & de jure verius

eſſe dicimus. [a] Sed & illud in dubium vocatur, ſi pares Curiæ inveſtitionis tempore abſint, utrúmne ipſorum reditus exſpectandus & inveſtitura ad illorum adventum differenda ſit? Et quamvis pares Curiæ abſentes regulariter citandi, & vocati exſpectandi ſint, ſi tamen longius abfuerint, vel alicubi tot tantiſque negotiis diſtineantur, ut vel facilè citari nequeant, vel vocati redire brevi non poſſint, in eorum locum extraneos adhibendos eſſe ſtatuimus: Sicut & illo caſu teſtes extraneos jure adhiberi poſſe putamus, cum dominus vel alios Vaſallos non habet, vel habet quidem alios Vaſallos, ſed in alia curiâ, quorum copia facilè haberi nequeat.

[a] Quamvis enim Fr. Schenck *ad tit. 2. in princ. nu. 21. 2. F.* pares Curiæ tergiverſantes, mulcta indicta pœnalique judicio per dominum cogendos eſſe ſcribat, argument. *d. tit. 2. & l. un. ff. ſi quis jus dic. non obt.* ejuſdemque opinionem in puncto juris veriorem eſſe poſt alios exiſtimet etiam Vult. *lib. 1 de feud. cap. 7. nu. 27.* communem tamen & receptam, quam nos defendimus ſententiam, probabiliorem eſſe ſatis evincitur, argument. *l. ſi legatario 22. §. ult. ff. de fide commiſſ. libert.* Item ex eo, quòd teſtis etiam teſtamentarius, qui de ſolennitate & neceſſariò ad teſtamenti factionem deſideratur, invitus ad id cogi non poteſt, *l. qui teſtamento 20. §. fin. ff. qui teſt. fac. poſſunt*, Vaſq. *ſuprà d. loco, tit. 1. §. 12. num. 15. & §. 18. num. 298.* [b] *tit. 33. §. nec dicatur, verſ. quia & ſi abſint. 2. F. & ad tit. 2. 2. feud.* docet Bald. *num. 7.* Alvarot. *num. 8.* Sonsbec. *part. 9. num. 15.* Weſemb. *de feud. cap. 8. nu. 13.* Maſcard. *de probat. concl. 942. num. 7. volum. 2.* Bald. *ad d. tit. 33. nu. 5. & ibid.* Alvarott. *ad §. quòd autem, num. 3. 2. F.* Quibus locis judicis arbitrio temporis definitionem, per quod exſpectari debeant, committendam eſſe ſcribunt. [c] *tit. 26. §. teſtes verò. 1. F. &* ſcribit poſt Alvarott. Schrad. *de feud. part. 5. c. 2.* Fr. Schenck. *ad pr. d. t. 2. num. 22. feud.* Borch. *de feud. c. 7. nu. 26.* [d] *d. t. 2. §. ſi autem.* ubi Bald. *nu. 7. &* Fr. Schenck. *nu. 21. t. 33. §. quod autem t. 58. §. quod autem. 2. F. t. 28. §. item ſciendum. verſic. ideircò 2. F.* Sonsbec. *de feud. d. p. 9. nu. 18. &* Schrad. *d. p. 5. c. 2. nu. 9. verſ. tertiò fallit.*

17 Rectè quoque & licitè ad novam inveſtituram adhibentur cum paribus Curiæ, teſtes etiam extranei, ſi clericus, puta prælatus, cui jus eſt infeudandi, de re Eccleſiaſtica inveſtituram fecerit: [a] Vel ſi curiæ conſuetudine receptum, aut loci ſtatuto ſpecialiter id cautum fuerit [b].

[a] *tex. in tit. 26. §. hæc omnia, verſ. hinc. 1. feud.* Ratio autem, cur clerici de re Eccleſiaſtica, non etiam de allodio & re propria inveſtituram facere poſſint, coram teſtibus etiam extraneis, hæc adfertur, quòd clericus ſive prælatus, cui jus eſt infeudandi aliquem de feudo Eccleſiaſtico, in feudum dari ſolito, etiam abſque ſuorum confratrum, id eſt cæterorum ejuſdem collegii clericorum præſentiâ & aſſenſu inveſtire aliquem poteſt, textus eſt *in t. 26. §. in clericorum 1. F. & cap. 2. extr. de feud.* Curt. *tract. F. p. 2. q. 1. num. 2.* Zaſ. *p. 5. &* Duaren. *c. 6. nu. 4.* Si non cõfratrum, ergò nec parium curiæ præſentia hîc opus erit. Cùm enim totum clericorum collegium concernat inveſtitio de re Eccleſiaſticâ, argum. *l. 2. C. de adopt.* ad pares verò curię inveſtitionis actus nihil pertineat, ſi ipſorum intereſſe ſpectes, ſolennitas convocandorum parium curiæ magis prælato inveſtienti remiſſa intelligitur, quam adhibendorum fratrum neceſſitas; in allodio verò & rebus propriis, quia clerici pro laicis habentur, *l. 3. ubi* Dd. *C. de Ep. & cler.* iidem etiam in cauſa feudi, & novâ inveſtiturá faciendâ, meritò adæquantur, *t. 35. 2. F. t. 32. in princ. eod.* Quē textum alii aliter explicant, & cum *d. t. 26. §. hæc omnia.* conciliare ſtudent, ut videre eſt apud Hotom in comm. *ad d. t. 32. in pr.* Vult. *lib. 1. de feud. c. 7. nu. 28. & alios alibi.* [b] *argum. t. 1. 2. F.* Schrad. *de feud. p. 5. cap. 2. nu. 11. ubi plures alias exceptiones proponit.* Curt. Iun. *de feud. p. 2. c. de feud. laicor. quaſt. 4. nu. 19.*

18 Teſtium numerum quod attinet, ad novam inveſtituram faciendam requiruntur teſtes duo, ſive adhibeantur pares curiæ, ſive extranei.

Id pro-

ſd probatur tum *per text. t. 26. §. ſi quis* 1. *F. t. 2. in princ.* 2. *F.* tum quia pluralis locutio duô- n numero regulariter contenta eſt, ut proindè teſtes duo ſufficiant, licet ex ſuperfluo tres vel res adhiberi poſſint, *tit. 2. in pr. Verſ. ſi enim.* & *t. 58. §. quod autem. 2. F. l. ubi. 12. ff. de teſtam.* ęod tamen Hotoman. *ad d. t. 2. lib. 2. F.* vitiosè inductum eſſe putat, eò quòd ad inveſtitio- actum requiruntur pro ſolemnitate quadam *d. t. 32. in pr. 2. F.* ut conſequenter duo ſuffice- ninimè deberent, *l. ult. C. de fideicommiſſ.*

Et hęc de teſtium adhibitione; ſuccedit teſtificationis ſpecies altera; Bre- 19
teſtatum. Eſt autem breve teſtatum inſtrumentum publicum, [a] inveſti-)nis negotium continens. [b] teſtium ſubſcriptione munitum. [c]

[a] Quod enim breve teſtatum diciturin tit. 2. §. 1. t. 3. t. 4. §. 1. *Item ſi Vaſallus,* & *§. ſi quis.* 1. tem breviculum *in l. 5. ubi Cujac. C. de conven. fiſc. debit. libr.* 10. Id inſtrumentum publicum)ellatur *in t. 2. §. ſi autem tit. 25. §. ult. 2. F.* ut proindè à tabellione ſive notario publico aut ſmodi ſcribâ, cui tabellionis authoritatem conſuetudo tribuit, ſit conficiendum, ut ſcribit jac. *ad t. 88. lib. 4. F.* Sichard. *ad l. 5. nu. 3. C. de probat.* vel ab alio quàm tabellione conſcriptũ ncipis vel Epiſcopi ſigillo debeat eſſe munitum, quò publicam mereatur fidem, *c. cum dile- ,c. tertio loco, extr. de fid. Inſtr. c. eod. extr. de probat.* Coler. *de proceſſ. execut. p. 3. c. 1. num.* 82. Quibus verbis breve teſtatum à quovis alio Inſtrumento publico diſtinguitur. [c] *d. tit. 2. in nc. Verſ. ſi enim domino, t. 32. §. ſed alij. 2. F.* Sed an hi teſtes pares Curiæ eſſe debeant, an verò ficiant extranei, controvertitur? & Mediolanenſium ſententiam, *ſub t. 32. §. conſules tamen* *F.* (ſufficere ſc. ſi breve teſtatum extraneorum ſubſcriptione ſit munitum) ut veriorum am- ctimur, tum quod eadem ab aliis. Iur. F. authoribus ad probata ſit, qui volunt, quod ad fa- ndam Inveſtituram & ejus probationem alterutrum ſufficiat, parium ſc. adhibitio vel bre- teſtatum, *d. t. 2. t. 3. t. 4. §. 1. §. Item ſi.* & *§. ſi quis.* 1. *feud. t. 25. §. ult. 2. F.* Quibus locis omni- s pares Curiæ ſine ullo medio opponuntur brevi teſtato, ut proinde uno poſito neceſſariò oppoſitorum naturâ removeatur alterum, diſſentit Moiz. *c. de ſubſt. feud. num.* 63. & diſtin- endo hanc quæſtionem decidit Gl. *ad d. tit. 2. in princ. Verſ. ſi enim domino:* (ut ſc. Inveſtitura n niſi per breve teſtatum, cui pares Curiæ ſubſcripſerunt, probari poſſit, ſi dominus fuerit hucin poſſeſſione rei in feudum conceſſæ ſufficiat autem breve teſtatum extraneorum etiã tium ſubſcriptione eſſe confirmatum, ſi feudi illius poſſeſſionem habeat Vaſallus) ſequi. ibi- m Matth. de Afflict. *num. 14. lib. 2. feud.* & Schrad. *de feud. p. 5. c. 2. nu.* 5. Quam tamen diſtin- onem planè convellit *t. 4. §. 1. 1. feud.* Neque deſunt ex recentioribus qui neque parium Cu- , neq; extraneorum teſtium ſubſcriptionem neceſſariam eſſe, ſed ſufficere ſcribunt, ſi breve tatum, domini ſigillo & ſubſcriptione ſit munitum; Ita poſt Schneidvv. quem refert & ſe- itur, tradit Vult. *lib. 1. c. 7. num.* 42. Quorum tamen opinio in alio inveſtitore quàm Epiſco- & Principe, nulla probabili ratione nititur: Etſi enim Inveſtitura nova per breve teſtatum illo domini firmatum probari poſſit, ſi mentio fiat in eodem, inveſtituram illam præſenti- s paribus Curiæ factam eſſe, & ſi careat ſubſcriptione parium, prout ſcribit Schrad. *d. feud. p.* *2. num. 12.* & Alvarot. *ad t. 32. num. 5. 2 F.* Eò ſc. quod hoc caſu, quo fit inveſtitura coram pa- us Curiæ, neceſſario & pro ſolennitate breve teſtatum non exigitur, ut oſtenſum eſt prius, & obat Camer. In *repet. t. de prohib. feud. al. per Fr. 2. F. part.* 45. Sousbec. *ad uſ. F. pag. 6. num.* 23. rom. *diſp. feud. c. 25.* & Weſ. *de feud. c. 8. nu. ult.* addens ibid. hodiè uſitatum eſſe, ut inveſti- æ Inſtrumentum petatur & detur à domino, Antapocha ver ſive Reverſale à Vaſallo, *per l. res 19,* ubi Bald. *cap. de fid. inſtr.* Roſenth. *in ſynopſ. c. 6. concluſ.* 112. Vultej. *d. feud. l. 1. cap. 4. m.* 42. Hinc tamen haud evincitur, breve teſtatum eo etiam caſu, quo pro ſolennitate ad obandam novam inveſtituram adhibetur ſine teſtium etiam ſubſcriptione valere & ſub- ere.

Reſtat inveſtitionis pars quarta; feudalis poſſeſſionis traditio, quæ & 20
ſa ſpecialiter inveſtitura dicitur. [a] Atque verbalem inveſtituram, & fide- atis præſtationem, ſub teſtificatione factam ſubſequitur, ad quam facié-

dam

dam dominus etiam invitus cogitur, nec præſtando intereſſe ab ea liberatur; Eſtq; duplex feudalis poſſeſſionis traditio, propria, & abuſiva. [c]

[a] *t.2.in pr.t.33.in pr.2.F.* [b] *t.26.§.ſi f.cta.2.F.* Neque ipſe ſolummodò dominus concedens, ſed & ſucceſſor ejuſdem per poſſeſſionis traditionem adimplere tenetur inveſtituram, *t.3. & t.9.1.F.* etiamſi clericus de bonis ſuis propriis inveſtituram fecerit, *t.35. in pr.2.* Sed è diametro obſt. videtur, *t.7.§.ult.lib.eod.* ut videtur Hotoman. *diſp.feud.c.26. & ad t.4.§.1.1.F.2.t.7. in fin.t.26.§.ſi facta.2.F.* Cujac. *ad t.3.1 F.* [c] *d.t.2.in pr.2.F.ibi*, inveſtitura propriè dicitur poſſeſſio, abuſivè autem modo dicitur inveſtitura, quando haſta, aut aliud porrigitur à domino, inveſtituram faciente. Quibus verbis 1. per Synechdochen integri, inveſtituram ſcil. (quæ vox propriè totum inveſtitionis actum denotat) ſignificatur tantum pars ſive membrum inveſtituræ, traditio ſc. poſſeſſionis feudalis; deinde & 2. per metonymiam ſubjecti poſſeſſionem ſcil. ſignificatur traditio rei feudalis, à qua ipſius poſſeſſio differt, ut ſubjectum ab adjuncto; Sed obſt. videtur, quod ibid. adjicit IC. inveſtituram propriè dici poſſeſſionem. Ergò non tropicè; Nec minus eandem diviſionem traditionis feudalis poſſeſſionis in propriam & abuſivam rejicit feceſque appellat D. Vult. *lib.1.de feud.c.7.nu.10.*

21 Propria feudalis poſſeſſionis traditio eſt, quâ Vaſallus in ipſum corpus rei feudalis præſens, & oculis ſubjectum inducitur; Abuſiva verò traditio, cum dominus loco poſſeſſionis corporalis, vel ſymbolum aliquod tradit, puta gladium, haſtam, &c. [a] quæ traditio ſymbolica dicitur; vel jubet eum ire in poſſeſſionem prædij abſentis, & illud pro feudo tenere. [b]

[a] *d.t.2.in pr. & t.33.in pr.2.F.* Sic etiam Iure communi impropriè & quidem ſymbolicè traditio fieri dicitur, ſi venditor, qui merces in horreum depoſitas vendidit, claves horrei tradat emptori apud horreum, *§.item ſi quis, Inſtit.de rer. div.l.clavibus 74.de contr.empt.l.9.§.item ſi quis.ff. de adquirend. rerum dominio*, ſi item vino vendito tradat emptori claves cellæ vinariæ, *l.1.§.ſi juſſerint, verſ. & vina.ff. de adquirend.poſſeſſ.* vel ſi inſtrumentum emptionis mercium emptori tradat. *l.1.C.de don.l.quadam 77.ff.de rei vind.* [b] Ita quoque impropriè, verbaliter, & nudâ voluntate domini jure communi fit traditio, cum venditor fundi jubet emptorem ire in poſſeſſionem ejus fundi *d.l.1.d.§.ff. de adquirend. poſſ.* Si quis item domini voluntate rem ejuſdem alicubi poſitam auferat animo ſibi habendi eam *l.6. verſ.q. traditio. ff. de donat.* ut & ſi quis rem ſuam, quam alius poſſidet, eidem vendat, donet, aut mutuam det, *§.interdum etiam, Inſtit.de rerum diviſ.d.l.qua ratione.§.ſi juſſerim. de adquir.poſſ.l.9.§.ult.l.10.l.15.ff.de rebus credit.* Abuſiva autem hæc, ſymbolica, & verbalis traditio poſſeſſionis, ad transferēdum feudum illud, quod in juribus conſiſtit, ideò neceſſaria eſt, quia jura (cùm ſint res incorporales) apprehendi nequeunt, & ideò quaſi tantum atq; abuſivè tradi poſſunt, *l.ult.ff. de ſervit.l.23.§.item ei.ff.ex quibus cauſis major.l.ſi ædes.32.in fin.ff.de ſerv.præd.urban.*

22 Sed quæſtionis eſt, an abuſivè traditâ re feudali, poſſeſſio ejus confeſtim adquiratur Vaſallo, necne? Et ſi in re præſenti abuſiva traditio facta fuerit, confeſtim Vaſallo iſtius rei poſſeſſionem, ſine corporali ejuſdem apprehenſione adquiri putamus; [a] ſin facta fuerit de re abſenti, niſi Vaſallus rei illius abuſivè traditæ poſſeſſionem corporaliter ingrediatur, apprehendat & occupet, eandem illi non acquiri aſſerimus. [b]

[a] *d.l.1.§.ſi juſſerim.ff.de adquir.poſſ. d.l.47.ff. de contr. empt.* Quod ſi item novus Vaſallus jam antè ex commodato, locato, aut depoſito, rem in feudum ſibi conceſſam teneat, poteſtate abuſivæ traditionis, abſq; nova adprehenſione poſſeſſio corporis ſive rei illius ſtatim ad inveſtitum tranſit, argum. *l.quedam 77.verſ.proponebatur.ff.de rei vind.d.§.interdum.Inſt. de rerum diviſ.* Si denique feudum alicui conſtituatur, quod in juribus conſiſtit, & dominus inſtrumentum novo Vaſallo tradat, quo confiteatur ſe illi ea jura in feudum concedere, inſtrumenti illius traditione Vaſallus quaſi poſſeſſionem jurium illorum ſtatim adquirit, argument. *l.1.ubi*

n verb. traditis, C. de donat. d. l. quadam, ff. de rei vind. junct. a l. 59. ff. de leg. 3. ut conſequente
allus omnibus prædictis caſibus facta poſſeſſionis abuſivâ translatione & adquiſitione
modò contra tertium poſſeſſorem, ſed & ipſum concedentem dominum in rem actio-
habeat, *tit. 8. §. rei autem*, ubi Andr. de Iſern. & Alvarott. 2. *F. l. 1. C. de donat.* [b] *c. 33. in princ.*
licet enim 2. F. ubi feudiſtæ *t. 4. §. ſimiliter. 1. F. d. §. interdum, Inſt. de rerum diviſ.* Hartm.
tm. *lib. primo obſerv. tit. de feud. obſervat.* 6. Sufficit tamen ad adprehendendam feudalis
di poſſeſſionem quamlibet illius partem introire, dum ea mente, & cogitatione id fiat, ut
um fundum ad terminum uſque poſſidere velit. *l. 3. §. 1. ff. de adqu poſſeſſion.* Quod ſi plura
eudum abuſivè ſint tradita prædia, quæ cohærent & conjuncta ſunt, ſatis eſt Vaſallus unum
um ingrediatur animo poſſidendi totam univerſitatem illam *d. l. 3. §. 1.* ubi Bart. *d. t.* Alva-
ad t. 2. 2. F. num. 7. verſ. quaro. & ibid. Præpoſ. *nu.* 8. Quæ ſingula ſpecialiter apprehenden-
ſſent, ſi remota & diverſis locis diſtincta forent. *arg. d. l. 3. §. 1.* & ſcribit Zaſ. *conſ. 10. num.* 6.
. Mynſinger. *C. 3. obſerv.* 39. quos ſequitur Borch. *de feud. c. 7. nu.* 11. Hotom. *diſp. feud. c.* 23.
o. *lib. 2. de benef. c.* 13. qui volunt, quòd poſt Inveſtituram abuſivam (quam illi civilem ap-
ant) de re abſente factam, nihilominus neceſſe ſit, ut vaſallus abuſivè inveſtitus in poſſeſ-
em inducatur à domino, neq; licere Vaſallo fundum feudalem propriâ authoritate ingre-
illius poſſeſſionem apprehendere.

Quæritur & illud: An ſicut factâ Inveſtiturâ verbali, & fidelitate ſubſe- 23
uta, dominus poſſeſſionem rei illius feudalis Vaſallo tradere tenetur? Ita
am ex ſolâ feudi promiſſione, & habito tractatu de re aliquâ in feudum
cedenda, compelli poſſit ad inveſtiendum Vaſallum? Quod & ſi pluri-
negent; qui hoc caſu dominum intereſſe præſtando liberari conten-
nt, [a] deciſionem tamen affirmatam, ut juri magis conſonam, conſtanter
ntrepidè tueri non veremur. [b]

Mart. Laud. *ad tit. 26. §. ſi facta. & ibid.* Alvarott. *num. 8. & ad t. 7. §. ultim. nu. 1. 2. feud.*
b. de S. Georg. *tr. f. in verb. inveſtiri. nu.* 8. Mynſing. *C. 4. obſerv. 61. arg. l. 1. & 4. de act. empt.*
uod in omnibus faciendi obligationibus receptum ſit, ut debitor non præciſè ad factum
atur, ſed præſtando intereſſe liberetur. *l. ſi quis 13. §. ult. ff. de R. jud.* Gœdd. *ad l. faciendi 175.*
. 2. ff. de verb. ſignificat. [b] Cum enim *in d. tit. 3. §. ult. 2. F.* expreſsè ſcribat IC. feudiſta, nul-
Inveſtituram fieri debere illi, qui fidelitatem facere recuſat, ſententia hæc noſtra affirmata
loco per ſenſum contrarium argumentando (quod in jure uſitatiſſimum eſt, ut ſcribit
rh. in Topic.) rectiſſimè defenditur, maximè cùm jure etiam communi eadem recepta ſit,
uod nudo quantumvis pacto donatione facta neceſſitatem donatori imponit, adimplen-
romiſſionem. *§. alia autem donationes, verſ. ad exemplum Inſt. de donat.* & jure F. contrariũ
ubi reperiatur eſſe diſpoſitum, *t. 1. §. ſtrenuus autem 2. F.* Præter omnem autem dubitatio-
n illum novum Vaſallum dominus inveſtire cogetur, cui non nudè & ſimpliciter ſolùmmo-
eudum promiſit, ſed inſuper etiam, ante Inveſtituram, poſſeſſionẽ rei illius tradidit: ſiqui-
pœnitere amplius omnino non poſſit. Cum namq; dominus teneatur poſt factam Inve-
uram & fidelitatem promiſſam, novo Vaſallo poſſeſſionem rei illius tradere (quod majus
t. 4. §. 1. 1. F. Can. 16. quaſt. 2. multò magis tenebitur inveſtire illum Vaſallum, cui feudum
modò promiſit, ſed & illius poſſeſſionem jam antè tradidit, (quod minus eſt) eò maximè
d majorem vim habeat repetitio promiſſionis, quàm ſimplex promiſſio. *l. 22. C. ad SC. Vell.*
. debitum, juncta l. 5. §. 2. ff. de conſt pec. Diſſ. Hotom. *diſp. feud. c. 26. per text. t. 25. in pr. 1. F.*
o loci heres illius, qui jubente domino poſſeſſionem alicujus rei feudi nomine abſq; Inve-
ura nactus eſt, ſuccedere negatur in eandem poſſeſſionem; unde probabiliter concludit,
heres urgere non poſſit dominum, ut inveſtiatur de feudo, cujus poſſeſſionem defunctus
di nomine antè fuit adeptus, neque ipſum etiam defunctum, poſt adquiſitam, abſque in-
turâ, feudi poſſeſſionem, dominum cogere potuiſſe, ut ab eo inveſtiretur: ſiquidem ex ju-
ceſſoris, per ſucceſſionem adquiſito, arguamus jus illius, cui ſucceſſit *l. 25. & 62. ff. de R. I.*

 Ita ut

Ita ut quod heredi, tanquam heredi non licet, neq; defuncto licuiſſe certum ſit, ſi ſcil. quæſtio non ſit de his, quæ defuncti tantùm perſonæ competebant, *l.196.de R. I. §.finitur, Inſtitut. de uſufruct.*

24 In dubium & illud venit, duobus de uno eodemque feudo per inveſtituram ſeparatim conceſſo, an primo ſecundus, vel primus ſecundo jura potiora conſequatur? Et quamvis indiſtinctè Dd. gl. ſecuti, illum potiorem eſſe contendant, cui feudi poſſeſſionem dominus priùs tradidit: [a] Nos tamen diſtinguendum eſſe putamus inter caſum, quo alter poſt promiſſum feudum Inveſtituram verbalem accepit, & fidelitatem promiſit, alter verò in poſſeſſionem feudi à domino inductus fuit; & caſum illum, quo uni poſt Inveſtituram verbalem, & fidelitatis promiſſionem, feudum abuſivè dominus tradidit; alterum verò poſt hanc demum inveſtituram, in ipſam feudi poſſeſſionem induxit. Priori enim caſu ſecundum primo; [b] poſteriori verò primum ſecundo præferimus; modò poſſeſſionem à domino ſibi abuſivè traditam, per corporalem ejuſdem adprehenſionem fuerit adeptus. [c]

[a] Gl. *ad l.20. §.ſi facta, & ibid.* Alvarot. *nu.*6.2.*F.* Sonsb. *d.p.*9.*nu* 33. Weſemb. *de feud. cap.* 8.*nu.*16. Mynſing. *d.C.*6.*obſ.*61. Borch. *d.p.*1.*c.*7.*num.*12. Hartm. Piſt. *p.*2.*quæſt.*29. Vult. *de feud. lib.*1.*c.*10.*nu.*11. [b] Quia jure etiam communi, quando duobus quis idem prædium ſeparatim vendidit, potior habetur is, cui prius eſt traditum *l. quoties* 15. *Cod. de R. V. l. ſi ea res. §.fin. ff. de act. empt. l. qui tibi* 6. *C. de hered. vel act. vend. l.*3. *C. de his quæ à non dom.* [c] Hoc enim caſu, quo dominus primo poſſeſſionem abuſivè tradidit, poſſeſſio ad eundem tranſiit, *l.*33. *§.*1.2. *F. t.*4. *§.ſimiliter*, 1. *F. §.interdum, Inſt. de R. div.* ut præter illius factum & voluntatem ad alium ampliùs transferri non poſſit, *arg. l.*11. *ff. de reg. iur. l. nemo plus, & l.*120. *eod.*

25 Cognitâ inveſtituræ ſubſtantiâ, diſpiciendum de perſonis, quæ facere, quæ Item accipere Inveſtituram poſſint. Inveſtituram ut dominus per ſe vel per procuratorem facere, ita Vaſallus eandem per ſe, vel per procuratorem accipere poteſt; [a] modò, ſi fidelitas jurari debeat, procurator Vaſalli ad illud præſtandum ſpeciale mandatum habeat, [b] vel omnium bonorum, cum libera adminiſtratione procurator ſit. [c]

[a] *text. in t.*3. *§.ſed utrum ipſe, t.*58. *§.item ſciendum, verſ. item inveſtitura.* 2. *F.* Quibus evincitur, inveſtituram actum non eſſe legitimum: ſiquidem per procuratorem expediri, & non purè modò, ſed & ſub conditione fieri poſſit, *t.*9.1. *F. t.*35. *verſ. ubi verò*, 2. *F.* & nullam verborum ſolemnitatem deſideret, ut rectè docet Vult. *lib.*1. *de feud. c.*7. *nu.*41. neq; denique ſymbolum aliquid requirat, arg. *d. t.*2. *& tit.*33.2. *F.* Quæ omnia ſecus in actibus legitimis. *l. nemo* 123. *l.*72. ubi Cujac. *ff. de R. I. l.*2. *§.*1. *& l. ſeq. ff. de offic. proc. l. manumiſſio* 23. *ff. de manumiſſ. vind.* Diſſ. Hotom. *diſp. feud. cap.* 13. qui inveſtituram actum legitimum, non etiam legis actionem eſſe tradit. Obſt. videtur & illud; Quòd dominus per ſe, nō per procuratorem, emphyteutam inducere tenetur in poſſeſſionem rei emphyteuticæ; argumentum autem ab emph. ad feudum in jure probabile ſit, & frequens, Everh. in Topic. *d. loco.* [b] *c. ult. de juram. in cal. in* 6. *l.*17. *in fin. & l.*34. *§. defenſor, ff. de jur. ejur.* Iacob. de S. Georg. *tract. feud. in verb. inveſtiti. n.*10. *p.*55. Clar. *in §.feudum, quæſt.*49. *nu.*13. Frid. Schenck. *ad tit.*3. *§ ſed utrum.* 2. *F.* Menoch. *conſ.*1. *n.*78. *vol.*1. *& conſ.*426. *nu.*38. *vol.*5. Hartm. Piſt. 2. *quæ. lib.*47. *nu.*58. Schrad. *tr. F. p.*5. *c.*3. *n.*11. *& p.*6. *c.*4. *nu.* 31. [c] *argum. text. in c. qui ad agendum, in fin. de procur. in* 6. *l.*17. *§. ult. ubi gl. ff. de jurejur.* Idem ſentire videtur Sonsbec. *de feud. p.*7. *nu.*24.

26 Sed dubitatur, quid juris, ſi præſentiam Vaſalli deſideret dominus, an eo

caſu

1 ipſemet Vaſallus comparere, & in propriâ perſonâ inveſtituram acci-
e, fidelitatemque jurare ſit obſtrictus? Id licet communi omnium ferè
calculo adprobetur, [b] tutiùs tamen negantium partes ſequi nos poſſe
amus. [c]

teſte Iac. de S. Georg. *d. prius loco*, Molin. *ad conſ. Pariſ. §. 2. gl. 4. nu. 37* & *§. 49. nu. 1.* Hart.
d. quæſt. 47. in fin. Schrad. *d. p. 6. c. 4. nu. 35.* & Vult. *lib. 1. d. feud. c. 7. nu. 32.* Rationem autem
affert Molyneus; quòd Iuramentum fidelitatis annexam habeat reverentiæ exhibitio-
, quæ in ipſarum perſonarum præſentiâ fieri debet, non per nuncium, vel procuratorem,
ndum Bald. *in l. 1. ad fin. q. 56. ff. de rer. div.* & *ad c. 2. extr. de ord. cog.* Sive ut idem Bald. ſcri-
quòd homagium inſtar aliorum omnium, quæ dignitatis ſunt, honoris, reverentiæ, aut
ſua natura perſonalia, corporalem requirunt præſentiam, & per alium regulariter expe-
non poſſint, *l. quisquis. 16.* ubi Bald. *C. de Epiſc.* & *cler. l. un. §. ne autem. C. de Cad. toll. l. nul-
6. C. de decur. libr. 10.* [b] Nuſquam enim feudorum placita hanc Vaſallo neceſſitatem im-
nt, ut poſtulante domino in propria perſona comparere teneatur, ſed per diſiunctam po-
rationem (quod videlicet Inveſtituram accipere poſſit, per ſe vel per procuratorem) arbi-
Vaſalli hoc ita tribuunt, ut invito quantumvis domino, per alium eandem accipere poſſit,
tit. 58. §. 1. in 2. F. Semper namque duabus rebus diſiunctim alicui conceſſis alterutrum is
re poteſt, altero etiam prohibente & invito. *§. planè ſolutio. Inſtit. de inut. ſtipul. l. Lucius
de leg. 2. l. ſi heredi 5.* & *15. ff. de cond. Inſt. l. 11. l. ſi quis. 57. §. 1. ff. de ſolut. c. in alternationis.
. jur. in 6. l. 125. §. fin. de verbor. ſignific. §. 1. Inſtit. de jur. perſon.* Donell. *ad l. eum qui 41. §.
es. nu. 47. ff. de verbor oblig.* Ad hæc Dd. prius locis conjunctim traditur de domino & Va-
, quo inveſtitionis actum per procuratorem expedire poſſint. Cum autem de domino,
illi Vaſallum per procuratorem inveſtire liceat, nullum cuiquam ſit dubium, idem arbi-
Vaſallo conceſſum eſſe, non eſt àmbigendum; Siquidem dominus & Vaſallus ſint rela-
orum natura eſt, ut diſpoſitum de uno, intelligatur quoq; cautum eſſe de alio. Everh. in
c. loco, à correlat. Quia denique in ſimili libertus, qui operas domino ſuo promittere te-
juramento, *l. 7. in pr. ff. de op. libert. l. ſervum 36. in fin. ff. de manumiſſ. teſtam. l. 13. in prin-
de acceptilationibus*, id per procuratorem expedire poteſt, *l. certum 6. §. ſi quis abſente. ff.
feſſ.* cur non idem Vaſallo permiſſum eſſe deberet; cum maximè argumentum à liberto
ſallum ſit probabile, & in his, quæ jure F. expreſſè deciſa non ſunt, ſequamur jus com-
e, quo permittitur juramentum invito etiam adverſario præſtare per procuratorem, *tit. 1.
nunc 2. F.*

Cum pacta inveſtituræ [a] tantum momenti habeant, ut ſi adjecta Inveſti- 27
fuerint, omni feudorum naturâ potiora ſint, eique derogent, idcirco
lis pauca ſubjiciemus [b] In hac autem pactorum diſquiſitione diſpi-
dum; I. Quæ ratio ſit, cur pacta Inveſtituræ inſerta, ſervanda ſint;
Quæ Inveſtituræ pacta licita ſint; III. Si pacta Inveſtituræ dubia fue-
& obſcura, qualiter eorum interpretatio fieri debeat.

Cujuſmodi pacta Iuris F. authores etiam tenorem Inveſtituræ appellare ſolent, *tit. 6. §.
tiam. 1. F. t. 2. §. præter ea, t. 18. in pr.* & *in fin. 2. F. t. 104. §. item ſi quis. in extraord. cc.* Item
inveſtituræ, *t. 48. in pr. 2. F.* [b] *d. t. 18.* & *t. 48. in pr. 2. F.* Hinc illa in feudis Dd. Maxima;
ſemper recurrendum ſit ad tenorem Inveſtituræ, Laud. *ad t. 1. in pr. col. 1. libr. 1.* Iaſ. *conſil.
2. vol. 4.* Quodq; tenor Inveſtituræ ante omnia obſervari, & ne quidem in minimo de-
b eo recedi, per text. *d. t. 104. §. item ſi is. §. ſermonem. in extraord. cc.* Hartm. Piſt. *libr. 2. q.
m. 1.* Bald. *ad t. 24. §. denique 2. F.* Curt. Sen. *conſ. 49.* & Rom. *conſ. 43. incip. viſo Inveſtitura*
.

d rationem quod attinet, cur pacta inveſtituræ ſervanda ſint, etſi com- 28
iter interpretes hanc ex jure civili rationem afferât; Quia inveſtitura
ſit con-

ſit contractus [a] innominatus, [b] ſtricti juris, [c] pacta inveſtituræ adjecta, ſi liberatoria ſint, paciſcentem ipſo jure liberare; [d] ſin obligatoria fuerint, paciſcenti actionem non parere; [e] Nos tamen illa rejecta, [f] hanc juris hujus rationem aſſerimus, cum iſtiuſmodi pacta, traditioni poſſeſſionis rei feudalis (quæ inveſtituræ pars eſt potiſſima,) [g] inſerantur, fieri, ut non pacti ſolummodò, ſed & contractus nomine cenſeantur, eoq; paciſcenti præſcriptis verbis actionem pariant. [h]

[a] cum ſit negotium aliquod, ſive quidam actus, quo dominus rem feudalem Vaſallo concedit, *t.2.in pr.t.35.in pr.2.F.* & Vaſallus viciſſim domino fidelitatem promittit, *t.3.in fin.t.4.t.7.in fin.t.24.§.eſt & alia.2.F.* Ex quo negocio ſi Vaſallus fidem datam non ſervet, cõpetit domino ad repetendum feudum condictio cauſa dati, cauſa non ſecuta, *t.21.1.F.* proindeq; etiam præſcriptis verbis actio ad præſtandam fidem & ſervitia debita, quæ cum illa priori cõcurrit, *l. naturalis.5.§.& ſiquidem.§.ſeq.ff.de præſ.verb.* atq; contractum innominatum arguit, *l.2 juncta,l.3.ff.d.t.* [b] facio ſcilicet ut facias. Tradit enim Vaſallo in feudum rem ſuam dominus, ut ille viciſſim feudalitiam fidem & ſervitia præſtet, vide Bald. *ad l.7. num.7.ff. Qui. ſic. ab empt. diſced.* [c] Eſt enim Inveſtitura contractus innominatus; facio ut facias; ex contractibus autem innominatis æſtimatorius tantùm, & permutationis contractus bonæfidei ſunt, *§. actionum autem.Inſt.de act.* Huc facit & illud, quod donatio, qualis plærunque feudi conceſſio eſt, ſtricti juris ſit negocium. *l.eum qui.22.ff. de donat.* & ita ſentiunt poſt alios Alvarott. *ad t.1. in princ. num.4.verſ.Item quod.2.F.* Curt.Iun. *tract.ſ.part.1.q.9.num.3.* Clar. *in §.feudum,q.6.* Zaſ. *in Ep. feud.p.1.in fin.* Laur.Syl. *de feud.recogn q.4.* Cacheran. *deciſ.Ped.23.num.14.* Mud. *conſ.11.num.11.volum.4.Var.conſ.IC.Germ.* Moz. *de orig.feud.nu.21.* At obſt. quòd feudum ex fide & beneficio proficiſcitur, ut proinde etiam bonæfidei non ſtricti juris contractus eſſe videatur. [d] *l.lecta 40.verſ.dicebam juncto,verſ.ſed cum ſortis.ff.de reb. cred.* Cujac. *in comment. ad lib.3.q. Pauli. p.69.* Donell. *ad l.in bonæfidei,13.nu.12. C.de pact.* [e] Illud enim ſolummodò pactum, quod in continenti bonæfidei contractui adjicitur, obligationem & actionem producit, *l.7.§.quinimò.ff.de pact.d.l.in bonæfidei.* non etiam quod ſtricti juris contractui adponitur, *l.ſi tibi 17.in princip.dict.tit.l.rogaſti 11.§.ſi tibi dedero ff. de reb. cred.* [f] pactum enim obligatorium in ipſa Inveſtitura interpoſitum paciſcenti ad actionem prodeſt, *tex. in t.1.§.cùm verò,verſ.ſin autem t.6.§.quin etiam t.8.§.ult.t.20.lib.1.F.t.18.& t.50.lib.2.F.* cum tamen jure civili ſtricti juris contractui pactum, etiam in continenti adjectum, actionem non pariat, ut oſtenſum eſt *ad lit. præced.* [g] Inde fit, ut illa ipſa traditio ſpecialiter inveſtitura dicatur, *t.2.in princip.tit.33.in princip.2.F.ut ſuprà theſ.19.lit.a* [h] *l.rebus 6.C.de rer.permut.juncta,l.2.& 3.ff. de præſ.verb.l.1.ff. de æſtim.act.* Pactum igitur rei feudalis traditioni inſertum, etſi pactum ſit, ſi per ſe ſolum ſpectetur, contractus tamen nomen aſſumit: quia rei traditioni adjicitur, & cum ea conjungitur, *l.ult.C.de rer permut.l.1.C.de pact. convent.l.10.C.de pact.* Cujac. *lib.11.obſerv.17.in fin.& lib.14.obſerv.28.in fin.& in comment.ad lib.10.quæſt Pap.p.243.* Ideoq; etiam ad obligandum, & actionem producendam efficax, *l.in traditionibus 48.* ubi Iaſ. *ff.de pact.l.10.& 11. C.de pact.* ſive rei traditionem præceſſerit, ſive ſubſequutum fuerit, *l.ult.C.de rer.permut.l.1. Cod.de pact. conub.* Cujac. *d.obſerv.18.in fin.*

29 Vt verò dignoſci poſſit, quæ pacta inveſtituræ licita ſint, vel non, diſtinguendum eſt, inter ſubſtantiam feudi, & feudi naturam.

Quamvis enim Duaren. *ad l.7.§. quinimò,verſ.idem R.ff.de pact.* Cujac. *in præf.feud. & in com.in l.9.q.Pap.p.209.& 242.* Borch. *de pact.c.ult.nu 56.&* D. Vult. *libr.1.de feud.c.7.nu.55.* inter ſubſtantiam alicujus rei vel negocij minimè diſtinguendum, ſed indifferenter pro uno & eodem illa accipi debere velint, *per text.§.adeo autem,verſ.ſed talis contractus,inſt. de loca.& conduct.§.de illa,verſ.Q.Mutius,Inſtit.de Societ.* quibus locis per naturam contractus ſubſtantiam ſignificari ſcribunt; ingens tamen diſcrimen eſſe inter hæc duo, ex ſeqq. apparebit manifeſtiùs.

Sub-

ıbſtantia cum ſit res ipſa, per formam ſuam, ſive cauſam formalem ita 30
ens, ut mutatâ formâ, rem ipſam interimi, penitusque tolli, & perire
lſe ſit; [a] Pactum inveſtituræ, ad ſubſtantialem feudi formam (quæ eſt
ua fidelitatis præſtatio domini & Vaſalli) [b] perimendam adjectum, ra-
& licitum non eſt. [c]

l. Iulianus 9. §. ſed ſi quis, ff. ad exhib. l. 1. in fin. C. de jur. emph. l. 72. in princ. verſ. & quo-
, ff. de contrah. empt. juncta l. 2. in princ. ff. de oblig. & act. Bald. *ad l. 6. n. 10. C. de execut.*
dicat. [b] *t. 5. t. 6. §. ult. t. 7. 2. F.* Quam mutuam obligationem interpretes ſubſtantiale feu-
pellant, Alvarot. *ad t. 24. §. eſt & alia, num. 6. 2. F.* Curt. Iun. *tract. F. p. 1. c. 7. nu.* 30. Zaſ.
t. F. p. 1. in fin. Schrader. *de feud. p. 2. c. 2. nu.* 24. [c] *arg. d. l. 9. §. ſed ſi quis, ff. ad exhib. &*
Et quòd ex legitimâ rerum formâ, privatorum conventione nil quicquam immutari
, apparet etiam ex *l. nec ex prætorio 27. ff. de R. I.* idque in ſpecie de pacto contra ſubſtan-
n feudi formam adjecto ſcribunt & docent Duar. *de feud. c.* 2. *n.* 3. Sonsbec. *p. 2. n.* 34. Cu-
præf. feud. ad fin. & Iohan. Borch. *de feud. c. 1. nu.* 20.

ed quæritur, an etiam de feudi ſubſtantia ſit, ut feudum conſtituatur in 31
nmobili, ut item dominus proprietatem rei feudalis retineat, utque Va-
ıs non teneatur ad præſtanda domino ſervitia? Quòd negamus, & con-
ıenter feudum in re etiam mobili conſtitui, [a] tali item pacto concedi
e, ut illius proprietas ad Vaſallum tranſeat, [b] isque nullum pro eo ſer-
ım præſtet, indubitanter aſſerimus. [c]

de pecunia enim (quæ res eſt mobilis, *Novell. 22. c. & quia, verſ. ſi verò*) quòd rectè con-
ur jure feudi textus habetur expreſſus *in t. 8. in pr. t. 25. 2. F.* uti locum illum utrumque
iendum eſſe ſcribunt Iac. de Ardiz. *in Epit. F. c. 27.* Afflict. *ad t. 1. §. ſciendum nu.* 28. 2. F.
lotz. *de feud. c. de reb. quæ in feud. dant. num. 17. verſ. ſecundò fallit.* Hotom. *ad t. 8. & t.*
F. Certi iı ein juris, quòd uſusfructus, cujus inſtar eſt feudum, *tit. 23. §. ultim. 2. F.* conſti-
iam poſſit in re mobili, *§. 3. Inſt. de uſuf. l. 3. §. 1. ff. d. t.* Et quia res immobilis cõmune feu-
bjectum eſt. cum uſufructu, Emphyteuſi, & Cenſu. *t. 1. §. ſciendum 2. F. §. 1. Inſt. de uſufr.*
eod. res certè immobilis feudi forma ſive ſubſtantia eſſe nequit: ſiquidem forma ſuæ tan-
ſpeciei eſſentialiter ſit propria, non communicabilis cum diſparatis ſpeciebus alijs. Et de-
e quia cujusvis ſpeciei ſubſtantia non ex re ſubjecta, ſed ex materia & forma conficitur;
ria autem feudi eſt jus in re quadam; forma autem ſive ſubſtantia illius mutua fidelitatis
gatio domini & Vaſalli, efficitur, ut quotiescunq; tale alicui jus in re etiam mobili ſub fi-
udalitiæ conditione & lege conceditur, toties etiam feudum in illa re conſtituatur; Cui
ı rei formam ſubſtantialem tribuimus, eidem etiam ſpeciē ipſam tribuamus neceſſe eſt.
nc eandem ſententiam ex interpretibus defendunt, Iac. de Ardiz. *in epit. feud. c. 26. in fin.*
m. *ad tit. 8. & tit. 25. 2. F.* Sed Diſſ. Dd. cõmuniter omnes, quos refert & ſequitur D. Vult.
c. 7. num. 55. pag 207. per text. *tit. 1. §. ſciendum, 2. F.* ubi expreſsè IC. ſcribit, feudum non
n rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus, aut ijs quæ inter immobilia connumerantur, conſiſte-
ſſe: & text. *t. 23. §. ult. 2. F.* Quo loci in definitione feudi ibid. propoſita mentio tantùm fit
nmobilis. [b] Ita Bald. *in l. ſi plures, nu. 7. C. de cond. inſert. l. un. nu. 67. C. de confeſſ.* Iaſ. *in*
d. n. 14. Curt. Iun. *de feud. part. 1. c. 7, n. 22.* Mol. *ad conſ. Pariſ. tit. 1.* Gl. 1. *in fin. pr.* Zaſ. *de*
. part. ult. circ. fin. p. 122. Schrad. *de feud. p. 2. c. 2. n.* 29. Quòd item ſubſtantiæ feudi non ad-
tur proprietatis tranſlatio, vel inde etiam apparet, quòd in præcedentibus oſtenſum eſt,
niam in feudum dari poſſe; item ex[illegible], quòd Vaſallus ſuum feudum alij in feudum con-
re poteſt, qui tamen illius proprietatem non habet, *t. 3. §. ſed etiam, t. 9. in pr. t. 55. §. ult.*
illud quoque 2. F. Curt. *d. loco n. 8. &* 30. Alvarot. *ad t. 24. § eſt & alia, n. 6. 2. F.* [c] text. ex-
in t. 104. in fin. princ. in extraord. cc. ubi diſertè traditur, feudum hoc pacto concedi poſ-
nullum pro eo ſervitium domino fiat. Idem ſcribit And. de Iſern. *ad t. 22. 23. §. item qui,*

num. 35. 2. F. Matth. de Afflict. *in prælud.* F. *nu.*66. Curt. Iun. *d. tract. p.*1. *cap.*7. *nu.* 78. Schrad. *p.*2. *c.*2. *num.*33.

32 Naturam feudi & pacta eandem concernentia quod attinet, diſpiciendum, tum quid & quotuplex ea ſit; tum quæ pacta circa naturam feudi facta valeant.

33 Natura feudi eſt adjuncta quædam feudi qualitas, juris authoritate abſque domini & Vaſalli conventione ipſi feudo tributa,[a] eſtque tum propria, vel impropria;[b] tum inſeparabilis, vel ſeparabilis.[c]

[a] *t.*7.1. *F. t.* 48. & *t.*50. 2. *F. l.*7. *§. quinimò, verſ. idem R. l.* 27. *§. pactus, verſ. quotiens, ff. de pact. l. ex empto* 11. *in princ. ff. de act. empt. l.* 5. *§. ſed ſi facio, verſ.* & *poteſt, ff. de præſcript. verb.* Vide Tractat. meum *de ſubſtantia, natura, & accidente feudi, cap.* 2. *nu.* 2. [b] *d. t.* 48. 2. *F.* Vide dict. Tractat. meum. *cap.* 2. *nu.* 3. [c] Id quod manifeſtum fiet *ex ſeqq.*

34 Propria feudi natura eſt communis quædam ſive conſueta, regularis, ac uſitata feudi qualitas,[a] qua ipſum feudum propriè feudi jure cenſetur & æſtimatur;[b] Veluti, ut feudum inter vivos conſtituatur per inveſtituram,[c] in re immobili, vel ea, quæ inter res immobiles connumeratur;[d] ut feudi proprietas penes dominum remaneat, uſusfructus verò ad Vaſallum tranſeat,[e] ejusque heredes maſculos,[f] legitimè natos,[g] in perpetuum;[h] ut Vaſallus in accipienda inveſtitura fidelitatis juramentum præſtet,[i] & ſervitia poſtmodum perſonalia domino ſuo, feudi illius nomine, exhibeat,[k] ut Vaſallus, absq; domini conſenſu[l] feudum alienandi, oppignorandi, aut per ultimam voluntatem de eo diſponendi, nullam poteſtatem habeat;[m] & denique, ne ſine culpa ſua Vaſallus feudo privetur,[n] utque illud in manum domini quantumvis inviti refutare licitè poſſit.[o]

[a] *t.*2. *§. præterea* 2. *F. fac. l.* 1. *in fin. C. de pact. pig.* [b] *t.*1. *§. ult.* 1. *F. tit.* 48. 2. *F.* cujusmodi feudi natura deſcribitur maximè ſub *t.*23. *§. ultim.* 2. *F.* teſte Curt. Iun. *p.*1. *cap.*7. *nu.*28. & 30. [c] *t.* 25. 1. *F.* & *dict. t.* 1. *in fin.* 2. *F.* [d] *t.*1. *§. ult. t.*23. *§. ultim.* 2. *F.* Zaſ. *de F. p. ult. in princ. verſ. præterea,* Curt. Iun. *d. num.*28. & 30. [e] *t.*8. *§. ultim. t.* 23. *in fin.* 2. *F.* [f] non etiam ad fœminas, *t.*50. *in princ.* 2. *F.* [g] non ad naturales aut adoptivos, *t.*26. *§. adoptivus,* & *§. naturales filij. eod.* [h] *t.*23. *in fin. t.*50. *in pr.* 2. *F.* [i] *tit.*3. *§. ult. t.*24. *§. eſt* & *alia,* 2. *F.* [k] *t.*21. *in princ. verſ. vel ſi dominus,* 1. *F. t.* 24. *verſ. ſed non eſt alia, t.*23. *in fin. t.*36. *verſ. quadam t.*55. *§. firmiter.* 2. *F.* Sed an improprium efficiatur feudum, ſi pacto caveatur, ut præter ſervitia conſueta, aliud aliquod ſervitium Vaſallus præſtet, quæritur? quod negamus; in omnibus enim bonæfidei contractibus, naturalibus eorum qualitatibus adjici per pacta poſſunt aliæ quædam adventitiæ qualitates, *l. contractus* 23. *§. ſed hæc, ff. de Reg. Iur.* Nec tamen usquam contractus illi improprij propterea dicuntur, ut proindè, neque feudum ex adventitia iſtiusmodi qualitate, improprium dici debeat, VVeſembec. *de feud. c.*2. *num.*10. Schrader. *tract. F. p.* 2. *c.*4. *n.*14. & *ſeqq.* [l] vel adgnatorum etiam, ſi paternum fuerit feudum, *t.*39. *in princ.* 2. *F.* [m] *t.*9. *tit.*25. *§.*1. *verſ. habito ergò conſilio* 2. *F. t.*8. *in princip. lib. eod.* [n] *tit.*7. & *t.*21. 1. *F.* [o] *tit.*28. & 29. *in fin. princip.* 2. *feud.*

35 Impropria feudi natura eſt quædam qualitas, à communi ſive conſueta feudorum ratione recedens, & prorſus aliena; cujusmodi naturam habet feudum, quod absque inveſtitura, per præſcriptionem adquiſitum eſt;[a] feudum item quod conſtitutum eſt in re mobili;[b] feudum cujus proprietas ad Vaſallum tranſit;[c] feudum ob quod Vaſallus fidelitatem jurare non tenetur:[d] feudum Guardiæ & Caſtaldiæ;[e] feudum habitationis;[f] feudum

Solda-

datæ; [g] feudum advocatiæ, ſi perſonale ſit, & certi alicujus protectoris ſtùm; [h] feudum in quod fœmina ſuccedit; [i] feudum francum; [k] feudum quo ex inſolitis, vel ſolitis ſervitijs feudalibus, certum duntaxat & de-ninatum præſtatur ſervitium; [l] feuda denique Cameræ & Canevæ, ſi ſint gratuita, id eſt. ſub nulla fide feudalitia, aut ſervitiorum præſtandorum onere conceſſa. [m]

t.2.§.præterea. & *t.48. 2. F.* Omne autem feudum propriam feudi naturam habere cen-, niſi ſpecialiter, vel feudorum placitis, vel domini & Vaſalli conventione, nominatim ea ɩcta fuerit, *t.23. §.ult. juncto.t.2.* & *11.lib.1. F.* Zaſ. *in Ep.F.p.ult.* Molinæ. *ad conſ.Pariſ.t. o.in fin.* [b] *t.25.lib.1.F.d.t.1.in fin.2.F.* & feudum præſcriptione adquiſitũ, improprium eſſe ım, patet ex his, quæ latius deducta ſunt ſuprà, *in alleg.ad theſ.6.propè fin.* [c] *arg.d.t.in fin.* 23.*in fin. 2. F.* [d] *arg. d.t.23. lib. 2. F.* Sic propria uſusfructus natura, ut proprietas ad fru-ſium non pertineat, *§.2.* & *§.ne tamen.Inſt.de uſufr.l.3.§.ne tamen.ff.d.tit.* und... ſi-ſproprius dicitur uſusfructus, ſi proprietas rei fructuariæ ad uſufructuarium tranſeat. *l.2. ff.de uſufr.e.ar. rer. quæ uſ. conſum.* Fidelitas an pacto remitti poſſit, vide Rudinger. *lib.1. feud.43.per tot.* [e] *t.3.§.ult.t.24.§.eſt* & *alia,2.F.* [f] Hæc enim feuda anno finiuntur, *t.2.in F.* [g] Accipientis ſiquidem morte peræq; finitur, *d.t.2.in pr.2.F.* [h] tum quia morte dantis ecipientis interveniente, expirat; tum quia gratuito, abſq; ſervitiorũ obligatione, ſub ſola promiſſione conceditur *t.10.in fin.2.F.* quæ omnia ſunt de impropria feudi naturâ. *t. 25. verſ.licet tamen 1.F.* proprium ſiquidem feudum datur in perpetuum, & pro præſtatione iorum, *t.23.in fin.2.F.* [i] Quamvis enim de hoc advocatiæ feudo generaliter & indiſtinctè ntinterpretes, quòd ſit improprium, Alvarot. Iac. de S. Georg. Zaſ. *in Ep.f.p.ult:* Schrad. *de p.2.c.4.n.20.* & 23. Quia tamẽ pro armato maximè patrocinio conceditur. wegẽ Schutzs Schirms/ quod armatum, militare, & bellicum ſervitium, regulare & ordinarium Vaſal-nus eſt, *tit.21.22.* & *26.§.beneficium. tit.30.§.ex hoc illud.tit.36.tit 55.§.firmiter.2.F.* ne-dvocatus ſive protector feudo advocatiæ, præſertim ſi id hereditariũ ſit, privari poſſit, niſi ioſe universitati, vel collegio, à quo feudum illud poſſidet, difficultates quaſdam inferat, *hebdomadam, extra de pœn.c.præterea.d.jur.patron.t.27.§.quicunq́; 2.F.* proprium id eſſe feu-regulariter, verius eſt, niſi perſonale ſit, id eſt, certo tantum alicui protectori conceſſum, ſu illud improprium eſſe feudum vel inde conſtat, quia ſi proprium eſſet, ad primi ad-ntis heredes tranſiret, *tit.23.in fin.2.F.* [k] Idq; vel ex pacto, vel quia feudum eſt fœmineũ, à fœmina primitus adquiſitum: illud autem improprium eſſe feudum arguit *tit. 23. in t.50.in pr.2.F.* [l] Sive liberum, pro quo nullum præſtatur ſervitium, *t.21.in princ.verſ.vel tinus 1.F.t.24.§.ſed eſt* & *alia,t.23.in fin.t.36.t.55.§.firmiter,* 2.F. [m] Quale feudum eſt , pro quo Vaſallus cum uxore domini ad Eccleſiam ire tenetur, de quo ſervitio textus eſt *§.præterea.2.F.* ſervitium item, quod Nobiles de Masmünſter/ pro ſuo feudo Archidu-Auſtriæ præſtant, ut quod tempore hoſtilitatis, claves ad oppidum Enzheim/ tanquam ımeram Archiducalem retinere, portas claudere & aperire tenentur, cujus meminit Zaſ. *ultim.* Qualia item ſunt feuda aulica, die Hofflehen/ ut quæ Principum Dapiferi, Pin-Mareſchalci, Camerarij, pro ſuo ejusmodi officio poſſident; Feudum item Caſtrenſe, Burcklehen/ quod datum eſt ad hoc, ut Vaſallus belli & hoſtilitatis tempore, dom-juvet in certo aliquo oppidó, vel caſtro defendendo. Bellicum enim, id eſt, armatum ium, proprium eſt munus Vaſalli, & quidem indeterminatum, *d.t.23.in fin.2.F.* Iſtius verò feudum, pro quo certum tale & determinatum præſtatur ſervitium, interpre-nditionatum, & conditionale appellant feudum, ad *tit.21.§.fin.F.tit.75.in extraord.* sb. *de feud.part.4.n.40.* [n] Tunc enim feuda erunt impropria; natura ſiquidem feudi a ſit, ut detur ſub obligatione ſervitiorum: quòd ſi verò feudum Cameræ vel Canevæ citer ad fidem feudalitiam, & ſervitia præſtanda ſit conceſſum, propriũ erit feudũ, cum m naturam feudi habeat, cui nominatim conventione domini & Vaſalli nihil eſt de-

 tractum,

tractum, quod fieri neceſſe foret, ut improprium eſſet. *t.23.§.ult. juncto.t.2.in pr.* & *t.11.1.F. t.26. §.feudum,* & *t.48.* 2.F. & ſcribunt Curt.Iun. *de feud.p.1. c.6.* Zaſ. *in Ep.F.p.ult.* Sonsb. *de feud.4.n.6.* Molin. *ad conſ. Pariſ. t.1.§.36.in fin.*

36 Dicendum nunc de ſeparabili & inſeparabili feudi natura. Inſeparabilis feudi natura dicitur, quæ ita feudo conjuncta eſt, ut ne quidem partium conventione ab eo ſeparari queat; Qualis eſt, quòd in veſtiturâ tantū feudum proprium inter vivos conſtituitur;[a] Quòd ex L. commiſſoria feudum non adquiritur;[b] Quòd fructus rei feudalis ad Vaſallum pertinent;[c] Quòd Vaſallus ob feloniam feudo privatur;[d] Quòdque tributum & cenſum prædij feudalis fiſco ſolvere tenetur.[e]

[a] *text.in t.25. in pr.1.F.* & *t.1. in fin.2.F.* [b] *t.27.in pr.1. F.t.51. §.pen.2.F.* facit. *l.ult.C.de pact. pig.* [c] *t.23. §.ult.2.F.* uſusfructus enim ſi adimatur, totum jus adimi videtur, *l.14. §.uſusfructus. ff.d*[illegible] *& habit.* [d] *t.26.§.domino, t.37.* & *t.47.* 2. F. Eſt enim felonia Vaſalli, quoddam illius ſcelus, quod ſcelus, ſi in perfidia in dominum conſiſtat, ideò pacto remitti nequit, quia eſſet hoc pactum contra ſubſtantiam feudi (obligationem ſcilicet fidei) & proinde irritum; Sin id ſcelus conſiſtat in quodam alio doloſo Vaſalli delicto, pactione idcò remitti non poteſt, quod nulla pactione effici queat, ne dolus futurus præſtetur, *l.27.§. illud, ff. de pact. l. illud. 5 ff. de pact. dot. l.23.§.ſed hac ita, Verſ. excepto eo, ff. de R.I. l.17. in princ. ff. commodati.* Et ratū non eſſe pactum, quo felónia remittitur, in ſpecie tradunt Iac. de S. Georg. *in Verb. qui quidem inveſtiti, num.71.* Iaſ. *in l. ult. num.8.C.de pact.* & *in proœm.* F. *num.27.* Curt.Iun. *de F. p.1.c.7. num.3.* etiamſi jurisjurandi religione fuerit munitum, *l.5.C.de LL. l.7.§.generaliter, ff. de pact.* cum juramentum non debeat eſſe vinculum iniquitatis, *c. quanto, extra de jurejur.* & contra bonos mores præſtitum, non ſit obligatorium, *c. non eſt obligatorium, de Reg. Iur. in 6.* & denique quia juramentum, tanquam acceſſorium, aſſumit naturam principalis, cui accedit, *l. ultim. C. de non num. pec.* Gail. *lib.2. obſerv. 42. num.4.* pacto enim effici nequit, ut is, qui prædij poſſeſſionem in alium transfert, tributum ex eo ſolvat, non ille, qui poſſeſſionem illius prædij accipit, *l.1.2.* & *3.Cod. Sin.cenſ. vel reliq. fund. comp. non poſſe.*

37 Separabilis feudi natura eſt, quæ partium, puta domini & Vaſalli conventione, feudo detrahi poteſt: qualis eſt non modò propria feudi natura, ſed & impropria, de qua ſpecialiter (quòd à feudo per inveſtituræ pactum ſeparari nequeat) nihil eſt cautum & conſtitutum.

38 Ad pacta quod attinet, quæ in inveſtitura circa naturam feudi fiunt, illa vel feudo naturam ſuam detrahunt; vel feudi naturæ aliquid inſuper adjiciunt.

[a] Sic alias etiam, pacta negocio alicui inſerta, vel quid detrahunt ipſi negocio, de ejus naturâ, vel quid illi adjiciunt *l. pacta 72. in princ. de contr. ab. empt.* Vide Tractat. meum *de inveſtitura feudi, cap.5.* & Tractat. de ſubſtant. & *qualitat. feudi, cap.3.*

39 Pacta, quæ feudo naturam detrahunt, valida ſunt, ſi fiant de ſeparabili naturâ feudi, tam propriâ[a] quàm impropriâ,[b] pacta verò de removenda inſeparabili naturâ feudi, inveſtituræ adjecta, ut illicita rejiciuntur, ſalvâ & ſubſtantiâ & natura feudi.[c]

Sic propria feudi natura illa, ut in feudum detur res immobilis, ut rei feudalis proprietas penes dominum remaneat, pacto removeri, & effici poteſt, ut feudum conſtituatur in re etiam mobili, utque cum uſufructu proprietas etiam illius ad Vaſallum tranſeat, per alleg. *ad theſ. praced.* Similiter pacto caveri poteſt, ut deficientibus maſculis, fœminæ quoque ad feudi ſucceſſionem admittantur, *tit.1.§.hoc autem, tit.8.§.ult. tit.14.§.ult.* 1. F. Vtque in feudum novum adgnatus adgnato, puta frater fratri ſine maſcula prole morienti ſuccedat, *tit. 1. §. cum*

Verſ

in verò, tit.8.§. ult. verſ. in alio verò, tit.14. §.ultim.tit.20.1.F. tit.12. in princ. verſ. niſi *tit.* 18.2. F. Cum tamen propria feudi natura ſit, ut maſculi tantùm heredes, ex primo irente deſcendentes, non etiam alij transverſales in eo ſuccedant: ſic denique etſi propri a idi natura, quòd Vaſallus absque domini voluntate feudum alienare nequeat, utq; do- ſervitia præſtare obnoxius ſit, inveſtituræ tamen pacto caveri poteſt, ut ſine conſenſu do- Vaſallus feudum alienandi poteſtatem habeat, utq; nulla penitus domino ſervitia præ- *tit.26.§.feudum, tit.48.2.F.tit.104. in fin.princ. in extraord. cc.* [b] Sic feudo Guardiæ item ldiæ (quæ impropriam feudi naturam habent, quia tranſacto anno dominus Vaſallo illa re poteſt) inveſtituræ pacto impropria illa natura detrahi & caveri poteſt, ut Vaſallus etiã annum ad certum usque tempus, puta ad biennium, vel decennium, tale feudum poſſi- *tit.2.in princ.*1.F. Etſi verò feudo quædam illius propria vel impropria natura ſeparabilis, veſtituræ pactum detrahatur, in reliquis tamen ſuam naturam retinet, & ex eo nihilo- s, proprij vel improprij feudi jure æſtimatur; ſic quamvis ex inveſtituræ pacto Vaſallo, am ſuum novum, in quemvis extraneum, ſine domini conſenſu alienare liceat, attamen et feudum illud naturam ſuam hanc, quòd Vaſallus illo privatur ex cæteris cauſis, ex qui- eudum amittitur, *t.26.§.feudum t.48.verſ.qualiscuncunque 2.F.* [c] *text.in l.cum precario 12. ff.de precar.*

acta quæ feudi naturæ quid adjiciunt, ſunt, per quæ ad qualitatem feu- 40
le Iure ipſi tributam, aliquid amplius additur; Veluti ſi conveniat inter ninum & Vaſallum, ut propter delictum filij, pater etiam feudum amit- [a] Item, ut dominus etiam Vaſallo ſcienti, rem alienam in feudum con- ens, evictionem præſtet; [b] ut contra omnes homines Vaſallus domino litatem juret; [c] Vtque Vaſallus feudum pro ſe & ſuis heredibus habeat; uorum illa priora I.F. recepta, eoque licita; [e] hoc poſterius, ab interpre- s magis excogitatum; & communi uſu receptum, quam I.F. authorita- omprobatum eſt. [f]

[a] Quale pactum etſi illicitum dicant, Bald. *ad l.1.n.12. C.de his quæ pen. nom.* Iaſ. *in §. actio-, nu.87.Inſt.de act.* Matth. de Afflict. *ad t.55.§.inſuper.nu.7.2.F.* Iac. de S. Georg. *in verb. quidem Inveſtit. num.*62. Ratum tamen id eſſe, & valere, ſatis vel inde conſtat, quòd effi- er quis pœnam alicui promittere poſſit, ſi tertius quiſpiam quid fecerit vel non fecerit, *l. ulat. 38.§.ſi quis ff.de verb.oblig.* Quod item quilibet licentiam habeat, renunciandi his, pro ſe introducta ſunt *l.51.C.de SS.EE.l.pen.C.de pact.l.41.ff.de Minor.* & denique quòd auſis criminalibus, maximè in quibus pœna pecuniaria reo imponenda eſt, fidejuſſor pro reo admittitur, *l.1.2. & 3.ff.de Cuſt.reor.l.græcè 8.§.ſed etſi l.ſi quis 56.§.ult.l.ſi a reo 70.§. m.ff.de fidejuſſ.* Covar. *lib.2.var.reſ.cap.9.num.*8. Menoch. *de arbit.Iud.quæſt.lib.2.C.4.caſ.* ubi pluribus oſtendit, non eſſe omnino injuſtum, ut quis puniatur ab alterius delictum & am. [b] Nam citra pactionem illam, hoc caſu non præſtatur evictio, *t.8.in princ.* 2.F. *l.ſi fun- 27.C.de evict.* [c] Qualis Vaſallus plura feuda à diverſis dominis habere nequit, *t.52.§.ſatis* 2.F. hac tamen ipſius generali fidelitatis promiſſione, ſemper excipitur Imperator, Rex, tifex item Romanus. *t.7.t.55.in fin.2.F.t.100.in extraord. cc.c. venientes, extr. de Iurejur.* verò Vaſallum & feudum hujusmodi ligium appellari, idque ab eo tantùm concedi, qui riorem non recognoſcit, velint Duar. *de feud.c.4. num.*3. Cujac. *lib.5.ad Conſt. Fr.de probib. al.* Borch. *d.c.4 n.22. & alij alibi, per text.t.99.in extraord.cc. & gl.in c.paſtoralis, §.rur- ſum eſt, in verb. homo ligius, t.de ſent. & re. Iud. in Clem.* Errore tamen ducuntur, ſiquidem is m Vaſallus dicatur homo ligius, qui à diverſis dominis, feuda diverſa poſſidet, text. expreſſ. *c.paſtoralis, §.rurſus, de ſent. & re jud. in clem.* Quo loco Rex Siciliæ, Pontificis Vaſallus s dicitur, qui tamen & ab ipſo Pontifice, & ab Imp. Rom. Henrico, terras aliquas in feudũ bat; Idemque evincitur *ex t.52.§.ſatis benè, 2. Feud.* & Hotom. *diſput.feud.c.7.* ubi ligium inem cum appellari oſtendit, qui ſe omnimodæ Iuriſdictioni alterius ſubjecit, etſi Vaſal-

lus illius non ſit. [d] Cujuſmodi feudum hereditarium appellant, *arg. l. 5. ff. de Relig. & ſumpt. fun.* Soarez. *in theſ. rec. ſ nt. ſub lit. F. num.* 57. Clar. *in §. feudum, quæſt.* 9. & alij quos recenſet Borcholt. *de feud. c. ap.* 3. *num.* 16. Hartm. Piſt. *lib. 2. quæſt. 1. num.* 1. Sive illud ſimpliciter Vaſallo ſit conceſſum, pro ſe & ſuis heredibus, Covar. *lib. 2. V. reſ. c.* 18. *num.* 5. Rol. à vall. *conſ.* 23. *num.* 44. *Vol. 1. conſ.* 10. *nu.* 18. *Verſ.* 3. Pinel. *ad l. 1. C. de bon. matr. p.* 3. *num.* 82. Mynſ. *obſerv. 2. C.* 4. Sive datum fuerit Vaſallo, ejusque filijs & heredibus maſculis, vel Vaſallo & heredib. feudalibus, ex illius corpore legitimè deſcendentibus, Clar. *d. §. feudum, quæſt.* 9. Covar. *d. c.* 18. *num.* 3. Hartm. Piſt. *lib. 2. quæſt. 3. num.* 6. 22. 42. & 58. eique opponunt feudū ex pacto & providentia, id eſt, feudum illud, de quo Vaſallus ſimpliciter & nulla heredis mentione facta fuit inveſtitus. Hartm. Piſt. *d. quæſt. 1. num.* 17. & 75. Mynſing. *obſerv. 2. Cent.* 4. [e] per priùs allegata *ad litt. a. b. c.* [f] Nusquam enim illud pactum, vel petita inde feudi diſtinctio, in libris F. adprobata legitur, quin potiùs I. F. authoritas eandem planè reprobat, ut pluribus oſtendit Hartm. Piſtor. *d. quæſt.* 1. Gail. *lib. 2. obſerv.* 154. *num.* 20. eandemque magiſtralem & commentitiam eſſe, ſcribit Pinel. *ad l. 1. C. de bon. matern.* Heredis enim nomen, in libris F. ſignificat heredem ſanguinis, & quidem filium heredem, non heredem allodialis hereditatis *t.* 13. *§. & ſi clientulus t. 19. §. ult. t. 20. 1. Feudor. t. 34. §. ſimiliter, Verſ. profectò illi, & t. 49. 2. F.* Quia tamen prædicta feudi diſtinctio in praxi & longo uſu communiter eſt recepta, ut feudum hereditarium ſit & æſtimetur Iure hereditario, & pro re allodiali, Matt. Frex. *lib. 3. diff. 6. in fin. & diff. 16. num. 1. diff. 20. nu.* 1. proindeque in petitionem hereditatis veniat, Camer. *ad t. de prohib. feud. al. per Fr. §. præterea Ducatus 2. F.* & imputetur in legitimam, Frex. *d. l. 3. diff.* 14. & de illo rectè teſtetur Vaſallus; Curt. Iun. *tract. F. p.* 4. *num.* 130. Feudum autem ex pacto & providentia ſit, quod ſucceſſores defuncti Vaſalli adquirunt, non tam ab ultimo defuncto, Iure hereditario, quàm ex pacto primi adquirentis, & providentia domini concedentis, qui illud unicuique agnato ad ejus vitam ita donaſſe intelligitur, ut in eo reliquis adgnatis, feudi ſucceſſoribus, præjudicare non poſſit, Cam. *d. loco p.* 769. & Hartm. Piſt. *d. quæſt. 1. num.* 10. 25. & *ſeq.* propter hanc illius utilitatem & cujusque ſpeciei diverſum effectum eam retinere conſultius eſt. His porrò pactis adjicientibus quidam illud etiam annumerant, quando agitur, ut lite à domino contra Vaſallum mota, nuda aſſertione domini ſtetur; Eam item Inveſtituræ conventionem, ut domino liceat Vaſallum in caſu non præſtiti ſervitij, per literas diffamatorias: in publico loco intimatas, traducere, aut voce illi probrum impunè objectare: Sed utrumque illud irritum & invalidum eſſe, arguunt rationes, quas collegit Matth. Coler. *de proceſſ. execut. p. 1. c. 10. nu.* 8. Tum poſterius inutile eſſe, hoc ipſo etiam evincitur, quod obligationes ad hoc ſunt inventæ, ut unusquisq; adquirat ſibi, quod ſua intereſt principaliter, id eſt, pecuniariter, & ratione rei ſuæ familiaris, *l. 38. §. alteri ff. de verb. oblig. l. 21. §. venditorem, ff. de act. empt. l. ult. ff. de peric. & commod. rei vend. l. 23. ff. de pact. l. ult. Cod. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, &c.* Itque alium nobis obſtringant, ad dandum aliquid, vel faciendum, vel præſtandum *l. 3. in princ. de oblig. & act.* Hujusmodi autem conventio & obligatio nihil neque commodi adferat domino, neque vinculum injiciat Vaſallo, quo aſtringatur, ad quid dandum domino, vel faciendum, vel præſtandum, quod ei ſit utile & commodo futurum.

41 Sequitur de interpretatione pactorum Inveſtituræ, quæ obſcura & dubia ſunt. Quòd ſi pactum claris quidem conceptum & interpoſitum ſit verbis, de mente autem contrahentium dubitetur, proprietati verborum inhærendum eſt; [a] Sin verba illius clara non ſint, ſed propter varias ſignificationes, obſcura & dubia, interpretatio eorum fieri debet, ſecundum uſitatum de feudis loquendi morem, eò loci, ubi Inveſtitura facta, & pactum fuit interpoſitum; [b] De qua obſervatione, & ſpeciali ejus loci conſuetudine ſi non appareat, proximū eſt, ut verba pactorum Inveſtituræ interpretemur, ſecundum communem naturam feudorum, ad quam paci-

ciſcentes reſpexiſſe, & in negocio feudali ſe conformaſſe intelligun-
; [c] Quòd ſi de illa quoque dubium ſit, pacti interpretationem (de quo
æſtio eſt) contra creditorem; pro debito faciendam eſſe, æquius & de
e verius eſt. [d]

l. 1. §. licet, Verſ. in re dubia. ff. de exerc. act. l. ille 35. & l. non aliter 69. ff. de Leg. 3. l. non eſt ff. de tranſact. Nemo enim in dubio præſumitur quid dixiſſe quod non ſenſit. l. Labeo 7. tritum, Verſ. id Tubero, ff. de ſup. leg. l. 3. ff. de rebus dubijs. Hinc tritum illud axioma, quod eſtituræ tenorem non reſtringere, ſed prout verba ſonant, interpretari debeamus, t. 18. in Vbi Bald. & feudiſtæ, omnes. 2. F. Hartmann. Piſt. 2. quæ 1. num. 3, & 4. Vult. de feud. lib. 7. num. 56. [b] per text. tit. 1. in princ. 2. feudor. l. ſemper 34. Verſ. unde l. in obſcuris, 14. ff. de . jur. l. 3. §. ult. Verſ. quod ad teſtes. ff. de teſt. l. 50. §. ultim. ff. de leg. 1. Berous. conſil. 77. 30. Volum. 1. Menoch. conſ. 104. num. 22. lib. 1. & conſ. 400. num. 11. lib. 4. Eſt enim ſimile, contrahentes & paciſcentes, more uſitato in ea regione loquutos eſſe, tanquam muni & magis notâ atque familiari, ut ab ijs, quibus cum in ea regione contrahunt & ſcuntur, & quibus præſentibus res geritur, intelligerentur, [c] t. 1. 2. F. Verba enim cujusque ocij illius naturæ inſervire debent. Hartm. Piſt. d. lib. 2. quæſt. 1. num. 102. & ſeqq. [d] pro Vaigitur contra dominum, ſi Vaſallus domino quidpiam promiſerit, pro domino verò con-Vaſallum, ſi dominus aliquid promiſerit, & exindè debitor extiterit, interpretatio facienda arg. l. 38. §. in ſtipulationibus. l. quicquid 99. ff. de Verb. oblig. l. ſi ita 43. §. ult. de leg. 2. l. Veius 39. ff. de pact. l. plerunque, §. ult. ff. de Iur. dot. §. huic autem, Verſ. ideo autem plus, Inſt. de Iacob. tamen, de Leonhard. conſ. 117. inter conſ. feud. Alb. Brun. num. 132. & Menoch. conſ. lib. 2. & d. præſ. 98. in fin lib. 3. Vult. de feud. lib. 1. c. 7. num. 56. indiſtinctè pro Vaſallo con-ominum interpretationem in dubio faciendam eſſe ſcribunt.

upereſt ultima inveſtituræ inſpectio, de tempore & loco, quibus inve- 42
ura fieri debet. Tempus petendæ novæ inveſtituræ, cum certum, & pla-
F. definitum non ſit, dominus pro commodo & arbitrio ſuo diem
dæ inveſtituræ, Vaſallo novo conſtituere poteſt, ad quem Vaſallus ci-
s comparare, & inveſtituram accipere tenetur. [a] Locum inveſtituræ
d attinet, quia à domino citandus eſt Vaſallus, obedienter comparere
tur, in loco ab ipſo domino præfinito, & in citatione expreſſo, modò
s ille fuerit; [b] Sin non citatus, ſed ſponte ſua inveſtituram petere velit,
icilium domini adeundum erit, niſi antè de loco inveſtituræ inter do-
um & Vaſallum aliud convenerit. [c]

Quod ſi Vaſallus tercitatus non venerit, & fidelitatem promiſerit, dominus eum am- inveſtire non cogitur, Alvarott. Iac. de Belv. Bald. Fr. Schenck. & alij ad tit. 24. §. eſt & F. VVeſemb. de feud. c. 8. num. 2. Borch. c. 7. num. 2. modò inter ſingulas citationes il- ut 10. dierum ſpatium interceſſerit, t. 22. in pr. 2. F. & de in veſtituræ renovatione Vide clasſ. diſp. 18. theſ. 43. & ſeqq. ſic l. properandum 11. §. 1. C. de judic. Tempus petendæ eſtituræ quando currat vide Rudinger. lib. 1. quæſt. feud. 7. [b] reverentiam enim domino debet Vaſallus, d. t. 24. §. eſt & alia, d. t. 22. 2. F. [c] argum. totius tit. ff. de eo quod certo loco.

Diſpu-

CLASS. V. DISPUT. XVII.

DE PRAESCRIPTIONE Feudi.

THESIS I.

EXpoſito primo adquirendi feudum modo, inveſtitura: Sequitur modus alter in præſcriptione. Feudi præſcriptio eſt adquiſitio feudi, quæ fit poſſidendo bonâ fide rem ut feudalem, & dominum pro ſeniore agnoſcendo, per continuationem temporis jure definiti.

Tit.26. §. ſi quis per triginta, lib.2. feudor. & *tit.87. in extraord. cap. junct. l.3. ff. de uſurpat.* & *uſucap. de feudi præſcriptione* vide tract. meum *de feudi præſcript.*

2 In feudi igitur præſcriptione ſpectatur tum genus præſcriptionis, adquiſitio ſcilicet: tum juſta poſſeſſio rei, cui præſcribitur: tum etiam poſſeſſionis continuatio, & animus poſſidendi in uſum feudi: tum poſtremò certum poſſeſſionis tempus, & præſcripti feudi natura.

3 Præſcriptionem ſpeciem eſſe adquiſitionis rerum quidam negant:[a] Nos affirmandum putamus.[b]

[a] Donell. *lib.5. comment. cap.4. pag.337.* & *ad rub. C. de except.* [b] *per text. in §. ult. ff. de uſu.* & *habitat. junct. tit. ſeq.* & *§. ex his itaque, verſ. Et hoc eſt,* & *§. ſeq. Inſt. per quas perſonas cuique adquir. l. qui alienam, 44. in princ. ff. de evict. l. ei à quo 21. ff. de uſucap. l.2. C. in quib. cauſis ceſſet longi tempor. præſcript. l.1. verſ. At ſi receptum, C. de commun. rer. alienat. l. ult. §. fin. autem, C. communia de legat.* & *fideicommiſſ.* & *d.t. 87. An præſcriptione feudum adquiratur, in extraord. capit.*

4 Non tamen firmo & pleno jure adquirimus rem præſcriptione, ſed ope tantum exceptionis, qua tueri, & conſervare poſſumus rem præſcriptione adquiſitam.

Tit.26. §. ſi quis per triginta, lib.2. feud. l.1. l.5. l. ſuper longi 11. C. de præſcript. longi temporis, l. ſi quis emptionis, 8. in pr. ibi, & *longi temporis exceptionem contra dominos ejus, C. de præſcript. 30. vel 40. an* Franciſc. Balb. *tract. de præſcr. part.1. pr. quæſt.8. mihi pag.29.*

5 Atque hinc qui rem alienam bonâ fide præſcripſit, non directâ, ſed utili in rem actione experiri poteſt, adverſus poſſeſſorem rei præſcriptæ.

l. ſi quis diuturno 10. in princ. ff. ſi ſervit. vindic. l. ſi quis 8. C. de præſcript. Cujac. *ad l. 4. C. de præſcript. longi temporis,* Hotoman. *lib. 4. obſervat. cap. 2.* & Donell. *lib.5. comment. cap.31. in fin.*

6 Hinc etiam res præſcripta vindicari ab ipſo priore domino haud poteſt.

l. pen. & *ult. ff. de publician. in rem act.* & *l. mandatum, 57. ibi, cum exceptio juſti dominij cauſa cognita datur. ff. mandati,* Donell. *lib.5. comment. c.29. pag.408.* & *cap.31. in fin. pag. 415.* Sed vide Roſenthal. *tract. feud. cap.6. concluſ. 78. num. 2. 3.* & 4. ubi diſtinguit inter præſcribentem bonâ fide, & cum titulo; & eum, qui bonâ quidem fide, at ſine titulo præſcripſit.

7 Poſſeſſionem rei, cui præſcribitur, quod attinet, eam hic cumprimis neceſſariam eſſe autoritas juris feudalis abundè arguit.

Tit.

Tit.26. § ſi quis per triginta, ibi, rem aliquam, ut feudum poſſedit, lib. 2. feudor. confert, quod etiam jure communi ſine poſſeſſione præſcriptio nulla eſt, *l. ſine 25. ff. de uſucap.*

Iuſta autem ut ſit poſſeſſio, requiritur. Etſi enim civili jure communi ad præſcriptionem longiſſimi temporis bona fides non deſideratur: [a] Iure tamen Canonico nulla præſcriptio abſque bonâ fide procedit [b], proindeque etiam in præſcribendo feudo exigitur. [c] 8

[a] *l. 1. l. ſi quis 8. §. 1. C. de præſcript.* 30. vel 40. *annor.* ubi Cujac. *in paratit.* Idem Cujac. *lib. 18. obſerv. cap. 26. & ſeq.* [b] *c. 5. c. ult. extr. de praeſcr. & c. poſſeſſor, tit. de reg. jur. in 6.* Mynſing. *cent. 4. obſerv. 6.* And. Gayl. *lib. 2. obſerv. pract. 18. nu. 2.* [c] *t. 87. in extraord. capit.* Zaſ. *tract. de feud. part. 6.* Mynſ. *cent. 4. obſerv. 29.* Henric. à Roſenthal. *in Synopſi jur. feud. cap. 6. concluſ. 142. & tract. feudal. cap. 6. concl. 77. n. 9. & ſeq.* Hotoman. *diſp. feudal, cap. 20.*

Deſideratur & illud, ut poſſeſſio ſit continua, non interrupta. 9

Vti arguit particula PER *in dict. tit. 26. §. ſi quis per triginta, lib. 2. feudor. &* docet ibi Bald. *num. 2. &* Frideric. Schenck Baro à Tautenberg. *nu. 3. in tit. ult. ibi, Ita ut per triginta annos, lib. 1. feudor.* Confert, quod & communi jure in præſcriptione continuatio poſſeſſionis requiritur, *l. 2. C. de præſcr. longi tempor. c. illud, c. auditis, extr. de præſcr. l. 3. l. 5. l. 15. l. 33. §. qui pignori, l. 32. §. 1. ff. de uſurp. & uſucap.*

Requiritur item, ut præſcribens poſſideat rem in uſum feudi, ſive ut feudalem. 10

d. t. 26. §. ſi quis per triginta, ibi, rem aliquam ut feudalem poſſideat, ubi Bald. Alvarot. Præpoſit. & alij *lib. 2. feud.* Balb. *de præſcr. part. 4. quarta princ. quæſt. 12. num. 1. verſ. quod verum intellige, pag. 264.*

Ille autem ut vaſallus poſſidere dicitur rem, qui domino inde ſervitium præſtat. 11

d. t. 26. §. ſi quis per triginta, ibi, & ſervitium domino exhibuerit, lib. 2. feud. An autem Vaſallus contra Dominum præſcribere poſſit, ſtante fidelitatis juramento. Vide Surd. *deciſ. 3.*

Sufficit autem ſervitium domino vel ſemel præſtari intra tempus præſcriptioni huic definitum. 12

Nam *in d. §. ſi quis per triginta*, ſervitium ſingulariter requiritur. Vnde feudiſtæ ibidem tradunt, ſufficere unum fuiſſe ſervitium præſtitum.

De legitimo præſcriptionis tempore quæſtio dubia eſt. In caſu autem inveſtituræ non factæ in prædijs allodialibus ad feudi præſcriptionem deſideratur 30. annorum ſpacium. 13

Tit. 26. §. ſi quis per triginta, lib. 2. feud. Mynſing. *cent. 4. obſerv. 29.* VVurmſer. *in practic. obſerv. tit. de feud. obſ. 15. & 25.* Molinæ. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 7. nu. 8.* Hennig. Gœd. *conſ. 46. n. 16.* Rol. à Valle, *conſ. 2. nu. 312. lib. 1.* Sed obſtare videtur. text. *in d. t. 26. §. ult. t. 33. §. 1. verſ. Inde etiam, lib. 2. feud. t. 87. in extraor. c. & t. 40. §. Præterea, & tit 55. §. Nos autem. lib. 2. feud.* Repugnare quoque videtur, quod uſusfructus, cui feudum ſimile eſt, *tit. 23. §. ult. lib. eod. feud.* præſcriptione longi temporis adquiritur, *l. ult. in fin. C. de longi temporis præſcript.*

Quæ autem cauſa ſit, cur longiſſimi temporis præſcriptio hic requiratur, & non ſufficiat longi temporis præſcriptio, variant interpretes juris feudorum. Quidam hujus juris nullam aliam reddi poſſe cauſam arbitrantur, quem quod ita feudorum primis inventoribus placuerit. [a]; Alij verò cenſent, quia dura admodum condicio eſt domini & Vaſalli; cum alter alteri etiam cum vitæ periculo fidelis eſſe obligatus ſit; longiſſimum temporis ſpacium ad hanc periculoſam obligationem inducendam jure, meri- 14

toque deſiderari. [b] Ego utramque cauſam ita conjungi poſſe autumo, ut priorem illam ex hac poſteriore profectam judicem.

[a] Eguinar. Baro & Hotoman. *ad tit. 26. §. Si quis per triginta, lib. 2. feudor.* & Vult. *lib. 1. de feud. cap. 9. nu. 4. in fin.* [b] Poſt Hanneton. Ioan. Borcholt. *in comment. in conſuetud. feud. cap. 7. part. 3. nu. 5.* & Henric. à Roſenthal. *tract. feudal. cap. 6. concluſ. 77. nu. 6.* adde Me *in tractat. de praſcript. feudi. cap. 2. nu. 24.*

15 Non convenit etiam inter feudiſtas [a] de feudi præſcriptione in prædiis Eccleſiaſticis. Pleriq; hic exigunt quadraginta annorum præſcriptionem [b] Ego ſubſcribendum judico illorum opinioni, qui annorum triginta curriculum in his quoque prædiis requiri putant. [c]

[a] Curt. Iun. *tract. de feud. part. 2. princ. quaſt. 3.* [b] Poſt alios Mynſing. *cent. 4. obſervat. 29.* Duaren. *de feudis, cap. 8. nu. 3.* Schrad. *tract. feudal. part. 4. cap. 5. nu. 17.* Ioan. Borcholt. *de feud. cap. 7. part. 3. nu. 8.* Henric. à Roſenthal. *in ſynopſi jur. feud. cap. 6. concl. 144. & tract. feud. c. 7. concl. 78. nu 7.* Per text. *in nov. 111. &* 131. *c. 6.* Zaſ. *in epitom. feudor. c. 6. nu. 31.* [c] Nicola de Neapol. *in l. ult. C. de fund. patrim. lib. 11.* Baro à Tautenberg. *in d. tit. 26. §. Si quis per triginta, lib. 2. feud.* Herm. Vultej. *lib. 1. de feud. c. 9. nu. 8.* Cum feudorum placita in prædiis quoque Eccleſiaſticis feudum à Prælatis conſtitui poſſe velint, *tit. 1. §. 1. tit. 3. tit. 6. lib. 1. feud. tit. 36. lib. 2. feud.* veriſimile eſt, quod in iis præſcribendis 30. annorum ſpacium exigant. Neque impedit hanc concluſionem, quod res Eccleſiaſticæ annis 40. præſcribi dicuntur, *Novell. 111. &* 131. *c. 6.* A præſcriptione enim rerum Eccleſiaſticarum ad præſcriptionem feudi in rebus eccleſiaſticis haud neceſſariò conſequens deducitur, cum proprietas rerum, feudo conſtituto maneat Eccleſiæ; non etiam facta præſcriptione ipſarum rerum Eccleſiaſticarum. Quod verò longi temporis præſcriptio ad ſervitutum præſcriptionem ſufficit, non etiam feudorum præſcriptionem, differentiæ ratio hæc eſt, quod qui ſervitutem debet, nihil regulariter facere, ſed tantum pati tenetur; Et cui debetur ſervitus, viciſſim obligatus non eſt ei, qui debet ſervitutem. Sed inter dominum & Vaſallum mutua exiſtit obligatio, & quidem ad defenſionem cum diſcrimine vitæ conjunctam, adde Tract. Meum. *de praſcript. feud. cap. 2. nu. 27. & ſeqq.*

16 Non aliter tamen in Eccleſiaſticis rebus admittitur præſcriptio feudi quam ſi res illæ dari in feudum ſolitæ ſint. Cum conceſſio ultronea & præſcriptio à pari procedant.

l. alienationis verbum 28. ff. de verb. ſig.

17 Quod ſi quiſquam proprium ſuum poſſideat prædium pro feudali, quaſi illud ab aliquo, puta Mævio, in feudum acceperit, eique ſervitia feudalia præſtiterit, in quæſtionem vocatur, num & hic annorum 30. præſcriptione feudum conſtitui dicatur? Aientem opinionem [a] communiter jure receptam dicimus. [b]

[a] De qua Zaſ. *tract. de feud. part. 6. n. 32.* Iul. Clar. *in §. Feudum quaſt. 19. num. 1. & quaſt. 45. n. 1.* Duaren. *de feud. cap. 8. nu. 2.* Mynſin. *cent. 4. obſerv. 29.* Ioh. Borcholt. *in comment. in conſuetud. feud. cap. 7. part. 3. nu. 10.* Henric. à Roſenthal. *in Synopſi juris feud. cap. 6. concluſ. 148. & tract. feudal. cap. 6. concluſ. 77. nu. 1.* [b] *Per text. in d. tit. 36. §. ſi quis per triginta, lib. 2. feud.* vide tractat. *meum de feudi praſcript. cap. 2. nu. 40.*

18 Eſt & illud quæſtionis, an Dominus feudi triginta annorum ſpacio libertatem prædii feudalis contra vaſallum præſcribere poſſit? Affirmativa jure obtinuit.

Mynſing. *cent. 4. obſerv. 28.* Henric. à Roſenthal. *in Synopſi juris, feud. cap. 6. concl. 155. & tr. feudali, cap. 6. concluſ. 83.* Vult. *lib. 1. de feud. cap. 9. nu. 17.* uſufructuarius amittit uſumfructum non utendo, *§. finitur, ibi, non utendo, per tempus, Inſtit. de uſufruct. l. Placet, 25. l. uſusfructus, 28. ff.*

5. *ff. Quibus modis uſusfruct. amitt.* Ergo & vaſallus non utendo amittit feudum; cum feudum ſit quidam uſusfructus, *tit.23. §. ult. lib.2. feud.* Accedit quod qui urbanam debet ſervitutem, uſucapere libertatem poteſt, *l.hac autem,6. ff. de ſervit. præd. urban. l.4. §. ult.* ubi Cujac. *ff. de uſucap.* confert, quod res quælibet facilè ad priſtinam ſuam naturam redit, *§. cum in ſolo verſ. Quod ſi aliqua ex cauſa, Inſtit. de rerum diviſ. l. ſi unus,27. §. Pactus ne peteret. verſ. incipiet dos redire,* ubi Iaſ. *nu.5. & ſeqq. ff. de pact.* Triginta autem annorum ſpacium ad hanc libertatis præſcriptionem deſiderari, arguit *text. in tit.26. §. ſi quis per triginta, lib.2. feud.* & *text. in l. nihil tam naturale,55. l. fere quibuſcunque* 153. & *l. omnia* 100. *ff. de reg. jur. adde* Me*n. tract. de præſcript. feudi. cap.2. nu.48. & ſeqq.*

Sed dubitatur non immeritò, an hæc libertatis præſcriptio agnatis quo- 19
que vaſalli præjudicet? Et licet Dd. id velint; [a] mihi tamen contraria ſententia placet. [b]

[a] Zaſ. *in epit. feud. part.6. nu.33.* Ioan. Borcholt. *de feud. c.3. part.3. nu.11.* Henric. à Roſenthal. *in Synopſi juris feud. c.6. conclus.155.* Herm Vult. *lib.1. de feud. c.9. nu.17.* [b] Tum quia præſcriptio eſt alienationis ſpecies. *l. alienationis,27. ff. de verb. ſig.* Agnatio autem paterni feudi per vaſallum facta agnatis nihil præjudicat, *tit.26. §. Titius filios, tit.39. in pr. tit.40. §. ult. lib.2. feud.* Tum quia quandiu vaſallus vivit, agnati ejus plenum jus paterni feudi non habent, ſed mortuo demum vaſallo id adquirunt, *dict. tit.26. §. Titius filius, lib.2. feud. tit.14. §. ſi capitanei, verſ. ſi vero, lib.1. feud.* confert text. *in l. Peto.69. §. prædium, ff. de legat.2. l.1. in pr. verſ. Ipſe tamen libertus, C. communia de manumiſ.* Tum poſtremò, quia feudum ex delicto vaſalli amiſſum, & ad dominum reverſum, mortuo ipſo vaſallo reſtituendum eſt ejus agnatis, *d. tit.40. §. ult. lib.2. F. tit.78. & tit.98. In extraord. cap.* quo poſteriori loco tollenda eſt negatio, ut ſentit poſt Cujac. Hartman. Piſtor. *lib.2. quæſt. jur. quæſt.15. nu.45.* vide quoque pro noſtra hac concluſ. Roſenth. *tract. feud. c.6. concl.83. nu.4.*

Vocatur in dubium & illud, poſſitne vaſallus contra dominum præſcri- 20
bere proprietatis dominium? Quamvis autem Balbus hîc diſtinguat inter caſum, quo dominus intra annos 30. opus habuit ſervitiis vaſalli, & eum caſum, quo is non indiguit operâ Vaſalli; ut priori caſu currat præſcriptio; poſteriori non item; [a] attamen rejecta illa diſtinctione negantem procedere ſententiam verius eſt. [b]

[a] Vide Franc. Balb. *de præſcr. part.4. quart. principal. quæſt 12. nu.15. mihi pag.272. & ſeq.* [b] Henric. à Roſenth. *tr. feudalis, c.6. concl.22. n.1. & ſeqq. & in ſynopſi iuris feud. c.6. concl.157.* Hotom. *diſp. feud. c.34. pag.166.* Cum enim Vaſallus ob non præſtitum longiſſimo tempore ſervitium, non exactum, minimè amittat feudum, *t.21. in fin. prin. lib.1. feud. & tit.26. §. licet, lib.2. feud.* Cur dominus amitteret proprietatis dominium ob non petitam longiſſimo tempore operam vaſalli; cum relatorum eadem ſit natura. Plures rationes pro hac concluſione vide in tract. meo *de feudi præſc.* & *apud* Henr. à Roſenth. *d.c.82. nu.1. in fin. & nu. l. ſeqq.*

Quidam verò hic diſtinguendum putant inter caſum, quo Vaſallus do- 21
mino ſervitia exigenti ea præſtare negaverit, & caſum illum, quo tale quid factum non ſit. [a] Atqui & hanc improbandam judico opinionem. [b]

[a] Roſenthal. *in ſynopſi juris feud. c.6. concl.157. & tr. feud. d.c.6. concl.82. num.15.* [b] Tum quia Vaſallus, ſi ipſemet adquiſivit feudum, ignorare non potuit eſſe feudum: proindeq; mala fides ejus præſcriptionem impedit, quæ jure canonico in omni deſideratur præſcriptione; Tum etiam quia Vaſallus poſſidet prædium feudale non pro ſuo, ſed pro alieno; nec cauſam poſſeſſionis ipſemet ſibi mutare poteſt, *l.3. §. illud quoq; l. quod meo,18. in pr. l. qui bona fide,19. §.1. ff. de adq. vel amit. poſſ. l. non ſolum 33. §.1. ff. de uſurp. & u[...]c. l.2. §.1. ff pro hered. l.1. §. ult. ff. pro don.* Tū poſtremò, quia ſi feudalis prædii poſſeſſor prætendat, quod nō ut Vaſallus, ſed tanquā heres allodialis defuncto Vaſallo, prædiū quod dominus feudale dicit, bona fide ſuſcepe-

rit, hâc ſuâ prætenſione tutari ſe non poteſt; eò quod ſucceſſor propter vitium defuncti præſcribere non poteſt, *l. cum heres, 11. ff. de diverſ. & temp. præſcr. l. Vitia 11. C. de adq. vel amitt. poſſ.* Quæ lex poſterior intelligenda eſt non tantum de vitiis rei, ſed & perſonæ, ut oſtendit Donell. *lib. 5. comm. c. 20. pag. 384. & ſeq.* vide Ant. Gabriel. Rom. *lib. 5. commun. concl. 1. de præſcr. concl. 5. pag. 270.* & Matth. Coler. *ad c. ult. nu. 21. extr. de præſcr.*

22 Si tamen quis poſſideat prædia feudalia, tanquam ſuum allodium, & quidem bonâ fide, non ut Vaſallus, proindeq; ſervitia præſtare domino, ea exigente, perſeveranter recuſet, negando feudalia eſſe prædia, domino triginta annos tacente, proprietatis dominium præſcribit poſſeſſor: veluti ſi à ſucceſſore defuncti *Vaſalli* bonâ fide prædia feudalia ut allodialia vendente, ab eo ſimiliter bonâ fide emerit.

Ita ſentiunt, quos citat & ſequitur Henr. à Roſenth. *tract. feud. c. 6. concl. 82. nu. 15. & ibid. in addit. ab lit. T.* Quibus ſubſcribo, *per text. in l. Poteſt. ff. de uſucap. & in §. Sed tamen id, Inſtit. d. tit.* Wurmbſer *in pract. obſervat. tit. de feud. obſerv. 15.* Balbus *de præſcript. 4. part. 4. part. principal. quæſt. 12. num. 15.*

23 Non caret dubio & hæc quæſtio; an tertius aliquis, in quem *Vaſallus* feudum ſuum, domino & agnatis non conſentientibus alienavit, triginta annorum ſpacio adquirere feudum poſſit? Aiens opinio pleriſq; placet.[a] Contrarium verò ſentiunt quidam alii;[b] quorum opinio veritati propior eſt.[c]

[a] Balb. *tr. de præſcr. part. 4. quarta pr. quæſt. 12. n. 9. & ſeq.* Schrad. *tr. feud. p. 5. c. 4. n. 9.* Andr. Gayl. *lib. 2. obſ. pract. 160 n. 1. & 2.* Cujac. *ad t. 40. lib. 2. feud qui eſt ipſi tit. 49. lib. 4.* Ioh. Borch. *de feud. c. 7. part. 3. n. 13.* Henric. à Roſenth. *in ſynopſi juris feud. c. 6. concl. 150. & c. 9. concl. 132.* [b] Andr. de Iſern. *in t. 55. §. nos autem ad pleniorem, in verb. Nullius temporis præſcriptione, lib. 2. feud.* Iacob. de Ardiz. *in uſib. feud. c. 4.* Socin. Sen. *conſ. 86. incip. conſiliis noſtris, nu. 8. vol. 1. &* Socin. Iun. *conſ. 76. nu. 19* Curt. Iun. *tr. de feudis, part. 4. nu. 82.* Tib. Decian. *conſ. 24. nu. 108. vol. 1.* Franciſc. Sonsbec. *de feud. part. 12. nu. 156. & ſeqq.* Vultej. *lib. 1. de feud. c. 9. nu. 19. & 20.* [c] *per text. in tit. 40. de capitulis Corradi, §. Præterea, lib. 2. feud. & tit. 55. §. nos autem, lib. eod. feud. & text. in tit. 83. in extraord. c. vide tract. meum de feudi præſcr.*

24 Tempore tamen, quod hominum memoriam excedit, tertius ille feudo illicitè per Vaſallum alienato præſcribit.

Iul. Clar. *in §. feudum, quæſt. 45. n. 4.* Duaren. *de feud. c. 16. nu. 6. in fin.* Cum enim præſcriptio in genere excluditur, non cenſetur excluſa immemoralis temporis præſcriptio, ut arguit, *text. in c. 1. t. de præſcr. in 6. c. ſuper quibuſdam, §. præterea, extr. de verb. ſign. & l. 3. hoc jure, §. ductus aquæ, ff. de aqua cottid. & æſtiv.*

25 Eſt & illud dubiæ quæſtionis, an Vaſallus de re aliena inveſtitus, ad adquirendum feudum longi vel longiſſimi temporis præſcriptione indigeat? Et longi temporis præſcriptionem hic ſufficere verius eſt:[a] Licet quidam longiſſimi temporis curriculum deſiderent.[b]

[a] Per text. *in t. 37. in extraord. c.* Accedit quod ipſam proprietatem ipſius prædii uſucapione longi temporis amittit dominus prædii, quæ domino feudi adjicitur, *l. un. C. de uſuc. transfor. §. 1. Inſt. de uſuc. l. ſi alienam 13. in pr. & l. qui alien. in 33. ff. de mortis cauſa donat.* Balb. *de præſc. p. 4. qu. prin. 12. n. 1.* Curt Iun. *de feud. p. 4. 90.* Roſenthal. *in ſynopſi jur. feud. c. 6. concl 152.* Atque hanc ſententiam amplectuntur Cujac. *ad dict. tit. 87. in extraord. c.* Iacob. de Ardiz. *in uſib. feud. cap. 54.*

26 Eleganter etiam quæritur, num tertius aliquis præſcriptionis jure à Vaſallo

illo feudum adquirat, & ejus loco domini Vaſallus efficiatur? Affirmativa communiter recepta eſt; [a] & jure quidem. [b]

[a] Alvarot. & Præpoſit. *in tit.40. de capit. Corradi, lib.2.* Balb. *de præſcript. part.4. quæſt. pr. 8. nu.8.* Menoch. *conſ.2. nu.312. lib.1. conſ.181. nu.91. libr.2. conſ.307. nu.52. & conſil.309. in fin. lib.4.* Decian. *Reſp.24. nu.108. Vol.1. ubi ſcribit, ita omnes tenere feudiſtas, in t.26. §. ſi quis per triginta, lib. 2. feud.* [b] Cum enim alienatione Vaſallus feudum amittat, perdit illud etiam præſcriptione, per *l. alienationis Verbũ 28. ff. de V.S.* Accedit, quod ſervitus, itemq; uſusfructus non utendo amittitur, *l.6. l.7. l.8. l.10. §.1. ff. quemad. ſervit. amit. l. Pomponius 29. ff. quib. mod. uſusfr. amit. §. ult. Inſt. de uſufr. l. ſicut. 13. & l. ult. C. de ſervit. & aqua.*

Vocatur autem in quæſtionem, ſitne ad hanc præſcriptionem neceſſaria Vaſalli ſcientia, & patientia? Pleriq; affirmant: [a] Nonnulli negant; [b] Illorum ſententiæ ſubſcribô, ſi abſque titulo; Horum opinionem comprobo, ſi cum titulo præſcribat tertius ille. [c] 27

[a] Bald & alii *in tit.5. §. præterea, lib.1. feud.* Cephal. *conſil.152. nu.72. Vol.2.* Menoch. *conſ. 181. nu.91.* [b] Pariſ. *conſ.1. nu.124. Vol.1.* [c] *per l. ult. §. ult. C. de longi tempor. præſcr. l.1. l.2. C. de ſervitut. & aqua, l. ſi quis diuturno 10. ff. ſi ſervit. vind. l. apparet 5. §. ſi quis ſervitutem, ff. de itiner. actuq; privat.*

De tempore hujus preſcriptionis nõ injuriâ quæri hoc loco poteſt? Cõmuniter ſentiunt Dd triginta annis præſcriptionẽ hanc abſolvi: [a] Verum hîc longum ſufficere tempus exiſtimo, ſi tertius ille præſcribens contra vaſallum titulo poſſeſſionis nitatur, aut ſcientia & patientia vaſalli fruatur. [b] 28

[a] Balb. *de præſcr. p.4. quæſt. pr.12. n.8.* Henric. à Roſenth. *in ſynopſi juris F. c.6. concl.149. & tr. feud. cap.6. concl.84. n.1.* Vult. *de feud. lib.1. c.9. n.19.* [b] *argu. l.1. & l.2. C. de ſervit. & aqua, l. ult. §. fin. C. de longi temp. præſcrip.* Et quia alienationis ſpecies eſt præſcriptio, *l. alienationis Verbum 28. ff. de V.S.* Iacob. de Ardiz, *de feud. c.54. pag.56.* Atque ipſa alienatione confeſtim amittat vaſallus feudum, *t.24. §. ult. t.52. & t.55. §. nos autem, lib.2. feud.* conſequens ei videtur, quod & longo tempore feudum tertius ille contra vaſallum præſcribere poſſit.

Contra ipſummet verò dominum tertius ille non niſi triginta annis feudum vaſalli præſcribit. 29

Per text. *in tit.26. §. ſi quis per triginta, lib.2. feud. Quò facit theſ.7.* vide etiam Roſenth. *d. cap.6. concluſ.84.*

Quod de tertio præſcribente diximus, exaudiendum quoque eſt de vaſallo ejuſdem domini contra vaſallum præſcribente. 30

vide Roſenthal. *d. concluſ.84. num. 4.*

Eſt & illud hic monendum, quod feudo præſcripto, vaſallus domino fidelitatem jurare tenetur. 31

Cum enim heres vaſalli ad hoc jusjurandum ſit obligatus, *tit.24. in prin. & t.40. in princ. lib.2. feud.* cur non & ille, qui feudum præſcriptione adquiſivit?

Et licet feudum præſcriptione adquiſitum impropriis connumerandum ſit feudis ea ratione, quod abſque inveſtitura comparatum eſt: [a] continet tamen in cæteris propriam feudi naturam [b] 32

[a] *d. t.26. §. ſi quis per triginta. lib.2. feud. junct. t.1. §. ult. lib. eod. feud.* [b] *tit.48. lib.2. feud.* Bald. *in l. libertis, 10. C. de oper. libert, & in l.1. quæſt.30. ff. de rer. div.* Alvarot. Præpoſit. & alii *in t.26. §. ſi quis per triginta, lib.2. feud.* Balb. *de præſcript. part.4. quartæ primæ quæſt.11. pr. quæſt. 1. nu 5.* Franciſc. Duaren. *de feud. cap.7. nu.6.* Schrad. *tract. feud. part.6. cap.1. nu.3.* Henric. à Roſenthal. *tract. feud. cap.6. concl.77. nu.11. & ſeq.*

Hinc

33 Hinc ejus nomine intra legitimum tempus inveſtituræ renovatio petenda: [a] Et in illud à mare adquiſitum ſoli maſculi ſuccedunt. [b]

[a] *tit.22. in princ. lib.1. feud. tit.24. in princ. tit.40. in princ. & tit.52. §. ult. tit.55. in princ. Verſ. Praterea ſi quis, lib.2. feud.* [b] Præpoſit. *in dict. tit.26. §. ſi quis per triginta, lib.eod.* Bald. *in tit. ult. de uſu Mediolan. lib.1. feud.* Martin. Laudenſ. *ad tit.25. Quibus modis feud. conſtitui poteſt, lib.1. feud.*

CLASS. V. DISPUTATIO XVIII.

DE ADQVISITIONE FEVDI per ſucceſſionem.

THESIS I.

Reſtat tertius adquirēdi feudi modus, ſucceſſio; [a] Eſt autem feudalis ſucceſſio adquiſitio feudi illius, quod ex caſu Vaſalli deficientis, [b] feudorum lege, ipſi ſuccedenti obvenit. [c]

[a] Cui etſi primitus non erat locus in feudis; quippè quæ mortuo Vaſallo ſtatim redibant ad dominū, *t.1. §. & quia filius, Verſ. deinde ſtatutum, lib.1. F.* Exemplo ſc. uſusfructus, qui mortuo uſufructuario finitur, & ad proprietarium revertitur, *l.3. l. corruptionem 16. C. de uſufr. l.3. in fin. ff. Quib. mod. uſufr. amitt. §. finitur, Inſt. de uſufr.* hodiè tamen & novo Iure ſucceſſione feudum non minùs adquiritur, quàm Inveſtitura nova, vel præſcriptione, text. expreſſ. *in t.1. in fin. t.11. & t.33. in pr. 2. F.* [b] id eſt, non defuncti tantùm, ſed etiam ex culpâ remoti. Quod enim agnatus Vaſalli illius, qui ex culpâ commiſſâ feudum amiſit, Iure ſuccedat in illud feudum, *text. eſt in t.26. §. ſi Vaſallus, t.31. & 37.2. F.* [c] his verbis ſignificatur utraq; hujus ſucceſſionis ſpecies, ſucceſſio ſc. verè legitima, & teſtamentaria, eò, quòd non ineptè lege Feudorum obvenire dicitur etiam feudum illud, quod ex teſtamento (certis caſibus feudorum placitis id permittentibus) condito defertur, *arg. l. obvenire 130 ff. de Verb. ſig.* De tota hac ſucceſſionis feudalis materia vide Tract. meum *de jure ſuccedendi in feudum.*

2 Circa hanc autem ſucceſſionem duplex inſpectio incurrit; una de ipſa ſucceſſione per ſe conſiderata; altera de veteris inveſtituræ renovatione, ſucceſſori ad obtinendum feudum neceſſariâ.

3 Succeſſio feudi per ſe conſiderata, alia legitima eſt, ſive regularis & ordinaria; alia teſtamentaria ſive irregularis & extraordinaria.

Quòd ordinaria feudi ſucceſſio ex teſtamento nulla ſit, ſed extra ordinem, & contra communes I. F. regulas eadem permittatur, *patet ex tit 8. in princ. 1. F. & arguit text. t.48.2.F.* Quam ob cauſam, licet de Iure communi legitimæ ſucceſſioni non ſit locus, quandiu hæres ſperatur ex teſtamento, Nos tamen de legitimâ ſucceſſione, utpote in feudis & F. Iure ordinariâ, priùs agemus.

4 Legitima feudi ſucceſſio eſt, quâ deficientis Vaſalli feudum adquirunt illi, qui ex primo adquirente [a] juſtè deſcendunt. Quorum ordines ſive gradus duo ſunt; Vnus liberorum, alter collateralium, ſive adgnatorum. [b]

[a] ſive primus adquirens ſit ipſe deficiens Vaſallus, ſive alius aliquis ex parentibus vel majoribus ipſius, *t.11. in prin. §. & his deficientibus, t.26. §. adoptivos, & §. naturales filij, t.31 ibi, remoti ab eo, qui id adquiſivit, t.50. §. paternū. 2.F.* [b] Iſti enim tantùm liberi & adgnati deficienti Vaſallo in feudum ſuccedunt, qui ex primo adquirente legitimè deſcendunt, *d.t.2.F.* [c] *d. tit.*

11. in

11. *in prin. §. his verò deficientibus* 2. F. Etſi autem Parentes Iure communi inter legitimos heredes ſecundum obtineant gradum, in feudis tamen liberis ſuis regulariter non ſuccedunt, *per inf. notat. ad theſ. 34. lit. a.*

In legitima igitur feudi ſucceſſione prima cauſa eſt liberorum; ſi ſint legitimè nati,[a] qui in feudũ ſuccedunt, quamvis fuerint à parentibus emancipati,[b] vel exheredati, aut[c] præteriti:[d] modò tamen ob aliam aliquam cauſam in feudo ſuccedere expreſsè non ſint prohibiti.[e] 5

[a] *per alleg. ad theſ. ſeqq.* [b] Iure enim communi parentibus ſuccedunt in allodialibus, *Nov.* 118. *c.* 1. proindeq; etiam in feudis; ſiquidem feudorum placitis contrarium non ſit definitum, *arg. t.* 1. *§. ſi tenuus,* 2. F. maximè, cum liberorũ appellatione contineantur, *l. cognoſcere, §. liberorum, ff. de verb. Signif.* Filiorum item; quippe quòd per emancipationem filius non deſinat eſſe filius, *l.* 3. *§. ſi emancipatus.* & *§. ſeq. ff. de bon. poſſ. contra tab.* cum naturæ veritas hominum facto non mutetur, *l. filio* 215. *ff. de lib. & poſt.* Et emancipatio honorem & commodum, non autem detrimentum filio emancipato adferre debeat, *§. hæ quoq;, Inſt. per q. perſ. cuique adq.* Generaliter autem & indiſtinctè lex feudalis ad feudi ſucceſſionem admittit liberos, & ex liberis filios, *t.* 11. *in pr. t.* 50. *in pr.* 2. F. *t.* 8. *in pr.* 1. F. Diſſ. Sonsb. *de feud. p.* 9. *n.* 58. & *ſeqq.* eo quòd emancipati agnati eſſe deſinant, *§. ult. Inſt. de leg. adgn. tut. § minima, verſ. veluti, Inſt. de cap. dim.* In feudis autem adgnati non etiam cognati ſuccedant, *t.* 11. *in pr.* & *§.* 1. *§. ad adgnatorum,* 2. F. Sed vide Duar. *de feud. c.* 11. *nu.* 3. & Weſemb. *c.* 6. *n.* 9. [c] Nulla enim patris ordinatio quidquam valet in feudo, *t.* 8. *in pr.* 1. F. ergò nec exheredatio. Adhæc, quòd ad aliquem jure ſingulari pertinet, veluti feudum; id etiam ei exheredato relinqui debet. *l. filiusfam.* 114. *§. cum pater,* & *§. ſeq. ff. de leg.* 1. *l. dotem* 6. *ff. de collat. l. vel quod* 6. *in princ. verſ. exheredatus ff. de Relig. & ſumpt. fun.* exheredatio enim adimit tantùm hereditatem exheredantis, *l.* 5. *Papinianus §. ſi quis matris, ff. de inoff. teſt. l.* 8. *eod. Nov.* 115. *c* 3. à quâ feudum ſeparatur, *t.* 45. 2. F. & proindè adempta quantumvis hereditate, feudum nihilominus relictum intelligitur; quia in ſeparatis de uno ad aliud nihil infertur, *l. duobus* 25. *ff. de teſt. tut.* Pater deniq; Vaſallus ne quidem maiorem partem feudi teſtamento ſuo uni ex filiis dare poteſt, *t.* 8. *in pr.* 1. F. ergò neq; per exheredationem adimere; ſiquidem privatio præſupponat habitum, & illius ſit adimere, cujus eſt dare, *l.* 3. *ff. de R. I. l.* 4. *de adq. hered.* Eandem hanc ſententiam amplectitur Sonsb. *de feud. p.* 9. *n.* 61. D. Vult. *lib.* 1. *de* F. *c.* 9. *n.* 96. Iac. de Belu. Bald. Alvarot. & alii *ad t.* 45. 2. F. Dec. *conſ.* 208. *in fin.* Ruin. *conſ.* 17. *n.* 11. & *conſ.* 149. *n.* 8. *vol.* 1. Hart. Piſt. *lib.* 2. *q.* 2. Diſſentiunt tamen communiter interpretes tum per tex. *t.* 24. *§. prædictus modus,* 2. F. tum, quod exheredatus habeatur pro mortuo, *l.* 1. *§. ſed & ſi patruus, ff. de conjung. cum emancip. lib.* & aſpirare non poſſit ad ſucceſſionem feudi, niſi ſimul ſit heres patris ſui in allodio, *d. t.* 45. 2. F. cujus tamẽ communis opinionis plures limitationes collegit & ordine recenſuit Lud. Schrad. *tract.* F. *p.* 7. *c* 2. *nu.* 36. 37. & 38. [d] ita rectè docet Sonsb. *d. p. nu.* 62. [e] Quinam autem ex liberis legitimè natis ſpecialiter à Feudi ſucceſſione repellantur, explicatur *in ſeqq. theſ.* 9. 10. 11. 12. &c.

In feudum ergò ſuccedere non poſſunt liberi adoptivi,[a] item naturales.[b] 6

[a] Etſi enim jure cõmuni parentibus ſuccedant liberi, non tantùm legitimè nati, ſed & adoptivi, *§. ſed hodiè. Inſt. de adopt. §.* 1. *verſ. nec intereſt, Inſt. de hered. quæ ab inteſt. l.* 10. *C. de adop.* Quamvis item adoptio jus familiæ ſive adgnationis tribuat, *l. qui ex liberis* 11. *§. ex teſtamento ff. de bon. poſſ. contra tab.* cujus reſpectu feuda, quia familiaria ſunt ſive gentilitia, ad adgnatos illorùm, non etiam cognatos tranſeunt, *t.* 11. *t.* 50. 2. F. Iure tamen feudali, legitimè tantùm nati, non etiam adoptivi liberi parentibus ſuccedunt, *t.* 26. *§. adoptivos* 2. F. Niſi diverſum vel inveſtituræ pacto actum ſit, vel loci ſtatuto aut conſuetudine introductum fuerit, ut ſcilicet adoptivus etiam in feudum ſuccedat, Alvarot. *ad d. §. adoptivos,* & *ad t.* 8. *in princ.* 1. F. vel Principis authoritate, conſentiente feudi domino, ea lege quis arrogatus fuerit, ut nullis extantibus agnatis arrogatoris, in feudum eidem ſuccedat, ita ſcribit Bald. *ad dict. §. adoptivos per l.*

quod

Digitized by Google

quòd Principis 23. ff. de aq. & aq. plu. arc. Fr. Schenck. ibid. per l. 2. & l. reſcripta 7. C. de precib. Imp. offer. Sed an ſtatuto vel conſuetudine induci poſſit, ut adoptivi in feudo ſuccedant diſputat Gothofr. Anton. diſput. feud. 5. theſ. 6. lit C. Rittershuſ. partit. feud. lib. 1. cap. 13. num. 5. [b] Quamvis deficiant alii legitimi liberi, d. t. 26. §. naturales 2. F. quo caſu duas uncias ex bonis patris jus commune liberis naturalibus tribuit, Novell. 18. c. 5. & Novell. 89. cap. 12.

7 Sed quæſtionis eſt, quod de naturalibus cavetur, an idem exaudiri debeat de liberis naturalibus legitimatis? Et quamvis non deſint ex Interpretibus, qui idem de legitimatis indiſtinctè ſtatuendum eſſe judicent; [a] nos tamen communi Dd. calculo receptam, [b] & Cameræ Imperialis inſuper præjudicio adprobatam [c] opinionem, de liberis naturalibus per ſubſequens matrimonium legitimatis (ut illi ſcilicet æquè ac legitimè nati in feudum ſuccedant) amplecti non dubitamus.

[a] Franc. Sonsbec. de feud. part. 9. num. 75. Hotoman. ad d. tit. 26. §. naturales, 2. F. quam eandem ſententiam veritati theoricæ magis conſentaneam eſſe putat D. Vulte. lib. 1. de feudis cap. 9. num. 94. per text. d. t. 26. §. naturales. 2. F. ubi IC. generaliter ſcribit, filii naturales, liceat poſtea fiant legitimi, ad ſucceſſionem feudi nec ſoli nec cum aliis admittuntur; Per rationes item ſeqq. I. Quòd nulla ſua ordinatione, & conſequenter neque legitimatione parens efficere poſſit, ut in feudum aliquis ſuccedat, tit. 8. in princip. 1. F. II. Quòd feudalis ſucceſſio inter adgnatos tantùm ex primo adquirente deſcendentes locum habeat, tit. 11. & tit. 50. 2. F. Duaren. de feud. cap. 11. num. 3. cujuſmodi plenum jus adgnationis legitimatio non tribuit, Novell. 89. cap. 4. Quòd III. adoptivus, qui jure communi legitimè natis æquiparatur, & æqualiter cum illis ſuccedit, ad feudi tamen ſucceſſionem non admittatur, §. ſui autem verſ. nec intereſt, juncto §. ſeq. inſtit. de hered. quæ ab inteſt. dict. §. naturales, tit. 26. 2. F. ſucceſſores feudi I. F. nominatim & expreſsè vocantur, quod de legitimatis in tantùm non reperitur, ut à ſucceſſione feudali expreſsè potiùs excludantur dict. tit. 26. dict. §. Quòd IV. in feudis liberi ſuccedant non patriæ poteſtatis, quæ per legitimationem conſtituitur, ſed legitimæ nativitatis jure, tit. 8. in princ. 1. F. l. 11. in princ. & tit. 50. in princ. 2. F. Quia V. ſi legitimati etiam in feudis ſuccederent, maximum hac ratione fieret præjudicium domino ſimul & agnatis feudi ſucceſſoribus, dum & admittere teneretur dominus Vaſallum natalium macula oneratum, & minori honore atque exiſtimatione à gravibus viris haberi ſolitum, (ut poſt Bald. ad l. 4. in princ. ff. de Lib. & Poſt. ſcribit D. Mynſing. C. 4. obſervat. 31. quo loci legitimationem aſſimilat Alchimiæ, quæ facit apparere quod non eſt, & legitimatum comparat homini medicato à morbo, in quo ſemper aliqua morbi priſtini veſtigia remanent) & ſperatus inſuper feudi reditus domino, ut & adgnatis optata ſuccedendi ſpes adimeretur, contra juris communis diſpoſitionem, in l. nec avus, 4. C. de emancip. l. 2. l. 7. C. de precib. Imp. offer. & Iuris F. proviſionem, in tit. 39. in prin. 2 F. Quòd inſuper & VI. in locum nepotis adoptare nequit pater, niſi conſentiente filio, §. ſed ſi quis inſt. de adopt. l. ſi is 11. ff. eod. ne ſcilicet heredem habere cogatur invitus, l. nam ita 39. ff. d. tit. unde conſequenter & pari ratione neque filium legitimare Vaſallus poſſit, diſſentientibus adgnatis, ad hoc, ut in feudum iſte ſuccedat, quippè quòd magis hac ratione præjudicaret Vaſallus adgnatis, ad quos feudalia bona ex domini concedentis & primò adquirentis judicio pertinent, quàm pater filio, ad quem bona viventis adhuc patris non pertinent; & quoniam denique bona feudalia neceſſariæ reſtitutioni ſunt ſubjecta, argum. tit. 3. §. ſed & rei, verſ. ut ecce, tit. 26. §. Titius, & tit. 39. in princ. 2. F. & ſcribit poſt Iſern. Camer. in Repet. cap. Imperialem, de prohib. F. alien. per Frid. ad §. præterea Ducatus, pag. 769. Quæ ad alium quocunq; alienationis titulo transferri non poſſunt, l. ult. §. ſed quia, junct. Auth. res quæ ſubjacent reſtitutioni, Cod. communia, de Leg. & Fideicommiſſ. [b] liberos enim naturales per ſubſeq. matrimonium legitimatos, ſive ſoli ſint, ſive cum legitimè natis concurrant, in feudis ſuccedere ſcribit poſt alios, quos refert Clar. in §. feudum. q. 82. nu. 4. Mynſ. C. 5. obſerv. 42. Borch. cap. 7. num. 48. Hartm. Piſt. lib. 2. q. 41. num. 1. Schrader. de feud. part. 7. cap. 5. num. 21. Roſenthal. in ſynopſ. I. F. c. 7. concl. 34. ſub lit. F. Curt. Iun. de feud. part. 3. memb. 1. nu. 41. pag. 288.

*pag.*218. Zaſ. *in Epit. F. part.*8.*circa fin.* Fr. Schenck. *ad d. tit.*26. *§. naturales.*2. F. Andr. Gail. *lib.* 2. *obſerv.*141. *num.*2. Weſemb. *de feud. c.* 6. *num.* 9. Treutler. *Vol.* 1. *conſil.* 115. Ruding. *lib.* 1. *quæſt. feudal.*16. [c] Mynſ. *C.*5. *obſervat.*42. Idem in Conſiſtorio Ducum Saxoniæ teneri, ſcribit Schneidew. *part.* 6. *num.* 13. & Hartm. Piſtor. *lib.*2. *quæſt.*41. *num.*35. eamque quotidiè ita practicari, & ſententiis confirmari teſtatur Schurff. *Cent.* 1. *conſil.* 1. *num.*16. ut proindè meritò in dubiæ hujus quæſtionis reſolutione inſpiciatur, quo jure civitas retrò in ejuſmodi caſibus uſa fuerit, cum optima LL. interpres conſuetudo ſit, *l.* 37. *ff. de LL.* [d] Cùm enim hic caſus placitis F. non ſit comprehenſus, ex jure communi erit decidendus, text. *in tit.* 1. *in fin. princ.* 2. F. idque eò magis, quod conditores juris feudalis cognitum habuerint, quid de eo LL. Rom. cautum fuerit, ut patet ex *tit.* 1. 2. F. nec tamen ullibi expreſsè & nominatim contrarium diſpoſuerint. Cum igitur jus commune per omnia & in omnibus æquiparet legitimè natis, liberos naturales per ſubſequens matrimonium legitimatos, quæcunq; de illis cauta reperiuntur, eadem etiam de his intelligi & diſpoſita cenſeri debent, *c. tanta. extra qui filij ſint legit. Novell.*11. *in fin.* Facit huc & illud, quia jus Can. (quod poſt F. jura prodiit, ut patet ex *lib* 3. *Decret. tit. de feud.*) hujuſmodi liberis æquè ut legitimè natis ſucceſſionem deferat, tam in rebus feudalibus, quàm propriis ſive allodialibus, *d. cap. tanta eſt vis, extr. d. tit.* & in ſimili admittit in Epiſcopum per ſubſequens matrimonium legitimatum, *c. innotuit, extr. d. t.* etſi regulariter neceſſum ſit, ut eligatur Epiſcopus, qui legitimè fuerit natus, *c. in cunctis. extr. d. t.* Adhæc, interpretatio iſta cum minimùm iniquitatis habeat, in dubio erit amplectenda, *argum. l. quoties* 200. *de R. I. l. placuit, C. de judic. l. ſemper* 56. *de R. I. l.* 18. & 19. *ff. de LL.* Idque eò magis, quod liberi per ſubſeq. matrim. legitimati, ſimpliciter in jure noſtro dicuntur legitimi, *c.* 1. *c. tanta,* & *c. t. extr. qui filij ſint legit.* qui non minùs, quàm legitimè nati jus adgnationis plenum habent, *Novell.* 12. *circa fin.* & *ibid.* Cujac. Decian. *conſ.*155. unde quòd de uno comparatorum (liberis ſcilicet legitimè natis) cavetur, ut ſcilicet in feudum ſuccedant, idem etiam de altero (liberis ſcilicet per ſubſequens matrimonium legitimatis) diſpoſitum eſſe intelligatur, *c. cum dilectus, c. ad audientiam, extr. de cleric. non reſid. in Eccleſia.* Tum quia liberi per ſubſequens matrimonium legitimati, non tantum quoad ſucceſſiones, ſed etiam quoad honores & ordines legitimantur. Iohan. Cœpen. 1. *obſerv.* 52. Vivius *deciſ.*519. Gail. *dict. obſ.*141. Et quia denique ſtatutum loquens de legitimè natis, comprehendit etiam per ſubſeq. matrim. legitimatos, per not. Andr. de Butr. *ad cap. per venerabilem, col.* 13. *verſ. quod ſi dixerint, extr. qui filij ſint legit. cap. innotuit, ubi* Iohan. de Imol. *extr. de Elect.* Abbas *in c. tanta,* 3. *notab. extr. qui filij ſint legitim.* Crot. *ad l. Gallus* 29. *§.* & *quid ſi, num.* 169. *ff. de Lib.* & *poſt.* Paul. Caſtrenſ. *in l. ſi ita quis* 51. *§. ultim. de Leg.* 2. Pariſ. *conſil.*13. *num.*40. *volum.* 2.

Legitimatos autem per Reſcriptum Papę vel Principis, in feudum nunquam ſuccedere, niſi conſentiente domino, conſentientibus item adgnatis vaſalli, legitimatio iſthæc ad jus ſuccedendi in feudum facta fuerit, in ſubſtanter aſſerimus, [a] ut & legitimatos per oblationem curiæ, indiſtinctè ab omni feudi ſucceſſione removendos eſſe cenſemus. [b] 8

[a] Iure enim communi Princeps vel Pap. Rom. libertum diſſentiente iſtius patrono, & patroni liberis, natalibus reſtituere, & per illam natalium reſtitutionem jus ſuccedendi in bonis liberti, invito patrono adimere nequit, *l.* 2. *verſ. nec patronus,* & *verſ. ſeq. l.* 4. & *ultim. ff. de nat. reſtit.* Neque igitur jus ſuccedendi in feudum, legitimatione per Reſ. Principis, invito domino, invitis item adgnatis auferri poterit. Præterquam enim quòd argumentum à liberto ad Vaſallum probabile eſt, frequens & utile in jure noſtro, ut tradit Everhar. in Topic. *loco à libert. ad Vaſall.* potius jus habent adgnati, in bonis feudalibus defuncti Vaſalli, quam habet patronus ejuſque liberi, in bonis liberti. Siquidem illis pacto primi adquirentis ſuccedendi jus ita quæſitum ſit, ut feudum ſucceſſione retinere magis, quam adquirere dicantur. *c.* 36. *quidam,* 2. F. *tit.*5. *in princ.*1. F. adeò, ut ne teſtamento quidem Vaſalli id eis adimi poſſit, *§. in pr.*1. F. *juncto tit.*3. *§. ſed etiam t.*26. *§. Titius filios* 39. *in pr. t.*45. 2. F. Cùm tamen libertus

tus patrono per teſtamentariam diſpoſitionem in ſucceſſionis jure præjudicare quodam mod… poſſit, *§. ſed noſtra. verſ. ſi verò, Inſt. de ſucceſſ. libert.* Et hanc de liberis naturalibus per re… ſcriptum legitimatis negatam ſententiam ampleĉtuntur Dd. communiter, teſtibus M… *ad obſerv.42. nu.5. C.5.* Hartm. Piſt. *lib. 2. quæſt.50.* Gail. *lib.2. obſerv.140. n. ult. & obſerv.142. n.* … Non deſunt tamen ex Dd. qui affirmativam benigniorem & veriorem eſſe dicunt. Vaſq. *de ſucceſſ. Prog. lib.1. §.2. num.52.* Socin. *conſil.3. lib.3.* Iac. de Ardiz. *de F. cap.137.* hi potiſſ. rationibus 1. quod per reſcriptum legitimati patri ſuccedant de jure communi in allodio, ergò & in feudo, contrarium nominatim nullibi reperiatur diſpoſitum. Quòd 2. iidem nihil differant à legitimè natis, *Novell.74. cap.2. Novell.89. cap. 9. in fin. aut per ſubſ. matrim. legitimati,* Bart. *ad l. ex facto 17. ff. ad Senatuſconſultum. Trebell.* Tiraquell. *ad l. ſi unquam, in verbis donatione largitus, num.290. Cod. de Rev. donat.* ſed plenum jus adgnationis habeant (quod in feudi ſucceſſione ſpectari ſolet, *tit.11. tit.50. 2. F.*) Speculat. *lib.4. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 12. ibid.* Ioan. Andr. Molin. *ad conſuet. Pariſ. tit.1. §.8. Gl.1. num.42.* Borcholt. *de F. cap.7.* … *num.25.* & per omnia æquiparentur illis, qui natalibus & ingenuitati reſtitui ſunt, *d. Novell.* … *cap.1. & Novell.89. cap.9.* quos omni caſu ſuccedere conſtat *ex tit.3. & ult. ff. de natal.* … Quin etiamſi primogenitus fuerit, præfertur legitimè nato, ſecundo genito in bonis Maj… tus, ut multis ad hoc citatis authoritatibus probat Vaſq. *de ſucceſſ. dict. lib.1. §. 2. num.* …1. & 89. Quia denique domino feudi & adgnatis præjudicetur per hanc legitimationem, non principaliter, ſed per conſequentiam tantum, cum ad eos ſuccedendi jus pertineat ſolum in f… unde etiam faciliùs illud ipſis auferri poterit, *l. fin. Cod. de adquir. poſſ. l. quid autem. 6.* … *ff. quæſt. in fraud. credit. l. ſi ſponſus, § ſi maritus, ff. de don. int. vir. & ux. l.1. in prin. ff.* … *auth. tut. l.5. ff. de cond. & dem.* per Principem cùm primis, Bart. Bald. Caſt. Alexan. & al… *l. Gall.29. §. & quid, ff. de Lib. & Poſt.* Socin. *conſil.10. lib.1. conſ. Feud.* Alb. Brun. *nu.2…* A… princeps poſſit aliquem natalibus reſtituere, in præjudicium tertii. vide Cævallos *com… opin. quæſt.579.* [b] Sive is poſt delatam feudi ſucceſſionem, id eſt, poſt mortem patris Vaſ… ipſum Curiæ obtulerit, *d. tit.26.2. F.* ſive pater ſuperſtes eum per oblationem Curiæ legi… effecerit. Neque enim adgnitionis jus conſequitur, quod in feudi ſucceſſione ſpectatur, *No… vell.89. cap.4.* Neque propter plurima, eaq; maxima curiæ munera, quibus obnoxius … licorum vectigalium aliarumque rerum alienarum quarumlibet conductionem & procura… tionem ſuſcipere, *l.2. §.1. de adminiſt. rer. ad civ. pert. l. ſpurij 6. §. Decurso, ff. de De…* … *rialis 30. Cod. Locat.* multò minùs autem militiæ munus affectare, & neceſſitatis … feudum ſervire poteſt, *l. ne quis 38. l.51. l. ſi quis.55. Cod. de decur. lib.10. tit.36. §. quia … men 2. F.*

9\. Ex liberis autem legitimè natis in feudis expreſsè prohibetur ſuccedere, I. filius clericus; [a] quamvis ſit Cardinalis, vel Epicopus, [b] aut prima tonſuræ clericus, id eſt, intra probationis annos adhuc conſtitutus; [c] Niſi feudum illud tale fuerit, pro quo Vaſallus non perſonalia, ſed realia præſtare tenetur ſervitia; aut perſonalia quidem, ſed per ſubſtitutum ſervire Vaſallus poſſit: vel etiam feudum francum, id eſt, à ſervitiis planè liberum … vel denique inveſtituræ pacto ſpecialiter hoc proviſum fuerit; quibus caſibus omnibus clericum etiam ad feudi ſucceſſionem admitti volunt [d] I… quod probamus quidem in caſu ultimo: Verum non æquè in tribus præcedentibus caſibus. [e]

[a] *text. expreſſ. in tit.21. tit.26. §. quis clericus, tit.30. §. ex hoc. & tit.36. 2. F. tit.109 in … ord. cc.* Quibus omnibus cavetur, ut clerici non tantùm in feudum ſuccedere non … etiam, ut Vaſalli, qui clerici efficiuntur, feudum quod antè adquiſiverunt, hoc … pe… ſervitia quippe militaria domino præſtare nequeunt, *tit.36. 2. F. eod.* cum ſint milit… C… & officii ratione inhabiles, & minus idonei ad bella gerenda, & officia militaria exequen… da, *cap. ſi quis 36. diſt. Can. 1. Can. convenerunt a. Can. ſi quis & Can. ſi vobis 23. quæſt.* …

l. *ff. Locat.* & *dict. tit.* 31. 2. *F.* unde ſacrarum rerum tractationi adeò jugiter inhærere jubentur, ut ne in ſecularibus negotiis advocati aut procuratores eſſe, vel pro amico fidejubere poſſint, *cap.* 1. & *t. t. extr. de poſtul. prœl. c.* 1. *extr. de fidejuſſ.* Probat idem, quòd clericus in feudis comparetur muto, ſurdo, fœminæ, aliisque imperfectis, qui à feudi ſucceſſione penitus excluduntur. *tit.* 36. 2. *juncto tit.* 6. *§. penult.* & *ultim.* 1. *F.* Atque hæc concluſio non tantùm ab interpretibus communiter recepta eſt, quos longa ſerie refert & ſequitur Curt. Iun. *tract. F. part.* 3. *memb.* 2. *num.* 16. Hartm. Piſtor. *lib.* 2. *quæſt.* 33. *num.* 3. D. Vult. *lib.* 1. *de F. cap.* 9. ſed etiam ſuffragus dominorum Aſſeſſorum Camer. Imp. adprobata, teſte Mynſing. *C.* 5. *obſ.* 45. *num.* 5. Nunc quidem clericus feudi capax fiat, etſi mortis Vaſalli, atque ita delati feudi tempore clericus eſſe deſinat, cucullum abjiciat, & vitam religioſam deſerat, *text. expreſſ. in tit.* 30. *§. ex hoc* 2 *feud.* Quamvis idem in feudum ſuccedat, ſi ante delatam ſucceſſionem religionis habitum legitimè deponat, *argu. tit.* 106. *in extraord. cc. l. eum qui* 104 *ff. de condit.* & *demonſtrat. l.* 7. *de Leg.* 3. *l.* 49. *§.* 1. *de hered. inſtit.* Iacob. de Ardiz. *in Ep. F. cap.* 79. And. de Iſern. Matth. de Afflict. & Hotom. *ad tit.* 30. 2. *F.* Schenck. *ad tit.* 21. *eod.* Sonſbec. *ad uſ. F. part.* 12. *nu.* 140. Dill Gl & Dd. quos refert Curt. Iun. *de feud. d. part.* 3. *memb.* 2. *nu.* 22. & Vult. *d. prius loco per text. tit.* 40. *§. ult.* 2. *F.* & *c. ex tranſmiſſ. extr. de For. compet.* quibus locis etiam clericus feudum poſſidere dicitur, ſed vide Ioan. Borch. *ad uſ. F. c.* 7. *part.* 2. *num.* 62. [b] Quia clericorum appellatione continentur, *text. in t.* 40. *§. item ſi clericus,* 2. *F.* & quod neque hi in feudis ſuccedant, ſentit. Ruin. *conſ.* 42. *nu.* 9. Menoch. *conſ.* 181. *nu.* 74. & *conſ.* 202. *nu.* 31. Roſenth. *in ſynop. cap.* 7. *concluſ.* 73. *in fin.* & D. Vultej. *d. c.* 9. *nu.* 67. quamvis contrarium communiter teneri ſcribat Clar. *lib.* 4. *ſent. §. feudum, q.* 68. *n.* 5. *verſ. cæterum.* Vide tract. meum *de jure ſuccedendi in feud. cap.* 3. per regulam general. in *tit.* 26. *§. qui clericus, tit.* 21. & *t.* 30. 2. *F.* à qua generali regula cum nullibi primæ tonſuræ clericus ſit exceptus, ei inhærendum eſt, Dd *ad l.* 1. *ff. de R. I.* Menoch *conſ.* 88. *nu.* 51. & *conſ.* 98 *num.* 13. *lib.* 1. Atque hanc opinionem poſt Cravet. *conſ.* 303. *n.* 8. & 9 Rol. à Vall. *conſ.* 3. *n.* 23. *vol.* 1. probat Menoch. de Arbitr. *Iud. q. caſ.* 131. *n.* 11. & Hartm. Piſtor. *lib.* 1. *qu.* 33. *nu.* 17. Quamvis contrarium poſt alios amplectatur, Fr. Curt. *de F. part.* 3. *memb.* 2. *nu.* 25. Clar. *lib.* 4. *ſent. §. feudum, q.* 78. *in fin.* Sonſb. *ad uſ. F. part.* 12. *n.* 115. eandemq; communem eſſe ſcribat Kirchoff. *C.* 2. *commun. opin. concl.* 36. [d] Curt. *d. part.* 3. *memb.* 2. *nu.* 25. Hartm. Piſt. *d. q.* 33. *n.* 23. & *ſeqq.* & D. Vult. *d. lib.* 1. *c.* 9. *nu.* 67. [e] per ea, quæ ſcripſi Tract. meo *de jure ſuccedendi in feud. cap.* 3. *quæſt.* 17. & 18.

Quod autem de clericis ita conſtitutum eſt, ut regulariter à feudi ſucceſſione repellantur, id ad Sacri Ordinis equites minimè extendi debere, ſed illos (ſi non obſtantibus Ordinis LL. & conditionibus, domino feudi præſtare poſſint, quę fidelitatis juramentū à vaſallo exigit) in feudis ſuccedere, pleriq; concludunt,[a] Atqui ſententia cōtraria nobis probabilior videtur.[b] 10

[a] In tantum enim hi equites arma bellica non depoſuerunt, ut etiam iis magis addicti ſint, quam nobiles laici: ut proindè generalis textus de Religioſis & clericis *in dict. tit.* 21. & *tit.* 26. *§. qui clericus,* & *tit.* 30. *in fin.* 2. F. hoc caſu reſtringi magis, quàm ampliari debeat. Nam enim clerici ideo in feudum non ſuccedant, quia feudum ſervire & officium Vaſalli gerere nequeunt, *tit.* 21. *in fin. tit.* 36. *§. quidam tamen,* 2. F. merito ceſſante hac ratione ceſſare quoque debet ipſa juris diſpoſitio, *l. quod dictum* 32. *ff. de pact. cap. ceſſante, extra de appel.* F. [illegible] *in Topic. loco à ceſſatione rationis,* & Tiraquell. *tractat. ceſſante cauſa.* Hanc tandem diſtinctionem relatis utriuſque ſectæ patronis probat Hartman. Piſtor. *lib.* 2. *quæſt.* [illegible] *num.* 22. & D Vult. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 67. [b] Vide Tractat. meum *de jure ſuccedendi in feudum, cap.* 3. *quæſt.* 16.

Ad feudorum porrò ſucceſſionem aſpirare prohibetur. II. filius legitimè natus, ſi ſit mutus, ſurdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus, idque natura;[a] non etiam ſi talis ſit factus caſu & ex accidenti, quem in 11

feudis ſuccedere indiſtinctè aſſerimus, [b] ſive novum fuerit feudum, ſive vetus & paternum; [c] ſive etiam laboret vitio ſanabili, ſive perpetuo & tali quod medicorum ope & arte removeri nequit; [d] modò per ſubſtitutum ſerviat, aut domino partem de fructibus feudi præbeat. [e]

[a] Hæc diſtinctio fundatur *in tit.*36. 2. F. ubi IC. (relatâ priùs communi opinione, imperfectos indiſtinctè ſcilicet in feudum ſuccedere) præd. diſtinctionem ſubjicit, ut eandem probaſſe ſimul præſumptio ſit; tum quia illam diſtinctionem quoad imperfectum à natura, i[...]dem loci IC. F. concludenti ratione probat, cur is in feudum non ſuccedat? quia ſcilicet fe[...]dum ſervire nequeat, & inſuper exemplo clerici confirmet; tum maximè, quòd eadem com[...]munis opinio ſimpliciter *in tit.*6. *§. mutus,* 1. F. propoſita reperitur, & ibidem de muto, q[ui] nullo modo loquitur (id eſt, qui naturâ talis eſt; ſiquidem naturalia ſint immutabilia, *§. ſed naturalia, Inſtit. de jur. nat. gent.* & *ibi.* §. *ult. inſtit. d. leg. adgn. ſucceſſ.*) aſſeritur, qu[od] feudum retinere non poſſit. Ratio verò diverſitatis hæc eſſe videtur, quòd in naturâ imperfecto ab initio, & primo ortus tempore habilitas ſerviendi feudum defuit; caſu autem imperfectus à nativitate ſua idoneus potentia fuit, qui ſerviret feudum, proindeque ab initio ſta[tim] feudi capax fuit, & ex habilitate illa primaria, jus ſuccedendi adquiſivit, quòd ei, & ſi p[oſte]a imperfectus, & per incidentem calamitatem ad militiam factus ſit ineptus, auferri non debet, ſi maximè in prælio debilitatus ſit, vel ob diuturnos militiæ labores tali aliquo vitio laborare cœperit. Sic in ſimili, ſi mater libera concipiat, & ancilla facta pariat, placuit eum, qui naſcitur, liberum naſci, ne matris calamitas noceat ei, qui in utero eſt, *§. ſufficit autem, inſtit. de ingen.* Ita de furioſo, qui rem alienam uſucapere nequit, *l. ſi ſervus* 28. *ff. de uſurp.* & *uſucap.* ſi is poſtquam jam uſucapere cœpit, in furorem inciderit, utilitate ſuadente [con]ſtitutum eſt, ne languor animi etiam in bonis illi damnum afferat, *l.* 4. *§. furioſus. l.* 44. *§. eum qui, ff. dict. tit.* Sic minor denique, licet per ætatem feudum ſervire non valeat, ſi tamen [sa]no & corpore & animo ſit natus feudum, in quod ſuccedendi jus nativitate ſuâ adquiſivi[t, reti]net. *tit.*26. *§. ſi minori,* & *§. ſeq.* 2. F. adeò, ut nihil quidquam vel dominus, vel Vaſallus [de] eo præjudicare ipſi poſſit, *tit.* 8. *in prin.* 1. F. *tit.*39. *in prin.* 2. F. Quamvis enim ceſſet cauſa, non tamen æquè ceſſat effectus, in Iure prius quæſito, *l.* 10. *ff. de bon. poſſ. contrah. tab. l. cum uxori* 4. *ff. Quando dies leg. ced. c. ab eo.* & *c.* 4. *de elect. in* 6. *Tiraq. d. tit. ceſſante cauſa lim.* 11. *nu.* 1. Sed habetur in hoc effectus inchoatus pro perfecto, *arg. l.* & *ſi non ſint. §. inſecti, ff. de aur.* & *arg. leg.* Bart. *ad l.* 41. *§. ſed ſi paraverit, ff. de leg.* 1. Tyraquell. *d. t. lim.* 12. *nu.* 19. Hujuſmodi tamen imperfectus à naturâ in feudum (ut volunt) ſuccedit eo caſu, quo nullum ex feudo præſtandum eſt perſonale ſervitium, ſed annuatim tantùm aliquid inde domino ſolvendum. [...] Schenck. *d. loco.* Hartm. Piſt. *d. quæ.*32. *nu.*14. Schrad. *tract. feud. p.* 7. *c.* 5. *nu.*37. ubi plures [li]mitationes proponit; ut & eidem ex feudo, ſi magnum illud fuerit, tantùm relinqui debet, [un]de ſuſtentare ſe poſſit. *d. t.* 6. *§. mutus.* & *ibid.* Bartol. Hotoman. & alii 1. F. [b] Nuſquam enim à feudi ſucceſſione repellitur, ſed expreſsè potiùs ad eam vocatur, & admittitur, *in d. tit.* 36. *in prin.* 2. F. dummodò culpâ propriâ talis factus non ſit. Quo caſu in feudum non ſuccedit, Bal[d.] Alvarot. & alii *ad d. tit.* 36. 2. F. Sed obſtare videntur verba ibid. adjecta: Feudum retine[at], unde contra quidem argumentantur, Licet hujuſmodi imperfectus feudum ante contractu[m] imperfectionis vitium adquiſitum retineat, in feudum tamen poſtea delatum non ſucce[dit], ut & illud non parum refragari videtur, quòd clericus, qui naturâ & nativitatis tempore [ju]s ſuccedendi in feudum habuit, ſi poſt religionis habitum aſſumat, in feudum tamen non ſu[c]cedit. [c] Par enim & eadem eſt ubique ratio, tam in novo quàm veteri feudo, ut hinc etiam idem jus ſtatui neceſſum ſit, *l.* 32. *ff. ad leg. Aquil. l. Ab Titio* 108. *verſ. nam cum conditio ff. de verbor. obligat.* Diſſent. communiter Interpretes per text. *tit.* 36. ubi fit mentio feudi t[an]tum paterni, & *tit.* 6. *§. mutus,* 1. F. quem de novo feudo æquè communiter intelligunt, [u]t tradit Hartm. Piſtor. *dict. lib.* 2. *quæſt.*32. *nu.* 3. & 37. Roſenthal. *in Synopſi. l. F. c.* 7. *conclu.* [...] [d] tum quia nemo abſque ſuâ culpâ feudo privari debet, *tit.*21. 1. F. tum quòd text. *d. tit.* 36. *in prin.*

prim.2.F. generaliter loquitur de imperfectis ex accidenti, & indiſtinctè, ſive illi ſanitati reſtitui poſſint, ſive brachium, pedem, vel oculum amiſerint, cujuſmodi membra medicorum arte reparari nequeunt; & denique quòd in omnibus eadem ſit ratio, ne illis ſcilicet jus ſuccedendi, ex pacto primi adquirentis quæſitum, auferatur invitis; Ita communiter etiam tradunt Interpretes *ad d. tit.36.2. F. & tit.6. §. mutus.1. F.* Quos refert & ſequitur Schrad. *tract. F. part. 7. cap.5. num.32.* Roſenthal. *in ſynopſ. cap.7. concluſ.68.* [c] per text. *tit.55. §. ſimiliter etiam. 2. F.* Idemq; ſentire videtur gloſſ. *ad tit.36. in verbo non valet. lib. eodem & ibid.* Iac. de Belviſ. Hartm. Piſt. *d. quæſt.32. nu.34.*

Vt ex liberis legitimè natis in feudum ſuccedere prohibetur clericus, & 12
natura imperfectus, ſic etiam et, III. filius natus ex altera uxore, cum qua matrimonium hac lege contractum eſt, ne filii ex ea nati in feudis ſuccederent, à feudi paterni ſucceſſione removetur, [a] exiſtentibus ſcilicet filiis ex priori thoro vaſalli. [b]

[a] *Tit.26. §. filij nati.2. F.* Quo loco legendum (in feudo non ſuccedunt) ut arguit: tum ſubjecta ibid. ratio, *tum text. tit.29. 2. F.* eandemq; lectionem probant Bartol. Cujac. Hotom. & alii. Sed obſt. quòd nullâ ordinatione ſuâ pater uni liberorum feudum adimere, & alteri adjicere poſſit, *in titul. 8. 1. F.* [b] Hujuſmodi enim pactum cum contra jus publicum & naturalem æquitatem feudorum placitis ſpecialiter ſit receptum *l. ult. ff. de ſuis & legit. Novell. 77. de nupt. cap.48.* ex ratione, ne ſcilicet injuria fieret prioris matrimonii liberis, per patris ad ſecundas nuptias tranſitum, *dict. tit.29.* ſtrictè id accipi, & ceſſante illius ratione ſublatoque impedimento, ceſſare debet *cap. cum ceſſante, extr. de appellat.* gl. Cujac. Hotoman. *ad d. tit.29. lib.2. F.*

Denique ex liberis legitimè natis à feudi ſucceſſione excluditur fœmina; 13
[a] quamvis armis aſſueta & militiæ dedita ſit; [b] vel feudum generaliter primo adquirenti, & hæredibus illius conceſſum: [c] vel francum, id eſt, à ſervitiis liberum fuerit; [d] quamvis item ſervitium ex feudo debitum non minùs decenter fœmina, quam maſculus præſtare poſſit; [e] & denique licet feudum emptum, [f] vel ligium [g] ſit. Et prohibetur in feudum ſuccedere non ipſa ſolummodò fœmina, ſed & omnes illius liberi etiam maſculi. [h]

[a] Textus expreſſ. *in tit.1. §. hoc autem, & tit.8. §. filia verò.1. feud. tit.11. §.1. verſ. ad filias verò. & tit.50.2. feud.* tum quòd ab omnibus civilibus officiis remota ſit. *l. 2. de reg. jur.* neque militare munus obire, & dominum armis in pugna juvare poſſit, Bald. *in l. ult. num. 1. & 7. Cod. de ſuis & legitim.* Alexand. *conſil.10. num.2. verſ. ſed præmiſſis. vol.5.* Roland. à Vall. *conſil.41. num.11. volum.4.* Quò pertinet quod Homer. ſcribit. *lib.6. Iliad.* Telum & colum & lanam proprium eſſe mulierum, bella virorum. Et illud Ovidii *lib.12. Metamorph.* Columque i. cape, cum calathis, & ſtamina pollice torque, Bella relinque viris; Tum etiam quod honeſtatis ratione virorum cætibus, maximè ſi illuſtris fuerit, immiſcere ſe non poſſit. *l. ſi qua illuſtris. ff. ad SC. orfic.* Et ob ſexus fragilitatem (ob quam multis caſibus ſuppoſita *l. 2. §. fœmina. ff. ad Senatuſconſult. Vellej.* adeò ut voti lubricitate ter mutetur in hora, & naturali ſua futilitate, ſecreta Domini, ſibi commiſſa, reticere non valeat) ea præſtare nequeat, quæ fidelitatis forma, feud. Iure præſcripta, à Vaſallo exigit; Ita docent Dd. relati à D. Vultej. *lib.1. de feud. cap.9. numer.26. &* Curt. Iun. *de feud. part.3. membr.1. numer.1.* Sonsbec. *ad uſ. feud. part.9. num.120.* tum denique quòd ob præmemoratas jam rationes domini concedentis (à qua omnis dependet feudi ſucceſſio,) hæc præſumpta voluntas fuerit, ut ſcilicet ſoli maſculi in feudum ſuccederent; de quibus vide Hier. Garzon. *lib. de fœm. ad feud. recip. num.9.* [b] Ita præter Andr. de Iſern. *ad titul. 8. §. hoc quoque. 1. F.* Interpretes communiter ſentiunt, quos refert Hartm. Piſtor. *lib.2. quæſt.34. num.23.* vide tract. meum *de jure ſuccedendi in feudum cap.3. quæſt.31.* [c] Heredis enim appellatione feud. jure ſignificantur

cantur tantùm maſculi, non fœminæ, *tit.13.§.* & *ſi clientulus, tit.18.* & *tit.34. §. ſimiliter 1.* F. Facit huc, quod d. regulæ, per quam à feudi ſucceſſione fœmina excluditur, hæ duæ tantùm exceptiones proponuntur: Niſi feudum eo pacto datum ſit, ut & fœmina in eodem ſuccederet, vel fœmineum, id eſt, à fœmina primitus adquiſitum fuerit, *tit. 8. §. filia Ver. 1. F. tit.11. §. ad filias,* & *tit. 50. in princ. 2. F.* In tantum autem fœmina excluditur, ut neque illo caſu admittatur, quo feudum alicui & quibuſcunque ejus heredibus fuit conceſſum. Siquidem dictio, quibuſcunque, reſtringenda ſit juxta materiam ſubjectam, *l. ultim.* & *ibi gl. Cod. Sine cenſ. Vel reliq.* & *c. l.1. §. unuſquiſque. C. de SS. EE. l.1. ibi, quibuſcunque.* ubi gl. *C. de fid. Inſtrument. cap.1. §. ultim. de jurejur. in 6.* Quamvis contraria & affirmativa opinio multis aliis placeat, ut tradit Schrad. *de feud. part. 7. cap.3. numer.1.* & Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſt.1. num.30.* Vult. *de feud. cap.9. num.29.* Molinæ. *in addit. ad Alexan. conſil.30. num.11.* Vide dict. tract. *me. cap. 3. quæſt.39* [d] Quia prædictæ generali regulæ, per quam in feudi ſuccedere prohibentur fœminæ, inhærendum eſt, donec illius, etiam hoc in caſu, probetur exceptio, Dd. *in dict. l.1. ff. de regul. jur.* cum maxime unius vel alterius caſus exceptio. ſit reliquorum omnium caſuum incluſio, *l. quæſitum.12. §. idem. Reſpon. ff. de ſide Inſtrument. l. g. l.12. in princip. ff. de Iudic. l.4. §. fin. ff de pen. leg.* Et denique quamvis feudum Francum in eo, quod à ſervitutis liberum eſt, communem feudi naturam depoſuerit, eandem tamen in cæteris retinuiſſe putandum eſt, *titul.48.* & *tit. 26. §. penul. 2. feud.* Curt. Iun. *tract. feud. part. 1. quæſt.6.* Zai. *de feud. part. 12. num.3.* Sonsbec. *ad uſ. F. part. 4. num.6.* Molin. *ad conſuet. Pariſ. tit.1. §.30. num.100. in fin.* neque enim feudum à ſervitiis liberum, ſtatim etiam ab aliis oneribus, Vaſallo ex fidelitatis forma incumbentibus, conſequenter & æque ſit liberum, *tit.5.* & *7. 2. F.* Laud. *ad tit.11. §. quia vidimus. num.29. 1. feud.* Iacob. de S. Georg. *tractat. feud. in verb.* & *fœminis, num.5. part.50.* Duaren. *de feud. cap.10 num.7.* Curt. Iun. *part. 3. num.5.* Schrad. *part.7. cap.4. num.11.* Borcholt. *cap.7. numer.8.* Roſenthal. *in ſynop. cap. 7. concluſ.87.* Diſſent. tamen & affirmativam defendunt, Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 34 num. 29.* & *32.* & D. Vult. *lib.1. de feud. cap.9. num.41. part.408. per* text. *tit.140. in extraord.* ubi expreſsè fœmina ad feudi ſucceſſionem admittitur, cum id ſic datum eſt, ut nullum pro eo ſervitium fieret; Quodque ceſſante potiſſimâ prohibitionis ratione, qualis in feudis eſt ſervitium manuarium & militare, *tit. 36. in fin. 2. feud.* ipſa quoque ceſſare debeat prohibitio, *argum. cap. quoniam. §. porrò,* & *§. ſi autem. extr. ut lit. non conteſt.* vide tractat. meum *de jure ſuccedendi in feudum cap.3. quæſt.29.* [e] Ita tradunt Andr. de Iſern. *ad tit.23. 2. F.* Curt. Iun. *tract. feud. part.3. num.12.* Zaſ. *part.8. num.49.* Duaren. *cap.10. num.7.* Borcholt. *cap.7. num.68.* Sonsbec. *part.4. nu.32.* & *part.9. nu.121.* Clar. *lib.4. ſentent. §. feudum. quæſt 37. num.8.* Schrad. *d. part. cap.4. nu.10.* veluti ſi annuus domino cenſus ex tali feudo ſit ſolvendus, Borch. *dict. cap. 7. n. 71* & Roſenthal. *d. cap.7. concl.100.* Pleroſque tamen ab hac ſententiâ diſſentire ſcribit Hartman. Piſt. *d. lib.2. quæ.34. nu.87.* & Vult. *lib.1. de feud. c.9. nu.47. per text. tit.104. in extr. &c.* [f] ... C. §. *obſerv.73.* & Hartm. Piſtor. *lib.2. quæſt.34. nu.8.* & *quæſt.38. nu 47.* Vult. *cap.9. nu.44.* ... be... *p.9. nu.121.* & ſiquidem ſit feudum proprium, in quod generaliter fœmina ſuccedere prohibetur, duobus ſaltem caſibus exceptis, adde *me in tract. d. jur. ſuccedend. in feud. cap.3 quæſt.* ... W olff. *in prodrom. conſil. jur. num.212.* & *ſeqq.* [h] Borcholt. *de feud. cap. 7. num. 70.* Schrad. *tract. feud. part.7. cap.4. num.9.* Rationes vide d. tract. meo. *cap.3. quæſt.30.* [h] textus ... *in tit.1. §. hoc autem notandum. 1. F.* & *tit. 11. §. ad filias. 2. F.* cujus juris interpretes ... ferunt rationes. Quod ſcil. infecta radice, infectum etiam ſit omne, quod ab ea ... *argumen. l.3. Cod. de bon. mat. l.1. §. hujus rei, ff. de offic. ejus cui,* & *c. l.31. ff. de ſerv. ru...* Quod impedimentum anteceſſoris obſtet ejuſdem etiam ſucceſſoribus, *l. ...* *ju...* Quod nemo plus Iuris ad alium transferre poſſit, quam ipſe habuit, *l.54* & ... *ff. dict. tit.* Quod item ſurrogatum naturam ſapiat ejus, in cujus locum ſurrogatum eſt, ... *in l. ſi eum §. qui injuriarum. ff. Si quis caut.* & *in §. fuerat. Inſtit. de act.* Et ſucceſſiones ... per ſaltum fiant, ſed ordine Iuris ſervato, per *l.1. §. prius. ff. de ſucceſſion. edict. l. penul. ... de cognat.* Quod denique deſtructo antecedente, deſtruatur etiam conſequens, Ex ...

Tert.

Topic.loco ad deſtr.anteced.& c. vide Dn.D.Beſold. *in tract.de ſucceſſion. regia. lib.1. diſſert.12. num.1. & 2.*

Etſi verò regulariter (ut jam dictum eſt) fœmina in feudis ſuccedere prohibeatur, ſi tamen ſpecialiter in prima conceſſione ſive Inveſtitura dictum ſit, ut feudum ad filias quoque pertineat, [a] vel feudum fœmineum, id eſt, à fœmina primitus adquiſitum fuerit, fœmina quoque ad illius feudi ſucceſſionem admittitur. 14

[a] *text. in tit.1. §. hoc autem notandum, & tit.8. §.filia.1.F. tit.11. §.ad filias. & tit.50. in princ.2.F.* Quo caſu ſi verba Inveſtituræ generaliter fuerint concepta, veluti, ut etiam fœminæ ſuccedant, ad feudi ſucceſſionem admittuntur non modò filiæ Vaſalli, ſed ejuſdem etiam neptes, cæteriſque fœminei ſexus liberi, *tit.17. 2. F.* Et econtra, ſi ſpecialiter & nominatim in certam directa ſint perſonam, veluti ſi dictum ſit, Vaſalli filia MARGARETA *vel* TULLIA in feudum ſuccedat, illa tantum admittitur, & pactum hoc, tanquam perſonale, ad filias Vaſalli alias, aut neptes, minimè extenditur, per text. *l. [illegible]. §.1. & l. ſi unus. 27. §. ante omnia. ff. de pact. l. qui tale. ff. Solut. matrim.* & ſcribit Hartman. Piſtor. *dict. lib.2. quæſt.34. num. ultim. text.expreſſ. in tit.11. §. filias. verſ. proles junct. tit.50. tit.30. 2. F.* Quo loci IC. Primò regulam proponit, quâ docet, quòd ſexus fœminei proles, in feudum non ſuccedat: deinde reg. illius duos ſubjicit caſus exceptos, his verbis; niſi ejus conditionis ſit feudum, (id eſt, niſi ſit fœmineum) vel eo pacto adquiſitum, *tit. 8. §. filia verò. ibi, vel niſi inveſtita fuerint, ſcil. fœminæ 1. F.* & denique per text. *tit. 104. §. jugales in extraord. cc.* Neque hoc ſine probabili ratione. Sicut enim rem quamlibet aliam ſuâ metimur origine, *l. quod id. 33. in princ. verſ. cauſam. ff. de don. it. l. ult. ff. Si ex noxal. cauſa.* & ad primordium tituli, poſterior ſemper formatur eventus, *l. un. verſ. ultim. Cod. de Imp. lucrat. deſcript. lib.10.* Ita & in feudis ſemper ad principium & originem recurrimus, ut arguit *text. tit. 17. ibi, qui primo Inveſtituram acceperit, 2. F.* ut ſi fœminæ ab initio feudum fuerit conceſſum, eo ipſo cenſeatur ejus eſſe naturæ, ut tranſitorium ſit ad filias. Sed obſt. videtur, *tit.30. §. alii verò dicunt. 2. F.* ubi contraria opinio poſteriori loco proponitur, & argumento quodam inſuper confirmatur, unde eandem ibid. adprobatam eſſe quidam arguunt, per text. *tit. 8. §. hoc quoque verſ. alii juncto tit.1. §. hoc quoq; ſciendum. juncto tit.6. §. mutus. 1. F. tit.36. §. quidam 2. F.* Quibus locis ſimiliter recepta opinio poſteriori loco proponitur. Sed vide Hartm. Piſt. *d. lib.2. quæſt. 34. nu 24. ut &* Dn. Vult. *lib. de feud. c.9. num.40.* Refragari item videtur, *tit.15. §. an maritus. verſ. & ſi ipſa fœmina. 1. F.* vid. Hart. Piſt. *d. quæſt.34. nu.26.* Item illud: Quod ut ſemper contrahentes ad regulas juris & conſuetudinem loci ſe conformare cenſentur, *l.3. de rebus credit. l. ſi prius 17. § 1. ff. de aq. & aq. pluv. arcend.* Ita dominus, fœminæ feudum concedens, intelligatur id cum tribuere, ſecundum diſpoſitionem I. F. quòd filias Vaſalli, quia feudum ſervire non poſſunt, à feudi ſucceſſione repellit, cùm hoc maximè caſu, per vulgatam Interpretum regulam, duo illa ſpecialia (fœminæ feudum tribuere, & in feudum, fœminæ conceſſum, fœminam ſuccedere) circa idem concurrere non debeant, Dd. *in l.1.* ubi etiam Sichard. *nu.4. C. de dot. promiſſ. & l.1. ff. ſolut. matrimon.*

Ex prædictis duæ emergunt perancipites juris quæſtiones, quæ hoc loco examinandę occurrunt. Prior hæc eſt, utrum dictis duobus caſibus, quibus ad feudi ſucceſſionẽ fœmina admittitur, illa ſimul cum maſculis, ſi extent, ſuccedere poſſit, an verò maſculis demum deficientibus admitti debeat? Et donec maſculis ſuperſit ex eo, qui primus de feudo fuit inveſtitus, fœminam excludi putamus; [a] niſi eo tenore inveſtitura facta probetur, ut unà & ſimul cum maſculis, vel ſicut maſculi fœminæ quoq; ſuccederent; [b] vel hoc pacto, ut cum maſculis admitterentur fœminæ, [c] 15

[a] *tit. cu.*

[a] *tit. expreſſ. in t.6. §. quin etiam. t.8. §. filia verò. 1 F. tit.17. §. cumq; inter ſapientes, tit 30. ibi, deficientibus filiis. 2. F.* Quamvis ſpecialiter in prima Inveſtiturâ dictum non fuerit, ut deficientibus demum maſculis filiæ ſuccederent, ſed ſimpliciter ita datum ſit feudum, ut maſculi & fœminæ id habere poſſint, *tit.17.2. F. tit.6. §. quin etiam. & d.tit.8. §. filia verò. 1 F.* Etſi enim aliâs Iure communi copulativa dictio (ET) eos qui copulantur, æqualiter [illegible] jungat, ut ſimul etiam admittantur, quos ita nominum & rei complexus conjunxit, *l.134 & l. ſæpè.53. ff. de verbor. ſignif. l. ſi quis. 7. ff. de uſufruct. accreſc. l. Titia. 36. §. nil diſtat. ff. de reg. jur. l. Titio. 34. ff. ad legem Aquiliam. §. ſi eadem res. Inſtitut. de Legat.* Hoc tamen ca[su] dominus concedens, & Vaſallus adquirens cenſentur ſeſe conformare voluiſſe in ipſa in[v]eſtitura communi feudi naturæ, quæ talis eſt, ut exiſtente maſculo, non ſuccedat fœmina, *argument. l. ſi ſtipulatus. 4. in princ. verſ. quia non eſt. ff. de uſur. l. ſi prius. 17. §. 1. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. l. inſulam. 6. ff. de præſ. verb. juncto. tit. 17. verſ. cumque inter. 2. F.* cui tacitæ contrahentium voluntati meritò inhærendum eſt; quippe quod ſemper pro cauto haberi debeat, quod ex juris præſumptione cautum intelligitur. Excludit autem maſculus fœminam indiſtinctè, ſive Vaſallus filium & filiam reliquerit, ſive unica Vaſalli primi adquirentis filia extiterit, ex qua filii duo nati ſint, quorum unus filium, alter filiam reliquit: Sive denique Vaſallus duas habens filias, ex una nepotem, ex altera neptem reliquerit; *dict. tit. 17. 2. feud.* Conſtitutum enim in primo gradu, repetitum eſſe cenſetur in omnibus reliquis gradibus, *argument. l. licet. 74. ff. de leg. 1. l. Caio. 13. ff. de alim. & cibariis leg.* Hanc ſententiam contra Sonsb. *in uſ. feud. part. 9. num.* 143. latè defendit Hartmann. Piſtor. *libr. 2. quæſt. 35. num. 18.* [b] Quia enim pactum ſive tenor inveſtituræ omni F. natura potior eſt, eiq; derogat, *tit. 2. §. ult. tit. 12. in princ. tit. 18. §. ultim. t. 48. 2. F.* & hujuſmodi inveſtituræ ſermo, viſq; horum verborum hunc contrahentium ſenſum & mentem oſtendit, quod ſexus diſcretionem in feudi ſucceſſione nullam facere voluerit, (quippe quod dictio (SICUT) omnimodam deſignat ſimilitudinem, *l. ſi quis. 112. §. ſi ita. de leg. 1.* Dec. *conſ. 256. nu. 11.* Socin. Iun. *conſ. 115. nu. 2. lib. 2.* Menoch *conſil. 232. nu. 22.*) pariter & ſimul cum maſculis fœminæ ſuccedunt, *tit. 104. §. item ſi quis, in extraord. cc.* [c] Dictio namq; (CUM) majorem inducit conjunctionem, quam dictio (ET) text. expreſſus *in l. ſi cui. 5. ff. de Inſtr. vel inſtr. leg. l. Iulius. 81.* ubi Bart. *ff. de condit. & demonſtr.* eademq; inter perſonas ablativo juncta idem ſignificat quod UNA, ſive SIMUL. *l. 40. ff. de uſ. & uſufr. leg. l. ſi mulieri, 8. ff. de uſufr. accreſ. l. triplici. 142. ff. de verb. ſign.* Ut ſc. exde[illegible] perſonæ vocentur per illam æqualiter, & ſi inter eaſdem ordo alias ſpectetur ſucceſſivus, *a[illegible]. d. l. 8. d. uſufr. accreſ.* & Bart. *ibid. nu. 5.* Bald. cæteriq; Dd. *in l. Gallus. 29. §. quidam rect[e] ff. de lib. & poſt.* Decian. *conſ. 12. num. 3. vol 2.* Quam ſententiam communiter eſſe receptam [ſc]ribit Schrad. *de feud. p. 7. c. 4. nu. 25.* & Hartman. Piſt. *lib. 2. quæ. 35. nu. 29.* Diſſ[illegible]t. Curt. Iun. *de feud. p. 3. memb. 1. n. 18.* & alii, quos refert & ſequitur Vult. *lib. 1. de feud. c. 9. n. 49.* eo quod nihil differant invicem copulativæ hæ dictiones, (CUM, ET) *per l. Titia. 36. §. nihil. ff. de leg. 1. l. ſi quis. 7. ff. de uſufr. accreſc. l. illi 40. ff. de uſufr. leg.*

16 Altera quæſtio hæc eſt, an præfatis caſibus, quibus (ut dictum) maſculis demum deficientibus fœminæ ſucceſſio in feudis permittitur, eadem à ſucceſſione ſemel per maſculum excluſa, excluſa eſſe intelligatur in perpetuum? Quæ quæſtio etſi multis multorum interpretum opinionibus in utramque partem quaſi fluctibus agitetur, cæteris tamen prævalere, & textuum authoritate, & rationum pondere exiſtimamus hoſce, qui excluſam ſemel perpetuò manere excluſam arbitrantur; [a] etiamſi maſculus confeſtim poſt mortem patris & adquiſitum jam illius feudum deceſſerit, [b] vel feudum improprium fuerit, id eſt, pro quo aut omninò nullum, aut tale præſtatur ſervitium, quod etiam fœmina decenter exhibere poſſit; vel denique feudum fœmineum ſit. [c]

[a] Pr

[a] Per textus feudales apertiſſimos & clariſſimos: & primò *per tit.6. §. quin etiam 1.feud. ubi Iuriſconſult. inquit*; Si quis feudum eo tenore acceperit, ut illud deſcendentes maſculi & fœminæ habere poſſint, relicto maſculo, fœminæ ulteriùs non admittuntur; quæ dictio (ULTERIUS) triplicem illius Inveſtituræ vim oſtendit, (1.) Quod non extante maſculo, fœmina in feudum patris defuncti ſuccedat (2.) Quod relicto maſculo non admittatur fœmina; (3.) Quòd ulterius, id eſt, amplius nunquam admittatur ſuccedente maſculo. Eſt etenim dictio ULTERIUS adverbium temporis perpetuò excluſivum, ut arguit *cap. cum acceßiſſent, verſ. fuit inſuper.* ubi Bald. *extr. de conſtitut. & in l.3. in fin. Cod. de præſcr.30. ann.* Tyraquell. *ad l. ſi unquam in verbo revertatur, numer.129. C. de Revoc. donat.* Secundò per *text. dict. tit.6. §. ultim. ubi Iuriſconſult. inquit:* Et his omnibus caſibus feudum amittitur, & ad dominum revertitur. Ex quibus verbis itidem 3. collegi poſſunt. 1. Quod ibidem agatur de pluribus caſibus, & in ſpecie de caſu *dict. §. quin etiam*: qui fuit de fœmina per maſculum excluſa. 2. Quod dd. illis caſibus omnibus feudum amittatur, adeò ut defuncto etiam illo maſculo, in illud ſuccedere fœmina amplius non poſſit. Qui enim feudum amittit, jus ſuccedendi in illud ſalvum habere; & poteſtate illius in eo ſuccedere amplius nequit. Cum remoto ſubjecto, feudo ſcilicet & Iure ſuccedendi in illud, removeatur etiam neceſſariò ejus adjunctum, ipſa ſcil. ſucceſſio. 3. Quòd feudum illud revertatur ad dominum, ita ut fœmina excluſa, ad illud regreſſum jure habeat nullum. Vnde dd. textus non niſi de perpetua fœminarum excluſione accipi atque intelligi poſſunt. His textibus accedunt rationes urgentiſſimæ ſeqq. Primò enim fœmina inveſtituræ pacto ad feudi ſucceſſionem vocata, in maſculorum tantum defectum admittitur, atque ita illis duntaxat ſubſtituitur, *titul.17. in princip. titul.18. tit.30. 2. feud. tit.8. §. filia.1. feud.* Sicut ergo is, qui in defectum alterius per ſubſtitutionem vocatur, ſuccedente eo, cui ſubſtitutus eſt, prorſus excluditur, nec amplius unquam admittitur, etſi poſt ſucceſſionem is, in cujus defectum vocatus erat, deceſſerit, *l. poſt aditam. Cod. de impub. ſubſtit. l.3. & l. quamdiu.69. ff. de adquir. hered. l.7. §. ſed quod. ff. de minor. §. maſculos igitur. Inſtitut. de publ. ſubſtitut. l. 7. l. 14. l. ex facto. 43. in princip. ff. de vulg. & pupill.* Ita feudum ſuccedente maſculo, fœmina prorſus excluditur, nec amplius mortuo quantumvis eo maſculo, in locum illius admittitur. II. Quia Pacto Inveſtituræ jus ſuccedendi in feudum fœminæ datur, ſub tacita hac conditione; ſi maſculi deficiant, *tit. 17. in princip. & tit.18. 2. feud. juncto tit. 6. §. quinetiam, & tit. 8. §. filia. 1. feud.* Idem ſuccedendi jus ſub contraria conditione, ſi maſculi extent; & in feudum ſuccèdant, nunquam fuiſſe datum intelligitur, *argument. l. de quibus 40. §. quidam. & l. aliquando.207. ff. de condit. & demonſt.* unde defuncto maſculo illo, fœmina prius remota non ſuccedit. Cum nulli competat ſucceſſio, qui jus ſuccedendi non habet. III. Fœmina in deficientis tantum maſculi locum ſuccedit, *titul. 17. & 18. 2. feud.* Ergò ſemel ſuccedente maſculo, non admittitur amplius; Siquidem in ſucceſſionis materia is tantum deficere dicatur, qui non ſuccedit, non etiam qui cum jam ſemel ſucceſſiſſet, moritur, *l.4. ff. de vulgar. & pupill. l. quod ſi.78. ff. ad leg. Falcidiam, §. ſi eadem res. Inſtitut. de leg.* IV. Fœmina per maſculum à feudi ſucceſſione remota, excludi, juſque ſuccedendi ex inveſtituræ pacto eidem competens extingui dicitur, extante & ſuccedente maſculo, *tit.104. §. item ſi quis in extraordin. cc.* Non ergo reverti ad illud poterit ulterius, *argum. ne. l. ſi ponas, §.1. de inoffic. teſtam. l. 2. in princip. §. 1. & 2. ff. de except.* ſiquidem jus ſemel extinctum non reviviſcat amplius, *l. 3. §. ſi capitis, verſ. etiamſi omiſerint, ff. de bon. libert. l. ſed ſi.26. §. arbor. ff. de adquirend. rerum domin. l. in tantum 6. §. ſemel. ff. de rerum diviſ. l. 83. §. ſacram, ff. de verborum oblig.* Et denique in ſimili, fœmina vigore ſtatuti maſculis extantibus ſemel à ſucceſſione remota, ad ſucceſſionem ampliùs non admittitur, etiamſi maſculus ille fuerit defunctus, per notat. Bartol. *in l. ultim. ff. ad Tertull.* Bald. *in l. ſi quis. §. ſi filium. ff. de Liberis & Poſt.* Aret. *conſ.144.* Alex. *conſil.43. volum.3.* Anchor. *conſil.25. & conſil.221.* Eadem denique ſententia veriſſima declaratur communibus Dd. ſuffragiis, quos collegerunt Tyraq. *ad l. ſi unquam. in verb. ſuſcepi liberos. num.195. Cod. de Revocand. donat.* Menoch. *conſil.1. num.458.* Gayl. *lib.2. obſervat.148.*

*num.*1. Mynſing. *C.*5. *obſervat.*24. *num.*4. Schrad. *part.*7. *cap.*4. *num.*83. Hartman. Piſtor. *lib.* 2. *quæſt.*36. *num.*1. Roſenthal. *in Synopſ. cap.*7. *concluſ.*93. *lit.* D. Vulrej. *libr.* 1. *de feud. cap* 9. *num.*51. Sunt tamen ex Iuriſconſultis magni nominis tam veteribus quam recentioribus haud pauci, qui contrariam & negatam opinionem, ut æquiorem conſulendo & judicando ſequendam eſſe ſcribunt, quos refert & ſequitur Fichard. *in addit. ad Iohann. Baptiſt. a Villalob. lib. commun. opin. Lit. F. in verb. filia excluſa, num.*60. Mynſinger. *Cen.*5. *obſervat.*74. *nu.*8. Hartman. Piſtor. *lib.*2. *quæſt.*36. *num.*5. Roſenthal. *dict. cap.*7. *dict. concluſ.*97. Vult. *dict. cap.*9. *nu.* 57. Weſembec. *de feud. cap.*6. *num.*23. vide Hartman. Piſtor. *lib.*2. *quæſt.*36. Heig. *part.*2. *quæſt.* 26. qui omnes in ſuæ opinionis patrocinium advocant text. *tit.*8. *§. filia verò.*1. *Feud.* ubi generaliter & indiſtinctè filio Vaſalli non extante, fœmina ad feudi ſucceſſionem admittitur, *&* *text. tit.*17. 2. *feud.* Quo loci fœmina à feudi ſucceſſione excludi dicitur, donec maſculus ſupereſt, id eſt, conditionaliter quadantenus & temporaliter, non in perpetuum, quam vim habere volunt poſitum ibidem adverbium temporis, DONEC, quòd actum, cui jungitur, non penitus removet, ſed ad tempus tantùm ſuſpendit, *l. ambiguitatem,* 12. *verſ. Sin autem. Cod. de uſufruct. l.*2. *in princ. ff. de vulgar. & pupill.* & idem denotat, quod adverbium quandiu [illegible] *§. penultim. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* Bartol. & alii *in l. ultim. ff. ad Senatuſconſultum Tertull.* Adhæc pro hac ſententia text. adducunt *ex tit.*17. *in prin. & tit.*18. 2. *F.* quibus locis generaliter ſine ullâ temporis diſtinctione traditũr, quod quoties maſculus deficiat, fœminæ in feudo ex inveſtituræ pacto locus fiat, ergò & mortuo maſculo, per quem priùs fœmina fuit excluſa; ſiquidem is etiam deficere dicatur, *in §. ſi eadem res, Inſtit. de leg. l.*5. *ff. de vulg. & pupill. l.*28. *ff. ad leg. Falcidiam,* Adductis feudorum textibus has inſuper ſubjiciunt rationes. I. Quòd pater in prima feudi adquiſitione ſibi & heredibus ſuis potiùs tam maſculis quam fœminis, quàm extraneo, ſive domino concedenti proſpexiſſe, hocque omnino voluiſſe præſumitur, ut eo etiam caſu filia ſuccederet, quo poſt adquiſitum feudum ſine liberis filius deceſſiſſet, non autem ut feudum ad dominum rediret, idque ex paternæ pietatis affectione in liberos, *argumen. l. cum avus,* 102. *ff. de condit. & demonſt. l.*30. *cap. de fideicommiſſ. l.*6. *C. de inſtit. & ſubſtit.* Quòd II. maſculus ex tacitâ domini concedentis, & Vaſalli primi adquirentis voluntate præferatur fœminæ, in quocunque gradu exiſtenti, *tit.*17. *tit.*51. *§. ſimiliter,* 2 [illegible] ergò & ex eorundem voluntate, verbis inveſtituræ (ut ipſi volunt) manifeſtè expreſſa, maſculo quandocunque, & gradu quocunque deficiente, in feudo fœmina ſuccedet: ſiquidem major ſit vis expreſſi, quam taciti, Everhard. in Topic. *loco ab expreſſ. ad tacit.* & favorabilius ſit fœminam quovis gradu ad feudum admitti, quàm fœminæ maſculum quovis gradu præferri; quippe quòd illa ſit maſculo in ipſo inveſtituræ actu re & verbis conjuncta, & proindè ſi jus commune ſpectes [illegible] multum ipſo admittenda. *l.* 66. *tit.*81. *l. Lucius* 85. *ff. de hered. inſtit.* Et quia III. ex domini concedentis & primi adquirentis expreſſâ voluntate, in defectum maſculi fœmina vocetur, ſive ſtatim mortuo primo Vaſallo heres maſculus deficiat, ſive is poſt adquiſitum feudum ſine liberis decedat, eadem admitti, & contrahentium voluntas, tam in primo, quàm altero illo caſu idem operari debet, per *l. à Titio* 109. *in fin. princ. de verbor. obligat. & l.*32. *ff. ad leg. Aquil. l.*1. *§. quod vulgò, ff. de vi & vi armat.* Cum maximè nuſquam in feud. jure diſpoſitum ſit, quòd ſemel excluſa, in perpetuum ſit remota, eoq; ſine lege id aſſeveretur inefficaciter, *Novell.* 18. *cap.*5. *cap. ſi qui de ſent. excom. in* 6. Quodq; IV. jus ſuccedendi fœminæ competens, quæ per maſculum in medio exiſtentem removetur, non penitus extinguatur, ſed ad tempus tantum ſuſpendatur, etiam in feudis, *tit.*50. *& tit.*14. 2. *F.* Et V denique, quòd neque in feudo fœmineo fœmina per maſculum ſemel remota, ſit in perpetuum excluſa; neque clericus, qui ſemel propter religionis habitum à feudo fuit remotus, depoſito eo habitu, ſit etiam alio ſucceſſionis delatæ tempore propterea à feudo repellendus, ut docent interpretes *ad titul.*30. 2. *F.* & Hartman. Piſtor. *lib.*2. *quæſt.*33. *num.*14. Vide tract. meum *de inveſtitura feudi, cap.*5. *numer.* 62. *& ſeqq. & tractat. de jur. ſuccedendi in feud. cap.* [illegible] *quæſt.*4. Et notandum hîc, quod noſtra concluſio, de perpetua fœminæ excluſione, robur accepit deciſione Cameræ Imper. *Anno* 1612. 22. *Ianuary*; ut & alio quodam tempore, [illegible]

oſt[illegible]

oſtendi in dict. tract. meo. [b] *text. in l. ait prætor. §. ſed quod Papinianus, ff. de Minor.* ubi per minorem hereditatem adeuntem: ſed mox abſtentum, nihilominus ſubſtitutus excluditur; & quia generaliter omnis ſubſtitutio evaneſcit, cum inſtitutus heres ipſemet ſuccedit, *tit. 5. C. de impub. ſubſtitut. l. 3. l. 69. ff. de adquirend. hered.* etiamſi ſtatim poſt ſucceſſionem inſtitutum moriatur *l. 9. in princ. ff. de rebus dub. l. ultim. ff. de ſucceſſ. edict.* Facit huc, quod conditiones (qualis hæc etiam eſt, ſi maſculus deficiat, fœmina ſuccedat) temporis etiam momento implentur, neque perſeverantia requiritur, *l. ſi quis 7. & ibi* Decian. *num. 2. C. de inſtit. & ſubſtit.* latè Iaſon. *ad l. 31 num. 10. ff. de Vulgar. & pupill.* Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. rem. 2. nu. 38.* Hancq; ſententiam defendunt poſt Bald. *nu. 2.* Andr. de Iſern. Matth. de Afflict. *ad d. §. quin etiam tit. 6. 1. F.* Vaſq. *de ſucceſſ. lib. 3. §. 27. lim. 31. num. 10.* Burſat. *conſil. 63. nu. 17.* Hartman. Piſtor. *dict. quæſt. 36. num. 32.* Diſſent. Gl. eamq; ſecutus Iacob. de Bel. Alvarot. & Petr. Rav. *ad dict. §. quin et.* Borcholt. *de feud. cap. 7. num. 38.* Idque communiter teneri dicunt Curt. Iun. *de F. part. 3. num. 32.* Sonsbec. *part. 9. num. 130.* hoc maximè argumento, quòd vixiſſe non cenſeatur, qui illico mortuus eſt, *l. 12. in princip. de injuſt. rupt. & irrit. teſtam. l. ultim. in fin. Cod. de bonis quæ lib. l. 17. ff. de vi & vi armat. cap. 3. extr. de verb. ſignif.* [c] cum enim hæc exceptio in libris F. nuſquam ſit propoſita, generali regulæ, meritò inhærere jubemur, *l. 1. ubi* Dd. *ff. de R. I.* Bart. *in l. quoties 13. ff. ſi quis caut.* Idque in ſpecie de hac limitatione ſcribunt Alex. *conſ. 29. num. 7. vol. 1.* & alii quos citat Vult. *cap. 9. nu. 54.* quippe quòd ad feudum fœmineum expreſsâ hâc conditione vocentur fœminæ, ſi ſcilicet maſculi deficiant, id eſt, ſi vel non extent tempore delati feudi, vel ſi cum extant, non tamen ſuccedant, *tit. 30. in pr. 2. F.* Diſſentit Schrader. *part. 7. c. 4. nu. 85.* vide omnino perelegans conſilium quod extat *vol. 1. conſ.* Dn. D. Beſold. *conſil. 2. per tot.*

Sicut autem eo, quo dictum jam modo, fœmina per maſculum ſemel 17
excluſa, manet excluſa in perpetuum; niſi diverſum inveſtituræ pacto evidenter fuerit actum; [a] ſic admiſſa ſemel ob maſculi defectum, quandiu vivit feudum retinet: & ſi maſculus naſcatur poſtea, [b] neque fœmina illa adhuc ſit inveſtita; [c] modò uxorem prægnantem mortis ſuæ tempore Vaſallus non reliquerit. [d]

[a] Veluti ſi pacto cautum fuerit, ut omni caſu, quo maſculus non extat, ad feudi ſucceſſionem admittatur fœmina; per hoc enim communi F. naturæ derogatur, *tit. 18. in fin. 2. F.* Hartman. Piſt. *dict. quæſt. 36. in fin.* vel pater in agone conſtitutus, feudum pro filio ſano & integro, filia item, quam habet unicam, per inveſtituram adquiſierit, vel certo pretio pro filio ſpadone ad procreationem inepto, & filiâ ſuâ feudum comparaverit: de quibus duobus caſibus, vide Sonsbec. *ad uſ. F. part. 9. num. 131.* [b] Placita quippe F. fœminam extante maſculo à feudo per ſucceſſionem adquirendo repellunt, non etiam à feudo jam adquiſito removent, *dict. tit. 6. §. quin etiam, tit. 8. in prin. §. filia verò 1. F. t. 11. §. ad filias t. 17. 18. & 50. in pr. 2. F.* & conſequenter hunc caſum diſpoſitioni juris communis decidendum relinquunt, *argu. t. 1. in princ. 2. F.* quo communi jure cavetur, ne id, quod alicujus eſt factum, aut actio, quæ alicui ſemel quæſita eſt, auferatur invito, *l. id quod 11. de R. I. l. 35. de adq. rer. dom. l. habere; in fin. ff. de evict.* cum jus ſemel quæſitum cenſeatur eſſe perpetuum, *arg. l. ſi poſſidetis 16. C. de probat.* Facit huc, quòd multa fieri impediuntur, quæ tamen ſi facta ſint, tolerantur, *l. patre. 8. ff. de his qui ſui vel alie. jur.* quodq; conſumata non vitiantur, etiamſi in eum caſum deveniant, à quo incipere non poſſint, Tiraquell. *ad Reg. ceſſant. cauſ. lim. 12.* Ei denique quod contrariorum eadem ſit diſciplina, *l. 1. in princip. ff. de his qui ſui vel alien.* Sicut igitur ſemel remota fœmina in perpetuum manet excluſa, ita ſemel admiſſa, quandiu vivit, feudum retinebit. Ita ſentiunt quoque Bald. Iac. de Belviſ. & Fr. Schenck. *ad d. t. 17. 2. F.* eamq; ſententiam communiter receptam & adprobatam eſſe ſcribunt, Curt. *de F. part. 3. c. 1. n. 33.* Zaſ. *in Ep. F. p. 8. nu. 53.* Clar. *lib. 4. ſent. q. 80. n. 1.* Schrad. *part. 7. cap. 4 n. 82.* & Hart. Piſt. *lib. 2. q. 35. nu. 9.* & ab ea judicando non eſſe recedendum vult. Iac. de S. Georg. *tract. feud. in verb. & feminis, nu. ult.* Diſſent. tamen poſt Gl. And.

de Iſern. Laud. Matth. de Afflict. *ad tit.17.lib.2. F.* Hug. Celſ. *conſil.26.num.47.* & *56.* Fr. Burſ. *conſil.63. num.16.* qui contrariam opinionem in ſecreto juris veriorem eſſe ſcribunt; quia, ut tradunt, fœmina in caſu deficientis maſculi ad feudum admittatur conditionaliter, ſi ſcilicet maſculus poſteà non ſuperveniat, *titul.17.2.F.* & unumquodque facilè ad naturam ſuam reverti ſoleat, *l. ſi unus.27.§. pactus ne peteret, in fin. ff. de pact.* & vitientur illa, quæ quidem valent ab initio, ſed poſt in eum caſum perveniunt, unde initium ſumere non poſſunt, *l. qua in eum 16. ff. ad L. Aquil. §. Item contra. Inſt. de inutil. ſtipulat. l.98. in princ. verſ.* & *ff. de verb. obligat. l. pro parte 11. ff. de ſervit. l.3. in fin. ff. de his quæ pro non ſcript. hab.* [c] Non enim per investituram, ſed ſucceſſionem feudum adquirit, qui in illud ſuccedit, etiamſi renovatione inveſtituræ opus habeat, *tit.1. in fin. tit.33. in princ.2.F.* vide Hartman. Piſtor. *d. quæſt.35 nu.1* [illegible] ubi Sonsb. refutat. [d] per generalem regulam, quòd pro jam natis habeantur, ut in utero ſunt, quoties de illorum commodo agitur, *l. qui in utero 16.* & *l.26. ff. de ſtat. hom. l. ſi quis.23. ff. de capt.* & *poſtl. reverſ. l. cum vir.25. ff. de condit. demonſt. §. ſi quis filiabus inſt. qui teſtam. tut. dar poſſunt.* Quam exceptionem probat & admittit Matth. de Afflict. *ad tit.17.2.F.* quem refert & ſequitur Hartman. Piſtor. *dict. quæſt.35. num.11.* & Dn. Vult. *lib.1. de feud. cap.9. num.49.* adde me *in tract. de jur. ſucced. in feud. cap.3. quæſt.8. pag.169.*

18 Porrò quæ de ſucceſſione liberorum in feudis expoſita ſint hactenus, ea non modò de liberis primi gradus, ſed & de cæteris deſcendentibus, puta de nepotibus, pronepotibus & reliquis inferioris ordinis liberis accipi debent, ut & illi dicto jam modo in feudis ſuccedant, [a] ſive feudum ad maſculos tantùm pertineat, ſive ſpectet etiam ad fœminas, ex pacto inveſtituræ adjecto, vel quia eſt fœmineum. [b]

[a] *tit. 8. in princ.1.F. tit. in princ. verſ. filijs non exiſtentibus, tit. 50. in princ.2. F.* cui conſentaneum eſt, quod traditur *in l.4. ff. de jur. immunit.* [b] ita tamen ut hoc caſu ſemper fœminis præferantur maſculi, *tit.11. §. filias, tit.17. tit.30.2.F. tit.1.§. hoc autem ibi, ſimiliter* & *earum filij. 1. F.*

19 Hâc tamen adhibitâ diſtinctione, ut ſi filii ſoli ſint, in feudis ſuccedant æqualiter & in capita: [a] ſin cum filiis concurrant nepotes, ſucceſſio fiat, in ſtirpes. [b]

[a] *tit.1. §.* & *quia vidimus, in fin.* & *dict. t.8. in princ.1. F.* Id quod civili & prætorio [illegible] conſentaneum eſt, *l. inter filios. C. fam. Erciſc. l.1. C. und. lib. l. pen. C. com. divid.* [b] nepos [illegible] in ſui patris locum ſuccedit, *d. t.8. in prin.1.F.* & feudum non minùs quàm allodialis heredit[illegible] in ſtirpes dividitur; quamvis enim per ſe & naturâ ſuâ ſit individuum, æquè ut uſusfructus [illegible] teræq́, ſervitutes utilitatis tamen cauſa inductum eſt, ut materia feudi inſtar uſusfructu[illegible] eſt, fructus ipſi dividerentur, *t.55. §. præterea Ducatus, 2.F. juncta l.5. ff. de uſufr. l.2.* & *3. C. de ſuis* & *legit. l.1. §. ſi filius, ff. eod.*

20 Sed quid hoc caſu de feudo Ducatus, Marchiæ, Comitatus quod ex Friderici Imperatoris legiſlatione in totum (ex quorundam verò opinione quoad Regalem (ut vocant) dignitatem) dividi prohibetur, & ad cujus ſucceſſionem ſolus primogenitus vocatur ſtatuendum ſit, in dubium trahitur, quando ſcilicet nepos ex filio primogenito præmortuo relictus, cum patruo ſuo ad avi ſucceſſionem concurrit, uter horum præferri, & ad Regalem dignitatem admitti debeat? [a] Et nepotem patruo ſuo præferendum eſſe, intrepidè ſtatuimus. [b]

[a] Quam quæſtionem ſemper dubiam putavit Iaſ. *in l. maximum vitium, verſ. tertio nota, Cod. de lib. præter.* & in cujus deciſione Dd. mirè variant, Alexan. enim *conſil.54. vol.* [illegible] varios Dd. quos refert, ſtatuit, jus patrui potiùs eſſe, & hunc primogeniti filio præferri. I[illegible]

Ic[illegible]

Cujac. *ad tit.*11.2.*feud.* duobus potiſſimum argumentis: I Quòd repræſentationis be-
o remotior cum proximiore concurrat tantùm, non autem prorſus eundem excludat.
uòd eadem ſit ratio primogenituræ, quæ proximitatis, ut proinde ſicut eo caſu, quo
mitatis jure ſucceſſio defertur, ſolus ſuccedit, qui mortis tempore proximior fuit, ne-
epræſentatio locum habet, *l.* 1. *ff. unde legitimi*, *l.* 3. *ff. unde cognati*, ita etiam ubi pri-
enitus ad ſucceſſionem vocatur, ſuccedat, qui moriente eo, de cujus bonis agitur, primo-
ī gradum locumque obtinet. Vide Tiraquell. *de jur. primogenit. quæſt.* 40. *num.* 100.
otoman. *diſput. de feud. cap.*28. [b] Hanc ſententiam jure & æquitate probabiliorem eſſe
ı Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de feud. verſ. redeundo ad individuum*, Bald. *ad l. li-*
C. de oper. libert. Panormit. *ad c. licet, verſ. nota, extr. de dote*, Oldrad. *conſ.*224. Fr. Schenck.
.14.1.*F.* Tum quia nepos ut communi, ita & F. jure in filii jus & locum ſuccedit, *l. ſi ne-*
*ff. de collat. juncto tit.*8. *in princ. ibi, nepotes*, 1. *F.* hincq; ad filii conditionem redigi, ejus-
ocum tenere dicitur, *in l. ſed ſi*, 6. *§*. 1. *ff. de hered. inſtit. coheredi*. 4. *§*. 1. *ff. de vulg. & pu-*
oq; neque meliori neque deteriori conditione eſſe, ſed inſtar patris ſui, in cujus locum &
ogenituræ jus ſucceſſit patruum ſuum excludere, eique præferri debeat, *argument. l. qui*
,177. *l. nemo* 120. *ff. de Reg. Iur.* tum quòd pater & filius eadem fere perſona cenſentur, *l.*
de impub. ſubſt. §. et vero, inſtit. de inutil. ſtipul. & una caro eſſe probantur, *Can. contra-*
*& Can. hac author.*35. *quæ.*3. III. quòd filius etiam non præparatam inofficioſi que-
a contra patris teſtamentum ad nepotem tranſmittit, *l. ſi quis. §. ſed nos. C. de inoffic. te-*
nt. Ergò & jus primogenituræ, quod pleno jure ad eum viventem pertinet, in tantum,
ıd etiam vendere & alii cedere poſſit, Gen.25. *&* 27. *c. quam periculoſum*. 7. *quæ.* 1. *cap. ult.*
m opponitur, 22. *quæſt.* 1. eoq; etiam, ut quodvis jus aliud, quòd ceſſibile eſt, ad heredes
ranſmittere, *l. heredem* 59. *& l.*26. *de Reg. Iur.* Bart. cæteriq; Dd. ad *l. ex pluribus* 32. *ff.*
miniſtr. & pericul. tut. Probat idem quod jus alicui loco & ordini tributum, ei tantum
ur, qui locum & ordinem illum occupat, *l.* 1. *§*. 1. *l.* 4. *§. quanquam, ff. de cenſib.* Ergò &
ogenituræ jus ordini & loco, filii natu maximi tributum, ei debetur nepoti, qui ſubducto
milia patre in locum, ordinem, gradumq; illius ita ſucceſſit, quaſi nunquam vacuus ille
t, *argument. l.*28. *§*. 1. *ff. de lib. & poſt. tit.*2. *in fin. princ. ff. de bon. libert. l.* 1. *§. liberorum,*
conjung. cum emancip. liber. l. filium 20. *§. videamus. in fin. ff. de bonor. poſſeſſ. contra*
leg. 1. *§. ſi filius, ff. de ſuis & legitim. l. Gallus* 29. *§. videndum, ff. de liber. & poſt. hered.*
Huc denique confert & illud, quòd jus primogenituræ ad fratrem primogeniti neque
te primogenito pertinet (quia præter primogenitum, qui ſolus jus illud habet & poſſi-
lius ejuſdem juris in ſolidum heres eſſe nequit, *l. quòd contra*, 141. *§. de Reg. I.* ſed fratres
ſunt quaſi capite deminuti, vel quaſi adgnati, qui ad ſucceſſionem non admittuntur,
diu extat ex ſuo herede filius, *l.* 1. *§. ſi filius. ff. de ſuis & legit. verſ. ſui autem heredes, Inſt.*
ceſſ. ab inteſt. juncta l. 1. *ff. de ſucceſſ. edict. l.* 1. *ff. quis ord. in bon. poſſ. ſerv. l.*11. *Cod. de ſuis*
gıt. §. repetitis, inſt. de grad. cognat.) neq; mortuo primogenito jus illud ad fratrem ipſius
lvitur, ſi filius ex defuncto ſuperſtes ſit. Is etenim patris ſui locum adeò repentè occupat,
momento quidem ille vacaſſe cenſeatur, *l.* 2. *in fin. prin. ff. de bon. libert. & arg. l.* 3. *ff. de*
ni. vir. & ux. De hac concluſione vide etiam Tract. meum *de jure ſuccedendi in feudum*
*quæſt.*48.

Quòd ſi defunctus nullos reliquerit filios, ſed nepotes vel ulterioris gra- 21
liberos, tunc nepotes præferuntur pronepotibus, & pronepotes abne-
bus, & ſic deinceps ſemper proximiores remotioribus, ex eadem lineâ
endentibus.

xt. in tit. 5. *in fin. F. & tit.*55. *§. præterea* 2. *F.*

t hæc de liberorum ſucceſſione in feudis; Diſpiciendum nunc paucis 22
ucceſſione parentum: Qui etſi regulariter ad legitimam liberorum ſuc-
onem non admittantur in feudis, [a] iidem tamen liberis ſuis in feudis
edunt, ſi vel in prima feudi conceſſione, ſive inveſtiturâ hoc actum &

 expreſ-

expreſſum ſit; [b] vel propter patris benemerita, ejusq; contemplatione filius de feudo inveſtitus fuerit: [c] aut in filii favorem pater feudum ſuum refutarit; [d] vel denique loci ſtatuto hoc receptum, aut conſuetudine introductum fuerit. [e]

[a] *text. expreſſus in tit.50.in prin.*2.F. quòd ſcilicet propter communem Feudorum naturam ſemper, ſi non expreſsè, tacitè tamen in prima inveſtitura hoc actum eſſe præſumatur inter dominum & Vaſallum, ut conceſſum feudum ad inveſtitum & ejuſdem poſteros, ſive ex eo deſcendentes, non etiam ejuſdem parentes pertineat: quippe quòd rariùs, & non niſi turbato mortalitatis ordine contingat, ut filii ante parentes decedant, *l. nam etſi.* 15. *ff. de inoffic. teſtam.* Duaren. *de F.tit.*11. *nu.*10. eumq; ſecutus Hartman. Piſtor. *lib.* 2.*quæſt.*19. *num.*5. Vultejus *lib.* 1.*de Feud.cap.*9. *num.*101. Schrader. *de feud. part.*7. *cap.*6. *num.*1. vide quoque Mynſing. *C.* 3. *obſervat.*93. Hotom. *ad tit.*50.2.F. & Fr. Sonsbec. *part.*9. *num.*47. Hartman. ab Eppingen. *lib. prim. obſervat.*46.*tit.*45. Sed vide Tract. meum *de jure ſuccedendi in feudum, cap.* 4. *quæſt.*2. [b] *text. in tit.* 48. *in extraord. cc.* & valere hujuſmodi pactum inde quoque probatur, quia pacto effici poteſt, ut & aliæ perſonæ, quæ aliâs in feudo ſuccedere non poſſint, ad illius ſucceſſionem admittantur, veluti fœmina, *tit.*8.*§. filia* 1.F. & frater in feudo fratris novo *tit.*1. *§. cum verò verſ. ſin autem.*2.F. [c] Hoc enim feudum etiam patri in caſum deficientis filii concedi intelligitur, *argument. l. dotem* 6. *C. de collat. l. ultim. in fin. Cod. de uſufruct. l.* 10. *§. in adrogato. verſ. ego etiam, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut.* Schrader. *de feud. part.*7. *dict. cap.* 6.*num.*4 Duaren. *cap.* 11. *num.*11. Borcholt. *cap.* 7. *num.*9. [d] Si enim filius ille nullis relictis liberis maſculis moriatur, patrem in ejus feudum ſuccedere volunt interpretes, poſt alios Hart. Hartmanni ab Eppingen. *lib. prim. obſerv. tit.* 54. *obſerv.* 46. Sonsbec. *part.* 9. *num.* 48. Borcholt. *dict. cap.*7. *num.*9. & Schrad. *part.*7. *cap.*6. *nu.*4. idq; in Camera Imperiali receptum eſſe & obſervari teſtatur Mynſing. *C.* 3. *obſervat.*93. Sed obſtare videtur textus generalis, *tit.*50. *in princ.*2.F. *& dict. tit.*84. *in extraord. cc.* [e] *arg. t.* 1. *in prin.* & ſcribit Andr. de Iſern. *ad t.*50.2. F. Schrad. *dict. part.*7. *cap.*6. *nu.*3.

23 Reſtat ut agamus de ſucceſſione collateralium; ubi conſiderandum, tum quinam collaterales, & in quod feudum ſuccedant; tum etiam gradus hujus tranſverſæ ſucceſſionis collateralium.

24 In feudum ſuccedunt collaterales, ſi ex eo, qui primus feudum adquiſivit, deſcendant, neque liberi defuncti Vaſalli extent.

*tit.*11. *§. his verò, tit.*31. *§. paternum, verſ. ex latere omnis,* 2. F. *tit.*1. *§. hoc quoque titul.* & *§.* 1. 1. *feud.*

25 Succedunt igitur collaterales ſive tranſverſi ordinis adgnati, ſi feudum vetus ſit, ſive paternum; [a] non etiam ſi fuerit feudum novum, [b] niſi vel inveſtituræ pacto nominatim convenerit, ut frater ad novi feudi fraterni ſucceſſionem admittatur; [c] vel fratrum unà habitantium alter ex communibus bonis feudum utriuſque nomine adquiſierit à domino iſtiuſmodi fratrum conditionem non ignorante; [d] vel duobus fratribus feudum communiter conceſſum ſit, adhoc, ut communibus equis & armis dominum contrà hoſtem juvent; [e] aut conſuetudine vel ſtatuto cautum ſit, ut tranſverſales etiam in novum feudum ſuccedant, [f] vel deniq; feudum novum adquiſitum fuerit Jure feudi antiqui, ſive paterni. [g]

[a] *dict. tit.*11. *§. his deficientibus tit.*14. *&* 15. *tit.*26. *in princ. tit.*45. *&* 49. *dict. tit.*50 2. F. *dict. tit.*4. *§. cum autem dict. tit.*8. *§. hoc quoque & §. filia verò, tit.*12. 1.F. [b] Etiamſi communiter & ſimul fratres vel adgnati feudum aliquod acceperint, text. expreſſus in *tit.* *§. cum vero verſ. ſin autem unus tit.* 8. *§. ultim. tit.* 20. 1. F. *tit.* 12. 2. F. *tit.*14. *§. ſi duo fratres* 1. F.

F. dict. tit. 11. §. his verò verſ. ſin autem tit. 14. 15. & 26. in princ. 2. F. vel etiam ab una habitantum fratrum altero utriuſque nomine, à domino ſciente, feudum vel gratis obtentum, vel propriâ, non communi pecuniâ ſit emptum. Etſi enim hoc caſu fratri fratrem ſuccedere ſcribant Sonsbec. de F. part. 9. num. 83. verſ. fallit, Schneidevv. part. 6. num. 3. Roſenthal. cap. 3. concluſ. 126. Vultej. lib. 1. de F. cap. 9. num. 106. Frid. Schenc. ad titul. 20. lib. 1. F. Repugnat tamen tit. 12. 2. F. ubi tres tantùm caſus excepti ſunt, quibus frater fratri in novo feudo ſuccedit, neque inter eoſdem hic etiam caſus comprehenſus eſſe legitur. [c] tit. 1. §. cum verò verſ. ſin autem, & tit. 8. in fin. tit. 20. 1. F. ibi, niſi per Inveſtituram ordinatum fuerit, &c. tit. 12. & tit. 18. verſ. ultim. 2. feudor. [d] dict. tit. 20. in fin. 1. F. ibi, vel niſi beneficium de communibus bonis fuerit emptum. vide Tract. meum de jure ſuccedendi in feudum, cap. 5. quæſt. 2. [e] dict. tit. 20. in fin. ibi, vel in hoſtem Regis adquiſierint. Vide dict. cap. 5. quæſt. 3. Etſi verò præter hos tres exceptos caſus, fratrem fratri in novum quoque feudum ſuccedere quidam velint, ſi feudum illud ſit individuum, & ambo communiter & ſimul de eo ſint Inveſtiti, dummodo precium ſive æſtimationem partis defuncti fratris ſuperſtes domino præſtet, ut poſt gloſſ. ad tit. 12. lib. 2. F. docet Sonsbec. ad uſ. F. part. 9. nu. 83. Roſenthal. in ſynopſi cap. 7. concluſ. 122. Vult. lib. 1. de F. cap. 9. num. 106. erroris tamen vel inde arguuntur, quòd omne feudum per ſe conſideratum individuū eſt, cum jus ſit res incorporalis, quæ diviſionem non recipit; Quòd item omne feudum, ſi ejus commodum ſpectes, perceptionem ſcilicet fructuum, dividuum eſt; ſicut uſusfructus: unde generaliter dicendum eſſet, ſecundum illorum opinionem, de omni feudo novo duobus fratribus conceſſo, quòd uno eorum mortuo, totum illud pertineat ad alterum ſuperſtitem, non autem quòd deficientis portio redeat ad dominum: cum tamen placitis F. contrarium expreſſè conſtitutum, & definitum ſit, fratrem fratri in novum feudum non ſuccedere, præterquam tribus illis exceptis caſibus. Sed hic non incommodè quæritur, an ſæpius jam dd. tribus caſibus, quibus ex inveſtituræ pacto frater fratri in novum feudum ſuccedit, mortuo fratre ſimiliter ipſius filii ad ejuſdem feudi ſucceſſionem admittantur, vel hoc caſu feudum revertatur ad dominum; Quod poſterius probat Bald. ad cap. quæ in Eccleſiarum, num. 47. extr. de conſtitut. Curt. Iun. de F. part. 2. cap. 7. num. 57. Iacob. de S. Georg. tract. F. in verb. præſentes, num. ultim. Schrad. part. 7. cap. 7. num. 3. Sed vide Tract. meum de jure ſuccedendi in feudum cap. 5. quæſt. 21. [f] argum. tit. 1. in princ. 2. F. & docet poſt alios quos allegat. Schradet. tract. F. part. 7. cap. 7. num. 5. verſ. Quartò hoc fallit. [g] Mynſing. C. 4. obſervat. 84. Gail. lib. 2. obſervat. 50. Cùm natura feudi cujuslibet Inveſtituræ pacto immutari poſſit, tit. 18. & titul. 48. 2. F. & dominus, quando Iure paterni feudi, novum feudum alicui concedit, feudi jus ſuum licitè remittat; ſiquidem quivis rei ſuæ legem dicere poſſit, l. legem. Cod. de pact. l. 21. Cod. Mandati. Facit huc & illud, quod donatio mortis causâ ita fieri permittitur, ut nullo caſu ejus ſit repetitio, eaque quoad effectum, ut revocari non poſſit, perinde habetur, ut alia quævis donatio inter vivos, l. 13. §. 1. & l. 17. ff. de donat. mort. cauſ. Quod denique id, quod novum eſt, pro antiquo haberi poteſt, l. quicunque 7. in princip. C. de omni ag. deſert. lib. 11.

Primò omnium autem ex collateralibus ad feudi ſucceſſionem vocan- 26
tur fratres. [a] Vnde quæritur, ſi fratres ex uno latere juncti, cum fratribus utrinque conjunctis concurrant, an æqualiter in feudo ſuccedant? Quod affirmare minimè dubitamus. [b]

[a] tit. 11. §. his verò, & tit. 45. verſ. ubi verò filium, 2. F. [b] Etſi enim Iure civili & communibus Rom. LL. fratres utrinque conjuncti, præferantur in allodiali ſucceſſione conjunctis ex altero tantùm parente fratribus, Novell. 118. cap. 3. eò quod duplici Iure muniti ſint, proindeque potiores eſſe cenſeantur iis, qui unico tantùm Iure gaudent, §. ſed hodiè, verſ. ſi verò pater, Inſtit. de adopt. l. penult. in princ. verſ. ſi verò pater naturalis Cod. dict. tit. Iure tamen F. frater per patrem tantùm, atque ita, uno ſolummodò latere conjunctus, unâ & æqualiter in feudum fratris defuncti ſuccedit, cum fratre utrinque conjuncto, ſiquidem ſit ex

numero

numero adgnatorum, *§. Vulgò quæſitos, Verſ. eadem ratione, Inſtit. de ſucceſſ. cognat.* qui ſimpliciter in feudum ſuccedere dicuntur, *tit. 11. §. his Verò, titul. 45. Verſ. ubi Verò filium,* 2. F. non proprio hereditatis Iure, ſed potius concedentis domini & primi adquirentis beneficio, *Pariſ. conſil. 65. Volum. 3.* Gail. *dict. obſerV.* 151. Ita tradunt & docent communiter Dd. quos congeſſit Iohan. Borch. *ad uſ. F. cap. 7. part. 2. nu. 8.* Schrad. *tract. F. part. 7. cap. 7. nu. 14.* Roſenthal. *in ſynopſ. l. F. cap. 7. concl.* 130. eandemq; ſententiam adprobarunt Aſſeſſores Cameræ Imper. teſte Gail. *lib. 2. obſerV.* 151.

27 Quòd ſi cum fratribus concurrant prædefunctorum fratrum filij, tum hi cum illis (patruis ſuis) in ſtirpes, id eſt, ita admittuntur, ut præmortuorum parentum portionem capiant; [a] ſive feudum fuerit hereditarium, ſive ex pacto & providentiâ adquiſitum, ſive denique mixtum ſit, id eſt, partim hæreditarium, partim ex pacto & providentiâ. [b]

[a] Neque enim fratres fratri ſuo ut fratres, neque fratres demortui filij patruo ſuo ut patruo, ſed illi tanquam filij ſuo patri, & tanquam aviatici nepotes, ſuo avo in feudum ſuccedunt, *text. in tit. 14. §. 1. Verſ. ſi Verò unus, tit. 19. §. ſi quis miles* 1. *F. t. 11. §. his Verò, & tit. 50. in princ. Verſ. ex latere & §. paternum,* 2. *F.* ubi expreſsè frater, quando fratri in antiquum ſuccedit feudum, ſuccedere dicitur, non in fraternum, ſed paternum feudum. Sicut ergò nepotes avo ſuo in ſtirpes ſuccedunt, ſi cum patruis ſuis concurrant, *tit. 8. in princip. ibi, Vel nepotes ex filio, tit. 19. §. ultim. ibi in beneficium aVi 1. feudor.* Ita quoque ſi cum defuncti fratre concurrant alterius fratris prædefuncti filii, hi cum illo in ſtirpes ſuccedunt; quippe quod hac in parte jus commune Romanum, *NoVell. 118. cap. 3. & NoVell. 127. cap. 1.* comprehenſum, contrario feudorum Iure nullibi ſit immutatum: quam etiam ſententiam communi Dd. calculo receptam & adprobatam eſſe teſtatur Zaſ. *in Epitom. Feudor. part. 8. num. 17.* Mynſing. *cap. 1. obſerV. 94. in princ.* Borcholt. *de feud. cap. 7. part. 2. nu. 81.* Curt. Iun. *de Feud. part. 3. membr. 3. num. 60.* Vultejus *lib. 1. cap. 9. num. 109.* Berlich. *part. 3. concluſ. pract. 40. num. 1.* & feudiſtæ communiter *ad tit. 11. §. his Verò, 2. Feud.* [b] Generaliter enim traditur *in dict. tit. 11. §. his Verò, 2. Feudor.* Quod fratres cum præmortuorum fratrum filiis, ad ſucceſſionem defuncti fratris in feudo paterno vocentur. Adhæc omnes adgnati in paternum feudum ſuccedunt, non tam quod ſunt adgnati, quàm quòd ſunt ex numero liberorum ex primo adquirente deſcendentium, unde paſſim in libris Feud. ſuccedere dicuntur in paternum, nunquam autem adgnatitium ſive fraternum feudum. Cum igitur in feudi ſucceſſione liberorum ea conditio ſit, ut nepotes in vicem & locum ſui patris ſuccedant, *tit. 8. in princ. & tit. 19. §. ultim. 1. Feud.* nepotes quoque ex fratre demortuo, patruo in feudum illius paternum, una cum patruis ſuis ſuccedent indiſtinctè, ſive id feudum fuerit ex pacto & providentiâ, quod ſolum placita F. agnoſcunt, ſive feudum ſit hereditarium aut mixtum, ut oſtendit Hartman. Piſtor. *dict. lib. 2. quæſt. 1.* cum maximè nuſquam ſoli fratres ad defuncti fratris feudum paternum vocentur, rejectis filiis alterius fratris præmortui, undè Iuris communis regulis hac in parte inhærendum eò tenacius, quoad uſque diverſum F. conſuetudine receptum eſſe ſufficienter fuerit probatum, per *text. tit. 1. §. ſtrenuus autem 2. F.* & probat Dn. Vultej. *lib. 1. cap. 9. num. 109. part. 521.* ubi plures ad hoc citat. Diſſent. Covarr. & alii, quos allegat, *lib. pract. quæſt. cap. 38. nu. 13. & nu. 109.* qui mortui fratris filios, cum patruis ſuis, defuncto ſuo patruo, in feudum paternum, ſi mixtum fuerit, vel ex pacto & providentiâ, planè ſuccedere negant, eò quòd in hujuſmodi feudis ſucceſſio fiat, non hereditario, ſed ſanguinis Iure, ut proindè ſanguinis proximitate, quo fratri frater jungitur, is præferatur alterius ſui fratris prædefuncti filiis. Vide Tyraquell. *de primogen. quæſt. 40. num. 20.*

28 Sin verò demortuus Vaſallus non fratres, ſed prædefunctorum fratrum filios, & patruum relinquat, tum fratrum illi filii ſoli ſuccedunt, excluſo patruo defuncti Vaſalli.

Iure enim Feudorum ſucceſſio feudalis inter adgnatos, non tàm gradus, quàm ſtirpis, adeoq; vibrarum prærogativa nititur, *t.* 1. *in t.* 50. *§. paternum autem verſ. Reſp. ad ſolos*, 2. *F.* Quam deciſionem confirmat etiam jus civile, *Novell.* 118. *cap.* 3. *verſ. quandoquidem igitur. & in Auth. poſt fratres autem C. de legit. heredit.* Quod in obſcurioribus feudalitijs caſibus decidendis ſequi jubemur, *in t.* 1. *§. ſtrenuus autem*, 2. *F.* & communiter eandem amplectuntur Alvarott. *ad d. t. nu.* 7. Sonsb. *ad uſ. F. p.* 9. *num.* 99. Weſemb. *tract. feud. cap.* 6. *nu.* 16. *verſ. illud autem.* Hotoman. *ad t.* 26. *§. Titius filios, & t.* 50. *in verb. ad ſolos, & ad omnes*, 2. *F. & in diſp. ſua feud. c.* 19. Borch. *c.* 7. *p.* 2. *nu.* 85. Schrad. *tract. F. p.* 7. *c.* 7. *nu.* 17. Idem etiam ſtatuendum, ſi Vaſallus prædefuncti ſui fratris nepotes relinquat, & patruum, quia non minùs & illi hunc à ſucceſſione feudi excludunt, ut & defuncti patruum magnum, *d. t.* 50. *§. paternum, verſ. Reſp.* 2. *F.* Hotom. *d. diſp. F. c.* 19. *&* Sonsb. *d. loco.* Diſſentit Vult. *lib.* 1. *de F. c.* 9. *n.* 110. eo quòd utrique pari gradu defuncto ſint conjuncti.

Sed anceps & dubia admodum eſt quæſtio, ſi defunctus Vaſallus duorum vel plurium fratrum liberos impari numero reliquerit, an illi defuncto ſuo patruo in ſtirpes ſuccedant vel in capita? Et in capita illos etiam in feudis ſuccedere, de Iure verius eſſe dicimus. 29

Hic enim caſus cum expreſsè F. placitis deciſus non ſit, ex communi Rom. Iure ejus deciſio peti debet, *text. in t.* 1. *§. ſtrenuus autem* 2. F. Sed communi Rom. Iure, quando frater moritur relictis poſt ſe demortuorum tantùm fratrum liberis, tunc illi in capita non in ſtirpes ad ſucceſſionem patrui ſui defuncti vocantur, *text. in l.* 2. *§. hac hereditas, ff. de ſuis & legit. Novell.* 118. *cap.* 3. *§. ſed & ipſis fratrum filiis*, ubi particula (TVNC) extremitatem temporis ſignificat, *per l.* 4. *in fin. ff. de cond. & demonſtr.* Item apud Vlp. *in Inſtit. t.* 26. *de leg. agn. ſucceſſ. §. adgnatorum hereditates*, & apud Caium *libr.* 2. *Inſt. t.* 8. *§. item ſi moriatur quis*, & Harmenop. *lib.* 3. *promptuar. Iur. civ. t.* 8. & denique in conſtitutione Carolinâ *editâ Spiræ in Comitiis.* Ex quo communi Romanorum Iure feudalem, & hunc caſum Imper. Cam. Aſſeſſores decidiſſe teſtatur Mynſing. *d. obſer.* 94. *in fin.* & defendunt poſt alios Zaſ. *in epit.* F. *p.* 8. *nu.* 18. Duar. *de* F. *c.* 11. *nu.* 14. Schrad. *tract.* F. *p.* 7. *c.* 7. *nu.* 16. Borch. *c.* 7. *p.* 2. *num.* 82. Diſſentit Andr. de Iſern. Laud. Bald. & alij *ad t.* 11. 2. F. Idem Bald. *ad t.* 8. *n.* 4. 1. F. Iacob. de S. Georg. *in verb. præſentes & recipientes, num.* 13. Curt. Iun. *tr.* F. *p.* 3. *memb.* 3. *nu.* 53. Sonsbec. *de* F. *p.* 9. *nu.* 100. quorum argumenta in contrarium adducta diluit Borch. *d. c.* 7. *p.* 2. *num.* 29. Sicut autem duorum fratrum liberi cum ſoli ſunt, patruo ſuo in capita ſuccedunt, ita & eodem modo ſuccedunt patruo ſuo magno, cum ſit utrobiq; eadem ratio, quòd ſcilicet ad ſucceſſionem veniant proprio & ſuo Iure, tanquam proximiores, non Iure repræſentationis, atq; ita de hoc caſu in quadam facti ſpecie aliquando reſponſum fuiſſe teſtatur Borch. *d. c.* 7. *princ.* 3. *nu.* 83. adde Berlich. *part.* 3. *concluſ.* 24. *nu.* 31.

Quòd ſi defuncto neque fratres ſint neque fratrum filij, tunc ad illius ſucceſſionem in feudum paternum ab ipſo relictum vocantur alij ulteriores tranſverſi ordinis adgnati, [a] & ex his ſemper proximiores, excluſis remotioribus; [b] ijque ſimul & æqualiter, ſi plures ſint unius ejuſdemque lineæ adgnati. [c] 30

[a] *t.* 11. *§. his verò, ibi, deinde adgnati ulteriores*, 2. F. [b] In hac tamen proximorum prælatione cum primis ſpectari ſolet prærogativa lineæ & vibrarum. Eâ enim qui nituntur, licet gradu remotiores ſint, præferuntur tamen gradu proximioribus: Puta ſi Titius ſine prole defunctus, adgnatos relinquat Caium patruum ſuum, & Iulianum fratris nepotem, Caius, & ſi ſit gradu proximior, Iulianus remotior, attamen Iulianus in feudo paterno à Titio relicto Caio præfertur, eò quod prærogativæ lineæ & vibræ nititur; ſiquidem defunctus Vaſallus Titius, & Iulianus ab eodem progeniti ſint patre, text. de hac ſucceſſione & prælatione in tit. 50. *§. paternum, verſ. Reſp. & verſ. ſeq.* 2. *feud. Novell.* 118. *cap.* 3. *in fin.* Sed vide omninò tractat. meum *de jure ſuccedendi in feudum cap.* 5. *quæſt.* 16. [c] *dict. tit.* 50. *in fin.* 2. *feud.* Succedunt autem, adgnati ſuis

adgnatis in feudum paternum, non modò defunctis, ſed & ob culpam remotis, *tit.9.§.ultim. tit.24. in fin. tit.31. & tit.37.2.feud.*

31 Et hæc de collateralibus, quinam ſcilicet collaterales, & in quibus feudis ſuccedant, Sequitur ut diſpiciamus de gradibus collateralium, ſive tranſverſi ordinis adgnatorum. Et primò de ipſorum graduum computatione, tum ad quo tum uſque gradum in feudis ſuccedant.

32 Graduum computationem quod attinet, etſi communiter interpretes velint, eam in feudali ſucceſſione ex jure civili repetendam eſſe: [a] neque etiam deſint ex recentioribus, qui ſecundum juris Canonici præſcriptum illam inſtituendam eſſe opinentur: [b] nos tamen utraque hac opinione rejecta ſtatuimus, neque juris civilis diſpoſitionem, neque Iuris Canonici ſanctionem in hac graduum computatione per omnia ſpectandam, ſed ex ipſis feudorum placitis, horumq; præſcripto gradus ita computandos eſſe, ut primus etiam inveſtitus connumeretur & gradum conſtituat. [c]

[a] *per text. tit.37. ibi, eodem prorſus ordine obſervando, quantum ad ordinem gradus, qui continetur in ll. 2.feud.* Cujus loci verba (in ll. interpretantur de ll. Romanis, Item per textum *tit. 1. §. hoc quoque. Iuncto, tit. 8. §. hoc quoque. 1.feud. tit. 26. §. ſi Vaſallus culpam 2. feud.* Ex quibus locis ita argumentantur: Fratres patrueles, jure civili invicem ſunt gradu quarto. Cum igitur ex antiquo feud. uſu adgnatus tantùm quarti gradus in feudum adgnato ſucceſſerit, *d. §. hoc quoq; & d. §. ſi Vaſallus.* Computatio certè Iur. civ. in feudis ineunda erit, non Iuris Canonici; Quippe quod fratres patrueles. Iur. Can. jungantur ſibi invicem gradu tantum ſecundo, *in d. §. autem,* hoc quoque expreſſum ſit, quòd feudum ad venientes ex latere ultra fratres patrueles non progrediatur; Quam ſententiam ſequuntur & defendunt præter Andr. de Iſern. Eguin. Baro. *ad §. & quia vidimus, tit. 1. lib. 1. feudor.* Duaren. *c.* 11. *num.* 14. Cujac. *ad tit. 42. lib. 4. feud. & alij alib.* [b] Poſt alios Hotom. *diſput. feud. cap.* 19. eumque ſecutus Hartm. Piſtor. *lib. 2. quæſt.* 19. *nu.* 8. *& ſeqq.* tum quod Longobardi, à quibus feuda originem habent ſuam, computationem illam ſervarint, ut probant ex *lib. 1. tit. 14 lib. 2. ll. Longobardicar.* tum quod *in tit. 31. 2. feudor.* diſertè ſcribitur, quod quartus gradus numeretur ab eo, qui primus feudum adquiſivit, cum alioquin ſecundum jus civile, non à primo adquirente, ſed à defuncto potius Vaſallo cui ſucceditur inchoandum, & perſonæ ſurſum deorſum numerandæ forent, ad eum uſque, qui vult ſuccedere; Quo facto ſuccederet tantum ex antiquo uſu patruelis ſuo patrueli, qui ſunt invicem gradu quarto; Cum tamen eodem feud. Iure, quo gradus numerantur ab eo, qui primus feudum adquiſivit, ſuccedat primi Inveſtiti nepos ſuo patruo, à quo Iur. civ. quinto gradu, Item patrui ſui filio, à quo ſexto diſtat gradu, ejus denique nepoti & pronepoti, quorum ille ſeptimo, hic octavo eſt gradu Iure civili. Facit huc, quod in feudali ſucceſſione ad geniculum ſive generationem reſpicere jubemur, *text. in tit. 1. §. hoc quoque ſciendum, ibi, uſque ad 7. geniculum. 1. feudorum, & tit. 52. §. ſatis benè, in fin. 2. feudorum.* [c] Quod ex ſeqq. ſatis evincitur; Secundum antiquum feud. uſum illi tantùm remotiores agnati in feudum ſuis adgnatis ſuccedere dicuntur, qui gradu quarto remoti ſunt ab eo, qui primus de feudo fuit inveſtitus, *tit. 26. §. ſi Vaſallus culpam, tit. 31. §. 1. 2. feudorum, tit. 8. §. hoc quoque obſervatur, 1. feudorum.* Sed eodem feud. antiquo Iure ex remotioribus adgnatis illi tantùm ad feudi ſucceſſionem vocantur, qui patrueles ſunt, *dict. tit. 1. §. hoc quoque feudor.* id eſt, primi inveſtiti nepotes & pronepotes, ut habetur in tit. 50. *§. paternum. 2. feudorum.* Vnde neceſſariò ſequitur, quod feudorum Iure pronepotes ſuo proavo (à quo Can. computatione ſejuncti ſunt gradu tantùm tertio. *can. decimo gradu. §. tertio gradu. 35. diſtinction. 5.*) gradu jungantur quarto; Proindeque computationem graduum feudiſticam, à Canonica quoq; computandorum graduum ratione planè alienam eſſe; ſiquidem ſecundum illam ſuccederent ex remotioribus adgnatis etiam

primi

adquirentis abnepotes, ut qui demum quarto ſunt gradu Iuris Canon. quod tamen ex-
negatur *in d.t.1.feudor.* Vide tr.me.*de jure ſuccedendi in feud.c.p.5.quæſt.*19.

d quotum uſque gradum autem adgnati ſuis adgnatis in feudis ſucce- 35
, non minus controvertitur? Et quamvis propter diſcrepantes juris
alis de hac quæſtione textus, [a] plerique diſtinguant inter feudum no-
, quod ex inveſtituræ pacto ad collaterales tranſit; & feudum vetus
paternum, quod ſemel tranſitum ad deſcendentes fecit; [b] Nos tamen,
nctione hac penitus rejecta, [c] adgnatos hodie in omni feudo in infini-
uſque ſuccedere indiſtinctè putamus, [d] ſive vetus atque paternum
it feudum, ſive novum atque extraneum, id eſt, hujuſmodi generali
eſtituræ pacto à fratre adquiſitum, ut in illud etiam collaterales ſucce-
ent. [e]

In tit. namque 26. §. ſi Vaſallus culpam. 2. feudorum. adgnati qui quarto ſunt gradu ad ſeu-
ceſſionem vocantur; In tit. *verò. 1. §. hoc quoque ſciendum, & tit. 8. §. hoc quoque obſerva-
. feudorum,* adgnati ad ſeptimum uſque gradum admitti dicuntur. *In tit. denique. 31, tit.
princ. verſ. ex latere, & tit. 52. §. ſatis bene, in fin. 2 feudorum,* feudum dicitur ad adgnatos
nere in infinitum. Vide tractat. meum *de jure ſuccedendi in feud. cap. 5. quæſtion. 20.* [b] Et in
um novum adgnatos ſuccedere ſcribunt ad quartum uſq; gradum jure antiquo, & ad gra-
uſq; 7. jure novo, *dict. tit. 26. §. ſi Vaſallus. 2. feudorum, d. t. 1. §. hoc quoque, & tit. 8. §. hoc
ue, lib. 1. feudorum.* In feudum autem vetus ſive paternum in infinitum, *dict. tit. 31. tit. 50.
. 2. feudorum.* Quam diſtinctionem etiam in Camera Imperiali adprobatam eſſe Myn-
erus *teſtatur, C. 2. obſerv. 95.* & Andr. Gayl. *lib. 2. obſervat. 150.* [c] Siquidem allegati Iuris feu-
textus, quos de novo feudo accipi debere ſcribunt, de feudo loquantur non novo, ſed pa-
. Quantum enim ad textum *tit. 8. §. hoc quoque, 1. feudorum,* quod iſte agat de feudo pa-
, arguit ſubjecta ibidem hæc ratio. hoc ideò, quia poſtea non vocatur feudum paternum.
d deinde *tit. 26. §. ſi Vaſallus, 2. feud.* ſimiliter conceptus ſit de feudo paterno, patet ex ver-
idem ſubjectis hiſce, dummodo ad eos pertineat. Quo loco, cum ſimpliciter Iuriſconſult.
, (dummodo ad eos pertineat) magno id argumento eſt, ibidem agi de feudo paterno,
d ad agnatos regulariter pertinet, non etiam feudum novum, niſi inveſtituræ pacto id
aliter fuerit cautum; Idque maximè, quia locus ille ejuſdem eſt argumenti, *cum tit. 31. li-
od. m,* cujus ſermo eſt de feudo tantum paterno, ut teſtantur ibidem verba hæc; remoti
o quid adquiſivit. Quod denique in textu *tit. 1. §. hoc quoque. 1 feud.* diſertè tractatur de
lo paterno, non de novo feudo, arguunt ſimiliter hæc iſtius loci verba, ultra fratres patrue-
quales feud. jure ſunt primi inveſtiti nepotes & pronepotes, *tit. 50. §. paternum, 2. feudorũ.*
n enim Iuriſconſultus ibidem primò mentionem faciat patruelium, qui à primo inveſtito
llius pronepotes fuerint) diſtant gradu quarto, & oſtendat, quod ex uſu antiquo ultra hos
ti à latere venientes *non ſuccedant in feudis;* Deinde verò ſubjiciat, moderno tempore, id
ovo jure ſucceſſionem feudalem collateralium porrectum eſſe ad gradum uſque 7. atque
n ſermo ſit *tit. 8. §. hoc quoque. 1. feudorum,* qui tamen expreſsè agit de feudo paterno; du-
n eſt nullum, quin. *dict. §. hoc quoque ſciendum,* Iuriſconſult. feudiſta de paterno tractet,
de feudo novo: idq; cum primis argument. præcedentum *§§. §. cum verò Conradus, verſ.
a er fratri, & §. hoc autem notandum, verſ. ſimiliter & earum filij.* Quamvis enim primi-
adgnati ne quidem ad paterni feudi ſucceſſionem admittebantur, deinde tamen effectum
rimo, ut frater fratri in ejus feudum paternum ſuccederet, *dict. tit. 1. §. cum verò Conradus,
. & ut frater fratri. 1. feudorum.* Et poſtea, ut collateralium ſucceſſio in feudum paternum
enderetur ad gradum uſq; quartum: Ac ſucceſſu temporis ad gradum ſeptimum, *dict. tit. 1.
oc quoque ſciendum, & dict. titul. 8. §. hoc quoque obſervatur, 1. feudorum:* donec tandem ad-
tis in infinitum uſq; ſucceſſio in feudum paternum fuit delata, *d. tit. 31. & tit. 50. in princ.*

verſ. ex latere, & tit. 52. §. ſatis benè. 2. feudorum. Idq; probabiliter ex hac ratione; Quia in feudo paterno collaterales non proximè defuncto propriè, ſed primo inveſtito tāquam liberi ſuo parenti ſuccedere videntur, *tit. 14. §. ſic. progenies. verſ. ſi verò unus. 1. feud.* Ideoq; in infinitum, *tit. 50. in pr. 2. feud. tit. 1. §. hoc quoque ſciendum, 1. feudor.* Quamvis & ultimo defuncto ſuccedere rectè dicantur, vide tr. meum *de jure ſucced. in feud. cap. 5. quæſt. 19.* Sed refragari videtur *d. t. 1. §. hoc quoque ſciendum, 1. feudorum, & tit. 52. §. ſatis benè. in fin. 2. feudorum.* Vbi priori loco ad gradum ſeptimum, & poſteriori in infinitum adgnati ſuccedere dicuntur: Item illud, quod jur. civ. collaterales tantùm ad 10. uſq; gradum collateralibus ſuis in allodio ſuccedunt, *§. hoc quoque Inſt. de ſucceſſ. cognat.* ut mirum videri non debeat, jure feud. ut ſtrictiori, ſucceſſionem collateralium ad ſeptimum tantùm gradum porrigi: quo maximè fundamento nititur Pariſius *conſil. 23. in fin. verſ. 1.*[e] Etſi enim interpretes velint, in feudum novum collaterales tantùm ad gradum uſq; 7 ſuccedere, nil tamen hac in parte eorum opinioni deferendum eſſe ſuprà fuit oſtenſum: tum quod jure etiam Civili iidem in allodio ſuccedunt in infinitum, *§. cæterùm, inſtit. de legit. adgn. ſucceſſ. & §. ult. ibi, etiamſi longiſſimo gradu ſit,* ubi Eguin. Baro. *Inſtit. de ſervit. cognat.* idem Baro *ad tit. 1. §. hoc quoque notandum, 1. feud.* Weſembec. *ad §. hoc quoque, inſt. de ſucceſſ. cognat. num.* 4. quod contrario feudali jure nullibi mutatum eſſe reperitur; tum etiam qua paciſcendo & contrahendo quibuſcunq; ſuis heredibus conſulere & proſpicere quilibet præſumitur, *l. ſi pactum 9. ff. de probat. l. ſicut. 8. §. ſi debitori. ff. quibus modis pign. ſolv. l. veteris C. de contrah. ſtipul.*

34 Et hactenus de feudi ſucceſſione legitimâ; ſequitur ut paucis agamus de feudi ſucceſſione teſtamentariâ: Quæ etſi regulariter locum in feudis ſibi non vendicet in tantum, ut neque Vaſallus cum domini conſenſu in præjudicium agnatorum de feudo teſtari, neq; pater teſtamento filios ſuos inæqualiter inſtituere poſſit,[a] etiamſi feudum fuerit novum,[b] vel francum & ab omnibus ſervitiis liberum; certis tamen & ipſo feudorum Iure ſpecialiter expreſſis caſibus Vaſallo teſtari de feudo permittitur, ſi ſcilicet feudum vel ſit abſolutè hæreditarium;[d] vel inveſtituræ pacto primo adquirenti, & quibuſcunque illius hæredibus, ſive quibus ille dederit, feudum fuerit conceſſum;[c] vel deniq; Vaſalli teſtamentum, tum domini, tum legitimorum feudi ſucceſſorum conſenſu ſit ordinatum.[f]

[a] Textus expreſſus *in t. 8. in princ. tit. 1. §. & quia vidimus, ibi, ad omnes æqualiter veniat. 1. feud.* Clar. *in §. feudum q. 40. num.* 5. Henning Gœden. *conſil. 16. nu. 28. & conſ. 19. nu. 9. conſil. 21. nu. 7. & conſ. 23. nu.* 4. unde nihil obſtante teſtamentaria iſtiuſmodi diſpoſitione, poſt mortem Vaſalli teſtatoris, filii & adgnati feudum illius ſibi vindicare poſſet, Iaſ. *conſ. 168. nu. 10. volum.* 4. Alex. *conſ. 15. volum.* 5. Hotoman. *conſil. 31. num.* 14.[b] De quo feudo patrem teſtari poſſe, etiam abſque domini conſenſu, ſi de eo teſtetur inter liberos, cum domini autem voluntate, ſi illud teſtamento relinquat extraneo, Dd. autumant, quos longâ ſerie refert & ſequitur Schrad. *tract. feud. part. 7. cap 7. num.* 19. Clar. *d. quæſt. 40. num.* 6. Borcholt. *de feud. cap. 7. part. 2. num.* 5. Hartman. Piſtor. *libr. 2. quæſtion. 4. num. 44 & ſequentib.* Quàm opinionem erroneã eſſe, ſequentia ſatis arguunt; Primò enim cum in negociis & quæſtionibus juris nihil ſine lege affirmandum ſit, *Novell. 8. cap. 5. l. illam* 19. *C. de collat:* nulla autem lex feudalis extet, quæ patri Vaſallo tribuat jus teſtandi de feudo novo, haud temerè id ſine lege affirmari debet. Deinde quia generaliter placitis feud. cavetur, quod Vaſallus neque novum neque vetus feudum alienare poſſit, *tit. 13. 1. feud. tit. 34. §. denique verſ. ſi Vaſallus, & tit. 55. in princ. 2. feud.* nulla habita diſtinctione, ſive novum fuerit feudum ſive vetus atq; paternum, neq; nos inter has feudi ſpecies diſtinguere debemus, *l. 3. in fin. ff. de off. præſid.* Adhæc cum de feudo paterno Vaſallus in præjudicium adgnatorum teſtari nequeat, eò, quod adgnati, non ut adgnati, ſed tanquam filii primi adquirentis in feudum illud ſuccedant, *tit. 11. §. his verò deficientibus. verſ. quod ita intelli-*

intelligendum & tit.50.§.paternum autem.2.feud. neque pater teſtari poterit de feudo novo, in præjudicium filiorum ſuorum feudi ſucceſſorum, cum maximè majori favore liberi gaudere debeant, quam adgnati: quippè quòd filij etiam adgnati in feudum novum ſuccedant, *tit.1.§.cum verò verſ.ſin autem unus,t.8.§.ult.tit.20.1.F.t.12.2.F.* Deniq; cum nemini invito jus ſuum auferri debeat *l.9.in princ.ff.de liber.cauſ.l.juſtitia* 10.*ff.de juſt.& jur.§.juris præcepta. Inſt.d.t.* Neque poſſe debet pater feudum novum, quod ex beneficio domini concedentis ad filios etiam primi adquirentis pertinet, *t.1.§.& quia vidimus,t.F.t.23.2.F.* filijs ſuis teſtamento adimere & ad alium transferre. Et hanc de novo feudo negatam ſententiam defendunt poſt alios Socin.*conſ.72.num.35.& conſ.160.nu.44.lib.4.*Sonsb.*ad uſ.F.p* 13.*num.*112. Sed obſt. quòd pater, cui volet ex filiis libertum aſſignare poteſt, etiamſi patronatus jus alioquin ad omnes tranſeat *l.7.§.ſi liberi.ff.de oper. libert.* quodque de matre dicitur, quæ ad ſecundas nuptias tranſiit, eam poſſe uni ex liberis relinquere prioris matrimonij lucrū, licet illud ad omnes liberos pertineat, *l.3.C.de ſecund.nupt.* Quodq; patri (qui quod filiis adquirit, id eis donare videtur, *l.32.§.cum hic ſtatus.ff.de don.int.vir.& ux.l.ſi donatione.13.verſ.nam ſi is,C.de collat.*) donationem in filium liberè revocare liceat, & iterum auferre quod ipſius beneficio ei prius fuit adquiſitum, *arg.l.3.ff.de ſerv.export.l.qui Roma 22.§.Flavius.ff.de verb.oblig.* & denique, quod ex notiſſima juris regula non poſſit heres impugnare volūtatem defuncti, *l.ex qua.149.ff.de R.I.l.cum à matre* 14.*C.de rei vind.l.3.& l.ſi fundum.5.C de rebus alien. non alien.l.14.C.de evict.l.7.C.de liber.cauſ.l.22.ff.de pig.& hypothec.* & conſequenter neq; filius patris ordinationem de feudo factam, vide tr. meum *de jure ſuccedendi in feudum c.1.quæſt.1.* [c] ita contra Bald.*in Auth.niſi rogati.C.ad Senatuſconſultum Trebell.&* Rol.à Valle.*conſ.7.nu.33.vol.1. conſil.10.nu.30.vol.3.*oſtendit & docet Ioh.Borcholt. *de feud.c.7.part.2.nu.7.* hoc argumento, quod neq; feudum Francum alienari poſſit, ut idem probat *cap.8.num.83.* vide tr. me.*d.cap.1.quæſt.2.* [d] hoc enim caſu patrem uni filiorum rectè feudum ſuum teſtamento relinquere exiſtimant Clar.*lib.4.ſentent.§.feudum.quæſt.40.nu.2.* & alij quos refert & ſequitur Hartm.Piſt.*lib.2.quæſt.jur.quæſt.1.nu.61.* Andr.Gayl.*lib.2.obſerv.154.nu.13.* Feudum enim hereditarium jure hereditario æſtimatur, & habetur ut res allodialis ſive hereditaria, per notata ſupra vide tract.me.*cap.4.quæſt.1.* [e] Hujuſmodi enim pacto ſi datum fuerit feudum, licitè poteſt à Vaſallo quovis modo alienari, text. expreſſ. *in tit.48.2.F.* Borcholt. *d.cap.8.num.76.* proindeque etiam teſtamento ad alium transferri, *l.ſi quis.8.§.ultim.C.de ſecundis nupt.tit.inſt.de Leg.Fuſ.Can.toll.* Ita ſentiunt Roland. à Vall.*conſ.3.nu.11.vol.1.conſ.71.nu.6.conſil.79.num.30.volum.2.conſil.16.volum.3.conſil.34.num.84.& conſil.84.num.19.vol.4.* Borcholt. *de feud.cap.7.part.2.num.6.* Roſenthal.*de feud.cap.7.concluſ.12.* Clar.*d.§.feudum.quæſt.9.nu.2.* [f] *arg.tit.39.2.feud.& tit.5.1.feud.* Sicut autem his caſibus, ſi teſtetur Vaſallus de feudo, teſtamentariæ etiam ſucceſſioni in feudo locus eſt; ita viceverſa ſi teſtator extra hos caſus teſtamentum de feudo ſuo faciat, ne quidem æſtimatio feudi debetur his, quibus id teſtamento relictum eſt, *l.multum intereſt.34.de verbor.obligat.l.cum ſervus.39.ff.de Leg.1.l.4.C.de LL.* De hac quæſtione vide tract. meum *de jure ſuccedendi in feudum, cap.1.quæſt.8.*

Expoſito hucuſque jure ſucceſſionis feudalis tam legitimæ, quam teſta- 35
mentariæ, perutiles ſimul & difficiles aliquot quæſtiones, ad feudi ſucceſ-
ſionem quæ pertinent, ſe nobis offerunt, quas ordine, coronidis loco, exa-
minabimus; ex quibus prima hæc; An & quatenus feudi ſucceſſor, demor-
tui Vaſalli hæreditatem allodialem repudiare, feudum autem ab eodem
relictum retinere poſſit? Pro cujus quæſtionis reſolutione diſtinguimus
inter filium defuncti Vaſalli, & ejuſdem adgnatum. Filium namque repu-
diata hæreditate paterna feudum retinere poſſe negamus, [a] ſive heredita-
rium illud fuerit, ſive ex pacto & providentiâ: [b] Adgnatum autem bona
feudalia ab allodiis ſeparare, & allodia repudiare, feudum, verò ſuo jure re-
tinere poſſe ſtatuimus, modò illud non fuerit hereditarium. [c]

 [a] *Textus*

[a] *Textus in tit.*45.*&* *tit.*51.*§.filius.*2.*feud.* Quæ autem ſit ejus differentiæ ratio inter filium & adgnatos, veteres quidem interpretes non explicant, recentiores autem variant. Cujac. *ad tit.*54.*libr.*4.*feud.* hanc illius diſcriminis adfert rationem, quod filius feudum non modò novum, ſed & paternum (id eſt, ab avo proavo adquiſitum) capere videatur non ab ipſo avo vel proavo, ſed à patre ſuo tanquam heres illius: ut proindè ab hereditate feudũ, quòd illius quaſi pars eſt, ſeparare nequeat: ſiquidem hereditas pro parte adiri & pro parte repudiari non poſſit, *l.*1.*ff.de adqu. hered.* & iniquum ſit, patrem, cujus beneficio filius feudum capit, ab ipſo filio affici injuria, per repudiationem hereditatis ab ipſo relictæ, arg *l.*6.*ff.de interrogat. in jur. fac.* Quæ ratio planè ceſſat in adgnatis, quippe qui ſuccedentes in feudum paternum, non tam proximo defuncto adgnato, quam primo adquirenti ex quo deſcendant, ſuccedere dicuntur, *tit.*14.*§.ſi capitanei.*1.*feud.* Quam eandem hujus differentiæ rationem adgnoſcit Hotom. ad *tit.*45.*in verb.ubi verò filij.*2.*feud.* Verumenimverò, cum etiam filius paternum feudum, non tam patris proximè defuncti, quam primi adquirentis, & domini concedentis beneficio adquirat, *dict.tit.*14.*§.ſi capitanei* 1.*feud.* unde pater feudum filiis adimere, & alteri largiri nequit, *tit.*8.*in princip. eod.* prædictam rationem minimè ſufficientem, & probabiliorem illius differentiæ rationem hanc eſſe putamus, quam tradit Sonsb. *ad uſ.feud.part.*9.*nu.*161. Quod ſcilicet filius honorem patris ſtrictius defendere tenetur quam adgnatus, eò, quòd ſuum eſſe à patre habeat, eadem cum illo ſit perſona, *l.ultim. C.de imp.ſubſt.* in quem pater majus jus haber, quam in adgnatos, arg. *§.ſed ſui quidem, verſ.neceſſarij verò, inſt.de hered.qual.&* *diff.* unde humaniter conſtitutum, ne filius poſſit repudiare patris hereditatem, & capere duntaxat feudum, vt ſcilicet ignominia liberetur pater, quâ afficeretur, ſi ejus hereditatem à filio repudiatam creditores venderent, *§.*1.*verſ. valdè enim, Inſtit. quibus ex cauſis man. non lic. l.*23.*ff. quod in fraud.credit.* Sed obſtare videtur huic diſtinctioni, quòd filius ea quæ jure ſingulari habet, capere & hereditatem omittere poſſit. Sic jus patronatus manet penes filium patroni, quamvis ille hereditatem ex fideicommiſſo reſtituat. *l. ſi patroni.*55.*ff. ad Senatuſconſultum Trebell.l.ſi operarum.*29.*ff.de oper.libert.l.filij* 9.*ff.de jur.patron.* Ius quoq; ſepulchri filius retinet, licet hereditate paternâ abſtineat. *l.*6.*ff.de relig.&* *ſumpt.fun.l.pen de ſepulch.viol.l.*42.*ad Senatuſconſultum Trebell.l.*20.*§.ult.de adq.hered.* Filius deniq; capere eam poteſt rem, quam avus in familiâ manere juſſit, etſi patris hereditate per exheredationem privetur, *l.filiusfamil.*114.*§.cum pater.ff.de leg.*1. vnde videtur dicendum, integrum eſſe filiis, feudum, quod ad ipſos jure ſingulari pertinet, & ab hereditate patris allodiali ſeparatum eſt, repudiata hereditate paterna retinere. Refragari item videtur & illud, quod cum hereditas ex parte adiri, & ex parte repudiari non poſſit, *l.* 1.*ff.de adquir.hered.* non magis adgnatus quàm filius jus repudiandi hereditatem allodialem habeat. [b] Etſi enim non levis cenſuræ authores exiſtiment, diſtinctionem inter filium & adgnatos, *ſub d.tit.*45. *&* *tit.*51. propoſitam, de feudo hereditario accipiendam eſſe, inter quos eſt etiam D. Mynſinger. *C.*3.*obſervat.*67.Gayl.*lib.*2.*obſerv.*154. Borch. *ad uſ.feud.cap.*7.*num.*94. alij verò ſint, qui loca illa de feudo ſimpliciter, abſq; mentione heredum vel liberorũ conceſſò, intelligi debere contendant; nos tamen d. diſtinctionem de feudo tantùm ex pacto & providentia exaudiendam & interpretandam eſſe, ſeqq. rationibus evincimus. Primo namq; IC. dd. locis ſcribit, quòd poſſit adgnatus repudiare defuncti Vaſalli hereditatem, & ſolum feudum retinere, quod de feudo hereditario dici nequit, per ea quæ tradit Hartm. Piſt. *lib.*2 *quæſt.*1.*nu.*72. *&* *quæſt.*14. *nu.*45. ſiquidem ſucceſſionis & ejuſdem effectus reſpectu pro re reputetur hereditaria, allodiali, & parte hereditatis, per not. *ad th.præced.* quam adire, & aliam partem repudiare non licet. *l.*1. *&* 2.*de adquir.hered.* Deinde cum feudum hereditarium ſit improprium feudum, quod naturam ſuam (ut ſit & æſtimetur jure hereditario) ex ſpeciali inveſtituræ pacto habet, ita Laud. & alij *ad tit.*8.*§.hoc quoque,*1.*feud.* argument. *tit.*1.*§.cum verò &* *§.hoc quoque.*1.*feud.* Camerar. *ad tit.*55.*§.præterea Ducatus.*2.*feud.p.*774. *&* 787. Gayl. *obſerv.*154.*nu.*7.*lib.*2. *&* Hartm. Piſtor. *d.q.*1.*num* 42.*lib.*2. textus autem *dict.tit.*45. *&* *tit* 51.*§.filius.*2.*feud.* ſint generales, de proprio certè feudo, cui ejuſmodi pactum adjectum non eſt, atque ita de feudo ex pacto & providentia intelligi debent, non de feudo hereditario. Siquidem, ut in dubio feudum præſumitur eſſe propriũ, *t.*2.*§.ult.* 2.*feud. l.*69. *in pr.ff.de leg.*3.

ita &

Digitized by Google

ita & textus generales & dubij accipi debent de feudo proprio non hereditario, argument. *l.5. l.4.l.5.l.8.ff.de LL.* Ex quibus efficitur, præallegatos textus de feudo ex pacto & providentiâ accipiendos eſſe, ut ſcilicet filio, repudiatâ hereditate patris defuncti allodiali, illud retinere non liceat, adgnato vero hoc liberum ſit; feudum autem hereditarium, neq; filius, neq; aliis adgnatis retinere concedatur, niſi reliquam ſimul hereditatem adeant, cum pars ſit hereditatis, quæ in totum vel adiri vel repudiari debet. Etſi verò filius, ſi feudum à patre relictum retinere velit, ejuſdem etiam hereditatem adire ſit obſtrictus: Si tamen defunctus Vaſallus, exheredato filio feudali ſucceſſore, alij hereditatem ſuam teſtamento dederit, & inſtitutus ille heres hereditatem adierit, filius autem exheredationi adquieverit, feudum ex pacto & providentia retinebit, licet non ſit patris heres in allodio. Vt enim filius, repudiatâ patris hereditate, retinere ſolum feudum non poſſit, in honorem patris conſtitutum eſt, ne ſcil. ſine herede moriatur, & bona illius cum ejus ignominia publicè diſtrahantur: quæ ratio cum ceſſet, quando condito teſtamento alium habet heredem, & proprio quidem judicio, ceſſare quoq; debebit jus ipſum, per hanc rationem introductum, per vulg. & ea, quæ in terminis docent Iacob de Belviſ. Bald. Alvarot. Frid. Schenck. *ad tit.45.2.feud.* Dec. *conſil.*208. Ruin. *conſil.17.num.*11. *& conſil.* 149. *nu.* . *Vol.*1. quos ſequitur. Hartm. Piſtor. *d.lib.2.quæſt. num.* 40. Quod etſi interpretes extendant etiam ad filium teſtamento patris præteritum, ſi is factæ præteritioni adquieverit: item ad caſum, quo patris hereditas multo ære alieno gravata, vel planè exhauſta eſt, ut his etiam caſibus repudiatâ patris hereditate filius feudum retinere poſſit, erroris tamen vel hinc ſatis arguuntur, quòd eò caſu, quo pater Vaſallus filiumfam. præteriit, teſtamentum ipſo jure nullum eſt, filius præteritus, legitimus patris heres exiſtit, *l.1.ff.de injuſt.rupt.irrit. teſtament.l.30.ff. de* *ib. & Poſt.l.1.de ſuis & legit.* cum vice verſa priori caſu, quo pater filium exheredavit, & is exheredationi adquievit, teſtamentum ratum manet, *l.8.l.ſi conditione,l.17.l.ſi proponas 23.§. ul-* *m.ff.de inoffic.teſtament.l.ſi quis.34.in fin. & l ſi quando.35. §.generaliter. Cod.dict.tit.* Caſu rò illo, quo pater nihil in bonis reliquit, filius hereditatem ipſius idcircò repudiare nequit, quod hoc expreſsè ideò conſtitutum ſit, ut pater Vaſallus certum ſucceſſorem habeat, qui æs alienum creditoribus diſſolvat, *dict.tit.45.2.feud.* Quæ ratio cum æquè hic militet, idem etiam s ad eundem hunc caſum vires ſuas exercere debet, ne id quod ad obligandum eſt introductum, ad liberandum trahatur, contra *l.qui hominem 34.§.penult.ff.de ſolut.l.cum is.32.in prin.* *.ff.de cond.indeb.* & id quod ad unum effectum eſt inventum, operetur contrarium, contra 4. *ff.de adim.legat.*

Ex jam dictis ſubſequentis etiam quæſtionis reſolutio dependet, an Vaſallus, feudi ſucceſſor, æs alienum à defuncto Vaſallo contractum, exſolvere ſit obſtrictus? ut ſcilicet æquè filius indiſtinctè, ſi feudum paternum retinere velit, patri in reliqua hereditate allodiali ſuccedere, & conſequenter illius debita exſolvere teneatur, [a] quamvis inventarium deſuper confecerit; [b] Adgnatus autem feudum quidem paternum, ſi ſit ex pacto & providentiâ, retinere, & allodialem hereditatem reliquam repudiare poſſit, & proindè nec debitum defuncti hereditarium ſolvere cogatur. [c] 36

Textus expreſſus *in dict.tit.45.2.feud.* [b] ut contra quoſdam hujus limitationis authores patronos, quos citat, rectè defendit Hartm. Piſt. *d.quæſt.2.num.*45. Vult. *de feud.lib.1.c.9.nu.* etſi enim inventarij confectio heredem à damno hereditario liberet. *l.communis, l.ultim. C.* *ur.delib.* diverſum tamen eſt de jure feud. quo diſponitur, ut ſi filius feudum retinere velit, n damnoſam patris hereditatem adire, & omne æs alienum à patre contractum exſolveneatur, *d.t.43. 2.feud.* Adhæc, *cum ibid. in §. ubi verò.* unicus ſolummodo caſus ſit exce, quo ab iſtiuſmodi onere filius relevatur, & defuncti patris debitum exſolvere non tene- quando ſcilicet adgnatorum conſenſu à domino inveſtitur quaſi de novo feudo, reliquos es caſus includi, & d. regulam in caſibus non exceptis omnibus & ſingulis confirmari

certiſſi-

certiſſimum eſt. *l.12.§.idem reſp.verſ.denique.ff. de inſtrum. vel inſtrum.leg. Novell.7.cap.2.* Dec.*ad l.t.de Regulis Iuris,num.*10.& ibidem Cagnol. *num.*31. Deniq; cum finis diſpoſitionis *d.tit.45.hic ſit*, ut pater ignominia liberetur, & honor illius conſervetur per filium ſolventem æs alienum ab eo contractum, is certè tolleretur, ſi inventarij confectione filius hinc ſe eximere poſſet; quodque unâ viâ foret prohibitum, eſſet permiſſum per aliam, contra *leg.7.§.fin.ff. qui & à quibus manumiſſ.lib.non fiant.* [c] *d. tit.45.2.feud.* Ad quod tamen obligatur adgnatus, ſi feudum, in quod ſuccedit, fuerit hereditarium Mynſing. *C.5.obſerv.67.* Gail. *lib.2.obſerv.* 154. Schrad. *de F.part.7.cap.7.nu.*33. vel ſi ſit quidem feudum ex pacto & providentiâ, ſed tempore mortis Vaſalli fructus feudalitij extent. Ex illis enim defuncti Vaſalli creditoribus ſatisfacere obſtringitur, *tit.45.in prin.verſ.ſed in fructibus,2.F.*

37 Similiter & ſecundò in dubium vocatur, an feudum liberis imputetur in legitimam? Et quamvis iterum ex Interpretibus quidam diſtinguant inter feudum novum, & vetus feudum; [a] nos tamen hiſce non obſtantibus, indiſtinctè in legitimam feudum imputari dicimus, ſi fuerit hereditarium, nunquam autem, ſi ſit ex pacto & providentiâ.

[a] Iac. Thoming.*q.2.num.*12. & alij, quos longâ ſerie refert Hartm. Piſt. *lib.2.q.38,num.6.* & poſt eum Vult. *lib.1. cap. 9. num.116.* qui indifferenter feudum novum in legitimam imputari volunt, etiamſi fuerit ex pacto & providentiâ: tum quod militia, cujus quoddam genus feudum eſſe dicunt, in legitimam imputetur, *l.30.§.imputari,C.de inoff.teſt.* tum quòd ejuſmodi feudum, ut contractu patris quæſitum, obtineat inſtar peculij profectitij, arg. *l. profectitia, l.5. in princ.ff.de jur.dot.* cujuſmodi peculium, ut omnia reliqua, quæ patris contemplatione conceduntur, in legitimam imputantur *l.filis 18.Cod.fam. Erciſc.* [b] certi etenim & indubitati juris eſt, quòd pater Vaſallus feudum filiis ſuis abſq; ullâ ordinatione liberum tenetur relinquere, tex.expreſſ.*in t.8.in pr.1.F.* qui locus cum generaliter loquatur, certè etiam de feudo novo intelligi debet, *per l.ſi ſervitus 23.* vbi Dd. *ff.de ſerv.urb prad.l.ſemper 147.de Reg.Iur.* & vulgatum illud theorema; quòd ubi jus non diſtinguit, neq; nos diſtinguere debeamus, *l.3.in fin.ff. de offic.præſid.* Adhæc, cum in legitimam imputentur, quæ ex propria patris ſubſtantiâ & patrimonio proveniunt, *l.29.C.de inoff.teſt.* feudum ex pacto & providentia, etiamſi novum fuerit, in legitimam non imputabitur. Cum non ſit de propriâ patris ſubſtantiâ, ſed ab ea in lib. F. ſeparetur, ut arguit *text.tit.41.2 F.* & domini concedentis beneficio, legisq; feudiſticæ diſpoſitione, filiis primi inveſtiti adquiratur, text. expreſſ. *tit.1.§.& quia vidimus, verſ.ſic progreſſum eſt,1.F.tit.23.in fin.t.18.2.F.& probat* Ang. Cuman. Caſtrenſ. *ad l.ſi patroni 55.ff.ad Senatusconſultum Trebell.* Bald.*conſil.100.lib.5.* & alij quos citat Hartm. Piſtor. *d.quæſt.38.num.4.* & D. Vult. *d.cap.9.num.116.* [c] feudum enim hereditarium filius habere nequit, niſi ſimul patris heres fiat, per deducta ſuperius; vnde in legitimam imputatur, ſive antiquum ſit, ſive novum fuerit, ut docent interpretes vno ore omnes, ſicuti ſcribit Thoming. *d.q.2.num.*10. & Hartm. Piſtor. *d.quæſt.38.nu.*3.

38 Nec minus controvertitur & illud, an filiabus defuncti Vaſalli, quamvis in feudum non ſuccedant, ex ipſo tamen feudo legitima præſtari debeat? Circa quam quæſtionem, etſi iterum nonnulli ex Dd. diſtinguāt, inter feudum ex pacto & providentiâ & feudum hereditarium; [a] Nos tamen æquè illud indiſtinctè negandum eſſe ducimus. [b] Excepto caſu, quo novum feudum patris pecunia fuit emptum; tunc etenim ex feudi illius æſtimatione, legitimam filiabus eſſe præſtandam, feudo penes fratres remanente, ut de jure verius, ita æquius eſſe ſtatuimus. [c]

[a] Vt ſcilicet ex feudo, ſi ſit ex pacto & providentiâ, nunquam debeatur legitima, ſive vetus fuerit, ſive novum; ſin feudum hereditarium ſit, ex illius æſtimatione filiabus legitima ſit præſtanda, ita poſt alios docent Burſat. *conſil.132.num.30.* & 31. Thoming. *deciſ.2.num.14.* [b] cum

enim

enim legitima illis tantùm ſit præſtanda, qui ab inteſtato ſuccedunt, non aliis. *l. 6. §. ſi quis, ff. de inoff. teſt. l. cum quæritur. 6. & l. parentibus. 8. C. d. t. l. 2. l. ſi mater 17. C. de inoffic. donat. l. 4. verſ. cum enim, Cod. de lib. prater. l. cum ex filio 39. ff. de vulg. & pup.* & filiæ neq; ad hereditarij, neq; ad feudi ex pacto & providentiâ ſucceſſionem admittantur, conſequens eſt, ex nullo ho-um legitimam ipſis deberi, Ita contra Thoming. docet Hartm. Piſt. *d. quæſt. 38. nu. 35. & ſeqq.* ibi Abbatis & Capicij authoritates pro hac concluſione adducit, & variis argumentis in con-rarium à Burſat. & Thoming. adductis prolixè Reſpondet, [c] legitima enim debetur liberis ex propriâ ſubſtantiâ defuncti patris, *Novell. 1. in pr. §. primum itaque, & Novell. 18. c. 1. verſ. ſi ve-ò ultrà, l. quoniam 29. in fin. & l. ſcimus 36. in princ. verſ. repletionem, C. de Inoff. teſtam.* Cum ergò æſtimatio ſive precium empti feudi ſit ſubſtantia defuncti patris, æquum certè & juſtum erit, ut ex feudi empti æſtimatione filiabus legitima præſtetur; & iniquum foret admodum, privari filias legitimâ, eò, quod pater ſubſtantiam ſuam, ex quâ legitimâ ipſis debebatur, in emptionem feudi convertit. Facit huc cum primis, quod licet extraneo alicui [e] vel uni ex li-beris parens univerſa bona inter vivos donaverit, reliquis tamen liberis legitima ſalva manet, *l. 2. & t. t. C. de Inoff. donat.* Vnde etiam, quando pater totam ſuam ſubſtantiam pro feudi emptione erogat, atq; ita univerſum patrimonium in ſolos filios per donationem confert, ſal-va manere debet filiabus legitima, arg. *l. cum hic ſtatus 32. §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor.* pro uâ ſententia Thoming. Bart. & aliorum authoritates allegat, licet eandem rejiciat Hartman. Piſtor. *d. quæſt. 38 num. 45.* & Collegij cujuſdam Iuridici reſponſum in contrarium ibid. addu-cat. Sed quid dicendum de eo caſu, quo pater ſua pecunia filio feudum & emit, & tradidit, ni-hilominus autem filiæ legitimam ſalvam & integram habent. An ſimiliter feudi illius æſti-mationem ſororibus ſuis, in feudum non ſuccedentibus frater, conferre ſit obſtrictus? Et hoc ipſi negativam de Iure veriorem eſſe indubitanter aſſerimus. Quando enim pater pro filio ſuo, quem in poteſtate habet prædium vel aliam rem propriis ſuis nummis comparat, ſimpli-cem donationem in eum confert. l. Cum hic ſtatus 32. *§. 1. de donat. int. vir. & ux. l. filiæ 18. C. fam. Ercis.* Quia autem ſimplicem patris donationem (quæ morte ipſius hodiè confirmatur ex Iuſt. conſtitutione *in l. donationes. C. de donat. int. vir. & ux.*) filius præcipuam habet, quam conferre non tenetur, *l. pen. §. ult. C. de collat.* Neq; etiam filius æſtimationem feudi patris pe-cuniâ empti, ſibiq; traditi, ſororibus ſuis in diviſione conferre tenebitur, ut probant poſt alios Matth. de Afflict. *ad t. 55. 2. F. §. præterea Ducatus.* Diſſentiüt tamen Dd. communiter, quos re-fert & ſequitur Schrad. *de F. p. 7. c. 5. num 45.* Wurmbſ. *libr. pr. obſer. t. 50. obſer. 9.* qui hujuſmodi feudi æſtimationem à fratribus conferendam eſſe ſcribunt. Cum autem filius non teneatur conferre æſtimationem feudi à patre empti ſibiq; traditi, multo minùs conferre tenebitur feu-dum paternum ſive antiquũ, uti poſt Bart. *in l. 1. §. nec Caſtrenſe, ff. de collat. bon.* ſentit Wurmb-ſ. *d. obſerv. 9.* aut feudum novum beneficio domini concedentis adquiſitum: ſiquidem bona tantùm profectitia conferri debeant, *l. 3. & 4. l. filiæ 12. l. 16. 17. & ult. Cod. de collat.* & quicquid patri ita datum eſt, ut poſt ejus mortem ad filium tranſeat, exemptum ſit à collationis neceſſi-tate, *l. 1. §. ſi ab ipſo, l. 2. §. id quoque, ff. de collation.*

Eſt & illa utilis, multumque notabilis quæſtio, an filius univerſali fidei-commiſſo gravatus, feudum etiam, à patre relictum fideicommiſſario reſti-tuere cogatur? Quod de feudo quidem hereditario (ut ſcilicet reſtitutioni ſubjaceat) affirmandum: [a] de feudo autem ex pacto & providentiâ vice verſa negandum eſſe putamus. [b] 39

[a] Quia æſtimatur Iure hereditario, de quo rectè pater teſtatur *per alleg. ad theſ. 34. lit. d.* [b] Si-quidem nulla ordinatio in hoc feudo valeat, *text. in t. 8. in princ. t. F.* Et licet non deſint ex Dd. qui hoc feudum à filio reſtitui debere contendunt, ſi relictum ſit per fideicommiſſum uni ex ſucceſſoribus feudalibus, eam tamen ſententiam reprobat, & refutat Clar. *lib 3. ſentent. §. feu-dum, quæſt. 85. num. 3.* Graff. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 50.* ſiquidem pater ne quidem uni ex ſuis feudum adimere, & alteri filio, quantumvis ſucceſſori feudali, largiri poſſit, *d. t. 8. in prin. t. 1. F.*

Digitized by Google

40 Haud ineptè hoc loco tractari poteſt, anceps hæc quæſtio, an etiam jus accreſcendi in feudis locum habeat? In quâ quæſtione explicanda diſtinguimus inter feudum novum, quod duobus vel pluribus conjunctim eſt datum à domino, & inter aliud quodcunque feudum, quod ſucceſſione pluribus obvenit, ſive novum ſive vetus illud fuerit.

De hac quæſtione vide quæ latè ſcribunt poſt alios, Curt. Iun. *tract. F. p. 2. quæſt. ult. nu. 70. & ſeqq.* Clar. *lib. 4. ſentent. §. feudum, quæſt. 77.* Schrad. *tractat. feud. p. 7. c. 1.* Vult. *lib. 1. de feud. cap. 9. num. 119.*

41 Quòd ſi namq; duobus vel pluribus conjunctim novum feudum, etiam ab Imperatore conceſſum fuerit, horum uno deficiente ſine liberis, pars illius cæteris non adcreſcit, ſed ad dominum revertitur; [a] niſi ita ſit conceſſum, ut ſinguli id haberent in ſolidum, vel ut uno abſque herede maſculo mortuo, pars illius ad alterum pertineret; vel deniq; uni fratrum ſimul habitantium dominus accepta communi pecunia feudum utriuſque nomine promiſerit, ſciens & fratrum & pecuniæ illius conditionem. [d] His enim caſibus uno deficiente, portio illius jure adcreſcendi, vel, ut volunt, non decreſcendi jure ad conjunctos pertinet.

[a] texr. expreſſ. *in t. 1. §. cum verò Conradus, verſ. quod ſi communiter tit. 14. §. ſi duo fratres, 1. F. t. 12. in princ. 2. F.* Et quamvis contrarium defendant Dd. communiter in feudo novo (quod ab Imperatore conjunctim duobus eſt datum) in quo Iuri accreſcendi locum eſſe, & deficientis Vaſalli portionem ad cæteros pertinere contendunt, Clar. *quæſt. 77. num. 2. & 3.* Eveth. *in Topic. loco à contrario ſenſu, num. 28.* Schrader. *d. cap. 1. num. 11.* qui ſuam hanc opinionem ſatis muniri autumant textu *l. un. Cod. ſi liberalit. Imper. ſocius, &c.* Vbi Imper. reſcribit, uno ex his, quibus communiter quid ab Imperatore donatum eſt, ſine herede mortuo, ad conſortem illius, deficientis partem pertinere; Item per *l. 3. D. de Conſt. Princip.* vbi dicitur, quòd beneficia Imp. quàm pleniſſimè interpretari debeamus: Contrariam tamen ſententiam Iuri Feud. magis conſonam eſſe apertè ſatis arguunt textus prius allegati, quibus generaliter diſponitur, portionem feudi novi, conjunctim duobus conceſſi, ſi unus horum deficiat, alteri ſocio non adcreſcere, neq; diſtinguitur inter Principem & quemvis alium feudum concedentem: eamq; ſententiam ex Interpretibus defendunt Alvarot. *ad d. t. 20. num. 9. lib. 1. F. &* poſt Cur. & Salic. *in l. un. C. Quan. non pet. part.* Laſ. *in l. ſi mihi* 110. *num. 7. de verb. oblig.* Molin. *in addit. ad Alex. conſil. 20. num.* 8 *vol. 1.* Soarez. *in theſ. recept. ſent. Lit. F. nu. 68.* [b] *arg. l. 1. §. interdum, ff. de uſufruct. adcreſc.* Vbi quod de uſuſructu dicitur, ad feudum etiam, quod eſt inſtar uſusfructus, porrigi debet, *t. 23. in fin. 2. F.* Ita docent etiam Bald. *ad t. 8. 1. F.* Curr. Iun. *de F. p. 2. c. de feud. latcor. num. 78.* Clar. *d. quæſt. 77. num. 3.* Iaſ. *p. 8. num. 27.* Roſenthal. *in ſynopſ. cap. 7. concluſ. 127.* Duaſ. *lib. 1. de Iur. adcreſ. cap. 15.* Feudum autem duobus conjunctim datum in ſolidum ſingulis concedi intelligitur, ſi hoc pacto conſtituatur ſive promittatur, ut quamdiu ipſi vel eorum heredes maſculi vivant, feudum illud habeant; vel ut poſt amborum demum mortem nullis relictis eorum liberis, ad dominum feudum illud redeat, arg. *t. 118. in fin. 2. F.* vbi dicitur, quod in caſu propoſito, ſi poſteaquam feudum per Inveſtituram ambo adquiſierint, vnus moriatur ſine liberis, pars illius ad alterum ſuperſtitem pertineat; Quod cum receptum ſit ex tali pacto in feudo adquiſito, multò magis receptum videri debet in feudo eâ pactione tantùm promiſſo, nec dum adquiſito: Quippe quod in uſufructu, cujus inſtar eſt feudum, jus accreſcendi difficiliùs locum habeat, poſt vſumfructum jam adquiſitum & rurſus amiſſum, quam antè eum adquiſitum & amiſſum. *l. 1. §. interdum tamen. verſ. ſed in uſufr. ubi gl. ff. de uſufr. accreſ.* Præpoſ. *ad t. 18. 2. F. in princ. num. 2.* Schrad. *tract. F. p. 7. c. 1. nu. 4. 13. &* 14. ubi alios refert. Similiter feudum pluribus ſimul conceſſum, ſingulis in ſolidum conceditur, ſi id duobus reis ſtipulãdi datum fuerit, *§. ex hujuſmodi, Inſtit. de duob. reis ſtip. l. 2. & 3. §. 1. ff. de duob. reis ſtip.* Sed obſtat, quòd

quod in uſufructu, cui feudum aſſimilatur, duo rei ſtipulandi fieri non poſſunt, *l. ſi id quod* 15. *ff. de duob. reis conſtit.* Deniq; ſi dominus in feudi conſtitutione dixerit; Hoc feudum concedo vobis duobus, & cuilibet veſtrum vel hoc modò: vobis omnibus & ſingulis, vel ita, vtrique veſtrum prædia hæc in feudum concedo, ſingulis illud in ſolidum dominus concedere præſumitur. Cum etenim dictio (cuilibet) orationem diſtribuat in ſingulas perſonas in ſolidum, *l. ſi pluribus* 44. *in princ. de Leg.* 2. *l.* 32. *§. cum in plures, ff. de Recept. qui arbitr. recep.* Nomen item ſinguli diſtributivum ſit, & eandem vim habeat, *l. ſi ex toto* 8. *§. ſi ita de Leg* 1. *l. ſi Stichum* 16. *§.* 1. *de Verb. obl.* Dictio denique UTRIQVE ejus ſit naturæ, vt orationem ſolidam in ſingulos ſeparatim & conceſſivè conferat, *l. creditor* 60. *§. duobus, ff. Mandati, l. reſcriptum* 10. *§. ſi pacto,* ubi latè Alex. *ff. de Pact. l. quadam* 132. *in princ.* & ibid. gl. *ff. de Verb. oblig. l. ſi duas.* 6. *§. ſecundò* ..., & *§. utrique. ff. de excuſ. tut. l. qui duos* 9. *in princ. ff. de reb. dub.* & arguit contraria dictio, Neuter) quæ orationem in ſingulos privativè confert, *l.* 49. *§. ult. ff. de Recept. qui arbit. recep.* Omnibus hiſce caſibus feudum ſingulis in ſolidum conceſſum eſſe cenſetur; vt proindè uno deficiente, puta morte vel repudiatione, Iure adcreſcendi, deficientis illius pars ad ſuperſtitem pertineat, isq; à domino totum feudum petere poſſit, Schrad. *d. c.* 1. *nu.* 15. & 21. vbi plures refert. [c] per text. *in d. t.* 12. *in pr.* 2. *F. t.* 18. *§. ult. t.* 14. *§. ult.* 1. *F.* [d] Cùm enim frater fratri in adquiſitum ejuſmodi feudum novum ſuccedat, *t.* 20. 1. *F.* certè etiam, ſi vnus fratrum ante adquiſitionem illius feudi deficiat, ſuperſtiti portio illius adcreſcere debet, quippè, quod (vt tactum ...rius) in ſimili jus adcreſcendi facilius locum habeat, ante vſumfructum adquiſitum, quam poſt ejus adquiſitionem, *d. l.* 1. *§. interdum. Verſ. ſed in uſufructu.* vbi gloſſ. *ff. de uſufruct. accreſ.* Schrad. *d. cap.* 1. *num.* 24. Idem dicimus de caſu, quo duobus fratribus feudum aliquod ideò fuit promiſſum, quoniam ambo communibus equis & armis dominum contra hoſtem juverint, *per d. t.* 20. *in fin.* 1. *F. juncta, d. l.* 1. *d. §.* & *Verſ. ff. de uſufruct. accreſ.* Quamvis diverſum ſtatuamus, ſi feudum fratri in hunc finem ſit promiſſum, vt armis & equis, quos cum fratre communes haberet dominum juvet, *per text. d. t.* 12. *§. quod ſi cum equis.* 2. *F.*

Sin feudum ad plures ſucceſſionis jure pertineat, [a] uno horum ſucceſſorum ſine maſculà prole deficiente, [b] portio illius ad cæteros, qui ſuſceperint feudum, adcreſcendi jure pertinet [c] 42

[a] Veluti ſi defunctus tres relinquat filios, qui in feudum æqualiter ſuccedunt, *t.* 8. *in pr.* 1. *F.* ...at ſi Vaſallus, qui paternum poſſedit feudum, duos vel tres adgnatos ex primo adquirente deſcendentes relinquat, quibus ſimiliter omnibus ſuccedendi jus in feudum æqualiter competit, *t.* 11. *§ his Verò, t.* 45. & *t.* 50. *§. ex latere,* 2. *feud.* [b] Qui vel moriatur priuſquam adgnoſcat feudum, vel qui repudiet jus ſuccedendi in feudum, [c] ſive ſuccedatur in feudum ex teſtamento, ...ijs ſcilicet caſibus, quibus teſtari de feudo licet (cò, quòd LL. Romanis citra controverſiam jus adcreſcendi locum habeat in heredibus teſtamentariis, *l. un. §. his ita, C. de cad. toll. Juncta* ... *ex duabus* 53 *§.* 1. *de adquir. hered.* proindeq; ad heredes etiam feudales, teſtamento inſtitutos, extendi debeat, arg. *t.* 1. *§. ſtrenuus,* 2. *F.*) ſive ſucceſſio in feudum fiat ab Inteſtato; Nam ...e communi in legitimis etiam hereditatibus jus adcreſcendi locum habet, *l.* 9. *ff. de ſuis* & *leg.* Item in bonorum poſſeſſionibus, vt proinde hoc commune jus ad feuda merito porrigatur, cum contrarium placitis F. non ſit diſpoſitũ, *d. t.* 1. 2. *feud.* Idq; in ſpecie ſcribit Crotus *ad l. conjunctis* 83. *num.* 3. *de Leg.* 3. & Andr. Gail. *lib.* 2. *de pac. pub. cap.* 14. *num.* 15. Fichard. *autem conſil.* 6. *nu.* 1. *Vol.* 1. Zaſ. *in Epit. F. p.* 8. Roſenthal. *in ſynopſi F. c.* 5. *concluſ.* 134. Vult. *de F. lib.* 1. *cap.* ... *num.* 119. etſi fateantur, vacantem portionem illis adcreſcere, qui in feudo ſuccedunt, negant tamen propriè eſſe jus adcreſcendi, quando Vaſallus, legitimus feudi ſucceſſor, deficientis portionem adquirit, ſed illud ſucceſſionis jus potius eſſe affirmant, eo, quod jus adcreſcendi locum ...tùm habeat in his, quæ teſtamento relicta ſunt, *l. un. §. his ita,* & *§. hæc omnia, Cod. de Cad. toll.* Quorum opinio manifeſtè refellitur, *per d. l.* 3. *§. ult. ff. de bon. poſſ.* & *l.* 9 *ff. de ſuis* & *legit.* per ea quæ docet Duaren. *libr.* 1. *de Iur. adcreſc. cap.* 14. & Donell. *libr.* 7. *commentar. cap.* 12. *princip.*

Expoſitâ feudi ſucceſſione legitimâ & teſtamentariâ, paucis nunc agendum 43

dum de inveſtituræ renovatione, quâ vetus feudum, ſucceſſione adquiſitum, in perſonâ ſucceſſoris renovatur, [a] & per eandem à ſuccedente retinetur, [b] atque recognoſcitur. [c]

[a] Sicut enim per inveſtituram, quæ fit de feudo novo, feudum primò adquiritur, t.32. §. novam, t.22. in princ. 1. feudor. ſic & per inveſtituram de feudo veteri, adquiſitum ſucceſſione feudum renovatur, t.1. in fin. t.33. in princ. 2. F. [b] Qui namq; ſucceſſor feudi per primi adquirentis, puta patris, vel avi ſui inveſtituram in feudum ſuccedit, tit. 14. §. ſi capit. anei. 1. F. non tam adquirere, quam feudum, prius etiam ſibi per primum inveſtitum adquiſitum, retinere dicitur, tit.36. & 45. in princ. 2. F. tit.5. in princ. 1. F. [c] l.1. §. ſi quis, ff. de nov. op. nunc. & ſcribit Cujac. ad tit.4. 2. F. Schurff. conſ.84. nu.3. Cent.1. Rol. à Vall. conſil.1. nu.88. Vol.1.

44 In hac autem inveſtituræ renovatione conſideramus, tum qui illam petere teneantur, item per quem & à quo eam petere poſſint: tum quando ea ſit petenda, & à quo peti debeat: tum deniq; quæ ſit illius petendæ ſolemnitas, quis item effectus omiſſionis hujus inveſtituræ.

45 Inveſtituræ renovationem petere tenentur omnes, qui in feudum ſuccedere intendunt; adeò, ut ſi plures ſint, qui feudum ſuſceperunt, vel qui feudum aliquod pro indiviſo poſſident, ſinguli inveſtituram petere, & fidelitatem domino facere obſtringantur. [b]

[a] Sive filij ſint defuncti Vaſalli, ſive fuerint ejuſdem proximi adgnati, tit.24. in princip. verſ. & econverſo tit.23. §. de veteri autem, 2. feud. t.22. in princip. 1. F. [b] tit.55. §. præterea, 2. F. & arguit diſertè in titul.26. §. omnes filij, particula maximè quæ ejus eſt naturæ, vt caſus orationi duos includat, vnum implicitè, alterum explicitè, & de utroque jus idem ſtatuat, l. ult. C. und. lib. l. actio 47. ff. de neg. geſt. Gloſſ. in l. illud 32. in verb. æſtimari, ff. ad L. Aquil. Bertach. in repert. lit. M. verbo, maximè, Iacob. de S. Georg. tract. F. in verb. qui quidem inveſtiti, num 22. pag.57. col.1. Wurmbſ. libr. pract. obſervat. tit.50. obſervat.35. & Hartman. ab Eppingen lib. pract. obſervat.19. in princip. Cujac. tamen ad tit.9. libr.3. F. ſcribit, feudi ſucceſſores, qui indiviſum feudum poſſident, non teneri viritim inveſtituram petere, & fidelitatem facere, ſed ſufficere fidelitatem unam, per tex. tit.52. §. præterea, ibi, diviſi vel dividendi, t.77. in extraord. cc.

46 Petere autem tenentur feudi ſucceſſores inveſtituram & fidelitatem domino facere, vel ipſi & per ſe, vel per procuratorem [a] cum ſpeciali mandato, domino etiam ignorante & invito ad hoc conſtitutum, [b] ab ipſo feudi domino, ſi mutetur perſona Vaſalli, vel à domini ſucceſſore, ſi ipſe dominus deceſſerit. [c]

[a] c.1. §. Verum, t. de ſtat. Regular. in 6. & arguit id, quod de nova Inveſtiturâ diſponitur, eam per procuratorem expediri poſſe, in t.3. §. ſed utrum ipſe, & t. 58. §. item ſciendum, verſ. item Inveſtitura, 2. feudor. Idq; in ſpecie docet Alvarot. ad t.26. §. omnes filij 2. feud. eumq; ſecutus Iacob. de S. Georg. tract. feud. in verb. qui quidem inveſtiti, 2. F. & Hartm. Piſt. libr.2. quæſt.47. num.12. [b] per allegata ad theſ. præced. lit. b. Quod ſi plures ſint feudi ſucceſſores, illi omnes ſimiliter vnum eligere poſſunt, qui accepto relinquorum ſpeciali mandato feudum recognoſcat, & fidelitatem domino juret, quod Germaniæ conſuetudine receptum eſſe teſtatur Zaſ. in ep. feud. p.7. num.10. Hartm. ab Epping. d. t.55. obſ.19. & Wurmbſ. d. t.50. obſerv.35. [c] text. in t.24. in princ. t.32. §. de vetori autem, 2. feud. t.22. in pr. 1. F. Ratio autem, cur renovatio Inveſtituræ peti debeat, quotieſcunq; domini vel Vaſalli perſona mutatur, hæc eſt, ne longinquitate temporis obſcuretur & dubium reddatur jus domini, arg. c. longinquitate 12. q.2. & l. plures 19. C. de Fid. Inſtr. Sylv. de feud. recog. quæſt.12. Quodq; fidelitatis juramentum, cui præſtando obſtrictus eſt Vaſallus, ad ſucceſſores (cum perſonale ſit vinculum) non tranſeat, Clar. in §. feudum, q.49. nu.1. Weſemb. de F. t.8. n.23. & Hart. Piſt. lib.2. q.47. nu.1. Quòd ſi mortuo feudi domino

mino plures ſint illiu s ſucceſſores, integrum eſt Vaſallo poſtulare, vt ipſi ſucceſſores conſenſu
communi ſtatuant, cui ex illis fidelitas & ſervitium præſtari debeat, *arg. l. opera 23. §. 1. de oper.
ibert. l. 5. §. ſi tamen, ff. Iudic. ut. ſolu. l. 3. §. quod in tutoribus, ff. de adminiſtr. tut. l. quod ſi 31. §. ſi
lures, ff. de ædil. edict.* Iac. de S. Georg. *tr. F. in verb. qui quidem Inveſtits, nu.* 28. Sonsb. *ad uſ. F.
. 11. n. 16. verſ. contra verò,* Hart. Piſt. *lib. 2. quæſt. 47. nu.* 22. Siquidem Vaſallus pro vnico feudo
lures dominos habere non cogatur, tex. *in t. 55. §. præterea Ducatus, 2. F.* & facit, *l. 2. de exercit.
ct.* & ea quæ eleganter admodum in hanc ſententiam ſcribit Fr. Schenck. *ad t. 26. §. omnes
lij, 2. F.*

Deinde petenda eſt inveſtituræ renovatio intra tempus jure præfini- 47
um, & quidem à pagano intra annum & diem, [a] à milite verò intra annum
& menſem, [b] à tempore quo Vaſallus mortem domini, vel mortem Vaſalli
heredes illius cognitam habuerint, computandos. [c]

[a] *t. 24. in prin. t. 40. in pr. t. 52. §. ult. t. 55. in prin. verſ. præterea ſi quis, 2. F.* [b] *t. 22. in princ. 1. F.*
Iac. de Belvi. & Alvarot. *ad t. 24. & ad t. 40. 2. feud.* Zaſ. *in Epit.* F. *p. 7. num.* 1. Sonsbec. *de F. p. 11.
n. 7.* Clar. *d. §. feudum, quæſt. 49. nu.* 2. Hartm. ab Epping. *d. t. 54. de feud. obſerv.* 12. Mynſing. *C. 5.
obſer. 9. in pr.* Weſemb. *de F. c. 8. n. 3.* Cujac. *tamen ad t. 21. lib. 1. F. &* Hotom. *ad t. 22. in princip.*
corrigunt ibid. text. & pro verbis (annum & menſem) legendum eſſe ſcribunt, annum & diē;
Verum enimverò cum non omnis Vaſallus miles ſit, vt arguit *d. t. 21. & 22. 2. F.* & apparet ex
o, quòd clericus etiam & fœmina feuda habere poſſunt, qui tamen ad obeunda militiæ mu-
era planè inhabiles ſunt, & aliâs haud rarò milites favore dignos Iura judicent, *l. 1. & t. t. ff. C.
& Inſt. de teſt. milit. l. ult. in princ. C. de Iur. delib. l. milites 8. C. de quæſtion.* diſtinctionem illam
ter paganum & militem, communi Interpretum calculo receptam lubenter admittimus;
maximè cum etiam textus *d. t. 22. in pr. 1. feud.* non de omni agat Vaſallo, ſed tantùm de Vaſal-
milite: quippe quòd conſtitutio Lotharij Imp. quæ incipit *à t. 19. libr. eod.* & cujus pars quæ-
um eſt *d. t. 22.* tota ſit de milite Vaſallo, vt probat Rub. & inſcriptio ejuſdem. [c] *per text. t. 24.
pr. & t. 40. in princ. 2. F.* Id quod & Iuris civilis ratione æquiſſimum eſt, *per l. 2. ff. Quis ord.
bon. poſſ. ſerv. l. 2. C. Qui admitt. ad bon. poſſ.* quod ſi igitur vel Vaſallus ignoret ſubtractum
ſe ab hac luce feudi dominum, vel Vaſalli mortem ipſius heredes feudi ſucceſſores ignora-
rint, nihil eis iſthæc ignorantia periculi creat, *arg. t. 9. §. donare, verſ. porrò 2. F. l. 2. Cod. qui ad-
it. ad bon. poſſ. l. 2. in pr. verſ. cæterum, ff. quis ord. in bon. poſſ. ſerv. l. etſi 8. de adminiſt. tut.* Hart.
Epp. *d. t. 54. obſ. 11. &* Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 48. nu. 8.* Mynſing. *C. 5. obſ. 9. nu. 5.* Sed an dominus
mpus hoc legitimum, Iure præſcriptum, diſſentiente Vaſallo, arctare & conſtringere, vel idē
ad invito Vaſallo prorogare poſſit, quæritur? Et verius eſt, id minimè licere domino: tum
òd dilatio ex cauſa alicui conceſſa, invito auferri non poſſit, *l. 2. l. 4. §. ſi quis, ff. de Re. jud. l.
ulter 5. C. ad l. Iul. de adult.* & debitum in diem, ab invito debitore ante diem exigi nequeat,
um qui 41. §. quoties, & l. ſeq. l. quoties 49. de verbor. obligat. §. omnis ſtipulatio, Inſtit. d. t. tum
am, quòd dominus & Vaſallus ad paria tenentur, *t. 6. in fin. & tit. 33. §. 1. 2. F.* vt proindè, ſic
Vaſallus intra præfinitum tempus Inveſtituram petere cogitur; ita quoque dominus intra
em tempus illum inveſtire jubeatur, neq; de hoc invito alterutro recedere liceat, *per t. 7. 1. F.*
it *l. contractus. ff. de R. I. &* probat Iac. de S. Georg. *d. loco in verb. qui quidem Inveſtits, nu.* 33.

Porrò ut certo & definito tempore, ſic & loco opportuno, in domini
ilicet territorio, & quidem habitationis ejuſdem conſuetæ loco, petere
betur Vaſallus renovationem Inveſtituræ, [a] humiliter & devotè, [b] vel
preſsè promittendo fidelitatem domino, [c] vel tacitè offerendo ſeſe ad
omiſſionem fidei feudalitiæ. [d]

[a] *arg. l. 39. ff. de ſolut.* & ſcribit Schrad. *de feud. p. 6. c. 3. num. 10. & 20.* Laud. *ad tit. 22. lib. 1. F.* 48
v. de feud. recogn. q. 18. Vaſallus igitur dominum extra territorium ſequi non tenetur, niſi is
rit in loco vicino, quo ſine magno ſumptu venire poſſit, arg. *l. Mævia 13. ff. de an. legat. l. ſed
§. 2. ff. de Procur. l. 4. §. ſi tam vicinum, ff. de dam. infect.* Curt. Iun. *de F. p. 4. nu.* 48. Schenck.

ad t.24.nu.72. F.Schneidvv.*de feud.p.5.nu.*50. [b] *per text.t.23.* *Verſ.quomodo enim,2.F.* [c] *text.in t.24.in pr.2.F.* [d] *text.in t.22.in pr.1.F.t.52.in fin.* & *t.55.in pr.§.praeterea ſi quis,2.F.*

49 Solemnitatem renovationis inveſtituræ quod attinet, requiritur, ut teſtes adhibeantur, ſi non pares curiæ, quos nova inveſtitura deſiderat. [a] tamen extranei, [b] & fidelitas vel cum juramento promittatur, ſi fuerit ejuſmodi feudum, cujus inveſtitura jusjurandum exigit, [c] vel ſine juramento, nuda promiſſione fidelitatem Vaſallus polliceatur, ſi tali pacto fuerit adquiſitum. [d]

[a] per àllegata *ad diſp.praeced.* [b] *text.in tit.32.§.de Veteri* 2.F. [c] *t.40.in princip.2.F.* Quòd ſi Vaſallus domino & illius ſucceſſoribus jam antè juraverit, tum mutato domino, à novo juramento liberatur, *c.Veritatis, extra de jurejur.* Iac.de S. Georg. *tract.F.dd.* *Verb. qui quidem inveſtiti,num.*35. [d] *t.3.in fin.* & *t.24.§.1.2.F.* Laudemium tamen Vaſallus domino offerre & præſtare non cogitur, niſi id vel inveſtituræ pacto cautum ſit, vel conſuetudine alicubi receptum fuerit, Iac.de S.Georg.*d.loco num.*58.Sylv.*de feud. recog. quaeſt.*20. Henning. Gœd. *conſil.* 25.Hartm. Piſt.*lib.*1.*quaeſt.*50.*nu.*61.

50 Effectus omiſſionis inveſtituræ renovationis hic eſt, quòd Vaſallus, qui citra juſtam cauſam, ex incuria vel negligentia doloſa, intra præfinitum tempus illam petere neglexerit, feudum amittat. [a] dominus verò, qui intra legitimum tempus inveſtire Vaſallum ſine juſta cauſa recuſet, proprietatem rei feudalis perdat. [b]

[a] *text.in t.24.in pr.* & *t.40.in pr.ibi,ipſum perdant,2.F.juncto t.52.§.ult.* & *t.55. in princip. Verſ.praetereà,eod.* Quòd ſi juſta cauſa intervenerit, quare inveſtituram non petierit, feudo non privatur: vt ſi contigerit mors Vaſalli prope finem anni, quo caſu æquum eſt, ejus ſucceſſori redintegrari tempora ex ſuâ perſonâ: ſi item intervenerint capitales inimicitiæ, id eſt, bellum, quod Vaſallus exercet cum alio: vel Reip. cauſa Vaſallus abſit: aut nondum infantiam exceſſerit, *d.t.22.in prin.1.F.* Diſſentit Zaſius *de feud.part.7.num.*9. [b] *arg.t.26.§.domino committente,* & *t.47.juncto t.6.§.ult.2.F.* & ſcribit Iac.de S.Georg.*d.priùs loco,num.*40.

Class. V. Disput. XIX.

DE IURE, QVOD EX FEUDO ipſi Domino, itemq; Vaſallo competit.

THESIS I.

DICENDUM nunc de jure, quod ex feudo ipſi domino, itemque Vaſallo competit Et primò quidem de jure Domini.

2 Ius domini quatuor potiſſimum continetur rebus: ut ſunt tum fides, & obſequium à Vaſallo præſtandum: tum juriſdictio in Vaſallum, ſervitium à Vaſallo exhibendum.

3 Fides illa circa hæc ſex verſatur; Incolume; tutum, honeſtum, utile, facile, poſſibile Incolume, ne alter alterius corpori ſit damno: tutum, ne alter alteri ſit damno de ſecreto ſuo, vel de ſuis munitionibus, per quas tutus

eſſe

:ſſe poteſt: Honeſtum, ne alter alteri ſit damno de ſuâ juſtitiâ, vel de aliis :auſis, quæ ad honeſtatem ejus pertinere videntur: Vtile, ne alter alteri ſit lamno de ſuis poſſeſſionibus: Facile, ne alter alteri difficile faciat bonum il-ud, quod facere leviter poteſt: Poſſibile, ne alter alteri impoſſibile faciat, |uod ei eſt poſſibile.

dict. tit. in princ. lib. 2. feud. Vide tract. meum *de jure Domini & Vaſalli, quod ex feudo ipſis ompetit, cap. 1.*

Sed quia non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat, quod bonum eſt, iccircò 4
n ſex prædictis conſilium & auxilium Vaſallus Domino præſtabit.

dict. t. 6. §. ſed quia non ſufficit. lib. eod. feud.

Nunquam ergo Vaſallus contra Dominum in conſilio ſcienter erit, vel 5
ıcto, quo vitam aut membrum Dominus amittat, vel in perſona aliquam :cipiat læſionem, vel injuriam vel contumeliam; aut amittat aliquem ho-orem, quem habet, aut habiturus eſt. Et ſi ſcierit, aut audierit quòd quiſ-uam tale quid moliatur contra Dominum, pro ſuo poſſe id avertat, aut ſi on poſſit ſaltem ei, quod ejuſmodi malum immineat, confeſtim nunciet, : quantum poteſt, auxilium in hoc præſtet. Adhæc, ſi contigerit, ut Do-inus rem, quam jam habet, aut habiturus eſt, injuſtè aut fortuitò amittat, ea conſervanda, aut amiſſa recuperanda, & recuperata omni tempore tinenda, eum juvet. Præterea, ſi Vaſallus ſciverit, quòd Dominum juſtè iquem offendere intendat, generaliter vel ſpecialiter requiſitus, auxiliũ præſtare paratus erit. Quòd ſi etiam Dominus Vaſallo aliquid de ſecre-manifeſtaverit, illud ſine ejus licentiâ nemini pandat, nec ut pandatur :iat. Denique ſi Dominus à Vaſallo ſuper facto quodam conſilium po-ılaverit, illud ei dabit conſilium, quod ei videbitur magis expedire. Et ınquam Vaſallus ex perſona ſua, quid ſcienter faciat, quod ad Domini |uriam, aut contumeliam pertineat.

tit. 7. Verſ. ego juro, lib. 2. feud. vide tractat. meum *de jure Domini, itemq; Vaſalli, quod ex feu-ipſis competit, cap. 1.*

Quod ſi Vaſallus hæc non præſtet, feloniam committere, ſive facere, di-ur. 6

tit. 26. §. domino, tit. 37. in princ. & tit. 47. lib. 2. feud.

Cauſa obſequij, ſive reverentię, quam Vaſallus domino ſuo debet, [a] non 7
teſt Vaſallus contra dominum famoſam actionem inſtituere, [b] aut in ıli cauſa modica, vel criminali teſtimonium dicere. [c]

[a] *tit. 22. Verſ. Curia autem, ibi, ſalvâ reverentiâ, & t. ſeq. Verſ. Quomodo enim, ibi,* Vaſallus m humiliter, quàm devotè, quam benignè, quàm fideliter erga dominum ſuum debeat ſe ere, *lib. 2. feud.* [b] *tit. 24. §. item ſi delator, & tit. 33. §. ſimiliter lib. 2. feud. facit l. Qui accuſa-in fin. ff. de accuſat.* [c] *dict. tit. 33. §. ſimiliter Vaſallus, & §. ſequent. libr. eod. facit l. liber-m 12. Cod. de teſtibus l. 4. ff. eodem l. pridem 6. Cod. de quaſtionib. l. poſt legatum. 5. §. His ad-Verunt, ff. de his, quæ ut indign.* Cujacius tamen *ad d. tit. 33. §. quidam tamen, libr. 2. feud.* :imat, in cauſa civili modica licere Vaſallo adverſus dominum teſtimonium dicere. Idem q; ſentire videtur Eg. Baro *in methodo ad Ortenſium de beneficiis, lib. 3. cap. 3. p. 373. in princ.* : tract. meum *de jure Domini, itemq; Vaſalli, quod ex feudo competit. cap. 1.*

Sed

8 Sed quæritur, an Vaſallus dominum ſuum abſque petitâ veniâ in jus vocare poſſit? Negata concluſio nobis placet.

Cum enim Vaſallus obſequium & reverentiam domino ſuo debeat, vt priùs fuit oſtenſum, certè nec in jus eum vocare abſq; veniâ priùs petitâ fas illi fuerit, per generalem text. *in l. generaliter 14 ff. de in jus vocand. & l. 2. C. eod. tit.* Confert huc, quòd nec libertus patronum ſuum abſq; veniæ petitione in jus vocare poteſt, *l. 4. §. 1. l. adopt. 8. §. 1. ff. dict. tit. d. l. 2. C. eod. & §. ult. Inſt. de pœnâ temerè litig.* quodq; patrono dominus, & liberto Vaſallus in multis juris noſtri partibus ſimilis eſt, Everhard. *in Topic. legalib. in loco à liberto ad Vaſall.* Eodem quoq; pertinet, quod Vaſallus ratione controverſiæ feudalis juriſdictioni domini ſubditus eſt: ſiquidem eum judicem habeat, *tit. 55. §. ultim. lib. 2. feud.* Deniq; hanc ſententiam amplectuntur Specul. *tit. de feud. §. quoniam, nu. 33. verſ. 17. quæritur,* Guido Papa *deciſ. 551. num. 1.* Matth. de Afflict. *deciſ. 265. num. 36.* Oldendorpius. *Claſſ. 1. act. 4.* Zaſ. *in epit. feud. part. 7. num. 49.* Addit. ad Hartmanni ab Epping. *obſerv. 44. tit. 44. de feud.* Diſſentit Mynſinger. *cent. 4. obſerv. 92.* Andreas Gayl. *libr. ſingul. de pignor. at. obſervat. 15. num. 4.* Fichard. *in addit. ad communes opin.* Villalob. *lit. V. verb. Vaſallus ſine veniâ.* Kirch. *in theſauro commun. opin. lit. V. verb. Vaſallus poteſt dominum.* Hermann. Vult. *lib. diſcept. ſcholaſtic. cap. 1. pag. 30. & ſeq.* qui nobis in eo errare videtur, quod exiſtimat, antiquitus vocare in jus nihil aliud fuiſſe, quàm propriâ authoritate manibus injectis rerum adverſarium in jus rapere: cum tamen contrarium pateat ex *l. quamvis 11. l. ſatisque pœnæ. 19. l. ſed etſi is, 21. ff. de in jus vocand. l. ſi quis 5. ff. de judic. l. 2. & tot. tit. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit,* & ſentit Iohan. Robert. Aurel. *libr. 3. ſentent. cap. 1.* Iohan. Vaud. *lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 26.* & Donell. *ad l. venum 22. num. 3. ff. ſi cert. pet.*

9 Et licet Mynſingerus, & Andreas Gayl. negatam ſententiam in Camerâ Imperiali ſcribant [a] ſervari; tamen tutiùs fuerit prius, à judice veniam agendi impetrare. [b]

[a] *Citatis ad præcedentem, theſin locis.* [b] Tum quia jus illud deſiderat, vt prius oſtendimus: tum quia Weſembec. in paratit. *ff. de in jus vocand. numer. 6.* ſcribit: affirmantem ſententiam uſu ſervari; tum quia ſæpe in Camera Imperiali Vaſallos hanc veniam petiiſſe obſervatum ſcimus.

10 Quod attinet juriſdictionem domini in vaſallos, poteſt eam explicare Dominus in controverſiis feudalibus, quæ inter convaſallos natæ dicuntur.

Tit. 18. Apud quem, vel quos, libr. 1. feud. tit. 34. tit. 65. §. Præterea ſi inter duos, libro 2. feudor. cap. ex tranſmiſſa, extr. de foro compet. & c. Cæterum, extr. de judic. Cammergerichts Ordnung *part. 2. tit. 7.* Andreas Gayl, *lib. 1. obſervat. pract. obſervat. 29. numer. 1.* vide tractat. meum *de jure domini & Vaſalli, quod ex feudo ipſis competit, c. 1.* ubi ad contraria reſpondetur, & variæ quæſtiones vtiliſſimæ de juriſdictione feudali, proponuntur, & explicantur.

11 Servitium domino à Vaſallo præſtandum regulariter militare eſt, licet de eo in inveſtitura nihil ſit actum; [a] vel eſt aliuſmodi in ipſa feudi conceſſione, vel inveſtitura definitum. [b]

[a] *per tit. 1. §. notandum eſt autem, tit. 5. in princ. tit. 7. tit. 19. in princip. tit. 20. tit. 21. libr. 1. F. tit. 12. tit. 21. & tit. ſeq. t. 26. §. beneficium, t. 56. t. 55. §. firmiter. lib. 2. feud.* [b] *t. 23. in fin. lib. eodem feud.* De ſervitiis domino præſtandis, vide *d. tract. meum. cap. 1.*

12 Non tamen niſi à domino vocatus, præſtare ei ſervitia tenetur Vaſallus.

[a] *dict. tit. 21. in princip. verſ. nam ſi ſteterit, lib. 1. feud. tit. 26. §. licet Vaſallus, t. 37. §. ultim. & t. 55. §. Firmiter, lib. 3. feud.* Sic patrono ſuo libertus non niſi requiſitus operas præſtare tenetur, *l. ſi quis 13. §. judicium, l. cum patronus 22, in princ. ff. de oper. libert.*

Et

Digitized by Google

Et poteſt Vaſallus etiam per alium, virum tamen idoneum, ſervitia ſua 13
domino præſtare.

tit.26.§.ſi quis,& tit.55.§. Firmiter.lib.2.feud. vide dict. tract. *meum, cap.1.*

Eſt ei quoque liberum redimere ſervitium præſtando dimidium feuda- 14
lis reditus annui.

d. tit.55. §.firmiter, lib.2.feud.

Suis autem non domini ſumptibus præſtare Vaſallus domino ſervitia 15
tenetur, [a] modo lautum, & pingue ſit feudum. [b]

[a] *argum.l.ſuo victu.18.l. quod niſi,20.ff.de oper.libert.* poſt alios Schrader. *part.9.ſecundæ partis princ.ſect.5. nu.28. & 31.* vide dict. tract. *meum, cap.1.* [b] *argum. l.aut certè.19.ff. de oper. libert.* Zaſ. *in epitom. feud. part.7.nu.44.& ſequent.* Borcholt. *cap.1. nu.26.* Roſenthal. *in ſynopſi jur. feud. cap.8. concluſ.30.*

Eatenus tamen Vaſallus militare ſervitium præſtare domino bellum 16
moventi tenetur, quatenus juſta ex cauſa contra aliquem arma capiat; [a] ut
& ſi dubitet juſta an injuſta ſit cauſa.

[a] *tit.7.verſ.Et ſi ſcis vero te velle,& tit.28.in princ.lib.2.feud.* [b] *d.tit.28.in princ. ibi,dubitatur, libro eodem feud.& facit.l.3.§.cauſa cognita, ff.de Carbon edict.*

Quòd ſi dominus ab alio prematur bello, licet cauſa domini injuſta 17
hanc moverit guerram, attamen defendere dominum tenetur, non etiam
offendere hoſtem ejus cogitur.

dict. tit.28.verſ.ſed cum palam eſt, lib.2.feud.

Jubetur autem Vaſallus contra omnes militare ſervitium domino præ- 18
ſtare; [a] excepto Imperatore, vel Rege; [b] excepto item domino antiquiore. [c]

[a] *tit.7.in prin.ibi,contra omnem hominem,& tit.28. §.ult.lib.2.feud.* [b] *d.tit.8. in prin.lib. eod.* [c] *dict.tit.28. in fin.*

Nec contra ſeipſum Vaſallus ſervire domino cogitur. 19

Tum quia nulla legis autoritate permittitur cuiquam ſeipſum perimere, *can. de occidendis,23.quæſt.5.* tum quod ordinata Charitas à quovis incipit, *l. Præſes 6. ubi* gl. Bald. & alii. *C.de ſervit.& aqua, can. ſi non licet.23. quæſt.5.* Tum poſtremo, quòd in omni generali conventione excipitur perſona loquentis, ut notant *ad l.Paulus 29. §.fin.ff. de pign.& hypoth. l.inquiſitio 18.C. de ſolut.* Atque hanc concluſionem amplectitur etiam Sonsbec. *part.11. num.42.* & Borcholt. *cap.7. num 41.*

Cæterùm anceps eſt quæſtio, utrúmne contra patrem ſuum Vaſallus do- 20
mino ſervitia præſtare armata teneatur? Nobis negata concluſio haud
diſplicet.

Tum quia ipſum naturale jus, quod ſemper firmum, atque immutabile manet, ut divina providentia conſtitutum, *§.ſed naturalia, Inſtit.de jure naturali, gent.& civil.* ſeriò præcipit. ut liberi parentibus ſuis pareant, *l. 2.ff. de juſt.& jur.* tum quia ſatius eſt, ut filius parentis potiùs ſaluti conſulat, à quo poſt Deum vitam eſt ſortitus, Eccleſiaſtic. *cap.2.* quàm in necem patris dominum juvet, à quo fundum unum atque alterum poſſidet: Tum quia pater & filius una eademq́ue cenſentur perſona *l. ultim. Cod. de impub.& aliis ſubſtitut.* Tum quia Vaſallus contra antiquiorem dominum auxiliari novo domino non poteſt, *tit. 28. §. ultim. libr. 2. feudorum*: Tum quia juvare Vaſallus dominum tenetur in his, quæ ad domini honeſtatem pertinere videntur, *tit.6. lib.2. feud.* tum etiam quia adverſus ſuam patriam ei ſervire non tenetur, *argum.l.minimè.35.ff. de relig.& ſumpt. funer.* ergo nec adverſus patrem, *argum. l. 2. ff.de juſtit.& jur.* Atque hanc concluſionem amplectuntur Zaſ. *in epitom. feud. part.7.* Frid.

Schenck.Baro, *ad tit.28. §. ult. lib.2. feud.* Franciſc.Sonsbeck *in comment. in uſus feud. part.11. nu.36. & ſeqq.* Iacob. Cujac. *lib.4. de feud. ad tit.31.* Sed obſtare videtur *text. in tit.7. in princ. ibi, contra omnem hominem, excepto Imperatore, & in tit.29. in fin. lib.2. feud.* vide tract. meum de jure Domini *& Vaſalli, ex feudo quod ipſis competit. cap.1.*

21 Nec etiam adverſus ſuum filium bellicam operam domino præſtare Vaſallus cogetur.

Tum quia non minor eſt impietas patris occidentis filium, quam filii necantis patrem *l.1. ff. de leg. Pomp. de parric.* tum quia filius eſt caro, & ſanguis atq; ita portio ſui patris, *l. cum ſcimus 22. in fin. C. de agricol. & cenſit lib.11. l. ult. C. de impub. & aliis ſubſt.* Tyraq. *de jure primogen. quæſt.40. nu.31. & ſeq.* Tum poſtremò, quia parens propter ſummum erga liberos amorem non dubitabit pro ipſis proprium etiam profundere ſanguinem, And. Tyraq. *in præfat. ad l. ſi unquam C. de revocand. donat. nu.7. & ſeqq.* Atque hanc ſententiam, probant quoq; Sonsbec. *d. part.11. nu.35.* Baro à Tautenberg. *ad d. tit.28. §. ult. lib.2. feud. &* Zaſ. *d. part.7. nu.27.* ſed obſtat. *text. in d. tit.28. §. ult. lib.2. feud.*

22 Neque etiam, ut opinamur, contra ſuum fratrem, [a] licet Sonsbeck. [b] & Baro à Tautenberg [c] diſſentiant.

[a] Nam inſidias ſtruere vitæ fratris non minor eſt impietas, quàm necare patrem, aut filium, *l.1. ff. de leg. Pomp. de parricid.* Et humanitatis ac religionis ratio non admittit, ut frater fratris vitæ inſidias ponat, *arg. l. humanitatis 23. C. de excuſat. tut.* Accedit, hìc, quòd fratres ex eodem parentum ſanguine ſunt orti; quodq; Charitas fraterna juris eſt naturalis, quod nullo jure civili dirimi poteſt. *l. jura ſanguinis 8. ff. de reg. jur. & §. ultim. Inſt. de legit. agnat. tutel.* quod deniq; nulla extranea amicitia poteſt eſſe tam felix, quin fraternitatem imitetur, *Quintil. declam.320.* Quo pertinet illud Saluſtii: Quis amicior, quàm frater fratri. [b] *dict. part.11. nu.40.* [c] *ad d. t.28. §. ult. lib.2. feud. per illum text.*

23 Nunquid autem Vaſallus ſuis quoq; ſumptibus extra patriam ſive territorium domini, bellicam ei præſtare operam tenetur? Dd. quidem id communiter negant, [a] nobis autem affirmata ſententia potior eſt, ſi reditus feudi ſumptibus illis par fuerit. [b]

[a] Bernhar. Wurmbſ. *lib. pract. obſervat. tit.50. de feud. obſervat.31.* Ioan. Borcholt. *in commun. in uſus. feud. cap.1. num.27.* Henric. à Roſenthal. *cap.8. concluſ.31.* [b] per generalem tex. *in tit.23. in fin. & titul.54. de allodiis, in fin. lib.2. feud.* Et quia votum cujuſque prudentes Ducis eſt, ne ſua in ditione, ſed in hoſtis territorio bellum gerat, certè in ipſa feudi conceſſione, & inveſtitura id tacitè actum intelligitur, ut ſuo quoque ſumptu Vaſallus extra domini territorium ei militet. Ad hæc, quia Vaſallus non quotannis cum domino in militiam abire neceſſe habet, ſed multis ſæpe annis domini in quiete deliteſcit, haud iniquum fuerit penſari cum hoc commodo, incommodum illud, *argum. l. ex conducto 15. §. Papinianus, ff. locati. l. licet.8. & l. exceptio.18. C. de locato, & c. propter, extr. d. tit.* Accedit in confirmationem noſtræ aſſertionis votum Ferd. Vaſquii *lib.1. controverſ. illuſtr. cap.6. num.4.* Sed obſtare videtur text. 1. *Corinth.9. cap. & in can. jus militare, diſtinct.1. & in can. Quid culpatur, verſ. Et Chriſtus, 23. quæſt.1.* Tum etiam text. *in titul.107. in extraord. capit.* Vide Anton. *diſput. feudal. 7. theſ.6.* Rudinger. *lib.1. quæſt. feudal.50.*

24 Vocatur & illud in quæſtionem, teneaturne dominus reſarcire Vaſallo damnum, quod in bello contraxit? Vt ſi equos ſuos & arma amiſerit. Negata ſententia veritati proprior eſt.

Per l.2. §. ſi conſervatis. ff. de lege Rhod. de jact. & l. contractus 23. in fine. ff. de reg. jur. Atque ita ſentiunt Innocent. *ad c. Sicut, extr. de jurejurand.* Ferrar. *in practica aurea, in forma libelli, quo agitur ad revocationem feudi, in verb. Contra debitum fidelitatis juramentum. nu.9.* Barth. Camerar. *in repetit. l. Imperialem, t.55. de prohib. feudi alienat. per Frider. pag.87.* & Ioh. Borcholt. *cap.1. nu.27. Rudinger. lib.1. quæſt. feudal.30.*

Atque

Digitized by Google

Atq; hæc de opera militari. Aliud miniſterium in inveſtitura definitum, 25
el ſpecialiter eſt expreſſum, vel indeterminatè promiſſum.[a] Et feudum, ex uo ſpeciale aliquod ſervitium præſtatur, conditionatum appellant feuum, Germanicè Ein Geſchechen.[b]

[a] *Titul. 2. §. præterea, & titul. 23. in fin. lib. 2. feudorum.* [b] Zaſ. *in epitom. feud. part. ltim.*

Specialiter expreſſum ſervitium multiplex eſt, atq; aliud in alio Vaſallo; 26
eluti, ut diebus feſtis uxorem domini in templum euntem honoris cauſa omitetur: [a] ut hoſtilitatis tempore portas claudat, & aperiat; [b] ut tempoe nundinarum Francofurtenſium mercatores alioſq́; per provinciam donini deducat; [c] Vt certis diebus domino in ejus menſa miniſtret: [d] Vt temore belli unum, duoſve equos domino ſuppeditet, &c.[e]

[a] *dict. t. 2. §. præterea, lib. 2. feudor.* [b] De hoc ſervitio Zaſ. *in epit. feud. part. ult.* [c] Eſt hoc ervitium in provinciis Germaniæ uſitatiſſimum, [d] Laudenſ. *ad d. t. 23. nu. 12. lib. 2. feud.* [e] Iaobin. de S. Georg. *de feud. in verb. Et promiſerunt, nu. 28.*

Honeſtum tamen & poſſibile, ut ſit ſervitium, jura deſiderant, non tur- 27
e, aut impoſſibile. [a] Vnde ſi convenerit in inveſtitura, ut Vaſallus dominum latrocinia exercentem juvet, vel ei prædam agitanti, aut in lupanari urpiter viventi miniſtret, non obligatur ad tale ſervitium.[b]

[a] *per §. ſi impoſſibilis, & §. quod turpi. Inſtit. de inutilib. ſtipul. l. generaliter 26. ff. de verb. bl. l. nec prætermittendum 57. ff. pro ſocio. l. ſi remunerandi. 6. §. Rei turpis, ff. mandati. § rei urpis. Inſt. d. t. l. impoſſibilium 185 ff. de reg. jur. c. Nemo poteſt, t. eod. in 6.* [b] Ludolph. Schrad. *le feud. part. 2. c. 2. nu. 13. &* 15. Iohan. Borcholt. *de feud. c. 1. nu. 23.*

Sed pulchram habet quæſtionem, cum promiſſio turpis aut impoſſibilis 28
ervitii nullam producat obligationem, an & ipſa feudi conſtitutio nulla it? Et eam utilem eſſe ac validam pronunciamus;[a] Maximè verò ſi feudum am ſit traditum.[b]

[a] Tum quia feudi conſtitutio eſt principale, & licitum negocium, promiſſio autem illa eſt acceſſio quædam. Sed id quod principaliter agitur, ſpectari maximè debet, non quòd acceſſoriè tractatur *l. ſi procuratorem. 8. in prin. ff. mandati. l. 1. ff. de autor. tutor.* Tum quia utile per inutile non vitiatur, *c. utile non debet,* ubi Dyn. *t. de reg. jur. in 6. l. ut mihi 21. §. 1. ff. de leu. l. ſancimus 34. in princ. & l. ſeq. §. ſin autem, C. d. t. Novell. 162. c. 1. §. Et illud etiam. l. ſive generalis, 61. in prin. ff. de jure dot.* De hac quæſtione vide Schrad. *part. 2. cap. 2. nu. 14. & ſeqq.* ed obſtare videtur *l. pen. ff. de condict. ob turp. cauſ. l. 1. C. d. t. Titia. 134. in pr. ff. de verb. obligat.* [b] *per l. 3. l. 4. l. pen. ff. de condict. ob turp. cauſ. & l. 2. C d. t.*

Hinc ergo Vaſallus nihilominus eſt obligatus ad ea omnia, quæ fidelita- 29
tis forma comprehendit. Quinimo ſervitium illud turpe, aut impoſſibile commutandum eſt in honeſtum aliquod, vel poſſibile genus ſervitii.[b]

[a] Iacob. de Ardiz. *in epit. feud. cap. 33.* [b] Baro à Tautenberg. *ad t. 2. quid ſit inveſtitura, §. ult. nu. 1. lib. 2. feud.*

Eſt & illud hic notandum, quod Vaſallus promiſſo certo quodam ſervi- 30
tio alia ſervitia domino exhibere non tenetur, [a] ſcilicet præter ea ſervitia, quæ fidelitatis forma comprehendit, quæ nihilominus ſunt præſtanda.[b]

[a] *argu. l. maritus. 21. in fin. C. de procurat. l. ult. verſ. Et ſiquidem in dotali C. de pactis conventis tam ſuper dote, &c. & l. cum de lanionis 18. §. pen. ff. de inſtr. uel. vel inſtrum.* & facit huc quod incluſio unius, eſt excluſio alterius, *l. cum prætor 12. in pr. ff. de judic.* Menoch. *conſ.*

Digitized by Google

Schenck. Baro, *ad tit. 28. §. ult. lib. 2. feud.* Franciſc. Sonsbeck *in comment. in uſus feud. part. 11. nu. 36. & ſeqq.* Iacob. Cujac. *lib. 4. de feud. ad tit. 31.* Sed obſtare videtur *text. in tit. 7. in princ. ibi, contra omnem hominem, excepto Imperatore, & in tit. 29. in fin. lib. 2. feud.* vide tract. meum de jure Domini & *Vaſalli, ex feudo quod ipſis competit. cap. 1.*

21 Nec etiam adverſus ſuum filium bellicam operam domino præſtare Vaſallus cogetur.

Tum quia non minor eſt impietas patris occidentis filium, quam filii necantis patrem *l. 1. ff. de leg. Pomp. de parric.* tum quia filius eſt caro, & ſanguis atq; ita portio ſui patris, *l. cum ſcimus 22. in fin. C. de agricol. & cenſit lib. 11. l. ult. C. de impub. & aliis ſubſt.* Tyraq. *de jure primogen. quæſt. 40. nu. 31. & ſeq.* Tum poſtremò, quia parens propter ſummum erga liberos amorem non dubitabit pro ipſis proprium etiam profundere ſanguinem, And. Tyraq. *in præfat. ad l. ſi unquam C. de revocand. donat. nu. 7. & ſeqq.* Atque hanc ſententiam, probant quoq; Sonsbec. *d. part. 11. nu. 35.* Baro à Tautenberg. *ad d. tit. 28. §. ult. lib. 2. feud.* & Zaſ. *d. part. 7. nu. 27.* ſed obſtat. *text. in d. tit. 28. §. ult. lib. 2. feud:*

22 Neque etiam, ut opinamur, contra ſuum fratrem, [a] licet Sonsbeck. [b] & Baro à Tautenberg [c] diſſentiant.

[a] Nam inſidias ſtruere vitæ fratris non minor eſt impietas, quàm necare patrem, aut filium, *l. 1. ff. de leg. Pomp. de parricid.* Et humanitatis ac religionis ratio non admittit, ut frater fratris vitæ inſidias ponat, *arg. l. humanitatis 23. C. de excuſat. tut.* Accedit, huc, quòd fratres ex eodem parentum ſanguine ſunt orti; quodq; Charitas fraterna juris eſt naturalis, quod nullo jure civili dirimi poteſt. *l. jura ſanguinis 8. ff. de reg. jur. & §. ultim. Inſt. de legit. agnat. tutel.* quod deniq; nulla extranea amicitia poteſt eſſe tam felix, quin fraternitatem imitetur, *Quintil. declam. 320.* Quo pertinet illud Saluſtii: Quis amicior, quàm frater fratri. [b] *dict. part. 11. nu. 40.* [c] *ad d. t. 28. §. ult. lib. 2. feud. per illum text.*

23 Nunquid autem Vaſallus ſuis quoq; ſumptibus extra patriam ſive territorium domini, bellicam ei præſtare operam tenetur? Dd. quidem id communiter negant, [a] nobis autem affirmata ſententia potior eſt, ſi reditus feudi ſumptibus illis par fuerit. [b]

[a] Bernhar. Wurmbſ. *lib. pract. obſervat. tit. 50. de feud. obſervat. 31.* Ioan. Borcholt. *in commun. in uſus. feud. cap. 1. num. 27.* Henric. à Roſenthal. *cap. 8. concluſ. 31.* [b] per generalem tex. *in tit. 23. in fin. & titul. 54. de allodiis, in fin. lib. 2. feud.* Et quia votum cujuſque prudentes Ducis eſt, ne ſua in ditione, ſed in hoſtis territorio bellum gerat, certè in ipſa feudi conceſſione, & inveſtitura id tacitè actum intelligitur, ut ſuo quoque ſumptu Vaſallus extra domini territorium ei militet. Ad hæc, quia Vaſallus non quotannis cum domino in militiam abire neceſſe habet, ſed multis ſæpe annis domini in quiete deliteſcit, haud iniquum fuerit penſari cum hoc commodo, incommodum illud, *argum. l. ex conducto 15. §. Papinianus, ff. locati. l. licet. 8. & l. exceptio. 18. C. de locato, & c. propter, extr. d. tit.* Accedit in confirmationem noſtræ aſſertionis votum Ferd. Vaſquii *lib. 1. controverſ. illuſtr. cap. 6. num. 4.* Sed obſtare videtur text. *1. Corinth. 9. cap. & in can. jus militare, diſtinct. 1. & in can. Quid culpatur, verſ. Et Chriſtus, 23. quæſt. 1.* Tum etiam text. *in titul. 107. in extraord. capit.* Vide Anton. *diſput. feudal. 7. theſ. 6.* Rudinger. *lib. 1. quæſt. feudal. 50.*

24 Vocatur & illud in quæſtionem, teneaturne dominus reſarcire Vaſallo damnum, quod in bello contraxit? Vt ſi equos ſuos & arma amiſerit. Negata ſententia veritati proprior eſt.

Per l. 2. §. ſi conſervatis. ff. de lege Rhod. de jact. & l. contractus 23. in fine. ff. de reg. jur. Atque ita ſentiunt Innocent. *ad c. Sicut, extr. de jurejurand.* Ferrar. *in practica aurea, in forma libelli, quo agitur ad revocationem feudi, in verb. Contra debitum fidelitatis juramentum, nu. 9.* Barth. Camerar. *in repetit. l. Imperialem, t. 55. de prohib. feudi alienat. per Frider. pag. 87.* & Ioh. Borcholt. *cap. 1. nu. 27.* Rudinger. *lib. 1. quæſt. feudal. 30.*

Atque

Digitized by Google

Atq; hæc de opera militari. Aliud miniſterium in inveſtitura definitum, 25
vel ſpecialiter eſt expreſſum, vel indeterminatè promiſſum.[a] Et feudum, ex quo ſpeciale aliquod ſervitium præſtatur, conditionatum appellant feudum, Germanicè Ein Geſchen.[b]

[a] *Titul. 2. §. preterea, & titul. 23. in fin. lib. 2. feudorum.* [b] Zaſ. *in epitom. feud. part. ultim.*

Specialiter expreſſum ſervitium multiplex eſt, atq; aliud in alio Vaſallo; 26
veluti, ut diebus feſtis uxorem domini in templum euntem honoris cauſa comitetur:[a] ut hoſtilitatis tempore portas claudat, & aperiat;[b] ut tempore nundinarum Francofurtenſium mercatores alioſq́; per provinciam domini deducat;[c] Vt certis diebus domino in ejus menſa miniſtret:[d] Vt tempore belli unum, duoſve equos domino ſuppeditet, &c.[e]

[a] *dict. t. 2. §. preterea, lib. 2. feudor.* [b] De hoc ſervitio Zaſ. *in epit. feud. part. ult.* [c] Eſt hoc ſervitium in provinciis Germaniæ uſitatiſſimum, [d] Laudenſ. *ad d. t. 23. nu. 12. lib. 2. feud.* [e] Iacobin. de S. Georg. *de feud. in verb. Et promiſerunt, nu. 28.*

Honeſtum tamen & poſſibile, ut ſit ſervitium, jura deſiderant, non tur- 27
pe, aut impoſſibile.[a] Vnde ſi convenerit in inveſtitura, ut Vaſallus dominum latrocinia exercentem juvet, vel ei prædam agitanti, aut in lupanari turpiter viventi miniſtret, non obligatur ad tale ſervitium.[b]

[a] *per §. ſi impoſſibilis, & §. quod turpi, Inſtit. de inutilib. ſtipul. l. generaliter 26. ff. de verb. obl. l. nec prætermittendum 57. ff. pro ſocio. l. ſi remunerandi. 6. §. Rei turpis, ff. mandati. § rei turpis. Inſt. d. t. l. impoſſibilium 185 ff. de reg. jur. c. Nemo poteſt, t. cod. in 6.* [b] Ludolph. Schrad. *de feud. part. 2. c. 2. nu. 13. & 15.* Iohan. Borcholt. *de feud. c. 1. nu. 23.*

Sed pulchram habet quæſtionem, cum promiſſio turpis aut impoſſibilis 28
ſervitii nullam producat obligationem, an & ipſa feudi conſtitutio nulla ſit? Et eam utilem eſſe ac validam pronunciamus;[a] Maximè verò ſi feudum jam ſit traditum.[b]

[a] Tum quia feudi conſtitutio eſt principale, & licitum negocium, promiſſio autem illa eſt acceſſio quædam. Sed id quod principaliter agitur, ſpectari maximè debet, non quòd acceſſoriè tractatur *l. ſi procuratorem. 8. in prin. ff. mandati, l. 1. ff. de autor. tutor.* Tum quia utile per inutile non vitiatur, *c. utile non debet,* ubi Dyn. *t. de reg. jur. in 6. l. ut mihi 21. §. 1. ff. de don. l. ſancimus 34. in princ. & l. ſeq. §. ſin autem, C. d. t. Novell. 162. c. 1. §. Et illud etiam. l. ſive generalis, 61. in prin. ff. de jure dot.* De hac quæſtione vide Schrad. *part. 2. cap. 2. nu. 14. & ſeqq.* ſed obſtare videtur *l. pen. ff. de condict. ob turp. cauſ. l. 1. C. d. t. Titia. 134. in pr. ff. de verb. obligat.* [b] *per l. 3. l. 4. l. pen. ff. de condict. ob turp. cauſ. & l. 2. C d. t.*

Hinc ergo Vaſallus nihilominus eſt obligatus ad ea omnia, quæ fidelita- 29
tis forma comprehendit. Quinimo ſervitium illud turpe, aut impoſſibile commutandum eſt in honeſtum aliquod, vel poſſibile genus ſervitii.[b]

[a] Iacob. de Ardiz. *in epit. feud. cap. 33.* [b] Baro à Tautenberg. *ad t. 2. quid ſit inveſtitura, §. ult. nu. 1. lib. 2. feud.*

Eſt & illud hic notandum, quod Vaſallus promiſſo certo quodam ſervi- 30
tio alia ſervitia domino exhibere non tenetur,[a] ſcilicet præter ea ſervitia, quæ fidelitatis forma comprehendit, quæ nihilominus ſunt præſtanda.[b]

[a] *argu. l. maritus. 21. in fin. C. de procurat. l. ult. verſ. Et ſiquidem in dotali C. de pactis conventis tam ſuper dote, &c. & l. cum de lanionis 18. §. pen. ff. de inſtruct. vel inſtrum.* & facit huc, quod incluſio unius, eſt excluſio alterius, *l. cum prætor 12. in pr. ff. de judic.* Menoch. *conſ.*

Digitized by Google

216.*nu.*22.*lib.*3.& *conſ.*158.*num.*29.*Vol.*2. Accedit in confirmationem hujus pronunciati autoritas Dd. quos referunt, & ſequuntur Boreholt. *de feud.c.*1.*nu.*28. & Schrad. *d.part.*2.*c.*4.*nu.* 14. & *part.*6.*cap.*6.*num.*4. [b] argum. *l. quoties* 41.*ff. de obligat.* & *act. l. Verba teſtamenti.* 5.*ff.de aliment.* & *cibar.legat. l. quaſitum* 12. *§.penult.ff.de inſtruct.vel inſtrumen.legat.l.ſi Vero.* 8.*ff. de conſtit.pec.* Iacob de Ardiz. *in epitom.feud.cap.* 13. *in fin.* Schrader. *dict. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 15.

31 Quod ſi nominatim promiſerit Vaſallus ſervitium, quod ex naturâ feudi eſt præſtandum, cætera nihilominus domino ſervitia debet, quæ fidelitatis forma exigit.

Cùm enim ea ſervitia de feudi vel ſubſtantiâ ſint,vel inſeparabili ejus naturâ, remitti non poſſunt,*arg.l.Iulianus* 9.*§.ſed ſi quis rem, in fin.ff. ad exhib.* & *l. cum precario* 12. *in pr.ff. de precar.* Diſſentire videtur Schrad. *dict. part.*2.*c.*4.*nu.*15.& in contrarium facit,quod expreſſum facit ceſſare tacitum, *l.cum ex filio* 39.*§.filio,*ubi Bart. & alii.*ff.de Vulg.*& *pupill.ſubſt.* quodque expreſſio ſupervacua eſſe non debeat, *arg.l.ſi quando* 112.*in pr. ff. de legat.*1.

32 Sed quæritur conditionatum hujuſmodi feudum,proprium ſit, vel improprium? Improprium eſſe arbitramur.

Per text. *in tit.*2.*§.ult.ibi, aliquis tenor præter communem feudi rationem, lib.*2.*feud.gl.ad tit.*51.*§.ult.lib.cod.feud.* Zaſ.*part.ult.nu.*13. Ioh. Ferrar. *in uſib.feud.lib.*1.*cap.*6. Thomas de Marinis,*tit.*18.*de feud.hab.prop.feud.nat.* diſſentit Sonsbec.*p.*4.*n.*40. per definitionem feudi propoſitam *in tit.*23.*in fin. lib.*2.*feud.* ubi proprium feudum definiri putat. An Vaſallus ſit pro ſubdito habendus vide Dn. D.Beſold. *de Monarch.fol.m.*71.

33 Quod ſi indeterminatim ſervitium in inveſtitura promiſſum eſt, quomodo interdum promitti ſolet, [a] tunc Vaſallus ad honeſta quæcunque ſervitia obſtrictus rectè dicitur; [b] modo tamen moderata dominus ſervitia exigat. [c]

[a] *tit.*23. *in fin.lib.*2.*feud.* [b] Verba enim generalia,cùm omnia comprehendant *l. ſi ſervum* 27.*§.* & *non negat.ff.ad legem Aquiliam, l. a procuratore.*13.*C.Mand.* generaliter intelligi debent. *l.regula.*9.*§. ult.ff.de jur.* & *fact.ignorant.l.*1.*§.cum urbem.ff.de offic.perf. urb.* etiamſi major ſit ratio in uno quàm in alio, Tyraq. *nu.*117. & *ſeqq. in præfation. ad l.ſi unquam.*8. *C. de Revocand.donat.* & *in tractat.de retract.lignagier.gloſſ.*14. *num.*101. & *ſeqq.* [c] *argum. l. ſi libertus* 30.*ff.de oper. libert.* Laudenſ. *ad d.tit.*23.*nu.*14. *lib.*2.*feud.* Iacob. de Ardizon. *in dict. Sum.ſive epitom. feud. cap.*67.

34 Sed anceps quæſtio eſt,utrum Vaſallus dominum ſuum egenum alere teneatur nec nè? Affirmantium autem partes ſequi nihil dubitamus, [a] ut teneatur Vaſallus duntaxat, pro quantitate feudi, non ultrà, domino ſuo præſtare alimenta, [b] & quidem ſingulis annis partem duntaxat dimidiam redituum feudi, ſi tantum alimenta domini deſiderant. [c]

[a] Libertus enim patrono ſuo alimenta præſtatur cogitur *l.ſi quis liberis.§.ſolent judices,* & *§§.ſeqq.ff.de agnoſc.* & *alend. liber.*qui niſi ei præſtiterit,in ſervitutem revocatur *l.alimenta.*6.*§.*1. ubi Bart. & alii,*dict.tit.* Liberto autem Vaſallus,& patrono dominus feudi æqui paratur. Deinde probatur idem etiam hoc ipſo,quod donatarius inopem donatorem alere tenetur, gl. *ad l.ult.in Verb.Solverit,quam ibi* Dd.communiter ſequuntur. *C.de Revocan. donat.* Accedit huc quòd Vaſallus dominum ſuum incolumem ſervare tenetur *tit.*6.*lib.*2.*feud.*quodque in neceſſitate, qualis eſt egeſtas & fames, quæ inter neceſſitates enumeratur *l.* 1. *C. de oper. libert.* & *c.*3. *extr.de Furt.* Et inter neceſſitates primùm ſibi locum vendicat, ut patet. *ex l.*2. *C. de parent. qui fil. ſuos diſt.* & *l. ſancimus*31.*Verſ.excepto Videlicet C.de SS.Eccleſ.*& latè oſtendit Tyraquell. *in tractat. de pœn. temp. cauſ.*33. domino ſuo ſubvenire Vaſallus cogitur, *tit.*26. *§. licet Vaſallus lib.*2.*feud.* Adhæc Iuris autoritas arguit, æquum eſſe præſtari alimenta, qui dominus

Digitized by Google

dominus bonorum aliquo caſu futurus eſt. *l. 1. §. totiens autem, verſ. æquius enim eſt. ff. de vent. in poſſeſſ. mitt.* Cum ergo dominus feudi, & durante feudo, proprietatis ſit dominus, & certis caſibus, etiam juris utendi fruendi rebus feudalibus, ſit futurus dominus, veluti cùm nullis relictis feudi ſucceſſoribus decedit Vaſallus, vel ob Vaſalli culpam in dominum commiſſam, feudum revertitur ad dominum: certè æquum eſt, ut ipſi egenti Vaſallus ex feudo alimenta præſtet. Inſuper Vaſallus ex feudi reditibus domino ſervire tenetur, *per text. in tit. 54. in fin. de Allod. ibi, aut pro quantitate feudi ſtipendia militiæ perſolvendo & tit. 55. §. firmiter etiam ibi, vel dimidium reditus feudi. lib. 2. feud.* Ludovic. Schrad. *part. 9. cap. 8. nu. 12. & 13.* Nicol. Everliard. *in Topic. legal. in loc. à liberto ad Vaſallum nu. 14.* [b] *argument. dict. tit. 54. ibi, aut pro quantitate feudi lib. 2. feud.* [c] *per text. in d. tit. 55. § firmiter, vel dimidium reditus feudi unius anni, libr. eodem feud.* De hac quæſtion. vide dict. Tract. meum *de jure Domini, & Vaſalli, quod ex feudo ipſis competit, cap. 1.* Rudinger. *lib. 1. quæſt. feud. 45.*

De hinc nobis dicendum de jure Vaſalli, quod ex feudo ipſi competit. Id 35
quod conſiſtit, tum in rei feudalis poſſeſſione, & acceſſione, veluti fructibus & incrementis: tum in obligatione, qua Dominus Vaſallo obſtrictus eſt: tum etiam in quadam poteſtate tractandi feudum.

Poſſeſſio rei feudalis ad Vaſallum pertinet. [a] Idcircò is poſſeſſione feudi 36
amiſſa, eam à quovis poſſeſſore, in rem quidem actione, ſed utili, non directa revocare poteſt, etiam domino feudi ignorante. [b]

[a] Uti arguit text. expreſſ. *in tit. 7. in fin. ibi cogatur dominus inveſtitum in vacuam poſſeſſionem mittere, tit. 8. §. ult. ib. quamvis enim poſſeſſio per beneficium ad eum pertineat, t. 26. §. ſi facta, ib. antequam poſſeſſionem transferat, item ibi; dominum poſſeſſionem feudi tradere compellendum lib. 2. feud.* [b] *text. in tit. 8. §. 1. ib. ut tanquam dominus poſſit, a quolibet poſſidente ſibi quaſi vindicare, & tit. 34. lib. 2. feudor.*

Non ſolùm autem actio Vaſallo competit, ſed eandem etiam, ſi ab ali- 37
quo conveniatur, exceptione ſubmovere poteſt.

text. eſt in d. tit. 8. §. 1. ib. & ſi ab alio eius rei nomine conveniatur defenſionem opponere, & d. t. 34. lib. eod. feud. Cui enim datur actio, eidem multò magis exceptio competit, *l. invitus. 156. §. 1. ff. de R. I. & c. qui ad agendum, eod. tit. in 6.*

Prædio feudali ſi ſervitus aliqua debetur, ejus nomine Vaſallus confeſſo- 38
riam actionem movere poteſt.

d. tit. 8. §. 1. verſ. nam & ſervitutem lib. 2. F.

Sed utrùm Vaſallus ſuo proprio nomine, an verò nomine domini, atque 39
ita quaſi procuratorio nomine, Confeſſoria actione experiri poſſit, non incommodè hic quæri poteſt? Suo proprio nomine confeſſoriam actionem Vaſallum movere poſſe, verius eſſe exiſtimamus.

ICtus enim *d. t. 8. §. 1. verſ. nam & ſervitutem lib. 2. F.* diſertè ſcribit, quòd poſſit Vaſallus ſervitutem prædio feudali debitam petere. Quod autem quis poteſt, id regulariter ſuo proprio nomine poſſe cenſeri debet, *per l. quòd ſtipulatus 10. ib. tantumq́; ei ſolvi poteſt, & l. ſi ita ſtipulatus 59. ib. poteſt adhuc abjecto ſolvere, ff. de ſolut. junct. §. planè, ib. ſolvi tamen. Scio etiam invito eo rectè poſſit, Inſt. de inutil. ſtipulat. item, per l. 2. §. non utique ib. eligere poſſe ff. de eo quod cert. loc. junct. l. Stichum. 55. §. 1. ff. de ſolut.* Hanc propoſitionem confirmat etiam hæc ratio, quòd Vaſallus contra tertium aliquem poſſit, ipſam cauſam quaſi propriam in judicio ſuſcipere & movere, text. expreſſius *in t. 43. ib. vel aliud aliquod jus ſibi vindicante cauſa per Vaſallum quaſi propria ad finem perducatur lib. 2. F.*

Vaſallo quoque interdicta competunt, [a] non adipiſcendæ poſſeſſionis 40
duntaxat, [b] ſed retinendæ etiam [c] & recuperandæ, [d] quod tamen poſterius

Digitized by Google

interdictum unde vi adverſus dominum ſuum intentare nequit:[e] in locum verò hujus interdicti, conceditur ei actio in factum ſubſidiaria.[f]

[a] Vaſallus enim prædium feudale poſſidet. ut ſupra theſ. 38. indicatum. Interdicta verò omnia ſunt aut de poſſeſſione aut quaſi poſſeſſione, §. 1. Inſt. de interdict. l. 1. l. 2. ff. d. t. Duaren. in comment. in conſuet. F. c. 19. nu. 6. & Eguin. Baro in methodo ſua ad Ortenſ. de benef. lib. 4. c. 7. [b] tit. 36. §. inter filiam tit. 41. & tit. 51. §. ſi contentio fuerit lib. 2. F. Menoch. de adipiſc. poſſ. Remed. 4. num. 375. Burſat. conſil. 89. num. 30. & ſeqq. [c] Menoch. de retinend. poſſ. remed. 1. 81. 82. & 83. ubi quoque aliorum pro hac ſententia autoritatem adducit. [d] Fructuario enim, cui ſimilis eſt Vaſallus, dict. tit. 23. verſ. uſusfructus verò lib. 2. F. interdictum recuperandæ poſſeſſionis, undè vi conceditur l. 3. §. in id quod pervenit & §§. ſeqq. ff. unde vi. l. naturaliter 12. in princ. ff. de adquiren. vel amitt. poſſeſ. argumen. etiam tex. in tit. 22. verſ. Curia autem. ib. ut vel poſſeſſionem reſtituat, lib. 2. F. Innocent. ad cap. cæterum, in princ. verſ. ſed quid ſi dominus extr. de judic. Eguinar. Baro in dict. methodo ad Ortenſium de Benefic. lib. 4. cap. 7. verſ. Interdicto undè vi. [e] Nam nec liberto adverſus patronum ſuum hæc actio conceditur, l. 1. §. interdictum hoc. ff. de vi & vi arma. & quia reus ex hoc interdicto condemnatus re ipſa etiam, & opinione hominum infamiæ notam effugere nequit, ut patet ex d. l. 1. §. interdictum hoc, ff. d. t. famoſam autem actionem contrà Feudi dominum Vaſallus movere prohibetur, tit. 33. §. ſimiliter Vaſallus, & t. 24. §. item ſi delator, lib. 2. F. Zaſ. in epitom. Iur. F. p. 11. n. 23. & ſeq. item, Molin. ad conſuet. Pariſ. t. 1. §. 1. gl. 4. nu. 35 [f] d. l. 1. §. interdictum hoc, verſ. meliusq; erit, ff. de vi & vi armat. & d. t. 22. verſ. curia autem lib. 2. F.

41 Sequitur de acceſſione rei feudalis, ut ſunt fructus, & incrementa rei feudalis.

42 Fructus rei feudalis ad Vaſallum,[a] non ſolùm naturales, & induſtriales,[b] ſed & civiles pertinent.[c]

[a] tit. 23. in fin. verſ. uſusfructus verò, tit. 28. §. hic conſequens, t. 45. in prin. ibi, ſed ex fructib. ſi quos percepit, & t. 55. §. firmiter etiam, ibi, vel dimidium reditus, lib. 2. F. ut ergo dominus proprietatis eſt dominus, t. 8. §. fin. & d. t. 23. in fin. ibi, ut proprietatis quidem, lib. eod. F. Sic Vaſallus eſt dominus uſusfructus; quippe enim & fructuarius ſit dominus juris utendi fruendi re fructuaria l. in venditione 8. in prin. ff. de reb. auth. jud. poſſid. [b] d. tit. 28. §. his conſequenter, ibi, fructus ex feudo provenientes, lib. 2. feud. [c] Generaliter enim fructus rei feudalis ad Vaſallum pertinere dicuntur, d. t. 23. in fin. verſ. uſusfr. vero & d. t. 45. in princ. lib. 2. F. & appellatione fructus omnis utilitas, intereſſe, & commoditas comprehenditur, l. loci corpus 4. §. in confiſſoria, & ibi Bald. & alii, ff. ſi ſervit. vendicet. Schrad. dict. tract. part. 2. part. 9. principalis ſect. 3. nu. 59. tum qui uſumfructum alicujus rei habet, ut Vaſallus, omnem commoditatem ſeu utilitatem ipſius rei percipit, l. uſufructu legat. 7. in prin. l. item ſi fundi 9. in prin. l. 3. §. 1. ff. de uſuf. etiam penſiones rei fructuariæ l. defuncta. 58. in prin. ff. d. t. § 1. verſ. cum his, Inſtit. de uſ. & habitat. tum quod civiles fructus ſeparari à fructibus non debent, l. uſuræ 34. ff. de uſur. tum etiam quod rei feudalis reditus ad Vaſallum pertinet, d. t. 55. verſ. firmiter etiam, ibi, vel dimidium reditus feudi, lib. 2. F. Reditus autem appellatione etiam civiles continentur fructus, per text. in l. magis puto 5. §. non paſſim, ff. de reb. eor. qui ſub tut. vel Cur. Chaſſan. ad conſuet. Burgund. Rub. 4. §. 17. pag. 731. nu. 19. & ſeqq.

43 Incrementa rei feudalis ſimiliter ad Vaſallum pertinent; modò tamen univerſum prædium in feudum ſit datum, nec ullam partem in eo dominus ſibi reſervarit.

tit. 4. §. ſi quis de manſo, verſ. ſed ſi dominus, & §. ult. lib. 1. F. text. in l. item ſi fundi 9. §. huic vicinus, ff. de uſufr. Adjunctiones quoque, quas fundo legato teſtator applicavit, legatario cedunt l. Seia 20. ff. de inſt. vel inſtrum. legat. §. adjunctiones t. 6. de legat. lib. 3. recept. ſentent. Paul. Additamentum etiam dotis eſt ejuſdem conditionis cum ipſa dote priùs data l. in-

ter

ter ſocerum 26. *§. cum inter, Verſ. nec ſe ſeparabitur, ff. de pact. dotalib. l. etiam* 8. *Verſ. cui conſeq. C. de jur. dot.* Porrio item quæ accrevit hereditati, æquè ſubjacet reſtitutioni, atque ipſa hereditas principalis, *l. Papinianus* 43. *ff. Ad SC. Trebell.* Præterea acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, cap. acceſſorium, ubi Dyn. *de R. I. in* 6 Inſuper augmentato regno, illa etiam pars, quæ per augmentum acceſſit, Regi debetur conſtitutionib. regni, Bart. *ad l. ſi convenerit* 18. *§. ſi nuda, ff. de pignor. act.* Paul. Pic. *ad d. tit.* 4. *§. ſi quis de manſo nu.* 4 *&* 9. *lib.* 1. *feud.* Schrad. *part.* 5. *cap.* 6. *nu.* 26. *Verſ. ſin autem dominus.*

Sed Incrementum rei feudalis, non pertinet ad limitatum prædium. 44

In prædiis enim limitatis jus alluvionis, & alterius incrementi locum non habet *l. in agris* 16. *in princip. ff. de acquir. rer. domin. l.* 1. *§. ſi inſula ff. de flumin.* Andr. de Iſern. Bald. Alvarot. & Præpoſ. *ad dict. tit.* 4. *§. ſi quis de manſo, lib.* 1. *feud.* Schrad. *dict. part.* 5. *c.* 6. *nu.* 26. *Verſ. ſin aut. aliquod.*

Etſi verò naturale incrementum, ut quod per alluvionem feudali prędio acceſſit, Iure feudali, ad Vaſallum pertineat, [a] ſi quid tamen, feudali prædio additum ſit à Vaſallo, idque tale ſit, quod per ſe ſubſiſtat, ut prædium, feudo illud non accreſcit, ſed proprietatis etiam Iure ad Vaſallum ſpectat. [b] Quòd ſi verò ita cohæreat feudali prædio, ut per ſe non ſubſiſtat, veluti ædificium prædio feudali impoſitum à Vaſallo, Iure ipſius feudi ad Vaſallum pertinet; [c] ſicut etiam ſervitus, quam Vaſallus prædio feudali acquiſivit. [d] 45

[a] *d. t.* 4. *§. ſi quis de manſo, ibi, Iure fidelis obtinebit lib.* 1. *F.* [b] *tit.* 8. *§. è contrario autem lib.* 2. *feud.* [c] *t.* 28. *§. ſi Vaſallus in feudo, lib.* 2. *feud.* [d] *tit.* 8. *§. è contrario, Verſ. ſi verò per ſe, & d. t.* 28. *§. ſi Vaſallus in feudo, lib.* 2. *feud.*

Cæterum eleganter quæri nunc poteſt; An nomine incrementi, quod feudali prædio acceſſit, nova indigeat inveſtitura Vaſallus, nec nè? Deinde utrum Vaſallus ratione illius incrementi, maiora domino ſervitia debeat? Et prioris [a] & poſterioris [b] quæſtionis negantem deciſionem veriorem eſſe adſtruimus. 46

[a] Id enim quo per alluvionem crevit fundus, jus & conditionem principalis fundi ſequitur *l. ſi ego* 11. *§. quod tamen, ff. de public. in rem act. l. & puto* 16. *§. id quod amnis ff. famil. erciſ. l. ſi fundus* 16. *in pr. ff. de pignorib. & hypothec. & l. item ſi fundo* 9. *§. huic vicinus, ff. de uſufr.* Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Afflict. *ad d. t.* 4. *§. ſi quis de manſo, lib.* 1. *feud.* Idem Alvarot. & Præpoſ. *ad t.* 3. *§. ſed etiam reus, lib.* 2. *feud.* Schrad. *part.* 5. *c.* 6. *n.* 29. [b] *per text. in l. ult. C. de Alluvionib.* Facit huc quòd rei commodum ad eum pertinet, ad quem ſpectat onus & incommodum, *l. ſecundum naturam* 10. *ff. de R. I. l. agri uſufructu* 18. *ff. de uſufr.*

Quod attinet obligationem, qua Vaſallo obligatus eſt dominus, ſciendum hic, quod dominus ad ea omnia obſtrictus eſt Vaſallo ſuo, ad quæ huncilli devinctum diximus. 47

Supra theſ. 3. 4. *&* 5. *Vide text. in tit.* 6. *de forma fidelitatis. in fin. Verſ. dominus quoque, lib.* 2. *feud.*

De hinc nobis ediſſerendum de poteſtate tractandi feudum, Vaſallo Iure data, vel denegata. Data eſt autem Vaſallo poteſtas ita tractandi ſuum feudum, ut meliorem ejus conditionem faciat, non deteriorem: proindeq́; etiam prædio feudali ſervitutem adquirere poteſt. 48

text. eſt in tit. 8. *§. è contrario Verſ. ſi verò & t.* 28. *§. ſi Vaſallus lib.* 2. *F.*

Integrum

49 Integrum quoque eſt Vaſallo ædificium prædio feudali imponere, multò magis inchoatum ab anteceſſore perficere, ſeu conſummare; [a] ædes etiam feudales poteſt reficere, item agrum feudalem pro ſuo arbitrio colere, puta, arare, & vites ſubſerere, ut & lapidicinas & fodinas omnis generis, quæ ſunt in feudali fundo, ad ſuum emolumentum exercere, non tantùm veteres, ſed & novas. [b]

[a] *d. tit.28. §. ſi Vaſallus, lib.2. feud.* [b] nam hæc poteſtas etiam fructuario data eſt *l. uſufructu 7. §. fin. l. ſi is cuius 13. §. de præteritis, in fin. & §. inde eſt, l. item ſi 9. §. ſed ſi lapidicin.11. ff. de uſufr.*

50 Similiter data eſt facultas Vaſallo refutandi feudum, [a] ipſi quoq; domino, modò agnatos non habeat.

[a] Refutare feudum eſt aliis cedere, ſive renunciare feudum, Hotoman. *in libello de verb. feud. in lit. R. & in diſput. de feud. c.38.* [b] *t.9. §.1. ib. vel feudum in manu domini refutabat & t.14. ib. feudum ſuum in manu domini ad hoc refutavit lib. 2.* F. Tiraq. *in tract. ceſſante cauſâ ceſſat effectus limitat* 16. *nu.*3. & Mynſ. *Cent.6. obſerv.23.* Fructuarius quoq; domino proprietatis uſumfructum ſuum cedere poteſt *l. ſi uſuſfr.66. ff. de jur. dot. & §. item finit. Inſtitut. de uſufr.* Emphyteuta etiam jus ſuum Emphyteuticum domino proprietatis Iure cedere, & legare poteſt *l. ſi domus 71. §. pen. & ult. ff. de leg.1.*

51 Poteſt quoque Vaſallus refutare ſuum feudum, ſi paternum fuerit, proximis agnatis etiam invito domino. [a] Quod ſi non proximo, ſed remotiori agnato feudum ſuum refutaverit, abſque conſenſu propinquioris, datur facultas proximiori agnato, etiam vivo Vaſallo alienatore, revocandi feudum, ſed intra annum à tempore ſcientiæ numerandum: [b] modo tamen ſit realis refutatio, quæ precio accepto facta dicitur, refuſo ſcilicet æquali precio: [c] non etiam ea, quæ gratis eſt facta. [d]

[a] *tit.38. & t.49. lib.2.* F. [b] *t.26. §. Titius filius maſculos, lib.2.* F. qui agnatus etiam domino præfertur, *t.9. §. pen. verſ. in prohibendo autem, ib. vel redimendo potior erat, quam dominus, lib. 2.* F. [c] *t.3. §. ſed etiam & tit.26. §. Titius, lib.2. feud.* [d] ut arguit *text. in d. tit.26. §. Titius lib.2. feud.* & maximè *in t.8. §. hoc quoq; obſervatur, ib. ſi moriatur ſine herede maſculo, lib. 1.* F. *& in t.39. in princ. ib. quandoque ſit reverſurum lib.2.* F.

52 Neque proximus agnatus feudum, ſi gratis fuit refutatum, jus habet retrahendi feudum refutatum vivo refutatoris filio.

d. t.8. §. hoc quoque obſervatur, ibi, ſi moriatur ſine herede maſculo, lib.1. F. *& dict. t.26. §. Titius, verſ. Quod ſi Titius filios proprios, lib.2.* F.

53 Et licet uni atque alteri ex plurimis proximis agnatis Vaſallus feudum ſuum refutarit, attamen cæteris ejuſdem gradus agnatis, jus revocandi feudum illud refutatum pro rata competit. Cum ad proximos feudi ſucceſſores, feudum æqualiter pertineat, [a] nulli eorum invito, jus adquiſitum *Va*ſallus refutatione ſuâ auferre poteſt. [b]

[a] *tit.1. §. & quia vidimus, ibi, ad omnes æqualiter veniat, d. t.18. in princ. ib. æqualit. lib.1.* F. *& t.11. §. his deficientib. ibi, vocantur primo fratres, cum fratrum præmortuorum filiis, & tit. 50. in pr. verſ. ex latere omnes, & verſ. ſeq. lib.2. F.* [b] *l. id quod noſtrum 11. ff de R. I. l. cum dos. 7. ff. de pact. dot. & l. fin. Cod. de pact. text. in tit. 39. in princ. lib.2.* F. Harm. Piſt. *lib.2. quæſt. Iur. quæſt.6. nu.30. & ſeqq.*

54 Neq; refert, agnati ſint proximiores tempore refutationis, vel pòſt: veluti ſi refutatione facta, remotiores in proximorum defunctorum locum ſucceſſerint.

ceſſerint. Neq; illud refert, quòd refutationis tempore agnati proximiores nondum vel nati, vel concepti fuerint.

Hartman. Piſt. *d. quæſt. nu.* 36. *& ſeq nu.* 37. *& ſeqq.*

Quando autem Vaſallus feudum ſuum proximo agnato refutavit, licèt à ſervitiis præſtandis liber ſit, dominum tamen ſuum offendere non poteſt. 55

d. t. 38. *in fin. lib.* 2. *feud.*

Porrò Vaſallo quoq; poteſtas data eſt, etiam abſq; domini conſenſu, feudum ſuum, vel ejus partem, alii viciſſim in feudum concedendi: [a] Si ſincerè, & abſq; fraude [b] ejuſdem conditionis perſonæ [c] dederit, & eadem lege, ſive eodem pacto alium inveſtiverit. [d] 56

[a] *d. t.* 3. *§. ſed etiam res, Verſ. per feudum tamen, & t.* 9. *in pr. Verſ. ſi verò vel totum, d. t.* 26. *§. beneficium, & t.* 34. *§. ſimiliter. lib.* 2. F. [b] *d. t.* 9. *in pr. Verſ. ſi verò, & d. t.* 26. *§. beneficium, lib.* 2. F. [c] veluti ſi Vaſallus miles ſit, & feudum ſuum ſimiliter militi dederit, *d. tit.* 26. *§. beneficium, ibi, dum tamen militi detur, & d. t.* 34. *§. ſimiliter, ibi, in feudum tamen rectè dabit, ſi ſecunda perſona ſit talis, quæ feudo ſervire poſſit, ut ſi dans miles ſit, & ille qui accepit feudum, inveniatur miles, lib.* 2 F. Mynſ. *cent.* 1. *obſ.* 62. [d] *d. t.* 34. *§. profectò ille, lib. eod.* F.

Sed utrùm Vaſallus feudum duntaxat Laicum, non etiam Eccleſiaſticum alii concedere in feudum poſſit, in dubium vocatur? Subinfeudationem etiam in feudo Eccleſiaſtico locum habere, ſine hæſitatione pronunciamus. 57

Generaliter enim, & ſine ulla diſtinctione de omni feudo textus loquuntur, veluti *t.* 3. *§. ſed etiam res, t.* 9 *in princ Verſ. ſi verò, t.* 26. *§. Beneficium, t.* 34. *§. ſimiliter lib.* 2. F. tùm quòd per ſubinfeudationem feudi Eccleſiaſtici conditio Eccleſiæ deterior non efficitur: ſiquidem Vaſallus abſq, fraude, & ejuſdem conditionis perſonæ, & ſub iiſdem pactis, alium de ſuo feudo ſubinveſtire jubeatur, ut ex *theſ. præced. in fund. ſub lit. c. & d. loquet*; tum etiam quod neque domino, neq; ſucceſſoribus ullum hic præjudicium creatur: quippe cum mortuo Vaſallo, qui ſubinfeudavit, extinguatur jus ſubinfeudati *t.* 5. *§. rurſus, lib.* 1. F. *& t.* 9. *in prin. Verſ. ſi autem diſſentiente, ibi, ſi tamen ſine herede maſculo deſcendente decedebat, t.* 13. *§. & ſi clientulus lib.* F. Bartol. Cam. *in repet. t.* 55. *lib. eod.* F. Extincto enim jure autoris extinguitur & jus poſterioris, *l. pero* 69. *§. prædium, ff. de leg.* 2. *& l. fundum* 7. *ff. de act. empt.* tum denique quòd jure Canonico in feudo Eccleſiaſtico ſubinfeudatio prohibita non eſt; ut proinde jus commune feudorum hic meritò ſequi debebamus, per ea, quæ tradit poſt alios Curt. Iun. *in tractat. feud. p.* 1. *c.* 2. *num.* 1. *pag.* 13.

Poteſt autem non Vaſallus ſolùm, ſed & ſub Vaſallus, feudum ſuum alii in feudum concedere. [a] Quin etiam integrum eſt Vaſallo & agere & excipere litem in feudali cauſa domino quoque abſente & ignorante. [b] 58

[a] *t.* 10. *& t.* 34. *§. ſimiliter, lib.* 2. *F. t.* 1. *§. notandum eſt autem, & t.* 7. *lib.* 1. F. Iacob de Ardiz. *in uſib. feud. c.* 15. *circ. fin.* Item Schrad. *p.* 8. *cap.* 2. *nu.* 13. Roſenth. *in ſynopſ. jur. feud. c.* 9. *concl.* 6. Mynſing. *cent.* 1. *obſerv.* 62. Wehner. *conſil. Francon.* 72. [b] *tit.* 26. *§. ſi Vaſallus, de beneficio & tit.* 43. *tit.* 8. *§. Res autem lib.* 2. *Feudor.*

Vtrùm Vaſallus verò, aut ſubvaſallus, Eccleſię, aut civitati per inveſtituram feudum ſuum concedere poſſit, abſque domini conſenſu, elegans eſt quæſtio? Denegatam ei hanc eſſe facultatem concludimus. 59

text. in t. 13. *§. indè poteſt præſumi, lib.* 1. F. Schrad. *d. pag.* 8. *c.* 2. *nu.* 16.

Quæritur & illud; An feudum ſuum Vaſallus, quòd in curte domini habet, 60

bet, vel extra curtem, ibi tamen ubi dominus diſtrictum, id eſt, juriſdictionem habet, vel alium honorem, alii in feudum abſq, domini conſenſu, largiri poſſit? Adfirmativam ſententiam amplectimur.

Subinfeudatio enim Iure feudorum ſimpliciter permiſſa eſt Vaſallo; neque diſtinguitur uſquam hac in parte inter feudum, quòd Vaſallus habet in curte, vel extra curtem domini. Quod autem ſimpliciter dicitur, diſtinctionem non admittit, *l.3. in fin. ff. de off. Præſid. l.1. §. quod autem, Verſ. & eſt relatum ff. de Aleat.* Frid. Schenck. Baro *ad t.4. §. ſi quis de manſo, lib.1. F.* Sed obſtare videtur *text. in tit.5. §. pen. & ult. lib.1. F.*

60 Proximum nunc erit, ut quæ poteſtas tractandi feudum denegata ſit Vaſallo diſpiciamus. Et primò perpetuam ſervitutem feudali prædio abſque domini, & ſucceſſorum feudalium conſenſu, imponere Vaſallus non poteſt, ut ſcilicet ea in poſterum quoque, tum ipſi domino feudi, tum etiam legitimis ſucceſſoribus, puta agnatis noceat.

text. eſt in t.8. §. rei autem & §. è contrario, Verſ. meliorem, lib.2. F.

61 Sed opportunè hic quæri poteſt; An Vaſallus ex eo privandus ſit feudo, quod abſque eorum, quorum intereſt, permiſſu, prædio feudali ſervitutem impoſuit? Id quod negandum cenſemus.

per text. in d.t.8. §. rei autem, Verſ. Quid ergò, lib.2. F.

62 Nec Vaſallus abſque domini, & agnatorum permiſſu, prædio feudali uſumfructum, vel uſum imponere poteſt..

Impoſitione enim uſusfructus, vel uſus, cauſa & conditio, prædii feudalis deterior efficitur; quippe cum inutilis dicatur fundi proprietas, ex quo alii uſusfructus, vel uſus debetur, *l.3. §. ne tamen, ff. de uſufr. & §. ne tamen in univerſum, Inſt. d. t.* cum tamen Vaſallus conditionem feudi deteriorem reddere non poſſit, per text. *in d.t.8. §. è contrario, Verſ. meliorem, lib. 2. F.* exemplo ſcilicet uſufructuarii, *l.13. §. fructuarius ff. de uſufr.*

63 Quòd ſi autem abſque domini permiſſu Vaſallus conſtituerit alicui uſumfructum, vel uſum in prædio feudali, privatur ex ea culpa feudo illius prædii.

Tum quòd & uſufructuarius, uſumfructum, cujus inſtar feudum obtinet, *t.23. §. ultim. Verſ. uſusfructus, lib.2. F.* amittit, ſi eum alii, quàm proprietatis Domino cedat, *l. uſusfructus 66. ff. de Iur. dot. & §. item finitur, Inſtit. de uſufruct.* tum etiam, quod uſusfructus, vel uſus impoſitio eſt alienatio rei, *in d. l. ult. C. de reb. alien. non alienand.* & quidem ejuſmodi alienatio qua feudi poſſeſſio naturalis ad uſufructuarium, vel uſuarium transfertur, *per l. naturaliter 12. in pr. & l. poſſeſſio quoque, 49. in princ. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. & l.1. §. quod ait prætor, ff. Quod legat.* & quia domini utilitas minuitur; ſiquidem Vaſallus amiſſo prædii feudalis uſufructu, vel uſu, ſervitia commodè præſtare non poſſit, ut qui ex feudi reditibus præſtanda ſunt, *t.54. in fin. & t.55. §. firmiter etiam ſtatuimus lib.2. F.* Alienatio autem feudi, qua ejus poſſeſſio ad alium transfertur, & qua utilitas domini minuitur, ejuſmodi eſt culpa, ob quam Vaſallus feudo privatur, *t.52. in pr. Verſ. hortatu itaque. & d.t.55. in pr. Verſ. habito ergò conſilio, lib.2. F.* Curt. Iun. *in tract. feud. p.4. num.106.* Sonsb. *in comm. F. p.12. nu.103.* Roſenthal. *c.9. concl.12. &* Vult. *lib.1. de feud. cap.10. nu.40.*

64 Abſque privationis quoque periculo citra domini conſenſum Vaſallus ipſum feudum alienare nequit: [a] puta vendere, [b] permutare, [c] alicui donare, [d] dare in Emphyteuſin, [e] oppignorare. [f]

[a] *dict. tit.52. in pr. Verſ. per multas, & dict. tit.55. in prin. Verſ.1. lib.2. F.* uſufructuarius etiam, cui Vaſallus ſimilis eſt, extraneo uſumfructum ſuum vendere non poteſt. *§. item finitur,*

tur, Inſtit. de uſufruct. & *dict. l. ſi uſufruct. 66. ff. de Iur. dot.* [b] *dict. tit. 55. in princ. verſ. habitato ergo lib. 2. F.* Mynſing. *Cent. 6. obſervat. 30.* [c] permutatio enim eſt quædam alienatio, *l. 1. §. in alienatione* & *§. ſeq. ff. Quando de pec. actio annal. ſit. Nov. 7. cap. 1. verſ. alienationis autem,* & *c. nulli liceat §. alienationis, extr. de reb. Eccleſ. alien. non alienand.* & quidem hujuſmodi alienatio eſt, qua res ipſa ad alium transfertur, *l. 1. §. item emptio, ff. de rer. permutat.* Mynſing. *dict. obſerv. 30.* Weſenib. *de feud. cap. 11. nu. 3.* Borch. *cap. 8. num. 46.* [d] *t. 9. §. donare lib. 2. F.* Vultei. poſt alios quos recenſet, *lib. 5. de feud. cap. 10. num. 45.* [e] Datio in Emphyteuſin etiam alienationis quædam ſpecies eſſe dicitur dd. ll. *ſup. ſub lit. C. citatis,* & quidem ex eo alienationis genere, quo poſſeſſio ad Emphyteutam tranſit, *l. penul. §. 1. ff. Qui ſatiſdar. cog.* & *l. 1. §. fin. ff. ſi ager vectig. l. 3. C. de fund. patrim. lib. 11.* proindeq; in feudo ejus datio prohibita, per *dict. titul. 55. in princ. verſ. callidis, ibi,* & *in alios transferunt. lib. 2. F.* Mynſing. *d. obſervat. 30.* Borch. *dict. cap. 8. num. 37.* Vult. *dict. cap. 10. num. 47.* [f] *dict. tit. 55. in princ. ibi, pignori obligaverant,* & *verſ. habito ergò, ibi, vel pignorare lib. 2. F.* Eſt enim & pignoris datio alienatio, *l. ult. ibi, vel pignoris nexum, C. de reb. alien. non alienand.* qua poſſeſſio ad alium, puta creditorem tranſit, *l. per ſervum. 57. in princ. ff. de adquir. rer. dom. l. 1. §. per ſervum.* & *l. qui pignoris 36.* & *l. ſeq. ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. ſi rem 9. §. proprie pignus,* & *l. cum* & *ſortis 35. §. 1.* & *l. debitor. 40. ff. de pignorat. act.* licet quoad cauſam uſucapionis rem oppignoratam debitor poſſidere dicatur, *dict. l. 1. §. per ſervum, ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* & *l. ſervi nomine 16. ff. de uſurpat.* & *uſucap.* vide *claſſ. 2. diſput. 12. theſ. 20.* An verò Vaſallus qui alienavit partem feudi, irrequiſito domino, cadat toto feudo. vide Rudinger. *lib. 1. quæſt. feudal. 40.*

Sed utrùm vaſallus abſque domini conſenſu, feudum ſuum ad tempus breve alicui in Emphyteuſin dare poſſit, quæritur? 66

Affirmativam deciſionem eatenus veram eſſe dicimus, quatenus penſio, quæ Vaſallo quotannis præſtari debeat, non ſit exigua, ſed tanta, ut reſpondeat quadam proportione ſumptibus quos Vaſallus in præſtationem ſervitiorum expendere tenetur. In Emphyteuſin enim datio illa tantùm, quæ fit in perpetuum, alienatio dicitur, non quæ fit ad tempus breve. *d. Novell. 7. c. 1. §. alienationis autem,* & *d. c. nulli liceat, §. alienationis, ext. de reb. alien. non alienand.* & *Clement. 1. d. t.* Hæc concluſio etiam extendenda eſt ad locationem, *t. 9. §. donare lib. 2. F.* locatio enim ad tempus quoque alienatio non eſt *l. non ſolet 39. ff. locat.* & locator rei locatæ poſſeſſionem retinet, *l. officium 9. verſ. deniq; ait, ff. de R. V.* Et licet quis alienare, & oppignorare prohibitus ſit; locare tamen poteſt, *l. pen. §. inſtituto, ff. de leg. 2.* Denique ſimpliciter, abſque ulla diſtinctione inter tempus breve & longum, locatio feudi conceditur Vaſallo *in d. t. 9. §. donare lib. 2. F.*

Utrùm hypothecæ datio prohibita etiam ſit Vaſallo expeditum non eſt? pro affirmata ſententiâ veriori militant ſequentes rationes. 67

I. Conſtitutio Friderici *in d. t. 55. in prin. lib. 2. F.* prohibet in ſpecie tantum oppignorationem, non etiam hypothecæ dationem; quapropter cum propriè aliud ſit pignus, aliud hypotheca *l. pignus 238. §. pignus ff. de V. S. d. l. ſi rem 9. §. proprie, ff. de pignor. act. §. inter pignus, verſ. [illegible] differentia eſt,* & *verſ. ſeq. inſt. de act.* & cõſtitutio illa pœnalis ſit; ſiquidem ex ea Vaſallus privetur feudo ſuo, ob ejus oppignorationẽ inſcio domino factam, propterea reſtringenda eſt, per vulgata Iura. II. Ea tantum alienatione interdictum eſt Vaſallo, qua poſſeſſio prædij feudalis ad alium, in quem alienatio fit, transfertur. *d. t. 52. in pr. verſ. callidi inſuper, ibi, feudum vendunt,* & *in alios transferunt, lib. 2. F.* Hypóthecæ autem datione feudi poſſeſſio nõ transfertur ad creditorem, ſed penes debitorem Vaſallum remanet; quippe cùm hypotheca ſit, quando res non traditur creditori, ſed nuda conventione ei obligatur, *d. l. ſi rem. 9. §. proprie ff. de pignor. act. l. 4. in pr. ff. de pign.* & *hypoth.* & *d. §. inter pignus autẽ, verſ. nam pignoris [illegible] inſt. de act.* III. per hypothecæ dationem non amittit Vaſallus feudi reditus. Retinet enim poſſeſſione feudi: proindeq; poſſeſſionis cõmodum, quod eſt fructuũ perceptio, *l. Fulc. 7. §. ult.*

ff. ex quib. cauſ. major. l. Titia 84. ff. de ſolut. Curt. Iunior. *de feud. part. 4. nu. 95.* vide Berlich. *part. 2. concluſ. practicabil. concl. 31. nu. 5.* Hartm. Hartm. *ab Epp. lib. pract. obſerv. 1. 54. de feud. obſerv. 20.* Borch. *cap. 8. nu. 60.* Roſenthal. *cap. 9. concluſ. 15.* Wurmſer. *in practic. obſerv. tit. de feud. obſerv. 18.*

69 Porrò alienatio quoq; feudi per libellum Iure prohibita eſt.

tit. 5. §. aut ſi libellario, & t. 13. lib. 1. Feud. t. 9. §. donare, ibi, per libellum ut dicitur Vendito, item ibi, alienatum, tit. 39. in fin. princ. t. 44. & t. 55. in pr. verſ. 1. lib. 2. F. Per libellum autem alicui feudum, vel res alia concedi dicitur, quando certo precio, ſcriptura interveniente, venditur hac lege, ut annua paucorum aliquot denariorum penſio inde præſtetur, & ſtato, condictoq; tempore contractus ille renovetur, rurſus certo, vel arbitrario precio numerato, *dict. tit. 9. §. donare, lib. 2. F. Nov. Leon. 13.* Cujac. *ad tit. 2. lib. 1. F. pag. 80. & ſeq.* Borch. *de feud. cap. 3. nu. 45.*

70 Neq; etiam data eſt Vaſallo poteſtas judicandi feudum ſuum; & ne quidem pro anima,[a] id eſt, teſtamento legandi pro anima: id eſt, ſub conditione precum, quæ pro ſalute animæ fieri debent.[b]

[a] *d. t. 9. §. donare autem & d. t. 55. verſ. habito ergò lib. 2. F.* [b] ut rectè exponit Hotom. *in lib. de verb. feud. l. in lit. I. verb. judicare.*

71 Eſt quoque denegata Vaſallo facultas dandi feudum ſuum pro filiabus in dotem.

d. t. 9. §. donare autem lib. 2. F. Eſt enim in dotem datio quædam alienatio, *l. 4. ff. de l. Fab. de Plag. l. non ſolum 22. §. ſi eum ff. de liberal. cauſ.* & quidem ejuſmodi alienatio, qua rei poſſeſſio & dominium ad alium, puta maritum, transfertur, *Inſt. t. Quib. alien. lic. vel non. in pr. l. quamvis. 75. ff. de Iur. dot. l. prædium 23. C. d. t.* vide meum. *comm. ad L. contractus 23. ff. de R. I. c. 4. nu. 10.* Mynſin. *cent. 4. obſerv. 86.* Rudinger. *lib. 1. quæſt. feud. 60.*

72 Si quæ tamen fœmina feudum aliquod habeat, poterit illud viro ſuo in dotem dare.

Tit. 23. & tit. 17. in princ. lib. 2. feud. Feudum enim habet inſtar uſusfructus, quem mulier marito ſuo in dotem dare poteſt, *l. fructus. 7. §. 2. & 3. ff. de jure dotium l. intereſt. 6. de uſufru.* ſicuti dotem conſtituere poteſt ex rebus fideicommiſſariis, quas alii reſtituere gravata eſt. *l. mulier. 22. ff. ad Senatusconſultum Trebell. Novell. 39.*

73 Quòd ſi tamen pater aliundè non poſſit dotem pro filia conſtituere, nec aliter ea nubere queat, quam ſi dos ipſi conſtituatur, ex ipſo feudo, ſi fructuoſum fuerit, rectè illi dos conveniens conſtituitur.

Feudorum enim Iure cautum eſt, licet mutus, vel alius imperfectus à feudi ſucceſſione arceatur, ei tamen ex magno, id eſt, fructuoſo feudo alimenta ſint præſtanda, *tit. 6. §. mutus, lib. 1. feud.* Sed alimenta & dos æquiparantur, *gloſſ. in l. ob æs alienum, C. de præd. & aliis rebus min.* imò ratio & favor dotis major eſt, quàm alimentorum: ſi quidem pater etiam locupleti filiæ conſtituere dotem teneatur, *l. ultim. C. de dot. promiſſ.* Deinde dominus ſuo Vaſallo ea viciſſim præſtare tenetur, quæ ad ejus honeſtatem pertinent. *tit. 6. verſ. honeſtum junct. verſ. dominus quoque in his omnibus lib. 2. feud.* Sed dotare filiam honeſtum eſt *l. cum plures, 12. §. cum tutor. ff. de adminiſtr. periculo tut.* Denique generali Germaniæ conſuetudine receptum eſt, ut liceat patri convenientem ex feudo ſuo dotem filiæ conſtituere, ſi aliundè ei dos conſtitui non poteſt, ut poſt alios ſcribit Hartmann. Piſtor. *lib. 2. feud. quæſt. 37.*

74 Neque licet Vaſallo feudum fœminæ alicui donare propter nuptias.

Propter nuptias donatio, quæ etiam dotalitium appellatur, *c. plerunque. extr. de donat. int. vir. & uxor. c. ex parte, extr. de for. competent.* Hartman. Piſtor. *lib. 1. quæſt. jur. quæſt. 4. in princip. & Weſenbec. in tractat. de feud cap. 11. num. 4.* Germanicè, Ein Leibgeding Leibzucht/ oder Gegenvermachung/ Hartman. Piſtor. *dict. quæſt. 1. in princ. &* Ioan. Schneid. *ad tit. Inſt.*

tit. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. de fer. c. de ſucceſſione inter. vir. & uxor. num. 43. & ſeq. eſt ea donatio, quæ à parte mariti, id eſt, ab ipſo marito, vel ejus nomine ab alio, *Novell. 119. in princ. l. ſi conſtante. 19. C. donat. ante nupt.* vel ante vel poſt nuptias, *§. eſt & aliud genus, Inſt. de donat. l. ultim. in princ. & §. ſancimus C. de donat. ant. nupt.* in uxorem propter dotis donationem confertur, *dict. l. ult. §. ſancimus C. d. tit. Novell. 91. cap. 2.* Hanc donationem Vaſallus abſque domini licentia, in uxorem conferre non poteſt, *dict. tit. 9. §. donare, lib. 2. feud.* tum quia donatione propter nuptias, conſtitutione, pactis item, & collationis jure per omnia ſimilis eſt ipſi doti. *l. ex morte 9. junct. Auth. æqualitas C. de pact. conven. l. ultim. §. ſin autem, junct. Auth. ſi autem C. de don. et. ant. nupt. l. ut liberis. 17. ibi, tam dos, quam ante nuptias donatio conſtit. ... l. illam 19. & l. ... §. ad hæc. C. de collat.* Sed dos in feudum conſtitui nequit a Vaſallo. Quare nec donatio propter nuptias.

Eſt & illud hic notandum, quò in provinciis quibuſdam, veluti Saxo- 75
nia, inter nobiles uſu receptum eſt, quod mortuo Vaſallo, ejus uxori donatio propter nuptias, ſive dotalitium, Ein Leibgeding / in feudo mariti ſucceſſores illius conſtituere tenentur, ſi ipſa uxor marito dotem attulerit, eaque in feudum ſit verſa.

Hartman. Piſtor. *d. l. 1. quæſt. 24.*

Monendum & illud hoc loco videtur, quòd licet mulier, ratione dotis, 76
& donationis propter nuptias tacitam à lege hypothecam in bonis mariti habeat,[a] in feudo tamen mariti eam mulieri nòn competere.

[a] *l. unic. §. 1. C. de rei uxor. act. l. ubi adhuc. 29. C. de jur. dot.* [b] ut pulchrè tradit Mynſing. *cent. 6. obſerv. 45.*

Quod attinet uſucapionem & præſcriptionem,[a] non poteſt Vaſallus, 77
abſque metu amiſſionis feudi, admittere, ut illud ab àlio uſucapione, vel præſcriptione adquiratur.[b]

[a] Hæ enim quodammodò etiam ſpecies ſunt alienationis. Nam & ille, qui patitur rem uſucapi, aut præſcribi alienare videtur, *l. alienationis, 28. ff. de V. S. l. 3. ff. quæ in fraud. credit.* [b] ut docet Iacob de Ardizon. *in epit. jur. feud. c. 22.*

De tranſactione quid ſentiendum ſit, nunc paucis aperiendũ eſt. Ea au- 78
tem fit vel diminuendi, ſive alienandi cauſa, ſive tantùm decidendi gratia.

L. ... Titius 46. §. ult. ff. de adminiſt. & per. tut. & l. mandato generali, 60. ff. de procurat.

Diminuendi cauſa de feudo tranſigere Vaſallus dicitur, ſi ita tranſigat, 79
ut feudum vel ejus pars ad adverſarium transferatur. Hęc aut tranſactio in præjudicium domini Vaſallo permiſſa non eſt; quippe cum ſit alienatio quædam,[a] & ejuſmodi alienatio, qua feudi poſſeſſio ad alium tranſit, qualis alienatio, (ſiquidē Vaſallo reditus feudi adimat, quibus privatus, commode amplius debita ſervitia domino præſtare nequit,) placitis feudorum planè prohibita eſt.[b]

[a] *l. 1. §. 1. ff. de offic. procurat. Cæſ. & l. 4. C. de præd. & aliis reb. min.* [b] *d. tit. 52. in princ. & d. t. 55. in prin. lib. 2. feud.*

Decidendi cauſa Vaſallus de feudo tranſigere dicitur, ſi ita tranſigat, ut 80
ipſa tranſactione ſibi feudum retineat, atque à parte adverſa, atque lite, de feudo per eam mota, ſe liberet. Et hæc tranſactio omninò licita eſt, eamq́; dominus ratam habere tenetur, nec ob eam Vaſallus feudum ſuum amittit. Et quamvis poſt hanc tranſactionem, alia quadam ex cauſa, Vaſallus

 feudo

feudo ſuo privetur, idque domino aperiatur, attamen ex eo reſcindi tranſactio hæc nequit.

text. eſt in tit. 43. verſ. & ſi pro eo. lib. 2. feud. Sed an Vaſallus de feudo compromittere poſſit vide Cævallos. *commun. opin. quæſt.* 782.

81 Vaſallus etiam, abſque domini conſenſu, feudum ſuum, creditori impunè in ſolutum dare non poteſt; cum omnis alienatio, qua poſſeſſio feudi ad alium transfertur, vetita ſit feudorum jure.

Datio enim inſolutum, eſt alienatio, qua res ſoluta ad creditorem tranſit. *l. pro ſoluto. 45. ff. de uſurpat. & uſucap. & l. 4. ff. de pub. in rem act. d. tit. 55. in princ. verſ. callidis ibi, & in alios transferunt lib. 2.* F. Vult. *cap. 10. nu. 52.*

82 Cæterùm Vaſallo feudum ſuum precariò alicui concedere, ut poſſeſſio ad precariò rogantem tranſeat, integrum non eſt.

Interdictum eſt enim Vaſallo omni negocio, & alienatione, qua poſſeſſio & commodum Feudi ad alium transfertur, d. t. 52. in prin. & d. t. 55. in pr. lib. 2. feud.

83 In dubium vocatur & illud, an permiſſa ſit feudi alienatio, quæ fit per conſtitutum? Nobis eorum placet ſententia, qui nec conſtitutoriam feudi alienationem permiſſam eſſe volunt

Per conſtitutum enim vera poſſeſſio in accipientem transfertur, uti probat *l. quod meo nomine 18. in pr. ff. de adquir. vel amit. poſſeſſ. & l. quadam mulier 77. ff. de R. V. l. quiſquis 28. & l. ſi quis argentum 35. §. ſed ſiquidem. C. de donat.* Tyraq. *in tract. de jur. conſtitut. p. 1. nu. 4. & p. 2. ampliatione. 1. n. 2. &* Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed. 14. nu. 25.*

84 Ad extremum, non immeritò ambigitur, ſi ſub Vaſallus feudum ſuum alienare velit, an à ſuo duntaxat domino, vel à domino ſui domini, vel ab utroque, poteſtatem alienandi impetrare debeat? Ab utroque autem domino licentiam hanc impetrandam eſſe, veriùs putamus.

Vterque enim dominus eſt SubVaſalli, *per text. in tit. 34. §. ſimiliter, ibi, ad hoc. ut feudum ſi contigerit domino ſimiliter ſervire, ut & prior poſſit, & tit. 55. §. illud quoq; præcipimus. lib. 2. feud.* vide Hartm. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 45. per tot.*

85 Cæterùm ut efficaciter & irrevocabiliter feudum alienari poſſit, non ſolius Domini, ſed & agnatorum feudi ſucceſſorum, neceſſarius eſt conſenſus, ſi paternum ſive antiquum ſit feudum.[a] Et ne quidem in agnatum remotiorem diſſentientibus proximioribus ejuſmodi feudum ſine metu revocationis alienari poteſt.[b]

[a] *tit. 30. in prin. lib. 2. feud.* Mynſing. *cent. 4. obſerv. 85.* [b] *per text. in tit. 26. §. Titius filios, lib. 2. feud. & tit. 3. §. ſed etiam res, lib. 1. feud.* vide Gothofr. Anton. *diſput. feudal. 9.* Franciſc. Vivium *deciſ. Neapolit. 538.* Hartm. Piſtor. *lib. 1. quæſt. 6.* Cravettam. *conſil. 502.* Iacob Thoming. *Vol. 2. conſil. 5.*

CLASS. V. DISPUTATIO XX.

DE MODIS AMITTENDI Feudum.

THESIS I.

DE adquiſitione feudi, & jure, Domini, itemque Vaſalli, quod ex feudo conſtituto ipſis competit, hactenus diſſeruimus: Nunc ordinis inſtituti ratio poſtulat, ut de amittendo feudo agamus.

De quo vide Paul. Chriſtin. *Vol.* 1. *deciſ. Belgic.* 298. & *deciſ.* 395. Gothofr. Anton. *diſput. feudal.* 11. Matth. Weſenb. *conſil.* 57.

Amittitur feudum vel ex parte *Vaſalli*, vel ex parte domini. 2

Tit. 26. §. *Domino committente feloniam*, & *tit.* 47. *lib.* 2. *feud.*

Ex parte Vaſalli amittitur feudum vel culpa Vaſalli, vel citra ejus culpam. 3 Culpa Vaſalli feudum amitti dicitur, ſi quædam gravis offenſio per 4 Vaſallum domino allata ſit, ex qua ejus in dominum ingratitudo egregia arguatur.

Tit. 23. *in prin. Verſ. De illa tamen, ibi, egregiæ ingratitudinis cauſa, tit.* 24. §. *præterea*, §. *item ſi delator*, & §. *denique, Verſ. ſi verò, tit.* 51. §. 1. & §. 2. *tit.* 55. §. *illud quoque præcipimus, lib.* 2. *feudor.* An talis offenſio ſit, & ſic Vaſallus amittat feudum qui caſtrum, ignorans dominum in illo eſſe, oppugnavit. vide Ioh. Rudinger. *lib.* 1. *quæſt. feudal.* 41.

Ejuſmodi autem offenſio eſt, à quâ fidelitatis forma Vaſallum abſtinere 5 jubet.

Tit. 5. 6. & 7. *lib.* 2. *feud.*

Et licet culpa in alterius, quàm domini perſona committatur, attamen 6 ut ea etiam domini offenſione contineatur neceſſum erit; quippe cum feudum ob culpam Vaſalli non niſi ex ingratitudine in dominum amittatur.

Tit. 23. *in princ. Verſ. Si quis enim*, & *verſ. ſeq. lib.* 2. *feud.*

Iſthæc autem culpa, qua Vaſallus feudum amittit, vel in committendo 7 conſiſtit, vel omittendo.

Tit. 17. *ibi, vel ſimiles culpas commiſerit, lib.* 1. *feud. Tit.* 24. §. *Denique, ibi, quid grave commiſerit, item ibi, vel aliud grave crimen commiſerit, libr.* 2. *feud. tit.* 5. *in princ. Verſ.* 1. *ibi, in prælio dimiſerit, tit.* 17. *ibi, ſeniores in libello dimiſerit, tit.* 21. *in fine, ibi; in pugna ſuum dominum dimiſerit,* & *cum eo non laboraverit, lib.* 1. *feud.* & *tit.* 24. §. *item qui dominum*, & §. *ſeq. lib.* 2. *feud.*

Eſt autem culpa in committendo conſiſtens quædam indecens machi- 8 natio, & facinus inhoneſtum, quo dominus graviter offenditur.

Tit. 57. & *tit.* 51. §. *ſi voluerit, lib.* 2. *feud.*

Eaque vel in dominum ipſum committitur, vel in alium. 9

d. tit. 24. §. *denique ſæpe*, & *tit.* 37. *lib. eod. feud.*

In dominum ipſum quæ committitur culpa à Vaſallo, ea vel in perſona 10 ipſiuſmet domini, aut ejus, qui poteſtati affectuivè domini ſubjectus eſt, vel in rebus domini committitur.

dict. tit. 6. & 7. *lib.* 2. *feud.*

In ipſiuſmet domini perſona Vaſallus variis modis culpam committit, 11 ex eaque feudum amittit. Et primò quidem ſi necem domino armis aut veneno adferat, aut adferre laboret, vel eum vulneret, pulſet ve, aut vulnerare, pulſare ve, inſidias ei clandeſtinas, aut manifeſtas ſtruendo, aut aſſiliendo, intendat.

Dict. tit. 6. *Verſ. incolume, tit.* 7. *Verſ. Ego juro, ibi, quòd tu amittas vitam,* & *membrum aliquod, dict. tit.* 24. §. *Porrò ſi dominum, tit.* 51. §. *ſi voluerit, tit.* 57. *libr.* 2. *feudor. tit.* 5. §. *ſimiliter ſi dominum*, & *tit.* 17. *ibi, ſi ſcienter ſeniores aſſilierint, lib.* 1. *feud.*

Committit item in ipſiuſmet domini perſona Vaſallus culpam, ſi ca- 12 ſtrum

ſtrum ſive vicum domini, vel alienum, ſciens ibi dominum eſſe, obſideat, & oppugnet.

Tit.5. §. ſimiliter ſi dominum, lib.1. feud. & tit.24. §. porrò, ibi, vel vicum, in quo eſt, per vim aggreſſus fuerit, lib. 2. feud.

13 Similiter in ipſiuſmet domini perſona Vaſallus culpam committit, ſi verbis grâvem & inhoneſtam injuriam domino ingerat.

d. t.6. verſ. honeſtum. & tit.7. verſ. Ego juro, ibi, vel injuriam vel contumeliam, vel quod amittas aliquem honorem, tit.24. §. porrò ſi dominum, ibi, vel graves, vel inhoneſtas injurias intulerit, lib. 2. feud. Schrader. *de Feud. part.9. cap.4. nu.164. cauſ.*16. latè Excellentiſſ. Dn. Beſold. *vol.2. conſil.*28.

14 Adhæc in ipſiuſmet domini perſona culpam Vaſallus committit, ſi delator domini extiterit, per quam delationem grave diſpendium ipſe dominus ſuſtineat.

Dict. tit.24. §. item ſi delator. lib.2. feud. Quo loco delator non eſt accuſator, ut vulgò exiſtimat, ſed ut Sonsbeck rectè ſentit *part. 12. nu. 46.* delator ibi eſt, qui fiſci præfecto nunciat dominum ſuum aliquid poſſidere, quod in fiſcum ceciderit, *per text. in Novell.* 115. *cap.3. §. Si delator,* ex quo loco tranſcriptus eſt *d. tit.24. §. item ſi delator, lib.2. feud.*

15 Si tamen Vaſallus ſuam ſuorumq; injuriam exequatur, ob hoc feudum ſuum non amittit.

argu. l. hi tamen 11. *ff. de accuſat. l.1. §. interdictum hoc.* 42. *verſ. aliter atque ſi vi armata. ff. de vi & vi armat.*

16 Si item Vaſallus de crimine læſæ majeſtatis dominum accuſet feudum non amittit.

argu. l. famoſi. 7. *§. ſervi quoque. ff. ad leg. Iul. majeſt. Novell.*115. *cap.3. §. ſi eos in criminalib.* vide Me *in tract. de crimin. Læſ. Majeſtat.*

17 Quod ſi etiam Vaſallus abolitione impetrata deſeruerit accuſationem, feudum non amittit: ſiquidem is tantùm accuſare dicatur, qui crimina objicit, & cauſam perorari uſque ad ſententiam efficit, non etiam qui ante juſta ex cauſa quieſcit.

l. qui cum minor 14. *§. accuſaſſe autem ff. de bonis libertor.*

18 Sed magni eſt momenti quæſtio iſthæc, poſſitne Vaſallus maximè de vero crimine accuſare dominum ſuum? Et licet id affirment gl. Alvarott. & alii: [a] attamen negant Dyn. [b] Curt. Iun. [c] Sonsbeck: [d] quibus omnino ſubſcribendum putamus. [e]

[a] *Ad dict. tit. 24. §. item ſi delator, lib.2. feudor. per l. ita vulneratus* 51. *§. Quod ſi quis, ff. ad legem Aquiliam, & l. eum qui nocentem.* 18. *in prin. ff. de injur.* [b] *ad l. Qui cum ma*[illegible]*r.*14. *ff. de bonis libertorum.* [c] *Tractat. de feud. part.4. nu.*62. [d] *part.*12. *nu.*47. [e] *per text. in tit.*22. *§. ſimiliter lib.2. feud.* quem locum de accuſatione domini, qui verè quodam in crimine hæret, accipiendum eſſe conſtat; tum quia nemini licet temerè innocentem accuſare, *toto titul. ff. ad Senatusconſultum Turpill.* Tum quia nec ſervus dominum ſuum de vero accuſare cr[illegible] impunè poteſt. *l. ſervum,* 6. *& l. ult. §. ſervo autem, C. de delator. lib.*10. tum etiam qu[illegible] teſtas accuſandi denegata eſt quibuſdam non ob innocentiam reorum, ſed propter per[illegible]rum qualitatem & conditionem aliam, *l.4. l. Qui accuſare* 8. *cum legibus ſeqq. ff. de a*[illegible] tum item quod filius nec de vero crimine patrem accuſare poteſt, *Novell. cap.3. §. Si eos in criminalibus* tum poſtremò, quod Vaſallo, licet delator domini extiterit, ubi verè qu[illegible] poſſidet dominus, ad fiſcum quod pertinet, feudo tamen ob hoc non privatur, *tit.* 24. *§. i*[illegible] *delator, lib.2. feudorum.*

Qu[illegible]

Quæritur & illud, an feudum amittat Vaſallus, ſi dominum in cauſa accuſaverit levi? Nobis Sonsbeccij [a] affirmata ſententia non diſplicet; [b] licet gl. Alvarot. [c] Curt. [d] & Schrader. [e] aliter ſentiant. [f] 19

[a] *Part.12.num.47.* [b] *per text.in dict.tit.33.§.ſimiliter Vaſallus,lib.2.feudor.* unde argumentum à teſtimonij dictione ad accuſationem haud ineptè petimus; ſiquidem dictio teſtimonij fiat coactè, accuſatio verò ſponte. [c] *ad tit. 24.§. item ſi delator, libr.2.feud.* [d] *Tractat.de feud. part.4 num.45.* [e] *Tract.feud.part.9.cap.8.num.5.verſ.ſextò hoc fallit.*

Quin etiam amittit Vaſallus ſuum feudum, ſi accuſatori ſaltem in judicio adfuerit, aut pro eo fidejuſſor extiterit. 20

Arg.text.in l.poſt legatum,5.§.ſunt qui putant.ff. de his, quæ ut indig. & d.l.qui cum major. 14.§.ſed ſi non accuſaverit,ff. de bonis libertor.

Præterea in ipſiuſmet domini perſonâ Vaſallus culpam committit, proindeque feudum perdit, ſi contra dominum in cauſa civili modica, vel criminali teſtimonium dicat. 21

Tit.33.§.ſimiliter,lib.2.feud. Cujac. *tamen ad tit.36.lib.4.feud.* & Eguinar. Baro *lib.3.de beneficiis,capit.3.pag.373.in princip.* & *ad titul.33.§.ſimiliter,libro 2.feudor.* tradunt in civili cauſa magna contra dominum non licere Vaſallo teſtimonium dicere; in modica autem civili licere.

Quòd ſi tamen Vaſallus planè renuat teſtimonium contra dominum dicere, judex autem non admiſſa ejus excuſatione invitum & reluctantem ad teſtimonij dictionem cogat, feudum non amittit. 22

Per text.in l.non videntur data 167.§.1.ff.de reg.jur. & *ſentiunt ita* Alvarott. *ad tit.24.§. item ſi delator,num.4.lib.2.feud.* Zaſ *in epit.feud.part.10.nu.49.* Sonsbec.*d.part.12.nu.68.* & Jo[illegible] Borcholt.*de feud.cap.8.num.128.*

Neque amittit feudum Vaſallus, ſi in cauſa feudali contra dominum ſuum teſtimonium dicat. 23

[illegible] eſt enim Vaſallus contra dominum in hac cauſa teſtis eſſe, *tit.2.in princ. verſ.ſi enim domino [illegible] huc,tit.32.* & *tit.ſeq.§.quod autem dictum eſt,lib.2.feud.*

Adhæc in ipſius domini perſona Vaſallus culpam committit, ſi contra eum famosâ quâdam actione civili experiatur: proindeque ob id feudo privatur 24

Per text.in tit.22.verſ.Curia autem,ibi,ſalva reverentia, & *tit.ſeq.verſ.quomodo enim,libr. 2.feudor.* Facit huc textus *in tit.33.§ ſimiliter.lib.eodem:* quodq; cauſa criminali ſimilis eſt cauſa civilis famoſa, *l.1.ff.de his,qui notantur infam.* Confert eodem, quòd nec libertus adverſus p[illegible]onum famoſam actionem civilem movere poteſt, *l.non debet,11.§.1.ff.de dolo malo,l.4.§. adver[illegible] us parentes,ff.de doli mali & metus except.* Accedit autoritas Dd. quos collegit Roſen[illegible] *in ſynopſi juris feud.cap.10.conclus.32.ſub lit.e.*

Quòd ſi etiam atroci aliqua, & reali injuria Vaſallus ſit affectus à domino, contra ipſum impunè experiri etiam directo poteſt civili famoſa actione. 25

[illegible]r text.in l.1.§.interdictum hoc,43.verſ.Meliuſq; erit.ff.de vi & vi armat. l.hi tamen. 11. [illegible] ff.de acceſat. Weſemb.*tr.de feud.cap.10.num.15.in fin.*

Quæritur de interdicto unde vi, ſi hoc Vaſallus in dominum egerit, an ſuum ex eo feudum amittat? Et placet nobis Dd. concluſio, qua communiter illud affirmant. 26

[illegible]um.l.1.§.interdictum hoc.ff.de vi & vi armat.l.4.l.non debet 11.§.1.ff.de dolo malo.l.4.§.

adverſus parentes.ff.de doli mali & metus except.l.2.ff. de obſequiis parent. & patr. præſt. Zaſ. *in epit.feud.part.11.num* 23. & *ſeq.* Molin. *ad conſuetud. Pariſ.tit.1.§.1.gloſſ.4.nu.*35. Menoch. *de recuperand. poſſ.ff.Remedio.1.nu.*96. Weſenbec. *tractat.de feud.cap.10.nu.*15. Diſſentiunt Iacobin.de S Georg. *in tr. de feud.ad verb. Et dicti Vaſalli,nu.7.pag.*97. Ioan.Borcholt. *d. feud. cap.9.num.*18 Roſenthal. *cap.*10 *concluſ.*32. & Vult. *d. feud. cap.11.num.27.pag* 730. *verſ.quod de cauſa criminali.* vide quoque Mynſinger. *cent.4.obſervat.*91. & *conſil.*21 *quæſt.1.ſub tomo* 3. *variorum conſil. iuriſconſultor. Germania.* Vbi volunt, quòd Vaſallus interdictum unde vi contra dominum movere poſſit. quæ ſententia probari videtur hoc ipſo, quòd interdictum unde vi, famoſum eſſe negatur *in l. neque unde vi* 13.*ff. de vi & vi armat.* Item hoc argumento, quod Vaſallus primo ſit læſus ab ipſo domino per vim ejus, ut idcirco ægrè ferre non debeat dominus, ſi hoc interdicto conveniatur.

27 Si tamen vim armatam dominus intulerit Vaſallo, poteſt hic adverſus illum interdicto unde vi jure experiri.

argum.l.1. §. interdictum hoc. ff. de vi & vi armat. Molin. *ad conſuetud.Pariſ.t.1.§.1.gloſſ.4.num.*42. Menoch *de recuper.poſſ.remed.1.num.*98. & Weſembec. *tractat. de feud. capit.* 10. *numer.*15.

28 Sin vis fuerit inermis, ſubſidiaria in factum actione convenire dominum Vaſallus poteſt ad recuperandam poſſeſſionem ſuam.

Per l.non debet 11.*in fin ff.de dolo malo.l.5.in fin. C.eod.tit.l.4.§. adverſus parentes.ff. de doli mali,& metus except.*Menoch.*dict.remed.1.nu.*98.Weſemb.*d.cap.10.nu.*15.

29 Sed an culpam committat, & feudi amiſſione dignus ſit Vaſallus, ſi in cauſa criminali contra dominum judicet, hoc loco, quæri poteſt? Nobis affirmata ſententia veritati conſona videtur.

Per text.in tit.33.§.ſimiliter Vaſallus,libro 2.feudorum. Alvarott. *ad tit.24. §.item ſi delator,colum.4.libr.2.feudor.*obſtat,quod filius in cauſa patris judex eſſe poteſt,*l.in privatis* 77.*ff. de judic.*

30 Præterea in ipſiuſmet domini perſona committit Vaſallus culpam, ob eamque feudum amittit, ſi in perniciem domini cum hoſte aliisque inimicis ipſius amicitiam contrahat.

text.in tit.57.lib.2.feud.facit & huc l.liberi 29.*verſ.ſi tamen mater.C.de inoff.teſtament.& l.1.§.cum patronus,in fin.ff. de offic.præfecti urbi.* & ſcribit poſt alios Schrader.*part.9. cap.5. nu.*23.*& ſeqq.*

31 Sed utrum in dubio præſumatur Vaſallus in domini offenſionem & perniciem ſeſe aggregaſſe ad amicitiam hoſtis, aut alterius inimici domini ſui: an verò hujus rei probatio incumbat domino, Dd. diſceptant. Poſterius nobis probatur.

Eſt enim amicitia res per ſe honeſta.*l.lata culpa* 223.*§.1.ff.de verbor.ſignificat.* unde ad facta turpia ſe non extendit,*l.filius* 15.*ff.de condit.inſtitut.* Huic argumento accedit authoritas Iacobini de S.Georg. *tract.de feud.in verb. Denique Vaſalli promiſerunt non committere. num.*14 aliorumque,quos citant Roland.à Valle *conſil.1.num.87.volum.*3. Schrader.*d.cap.5.nu.*30. Roſenthal *cap.10.concluſ.*27. Vultei.*lib.1.cap.11.nu.29.in fin.* Diſſentit Matth.de Afflict. *ad tit.22.§.porro ſi dominum,num.*21.Zaſ.*in epit.feud.part.10.num.*32.Socin.Iun.*conſil.134 nu.36.libr.*3 Menoch.*conſil.*102.*num.*11.& 12.*lib.*1.

32 Adhæc, in ipſiuſmet domini perſona Vaſallus culpam committit, ob eamque feudum amittit, ſi credentiam domini, id eſt, arcanum fidei ſuæ commiſſum ad ejus damnum malitioſè manifeſtaverit.

Tit.17.lib.1.feud.tit.5.ibi, nec id quod mihi & c.tit.6.verſ.tutum, tit.7.ibi, & ſi aliquid mihi,& c.lib.2.feud.

Duo

Duo itaque conjunctim requiruntur, vt ex hac cauſa feudum Vaſallus amittat. I. Malitia, ſive dolus Vaſalli. II. Propoſitum inferendi domino damnum. [a] Nonnulli [b] addunt tertium, ut ſcilicet damnum ſit ſecutum: quod tamen requiſitum non agnoſcimus. [c] 33

[a] *Per tex. ad præcedentem theſin adſcriptos, & tradit gl. ad dict. tit. 17. in verb. ſcienter, lib. 1. feud.* [b] Alvarot. *ad d. tit. 17.* Zaſ. *part. 10. num. 34.* Sonsbec. *part. 12. num. 62* Roſenthal. *in ſynopſi jur. feud. cap. 10. concluſ. 60.* [c] Tum quia feudorum placita duntaxat prædicta duo requirunt: Tum quia Vaſallus, quando ſecreta domini revelat, non ſimplex delictum, ſed etiam perjurium committit: Tum quia jure communi in maleficiis voluntas ſive propoſitum delinquendi facto quodam declaratum, non exitus ſpectatur, *l. divus 14. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. l. Quoniam multa 6. C. ad leg. Jul. de vi publ. l. Qui injuria 53. ff. de furtis, & c pro humani. §. fin. tit. de homicid. in 6.* Tum poſtremò, quia ipſum damnum, quod Vaſallus intulit domino, per ſe cauſa eſt amittendi feudum, huic cauſæ oppoſita in *tit. 6. verſ. utile, & tit. 24. §. item ſi delator, & tit. 33. §. ſimiliter Vaſallus, lib. 2. feud.*

Adhæc, in ipſiuſmet domini perſona culpam committit Vaſallus, proindeque feudo multatur, ſi feudum vel ejus partem, aut feudi conditionem, id eſt, ſervitium ſciens dolo malo inficietur, & abneget, [a] in judicio, vel extra judicium. [b] 34

[a] *Tit. 26. §. Vaſallus ſi feudum, & §. Vaſallus feudum, & t. 34. §. ult. lib. 2. feud.* [b] Sunt enim adducti textus generales, & ſentit ita Cujac. *lib. 3. feud. ad tit. 5.*

Quæritur autem, an Vaſallus feudo ſuo privetur, ſi domino feudum eſſe affirmanti, dubitanter reſponderit, Neſcio? Et jure feudorum negativa probatur. 35

Tit. 26. §. Vaſallus feudum, & tit. 34. §. ult. lib. 2. feud.

Quòd ſi Vaſallus partem duntaxat feudi abnegaverit, ne pœna excedat delictum, [a] non toto multatur feudo, ſed ejus tantùm parte. [b] 36

[a] Contra *l. reſcriptum 6.* ubi Bartolus & alii, *ff. de his, quæ ut indign. & l. Sancimus 22. Cod. de pœnis.* [b] poſt alios Molin. *ad conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 30. numer. 6.* Cujac. *ad dict. tit. 5. libro 3. feud.*

Quid verò ſi Vaſallus inſtrumentum feudale abneget, nunquid ob id feudo privatur? Schraderus quidem ita ſentit; [a] verùm ſententia contraria probabilior videtur. [b] 37

[a] *Tract. feud. part. 9. cap. 6. nu. 23. & ſeq.* [b] *per tex. in tit. 26. §. Vaſallus ſi feudum, ibi, aut ſi ... iam regni domini celaverit Vaſallus, feudum tamen non amittit, lib. 2. feud.* & facit huc, quod in pœnalibus extenſio regulariter licita non eſt, Everhard. *in Topic. in loco à ratione legis larga ad extenſionem ipſius legis.*

Amittit quoq; Vaſallus feudum, ſi filium ſuum, feloniam in dominum qui commiſit, vel non ſeparet à ſe, vel requiſitus ad dominum non deducat ad ſatisfaciendum domino. 38

Tit. 55. §. Inſuper. & Tit. 51. § Quæſitum, lib. 2. feudor. Borcholt. *de feud. cap. 7. num. 58.*

De culpa, quæ in ipſiuſmet domini perſona committitur, hactenus diſſeruimus: Sequitur de ea modò culpa, quæ committitur in dominum, in perſona ejus, qui domini poteſtati affectu vè ſubjectus eſt. 39

Huiuſmodi culpa eſt, ſi Vaſallus dominum cucurbitaverit, id eſt, ſtuprum domini uxori, aut filiæ, aut nepti ex filio, aut nurui, aut ſorori, 40

 in do-

in domo, id eſt, familia ejus adhuc in capillo manenti ſciens obtulerit

Tit.5.§.Item ſi fidelis,tit.21.§.ult.verſ.vel ſi concubuerit,libr.1.feud.tit.24.§. Rurſus ſi domini,tit.38.verſ.Et ideo,& tit.57.ibi,vel ſi eum cucurbitaverit, lib.2.feudor.

41 Quin etiam ſi Vaſallus ſaltem conatus fuerit ſtupro maculare uxorem domini,feudum ſuum amittit.

Tit.5.§.Item ſi fundus,lib.1.feudor.facit l.D.vus 14.ff.ad leg.Cornel. de Sicar.l. Qui injuria. 53.ff.de furtis.

42 Similiter ſi Vaſallus turpiter ſaltem luſerit cum uxore domini, ut ſi in ejus ſinum,vel ad mammas manum ſuam poſuerit.

*dict.tit.5.§.Item ſi fidelis,& ibi gl.& Hotom.lib.1.feud.*Cujac.*ad tit.2.lib.eod. Sonsbec.part. 12.num.24.*

43 Quid verò ſi Vaſallus uxorem domini deoſculetur,aut amplexetur, nũquid ex eo feudum amittit? Certè amittit feudum,ſi turpe, impudicum, & luxurioſum fuerit oſculum,vel amplexus ejuſmodi.

dict.tit.5.§.Item ſi fidelis,ibi,cum ea turpiter luſerit,lib.1.feud.

44 Præſumitur autem ejuſmodi oſculum, & amplexus talis, ſi fiat ſecretò, modò populi conſuetudo non ferat,ut mas ad alienæ fœminæ oſculum; vel amplexum veniat.

Poſt alios Frider.Schenck.Baro *ad d.tit.5.§.Item ſi fidelis,num.2.lib.1.feud.&* Sonsbec.*part. 12.num.26.*

45 Similiter feudum ſuum amittit Vaſallus, ſi literas amatorias ad uxorem ſui domini miſerit, aut munuſculorum illecebris pudicitiam ejus ſollicitaverit, aliisque ſtrophis ad expugnandam pudicitiam illius uſus fuerit.

*Arg.d.tit.5.§.Item ſi fidelis,*ubi Fridericus Schenck Baro,*lib.1.feud.*

46 Sed anceps quæſtio eſt, an ex eo quoque Vaſallus feudum ſuum perdat, quod ſe exercuerit ſaltem, ut cum domini filia, aut nepte ex filio aut nuru, aut ſorore concumberet? Alij negant, [a] alij affirmant: [b] atque horum ſententiæ ſubſcribendum putamus. [c]

[a] Bald. & Frider.Schenck Baro *ad dict.tit.5.§. Item ſi fidelis, libr.2.feud.* [b] Martin.Laude[illegible] & Iacob. de Belviſo,*verſ. Quare ſi Vaſallus,ad dict.§. Item ſi fidelis,* & Curt.Iun. *Tract. de feud. part.4.num.25.verſ.Secunda cadit dubitatio,pag.341.* [c] *per text.in tit.6.verſ.Honeſtum. & tit. ſeq.§.pen.in fin.ibi,ad tuam vel tuorum injuriam,vel contumeliam,lib.2.feud.junct.text.l.[illegible] apud 15.§.Si quis virgines.& §.appellare,ff.de injur.& facit text.in l.1.in prin.ff. de extraord. criminib.l.Si quis 5. C.de Epiſcop. & cler.l.un.C.Si quacunq; prædict.poteſtat.junct.l.1.§ Item aut per ſemetipſum,& §.pen.& ult.l.5.§.Illud,& dict.l.Item apud 15.§.ſponſum,& l.cum qui, 18.§.ult.ff.de injur.* Accedit huc, quod conditio & clauſula præcedens aſſumitur etiam ad communionem eorum,quæ ſequuntur,eaque determinat æqualiter,ſi his etiam congruere videatur,*l.cum pater 77.§.cum imperfecta,ff. de legat.2.* Quin etiam præcedens clauſula potentior & fortior eſt,ut ſequentia determinet,quam è contra *l.quisquis 95.* ubi gl.*ff. de legat.3. l.Fi[illegible]ſum.27.in princip.ff. Quando dies legat. ced.* Bartol.*ad l.avia 77.in princip.verſ.Item oppono ff. de condit.& demonſtrat.* Tiraquell.*de retract.lignag.§ 1.gloſſ.14.num.25.& ſequent.* Menoch. *libr.de arbitr.judic.caſu 64.num.19.& ſeq.& libr.1.de præſumpt.part.1.præſumpt.28.num.28. & ſequent.*

47 Eſt & illud quæſtionis dubiæ, utrùm Vaſallus, qui poſteaquam ſe exercuit, ut concumberet cum uxore domini, ſua ſponte pœnitentia ductus ab incœpto deſtitit,feudum amittat,necne? Et licet Hotomannus id affirmet,

glolſ-

[a] gloſſa autem [b] & Iacob. de Ardiz, [c] negent, nobis tamen diſtinctio Curtij [d] & Friderici Schenckij Baronis [e] placitis feudorum [f] conſona videtur, quæ hæc eſt, quòd Vaſallus vel ſe exercuerit, ut concumberet, ſed ex pœnitentia ad actum non pervenit; vel non tantùm ſe exercuit, ut concumberet, ſed & ipſum ad actum pervenit, id eſt, ſollicitavit mulierem ad concubitum; poſtea verò ſua ſponte à conamine improbo deſtitit; hunc feudum amittere aiunt, illum verò non item.

[a] *Ad tit.51. §. Si voluerit Vaſallus, lib.2.feud. per l. Quia ea mente 65.ff. de furt. l. pen. ff. vi bonor. rapt. & l. Quid ſit 17. ff. de adilit. edict.* [b] *Ad dict. tit.5. §. Item ſi fidelis, in verb. exercuerit, lib.1.feud.* [c] *in Epit. jur. feud. cap.85.* Gloſſa & Ardizon. ſententiæ ſuffragari videtur *textus in l. Qui falſam 19. ff. ad leg. Cornel. de falſ. l. Papin. 8. §. Meminiſſe, ff. de inoffic. teſtam. l. Qui autem maior 14. §. Accuſaſſe autem, ff. de bonis, quæ liber. & l. item apud 15. §. ſi curaverit quis, ff. de injur.* [d] *Tractat. de feud. part. 4. num. 25.* [e] *Ad dict. tit.5. §. Item ſi fidelis, num.2. libr.1.feud.* [f] *per text. in tit.51. §. ſi voluerit Vaſallus, ibi, ſi laboraverit, non amittit feudum, niſi inſidiatus ei fuerit, lib.2.feud.*

Quòd ſi autem Vaſallus, qui exercuit ſe, ut concumberet cum uxore domini, vel alijs affectui ejus ſubjectis fœminis, non ſuâ ſponte, pœnitentia licet ductus, ſed impedimento aliquo interveniente à concubitu abſtinuerit, feudum ſuum amittit. 48

dict. tit.8. §. Item ſi fidelis, & ibi gl. in verb. Exercuerit, lib.1.feud. Iacob. de Ardiz. *in Epit. jur. feud. cap.85. &* Curt. Iun. *dict. part.4. num.25.*

Quid verò ſi à fœmina feudum quis poſſideat, nunquid amittit feudum illud, ſi cum filia, aut nuru dominæ concubuerit, vel de concubitu eam ſollicitaverit? decreta feudorum affirmant. 49

Tit.24. §. Rurſus ſi domini, vel domina, lib.2.feud.

Si tamen cum ſorore ſuæ dominæ concubuerit, aut de concubitu eam ſollicitaverit Vaſallus, feudi ſui jacturam facere mihi non videtur, ſi ipſa domina conjunx fuerit. 50

Tum quia ob injuriam ſorori illatam, ſoror actione injuriarum experiri non poteſt, Menoch *libr.2. de arbitr. judic. caſu 262. num.4.* Tum quia ſoror hæc in domo, id eſt, familiâ cum ipſa ſorore domina ampliùs non eſt, ut quæ per nuptias in mariti familiam pervenit. Tum quia ſoror dominæ hic nihil diſtare meritò debet à dominæ nepte ex ejus filia, cum quâ ſi Vaſallus concubuerit, feudo non privatur, eò quod in domo, id eſt, familiâ dominæ non eſt, *d. tit.5. §. Item ſi fidelis, ibi, cum nepte ex filio, lib.1.feud.*

Non ſolum autem Vaſallus feudo ſuo exuitur, ſi juſta fuerit uxor domini, ſed & ſi injuſta ſit, cui ſe immiſcuit, aut immiſcere laboravit, [a] niſi ratione ſanguis ſit injuſta uxor. [b] 51

[a] *Per l. ſi uxor 13. §.1. ff. ad leg. Iul. de adulter.* Afflict. *ad dict. tit.5. §.1. numer.23. libr.1.feud.* [b] Cum hac enim adulterium non committitur *l. ſi uxor 13. §. Sed et ſi ea, ff. ad leg. Iul. de adulter.* proindeq. nec feudum amittit Vaſallus, ſi cum hujuſmodi uxore concubuerit, aut concumbere tentaverit, Vult. *lib.1. de feud. cap.11. num.38. pag 738.*

Similiter feudum ſuum amittit Vaſallus, ſi ſponſam domini ſtupraverit. 52

Tum quia ſtuprum ſponſæ illatum jure mariti ſponſus vindicare poteſt, *l. ſi uxor 13. §. Divi, ff. ad leg. Iul. de adulter. l. propter 7. Cod. dict. t.* Cujac. *libr.6. obſervat. cap.16. & libr.20. cap.16.* Petrus Faber *lib. .. conj. lectur. cap.6.* Tum etiam quia injuria ſponſæ illata etiam ad ſponſi contumeliam ſpectat, *l. item apud 15. §. ſponſum quoque, ff. de injur.* His accedit autoritas Dd. quos

 citat

citat & ſequitur Schrad. *Tract. feud. part 9. cap. 2. num. 12. & ſequent.* & Eg. Baro *lib. 3. de benefic. cap. 3.*

53 Quæritur de matre domini, ſi eam Vaſallus ſtupro maculaverit, an feudo ſuo multetur? Sonsbeckius, [a] & Eg. Baro [b] negant, plerique vero affirmant, quorum ſententiæ ſubſcribere nihil dubitamus.

[a] *In comment. in uſus feud. cap. 12. num. 19.* [b] *lib. 3. de benefic. cap. 3.* [c] Quos citat & ſequitur Schrader. *dict. part. 9. cap. 2. num. 16.* [d] Tum quia filij dignitas in matrem quoq; derivatur, *Novell. 105. c. 2. in princ. & l. ult. §. fin. C. de privileg. Scholar. lib. 12.* Tum per text. *in t. 7. §. penult. in fin. ibi, ad tuam vel tuorum injuriam, vel contumeliam, lib. 2. feud.* Tum quia Vaſallus feudo exuitur, ſi domini ſtupret ſororem, quæ eſt in capillo, *tit. 5. §. Item ſi fid. lis. libr. 1. feud. & tit. 24. §. Rurſus domini, libr. 2. feud.* multò magis ergò vel æquè feudo multatur, ſi vitiet domini matrem: ſiquidem frater faciliùs exheredare poſſit ſororem ſuam, quàm filius matrem, ut patet ex collatione textus *Novell. 22. cap. 46. §. ult. & cap. 47. cum textu in Novell. 115. cap. 4.* & mater non minùs ſit in domo, id eſt, familia domini, quam ſoror ejus, quæ adhuc eſt in capillo.

54 Non ſolùm autem Vaſallus feudo ſuo privatur, ſi cuidam ex prædictis perſonis nolenti & invitæ vitium obtulerit, ſed & ſi volenti id fecerit.

Per l. 1. §. uſque adeo, & l. ſi quis ſervum 26. ff. de injur. Et ſentiunt ita Dd. communiter, quos citat Schrad, *dict. part. 9. cap. 2. num. 19.* & Vult. *lib. 1. de feud. cap. 11. num. 31. pag. 747. verſ. cæterùm.*

55 Sed in quæſtionem vocatur, priveturve Vaſallus ſuo feudo, ſi carnaliter cognoſcat domini uxorem, vel filiam, vel neptem ex filia, vel nurum, vel ſororem, quæ in capillo eſt, vel ſponſam, vel matrem, ſi publica ſit meretrix, & palàm corpore turpem quæſtum faciat? Et licèt Dd. communiter id affirment, [a] propugnari tamen negata ſententia poſſe videtur. [b]

[a] Andr. de Iſern. & Matth. de Afflict. *num. 10. ad dict. tit. 5. §. Item ſi fidelis, libr. 1. feud.* Curt. Iun. *Tractat. de feud. part. 4. num. 22.* Schrad. *part. 9. cap. 2. num. 19.* Henric. à Roſenthal *in Synopſi juris feud. cap. 10. concluſ. 57.* & Vult. *lib. 1. de feud. cap. 11. nu. 31. pag. 747.* [b] Tum quia in meretrice neq; adulterij, neq; ſtupri crimen committitur *l. ſi ea 22. l. Quæ adulterium 29. C. ad leg. Iul. de adulter.* Tum quia ſcorto qui ſe miſcet, neque ipſi injuriam infert, *l. Item apud 15. §. Si quis virgines, verſ. Multò magis, ſi meretrices veſtit, ff. de injur.* neq; ejus maritum injuriâ onerat, aut patrem, aut filium, aut fratrem: Siquidem cum meretrice veneream conjunctionem qui habet contumeliæ cauſâ id non faciat, proindeq; nec injuriam cuiquam inferat, *l. 3. §. pen. l. injuriarum 13. §. ſi quis de honoribus, & §. quæ jure poteſtatis, & l. quod Respubl. 34. ff. de injur. l. Item quæritur 13. §. Item Iulianus, ff. locati.* Quò pertinet, quòd voluntas & propoſitum delinquentis maleficia diſtinguit, *l. Qui injuriæ 53. in princ. ff. de furtis.* Et injuria ex affectu facientis conſiſtit, *l. 3. §. 1. ff. de injur. confer etiam l. Verum 39. ff. de furtis.*

56 Eſt & illa non parum controverſa quæſtio, an feudum ſuum amittat Vaſallus, ſi domini viduam ſtupraverit? Plerique interpretes juris feudorum id affirmant, [a] aliqui verò negant, [b] quibus noſtrum addere calculum non recuſamus. [c]

[a] Clar. *lib. 4. ſentent. §. feudum, quæſt. 48. & in §. ſtuprum, num. 8.* Schrad. *Tract. feud. part 9. cap. 2. num. 5. & ſeqq.* Henric. à Roſenthal. *in Synopſi juris feud. cap. 10. concluſ. 55.* [b] Bald. *ad tit. 21. §. ult. num. 4. lib. 1. feud.* Sonsbec. *part. 12. nu. 16.* Schenck Baro *ad tit. 5. §. Item ſi fidelis, num. 1. lib. 1. feud.* Eguin. Baro *lib. 3. de beneficijs, cap. 3.* & Carol. Molin. *ad conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 30. num. 143.* [c] *per text. in d. tit. 21. §. ult. ibi, vel ſi concubuerit cum uxore domini ſui domino vivente, lib. 1. feud.*

57 Si tamen Vaſallus intra luctus tempora viduam domini vitiet, dignus eſt amiſſione feudi.

Tum

Tum quia vidua, quæ intra luctus tempus alium veneris cauſa marem admittit, ſuſpicionem de ſe movet adulterii vivo marito cum altero illo mare commiſſi, *Novell 39. cap. 2. §. Sed quia hæc, Verſ. Si enim illæ*. Tum quia mas, qui intra luctus tempus cum vidua concumbit, occaſionem præbet turbando ſanguini defuncti mariti, *l. liberorum, 11. §. 1. in fin. ff. de his, qui not. infam.* His argumentis addimus autoritatem Rolandi à Valle, *conſil. 86. numer. 40. & 47. Vol. 2.* Molin. *ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 30. num. 143.* & Ioan. Borcholt. *in comment. in conſuetud. feud. cap. 8. num. 97.*

Eſt & illa quæſtio elegans, an feudo ſuo privetur *Vaſallus*, ſi cum domi- 58
ni concubina rem habuerit? Et licet affirmata concluſio ſuos habeat magni nominis patronos, attamen ſententia negata nobis veritati propior videtur.

Tum quia vir in concubina ſua adulterium jure mariti vindicare non poteſt, *l. ſi uxor 13. §. Si quis uxorem Verſ. Quod & in concubina, ff. ad leg. Iul. de adulter.* Tum quia licet furti actionem in uxorem movere maritus non poſſit, contra concubinam tamen eâ actione conſiſtere poteſt, *l. ſi concubina 17. in princ. ff. rer. amot.* Tum etiam quia in pœnalibus juris extenſio licita non eſt, ut ſupra oſtendimus: Tum poſtremò, quia concubinatus prohibitus eſt jure divino, *1. Corinth. cap. 5. & 7.* Item jure canonico, *cap. concubinæ, & cap. ſeq. 32. quæſt. 2. c. Nemo e. dicat aliquis, c. meretrice, & ſeq. 32. quæſt. 4. tum etiam Novell. Leonis 91.* Accedit inſuper ad probandam hanc ſententiam autoritas Martini Laudenſ. *ad tit. 5. §. 1. lib. 1. feud* Ferrar. *in aurea pract. libellor. in forma libelli, quo agitur ad revocationem feudi, ad Verb. nec ſuperſtitibus, numer. 17.* Molin. *ad conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 30. num. 140.* & Vultej. *lib. 1. de feud. cap. XI. num. 31. pag. 137.* Cæterum contrariam opinionem juvare videtur *l. Item legato 49. §. pa. Si autem, ff. de legat. 3. l. Senatores 31. in prin. ff. de donat. & l. probrum 41. §. 1. ff. de injur. l. libro memorabilium 144. ff. de Verb. ſign.* Tum maximè text. *in Novell. 115. cap 3. ibi, Si novercæ ſuæ aut concubinæ patris, junct. text. in tit. 24. §. prædictis modis, lib. 2. feud.* Patronos hujus opinionis memorat. & ſequitur Schrad. *dict. part. 9. cap. 2. num. 15.*

Superiori quæſtioni proxima videtur illa, an ſuum *Vaſallus* feudum 59
amittat, ſi dominæ ſuæ, à qua feudum poſſidet, pediſſequam ſtupro cognoverit? Et licèt Dd. id communiter negent, [a] affirmatæ tamen ſententiæ adhærere nihil dubitamus. [b]

[a] Andr. de Iſern. *ad tit. 5. §. 1. lib. 1. feud.* Curt. Iun. *de feud. part. 4. num. 22.* Sonsbec. *dict. part. 12. num. 22.* Fried. Schenck Baro, *ad tit. 5. §. Item ſi fidelis, num. 1. lib. 1. feud.* [b] Tum quia honeſtatis cauſâ pediſſequæ habentur, Vaſallus autem nihil contra domini aut dominæ honeſtatem agere poteſt, *tit. 6. verſ. Item ſtum, junct. Verſ. Sed quia non ſufficit, lib 2. feudor.* Tum quia Vaſallus abſtinere tenetur etiam ab injuria & contumelia eorum, qui domini ſaltem affectui ſunt ſubjecti, *tit. 7. §. pen. in fin. libr. 2. feud.* Tum quia jure communi injuria afficit dominam, qui ejus pediſſequam aſſectatur, aut illius pudicitiam attentat, *l. Item apud 15. §. Tenetur etiá, & §. ſeq. & § Meminiſſe, ff. de injur.* Tum poſtremo quia Vaſallus privatur ſuo feudo etiam ob alias cauſas ſimiles his, quæ nominatim in feudorum jure ſunt expreſſæ, *tit. 24. §. Sed quia naturâ, lib. 2. feud.* Sed Vaſallus non minus injuria onerat dominam ſuam, ſi ejus pediſſequam ſtupret, ut jam oſtenſum eſt, quàm ſi inferat ſtuprum filiæ ejus.

Hactenus de culpa *Vaſalli*, quam commiſit in perſona ipſiusmet domi- 60
ni; tum etiam in perſona ejus, qui poteſtati affectuivè domini ſubjectus eſt. Sequitur modò de culpa *Vaſalli*, quam in domini rebus committit. Ejuſmodi culpa eſt, primò ſi *Vaſallus* domino ſuo damnum dederit in munitionibus aliisvè poſſeſſionibus ejus.

Tit. 6. Verſ. Totum. & Verſ. utile, & tit. 7. Verſ. Et ſi contigerit, lib. 2. feud. junct. tit. 21. in prin. lib. 1. feud. ex quo loco intelligimus, quòd Vaſallus feudum ſuum amittit ex omni culpa, à qua fideli-

fidelitatis formâ eum abſtinere jubet. Sed obſtare videtur *text. in tit. 24. §. Sed quia na[illegible] Verſ. Nam & ſæpe deierat, lib. 2. feud.*

61 *V*nde ſi domini ſui arcem, caſtrum , vicum, aut civitatem oppugnet *V*aſallus, feudo ſuo privatur, etiamſi dominus ibi non fuerit, vel ſi adſit ibi, *V*aſallus autem id ignoret.

Per text. *ad præcedentem theſin* adſcriptos, & tradunt gl. *in Verb. ſciens*, Alvarot. *num.* 1. & 3 Bald. *num.* 1. & 3. Iacob. de Belviſo, *Verſ. Opponitur primò*, Frider. Schenck. Baro *ad tit. 5. num.* 1. *lib. 1. feud.* Sonsbec. *dict. part.* 12. *num.* 35. Menoch. *conſil.* 97. *num.* 29. & *ſeq. lib.* 1. Iacobin. de S. Georg. *Tract. de feud. in Verb. Dictique Vaſalli promiſerunt, num.* 33. *pag.* 79. Curt. Iun. *Tract. de feud. part. 4. num.* 32. Zaſ. *in Epit. feud. part.* 10. *num.* 37. ſed enunciati hujus membro ultimo de ſcientia & ignorantia obſtare videtur *text. in dict. tit. 5. §. Similiter ſi dominum, ibi, ſciens dominum, vel dominam ibi eſſe, lib. 1. feud.* & *in tit. 24. § Porrò ſi dominum, ibi, vel vicum in quo e[illegible] lib. 2. feudor.*

62 Sed quæritur, ſi *V*aſallus oppugnet arcem, caſtrum, vicum, aut civitatem, quam communem cum domino ſuo habet, an feudi ſui amiſſione multetur? Schraderus negat, [a] nos affirmandum putamus. [b]

[a] *Tract. de feud. p[illegible]9. cap. 3. num.* 4. [b] Tum quia Socius, ſi in re communi damnum dederit, ſocio ſuo ex lege Aquilia tenetur, ſcilicet pro ea parte, qua dominus eſt, *l. Sed ſi ex cauſa* 47. *§. 1. & legib. ſeqq. ff. pro ſocio, l. ſed ſi communem,* 19. & *l. ſeq. ff. ad leg. Aquil.* Tum quia ſocius, ſi rei communis furtum fecerit, ſocio ſuo furti actione tenetur, *l. ſi ſocius* 45. *ff. de furtis*, Tum etiā quia de re totâ quod dicitur, de ejus quoque parte in re etiam communi intelligendum eſt, *l. Quæ de tota* 76. *in princip. ff. de rei vind. l.* 3. *ff. pro derelict. l. Qui ſcit.* 25. *in princip. ff. de uſur. l. in ratione* 30. *§. Rurſus, ff. ad leg. Falcid. l. Si duo.* 51. *in fin. ff. de adminiſtr.* & *peric. tut. l. Si ſervus ejus* 82. *ff. de adquir. vel amit. hered.* Tum deniq; quòd ſocio permiſſum non eſt, in re communi ut quid faciat, quo res ea deterior fiat, *l. parietem* 8. *l. Quidam Hiberus* 13. *ff. de ſervit. præd. urban.* qui poſtremus locus in primis tuetur hoc pronunciatum noſtrum.

63 Similiter feudo ſuo exuitur *V*aſallus, ſi alij arcem, caſtrum, vicum, civitatem domini oppugnanti conſilium aut opem præſtiterit.

Tit. 6. Verſ. Sed quia non ſufficit, & *tit. ſeq. Verſ. Ego juro,* & *tit. 57. ibi, inſidijsq́; eum clandeſtinis appetiverit, vel inimicis ejus ſuas amicitias copulaverit, atq; in alijs ſic verſatus eſt, ut potiùs inimicus, quàm fidelis eſſe credatur, libr. 2. feudor.* & tradunt Dd. quos collegit Roſenthal *in Synopſi juris feud. cap. 10. num.* 52.

64 Adhæc, feudum ſuum amittit *V*aſallus, ſi illud fecerit deterius.

Per text. in tit. 8. §. E contrario, Verſ. Meliorem, tit. 24. §. Præterea ſi Vaſallus, ibi, aut patrimonij grandem jacturam facere molientem, & *tit. 27. §. Quicunq́; advocatiam, ibi, beneficium inornatè tractaverit, libr. 2. feud.* Confert huc, quòd emphyteuta privatur emphyteuſi ſua, ſi rem emphyteuticam deteriorem fecerit, *Novell. 120. cap. 8.* & *in Auth. Qui rem, C. de SS. E[illegible]ſ.* Hartm. Piſt. *lib. 1. quæſt. jur. quæſt.* 28. Mynſing. *cent. 6. obſerv.* 86. Colonus item ſi fundum conductum fecerit deteriorem, jus ſuum amittit, *l. 3. C. de locat.*

65 Duo autem conjunctim requiruntur, ut ex cauſa deteriorationis feudum ſuum amittat *V*aſallus, Prius eſt, ut dolo malo, vel culpa ſua rem feudalem fecerit deteriorem: [a] Alterum, ut deterioratio illa ſit inſignis, id eſt, notabilis quantitatis. [b] Addunt Dd. tertium, ut ad perpetuam rei feudalis jacturam ea deterioratio ſpectet: [c] *V*erùm decreta feudorum nobis hoc requiſitum non agnoſcere videntur. [d]

[a] *Per tit. 21. de feudo ſine culpa non amitt. tit. 22. §. Sancimus, ibi, niſi convicta culpa, libr. 1 feud. tit. 22. in princ. ibi, eum in culpam inciſiſſe, tit. 24. §. Præterea, Verſ. Quod ſi non fecerit dolo, vel negligentia ſua, vel fraude, tit. 52. §. ultim. libr. 2. feud.* [b] *l. 24. §. præterea, ibi, grandem* [illegible]

[illegible]

[illegible]tiam, & *§. Item ſi delator, ibi, grave diſpendium,* & *§. Denique, verſ. Si verò, ibi, graviter deliquerit,* & *grave quid commiſerit, Item ibi, vel aliud grave crimen,* & *tit. 23. in princ. verſ. De illa, ibi, egregia ingratitudinis cauſa, libr. 2. feudor.* Quæ autem ſit modica, vel magna ſive inſignis deterioratio, declarat Menoch. *lib. 2. de arbitr. judic. cent. 1 caſu 78.* [c] Schrader. *dict. part. 9. cap. 6. nu. 69.* Vultej. poſt alios *lib. 1. de feud. cap. 11. num. 39.* [d] Tum quia Vaſallo non licet feudi conditionem ne quidem in qualitate deteriorem facere, *tit. 8. §. E contra, verſ. Si verò per ſe, juncto præcedenti etiam §. lib. 2. feud.* Tum quia feudum maximè in perceptione fructuum rei feudalis conſiſtit, *tit. 23. §. ult. verſ. Uſusfructus verò, libr. eod. feud.* Tum poſtremò quia ex fructibus feudi ſervitia domino præſtantur, *tit. 54. in fin.* & *tit. 55. §. Firmiter, lib. 2. feud.* Deterioratio agitur feudo Vaſalli culpa, ut inde fructus percipere ampliùs non poſſit, indignus eſt feudo, *per text. in dict. tit. 52. in princip. verſ. Per multas, ibi, ac ita omnibus exhauſtis ſuorum ſeniorum ſervitia ſubterfugere, Item ibi, omnibus beneficiis ſuis exutos, ad felicißimi noſtri nominis expeditionem nullo modo traducere valeat,* & *tit. 55. ibi, unde debita ſervitia amittebant.* & *c. lib. 2. feud.*

Dolus autem Vaſalli ex eo potiſſimùm arguitur, ſi à domino admonitus non deſiſtat à deterioratione. 66

Per text. in tit. 27. §. Quicunque advocatiam, ibi, & *à domino ſuo admonitus, non reſipuerit, lib. 2. feud.* Schrader. *poſt alios d. part. 9. cap. 6. num. 69.*

Amittit ergo Vaſallus feudum ſuum, ſi ex ſylva non cædua doloſè fructiferas arbores in magnum & notabile illius ſylvæ damnum deciderit. 67

Argum. l. fructus 7. §. ſi fundum viro, ubi Iaſon. num. 2. & *3. ff. ſolut. matr.* & *l. Si cujus rei 13. §. fructuarius cauſam, ff. de uſufruct. l. in fundum 45. §. pen. ibi, ceteraſque arbores pomiferas cadere. ff. de jure fiſci.*

Si tamen Vaſallus alias arbores in locum plantando ſubſtituat, feudum non amittit. [a] Niſi arbores ſint quæ tardè creſcunt & ſerò ad frugem perveniunt. [b] 68

[a] *Per tex. in l. agri uſufructu 18. ff. de uſufruct.* Caſtrenſ. Alex. Iaſon. *num. 4. in fin. ad dict. l. fructus 7. §. Si fundum, ff. ſolut. matrimon.* Schrader. *part. 9. cap. 6. num. 71.* [b] per tradita Tyraquell. *de retract. convent. §. 3. gloſſ. 1* & *unic. num. 26.* & Arij Pinel. *de bon. matern. ad. l. 1. part. 2. numer. 59.*

Amittit item Vaſallus feudum ſuum, ſi villam feudalem doloſè diruat, idque factum inſigne damnum feudo adferat. 69

Per text. in l. Si cujus rei 13 §. fructuarius cauſam, ff. de uſufructu.

Quòd ſi etiam Vaſallus in ſubditos feudales nimiùm ſævierit, feudo ſuo juriſdictionali ob id privatur; maximè ſi à domino admonitus à ſua in ſubditos non deſiſtat ſævitia. 70

per text. in tit. 27. §. Quicunque advocatiam, ibi, beneficium inornatè tractaverit, & *c. libr. 2. feud.* Facit etiam *text. in §. Sed* & *major aſperitas, Inſtit. de his, qui ſui vel alien. jur. ſunt,* Dd. quos collegit Roſenthal. *in Synopſi juris feud. cap. 10. concluſ. 85 ſub lit. A.*

Quamvis autem feudum emptum, ob deteriorationem non amitti Dd: nonnulli ſentiant, [a] nobis tamen contraria ſententia probabilior videtur. [b] 71

[a] Quos ſequitur Cravett. *conſil. 6. num. 109. libr. 1.* hoc argumento, quòd emptum feudum [illegible] feudum improprium. [b] Generalitate textus *in tit. 8. §. E contrario autem,* & *in tit. 27. §. Quicunque advocatiam, libr. 2 feud.* Quò facit, quòd diſtinctionem non admittit, quod ſimpliciter & generaliter dicitur, *l. 3. in fin. ff. de offic. præſid. l. 1. §. 3. verſ. Et eſt relatum, ff. de aleatoribus.* Facit huc, quod feudum etiam improprium amitti dicitur iiſdem culpis, quibus propriũ

amittitur feudum, *tit.26.§.feudum ea lege datum, libr.2.feud.* quamvis emptum feudum pro feudo habeamus proprio.

72 Non autem toto privatur feudo Vaſallus, qui partem tantùm deteriorem fecit, ſed eam ſolùm partem amittit.

Arg.l.Reſcriptum 6.& l.heres 11.ff.de his,quæ ut indig.l. Paulus 58.ff. ad Senatusconſultum Trebell.l.Stichum 6.l.ſi ex toto 8.ff.de legat.1.l.Sancimus 22.Cod.de pœnis. Et confert huc, quòd parte feudi per Vaſallum inconſulto domino alienata, non toto feudo, ſed ea duntaxat parte alienata Vaſallus privatur, *tit.38.lib.2.feud.* Rudinger.*lib.1.quæſt.feud.*40. quod item alias proportionis ratio habetur, *ut in l.cum debitore 17. & l.ſeq.ff.Rem ratam hab.* Quod deniq; utile per inutile non vitiatur, *l.1.§.pen.ff.de verb.oblig.l.Sed etſi 12.ff.de conſtit.pecun.* In hanc quoq; ſententiam inclinat Schrad. *dict.part.9.cap.6.numer.*70. Sed huic concluſioni obſtare videtur, *tex.in l.3.§.Si autem non totum,ff.de Senatusconſulto Silan. & l.Etiamſi 111.ff.de legat.1.quodque feudum,ut jus aliquod,individuum eſt.*

73 Eſt & alia Vaſalli culpa res domini concernens, ob quam ſimiliter feudum amittit; puta alienatio feudi inconſulto domino facta, [a] etiamſi feudum francum fuerit.

[a] *Tit.5.in fin.tit.21.§.ſi quis miles,tit.13.tit.18.§.ult.lib.1.feud.tit.9.in princ.tit 24. §.ultim. tit.26.§.feudum ea lege datum, tit.38.tit.44.tit.52.§. ſi quis verò, & tit.55.§.callidis itaq; machinationibus,libr.2.feud.* [b] Kirchov. *Cent.2.opin.com.concluſ.*38. Bartholome. Camer. *ad l. Imperialem, Titul. de prohib.feudi alienat.per Frid. pag.* 280. Iohan. Borcholt. *de feud. capit. 8. numer.* 83.

74 Vt autem ex cauſa alienationis feudo ſuo exuatur *V*aſallus, duo conjunctim requiruntur. Prius eſt, ut ſciat *V*aſallus feudum eſſe, non allodium. [a]

[a] *tit.26.§.Si Vaſallus feudum, & tit.42.lib.2.feud.*

75 Probabit autem *V*aſallus ſuam ignorantiam per juramentum, [a] cum ea, quæ in animo, & conſcientia noſtra conſiſtunt, per ſimplicem noſtram aſſertionem cum juramento rectè probantur.

[a] *tit.42.in princ.lib.2.feud.c.cum in tua,§.fin. extra. Qui matrim.accuſ.poſſ.c.paſtoralis, in fin.extra,de except.c.nullis.tit. de elect.in 6.* Andreas Gaylius, *lib. 2.obſervat.pract. obſervat.48. num.23.& ſeq.* vide Schrad. *dict.part.9.cap.1.num.45.& ſeqq.*

76 Si tamen veriſimile fuerit, quod non ignoraverit *V*aſallus feudum eſſe, juramento ſuo committi non debet; veluti ſi potuerit ſcire, quòd feudum ſit, ut ſi major pars bonorum, in quæ ſucceſſit, feudalis ſit, idque ſciat ipſe *V*aſallus; ſiquidem in dubio reliqua etiam bona feudalia eſſe præſumantur, niſi contrarium probetur.

Per text.in tit.4 .§.ult.lib.2.feudor. Andreas Gayl.*lib.2.obſerv.pract.obſervat.69.num.6.* adde eundem Gayl.*lib.2.obſervat.48 num.*18. Ioſeph. Maſcard. *de probat.volum.2.concluſ.*879 *num. 31.& ſeq.* & Tyraquell. *tract.de pœnis temp.cauſa* 13.*num.*30.

77 Quòd ſi autem dubitaverit *V*aſallus, feudum fuerit nec ne, cum alienaret illud, amiſſione ejus non multatur.

Per text.in tit.26.§.Vaſallus feudum,tit.34.§.ultim.libr.2.feud. Confert huc, quod dubitans ignoranti æquiparatur, *l.manifeſtiſſimum 22.§. Sin autem,ibi,neſcius, & dubitans C.de furtis,l.ultim.C.de condict.indeb.l.2.in princ ff. Quis ordin.in poſſeſſ.ſervetur,* Menoch. *de recuper.poſſ. Remed.15. num.* 186. quodq; ut ignorans, ſic & dubitans excuſationem meretur. Bald. *ad l.leges 9.num.2.C.de legibus,* & dubitatio ignorantiam imitatur, Cujac. *in comment. in lib.2.quæſt.Papiniani,pag.38.colum.1.*

78 Alterum quod hic requiritur, eſt translatio poſſeſſionis. Sola enim conventio

ventio de alienando feudo non ſufficit, ſed & poſſeſſionis traditio neceſſaria eſt ad hoc, ut feudum ſuum Vaſallus ex alienationis cauſa amittat.

Text. c. 7 in tit. 52. in princip. verſ. Hortatu itaque, ibi, ſine ipſorum permiſſu diſtrahere. & in tit. 55. in princ. verſ. Callidis inſuper, ibi, feudum vendunt, & in alios transferunt, libr. 2. feud. Alienatum enim non dicitur propriè, quod adhuc in vendentis, vel alterius dominio manet, *l. alienatum 67. ff. de verb ſignific.* Ad hæc fundamenta accedit autoritas Dd. quos collegerunt in hanc ſententiam, Franc. Vivius *lib. 1. opin. com. lit. E, verſ. Emphyteuta alienans.* Emanuel Soarez. *in theſauro recept ſentent. in lit. F. num. 71.* Schrader. *d. part. 9. cap. 1. num. 32. &* Vultei. *lib. 1. de feud. cap. 11. num. 42. verſ. ſecundum.* De alienatione per conſtitutum egimus diſputatione ſuperiore.

Et licet Vaſallus alienatam feudi poſſeſſionem recuperet, antequam ei dominus quæſtionem moveat, attamen feudo iſthoc privatur. 79

Tit. 44. ubi Hotomannus, *lib. 2. feud*

Utrùm autem Vaſallus ſuum amittat feudum, ſi illud alienatum confeſtim pœnitentia ductus recuperet, contraria Dd. vota reperiuntur? Nobis affirmantium ſententia decretis feudorum conſona videtur. 80

Tum quia textus *in dict. tit. 44. libr. 2. feud.* generaliter & ſine diſtinctione loquitur. Tum quia ratio diſpoſitionis in dict. *tit. 44. ibi, vapore domino, ad quemcunq; pervenerit, apertum, lib. eodem feud* propoſita durat etiam recuperato confeſtim feudo: ut & ratio *in tit. 24. in fin. ibi, quia dominum contemnere videtur, libro eodem feud.* Tum quia nemini jus adquiſitum auferri poteſt. *l. id quod noſtrum 11 ubi Dd. ff. de regul. jur is.* Tum quia fur, licet confeſtim domino [illegible] rivam reſtituat, ab actione tamen furti ſe hoc ipſo non eximit, *l. Qui ea mente, 65. ff. de furt.* Tum etiam quia clericus, qui ob religionis habitum in feudum non ſuccedit, etiãſi poſtea cucullum abjecerit, feudum tamen non recuperat, *t. 29. §. ult. libr. 2. feudorum.* His rationi[illegible]dimus contenſum Schraderi *dict. tract. feudalis, part. 9. cap. 1. nu. 17. &* 18. Henrici à Rosenthal *in Synopſi jur. feud. cap. 9. concluſ. 5. &* Hermann. Vult. *libr. 1. de feud. cap. 11. num. 43.* Et [illegible] et opinionem contrariam æquiorem putent Andreas de Iſernia, & Alvarott. *ad tit. 44. num. [illegible] in [illegible]. libr. 2. feudor.* & Curtius Iunior, *tractat. de feud. part. 4. num. 104. in fin.* ſententiam tamen quam hic probamus, textibus juris feudalis congruam eſſe autumant. Sed contraria iſtæ ſententia ſimiliter munita videtur variis, & ſpecioſis rationibus, & Dd. autoritatibus, de quibus in manuſcripto meo *tractatu de feudis, cap. 11.*

Etſi autem exiſtiment Dd. [a] ad feudi amiſſionem ob ejus alienationem illicitam deſiderari & illud, ut dominus declaret, quòd feudum in commiſſum cecidiſſe velit, nobis tamen contrarium veritati propius videtur. [b] 81

[a] Quos refert & ſequitur Schrader. *tract. feudal. part. 2. partis nonæ principalis, ſect. 9. num. 1 & 4* & Vult. *libr. 1. de feud. cap. 11. num. 45.* Atque hanc opinionem confirmare videtur textus *in l. 1. C. de revocand. donat. l. cum hic ſtatus 32. §. ait oratio. ff. de donat. inter vir. & uxor. & [illegible] donation[illegible] 25. C. d. tit. & l. donationes 31. §. pater. ff. de donat. & l. ſive emancipatis 17. [illegible]. tit. & in l. 2. ibi, volenti eo licere eum a prædijs emphyteuticis repellere. Item ibi, ſed omni[illegible] eo, ſi dominus voluerit) repellendo. C. de jure emphyt.* [b] Nam feudorum placitis purè & ſimpliciter Vaſallus ob feudi illicitam alienationem illud amittere dicitur, non ſub conditione [illegible] hæc, ſi dominus declaraverit, &c. Sola illa alienatio facit, quòd domino feudum aperi[illegible] *tit. 44. lib. 2 feudorum,* & ad dominum illud redit, ſive revertitur, *tit. 24. in fin. tit. 38. lib. eodem feud.* Accedit huc, quod in dubio pœnæ remiſſio non præſumitur, *l. penultim. ff. de vi bonorum raptor. l. Qui ea mente 45. ff. de furtis,* & in ſpecie, quod feloniæ remiſſio non præſumatur, tradit Schrader. *tractat. feud. part. 2. partis 9. principalis, ſect. 14. num. 23.*

Amiſſo per illicitam alienationem feudo, licet remiſerit dominus Vaſallo culpam, ſine tamen nova inveſtitura feudi jure Vaſallus rem illam feudalem non retinet. 82

Nam feudum ex alienatione feudum eſſe deſinit, *tit.26.§.pen.lib.2.feud.* ut & feudum conſenſu domini alienatum, *tit.44.Verſ.profecto ſi domini,lib.eod.feud.* Atque ipſa feudi alienatione illicita confeſtim omne jus Vaſalli reſolvitur, & rei feudalis plenum dominium per conſolidationem ad dominum revertitur, *tit.44.ibi, utpote domino ad quemcunque pervenerit aperto.* & *tit.55. §. Callidis inſuper.ibi. feudum amittant,* & *ad dominum liberè revertatur, l.lib. feud.* Hinc ergo ſequitur, quod non niſi per inveſtituram, atque ita legitimum modum, Vaſallus illud tanquam feudum recipere poſſit. Tum quia contractus, qui nudo conſenſu non reconvaleſcit, tacitè abſque juris ſolennitate non renovatur, *l. Quod ad certum 14.ff.locati,l. ſi ut proponis 6.C.de nupt.* Bart. & Coſtal *ad l.item quæritur 13.§.ultim.ff.locati.* Tum quia emphyteuſi aliquo modo finita, licet dominus patiatur emphyteutam retinere emphyteuticam rem, attamen tacitâ domini voluntate abſque interventu ſcripturæ emphyteuſis illa non renovatur, Bald. *ad l.un.num.22.C. Quando non petent.partes petentibus accreſc.* Iaſon *ad l.1.num.96. C.de jure emphyteut.* Tum poſtremò, quia aliâs feudum amiſſum non niſi nova inveſtitura recuperatur, *tit.45 ibi poterit eum dominus ſi voluerit, quaſi de novo beneficio inveſtire.* & *tit 54 ibi, infeudatus niſi gratiam Eccleſia tanquam de novo receperit feudum quod habebat, retinere non poterit,lib.2.feud.* & facit text. *l.ſed ſi 5. Verſ.ultim.ff. de precario,* Sed obſtare videtur *l.quis ex liberis 11. §.ultim.ff.de bon.poſſ.ſecund.tab.*

83 Quòd ſi dominus de paterno feudo per alienationem amiſſo Vaſallum reinveſtire volet tanquam de novo feudo, agnatorum conſenſus adhibendus erit.

Tum quia Vaſallus nec contractu, nec culpâ ſuâ agnatis præjudicare poteſt, *tit.39, in princ. tit.26.§.ultim. lib.2.feud.* & *tit.78.in cap.extraord.* Tum quia agnati conſequuntur feudum non à Vaſallo delinquente, ſed ex pacto cum primo adquirente inito, *tit.13.§.ſi capitanei, ibi per inveſtituram patris* & *avi in beneficium ſuccedunt, libr.1.feud.* & *tit.18.§.ult.libr.2.feud.* Tum etiam quia nemo alterius delicto vel odio prægravari debet, *l. crimen 26.ff. de pœnis l. ſancimus 22.C.eod.tit.l.tutorem 22.ff. de his,quæ ut indign.* Latè Hartmann.Piſtor. *lib.2.quæſt. jur.quæſt.15.* & *aliquot ſeqq..*

84 Expedienda nobis hoc loco & illa eſt quæſtio, ſi dominus moriatur, antequam declaraverit animum ſuum de revocando ob illicitam alienationem feudo, an heredi ejus poteſtas ſit repetendi feudum illud? Et licet Dd.[a] communiter id negent, nobis tamen affirmandum videtur.[b]

[a] Gloſſ. *ad tit.24.§.porrò, in verb. aſſalierit, libr. 2.feud.* Iul.Clar. *libr.4.ſentent.§. feudum, quæſt.64.* Curt.Iun. *tract.feud.part.4.num.156.pag.476.* Molin. *ad conſuetud.Pariſ.§.30. num. 127.* Schrader. *tractat.feud.part. 2.part.9.princip.ſect.9. num.1. in fin.* [b] Ob illicitam quippe feudi alienationem res feudalis confeſtim per conſolidationem ipſo jure ad dominum revertitur, *tit.24.in fin. ibi, ad dominum beneficium pertineat, tit.38.in princip. ibi, ad dominum revertatur, tit.44.ibi, utpote domino, ad quemcunque pervenerit, apertum, tit.55.§.Callidis, ibi, feudum amittat. Item ibi, ad dominum liberè revertatur.lib.2.feud.* Quidquid autem domini eſt, hoc ipſo mortuo ad ejus etiam heredes pertinet, *l.heredes in omne 37.ff.de adquirend.vel amitt. poſſ.ſ.l.hereditas,ff.de regul.jur..* Quemadmodum ergò dominus per vindicationem repetere rem feudalem poteſt. *tit.44.in princ. ibi, ad quemcunque pervenerit,* & *tit.40. §. præterea tit.55. §.unde Imperator, ibi, nullius temporis præſcriptione impediente, juncto t.8 §.1.ibi,ſibi quaſi vindicare,lib.2.feud.* Schrader. *part.2.partis nonæ principalis,ſect.9.num.22* Henr.à Roſenthal *in Synopſi juris feud cap.9.concluſ.133 ſub lit.c.* ita & heredes illius. Et licet pro revocando hoc feudo perſonalis competeret actio ipſi domino, puta condictio, ut Dd.ſentiunt: attamen & hæc domini heredibus competeret, *per l. Quod dixim̃us 16. §. ultim.ff. Quod metus cauſa, l 4 §.ult.ff. de alienat.judic.mutandi cauſa fact.* Etiamſi ex maleficio ſit, excepta injuriarum actione, *§. Non autem, Verſ. Sed heredibus, Inſt. de perpet.* & *tempor.act.* & olim actione de moribus, *l.ultim.C.de inceſt.nupt.* Sic condictio furtiva etiam heredi datur, *l.ſed nec 11.ff. de condict. furt.*

furt. Item actio rerum amotarum *l. ſi mulier 12. § penultim. ff. rerum amotar.* His argumentis addimus autoritatem Dd. quos collegit Molinæus *ad conſuetud. Pariſ. dict. § 30. num. 126. & ſeq.* & Iohan. Borcholt. *de feud. cap. 8. num. 155. & ſeq.*

Superiori quæſtioni proxima eſt illa: an revocare dominus feudum alienatione amiſſum etiam ab heredibus Vaſalli poſſit, ſi vivo Vaſallo nullam ei quæſtionem de feudo moverit? Nobis affirmata ſententia placet. 85

Feudum enim ex illicita alienatione amittitur, & ipſo jure ad dominum liberè revertitur, ut ſupra etiam oſtendimus *ex tit. 24. in fin. tit. 38. in princ. tit. 44. & tit. 55. § callidis, lib. 2. feud.* Dd. quos collegit Schrader. *dict. ſ parte, 2. partis 9. principalis, Sect. 8. num. 21.* Cum igitur in alienantis perſona feudum eſſe deſierit, proindeque dominus rem ipſam feudalem ut propriam vindicare poſſit, nulla cauſa eſt, cur hæc vindicatio domino contra heredem Vaſalli denegari debeat, quippe cum in rei vindicatione ſpectemus tantùm ex parte actoris dominium *l. in rem 23. in princ. ff. de rei vind.* ex Rei verò parte ſolam poſſeſſionem *l. actionem 25. in princ. ff. de obligat. & act. l. ſin autem 27. in princ. & § 1. l. qui petitorio 36. in princip. & l. ultim. ff. de rei vindicat.* Sed obſtare videtur textus *in l. his ſolis, 7. ibi, nec in heredem detur, nec tribuatur heredi, & in l. ultim. verſ. ult. ibi, vel adverſus ejus ſucceſſores, C. de revocand. donat.* Tum etiam quòd heredi mulieris non objicitur culpa, ob quam ipſa mulier viva dotem ſuam perdere debuit, *l. libertatem 36. ubi* Cynus Bald. & Salicet. *C. ad legem Iuliam de adulter.* Tum poſtremò, quòd pœnales actiones contra heredes delinquentis non tranſeunt, *l. pupillum 111. § 1. ff. de regulis juris, § non autem, verſ. eſt enim certiſſima juris regula, Inſtit. de perpet. & tempor. act.* Quodque actio etiam rei perſecutoria modò ex delicto deſcendat, in heredem non datur, *l. 4. § ultim. junct. l. 7. ff. de alienat. judic. mutand. cauſ. fact.* Vide omnino Hartman. Piſtor. *libr. 1. quæſtion. 25.*

Sed quæſtio ſatis eſt anceps, an Vaſallus diſpendio totius feudi afficiatur, ſi duntaxat ejus partem alienaverit, an verò partis tantùm alienatæ? Et poſterius feudorum placitis cautum eſſe dicimus. 86

Tit. 38. lib. 2. feud. tit. 21. § ultim. ibi, beneficium ſuum vendiderit totum, libr. 1. feud. confert eodem *l. Paulus l. 58. ff. ad Senatusconſult. Trebell. l. heres 11. ff. de his, quæ ut indign. l. Stichum 6 & l. ſi ex toto 8. ff. de legat. 1.* Tum etiam, quòd pœna metam delicti egredi non debet, *l. ex facto 43. § ultim. ibi, ſatis enim punitus eſt in eo, in quo fecit contra leges, ff. de vulgar. & pupillar ſubſtit. & l. ſancimus 22. Cod. de pœnis.* Atque hæc noſtra ſententia communi gloſſ. & Dd. calculo recepta eſt, ut poſt alios oſtendit Curt. Iun. *tract. de feud. part. 4. num. 143. pag. 484.* Molin. *ad conſuetud. Pariſ. § 13. gl. 5 num. 7.* & latè Schrader. *tract. feud. part. 9. cap. 1. num. 15.* Cæterum obſtare videtur *text. in tit. 55. in princ. verſ. Habito ergo. libr. 2 feud.* ubi Bald. diſtinguit inter jus ſtrictum, & jus benignum. Idem Bald. *ad tit. 38. num. 3. libr. eodem feud.* aliter diſtinguit. Aliter diſtinguit Iaſ. *ad l. ultim. num. 125. Cod. de jure emphyt.* & poſt eum Roland. à Valle *conſil. 17. num 12. volum. 2.* Alia eſt ſententia Hotomanni *ad d. tit. 38. in verb. ſi partem, partem perdat. lib. 2. feudorum.* Videtur item refragari *text. in l. Donari 29. § donationem ff. de donat.* Tum etiam, quòd parte canonis emphyteutici non ſoluta, intra legitimum tempus emphyteuta tota privatur emphyteuſi, Iaſon. *ad l. 2. num. 55. C. de jure emphyteut. & alij alibi.* Tum poſtremò text. *in l. 2. § ultim. ff. de incend. ruin. naufrag.*

Quæritur & illud, an Vaſallus feudi ſui amiſſione multetur, ſi neceſſitate famis, nuditatis, vel æris alieni compulſus inconſulto domino illud alienaverit? Affirmanti concluſioni, quæ communis eſt, [a] ſubſcribimus [b] 87

[a] Ut patet ex his quæ ſcribunt Menoch. *lib. 2 de arbitr. jud. cent. 2. caſu 182. num. 1.* Roland. à Valle *conſil. 56. num. 14. volum. 4.* Hartmann. Piſtor. *libr. 1. quæſt. jur. quæſt. 15. num. 2.* Schrader. *Tract. feud. part. 8. cap. 1. num. 20.* & Henric. à Roſenthal. *in Synopſi jur. feud. cap. 9. concluſ. 3.* [b] *Tit. 9. in princ. verſ. neceſſitate, tit. 55. in princ. verſ. Habito ergo, ibi, ut nulli liceat, item ibi, vel*

 pro ani-

pro anima judicare,lib. 2.feudorum. Accedit huc, quòd Vaſallus honorem & reverentiam ſuo domino debet, quam certè non præſtat ei, ſi ipſo inconſulto feudum alienet, cum contemnere dicatur dominum alienando feudum ſine ejus licentia, *tit.24.in fin.lib.2.feud.*

88 Nunquid autem dominus Vaſallo ſuo feudum alienare volenti aſſenſum ſuum præbere etiam invitus tenetur? Dd. quidem in caſu neceſſitatis communiter ita ſentiunt; [a] at Schraderus id negat; [b] cui & noſtrum addere calculum non dubitamus. [c]

[a] Iul.Clar.*in §.feudum,quæſt.*31.*num.*11. Wurmbſer.*libr.practic.obſervat.tit.*50.*de feud.obſervat.*15. & 16. Iacob. Menoch.*lib.2.de arbitr.jud.cent.2.caſu*182.*num.*11. & *ſeq.*& Ioan. Borcholt.*de feud.cap.8.numer.*80. [b] *Tractat.feud.part.8. cap. 1. num* 21. ubi in hanc ſententiam adducit notata Baldi *ad l. cum multa 7. C. de bonis,quæ liber.* [c] Tum quia dominus invitus æs alienum Vaſalli ſolvere non tenetur, etiamſi Vaſallus non ſoluto debito in perjurij pœnam incurrat, *tit.26.§.licet Vaſallus,verſ.Inde quæſitum eſt,lib.2.feudorum.* Tum quia nemo dominus Vaſallum novum recipere invitus tenetur, cum nemo invitus conferre in aliquem beneficium compellatur, *l.filiusfamil.8.§.invitus,ff.de procur.*& *defens. l.invitus nemo* 156. *in princip. ff.de reg.jur.l. invitus* 17. *C. de procurat.* Tum quia neque in caſu neceſſitatis Vaſallus domino invito feudum ſuum alienare poteſt. *tit.9.in princip.verſ.Neceſſitate,libr.2.feud.* Sed invitus dicitur & ille, qui apertè contradicit. *l.filiumfam.8.§.Invitus,ff. de procurat.* Tum quia ad feudi licitam alienationem requiritur etiam domini permiſſio, *tit.52.in princ.verſ. Hortatum itaque,ibi,ſine ipſorum permiſſione diſtrahere,* & *tit.55.in princip.verſ. Habito ergo,ibi,ſine permiſſione illius domini, lib.2.feud.* verbum autem permiſſionis liberrimam concedentis voluntatem ſignificati, uti quoque præpoſiti PER abundè arguit. *l.Nec non,28.§. Quod ejus,ff.ex quibus cauſis major.l. tamen* 25. *§.1.ff. de mortis cauſa donat.* Nec ulla cum neceſſitate conjunctum eſt, *l.non quicquid* 40.*in princ.ff.de judic.* Tum quia nemini invito jus ſuum auferri debet, *l.id quod noſtrum.*11.*ff.de regulis juris.* Tum quia dominus certam perſonam, & familiam elegiſſe cenſetur, *per tit.34.§.ſimiliter,* & *t.50.lib.2.de feud.* Tum poſtremò, quia nec agnatus Vaſallus, quamvis in feudum ſuccedat, debita Vaſalli invitus ſolvere cogitur, *tit.45. in princ lib,2.feud.*

89 Similiter & illud in dubium vocatur, ſufficiatne domini tacitus conſenſus ad feudi alienationem? Vt ſic præſtò ſit, quando alienatur feudum nec alienationi contradicat. Communibus quidem Dd. ſuffragiis affirmans opinio probatur; [a] nobis autem negans ſententia placet. [b]

[a] Poſt alios Curt. Iun. *tract.de feud.part.4.num.*137. Mynſing.*cent.4.obſerv.*87. Iohan. Borcholt.*de feud.cap.8.num.*72. & Henric. à Roſenthal *in Synopſi juris feud. cap.9. concluſ.*11 [b] Ad licitam enim feudi alienationem juſſus domini requiritur, *tit.21.§. ultim. ibi, ſine juſſu domini.lib.1.feud.* Iuſſus autem expreſſam eamq; præcedentem voluntatem ſignificat, *l.ſi quis mihi 25.§.juſſum,junct.§.ſeq.ff.de adquir.vel amitt. hered.* Permiſſio item domini in alienatione feudi neceſſaria eſt, *d.t.52.in princip.verſ.Hortatum,ibi,ſine ipſorum permiſſione diſtrahere,* & *tit.55.in princ.verſ.Habito ergo,ibi,ſine permiſſione ipſius domini,lib.2.feud.* Quæ autem vis verbi permittere, oſtendimus ſuprà ad theſin præcedentem. Adhæc ſine domini præcedente conſenſu qui feudum alienat, contemnere dominum videtur, *dict.t.24.in fin.lib.2.feud.* Quis autem ignorat, majorem eſſe præſentis domini contemptum quàm abſentis? Accedit etiam huc textus *in l.ſicut 8.§.non videtur,ff.quibus modis pign.vel hypoth.tac. contrah.* Tum quod præſens & tacens non præſumitur ad ſuum detrimentum conſentire, *l. filiusfamil. 8. §. invitus,ff.de procuratoribus,l.pen.ff.de furt.* Iaſon.*ad l.quæ dotis 33.num.97.ff.ſolut. matr.* Menoch.*præſumpt.lib.2.præſumpt.74.num.*8. & *lib.3.præſumpt.74.num.*8. & *lib.3.præſumpt.* 42.*num.*10. & 24. Dyn.*ad c.qui tacet.tit.de reg.jur.in 6.* Tacere enim eſt medium aliquod inter conſentire & contradicere, *l.qui tacet 142.ff.de reg.jur.c.* Is qui tacet, ubi Dyn. *num.*1. & *ced,tit.num,*6. & taciturnitas pro eo eſt capienda, qui tacet, non contra eum, *per l.cum de indebito.*

bito 25 in princip. verſ. Sin verò, ff. de probat. Confert item huc textus *in l. de ætate 11. §. qui tacuit. ff. de interrog. in jure fac. l. non ſolùm 39. in princ. ff. de procurat. & l. 5. §. ſi autem negent, ff. quibus ex cauſis in poſſ. eatur.* Denique confirmatur hæc ſententia eo ipſo quoque, quòd retrahens licet contractui interfuerit, nihilominus retrahendi jus ſalvum habet. Molin. *ad conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 12. gloſſ. 1. num. 9. 10. & 11. pag. 253.* & Tyraquell. *de retract. lig. §. 1. gl. 9. nu. 148. cum aliquot ſeqq.* per text. in [illegible]. *l. ſicut 8. §. non videtur. ff. quibus modis pign. vel hypoth. ſolvitur & §. ſi tutor, Inſtit. de inoff. teſtament.* Atq; hanc ſententiam amplectitur etiam Barthol. Camer. *ad tit. 55. de prohib. feudi alienat. per Freder. pag. 527. & ſeqq.* ſed obſtat *c. Qui tacet, tit. de regulis jur. num. 6.*

Quæritur & illud, liberétne Vaſallum à privationis pœna alienationi adpoſita conditio hæc: Si dominus conſenſerit; vel, ſi domino placuerit: maximè ſi inſuper additum ſit, ne aliter, nec alio modo? Alij negant, [a] alij affirmant, [b] quibus & nos conſentimus. [c] 90

[a] Iaſon ad *l. non ſolùm 8. §. Morte ejus, num. 27. ff. de novi oper. nunciat.* Alciat. *Reſponſ. 753. nu. 1.* Dec. *conſil. 160. num. 4. verſ. Sed iſta limitatio.* [b] Menoch. *conſil. 38. num. 12. & ſeq. libr. 2.* Ioan. Borcholt poſt alios *de feud. cap. 8. num. 82.* & Roſenthal. *in Synopſi jur. feud. cap. 9 concluſ. 98. & 100.* Nam hac conditione adpoſita, dominus non contemnitur, ut in cujus arbitrium alienatio confertur, *per l. hæc venditio 7. in princ. verſ. Nam ſi arbitrium, ff. de contrah. empt. & vendit.* Et omnis alienatio, quæ in tertii arbitrium confertur, nulla eſt, non accedente eo arbitrio, *l. ult. C. dict. tit. & §. ſed & certum eſſe pretium, Inſtitut. de empt. & vendit.* Alienatio item ſub tali conditione facta, non eſt alienatio, quandiu dominus non conſenſerit, per text. *in l. pecuniam quam, 36. ibi, perinde eſt enim, &c.* ubi Alex. *num. 4. ff. de rebus credit. l. hæc venditio 7. in princ. ibi, conditionales venditiones tunc perficiuntur, cum impleta fuerit conditio. ff. de contrahend. empt. & vendit. l. Qui Romæ 122. §. Agerius, ibi, ſi conditio non extitiſſet, ſtipulationem non commiſſam, ff. de verbor. obligat. l. Neceſſario 8. in princip. verſ. Quod ſi ſub conditione, ibi, ſi deficerit conditio, nulla eſt conditio, ff. de peric. & commod. rei vendit. l. ſi quis ſub conditione, 8. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtament.* Confert item huc textus *in l. ſi hominem 19. ff. de uſurpat. & uſucap. & l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* Accedit eodem, quòd ſub hac conditione facta feudi alienatione, fructus feudales ad Vaſallum pertinent, *per l. 4. junct. l. 2. ff. de in diem addict. dict. l. ſi hominem 19. ff. de uſurpat. & uſucap. Theſaur. lib. 1. quæſt. pract. 53.*

Nec levis eſt pugna inter Dd. de hac etiam quæſtione, an feudi alienatio 91
reſolvat jus feudi, quod Vaſallus habet, ſi eâ domini conditio melior efficiatur? Pleriqueque id negant, [a] nos autem cum Barthol. Camer. [b] & Ioanne Borcholten [c] affirmamus, [d]

[a] Quos refert & ſequitur Petrus Duennas *in tract. Regular. jur. Reg. 40. limitat. 8.* [b] *in repetit. titul. 55. de prohib. feudi alienat. per Freder. pagin. 15. & ſeqq.* [c] *in commentar. in conſuetud. feud. capit. 8. num. 78.* [d] Tum quia hoc caſu dominus tacitè alienationi conſentire videretur, cum tamen ejus conſenſus tacitus non ſufficiat, ut jam oſtenſum fuit. Tum quia ad [illegible] tam feudi alienationem licentia domini neceſſaria eſt. *titul. 55. in princip. ibi, ſine dominorum licentia, libro 2. feudor.* Licentia autem nunquam per tacitum conceditur conſenſum, [illegible] Bartholomæus Camer. *dicto loco. pagin. 539. & ſequent.* Tum quia nec fructuarius ſine domini conſenſu prædium fructuarium mutare poteſt. *l. uſufructu 7. in fin. & l. ſequent.* & [illegible] quidem meliori concedere domino poteſt invito Vaſallo, Ferdinandus Vaſquez. *libro 1. [illegible] uſusfructuarius 44. ff. de uſufruct.* Tum etiam quia dominus proprietatem rei feudalis [illegible] *verſ. illuſtr. cap. 5.* Quocirca nec Vaſallus feudum ſuum in Vaſallum alium, licet commodiorem, transferre poteſt: ſiquidem dominus & Vaſallus ad paria judicentur, *tit. 6. in fin. [illegible] 2. feud.*

Non eſt hoc loco ignorandum, quòd Vaſallus, feudo citra domini arbi- 92
trium

trium vendito, non modò ipſo beneficio multatur, ſed & precii diſpendium facit.

Text. in tit. 24. in fin. ibi, ut precio ſe cariturum agnoſcat, & tit. 52. §. ſi quis verò, ibi, precio ac beneficio ſe cariturum agnoſcat, lib. 2. feud.

93 Precium autem emptori relinquitur, ſi ignorans feudum eſſe comparaverit illud.

Per text. in d. tit. 55. verſ. Nos autem, ibi, emptori bonæ fidei exempto actione de precio contra dominum competente, lib. 2. feud. l. ex empto 11. §. qui autem. ff. de act. empt. & vendit. & in l. ſi ignorans 50. ff. locati.

94 Si non ignoraverit feudum eſſe emptor, variant Dd. judicia, ad quem precium pertineat? ipſe quidem emptor petitionem ejus habet nullam: [a] verùm domini, an fiſci lucro cedat, non eadem omnium eſt ſententia. Hotomannus ſeniori, id eſt domino, relinquendum putat, [b] Fridericus Schenck [c] cum aliis fiſco addicendum exiſtimat, quam ſententiam & nos probamus. [d]

[a] *Per l. penult. & ultim. C. reſcind. vend. l. ſi debitor 7. ff. Quæ in fraud. credit. l. pen. C. de his, quæ vi, metusvè cauſa, l. 1. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. l. ult. C. de litigioſ. l. 1. C. de prædiis decurion. l. ultim. C. de fund. rei privat. l. Quemadmodum 7. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* [b] *Ad tit. 52. in verb. precio cariturum, in fin. lib. 2. feud.* [c] *ad tit. 55. in princ. num. 2. lib. 2. feud.* [d] *per text. in l. ſenatus 52. C. de contrah. empt. d. l. ultim. C. de litigioſis, l. aufertur 46. §. quod à præſide 2. ff. de jure fiſci.*

95 Notarius quoque inſtrumentum illicitæ alienationis feudi qui confecit ſciens, officio ſuo privatur, & cum infamiæ periculo manum amittit.

Tit. 52. §. Notarium verò, & t. 55. §. ſcriba verò, libr. 2. feud. quæ pœna juri communi conſonat, *Novell.* 17. & 42. atq; ita qua parte corporis deliquit notarius etiam multatur, ſecundum *l. 3. C. de ſervis fugit. & Novell.* 142. Cujac. *lib. 7. obſervat. cap.* 13.

96 Quæri hoc loco & illud poteſt, an feudo ſuo privetur vaſallus, ſi annuum cenſum domino præſtare ceſſaverit? Negativa nobis placet.

per rationes à Fachinæ. *adductas lib. 7. controverſ. jur. cap.* 87.

97 Hactenus de culpa Vaſalli, quæ in ipſum dominum committitur: ſequitur de culpa Vaſalli, quæ in alium committitur. Ejuſmodi culpa eſt parricidium, quod Vaſallus in perſona fratris ſui, [a] aut filii fratris commiſit. [b]

[a] *Tit. 24. §. denique, verſ. ſi verò non dominum, & tit. 37. in princ. lib. 2. feuder.* [b] *tit. 5. §. item ſi fratrem, lib. 1. feud.*

98 Eatenus autem ex hac culpa Vaſallus feudum amittit, quatenus hunc in finem parricidium ejuſmodi admiſerit, ut ſolus hereditate ſive feudo potiretur.

Dict. tit. 37. in princ. ubi Alvarott. *num.* 4. Matth. de Afflict. *num.* 14. Andr. de Iſern. Præpoſit. & alii, *libr. 2. feud.* Iacobin. de S. Georg. *tract. de feud. in verb. Dictiq; Vaſalli promiſerunt, num.* 35. *pag.* 56. *fac.* 2. *col.* 2. Hotoman. *in diſput. feudal. c.* 41. At Cujac. *ad tit. 5. quib. mod. feud. amitt. qui illi eſt tit. 2. lib. 1. feud. pag* 80. Ludolph. Schrad. *tract. feud. part. 9. c. 3. num. 25. verſ. quæ concluſio ampliatur primo,* & Herman. Vult. *lib. 1. de feud cap. 11. num. 34. pag.* 750 *in princip.* exiſtimant Vaſallum ob hoc parricidium feudo privari, licet non hoc animo illud commiſerit, per text generalem *in d. tit 5. §. Item ſi fratrem, lib. 1. feud. & in d. tit. 24. §. Denique, verſ. Si vero non in dominum, lib. 2. feud.*

Licèt

Licèt autem Dd. quod de parricidio fraterno jam diximus, ad omne 99
aliud parricidium porrigant, [a] nobis tamen extenſionem illam rationes
variæ ſatis ſuſpectam reddunt. [b]

[a] Curt. Iun. *Tractat. feud. part.* 4. *num.* 39. *pag.* 350. *& ſeq.* Zaſ. *in Epit. feud. part.* 10. *num.* 6. Felder. Schenck Baro *ad tit.* 2. *§. Denique, num.* 3. *libr.* 3. *feud.* Sonsbec. *in comment. in uſus feud. part.* 12. *nu.* 52. Cujac. *ad tit.* 2. *lib.* 1. *feud.* Schrader. *Tractat. feud. part.* 9. *cap.* 3. *num.* 25. *in princ. Verſ. Secundo hac concluſio,* Weſembec. *Tractat. de feud. cap.* 15. *num.* 5. *circa fin.* Henric. à Roſenthal. *in Synopſi jur. feud. cap.* 10. *concluſ.* 65. & Vult. *lib.* 1. *de feud. cap.* 11. [b] Tum quia autores juris feudorum ſtuduerunt cauſas amittendi feudum aſſimilare cauſis exheredationis, item cauſis revocandæ donationis, *tit.* 24. *§. prædictis modis, lib.* 2. *feud.* cum tamen neque exheredatio, neque revocatio donationis ob quodlibet parricidium fieri poſſit, uti arguit *Novell.* 115. *cap.* 3. *& ſeq. & l. ult. C. de revocand. donat.* Tum quia Vaſallus feudum non amittit, ſi domini fratrem occiderit, *tit.* 37. *in princ. lib.* 2. *feud.* Tum quia feudorum placita ſpecialiter de cæde fratris & filii fratris agunt *in tit.* 5. *§. Item ſi fratrem ſuum, lib.* 1. *feud.* non etiam generaliter de omni parricidio, licèt ibi ex profeſſo modos amittendi feudum explicet. Tum etiam quia incluſio unius, eſt excluſio alterius, *l. cum prætor* 12. *in princ. ff. de judic. l. maritus* 21. *C. de procur. c. Nonne,* ubi Dd. *extra de præſumpt. c. Qualis* 25. *diſtinct.* Rata [illegible] *d.* [illegible] 72. *num.* 1. Menoch. *conſil.* 158. *num.* 29. *lib.* 2. *feud.* ubi affirmat, ſolidum eſſe argumentum ab incluſione unius ad excluſionem alterius. Cum ergo feudiſta *in dict. tit.* 5. *§. Item ſi fratrem, lib.* 1. *feud.* meminerit primùm fratris, & deinde adjecerit duntaxat mentionem filii fratris, non leve illud argumentum eſt, Iuriſconſultum non ſenſiſſe idem de cæteris, [illegible] cæde ſimiliter parricidii appellatione continetur. Tum poſtremò, quia cauſa finalis [illegible] *in tit.* 37. *in princ. lib.* 2. *feud. ceſſat in alio parricidio.* His rationibus addatur [illegible] Frontas ſa obini de S. Georg. *Tractat. de feud. in verb. Dictiq; Vaſalli promiſerunt.* [illegible] Eguin Bar. *in methodo de beneficiis, lib.* 3. *cap.* 3. *Verſ.* Sed &, Franciſc. Hotoman. *in de* [illegible] *feud. cap.* 41. Iohan. Borcholt. *de feud. cap.* 8. *num.* 102. qui omnes dictis locis loquuntur [illegible] e tantum, & filio fratris, non etiam de cæteris, in quorum perſona ſimiliter parricidium committitur. At communem opinionem juvare multùm videtur *text. in tit.* 24. *§. Denique, Verſ. Si verò non in dominum, ibi, quod parricidii appellatione continetur, lib.* 2. *feud.*

Quòd ſi tamen eadem ratio appareat in alio etiam agnato, æquè Vaſal- 100
lus feudo ſuo privatur ſi eum occidat, veluti ſi in viſcera patruelis ſui con-
vaſalli ferrum ſtringat ad hoc, ut eo mortuo totum ſolus habeat feudum.

[illegible] Pacus *ad tit.* 5. *§. Similiter ſi dominum, num.* 11. 12. *&* 13. *lib.* 1. *feud.* quo confert, quod etiam in materia pœnali ex eadem certa ratione de caſu ad caſum extenſio fieri poteſt. Everhard. *in Topic. legal. lib. in loco à ratione legis ad extenſ. ipſ. nu.* 55. *& ſeqq.*

Multò igitur magis feudo multatur Vaſallus, ſi ideo patrem ſuum occi- 101
derit, ut eò maturiùs feudi paterni particeps fiat.

De hac concluſione Dd. nihil dubitant, ſiquidem ob omne parricidium amitti feudum [illegible] Schrader. *part.* 9. *cap.* 3. *nu.* 25. *Verſ. Tertiò hac concluſio, idem ſentit de Vaſallo ſpirituali patrem occidente.*

Et amittit Vaſallus feudum, licèt ſaltem inſidias ſtruxerit tali cuidam 102
propinquo, quamvis exitus ſecutus non fuerit.

Argument. *l.* 1. *in fin. & l. ſciente* 7. *ff. de leg. Pomp. parricid.* Schrader. *dict. cap.* 3. [illegible]

Quin etiam feudi ſui diſpendio ſubjacet Vaſallus, ſi conſcius ſaltem fue- 103
rit cædis fraternæ, aut filii fratris, nec tamen hoc facinus revelaverit, &
vindicaverit.

[illegible] *l.* 2. *l. utrum* 6. *ff. de leg. Pomp. de parricid.* Schrad. *d. cap.* 3. *nu.* 33. An homicidium ſit

ſufficiens cauſa amiſſionis feudum vide Quetta *conſil.*86. Cravetta *conſil.*515. *& conſ.*688. Theſaur. *deciſ. Pedemont.*167. Ruding. *lib.*1. *quaſt. feudal.*74.

104 Perdit quoq; feudum ſuum Vaſallus, ſi ſolummodo prædictorum aliquem doloſè & injuſtè captivum detinuerit, aut carceri mancipandum alii tradiderit [a] licèt quidam ex Dd. id negent. [b]

[a] Vt communiter Dd. ſentiunt, quos referunt & ſequuntur Curt. Iun. *Tractat. de feud part.*4. *nu.*39. Schrader. *dict. cap.*3. *nu.*35. Roſenthal. *cap.*10. *concluſ.*65. *& Vult. libr.*1. *de feud. cap.*11. *nu.*34. *in fin.* & rectè quidem: tum quia mors & vincula inter ſe comparantur, *l. nec timorem.* 7. *§.* 1. *ibi, Vel mortem Vel Vincula, ff. Quod metus cauſa.* Tum etiam quia Vaſallus exuitur feudo ſuo etiam ob hoc, quod dominum ab alio carceri incluſum non liberaverit, *tit.*24. *§. Item ſi delator, & tit.*26. *§. licet, libr.*2. *feudor.* [b] Ruin. *conſil.* 37. *num.* 20. & Natt. *conſil.* 174. *num.*13.

105 Eſt & alia hujus generis culpa, nefaria ſcilicet convaſalli traditio, ut hic in curia domini ampliùs ſtare non poſſit.

*Tit.*37. *lib.*2. *feud.* quo loco per hominem Iuriſconſultus convaſallum (uti reinur) ſignificat: quippe cum alibi etiam Vaſallus ſimpliciter homo dicatur, ut oſtendit Hotoman. *in diſput. feudal. cap.*24. *pag.*128. *& in libello de Verb. feudalib. in Voce homo,* fortè ex eo, quòd domino homagium, id eſt, fidelitatem præſtitit. Alvarot. *in pralud. feud. numer.* 42. Chaſſan. *ad conſuetud. Burg. Rubric.* 3 *numer.* 3. *in Verb. Et hommage*, Molin. *ad conſuetud. Pariſ. §.* 2. *gloſſ.* 3. Et quod dicto loco per hominem Vaſallus denotetur, arguunt quoque verba hæc, ut in cura ampliùs ſtare non poſſit. Eſt autem tradere hominem, id eſt, convaſallum, prodere eum ad occidendum, per text. *in c.*2. *extra de offic. judic. ordin.* Egu Baro *ad d. tit.*37. *lib.*2. *feud.* & Cujac *ad tit.*2. *lib.*1. *feud. pag.* 80. Neq; mirum, quòd ex hac cauſa Vaſallus feudo ſuo privatur: tum quia & miles, qui ſuum commilitonem vulnerat, ſi lapide, militia rejicitur, ſeu gladio, capite punitur, *l. Omne* 6. *§. Si quis commilitonem, ff. de re milit.* Tum quia convaſalli fratrum loco ſunt: ſiquidem pares dicantur, item compares, pares curiæ, pares curtis, pares domus, pares in domo domini, ac Vaſallus feudo ſuo privatur, ſi fratrem ſuum, ac filium fratris occidat.

106 Quod autem de tradito convaſallo jam diximus, exaudiendum Dd. putant [a] de quovis alio homine tradito, ſed noſtro animo perperam. [b]

[a] Quos collegerunt & ſecuti ſunt Ludolph. Schrader. *Tractat. feud. part.*9. *cap.*3. *num.* 64. Iohan. Borcholt. *de feud. cap.* 8. *nu.*125. Henric. à Roſenthal. *cap.*10. *concluſ.*62. Vult. *lib. de feud.* [b] Tum quia in principio *tit.*37. *libr.*2. *feud.* disertè negatur Vaſallum feudum ſuum amittere, ſi fratrem domini interfecerit, neque diſtinguitur proditoriè, nec ne id fecerit. Tum quia ibidem verba hæc, ut in curia ampliùs ſtare non poſſit, ad Vaſallum traditorem referri non poſſunt, quaſi hic propter infamiam Vaſallus ampliùs eſſe non poſſit. Siquidem qui fratrem domini occidit Vaſallus, licèt condemnatus infamis inde fiat, feudum tamen ſuum non amittat. Et ſola honoris amiſſio non eſt cauſa amittendi feudum, *tit.*24. *§. Sed quia natura, Verſ. Illud enim eſt certum, lib.*2. *feud.* Alioqui enim feudum ſuum amitteret Vaſallus, ſi furtum fecerit, ſi injuria aliquem affecerit, ſi adulterium commiſerit, ſi mulierem viduam ſciens intra tempus luctus uxorem duxerit, &c. Neque poſſunt iſthæc verba intelligi de alio quàm Vaſallo: ſiquidem nihil ad curiam domini extraneus pertineat. Quæ in patrocinium ſuæ ſententiæ Dd. contulerunt, refutata ſunt in comment. *meo feudali cap.*11.

107 Inceſtum ſi commiſiſſe probetur Vaſallus, feudo ſuo indignus communi interpretum [a] judicio cenſetur: cum tamen de hoc pronunciato non immeritò quis dubitaverit. [b]

[a] Quos referunt & ſequuntur Schrader. *part.* 9. *cap.* 3. *num.* 1. Weſemb. *de feud. cap* 11. *num* 5. *in fin.* Iohan. Borcholt. *cap.*8. *num.*105, Vulteius *lib.*1. *de feud. cap.*11. *num.*36. Henric.

à Roſen-

à Roſenthal. *cap.* 9 *concluſ.* 68. His adde Cujac: *ad tit.* 2. *lib.* 1. *feud. pag.* 80. [b] Tum quia nullum in libris feudorum ei fundamentum eſt poſitum, proindeq; nec recipiendum, *l.* 5. *ff. de pro at l. Illam* 19. *ibi, Eo quod nulla conſtitutio ſuper hujuſmodi collectione poſita eſſet, Cod. de collat. Novell.* 18. *cap.* 5. Tum quia ob inceſtum neque liberi à parentibus exheredantur, uti convincitur *ex Novell.* 115. *cap.* 3. neque donatario liberalitas à donatore aufertur, ut patet *ex l. ultim. & tot. tit. C. de revocand. donat.* Cum tamen cauſæ amittendi feudum aſſimilentur cauſis exheredationis, & revocandæ donationis, *tit* 24. *§. prædictis modis, lib.* 2. *feud.* Tum etiam quia Vaſallus licet ſtupraverit ſororem domini ſui viduam, ut quæ ampliùs in domo domini non eſt feudum non amittit, *tit.* 5. *§. Item ſi fidelis, lib.* 1. *feud. titul.* 24. *§. Rurſus ſi domini, lib.* 2. *feud.* quo tamen ſtupro dominum magis offendi, quàm inceſtu quem admiſit Vaſallus, dubium eſt nullum. Tum quia Vaſallus, quamvis ſtupro maculaverit viduam ſui domini, feudum tamen non amittit, *titul.* 21. *§. ultim. ibi, domino vivente, lib.* 1. *feud.* etiamſi hoc maleficium in domini injuriam tendat, per ea quæ ſcribit Bartol. *ad l. Fideicommiſſum* 27. *num.* 2. *Cod. de fideicommiſſ.* Gravett. *conſil.* 205. *num.* 26. Tum poſtremò quia in pœnalibus extenſio juris permiſſa non eſt, & in dubio eam ſequimur interpretationem, per quam pœna vitatur, *l. ſemper in dubiis* 56. *ff. de regul. jur. c. ſemper in obſcuris, extra dict. tit. c. In obſcuris*, ubi Dyn. *eod. tit. in* 6. *gloſſ. ad l. Iuriſgentium* 7. *§. Quod ferè, ff. de pactis.* Alex. *conſil.* 70. *num.* 2. *volum.* 1. His argumentis adde Cuit. Iun. *Tractat. de feud. part.* 4. *num* 40.

Amittit quoque Vaſallus ſuum feudum ob crimen læſæ majeſtatis damnatus. 108

c. Felicis, §. Si qua verò, tit. de pœnis, in 6. *c. In quibuſdam, §. Sacri, extra eod. tit. l. Quiſquis* 5. *§.* 1. *C. ad leg. Iul. majeſtat.* Schrad. *poſt alios dict. part.* 9. *c.* 8. *nu.* 18. Borcholt. *cap.* 8. *num.* 16. Roſenthal. *cap.* 10. *concluſ.* 109.

Adulterium & ſtuprum quod attinet, Dd. inter cauſas amittendi feudum hæc numerant, [a] verùm, uti remur, nullo jure. [b] 109

[a] Iacob de Arditz. *in uſibus feud. cap.* 57. & alii, quos citat Hentic. à Roſenthal. *d. cap.* 10. *concluſ.* 67. *ſub lit. b. per text. in tit.* 37. *ibi, ut in curia ampliùs ſtare non poſſit, lib.* 2. *feud.* [b] Tum quia feudorum placita in ſocietatem cauſarum, ex quibus feudum amittitur, nuſquam adulterium & ſtuprum retulerunt, Tum quia ob hæc duo crimina, niſi filius novercæ ſuæ, aut concubinæ patris vitium intulerit exheredatio fieri nequit, *argu. Novell.* 115. *cap.* 3. neque donatio revocari, *argu. l. ult. C. de revocand. donat.* Tum quia Vaſallus feudo ſuo non privatur, ſi domini fratrem interfecerit, *tit.* 37 *in princ. lib.* 2. *feud.* Tum poſtremò quia feudorum placita nominatim de eo loquuntur ſtupro, quod domini uxori, filiæ, nurui, nepti ex filio, & ſorori, quæ in capillo eſt, illatum probatur, *titul.* 5. *§. Item ſi fidelis, tit.* 21. *§.* 1. *lib.* 1. *feud. tit.* 24. *§. Rurſus ſi domini, lib.* 2. *feud.* Incluſio autem unius, eſt alterius excluſio. Hanc quam defendimus ſententiam amplectitur quoque dominus Vult. *lib.* 1. *de feud. cap.* 11. *num.* 36. *verſ. Quod ad adulterium.*

Hactenus de culpa Vaſalli quæ in committendo conſiſtit: Succedit modò ea Vaſalli culpa, quæ in omittendo verſatur; ut ſi non fecerit Vaſallus, quod ex præceptis juris feudorum facere tenetur. Hujus autem culpæ exempla ſimiliter varia ſunt. Primùm ſi Vaſallus intra legitimum tempus inveſtituræ renovationem non petierit, veluti ſi Vaſallus mortuo domino ab ejus ſucceſſore intra annum & diem non petierit inveſtituram, vel mortuo Vaſallo ejus legitimus ſucceſſor intra idem tempus non petierit à domino inveſtituram. 110

Tit. 24. *in prin. tit.* 40. *in princ. tit.* 52. *§. ult. tit.* 55. *in prin. verſ. Præterea ſi quis, lib.* 2. *feud.* Vivius. *deciſ.* 428. Guetta. *conſil.* 21.

111 Miles ſi fuerit Vaſallus, intra annum & menſem petere inveſtituræ renovationem tenetur, alioqui perdit feudum ſuum.

Tit.22. in princ. lib.1. feud.

112 Quòd ſi tamen non dolo, ſed juſtâ interveniente cauſa Vaſallus intra legitimum tempus non petierit inveſtituram, feudo non privatur.

Tit.52. §. ult. lib.2. feud. Iacob de Ardiz. *in uſib. feud. cap.72.*

113 Unde eorum [a] opinionem, qui rigoris & odii plena exiſtimant feudorum jura, quæ ob non petitam inveſtituram intra tempus legitimum feudum amitti volunt, probare non poſſumus. [b]

[a] Iaſon *conſil.64. nu.2. Vol.3.* Menoch. *conſ.469. nu.12. Vol.5.* Vult. *libr.1. de feud. cap.11. nu.23. pag.722. Verſ. caterum.* [b] Non enim feudo ſuo privatur Vaſallus ob hanc cauſam, niſi ejus dolus arguatur *d. tit.52. §. ult. lib.2. feud.* Eſt autem contra naturalem æquitatem, ut alicui ſuus dolus proſit, *l.1. §.1. ff. de doli mali & metus except. & l. eum qui 14. §. Is autem. ff. de furt. l. non fraudantur 134. §. ult. ff. de reg. jur. c. ſedes Apoſtolica, in fin. & c. ſeq. in fin. extra de reſcript. c.2. in fin. extra de dolo & contum.* Siquidem dolus ſit delictum *l. ex contract. 49. ff. de oblig. & act.* & crimen dicatur magnum *l. Item exigit 16. de dolo malo.* Delicta autem & crimina impunita manere non debeant. *l. Ita Vulneratus 51. Verſ. Quod ſi quis. ff. ad leg. Aquil.*

114 Sed quæritur, an Vaſallus elapſo iſthoc petendæ inveſtituræ legitimo tempore moram purgare poſſit? Et licèt affirmata concluſio communior & æquior cenſeatur, ſi, antequam dominus caducitatem declaraverit, moræ purgatio fiat, [a] nobis tamen negata ſententia placet. [b]

[a] Herman. Vult. poſt alios *lib.1. de feud. cap.11. nu.23. pag.722. in fin. & pag. ſeq.* [b] Nunquam enim purgatur mora his caſibus, quibus à lege vel homine fit executio, *l. Si is, cui 19. ff. de legat.2. l. Qui ob rem 35 ff. de condict. indeb. l. Quidam 10. in fin. princ. ff. de fideicommiſ. libertat.* Bart. *ad l. Si Inſulam 84. quæſt.4. & ibidem* Alex. & Iaſon. *ff. de Verb. oblig.* Deinde quando pœna ex maleficio imponenda venit, tunc mora purgari nequit, *argum. l.1. §. Si rem ff. depoſiti, l. Qui ea mente 65. ubi* Bart. *ff. de furt.* Bart. *ad dict. l. Si Inſulam 48. quæſt.6. & ibi* Alex. & Iaſon. *ff. de Verb. oblig.* Alex. *conſil.57. in fin. Vol.2.* Adhæc jus nobis ſemel quæſitum abſque facto ſeu culpa noſtra auferri nobis neutiquam poteſt, *l. Id quod noſtrum 11.* ubi Dec. & alii. *ff. de Reg. jur. l. ultim. C. ſi contra jus. Vel utilit. pub. c. Quæ in Eccleſiam, extra de conſtitut.* Confert inſuper huc, quòd moræ purgatio ex bono & æquo fieri permittitur, *l. Si ſervum 91 §. Sequitur, ff. de Verb. obligat.* Sed æquitas non patitur, ut quis ex ſuo dolo lucrum ferat, *d. l.1. §. ff. de doli mali, & metus except. l.1. in princ. ff. de dol. mal.* Adfert noſtræ aſſertioni robur & illud, quod emphyteutæ moræ purgatio non tribuitur *l.2. ibi, omnimodo ſi dominus voluerit repellendo, Item. ibi, elapſo trienniio ſuo jure is, qui emphyteuſin ſuſcepit cadat,* ubi Iohann Ferrar. *ad Verb. Sin autem nihil C. de jure emphyt.* Denique Vaſallus ex hac culpa ipſo jure feudum amittere cenſetur, uti arguit *text. in dict. tit.24. in princ. ibi beneficium amittit, & d. tit.55. in princ. Verſ. Præterea, ibi, transacto hoc ſpacio feudum amittat, & ad dominum re[illegible] libr.2. feud.* & tradunt Dd. quos citat Roſenthal. *cap.10. concluſ. 111. ſub lit. F.* & ſentit Bald. *conſ.429. nu.3. lib.1.* Cæterum quæ enunciato huic obſtare videntur, expedita ſunt in comment. *meo de feud. cap.11.*

115 Eſt & illa Vaſalli culpa in omittendo conſiſtens (licèt D. Vultejus diſſentiat) ſi dominum in aliquod vitæ aut corporis periculum adductum dimiſerit; veluti ſi cum domino ad prælium iverit; & in acie ipſum periclitantem, non mortuum, nec ad mortem vulneratum, deſeruerit, [a] vel nō ignoret dominum obſideri, vel alia ratione mortem, ei, vel quod aliud periculum

lum magnum imminere, & cum potuerit ei non nunciaverit, vel ſine nuncio eum non adjuverit. [b]

[a] *Tit.5. in princ. & tit. 21. §. ultim. lib.1. feud. tit.24. §. Item qui dominum ſuum. tit.57. lib.2. feud.* [b] *dict. tit.24. §. præterea, & tit.26. §. licèt Vaſallus, & tit.38. §. Adhoc quantocunque lib. eod. feud.*

116 Et licèt hæc Vaſalli culpa non fuerit doloſa, ſed tantùm quadam negligentia dolo proxima contineatur, attamen feudo ſuo multatur.

Tit.24. §. præterea, lib.2. feud. Franc. Sonsb. *in comment. in uſus feud. part.12. nu.15.*

117 Sed quæritur, an etiam feudo privetur Vaſallus, ſi dominum ſuum in bello dimiſerit, etiamſi illi nondum præſens ſit comparatum periculum? Et licèt quidam id negent: [a] nos tamen cum Sonsbeckio [b] affirmandum putamus. [c]

[a] *Ad tit.24. §. Item qui dominum, lib.2. feudor.* [b] *part.12. nu.10.* [c] Alio tamen quàm quo illo argumento movetur, hoc nimirum, quod & ille Vaſallus, qui ſaltem denegat ſervitium domino, feudi privatione afficitur, *tit.21. in prin. Verſ. Vel ſi dominus ſuis, lib.1. feud. d. tit.24. §. Sed non eſt alia, & tit.55. §. Firmiter etiam ſtatuimus, lib.2. feud.*

118 Quæritur & illud, num multetur ſuo feudo Vaſallus ob dimiſſionem ſui domini in bello, ſi pœnitentia ductus poſt fugam ſtatim ad dominum redierit? Baldus quidem negat, [a] cujus opinionem alii æquiorem putant, [b] nos verò id aſſerendum remur. [c]

[a] *Ad tit.5. nu.2. Verſ. Sed pono, lib.1. feud. argu. l. ſi pœnituit 7. ff. de divort. l. Qui falſam 19. ff. de leg. Cornel. de falſis, l.3. §. Deſertor, ff. de re milit.* [b] Henric. à Roſenthal. *cap.10. concluſ.9. ſub lit. H.* [c] Tum quia feudorum placita ob id ſolùm feudo privant Vaſallum, quòd hic dominum ſuum in bello dimiſit, *dict. tit.5. in princ. & tit.21. § ult. libr.1. feud. & dict. tit.24. §. Item qui dominum lib.2. feudor.* Tum quia illo etiam momento, quo abfuit Vaſallus, periculum imminere domino potuit. Tum quia punitur miles, qui duntaxat agmen exceſſit, *l.3. §. Sed qui agmen, ff. de re milit.* quiq; ſaltem arma in bello amiſit, vel alienavit, *dict. l.3. §. miles, qui in bello, ff. dict. tit.* Tum etiam, quia nemo fugæ peccato pœnitentia ſua nocens eſſe deſinit, *l. Quid ſit fugitivus 17. §.1. ff. de Aedilit. edict.* Tum poſtremò, quia pœna delicti ex pœnitentia delinquentis non remittitur, *l. Qui ea mente, 65. ff. de furt. l. pen. ff. vi bonor. rapt.* His argumentis accedit autoritas Laudenſ. *ad d. tit.5. lib.1. feud* Curtii Iun. *in Tract. de feud. part. 4. nu.1* & Sonsbec. *in commentar. in uſus feud. part.12. nu.14.*

119 Vocatur & illud in quæſtionem, ſi duo ſint fratres Vaſalli, commune feudum poſſidentes, qui ambo ad bellum cum domino iverunt, ſed unus dominum dimiſit, alter verò perſtitit, & defenſavit dominum, an qui aufugit, partem ſuam amittat? Quidam negant, [a] quidam inter feudum dividuum & individuum diſtinguunt, [b] quidam ſimpliciter affirmant, [c] quos ſequimur. [d]

[a] Quos ſequitur Schrader. *Tract. st. feud. part.6. cap.6. nu.91.* [b] Curt. Iun. *dict. part.4. nu.15.* & Moz. *Ex quib. cauſis feud. amitt. num.96. Verſ. Pro ſolutione,* [c] Ludovic. Roman. *ſingul 244.* Sonsbec. *dict. part.12. nu.13.* Iohan. Borcholt *cap.8. num.87.* Vult. *libr.1. de feud. cap. 11. nu.18. pag.716.* [d] Tum quia ſoliditas, id eſt, communio rerum non liberat à pœna delicti [illegible] delinquentem, *l. Res communis 45. ff. pro ſocio, l. cum duob. 52. §. ult. ff. d. tit.* Tum quia [illegible] a Vaſallo [illegible] re feudi, ea tantùm pars amittitur, *tit.38. lib.2. feud.* Tum quia delicta impunita manere non debent, *l. Ita vulneratus 51. Verſ. Quòd ſi quis, ff. ad leg. Aquil.* & culpa [illegible] tenere debet autorem, *l. Sancimus 22. C. de pœnis, l. crimen 26. ff. d. tit.* Tum etiam quia [illegible] locus rem communem portans non ſolverit vectigal; ejus pars in commiſſum incidit, non

etiam

etiam pars alterius ſocii, *l. fraudati 8. in fin. ff. de publican.* & *facit l. eotem 11. §. Dominus.* & *l. ult. §. Magnus, ff. dict. tit.* confert item huc text. *in l. pen. C. de donat. infert.* & *l. ſi ita fuerit 13. in princ.* & *§. 1.* & *2. ff. de manumiſſ. teſtam.*

120 Si tamen civitas quædam feudum ab aliquo poſſideat domino, licèt pars quædam civitatis dominum in bello dimiſerit, rata feudi portio civitati non decedit.

per l. in tantum 6. §. univerſitatis ff. de diviſ. rer. §. univerſitatis, Inſtit. eod. l. 1. §. ſervum municipum, ff. de quæſtionib. & *l. Sed ſi hac 10. §. manumittitur, ff. de in jus vocan. l. 2. ff. Quod cujuſq; univerſ. nom. l. ſicut 7. §. 1. ff. dict. tit.* Roſenthal. poſt alios *cap. 10. concluſ. 14.* & Vult. *lib. 1. cap. 11. nu. 19. in fin.* Facit huc, quod neque contrahendo, neque delinquendo pars civitatis ipſi civitati ſive Reipubl. nocere poteſt, Canoniſtæ *ad c. In noſtra, extra de injur.* Hartm. Piſtor. *lib. 1. quæſt. jur. quæſt. 37. nu. 2. 3.* & 4.

121 Neq; amittit Vaſallus feudum ſuum, ſi propter nimiam hoſtium crudelitatem, ſævitiamq; dominum ſuum in bello dimiſerit.

Per l. Fulcinius 7. §. Quid ſi autem latitare, ff. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur, l. Interdum 21. §. Idem juris eſſe, ff. de adquir. vel amitt. poſſ. l. omne delictum, 6. §. pen. ff. de re milit. t. 21. §. ult. in fin. ibi. Si potuerit, & *tit. 7. ibi, pro poſſe meo, lib. 2. feud.* Curt. Iun. *part. 4. num. 14.* Schrad. *part. 6. cap. 6. nu. 83.* Sed obſtare videtur *l. 1. §. Iuxta hoc, ff. de SC. Silan.* & *l. Omne delictum 6. §. ult. ff. de re milit.*

122 Quid verò ſi exiſtimet Vaſallus, dominum lethaliter eſſe vulneratum, cum tamen vel nullum ei impoſitum ſit vulnus, vel ſit quidem ei vulnus illatum, at non lethale, nunquid feudo ſe indignum facit, ſi fugiat? Sonsbeccius negat.[a] negat & Vulteius:[b] verùm non deeſt ratio, quæ hanc negationem planè dubiam reddit.[c]

[a] *Part. 12. n. 13.* [b] *lib. 1. de feud. cap. 19. pag. 718.* [c] Quæ eſt, quod hic etiam ſola negligentia Vaſalli punitur, nec dolus requiritur, uti arguit. *text. in tit. 24. §. præterea, lib. 2. feud.*

123 Vocatur in quæſtionem & illud, an feudo ſuo privetur Vaſallus, ſi dominum, qui bellum movit injuſtum, juvare cœperit, & poſtea pœnitentia ductus deſeruerit eum? Dd. autem id communiter negant,[a] nos verò affirmamus in caſu, ubi dominus in certiſſimum vitæ aut corporis diſcrimen fuerit adductus;[b] ſin exemptus ſit à periculo, negamus ſimiliter.[c]

[a] Schrader. *part. 6. cap. 6. nu. 87.* Roſenthal. *cap. 10. concluſ. 13.* & Vult. *lib. 1. de feud. cap. 11. nu. 19. circa finem.* [b] *per text. in tit. 28. in princ. verſ. Sed eum palam, lib. 2. feud.* [c] Tum quia ſufficit, ſi cui vel in paucis amici labore conſulatur, *l. Tutori 20. C. de negot. geſt.* Tum quia à peccato deſiſtere laudabile eſt, *Can. in malis, Can. unuſquiſq;,* & *c. magnæ ſapientiæ, 22 quæſt. 4.* quippe cùm tanto graviora ſint peccata, quantò diutius infelicem animam alligatam detinent, *c. ult. extra, de conſuetud.* Tum quia humanitas injuſtæ pœnitudinis amputari non debet, *Si quis libellos 28. C. de appellat.*

124 Hujuſmodi porrò culpam committit Vaſallus, ſi grandem aliquam patrimonii jacturam domino imminere non ignoret, de ea tamen ipſum certiorem non faciat,[a] vel eam à domini patrimonio, cum poſſit, ſua opera non avertat.[b]

[a] *Tit. 24. §. Præterea ſi Vaſallus, libr. 2. feudor.* [b] *tit. 6. verſ. utile, junct. verſ. Et ſi contigerit, lib. eod. feud.*

125 Eſt & illa hujus generis culpa, ſi Vaſallus ſervitia, quæ domino ex feudo ſuo debet, requiſitus non præſtiterit.

Tit.21. in pr. Verſ. Vel ſi domnnis ſuis, lib.1. feud. tit.24. §. ſed non eſt alia, tit.26. §. licèt Vaſallus, tit.28. §. Ad hoc tit.37. §. ult. tit.54. in prin. tit.55. §. Firmiter, lib.2. feud.

Sed an feudo ſuo privetur Vaſallus, ſi annuum canonem, quem ex feudo debet, ſuo domino non præſtiterit, intra triennium, variant Dd. opiniones; Et licèt communiter id negent, [a] nos tamen ajenti parti aſſenſum præbere non dubitamus, ſi dolo malo & fraude Vaſallus canonem debitum in termino convento non ſolverit. [b] 126

[a] Schrader. *part. 9. cap.6. nu.75. & ſeqq.* Henric. à Roſenthal. *cap.10. concluſ.19.* [b] Tum quia Vaſallus, qui dominum ſuum contemnit, feudo exuitur. *c.1. & §. prædictis modis, §. ſed non eſt alia qua fuit pri. cauſ. benef. amitt. tit.24. in fin. lib.2. feud.* Tum quia nulla fraus, nullus dolus inter dominum & Vaſallum intervenire debet: qui ſi intervenerit, feudum amittitur. *tit.2. §. ult. junct. tit.9. in princ. Verſ. Si autem diſſentiente, ibi, quod & ipſum ſyncerè hodie & ſine fraude licet ei facere, lib.2. feud.* Tum quia hic Vaſallus perfidus & improbus eſt in dominum ſuum, ut qui datam fidem de canone præfinito tempore ſolvendo malitioſè fregit, ut proinde amplius fidelis, id eſt, Vaſallus eſſe haud poſſit, *argu. text. in tit.6. Verſ. pen. ibi. Si beneficio vult dignus videri, junct. Verſ. ult. ibi, meritò cenſebitur malè fidus. Item ibi, perfidus, & perjurus, lib.2. feud.* Tum quia Vaſallus, ſi fendo dignus haberi velit, operam dare debet, ne dominus rem, quam habet, aut habiturus eſt, injuſtè amittat. *tit.7. Verſ. Et ſi contigerit, lib. eod. feud.* Tum etiam quia obligatio ſolvendi canonis annui, propter quem etiam feudum datum eſt, planè eſt ſimilis obligationi præſtandi perſonalia ſervitia, uti haud obſcurè convincitur ex *tit.24. Sed non eſt alia, ibi, quam ſi id, propter quod beneficium datum fuerit, lib.2. feud. & tit.51. §. ult. ibi, ad certum ſervitium, lib. eod. feud. junct. d. tit.24. §. Sed quia natura, ibi, ſi qua fuerit antiquioribus cauſis ſimilis, lib. eod. & tit.17. in fin. ibi, Vel ſimiles culpas, lib.1. feud.* Tum poſtremò quòd etiam emphyteuta ob nō ſolutum intra præfinitum tempus canonem, emphyteuſin amittit, *l.2. C. de jure emphyteut.* His argumentis accedit autoritas Sonsbeckii. *d. part.12. nu.64. & ſeq.* Curt. Iun. *lib.4. de feud.* Sed vide Fachinæ. *lib.7. controverſ. jur. cap. 87.* & Iohan. Ruding. *in controv. feud. lib.1. quæſt.75. ubi diſſentit.*

Eſt item hujus generis culpa, ob quam etiam feudum amittitur, ſi Vaſallus dominum ſuum inopem, pro modo feudali alere recuſet. 127

Per fundamenta theſ.35. diſputationis præcedentis 19.

Ut & ſi Vaſallus dominum ſuum carcere incluſum non redimat, cum ſciat eum in carcerem miſſum, ac ipſum liberare valeat. 128

Tit.24. §. item ſi delator, lib.2. feud. vide Schrader. *part.9. cap.8. nu.8. Verſ. Hac concluſ. & Verſ. ſeq.* Borcholt. *c.8. nu.14.* Vult. *lib.1. cap.11. n.48.* qui limitant hanc concluſionem in domino ob æs alienum vel delictum aliquod carceri incluſo. Priorem limitationem probamus *per text. in tit.26. §. licet Vaſallus, & tit.39. §. ult. lib.2. feud.* Poſteriorem non item. Tum quia Vaſallus liberare dominum tenetur à corporis periculo, licet bellum injuſtum contra aliquem ſuſcitaverit dominus, *tit.28. in pr. lib. eod. feud.* Tum quia Vaſallus dominum à morte liberare jubetur, *tit.39. §. ult. lib. eod.* Carcer autem & mors æquiparantur, *l. nec timorem, 7. §. 1. ff. quod metus cauſa.*

Quòd ſi etiam Vaſallus dominum ſuum ab hoſtibus captum non redemerit, feudum ſuum amittit. 129

Argumento Novell. 115. cap. ſi unum junct. tit. 24. §. prædictis modis, lib. 2. feud. Schrader. *part.9. cap. 8.*

Hactenus de culpa Vaſalli, ob quam ipſe feudum amittit: Sequitur modò, quibus ex cauſis feudum abſque ſua culpa. Ejuſmodi eſt cauſa eventus temporis, ad quod uſque feudum eſt conceſſum. 130

Tit.2.

Tit.2. in princ. lib.1. feud. vide Carol. Tap. *ad l. ultim. ff. de conſtit. Princip. part.2. cap.5 num.5.*

131 Eſt item hujuſmodi cauſa voluntas domini poſt annum repetentis à Vaſallo feudum guardiæ, vel gaſtaldiæ.

Dict.tit.2. in princ. tit.11. lib. eod. feud.

132 His quoque cauſis connumeramus interitum rei feudalis. Eſt enim feudum ſimile uſufructui,[a] qui perit, extincto corpore fructuario.[b]

[a] *Tit.23. §. ult. verſ. uſusfructus, lib.2. feud* [b] *§.1. & §. ult. Inſt. de uſufruct. & l. pen. C. d. tit, Sic etiam tollitur emphyteuſis, ſublato corpore, ex quo debetur, l.1. C. de jure emphyt.*

133 Adjicimus quoque his cauſis refutationem feudi[a]. Eſt autem refutare feudum, abdicare ſe feudo, ſive feudum dimittere, atq; illud vel domino[b] vel ſucceſſoribus[c] feudi cedere.

[a] *Tit.9. §.1. & tit.38. lib.2. feud.* [b] *d. tit.9. §.1. tit.14. lib. eod. feud.* Sed hic agnatorum conſenſus requiritur, ſi feudum ſit paternum, & refutatio perpetuum jus transferre in dominum debeat. *tit.39. lib. eod.* [c] *tit.49. lib. eod.*

134 Poteſt autem Vaſallus refutare ſuum feudum domino etiam invito,[a] modò id faciat tempeſtivè & ſine fraude.[b]

[a] *Tit.38. verſ. & ſi voluerit,* ubi Baro, & alii feudiſtæ, *libr.2. feud.* Mynſing. *cent.5. obſerv. 65.* Fachinæ. *lib.7. controverſ. jur. cap.60.* Vult. *lib.1. de feud. cap.10. num.76.* vide etiam Mynſing. *cent.6. obſerv.29.* Tyraquell. *tract. ceſſante cauſa. limitat.16. nu.3.* [b] Non quando ob præſens, vel imminens periculum dominus ſervitiis indiget, aurea bulla Caroli IV. *cap.* von den/ als unwürdigen/ jhr Lehen Gut benommen werden/ *pag. 9. fac. 2.* Mynſing. *cent.5. obſerv. 6. nu.12.* Weſenb. *de feud. cap.11. nu.11.* Sonsbeck. *in uſib. Feud. part.12. nu.117.* Rittershuſ. *lib. 2. part. feudal. cap.2. nu.20.*

135 Similiter his adjungimus cauſis clericatum, & monachatum. Si enim Vaſallus efficiatur clericus, aut votum religionis aſſumat, hoc ipſo feudum amittit.

Tit.21. tit.26. §. Qui clericus, tit.30. tit.36. verſ. ultim. lib.2. feud. tit.109. in extraordin. capit.

136 Denique ſi filius in patris Vaſalli defuncti hereditatem ſuccedere nolit, jus etiam ſuccedendi in feudum amittit[a]: ut & ſi Vaſallus nullis relictis feudi ſucceſſoribus moriatur; quo caſu feudum finitur, & res feudalis pleno jure ad dominum revertitur.[b]

[a] *Tit.45. & tit.51. §. filius, lib.2. feudor.* [b] *tit.5. §. rurſus, titul.13. §. et ſi clientulus, lib.1. feud. tit.9. §.1. verſ. ſin autem, tit.12. tit.18. lib.2. feud.* Henric. à Roſenthal. *tract. de feud. cap.7. concluſ. ult. num.12.*

137 Expoſitis amittendi feudi cauſis, diſpiciendum nobis, utrùm ipſo jure, an per judicis ſententiam privantem, feudum Vaſallus ex cauſis illis amittat; Tum ad quem feudum ita amiſſum pertineat; Tum denique cujus ſint fructus & meliorationes feudi amiſſi.

138 Ad primam quod attinet quæſtionem, pro generali, tradunt regula Dd. ob culpam Vaſalli ipſo jure non amitti feudum, ſed per judicis ſententiam privantem.

Argu. tit.21. in pr. lib.n. feud. Schrad. *part.2 partis 9. principal. ſect.8. nu.14. & ſeqq.* Roſenthal. *cap.10. concluſ.108.* Vult. *lib.1. de feud. cap.11. num.59.* Hujus tamen regulæ exceptiones quaſdam tradunt, alii plures, alii pauciores. vide Rudinger. *lib.1. quaſt. feud.71.*

Exiſti-

Exiſtimamus autem ex omnibus ferè cauſis prædictis ipſo jure abſque 139
ſententia privante feudum amitti.

Tum quia in libris feudorum amiſſio feudi ipſis legitimis cauſis & modis adſcribitur, non judicis ſententiæ, *tit. 5. lib. 1. feud. tit. 24. lib. 2. feud.* Tum quia cauſæ & modi adquirendi, [cu]m cauſis & modis amittendi ejuſdem naturæ & poteſtatis cenſeri debent, ita ut illis ipſo jure quid conſtituitur, ita & his ipſo jure quid amittatur, uti arguit, *tit. Inſtitut. quibus modis re contrah. obligat. & tit. quibus mod. tollitur obligat.* Sic certis modis ipſo jure uſusfructus conſtituitur, abſque judicis ſententia, *l. ſi ego 11. §. ff. de publ. in rem act.* Certis item modis ipſo jure abſque judicis ſententia idem amittitur, *§. finitur autem. Inſtitut. de uſufruct. & tot. tit. ff. quib. mod. uſufruct. vel uſus amitt.* Similiter patria poteſtas certis modis ipſo jure conſtituitur, puta juſtis nuptiis legitimatione, adoptione: Certis item modis ipſo jure abſque judicis privante ſententia ſolvitur, de quibus *ſub titul. Inſtitut. quibus modis patr. poteſt. ſol.* Quocirca cum cauſæ & modi adquirendi feudum ipſo jure, abſque judicis ſententia tribuant Vaſallo feudum. *tit. 1. §. ultim. tit. 11. in princ. lib. 2. feud.* certè ipſo quoque jure abſque judicis privante ſententia ex legitima culpa feudum ſuum amittit Vaſallus. Tum quia Vaſallus generaliter ob culpam ſuam juſtam à feudo cadere dicitur *in tit. 24. §. Denique libr. 2. feud.* item dicitur ob ſuam culpam beneficio ſuo carere *tit. 17. lib. 1. feud.* verbum autem cadere, & verbum carere privationem ſua natura ſignificant, Felin. *ad c. Rodulphus, num. 24. circa fin. extra de reſcript.* Tum quia feudorum placita promiſcuè utuntur verbo amittat, & præſentis temporis verbo amittit, *tit. 24. lib. 2. feud.* judicant ergo amiſſionem fieri ipſo jure Bald. *ad l. 2. in addit. nu. 7. C. de jure emphyt.* Franciſc. Cremens. *ſing.* Gail. *lib. 2. obſerv.* [illegible] Myſing. *cent. 6. obſervat.* 77. Matth. Weſenbec. *conſil.* 176. Rudinger. *lib. 1. dict. quæſt. 71.* Tum etiam quia Vaſallo feudum delinquente, ipſum feudum ſimplici[ter] & purè dicitur ad dominum vel agnatos pertinere, *dict. tit. 24. §. Denique. & tit. 31. lib. 2. feud.* Quæ autem noſtræ aſſertioni obſtare videntur, refutata ſunt prolixè in nuperrime editis quatuor quæſtionibus *ad tractat. de mod. amittend. Feud. ſpectantibus quæſt. 4.*

Non ſolùm autem ipſe Vaſallus feudo ſua ex culpa privatur, ſed & filii 140
ejus [a], niſi culpa in feudi alienatione illicita conſiſtat. [b]

[a] *Tit. 26. §. Si Vaſallus culpam. & tit. 31. libr. 2. feud.* Hartman. Piſtor. *libr. 2. quæſt. jur. quæſt. 16.* [b] per text. *in tit. 8. §. 1. & tit. 18. §. Si aliquis, Verſ. Et ipſe heres, lib. 1. feud. 1. feud.* Andreas [illegible]. *lib. 2. obſervat. pract. obſervat. 50. nu. 12.* Alienatio enim per ſe delictum non eſt, ſed eſt duntaxat delictum in feudo. Cæteræ culpæ per ſe & ubique delicta ſunt. Sed ab hoc altero membro theſios diſſentiunt Hartm. Piſtoris *d. lib. 2. quæſt. 17. nu. ult.* & Vult. *lib. 1. de feud. c. 11. nu. 78. pag. 800. Verſ. cum autem.*

Sed quæ cauſa ſit, cur etiam filii ob patris culpam feudo privantur, DD. 141
judicia variant [a]; Nos illis ſubſcribendum putamus, qui exiſtimant, ideo id fieri, quod in liberis etiam paterni criminis exempla metuuntur [b], utq; charitas liberorum parentes Vaſallos dominis ſui amiciores redderet. [c]

[a] De quibus Hartmann. Piſtor. *lib. 2. quæſtion. jur. quæſt. 16. num. 16. & ſeqq.* Ipſe quidem Hartmannus arbitratur hanc eſſe cauſam, quod filiis cenſetur conceſſum feudum contemplatione patris, quodq; beneficio patris filii etiam feudum habent, *per text. in tit. 14. §. 2. lib. 1. feud.* Sed quia & domini beneficio, & operà primi adquirentis comparatum eſt feudum etiam filius, cæteriſq; deſcendentibus maſculis, certè iſthæc ratio ad auferendum filiis feudum ſufficiens eſſe non poteſt, eo quod jus mihi adquiſitum donatione Titii, delicto ipſius poſt commiſſo mihi eripi nequit, *l. poſt contractum* 15. (ubi pro niſi legendum ſi Cujac. *in libr. 12.* [illegible] *Papin. pag. 520.) l. Donationes 13. ff. de donat. l. ſi aliquis 7. ff. de mort. cauſ. donat.* Schneidewin. *tom. 3. concluſ. 37.* [b] *argum. l. quiſquis 5. C. ad leg. Iul. majeſt.* [c] *per ea quæ ſcribit* Cic. *ad Brutum, epiſt. 12.* & Cont. *ad d. l. 5. §. Paterno enim, C. ad l. Iul. majeſt.*

242 Quòd ſi autem feudum ſit paternum, quod Vaſalli culpa amiſſum eſt, ad dominum revertitur, ſi culpa in ipſum dominum ſit commiſſa: ſi in alium commiſſa ſit culpa, ad agnatos Vaſalli pertinet.

Titul. 24. *§. Denique, tit.* 37. *in princip. lib.* 2. *feudor.* Hartmann. Piſtor. *lib.* 2. *quæſt. jur. quæſt.* 15.

243 Si ergo Vaſallus contra ſuum dominum inſidias poſuerit, feudum ex hac culpa amiſſum ad dominum pertinet:[a] ut & ſi concubuerit cum uxore domini ſui, vel in pugna dominum dimiſerit;[b] aut abſque domini conſenſu feudum alienaverit,[c] vel debita ſervitia requiſitus ei non præſtiterit:[d] aut intra tempus legitimum inveſtituram non petierit.[e]

[a] *d. t.* 37. *in princ. lib.* 2. *feud. c. Felicis. §. ſi qua verò, t. de pœnis in* 6. *& §. in quibuſdam, §. Sacri. extra, eod. t.* [b] *t.* 21. *§.* 1. *lib.* 1. *feud.* [c] *t.* 5. *in fin. & t.* 21. *§.* 1. *lib.* 1. *feud. & tit.* 24. *in pr. tit.* 38. *tit.* 44. *tit.* 55. *in princ. verſ. Callidis, ibi, & ad dominum liberè revertatur, lib.* 2. *feud.* Hartman. Piſt. *d. lib.* 2. *quæſt. jur. quæſt.* 17. [d] *d. t.* 55. *§. firmiter, lib.* 2. *feud.* [e] *tit.* 55. *§. præterea ſi quis, lib.* 2. *feud.* Hartman. Piſtor. *dict. lib.* 2. *quæſt.* 18.

244 Quòd ſi verò Vaſallus fratrem ſuum occiderit, aut fratris filium, tum feudum ex hac culpa amiſſum non ad dominum revertitur, ſed ad agnatos Vaſalli pertinet.

Dict. tit. 24. *§. denique, verſ. Si verò non in dominum. & d. tit.* 27. *lib.* 2. *feud.* Hæc q[illegible] latè tractatur in conſultat. conſtit. Saxon. *part.* 2. *quæſt.* 21. ubi textus proponuntur contra[illegible], puta *tit.* 26. *§. ſi Vaſallus culpam, & tit.* 31. *libr.* 2. *feudor.*

245 Sed quæritur, an feudum paternum, ex Vaſalli culpa ad dominum reverſum, in perpetuum ejus maneat, & heredum ipſius, an verò mortuo Vaſallo delinquente ad agnatos pertineat? Poſterius hoc juri & æquitati propius eſſe remur.[a] Licet alii contrarium ſentiant.[b]

[a] *Per text. in tit.* 40. *§. ult. libr.* 2. *feud. & in tit.* 78. *& tit.* 98. *in extraordin. capit.* quo [illegible] poſteriori loco negatio tollenda, ut poſt Cujacium ſentit etiam Hartm. Piſtor. *libr.* 2. *quæſt.* [illegible] 45. Confirmat eandem hanc concluſionem noſtram text. *in l. Peto* 69. *§. prædium, ff.* [illegible] 2. *& l.* 1. *in princ. verſ. Ipſe tamen libertus, C. comm. de manumiſſ.* Adde Hartman. Piſtor. *d.* [illegible] 2. *quæſt.* 15. *nu.* 32. *& ſeqq. & quæſt.* 16. *nu.* 13. *& ſeqq.* qua poſteriori quæſtione de illicita [illegible] alienatione tractat. [b] Petr. Gilken. *tract. de præſcript. part.* 3. *cap.* 13. Roſenthal. *de Feud. cap.* [illegible] Matth. Berlich. *part.* 3. *concluſ. pract. concl.* 37. *ubi citati.*

246 Non modò autem quamdiu vivit ipſe Vaſallus, qui in dominum deliquit, ſed & quandiu filii ipſius, cæteriq; deſcendentes liberi maſculi ſuperſtites ſunt dominus feudum retinet.

Dict. tit. 78. *& tit.* 98. *in extraordin. capit. c. Felicis, §. Si qua verò, junct. §. ſeq. tit. de pœnis, in* 6. *& c. In quibuſdam, §. ſacra, eodem tit.* Hartman. Piſtor. poſt alios *dict. quæſt.* 15. *nu.* 46. *Verſ. Denique ne autoritate,* Vult. *lib.* 1. *de feud. cap.* 11. *nu.* 71. *pag.* 789. *in fin. & pag. ſeq.* Ratio videtur eſſe hæc, quòd nec mortuo Vaſallo agnati in feudum ſuccedunt, donec filii ipſius Vaſalli extant, *tit.* 11. *in princ. verſ. filius enim, lib.* 2. *feud.*

247 Et licet tale ſit delictum Vaſalli, ob quod bona ejus publicanda ſunt, & fiſco inferenda, feudum tamen domino & agnatis relinquitur; niſi feudum ſit hereditarium.

Tum quia fiſcus eſt loco extranei heredis, *l.* 2. *C. ad legem Iul. de vi, l.* 1. *C. de bonis damn. l. eorum* 9. *ff. ad leg. Iul. majeſt.* Tum quia jure ſingulari quod ad aliquem pertinet, non tranſit ad fiſcum *l.* 4. *ff. de jure patronat.* Tum quia Rei majeſtatis feudum confiſcationi eximitur.

c. Felic.

Felicis, ſ. qua Vero, tit. de pœnis, in 6. Tum poſtremò, quia ex crimine fractæ pacis damnato Vaſallo feudum Domino reſervatur, Cammergerichts Ordnung / *part. 2. tit. 9. §. 2.* Sed & de *ſtatus 45. §. ult. ff. de jure fiſci*, communiter Dd. quos citant, & ſequuntur Hartmann. Piſtor. *d. quæſt. 1. n. 7. & ſeq.* & Vult *lib. 1. cap. 11. nu. 146.* ubi etiam de hæreditario feudo agit, vide quoque Fachinæ. *lib. 7. controverſ.*

Sed in dubium vocatur, utrum proximi agnati ad feudum admittantur, 148
an verò illi, qui gradu ſunt quarto, vel ulteriori? Poſterius hoc licet vulgus Interpret. probet, [a] verior tamen eſt ſententia, gradu proximiores ad feudum admitti. [b]

[a] *Per text. in tit. 26. §. ſi Vaſallus culpam. & tit. 31. lib. 2. feud.* [b] *tit. 24. §. Denique, verſ. ſi vero, ibi, non ad dominum, ſed ad proximos pertinet. & tit. 37. ibi, ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, lib. 2. feud.* Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 15. num. 12. & ſeqq.* Vult. *lib. 1. de feud. cap. 11. nu. 71. pag. 794.*

Quod ſi novum ſit feudum, etſi mortuo Vaſallo ad ejus filios jure ſuc- 148
ceſſionis pertineat [a], attamen ſi ex culpa Vaſalli in dominũ vel alium commiſſa, ſit amiſſum, confeſtim ad dominum revertitur, & penes eum, ac heredes ipſius perpetuò remanet, nec unquam ad Vaſalli delinquentis filios, niſi ex gratia domini, revertitur.

[a] *Per tit. 1. §. cum verò, lib. 1. feud. tit. 11. §. ult. tit. 24. §. Denique, verſ. Si verò, ibi, ſi tamen beneficium fuerit paternum, tit. 18. tit. 26. in princ. lib. 2. feudor.*

Alienatio tamen feudi etiam novi, noſtro animo, filiis nihil præjudicat 149
in caſum mortis paternæ.

Per text. in tit. 8. §. 1. lib. 1. feud. Menoch. *conſ. 161. nu. 17.* Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 4. nu. 7.* Sed vide *eundem in dict. quæſt. num. 64. & dict. quæſt. 13. nu. 62.* Accedit huc communis Interpret. ſententia, quos longa ſerie recenſet diſſentiens Hartmann. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 17. nu. 1.* & Vult. *lib. 1. de feud. cap. 11. nu. 78.* qui text. *in dict. tit. 8. §. 1.* exaudiendum putant, de caſu, quo alienationi dominus conſentit. Diſſentit quoque poſt alios Matth. Berlich. *part. 2. concluſ. 57. & ſeq. ibid. concluſ. 59.*

Quod attinet fructus feudi, diſtinguendum eſt inter fructus, quos Va- 150
ſallus ante finitum feudum percepit, & eos, qui feudo finito vel percepti, vel nondum percepti ſunt.

Quos enim ante percepit, retinet Vaſallus, aut ſi mortuus ſit, ad ejus he- 151
redes pertinent: ſiquidem non feudalium: ſed allodialium bonorum jure cenſeantur.

Per text. in tit. 23. §. ult. verſ. uſusfructus verò, libr. 2. feudor. & tit. 45. libro eodem. Hartm. Piſtor. *lib. 1. quæſt. jur. quæſt. 24. nu. 38.* Schrad. *part. 2. partis 9. principal.*

Fructus finito feudo perceptos vel nondum perceptos, ſed adhuc ipſi 152
corpori cohærentes, quod attinet, diſpiciendum, an abſque Vaſalli culpa feudum ſit finitum, puta morte Vaſalli, an verò Vaſalli culpa ſit amiſſum.

Priori caſu ſi ante Martium mortuus fuerit Vaſallus, omnes fructus il- 153
lius anni ex feudo provenientes ad dominum pertinebunt: Si poſt Kalendas Martii uſque ad Auguſtum, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad heredes Vaſalli pertinent. Si verò poſt Auguſtum, omnes fructus anni dominus percipiet.

Tit.28. §. His conſequenter, junct. tit.45. libr.2. feudor. Hartmann. Piſtor. *libr.2. quæſt.24* Matth.Coler. *de proceſs.execut.part.2. cap* 3. Schrader. *part.2. part. 9. princ. ſect. 3. nu. 46. & ſeqq.* obſtat. *l. fructus 7. §. Divortio. ff. ſolut. matrim.*

152 Prædicta diſtinctio procedit quoque in fructibus civilibus, ut ſunt mercedes locationis [a]; tum etiam in cenſibus & reditibus annuis. [b]

[a] Hartman. Piſt. *d.lib.2. quæſt.25.* Henric. à Roſenthal. *cap.10. concluſ.117.* [b] Hartm. Piſt. *d.lib.2. quæſt.24. nu.57. & ſeqq.*

153 Quod dicitur de domino [a], id etiam exaudiendum de agnatis, ſi ad eos feudum confeſtim pertineat. [b]

[a] *In dict. tit.28. §. His conſequenter, lib.2. feud.* [b] *dict. tit. 45. libr. eod.* Hartman. Piſtor *dict. quæſt.24. num.50.* Quidam tamen diſſentiunt; quibus adhæret Schrad. *d. ſect. 3. nu. 82 & ſeqq.*

154 Quod ſi culpa Vaſalli feudum ſit amiſſum, fructus pendētes omnes una cum ipſo feudo ad dominum, ſi ad eum revertatur feudum, vel agnatos Vaſalli, ſi ad hos feudum confeſtim tranſeat, pertinent.

Hartman. Piſt. *d. quæſt.24. nu.53.* Vult. *lib.1. de feud. cap.11. nu.112.*

155 Fructus quoque à tempore commiſſæ culpæ perceptos Vaſallus reſtituere tenetur.

Schrad. *dict. part.2. partis 9. princ. ſect.3. num.28. & ſeqq.* Ratio hujus enunciati hæc eſt quod culpa ſua Vaſallus ipſo jure feudum amittit, ut proinde confeſtim malæ fidei ſit poſſeſſor, qui nullos fructus ſuos facit, ſed eos omnes domino reſtituere tenetur, *l. domus 5. l. certum 22. C. de rei vind. §. ſi quis a non domino, Inſt. de rerum diviſ. l.3. C. de condict. ex leg.* Menenda. *lib.6. quæſt.19.*

156 Meliorationes feudi quod attinet; hic ſimiliter diſtinguendum eſt inter feudum abſq; culpa Vaſalli amiſſum, & illud, quo Vaſallus ob culpam eſt exutus. Si abſque ſua culpa Vaſallus feudo cecidit, meliorationes ſive impenſæ in rem feudalem factæ, lucro Vaſalli aut heredum ipſius cedunt.

Tit.28. §. ſi Vaſallus in feudo, lib.1 feudor. l. cum 7. C. de uſufruct. l. Sed addes 19. §. Si inquilinus oſtium, l. dominus 55. §. 1. & l. penult. in princ. ff. locati, l. Sed ſi vir 31. §. ſi vir uxori ff. de donat. inter vir. & uxor. l. Qui ſciens 11. l. ſi in area. 16. C. de rei vindic. l. ſi in area 3? in fin. ff. de condict. ind. l. Paulus 29. §. penult. ff. de pignoribus.

157 Quod ſi tamen feudo quid adjectum ſit, quod per ſe poſſit ſubſiſtere, id ad Vaſallum, vel ejus heredes pertinet.

Tit.8. §. è contrario autem. lib.2. feud.

158 Quas autem impenſas, & quibus juris remediis ſervare Vaſallus, aut ejus heres poſſit, patet, ex his, quæ ſuprà de impenſis expoſita ſunt. [a]

[a] *Diſputat.6. ſub hac claſſe 5.* Adde Roſenthal. *cap.10. concluſ.123.* & Vult. *lib.1. de feud. cap.11. num.113. in fin.*

159 Quòd ſi culpa ſua Vaſallus feudum amiſerit; omnes meliorationes, domini aut agnati, ad quem feudum pertinet; lucro cedunt.

Per l.2. verſ. ſin autem nihil. C. de jure emphyteut. Novell. 7. cap.3. §. ſcire autem & Cujac. & *Novell. 120. cap. 8. & Auth. Qui rem. Cod. de SS. Eccleſ.* Schrader. *part. 2 partis 9. princip. ſect. 2. num.16. & ſeqq.* Roſenthal. *dict. cap.10. concluſ.121. &* Vult. *lib. 1. de feud cap. 11. num. 114*

160 Neque refert, parvi aut magni ſumptus in meliorationes illas ſint facti.

Pe-

Per d.l.2.C.de jure emphyt.l.ſi is 13.§.utrum,ff.de reb.dub. Guid. Papæ. *deciſ.*438. Schrad. *d. part.2. partis 9. principal. ſect.2. nu.*17.& 18.

Eſt & illud hic monendum, quod feudum revertitur ad dominum liberè [a], cum onera à Vaſallo ei impoſita, nihil domino præjudicent. [b] 161

[a] *Titul.* 55. *§. Callidis, lib.* 2. *feud.* [b] *tit.*8. *§. rei autem, verſ. Quid ergo, lib. eodem, l. ſi cujus* 13. *§.*4. *ff. de uſufruct.* Iacobin. de S. Georg. *tract. de feud. in verb. ita etiam quod ipſi, num.* 10. Tyraquell. *lib.* 1. *de retract. §.* 1. *gl.*14. *num.*111. & *ſeqq.* & *§.*34.*nu.*7. & 8. & *lib.*2. *§.*1. *gl.*1. *num.* 13.

Acris eſt inter Dd.[a] contentio, num Vaſallus, qui ſua ex culpa feudum amiſit, ſi gratiam ei fecerit Princeps, & reſtituerit ipſum, [b] feudalia etiam bona recuperet? Nobis negantium ſententia placet. [c] 162

[a] Alii affirmant, alii negant; quos collegit Schoner. *lib.* 1. *diſputat. feudal. diſput. ultim. ad theſ.* 71. [b] Reſtituit Princeps vel his verbis: Reſtituo te in integrum, vel ſimpliciter hoc modo: Reſtituo te, *l.*1. & *l. ult. in fin. C. de ſentent. paſſ.* Et utroque caſu pleniſſima, & latiſſima contingit reſtituto, quæ & patriam poteſtatem & cætera omnia reducit, *l.* 1. *§. De qua autem ff. de poſtuland. d.l.*1.*l.*2. *in fin. l.*4.*l.*6. & *l.*9. *C. de ſentent. paſſ.* Quod autem Princeps ſimplici erga condemnatum utatur indulgentia, nec uſurpet verbum reſtituendi, tunc pœnam tantum remittit, & deportato ſive exuli reditum duntaxat tribuit, *l. generaliter.*7. *C. dict. tit. l. ultim. Cod. de generali abolit.* [c] *l.*2. *ibi, ſine gravi partis alterius diſpendio. l. reſcripta* 7. *ibi, niſi forte ſit aliquid, quod non lædat alium,* & *proſit petenti, C. de precibus Imp. offer. l.* 2. *§. merito,* & *l. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. l. nec avus* 4. *Cod. de emancipat. liber.* & *c. Quamvis, tit. de reſcript. in* 6. Andr. Gayl. *lib.*2. *de pace publ. cap.* 19. *num.*4.9. & 11. Dominus an cenſeatur Vaſallo ingratitudinem remiſiſſe ſi ab ipſo ſervitia recipiat. vide Rulinger. *lib.*1. *quæſt. feud.* 88.

Eſt & illa quæſtio elegans, an dominus feudum ad ſe reverſum, ſi in alium rurſus conferre id velit, conſanguineis potiùs prioris Vaſalli, intra annum, re integra petentibus illud, quam extraneis concedere debeat? Et licet affirmata ſententia communiter ſit recepta: [a] eam tamen quò minus amplecti poſſimus ipſis feudorum placitis movemur. [b] 163

[a] Tiraquell. *de retract. proximi. in præf. num.*40. Baptiſta Villalob. *in communibus opinionibus ve b. Vaſallo mortuo,* Lud. Roman. *conſil.*22. & ibi prolixè Horat. Mandoſ. *in verb. communis opinio,* [b] Dec. *conſil.* 78. *num.* 13. & *ibi in addit.* Carol. Molinæ. vide etiam Vigel. *in method. juris feudal. cap.* 5. *quæſtio.* 7. *Reg.* 4. *pag.* 418. & Dec. *conſil.* 135. *in princ.* Mynſinger. *cent.*5. *obſerv.*16. & *cent.*6. *obſerv.*79. Vult. *lib.*1. *feud. cap.*11. *num. ult.* Schoner. *d. diſput. ult. ibi ult. lib.*1 [b] Per text. *in tit.*24. *verſ. ſi autem dominus, lib.*1. *feud. tit.*54. *in fin.* & *tit.*55. *§. Callidis, ibi* & *ad dominum liberè revertatur, lib.*2. *feud.* Andr. Geyl. *lib.*2. *obſ. practic obſerv.* 14[illegible] *nu.*3. *verſ. ſed verior opinio eſt.*

Hactenus de modis, quibus Vaſallus feudum ſuum amittit. Reſtant modi, quibus ipſe dominus ſuum in re feudali, puta proprietatem, & fidelitatem Vaſalli, perdit. 164

Amittit autem dominus jus illud ſuum, vel ob culpam, vel ſine culpa ſua. 165

Culpa, ob quam dominus jus ſuum amittit, eſt eadem illa culpa, ex qua Vaſallus ſuo privatur feudo, ſive in Vaſallum peccaverit, ſive in alium. 166

*Tit.*26.*§. domino committente,* & *tit.* 47. *feud. junct. tit.*6. *in fin. libr. eodem* Ioan. Borcholt. *in comment. in uſus feud. cap.*8. *nu.*133. & *ſeqq.*

Abſque ſua culpa amittit dominus jus ſuum conſolidatione, ut ſi domi- 167

nus proprietatem rei feudalis Vaſallo cedat: aut Vaſallus rei feudalis libertati præſcribat; veluti ſi domino ſervitia debita triginta annis bona fide non præſtiterit: Dominus autem ſervitiis indiguerit.[b]

[a] *Argu. §. item finitur, Inſtit. de uſufruct. l. ſi tibi* 17. *l. ſi ſervus* 27. *ff. quibus modis uſusfruct. amitt. l.* 3. *§. pen. ff. uſufruct. quemadmodum cauſ.* [b] Cum enim 30. annorum præſcriptione feudum adquiri poſſit, *tit.* 26. *§. ſi quis per triginta, libr.* 2. *feud.* cur non eodem temporis ſpacio libertas prædii feudalis præſcribi poſſet? *argu. l. nihil tam naturale* 35. *& l. omnis* 100. *& l. ferè quibuſcunque* 153. *ff. de reg. jur.* Roſenthal. *cap.* 6. *concl.* 156. *& ſeq.* Vult. *lib.* 1. *de feud. cap.* 10. *nu.* 10. Sed vide tract. meum *de praſcriptione feudi.*

168 Non tamen amittit dominus proprietatem rei feudalis, atque etiam jus feudale, licet tertius, in quem domino inconſulto feudi alienatio facta fuit illud triginta annis poſſederit.

Per text. in tit. 4. *§. ut liceat, & tit.* 55. *§. Nos autem ad pleniorem, lib.* 2. *feud. ſed vide* Da. Vultej. *lib.* 1. *de feud. cap.* 9. *nu.* 20. Schoner. *diſput.* 1. *feudal.* 6. *theſ.* 11.

CLASS. V. DISPUTATIO XXI.

DE JUDICIO FEUDALI.

THESIS I.

DE acquiſitione, & acquiſiti feudi jure, ipſi domino itemque Vaſallo ex conſtituto feudo quod competit: tum etiam de amiſſione feudi hactenus. Reſtat ut videamus, quibus remediis qui jus ſuum, quod habet in feudo, conſervare, vel amiſſum recuperare poſſit.

2 Quod cum dominus ab invito Vaſallo, aut hic ab illo, propria autoritate, vel vi armata, regulariter conſequi non poſſit, ſed inſtituta actione, legitimo apud judicem poſcere debeat [a], diſpiciendum nobis eſt de judicio feudali.

[a] *l. extat.* 13. *ff. quod metus cauſ. l. negamus.* 9. *C. de oblig. & act. l.* 1. *C. de except. rei jud. & l. ſi quis in tantam,* 7. *C. unde vi. l. nullus* 14. *C. de judic.* Weſemb. *conſ.* 73. *nu. ult.*

3 In quo conſideratur tum actio, quam feudi nomine Vaſallus contra dominum, aut convaſallum ſuum, vel quem alium, aut contra Vaſallum vel extraneum, dominus dirigit: tum Iudex, qui de controverſia cognoſcit: tum denique ipſa cauſæ cognitio.

De his tribus propoſitis capitibus ordine agitur concluſionibus ſeqq.

4 Actionem quod attinet, alia competit Vaſallo, alia domino: Vaſallo alia de feudo conſtituto, ſed nec dum acquiſito, alia item de feudo per inveſtituram jam tradito & acquiſito.

5 Si quidem conſtitutum ſit alicui feudum, ſed nondum traditum, non ille Vaſallus feudum actione in perſonam petere poteſt, ea nimirum quam parit negocium illud, quo conſtitutum eſt feudum, [a] ut actione ex ſtipulatu, [b] ex empto, [c] ſi his modis conſtitutum fuerit feudum. Si permutatione, actione præſcriptis verbis:[d] Si donatione, condictione ex lege [e]: ſi pollicitatione legitima, judicio extraordinario.[f] Si denique ultima voluntate utpote

pote teſtamento, alicui relictum ſit feudum, actione directa, ſin codicillo, vel donatione mortis cauſa, utili ex teſtamento actione peritur. [g]

[a] Weſembec. *in Tractat. d. feud. c.17. nu.8.* Diſſ. Bart. *ad l. un. nu.10. ff. de condict. ex leg.* qui aſſerit, quòd actio de feudo nondum tradito, dicatur actio feudi, ſive ex feudo. Eum ſequitur Oldendorp. *Claſſ.5. c. de act. benef. in princ. Verſ. quod autem.* Alii, ſi feudum alio modo quàm per ſtipulationem ſit conſtitutum, communiter exiſtimant actioni ex moribus locum eſſe. [b] *L. interſtipulantem 83. §. Si rem quam. ff. de V. O. Inſtit. in princ. d. tit.* Duaren. *ad feud. cap.13. nu.2.* Borch. *de feud. cap.9. nu.10.* Henric. à Roſenthal. *c.12. concluſ.1.* Dn. Vult. *lib.2. de feud. cap.1. nu.11.* [c] *Lex empto 11. in pr. & tot. tit. ff. de act. empt.* Weſemb. *d. loc.* [d] *per l.4. C. de rer. perm. l.1. §.1. ff. dict. tit. & l.5. §.1. ff. de praſcript. Verb.* [e] *Novell.162. cap.1. §. & ſancimus.* [f] *de pollic. ibid.* Weſemb. *in parat. in pri.* Niſi quis pollicitatione feudum Xenodochio, Noſocomio, vel Ptochio conſtituat: tum enim condictione ex lege conveniri poteſt, *arg. l. ſi quis donaverit, 15. C. de SS. Eccl. junct. l. un. ff. de condict. ex leg.* [g] *Arg. §. noſtra autem, ubi gl. in verb. perſonales, Inſtit. de legat.* gl. *in l. hujuſmodi. §. ult. in verb. perſona. ff. de leg.1.* Mynſing. *cent.5. obſerv.61.* Licèt etiam hoc in caſu utili rei vindicatione, aut hypothecaria actione, ſi conſtituens rei feudalis dominus fuerit, *d. §. noſtra autem Inſtit. de legat. & l.1. C. comm. de leg. & fidei c. junct. tit. 8. §. Rei autem, ibi, quaſi vindicare, lib.2. feud.* aut ſi conſtituens bonæ fidei tantum poſſeſſor fuerit, & nondum uſuceperit dominium publiciana in rem actione utili, Vaſallus petere feudum poſſit, *arg. l.1. §. ult. & l.2. ff. de publ. in rem action.*

Sed ſi facta abuſiva inveſtitura dominus recuſet Vaſallo poſſeſſionem 6
feudi tradere, quæ actio competat, quæritur? & hoc in caſu eandem actionem ei competere, quâ feudùm peti poteſt ante inveſtituram, certum eſt: cum dominus obligarit ſe ad tradendum ipſum feudum, ut proinde quandiu traditio hæc facta nô eſt, vigere obligatio illius negocii rectè dicatur. [a] Niſi hac inveſtitura facta, Vaſallus apprehenderit poſſeſſionem feudi; tunc enim ne quidem domini prohibitione deſinit illud habere. [b]

[a] Diſſ. Duaren. *de feud. c.18. per text. in tit.7. §. ult. lib.2. F.* quem ſequitur Vult. *de feud. lib.2. cap.1. nu.12.* Qui condictionem ex moribus competere exiſtimant: Idem ſuadere videtur *text. in titul.26. §. ſi facta, libr.2. & text. in tit.4. §.1. lib.1. feud.* [b] *per l. qui ſaxum 6. ff. de donat.*

Hæcq; actio ſemper competit, in tantum, ut ſive facta abuſiva inveſti- 7
tura, [a] (quo caſu fructus à tempore moræ ſimul adjudicantur) [b] ſive nec dum facta [c] dominus præciſè tradere ipſum feudum teneatur; nec liberetur præſtando intereſſe. Daturq; hæc actio hæredibus Vaſalli maſculis [d] in dominum, & ejus hæredes. [e]

[a] *Tit.4. §.1. lib.1. tit.7. §. ultim. tit.26. §. Si facta, lib.2. feud.* [b] *titul.7. §. ult. ibi, omnem utilitatem, lib.2. feud. & argum. l. fructus, l. penult. & l.13. §. ſi fructib. ff. de act. empt.* [c] de quo in alia diſput. Diſſ. interpret. communiter, ut Mynſing. *cent.4. obſerv.61.* Borcholt. *cap.9.* [d] *tit.9. ibi, heredes,* ubi Bèlu. Alvarot. *nu.4. Prepoſ. nu.2. &* Afflict. *nu.62. libr.1. feud.* Duaren. *c.13. num.5.* [e] *tit.3. in fin. tit.9. lib.1. feud. tit.26. §. morib. tit.35. ibi, quod etiam in laicis, lib.2. feud. conſonat jus civile, l.49. ff. de oblig. & act. l.57. ff. de verb. oblig. l.3. C. de reb. alien. non alien. l. cum autem C. de rei vind.*

Si verò tertius rem poſſideat, an Vaſallus abuſive inveſtitus contra eum 8
experiri poſſit non liquet. Quod abnuimus.

Andr. de Iſern. *in prælud. feud. quæſt.6.* Hartm. Piſt. *2. quæſt.20. n.26.*

Feudi poſſeſſione acquiſita, datur Vaſallo tum actio in perſonam, tum 9
vindicatio, tum etiam interdicta. In perſonam actio datur Vaſallo de evictione,

ctione, pro ratione negocii, quo conſtitutum feudum, [a] ſi ipſi feudum ſit evictum, ad hoc, ut dominus Vaſallo ejuſdem bonitatis feudum præſtet, vel nummos in feudum dandos numeret.

[a] Nam re evicta, eadem competit actio, qua res ipſa peti poterat. Sic re empta evicta, ex empto agitur de evictione. *l.70. de evict.* ex permutatione accepta, præſcriptis verbis, *l. 1. §. 1. de rer. perm. l. 29. C. de evict.* Re legata evicta, actione ex teſtamento *l.58. de evict.* Cujac. *tamen ad tit. 8. lib. 2. feud.* & eum ſecutus Borch. *c. 9. nu. 14.* præſcriptis verbis actionem dari recte aſſerit, cum perfectam inveſtituram & rem traditam innominatus contractus facio ut facias, per *text. in tit. 21. in princ. ibi condictio ſine cauſa proponitur. lib. 1. Feudor.* Alii de evictione Vaſallo condictionem ex moribus competere autumant, Henr. à Roſenthal. *& ab eo alleg. cap. 8 concluſ. 29. in fin.*

10 Quaſi vindicatio Vaſallo competit adverſus quemlibet poſſeſſorem, ſive ille ſit extraneus, ſive dominus: [a] ſive de ipſo feudo, ſive de ſervitutibus feudo debitis [b] agatur.

[a] *Tit. 8. §. rei autem, ibi, à quolibet poſſidente, & ibi feudiſta, & tit. 22. §. plura autem lib. 2. feud. l. 1. in fin. ff. ſi ag. vectig.* [b] *tit. 8. §. rei autem, verſ. nam & ſervitutem, lib. feud. tum enim quaſi confeſſoria, & quaſi negatoria tribuitur.*

11 Competere etiam Vaſallo interdicta, cum rei feudalis poſſeſſio ad Vaſallum pertineat, & interdicta de poſſeſſione dentur, certum eſt

Id quod arguit text. in tit. 22. §. curia autem, lib. 2. feud. & dictum eſt ſuprà diſputat. 19. theſ. 41.

12 Quæ Vaſallo nomine feudi actio competat, & ad quid, hactenus. Domino actio datur, tum in perſonam, tum in rem: vel adverſus ipſum Vaſallum, vel adverſus extraneum. Vaſallum convenire poteſt dominus, vel præſcriptis verbis actione, [a] nō præſtitis nimirum ſervitiis, cæteriſvè pacto inveſtituræ comprehenſis: vel ex ſtipulatu, [b] ſi domino ſtipulanti Vaſallus ſervitia, vel quid aliud promiſerit: vel actione ejuſdem contractus bonæ fidei, quo feudum primum conſtitutum eſt, [c] ſi quod pactum obligatorium ipſi contractui in continenti ſit adjectum: condictione cauſa data, cauſa non ſecuta, ſi dominus feudum potiùs revocare, quàm ſibi ulteriùs debita ſervitia præſtari velit: [d] vel deniq; condictione ex lege, ſi Vaſallus domino nova quadam lege, vel condictio ex moribus, ſi nova quadam feudali conſuetudine ſit obligatus, nec cautum eadem lege vel conſuetudine, quod actionis genus in Vaſallum dirigi debeat. [e]

[a] *Tit. 21. ibi, vel ſi dominis ſuis deſervire noluerint, tunc condictio cauſa data proponitur ad repetendum feudum, lib. 1. feud. l. reb. 6. C. de rer. perm.* [b] *Inſtit. de V. O. in prin. & l. inter ſtipulantem 83. §. ſi rem quam, ff. d. tit.* Vult. *lib. 2. de feud. cap. 1. nu. 17.* [c] pacta enim bonæ fidei contractibus adjecta, cum ipſi contractui inſint, tanquam ejus pars, *l. 7. §. quinimo, ff. de pact.* certè ejuſdem contractus actionem producunt, *l. Imperator 16. ff. de in diem addict. l. 4. ff. de leg. commiſſ. l. ſi ſterilis, 21. §. ſi tibi fundum, ff. de act. empt. l. qui fundum 75. & l. [illegible] 97. ff. de contrahend. empt.* [d] *dict. tit. 21. in princ. libr. 1. feud.* ut ſi ſervitia promiſſa, fidelitatem non præſtet, *argum. tot. tit. ff. de condict. cauſ. dat.* [e] *l. un. ff. de condict. ex leg.* Vult. *lib. 2. de feud. cap. 1. num. 17.*

13 Sed quæritur, num condictione quoque ex moribus ob illicitam feudi alienationem, vel propter inſidias domino poſitas, vel ex cucurbitatione domini, vel quam aliam ob culpam à Vaſallo commiſſam, dominus revocare

care feudum poſſit? quidam affirmant, [a] quidam negant: [b] nos diſtinguimus inter culpam in ipſum dominum commiſſam, & eam, quæ in alium commiſſa eſt, priori caſu id negamus, poſteriori affirmamus.

[a] Petr. Aurel. *in aur. pract. rubr.* 56. 57. *& ſeq.* [b] Duar. *de feud. cap.* 19. Dn. Vultej. *d. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 19. [c] quia obligatio illa, qua Vaſallus feudum ob culpam in ipſummet dominum commiſſam, reddere tenetur, non eſt ex nova lege vel conſuetudine feudali, ſed ex communi illo jure, quo datam ob cauſam, cauſa non ſecuta, repeti poteſt, *t. t. ff. cauſ. dat. cauſ. non ſecuta.* [d] ut ſi Vaſallus fratrem ſuum, aut fratris filium ad hoc interfecerit, ut ſolus feudum habeat. Cautum enim eſt in jure feudali, quod hoc caſu feudum amittat, *tit.* 5. *§. item ſi fratrem, lib.* 1. *t.* 24. *§. denique, & tit.* 37. *lib.* 2. *feud.* non tamen ipſis feudorum morib. cautum, quo actionis genere feudum repeti debeat.

Rem ipſam dominus vindicare poteſt, & actione reali Vaſallum convenire, ex quacunque cauſa feudum Vaſallus amiſerit. 14

Tit. 54. *in fin. ibi, & dominus in ſuos uſus illud habeat redigendi liberam facultatem, & tit.* 55. *§. Callidis ibi. & ad dominum liberè revertatur, & §. firmiter, lib.* 2. *feud. junct. l. in rem* 23. *in pr. & ct. tt. ff. de rei vind. & l. ult. ver. Ergo cum non fiant, ff. de uſufr. quemadmodum caveat,* Borch. *cap.* 9. *num.* 21. Pleriq; tamen Dd. quos refert & ſequitur Alvarot. *ad t.* 24. *§. ſed nec alia, num.* 4. *lib.* 2. *feud.* item Vultej. *lib.* 2. *c.* 1. *num.* 19. diſtinguunt inter feloniam, qua Vaſallus ipſo jure feudum amiſit, & eam cauſam, quam per judicis ſententiam amittat. Sed proxima diſp. 20. firmiſſimis rationibus oſtenſum, feudum regulariter amitti ipſo jure ob omnem culpam ſufficientem ad feudi amiſſionem.

In extraneum domino ſimiliter in rem actio competit, ſi extraneus aliquis poſſideat rem feudalem, quæ adhuc feudalis eſt, & Vaſallus agere nolit, [a] vel ſi extraneus feudum à Vaſallo illicitè alienatum poſſideat: [b] tum etiam, quando quis rem feudalem eſſe aſſerit. [c] 15

[a] *Tit.* 8. *§. res autem, ubi Dd. lib.* 2. *feud.* [b] *dict. tit.* 55. *§. Calliſi, lib.* 2. [c] *tit,* 2. *§. Si verò Vaſallus,* 2. *feud.* Quæ actio negatoria vocari nequit, cum hoc in caſu actorem non poſſideat, contra naturam negatoriæ actionis, *§. æquè ſi agat, junct. §. ſeqq. Inſtit. de act.*

In quæſtionem non incommodè hic vocamus, an actio præjudicialis, quæ in rem eſſe videtur, [a] competat domino, in tantum, quantum Vaſallum ſuum aſſerit, conventus verò neget ſe ejuſmodi conditionis hominem eſſe? Item, an interdicta domino, contra tertium, ſive extraneum aliquem, concedantur? Prius ex communi Dd. opinione [b] negamus: Poſteriùs quod attinet, domino nec interdictum unde vi, vel uti poſſidetis, concedi, rectè aſſerimus. [c] 16

[a] *§. præjudiciales, Inſt. de act.* [b] de qua teſtatur Schneid. *ad d. §. præjudiciales, num.* 23. [c] Borcholt. *cap.* 9. *num.* 26. Vtrumque enim proximè ſcriptorum interdictorum datur de poſſeſſione amiſſa recuperanda, *l.* 1. *§.* 1. *& aliquot ſeqq. de vi & vi arm. l* 2. *in princ. l* 4. *in princ. l.* 5. *Cod. und. vi. tot. tit. ff. & C. uti poſſidetis:* Certum autem eſt, non dominum, ſed Vaſallum rem feudalem poſſidere, *tit.* 3. *& tit.* 4. *§.* 1. *lib.* 1. *feud. tit.* 7. *in fin. tit.* 8. *§. ult. tit.* 26. *§. ſi factis, lib.* 2 *feud.* Nec dici poteſt dominum rem feudalem civiliter, Vaſallum verò naturaliter poſſidere: quo argumento contrarium in hac quæſt. deciderunt, Baro 4. *de beneficiis. cap.* 7. Duaren. *h. c. cap.* 19. *num.* 6. Roſenthal. *cap.* 12. *concluſ.* 6. Vultej. 2. *cap.* 1. Quamvis enim Vaſallus naturaliter poſſideat rem feudalem, non tamen ideò dominum feudi rem feudalem poſſidere civiliter, evincitur: cum duo in ſolidum rem eandem poſſidere nequeant, de quo alibi.

Vt & domino, ſi in quaſi poſſeſſione juris ſui turbetur à Vaſallo, puta ſi 17

debita ſervitia præſtare nolit, interdictum uti poſſidetis tribuere, à theorica veritate alienum eſt.

Tum quia hoc interdictum non ei, qui jus, ſed qui rem ſoli poſſidet, aſcribitur, *l. 1. §. 1. & §. pen. ff. uti poſſid.* tum quia, ut ſupra dictum eſt, hoc in caſu actio præſcriptis verbis locum habet: interdictum verò uti poſſidetis, ſi alia actio competat, denegatur, *l. 3. §. ſed ſi ſupra. verſ. caterùm, dict. tit. l. 1. §. 1. de ſuperf.* Diſſentit Roſenthal. *c. 12. concluſ.* 6. Vultej. 2. *c. 1. num.* 22.

18 Vnde, ſi dominus ab extraneo de quaſi poſſeſſione juris ſui, quod in *Va*ſallum habet, dejiciatur, vel ſaltem impediatur in perceptione, verbi gratia, annuæ præſtationis, ſive penſionis, rejectis remediis à Dd. [a] confictis, & in praxi obſervatis, injuriarum actionem competere domino verius. [b]

[a] Iohan. Borcholt. *dict. cap. 9. num.* 27. Ferrar. *in form. libell. de turb. poſſ. in verb. coràm vobis, num.* 3. Menoch. *de retin. poſſ. remed.* 3. *num.* 107. 108. 115. 134. 135. 137 *& ſeq.* & Iohan. Schneid. *ad §. retinendæ, Inſtit. de interdict.* qui ad interdicta contra ſup. *alleg.* rationes hic domino confugiendum eſſe autumant. [b] *arg. l. 13. §. ult. verſ. aut ſi quis rem mea, ff. de injuriis, l. item apud 15. §. Si quis bona 31. ff. dict. tit.*

19 Denique ut actiones, ſic & defenſiones, ſive exceptiones feudi nomine, tum *Va*ſallo, tum etiam domino, contra extraneos agentes, competunt; cum cui actio tribuitur, eidem multò magis exceptio concedatur.

L. in vitus 156. §. 1. de reg. jur. t. 8. §. 1. t. 26. §. Si Vaſallus, t. 28. §. ſi Vaſallus, & t. 43. lib. 2. feud.

20 Cognito quæ actiones feudi nomine competant, diſpiciendum eſt de Iudice, coram quo hactenus diſquiſitæ actiones proponantur. Qui pro diverſitate caſuum varius. Litigatur enim vel inter dominum & Vaſallum, vel inter *Va*ſallos ipſos, non rarò etiam inter dominum & extraneum, vel denique inter Vaſallum & extraneum.

Hotoman. *in diſput. c.* 42. Roſenthal. *cap. 12. concluſ.* 13.

21 Caſu omnium ſupra poſitorum primo, regulariter & indiſtinctè [a] pares curiæ ſive curtis judices eſſe jubentur, [b] ſi de feudo litigetur. [c]

[a] Ita contra interpp. differentiam facientes inter controverſiam, quæ eſt de amiſſione feudi, & eam quæ aliud negocium concernit, ſentit Duar. *cap.* 20. *num.* 1. Vultej. 2. *cap.* 2. *num.* 35. Roſenthal. *cap. 12. concluſ.* 30. *per tit. 20. verſ. item dicit, lib. 2. feud.* Inſuper propter generalitatem textuum minimè diſtinguimus inter domini & Vaſalli qualitatem. Sive ergo dominus ſit Imperator aut Rex, ſive litigans clericus exiſtat coram paribus curiæ laicis comparere, & eorum ſententiæ ſtare tenetur, Mynſing. 4. *obſervat.* 89. Schrader. *p. 10. ſect. 5. num.* 2. Roſenthal. *cap. 12. concluſ.* 16. *&c.* Vultej. *cap. 2. num.* 23. [b] *tit. 16. in princ. tit. 20. in princip. tit. 39. §. Si inter dominum, tit. 55. §. penult. verſ. Si verò, libr. 2. feud.* Mynſing. 1. *obſerv.* 99. 4. *obſervat.* 89. 5. *obſervat.* 68. Gail. 1. *obſerv.* 1. *num.* 54. Schrader. *part. 10. ſect.* 5. Qui pares Curiæ ſint expoſitum ſupra eſt *hac claſ. diſp. XII. theſ.* 17. [c] *tit. 16. in princ. tit. 20. in prin. tit. 39. §. Si inter Dominum, t 55. §. pen. lib. 2. feud.* Alexand. *conſil. 79. nu. 4. & ſeq. vol.* 1. Nicol. Everh. *Conſil. 158. nu. 4. &c.* Mynſin. *C.* 1. *obſerv.* 99. Schrad. *p. 10. ſect. 6. num. 32. &c. num.* 135. *& ſeq.*

22 Eſt autem in arbitrio litigatorum, utrum omnes, an quidam pares curiæ judicare debeant; Si quoſdam tantùm partes eligere malint, prior eligit dominus, poſteriòr *Va*ſallus, ſecundum numerum à domino comprobatum.

Tit. 16. lib. 2. feud. Hartm. *pract. obſer. tit. 54. de feud. obſerv.* 22. Sonsbec. *p. 14. num.* 32. Clar. *§. fructum, quaſt. 9. num.* 2.

23 Si pares curiæ nullos dominus habeat, alij in horum locum domini Vaſalli.

ſalli, & in eorum quoque defectum judex loci ordinarius ſuccedit. [a] Qui quoque adeundus eſt, ſi alterutri partium pares ſuſpecti ſint: [b] vel ſi hi in aliorum teſtium defectum examinentur. [c] Hæcque omnia in tantum vera ſunt, in quantum aliud conſuetudine non fuerit receptum. [d]

[a] *Tit.16.in princip.ibi,ſi tamen pares habeat,tit.20. ibi,pares non habet,lib.2.feud.junct.l.2. Cod.de jurisdict.* Borcholt.*cap.10.num.*13.Roſenthal.*cap.12.concluſ.25.* Vultej.2.*cap.21.nu.*34. [b] Hartman.Hartmanni *pract.obſerv.dict.tit.54.obſerv.21.* Borcholt.*c.10.num.11.* Vultej.2.*cap.2. num.33.* [c] Borcholt.*dict.cap.num.*12. Roſenth. *cap.12.concluſ.25.* [d] *Tit.1.in princip.lib. 2.feud.* Borcholt.*dict.c.num.*14.Vultej.2.*cap.2.num.37.*

Si quoque controverſia ſit orta inter dominum & *V*aſallum, non tamen 24
de feudo, aut ratione feudi, tum loci ordinarius, & communis judex adeundus eſt, non pares curiæ.

Duo enim conjunctim requiruntur, ut pares curiæ ſint judices inter dominum, & Vaſallum. I. ut contentio ſit inter dominum, & Vaſallum. II. ut lis ſit de feudo, *tit.16.in prin.tit.20. in princ.tit.39.§.Inter dominum,& tit.55.§.pen.verſ.Si verò,libr.2.feud.* Mynſing.*cent.1.obſer.* 99.Schrad.*part.10.ſect.6.num.32.& ſeqq.num.135.& ſeqq.*

Sufficit tamen alteram litigantium partem affirmare, quod ſit feudum, 25
licet revera non ſit.

Dict.tit.20.& d.tit.39.§.Si inter dominum,libr.2.feud. Schrad,*dict.part.10.ſect.6.num.*143. *& tribus ſeqq.*

Hinc quæritur, an pares curiæ ſint judices, ſi de feudi tantum promiſſio- 26
ne lis ſit inter dominum & Vaſallum, & hujus litis nomine actio tantum perſonalis ſit mota à Vaſallo contra dominum, ut ille ab hoc de feudo inveſtiretur? Negatam ſententiam communi Dd.calculo receptam, [a] probandam eſſe judicamus. [b]

[a] Schrad.*dict.part.10.ſect.6.num.167.& ſeq.* Roſenthal. *d.cap.12.concluſ.25.* Vultej.*libro 2. cap.2.num.32.* [b] *per text.in tit.20.§.Item dicit Vaſallus,& tit.39.§. Si inter dominum, in princip.junct.verſ.Sed ſi nihil,lib.2.feud.* Vide Tractat.meum *de jurisdict.cap.3.nu.58.* Vide etiam præjudicia Cameralia, *§. Promiſſio facta,pag.* 137. Diſſentit Ritterſhuſ.*in partit.feudal.cap.9. num.7.pag.m.550.*

Eſt & illud quæſtionis controverſæ, utrum pares curiæ judices ſint, nec- 27
ne, ſi contentio ſit inter dominum & Vaſallum de inveſtitura feudi, Vaſallum autem nullum aliud feudum à domino habeat, quam de quo ſe inveſtituram accepiſſe affirmat? Mynſingerus [a] ſentit, ordinarium loci judicem de hac cognoſcere lite, non pares curiæ; Schraderus [b] verò & hic pares curiæ adeundos eſſe exiſtimat, & rectè quidem [c]

[a] *Cent.1. obſerv.99.* [b] *dict.part.10.ſect.6.num.164. & ſeqq.* [c] *per text.in d.tit.39.§. Si inter dominum,lib.2.feudor.* Vide Tractatum meum *de juriſdict.dict.cap.3.num.62.*

Vocatur & illud in quæſtionem, an pares curiæ judices ſint inter domi- 28
num & Vaſallum, ſi alia actione, quam condictione ex lege, vel condictione ex moribus feudorum, Vaſallus contra dominum, vel hic contra eum conſiſtat? Mynſing. [a] & Schrader. [b] poſt alios id negant, quibus tamen haud temerè ſubſcribendum judicamus. [c]

[a] *Cent.5.obſerv.99.* [b] *dict.part.10.Sect 6.num.40.* [c] Tum qui huic negato enunciato nullum in feudorum jure fundamentum eſt poſitum, proindeq; nec recipiendum, *l.5.in princ.ff. de pro-*

de probat. Tum quia generaliter textuum in dict. *tit.* 16. *in princ. tit.* 20. *in princ. tit.* 39. §. *Si inter dominum.* & *t.* 55. §. *pen. libr.* 2. *feud.* eam opinionem non patiuntur. Tum quia pares ſunt quoque judices inter dominum & Vaſallum, quando hic ab illo inveſtituram petit, *tit.* 20. & *tit.* 39. §. *Si inter dominum, lib.* 2. *feud.* Tum poſtrem., quia inter dominum & Vaſallum judices ſunt pares curiæ, quando dominus rei vindicatione repetit à Vaſallo feudum culpa ejus amiſſum, *tit.* 21. *in princ. t.* 22. §. *ultim. lib.* 1. *feud.* & *t.* 22. *lib.* 2. *feud.* Vide Tractat. meum *de juriſdict. cap.* 3. *num.* 63.

29 Anceps eſt & hæc quæſtio, utrum lis inter dominum & Vaſallum de feudi poſſeſſione orta, ad cognitionem parium pertineat, vel ad judicis ordinarij tribunal? Communis concluſio eſt, [a] & hanc controverſiam paribus curiæ committi debere; cui & nos adhæremus. [b]

[a] Vt ſcribunt Schrader. *Tract. feudal. part.* 10. *Sect.* 1. *nu.* 77. Iohan. Borcholt. *de feud. cap.* 10. *num.* 18. Henric. à Roſenthal. *dict. cap.* 12. *concluſ.* 14. Vult. *lib.* 2. *feud. cap.* 2. *num.* 40. [b] Tum per generalem text. *in t.* 20. *in princ.* & *t.* 39. §. *Si inter.* & *t.* 55. §. *pen. lib.* 2. *feud.* Tum etiam quia id nominatim & ſpecialiter cautum videtur *in t.* 22. *Verſ. Si vero Vaſallus, lib.* 2. *feud. c. cæterum, extr. de judic. c. Verum extr. de foro compet. c. Ex tranſmiſſa, extr. d. t.* Diſſentit à communi Vultej. *d. cap.* 2. *num.* 40. Vide Tract. meum *de juriſdict. cap.* 3. *num.* 62.

30 Quod ſi pares curiæ recuſent cognoſcere de lite domini & Vaſalli, non neceſſe habent inviti ordinarium adire judicem, ſed cogere poſſunt eos ut judicent.

Cum enim jure communi judex cogi poſſit, ut judicet, *l. ſi quis* 9. & *l. ult.* §. *judicandi ff. de munerib.* & *honor. l. Prætor* 13. §. *Qui autem, ff. de vacat.* & *excuſat. num.* certè & jure feudali, *t.* 1. *in fine principij, libr.* 2. *feud.* Iul. Clar. *in* §. *feudum, quæſt.* 90. *num.* 3. & Schrad. *dict. part.* 10. *ſect.* 6. *num.* 221. & *ſeq.*

31 Hic neceſſariò quærimus, an exiſtentibus paribus curiæ ſupra dictis caſibus judicibus, ij, ut alij judices, juramentum, quo ſe ſecundum æquitatem & juſtitiam judicaturos promittunt, præſtare teneantur? Ita contra communiorem ſentimus.

Præpoſ. tit. 55. §. *pen. libr.* 2. Iacobin. de S. Georg. *Tract. de feud. c.* 17. *in fin.* cum contrarium in Iure feudorum expreſſum non reperiatur. Diſſentit Mynſing. *cent.* 4. *obſervat.* 19. Borcholt. *cap.* 10. *num.* 37. Vultej. 2. *c.* 2. *num.* 29. Obſt. videtur *t.* 16. *in fin.* & *t.* 55. §. *pen. lib.* 2. *feud.* Vide Schrader. *de feud. part.* 10. *ſect.* XI. *num.* 10. & *ſeq.* Roſenthal. *de feud. cap.* 12. *concluſ.* 5. *num.* 8. & *ſeqq.* Rudinger. *lib.* 2. *quæſt. feudal.* 55.

32 De loco hujus judicii conveniunt pares cum paribus [a] vel ſtatur moribus majorum: [b] aut deniq; pares talem quem voluerint [c] eligunt. [d]

[a] *Argum. l. quid tamen* 21. §. *Si arbiter. ff. de recept.* [b] *l. ſi locus* 25. *de judic.* [c] inſpecta tamen dignitatis, *l. pen. in fin. de juſtit.* & *jur.* & commoditatis ratione, *d. l. quid tamen* 21. §. *Si arbiter* 10. *Verſ. Quid tamen, de recep.* [d] Bl. *ad tit.* 55. §. *præterea, num.* 20. Schenck, & alij, *ad tit.* 26. *lib.* 2. *feud.* Nec parium curiæ hac in re concordabit diſſidium dominus, ut voluer. Roſenthal. *cap.* 19. *concluſ.* 46. Vultej. 2. *cap.* 2. *num. ult.* Sed potius eſt, ut cum paribus curiæ ſe dominus, utpote pars litigans, committere teneatur, *tit.* 22. *Verſ. cum autem, libr.* 2. *feudor.* illorum majoris ſententiæ ſtetur, *arg. l. item ſi,* 17. §. *ult.* & *l. ſeq. de recept.*

33 Parium curiæ ſententiæ læſa pars provocationis auxilium ad majorem judicem, ſalvum habet.

Tit. 22. *Verſ. quod ſi ter.* ubi Afflict. *num.* 2. & 27. *lib.* 2. *feud. add.* Gail. 1. *obſerv.* 1. *nu.* 46. *ubi de uſu Cameral.*

34 Sequitur de judice convaſallorum, de feudo inter ſe contendentium: ubi

ubi pro regula obſervandum, hic ipſum dominum, ſi certum ſit, litigantes eſſe convaſallos, judicem eſſe competentem. [a] Niſi palam facere juſtitiam dominus feudi negaverit. [b] Si ergò contentio ſit de feudo inter convaſallos Imperatoris ſive Regis, puta Duces, Comites, Marchiones, ipſe Rex ſive Imper. Iudicium exercebit. [c] Vt &, ſi de minori feudo ab Imperatore vel Rege conceſſo, convaſalli diſſideant. [d]

[a] *Tit.55. §.pen.lib.2.feud.c.ex transmiſſa,extra de for. comp.c.caterum, de judic.* De hac tamen quæſtione varium, & incertum eſſe jus feudale ſcribit Hotom. *lib.diſſ ut.feudal.cap.42.* [b] *Tit.22.in fin.lib.2.feud.c.Ex transmiſſa,c.ex parte,extr. de foro compet.c.caterum, extr. de jud.* Cammergerichts Ordnung/*part.2.tit.1.§.*Es ſollen auch. [c] *tit. 18.in princ.libr.1.feud. tit.34. in princ.lib.2.* nec Cameræ Imperialis concurrens cum Imperatore juriſdictio hic aliquid operatur, ſi feudum hujuſmodi uni parti totaliter & finaliter adjudicandum ſit, Cammergerichts Ordnung/*part.2.tit.7.* Gail.1.*obſervat.39. num.1.* vide Magenhorſtinm *ad dict.ordinat.part.2. tit.7.* Schrader.*Tract.feud.part.10.sect.2. num. 60.* & Roſenthal. *Tract.feud.cap.12. concluſ.1. num.30.* [d] *tit.34.in princ.Verſ.Mediolani,t.55. §.penult.libr.2.feud.* Quamvis ſi de alio agatur regali feudo, quod non eſt Ducatus, Marchionatus, Comitatus, juriſdictio Cameræ Imperialis præventione fundetur, Gail.1.*obſerv.29.num.23.* Hartman.*pract.obſerv.d.tit.54.obſerv.43.* Borcholt.*c.ult.num.3.*

Lite ſimiliter exiſtente inter convaſallos non Imperij, ſed alios, coram ipſorum domino, niſi cauſa ipſum quoque concernat, ea expedietur. 35

Per text.generales *in tit..52.§.pen.lib.2.feud.c.ex transmiſſa,de for.compet.c.caterum, de judiciis.* Obſt. videtur *tit.18.in princ.Verſ.Si verò,lib.1.tit.15.§.illud ſciend.tit.34. in princ. Verſ.Si autem,t.43.Verſ.& reſponſum,t.46.in princ.lib.2.feud.* vide Duaren.*cap.20. num.4.* Vultej.2.*cap.2.num.17.& ſeq.* quæ omnia, ut per ſe ſunt controverſiſſima, ita exercitium diſputationis plana reddes.

Et judicat dominus laicus inter Vaſallos clericos, vel horum uno ejus conditionis exiſtente, [a] licet quoque controverſia non ſit de feudo ipſo, ſed de poſſeſſione rei feudalis. [b] 36

[a] *c.Verum,c.ex transmiſſa,de for.comp.* Menoch.*retin.poſſ.rem3.num.396.* Gayl.1.*obſerv.37. num.3.* [b] Menoch.*dict.loc.num.377.& c.fac.l.nulli 10.C.de judic.*

Sed controverſæ quęſtionis eſt, poſſitne dominus feudi; ſi ſuſpectus fuerit, recuſari à partibus? Aiens verior nobis videtur opinio. 37

Per text.*in c.ſuſpicionis,extra de offic.& poteſt.jud. delegat.c. cum ſpeciali, ext. de appellat.l. Qui juriſdictioni 10.ff.de juriſdict.* quibus locis oſtenditur, quod etiam ordinarius, ſi ſit ſuſpectus, recuſari poſſit. Quocirca & dominus, qui ordinarius eſt, inter Vaſallos judex, jure poteſt recuſari. Dec.*in c.caterum &* ibi Felin.*num.12.extr.de judic.* Bl.*ad conſt.de pac. Conſt. Verſ. Si qua controverſia,num.3.* Sonsbec.*part.14.num.17.per tit.15.Verſ.mihi & aliis, tit.46. Verſ. & reſponſum,lib.2.feud.* Diſſentit Menoch.*d.remed.3.num.391.*

Similiter alium judicem eligere domini permiſſu expreſſo, [a] convaſalli poſſunt. [b] Sed an in arbitros compromittere poſſint Vaſalli abſq; domini conſenſu controverſum eſt inter Dd. [c] Nobis negativa placet. [d] 38

[a] Non tacito conſenſu, ſeu patientia, Menoch.*d.rem.3.num.418.* Diſſentit Borcholt.*cap.10. num.10.* Vultej.2.*cap.2.num.21.* Cum enim hic agatur de præjudicio domini, certè ejus tacitus conſenſus non ſufficiet.*l.8.§.invitum,de procurat.l.penult.de fruct.* Menoch.2.*præſumpt.74.num.8.& 2.præſumpt.42.num.10.& 24.* [b] Menoch.*d.rem.3.num.417.* Borch.*cap.10. num.29.* Gail.1.*obſerv.1.num.55.* Vultej.2.*cap.3.num.8.* [c] vide Clar.*§.feudum,quaſt.39.* & Roſenthal:*de feud. cap.9. concluſ.22.* [d] *per c.cum tempore,extra,de arbitr.junct.text. in titul.52.& 55.§.1. libri 2. feud.*

feud. ſed obſtat. text. in tit. 15. tit. 34. in princip. & titul. 46. libr. 2. feud. Borcholt. de feud. cap. 8. numer. 45.

39 Reſtat ut breviter diſpiciamus, quis, ſi Vaſallus vel dominus cum extraneo de feudo litigare cogatur, hanc controverſiam ſopiat: & ordinarium eſſe adeundum communiter traditur, ſive dominus cum extraneo, [a] ſive Vaſallus, [b] agat, vel conveniatur ab extraneo.

[a] Tit. 41. §. 1. & 2. tit. 42. lib. 2. Weſenbec. d. cap. 17. nu. 6. Roſenthal. cap. 12. concluſ. 30. Vultej. cap. 2. num. 31. adde Mynſinger. 5. obſervat. 65. num. 3. [b] tit. 27. §. ſi duo, verſ. Quod ſi. & ſeq. lib. 2. obſtare videtur tit. 46. verſ. & reſponſum.

40 Expoſitis actionibus & judicibus feudalibus, convenit, ut modus agendi, & ad proceſſum ſeu cauſæ feudalis cognitionem pertinentia, non negligantur. Ubi ante omnia quæritur, an reconventio ſeu mutua petitio coràm domino vel paribus curiæ, in hoc feudali judicio etiam de alia quam feudali cauſa proponi poſſit? & non poſſe, nulli dubitamus.

Schenck ad tit. 16. lib. 2. Sonsbec. part. 14. num. 38. Weſenbec. cap. 17. num. 9. Mynſinger. 4. obſerv. 90. Roſenthal. cap. 12. concluſ. 48. & tractat. feud. cap. 12. concluſ. 5. num. 34. Vultej. 2. cap. 3. num. 9. Diſſentit gloſſ. fin. & plerique interpp. ad tit. 16. Bald. ad t. 55. §. penult. nu. 12. lib. 2. feud. Gayl. 1. obſervat. 1. num. 57. Mozz, de nat. feud. num. 114. verſ. an verò. Quamvis enim reconventio coram omni judice proponatur, non tamen id procedit ratione cauſarum, quæ ad certum & proprium judicem pertinent. Vide diſtinctionem Weſenbecij de feud. capit. 17. numer. 9.

41 Cognitio cauſæ feudalis continetur tum cauſæ diſceptatione, quæ fit à litigatoribus coram judice feudali; tum controverſiæ feudalis deciſione, quæ ipſi judici incumbit. Ipſa litigatorum diſceptatio conſtat partim modo & ordine procedendi, partim etiam intentionis probatione. Ordo & modus ille ferè is eſt, [a] quem jus commune præſcribit in cauſis aliis.

[a] Cum jure feudali alius proditus non reperiatur, Sonsbec. part. 14 num. 35. Hartman. pract. obſerv. dict. tit. 54. obſerv. 45. Weſenb. cap. 17. nu. 10. Gayl. 1. obſerv. 1. num. 55.

42 Iuramentum calumniæ quod attinet, ut illud Vaſallus à domino, cum quo de feudo diſceptat; proindeque è contra, neque dominus à Vaſallo exigere poteſt: [a] ita id in aliis ſupra relatis caſibus, quibus de feudo judicialiter controvertitur, ut præſtetur, rectè petitur. [b]

[a] Tit. 33. §. in quib. lib. 2. feud. fac. l. 16. de jurejur. l. 7. §. nec deferentes de obſeq. parent. cum ſimill. Quamvis Vaſallus domino fidelitatis juramentum non præſtiterit, Roſenthal. cap. 12. concluſ. 49. Vultej. 2. cap. 3. num. 6. Diſſent. Dd. communiter, Schenck. tit. 33. §. in quib. libr. 2. Hartman. dict. tit. 54. obſ. 45. [b] Gayl. 1. obſ. 1. num. 55. Vultej. 2. cap. 3. num. 8.

43 Ad probationem cauſarum feudalium accedentes, primo omnium ejus genera hæc proponimus: teſtimonium, inſtrumentum, juſiurandum, præſumptionem, & duellum.

vide Hotoman. in diſput. cap. 43. Roſenthal. cap. 12. concluſ. 66. Vultej. lib. 2. de feud. cap. 3. numer. 13. & 21.

44 Circa teſtimonium diſpiciendum primò de numero teſtium, poſt de eorundem conditione. Numerus teſtium alius eſt in controverſijs, de inveſtitura, alius in lite, de feudi ex culpa amiſſione: illo caſu duo [a] ſufficiunt; hoc verò quinque [b] requiruntur.

[a] tes

[a] *tit.26.§.ſi is,lib.1.tit.2.in princ.tit.58.§.1.libr.2.* Maſcard.*concl.*940.*num.*6.*Vol.*2. [b] *tit.*57.*lib.2.tit.22.lib.1.feud.*

Conditionem teſtium quod attinet, in omnibus quæ ad feudum pertinent cauſis, regulariter teſtimonium deſideratur teſtium duntaxat marium; [a] & quidem parium curiæ, non extraneorum, ſi de novæ inveſtituræ probatione agatur, [b] feudi non Eccleſiaſtici. [c] 45

[a] *tit.32.§.ult.lib.2.feud.* [b] *tit.2.§.1.t.4.§.item,* & *§.ſeq.tit.*10.*tit.*11.*lib.* 1.*tit.*2.*in princ.tit.*20.*in princ.tit.*25.*§.ult.tit.*32.& *tit.ſeq.Verſ.quod autem lib.*2.*feud.* Niſi dominus non habeat alios Vaſallos, aut eos quidem habeat, tempore tamen inveſtituræ abfuerint, *tit.* . *§.ſi autem tit* 33.*§.quod autem,tit.*58.*§.quod autem, libr.* 2.*feud.* ubi extranei, liberi tamen, admittuntur. Vt &, ſi dominus pares curiæ, recuſantes depoſitionem, non adegerit ad hoc, ut illud juramento confirment. *tit.*2.*in princip.Verſ.quod ſi jurare,libr.*2. Aut de veteris inveſtituræ probatione agatur, *tit.*32.*§.ult.lib.*2.Gayl.2.*obſerv.*50.*num.*4.& 5.Maſcard *concluſ.*940. *num.*2. Qui à domino cogi poſſunt ut teſtimonium ferant, ſi veritatem non ignorent, *t.*2.*in princ. Verſ.nam ſi inſtrumentum,t.*58.*§.ſi inſtrumentum,lib.*2. [c] *t.*26.*§.hac omnia lib.*1.*feud.* Obſtare videtur *t.*32.*in princ.lib.*2.*feud.* qui tamen loquitur de re clerici propria, quarum ratione clericus pro laico habetur. *l.*3, ubi Dd. *C.de Epiſc.* & *cleric.*

Si deſint teſtes, nova inveſtitura per inſtrumentum inveſtituræ (quod breve teſtatum placita feudorum appellant, [a] & duorum vel trium teſtium extraneorum [b] quoque, ſubſcriptionem continere volunt, [c] probatur. 46

[a] *tit.2.t.3.t.4.§.1.§.item,* & *§.ſi quis,lib.1.t.2.§.ſi autem.t.25.§.ult.lib.2.feud.* [b] *tit.32.lib.*2.*idq; arguit oppoſitio teſtimonij parium curiæ,* & *brevis teſtati.tit.2.tit.3.tit.4.libr.1.tit.2.§.ſi autem,titul.* 25. *§. ultim.libr.* 2.*feud.* quamvis excepto Cujacio, communiter interpp. diſſentiant.

Si utraque dictarum probationis ſpecierum deficiat, ad juſiurandum, [a] ſeu juratoriam defenſionem [b] devenitur. 47

[a] *tit.4.§.cum autem, Verſ. Si verò,t.* 10.*t.* 16.*libr.*1.*feud.* & quamvis jure communi actore non probante, Reus abſolvatur, & affirmanti actori, non reo, probatio incumbat, *per jur. Vulg.* ſpecialiter attamen feudiſtico jure actore affirmant, etiam nihil probante, reo jurare incumbit, *t.4.§.ſi verò.t.*10.*lib.1.t.12.§.præterea,t.25.§.ſi omnibus,t.41.t.51.§.* & *ſimiliter,lib.2.feud.* [b] *t.4.in princ.§.2.in fin.lib.1.feud.t.2.§.pen.lib.2.feud.*

Defertur hoc jusjurandum vel à judice, vel à parte. [a] Cum à parte defertur, aut præſtandum eſt, aut ei qui detulit, referendum. [b] Siquе dominus *V*aſallo deferat juramentum, vel hic illi, calumniæ juramentum exigi nequit. [c] 48

[a] *tit.33.§.* & *cum,lib.*2. [b] *tit.2.in princ. Verſ.nam ſi,t.*33. & *cum lib.* 2. [c] *tit.33.§.in quibus libro* 2.

Qui hanc juratoriam cautionem ſuſcipit, is non ſolus, ſed regulariter cum duodecim aliis ad hoc adhibitis, qui propterea ſacramentales appellantur, jurat. [a] Aſſumit autem *V*aſallus in ſacramentalium ſuorum numerum ſex ad minimum cognatos; dominus verò ſi juret, partim cognatos, partim *V*aſallos, partim extraneos, [b] adhibere poteſt. Sine ſacramentalibus jurat dominus, ſi Vaſallus actor, aliud, de quo controverſia non eſt, poſſideat feudum: [c] Vaſallus verò hoc privilegio gaudet, ſi per annum ſciente domino, & non contradicente, in poſſeſſione feudi fuerit. [d] Interdum etiam jurat Vaſallus cum uno vel duobus convaſallis, in controverſia ſci- 49

ſia ſcilicet de ſervitiis, quæ dominus negat ſibi præſtita, Vaſallus verò affirmet. [e]

[a] *tit.10.tit.26.§.ſi quis,lib.1 tit.33.§.ſacramentum,verſ.& cum datur.lib.2.feud.* [b] *tit.33.§.& cum,verſ.ſi à judice,& verſ.ſeq.lib.2.* [c] *tit.4.§.ſi verò,t.10.verſ.utrum,lib.1.feud.* Cujac.*ad dict.t.4.p.60.* [d] *tit.26.§.Si autem,lib.1.* [e] *Conſt.Henr.2.Imp.lib.5.feud.*

50 Iurat autem regulariter ea pars in judicio, quæ feudum de quo lis eſt, poſſidet: [a] modo aliud ſit quod ultra poſſeſſionem pro poſſeſſore faciat. [b] Et ſi de inveſtitura lis ſit, dominus inveſtitor præcisè ſe non inveſtiviſſe, ſucceſſor verò inveſtitoris de credulitate jurat.

[a] *tit.4.in princip.verſ.ſi verò feudum.§.cum autem quis.§.item ſi Vaſallus.§.ſimiliter.§.ſi quis demanſo,tit.10.t.23.t.26.§.ſi autem.lib.1.t.26.in princ.t.28.§ ſi inſtrumentum,verſ.domini.libr.2.feud.* [b] in jure enim feudorum caſus occurrunt, ubi poſſeſſori denegatur juramentum, *ut in tit.12.libr.1.tit.26.§.inter filium,lib.2.* Quandoq; etiam neutra pars jurat, *tit.33.§.ſacramentum,lib.2.tit.33.§.dominus.tit.58.§.cum datur,lib.2.*

51 Duellum, quod & ſingulare certamen appellant, & quo litigatores armis ea lege concertant, ut ex eventu factum ambiguum notetur. Quod probandi genus etiam in controverſiis feudalibus, de infidelitate maximè Vaſalli receptum fuiſſe, ex textibus [a] juris feudiſtici evincitur. Similiter quoque olim in frequenti uſu conſtituta fuit, exploratio innocentiæ periculo frigidæ vel ferventis aquæ, ferri candentis, ingreſſione in ignem. [b]

[b] *tit.39.§.penult.lib.2.feud.& arg.conſt.Henr.II.Imp.libr.2.feudorum.* De Duello latè Ego *tractat.de bello & duello,lib 2.cap.1.& ſeqq.* & Hotoman.*diſſ.feud.cap.4.& alij alibi,* [b] Hotoman.*d.loc.cap.44.* quæ omnia abrogata & interdicta ſunt in *cap.delicti,de purg.vulg.& can.c.conſuluiſti 2.quæſt.4.*

52 Reſtat præſumptio, quam interpp. noſtros in feudalibus controverſiis probationis generibus annumerare ſuprà diximus. Si ergo controverſia fuerit, res ne feudalis an allodialis ſit, potius allodialem eſſe. [a] Vt &, ſi inter agnatos & dominum contentio exiſtat, utrum ſit paternum feudum vel novum, in dubio præſumptio eſt, paternum eſſe feudum. [b] Quemadmodum potius ex pacto & providentia, quam hereditarium; [c] & denique magis proprium, quam improprium eſſe præſumitur. [d]

[a] Menoch.3.*præſumpt.*9. Mynſing.5.*obſerv.*25. & arguit text.*in t.26.§.1.t.41.in princ.t.51 §.Si contentio,lib.2.feudor.alius in t.26.§.1.verſ.defuncto milite.t.41.in princ.verſ.ſed ſi.lib.2.& rurſus ſimilis facti ſpeciei reperitur in dict.t.41.verſ.item ſi,tit.51.§ ſi contentio.verſ.& ſimiliter,lib.2.* Hujus præſumptionis variæ traduntur limitationes, quorum meminerunt, ſupra dicti Doctores, *citatis locis.* [b] *Tit.26.in prin.lib.2.feud.*Menoch.3.*præſumpt.*93. [c] Mynſing.4.*obſ*2. Menoch.3.*præſumpt.*94.*nu.*7. Hartm.Piſtor.2.q.1.*nu.*75. [d] Menoch.3.*præſumpt.*95.

53 Et tantum de probatione cauſarum feudalium; reliqua eſt controverſiæ feudalis deciſio, qua judex controverſiam partium ſua ſententia & pronunciatione, definit; à qua parti condemnatæ appellare liberum eſt. [a] Quod ſi non appellet, ad executionem vel ab ipſo judice, vel per ſuperiorem, pervenitur. [b]

[a] Gradatim, ad proximè ſuperiorem, ſi aliquis eſt, feudalem judicem, puta dominum feudi, Alioqui ad ordinarium loci Hartm. Hartman.*lib.pract.obſer.t.de feud.obſ.25.n.2.* Vult.*de feud lib.2.c.3.n.4.* Mynſing.*cent.5.obſerv.5.* Weſenbec.*c.7.n.15.* Gayl.1.*obſ.1.n.56.* Roſenth. *in Synopſi juris feud.c.12.concl.72.& tract.feud.c.12.concl.20.* [b] Roſenth.*d.concl.c.76.& dict.tract.feudali,c.12.concl.20.nu.16.*

CLAS. V. DISPUTAT. XXII.

DE USUCAPIONE ET PRAEſcriptione: tum etiam de traditione fiſci.

THESIS I.

HACTENUS de modis adquirendi dominium jure gentium: Diſpiciendum nunc de modis adquirendi dominium jure civili; quorum genera duo ſunt; unum, quo res ſingulæ adquiruntur: alterum quo adquiruntur res univerſæ.

§. ult. Inſt. de uſu & habitatione. §. Hactenus, Inſtit. Per quas perſon. cuique adquir.

Prioris generis ſpecies ſunt, præſcriptio, [a] traditio fiſci, [b] donatio mortis cauſa, [c] legatum, & fideicommiſſum ſingulare. [d] 2

[a] *dict. §. ult. Inſtit. de uſu, & hab. junct. tit. ſeq. de uſucap. & d. §. hactenus. Inſtit. per quas perſ. cuiq. adq.* De pręſcriptione feudi ſpecialiter egimus *ſupra hac claſ. diſp. 17. diſputatione peculiari.* [b] *§. edicto Divi Marci. Verſ. conſtitutio. Inſt. de uſucap. l. 2. C. de quadriennij præſcript.* [c] *l. 1. §. ult. & l. 2. ff. de public. in rem act.* [d] *d. §. hactenus Inſt. per quas perſ. cuiq; adquir.*

Pręſcriptio eſt adquiſitio dominii in re aliena, per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti. [a] Eamque cum æquitate conjunctam eſſe dicimus. [b] 3

[a] *l. 3. ff. de uſucap.* Ulpian. *t. Inſt. 19. de dominijs. & adquiſit. ſer. §. uſucapione. Auth. Niſi triennale. C. de bonis mater. l. 2. C. in quibus cauſis ceſſ. long. temp. præſcr. §. ex his itaq; Verſ. & hoc eſt. Inſt. per quas perſ. cuiq; adq.* [b] *l. 1. ff. de uſuc. & l. alienationis verbum 28. in pr.* ubi Gœdd. *ff de verb. ſign.* Cœpen. *lib. 1. obſervat. 86.* Vaſquius. *libr. 2. illuſtr. quæſtion. controv. 52.* Diſſent. Hunn. *lib. 2. var. reſol. tract. 3. quæſt. 2.*

Species præſcriptionis [a] duæ ſunt: uſucapio, & præſcriptio ita in ſpecie dicta. [b] 4

[a] Præſcriptionis nomen eſt generis nomen, quod & uſucapionem & præſcriptionem ſpecialem complectitur, *c. 1. & tot. t. extr. de præſcript. & l. ei à quo 21. ff. de uſucap.* IC. Iavolenus uſucapionem, de qua prius meminit, poſtea præſcriptionem appellat. [b] Hæ duæ ſpecies proponuntur, & invicem opponuntur in *§. ex his itaque verſ. Et hoc eſt, ibi: vel uſucapionem, aut longi temporis præſcriptionem. Inſt. per quas perſ. cuique adq. l. ult. §. ſin autem, ibi, ut nec uſucapio, nec long. temp. præſcriptio. C. de commun. de leg. & fideicom. l. 2. Cod. in quibus cauſ. ceſſ. long. tempor. præſcr. l. 1. C. de commun. rer. alien.*

Nec enim probamus Donelli opinionem, exiſtimantis [a] hodie non eſſe diſtincta genera civilis adquiſitionis, uſucapionem & longi temporis præſcriptionem, cum hæc, quæ ab illa antiquitus diſtincta erat, ex lege Iuſtiniani [b] facta ſit uſucapio. [c] 5

[a] *libr. 3. comment. c. 4.* [b] *l. un. C. de uſucap. transfor.* [c] Id quod verum non eſt: ſiquidem poſt eam legem duo illa adquiſitionis genera diſertè diſtinxerit *in d. §. ex his itaque. Inſtit. per quas perſ. cuiq; adq.* Et quod Imp. ſalvam eſſe voluerit etiam præſcriptionem longi temp. patet abunde ex eadem *l. un. ibi*: Secundum quod exigit longi tempor. præſcriptio. *Cod. de uſucap. transfor.*

6 Rejicimus [a] quoque ejuſdem Donelli [b] ſententiam, qua præſcriptionem longi temporis adquiſitionem rerum eſſe negat.

[a] *per text. in d. §. ex his itaq;. verſ. & hoc eſt, l. qui alienam 54. in pr. ff. de evict. l. ei a quo 21. ff. de uſuc. l. 2. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcr. l. 1. ibi, præſtiterit. C. de commun. rer. alien. l. ult. §. ſin autem, verſ. ſin autem C. commun. de leg. & fideic. Iul. Paul. libr. 5. ſent. t. 2. §. longi temporis, in pr. & t. 5. §. res olim.* [b] *lib. 5. comment. c. 4. pag. 837. hoc arg.* quod præſcriptio, ſit exceptio, atque ita res quæſita, non res adquirens.

7 Vſucapio eſt adjectio dominij, [a] qua ipſo jure dominium rei à priore domino tranſit, [b] & pleno [c] firmoq; [d] jure novo domino uſucapienti adquiritur. Vnde non probamus eorum opinionem, qui ſcribunt, [e] uſucaptori adverſus priorem dominum vindicantem completa uſucapione, rem uſucaptam, exceptionem competere, qua ſe adverſus ipſum tueri poſſit. [f]

[a] *l. 3. ff. de uſuc. & §. uſucapione, t. Inſt. Vlpiani 19. l. traditionib. 20. C. de pact.* Cujac. *ad Vlpian. d. t. 19. & ad d. l. 3. ff. de uſucap.* item Duaren. *ad t. eundem c. 1. ſcribunt in d. l. 3.* legendum eſſe, adeptio, non adjectio. Sed utraque lectio meo animo proba, commodior tamen adjectio; quippe cum poſſeſſioni, prius adquiſitæ, dominium per uſucapionem adjiciatur. Cont. *lib. 1. diſput. c. 10.* & Donell. *libr. 5. comment. cap. 5.* [b] *l. alienationis verbum 28. ubi* vid. Alciat. & Gœdd. *& l. aliud eſt capere 71. ubi* idem Gœdd. *num. 6. ff. de verb. ſignif.* [c] *l. Iulianus 17. in fin. ff. de rei vind.* [d] *l. un. ibi: Is firmo jure eam poſſideat, quaſi per uſucapionem eam adquiſitam, C. de uſucap. transfor.* [e] Dn. Obrechtus *diſputat. de præſcript. theſi 124. 125. & ſequent.* [f] Cum enim prior dominus completa uſucapione non habeat rei vindicationem: ſiquidem, unius rei duo in ſolidum domini non fiant, nec locus eſſe poterit exceptione, cum hæc ſit actionis excluſio.

8 Tribuit ergò uſucapio ejuſmodi dominium, cujus nomine rei vindicatio [a] directa [b] uſucapienti competit, etiam adverſus dominum priorem. [c]

[a] *l. in rem 23. ff. de rei vind. l. rem in bonis 52. ff. de adquir. rerum dom.* [b] vindicatio alia directa eſt, alia utilis *l. uxor marito 55. ff. de donat. int. vir. & ux. §. ſi quis in aliena tabula. verſ. at ſi. Inſt. de rer. diviſ. l. tutor 16. in fin. ff. de pign. act. l. 3. §. ſi ego ſuperficiarius. ff. de nov. op. nun.* Donell *lib. 5. c. 29. pag. 408.* Covarr. *in cap. poſſeſſor. 2. part. 3. relect. in princ. num. 2. de Reg. Iur. in* 6. Fachin. 1. *controv. 70.* Gilken. *de uſucap. part. 1. cap. 3.*

9 Cæterum uſucapionis ſubſtantia conſiſtit tùm in poſſeſſione rei ad uſucapiendum idoneæ, juſto & vero titulo, ſive cauſa juſta ad dominii tranſlationem habili, & ſine errore juris adquiſita, & quæ uſucapientis bona fide nititur; tum in tempore lege definito.

10 Sine poſſeſſione qua quis ſibi poſſidet, & quidem civiliter, uſucapio nulla eſt. [a] Vnde colonus, emphyteuta, vaſallus, ſuperficiarius, & qui precario poſſidet, non uſucapiunt: [b] ut nec creditor uſucapit rem pignori acceptam, cum pro alieno poſſideat. [c]

[a] *l. ſine poſſeſſione 25. ff. de uſucap.* [b] *l. adquiritur 10. §. ult. ff. de adquir. rer. domin. l. 2. & l. cum notiſſimi 7. §. ult. C. de præſcr. 30. vel 40. an.* [c] *l. pignori 13. in princ.* ubi Cujac. *l. juſto 44. non mutat. ff. de uſucap.*

11 Eſt quoque nulla uſucapio in re ad uſucapiendum haud idonea. Idonea autem eſt maximè res corporalis: [a] incorporalis res uſucapi non poteſt. [b]

[a] *l. uſucapionem 9. ff. de uſucap.* Dico cum Iuriſconſult. Caio maximè, propter *l. 4. §. ult. in ff. de ſt. t. l. hac 6. ibi: ſimul libertatem uſucapiat, & l. ſeq. ibi libertatem uſucaperi in ff. de ſerv. præd. urb. & l. ſi quis 18. §. ult. ibi, uſucepiſſe libertatem. ff. quemadmodũ ſervit. àm.* [b] *l. ſi ...*

10. § 1. ff. de uſucap. l. ſervus 43. §. 1. ff. de adquirend. rerum domin. l. ſervitutis 14. in princ. ff. de ſervitut. l. Iuſto. 44. §. non mutat. 5. ff. de uſucap. Exiſtimant aliqui ex nova Iuſtiniani conſtitutione ſervitutes hodie uſucapi, per l. *un. ibi, vel eſſe intelliguntur, C. de uſucap. transform.* Sed locus ille exaudiendus de ſervitutibus, aliisq; juribus, itemq; rebus corporalibus, ipſis prædiis, quæ uſucapiuntur, cohærentibus. Vide Balb. *de præſcript. part. 1. princ. quæſt. 3.*

Non eſt etiam ad uſucapiendum idonea res ſacra, res ſancta, publica 12
itẽ populi Romani, aut civitatis, homo liber, [a] res fiſci: [b] res Principis, [c] res furtiva, vel vi poſſeſſa, [d] niſi hoc vitio fuerit purgata, veluti ſi in poteſtatem domini ſit reverſa. [e]

[a] *d. l. uſucapionem 9. ff. de uſuc. §. ſed aliquando, Inſt. eod. tit.* [b] *§. res fiſci noſtri. Inſt. h. t. & l. quamvis 18. ff. eod.* [c] *toto tit. C. ne rei dominica &* ibi Cujac. *in paratit.* [d] *§. furtiva. Inſt. d. tit. & l. bona fides 48. in prin. verſ. nec intereſt, ff. de adq. rer. domin.* Donell. *lib. 5. com. c. 27.* [e] *§. aliquando etiam Inſt. eod. l. 4. §. quod autem & §§. ſeqq. & l. ubi lex 24. §. 1. ff. h. tit.* Donell. *d. lib. 5 cap. 28.*

Quæritur de partu ancillæ furtivæ, an uſucapi poſſit? Et hunc uſucapi 13
non poſſe, ſi ancilla ſurrepta ſit prægnans vel apud furem, vel ejus heredem, concepit vel edidit partum: Apud bonæfidei poſſeſſorem ſi furtiva ancilla concepit, aut peperit, partum poſſe uſucapi verius eſt.

L. qui vas 48. §. ancilla 5. ff. de furt. l. 4. §. heres 15. l. ſi aliena 10. §. 2. l. non ſolum 33. in princ. ff. de uſucap. l. ſi ego 11. §. partus. ff. de Publician. in rem act. l. 3. Cod. de uſucap. pro emptor. vide Donell. *lib. 5. comment. cap. 25. &* Cujac. *in lib. 54. Pauli ad edict. pag. 45.*

Nec poſſunt etiam uſucapi prædia ſuperficiaria, & emphyteuticaria: [a] 14
Prædia verò provincialia, licet olim non uſucapiebantur, ex Iuſtiniana tamen legiſlatione hodie uſucapionem recipiunt. [b]

[a] *L. cum ſponſus 12. §. in vectigalibus & §. ſequent. ff. de public. in rem act. l. 15. ſi finita § ſi de vectigalibus. ff. de damn. inf.* [b] *Inſtit. hoc tit. in princ. & l. un. C. de uſuc. transform.*

Non poſſunt etiam uſucapi res pupilli ab eo ſine tutore alienatæ, [a] 15
neque loca jurisgentium publica in perpetuum dominium uſucapi poſſunt. [b]

[a] *d. l. bona fidei 48. in princ. verſ. nec intereſt. ff. de adquir. rerum dom. l. ultim. Cod. de uſucap. pro emptor.* vid. Cujac. *lib. 24 obſervat. cap. 14.* [b] *per l. præſcripto 45. in princip. ff. de uſucap. l. in tantum 6 in princip. ff. de rer. diviſ. l. injuriarum 13. §. ultim. ff. de injur.* ubi vide Duaren. *cap.* 3. & Donell. *libr. 5. comment. cap. 22.* Obſtare videtur l. *ſi quisquam 7. ff. de diverſ. & tempor. præſcr.*

Adventitium quoque peculium filiifam. dum hic in patris ſui poteſtate 16
eſt, uſucapi non poteſt.

l. 1 §. ult. C. de annal. except. Quæritur de prædiis poſteritati alicujus delatis, an contra nondum natos uſucapi aut præſcribi poſſint? De hac quæſtione vide Petr. Gilken, *de præſcription. part. 1. cap. 13.*

Iuſto quoque & vero poſſeſſionis titulo ſive juſta cauſa ut nitatur uſu- 17
capio, neceſſe eſt: [c] qualis titulus ſive cauſa eſt, emptio venditio, juſta donatio, dotis datio, legatum, [d] tranſactio, [e] judicatum, [f] noxæ deditio, [g] derelictum, [h] tum etiam titulus pro herede, [i] & titulus pro ſuo, [k] itemque ſolutio. [l]

[c] *Inſtit. de uſuc. in princ. l. un. ibi, ut in omnibus juſto titulo. C. de uſuc. transfor. l. ult. Cod. de uſucap. pro hered. l. nullo 24. Cod. de rei vind.* [d] *Inſtit. de uſucap. in princip. l. Celſus 27. ff. eod. l. in*

omnibus 55.ff.de obl.& act.l.3.§.genera.ff.de adqu.poſſ.l.1.in fin. l.2.ff.de publ. in rem act.tot.t. C.& ff.de uſuc.pro emptore & tit.de uſucap.pro dote,& toto tit.ff.pro donato,& tit.pro legat. [a] *l.pen.C.de uſucap.pro empt.vel tranſact.l.cum ſolus 29.ff. de uſuc.* [b] *l.ſi per errorem 17.ff. d.tit. l. 11.juſtè.ff.de adqu.vel am.poſſ.l.quod auctore,ubi* Petr. Fab.*ff.de reg.jur. l.2.ff.ſi ex nox. cauſ.ag. l.3.in fin.& l.7.in prin.ff.de public.in rem act.* [g] *l.4.& l.5.ff. de public.in rem act.* [h] *tot.t.ff.pro derelict.* [a] *toto t.C.& ff.pro hered.* [h] *l.2.ff.pro ſuo.* [i] *l.4.ff.de publ.in rem act.* Cujac. *in comment. in lib.19.Pauli ad edict pag.264.*

18 Error autem falſæ cauſæ ſive tituli impedit uſucapionem, veluti ſi res quaſi legata mihi tradatur, cum tamen legatum non præceſſerit: vel ſi quis cum non emerit, emiſſe ſe exiſtimans poſſideat; vel cum ei donatum non fuerit, quaſi ex donatione poſſideat.

§.error.Inſt.de uſuc.l.ult.C.de uſuc.pro don.l.celſus 27.ff.de uſuc. Falſa enim exiſtimatio veritatem cauſſæ non mutat *l.aſſumptio 6.ff.ad municipal.*

19 Si tamen juſta erroris cauſa interveniat, vt ſi ex facto alieno error procedat, uſucapio non impeditur: veluti ſi procurator vel ſervus, cui rem emendam mandaveram perſuaſerit mihi ſe emiſſe, atq; ita tradiderit: [a] aut ſi putem defunctum, cui ſucceſſi, emiſſe, quia is, dum viveret, pro emptore poſſidebat, magis eſt, ut uſucapio ſequatur. [b]

[a] *l.quod vulgo 11.ff.pro empt.* [b] *l. ult.ff.pro ſuo.* Dubitans an præſcribat vide Fachin. *libr. 1. controv.cap.65.* Forſter *d. domin.cap.9.num.215.*

20 Traditio quoque ſi fiat ex falſa cauſa, error cauſæ falſæ non obſtat, quo minus uſucapio pro ſoluto procedat: [a] Qui tamen in re diſtat emptio à ceteris negotiis. Si quis enim rem quaſi debitam ex cauſa venditionis tradat, ne quidem pro ſoluto uſucapio procedit, cum & contractus & ſolutionis tempus in emptione ſpectetur. [b]

[a] *l.3.& l.4.ff.pro ſuo.* [b] *l.ſi aliena 10.in princ.l.pen.ff.de uſucap.l.2.in princip.ff.pro empt.*

21 Eſt & iſta à noſtris multum agitata queſtio, an ſuus quoq; heres rem alienam in hereditate inventam pro herede uſucapere poſſit? Alii negant, [a] alii affirmant, [b] & his noſtrum lubenter calculum addimus. [c]

[a] Accurſ.*& alij ad l.2.§.filium.ff.pro herede,& ad l.nihil 2.C.de uſucap.pro herede,*Donel. *lib.5.comment.cap.14.pag.369.circa finem.* [b] Vigl.Zuichem.*ad §.ſui autem,nu.4. Inſtit. de hered.qualit.& differ.*& Ioan.Vaud.*lib.1.quæſt.jur.quæſt.4.* [c] *per generalem textum in l.ult. ff. pro hered.*adde Fachin.*lib.6.controverſ.11.*Gilken.*de uſucap.part.2.membr.1.cap.16.*Treutl.*vol. 2.diſput.22.theſ.5.lit.H.ubi* Hunn. & Bachovius.

22 Quod attinet bonam fidem, ea poſſeſſor niti dicitur, ſi rei alienæ ſcientiam non habeat, [a] veluti ſi juſtò credat, eum à quo rem habet, dominum fuiſſe, [b] aut alienandi jus habuiſſe. [c]

[a] Harmenopul.*lib.1.epit.t.3.& l.3.in princ.ff.de lege Fab.de plag.* [b] *Inſt.de uſuc.in prin.* [c] *l. bonæ fidei 109.ff.de verb.ſign.& l.qui à quolibet,27.ff.de contrahend.empt.& vendit.*adde textus adſcriptos *theſi 8.diſp.2.ſub hac claſſe.5.*

23 Eſt autem omninò neceſſaria ad uſucapionem bona fides, ita ut ſine hac procedere non poſſit.

§.ſed aliquando,ibi,ſi maximè qui bona fide,& §.ſeq.ibi,bona fide poſſeſſa.§.ſed tamen,ibi bona fide accipienti §.res fiſci,ibi,bona fides emptorem,& §.ſeq. ibi,ut à bonæ fidei emptore, Inſt. de uſuc.l.ſi aliena res,10.ibi,res bona fide empta,& l.Celſus 27.ibi,cujus res quunq; bona fide adeptus ſit poſſeſſionem.ff.de uſucap.cap.ult.extr.de præſcription.& c.poſſeſſor malæ fidei.tit.eod.in

ſcat

ſente. An bona fides in dubio præſumatur vide Tyraquel. *in tract. de præſcript. §. 1. gloſſ. 2. verſ. bona autem fides.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 224. Fachin. *libr. 8. controverſ.* 32. Forſter. *de dominio c. p. 9. num.* 217.

Fur igitur, & qui per vim rem alienam poſſidet, uſucapere non poſſunt. 24

§. Quod autem dictum eſt. 3. Inſtit. de uſucap. l. ſequitur. 4. §. quod autem. 6. l. non ſolum. 33. in princ. ff. eod. tit. l. fin. ff. de vi bon. raptor.

Et licet in emptione duobus temporibus bona fides exigatur, emptionis ſcilicet & traditionis tempore, [a] non autem tempore ſequenti: [b] In cæteris tamen alienationis negocijs jure civili traditionis tantum tempore bona fides deſideratur, [c] non etiam cæteris temporibus. [d] 25

[a] *l. ſed et ſi 7. §. ult. ff. de pub. in rem act. l. ſi aliena* 10. *in princ.* ubi Accurſ. & Cujac. *ff. de uſucap.* [b] *l. ſi is, qui pro emptore 15. §. fin. & l. juſto 44. §. et ſi poſſeſſionis ff. de uſuc.* [c] *l. bona fidei 48. §. 1. ff. de adq. rer. dom. & l. pen. ff. pro empt.* [d] *l. ſequitur 4. §. ſi antequam pariat, ff. de uſucap. & l. un. ibi, ut in his omnibus caſibus ab initio eam bona fide capiat, C. de uſucap. transfor.*

Mala fides adquirentis obeſt quoq; ejus heredi, quò minus rem alienam in hereditate inventam uſucapere poſſit. 26

§. Diutina, verſ. Quod ille initium, Inſtitut. de uſucap. Vitium enim defuncti nocet heredi; *l. cum heres 11. ff. de diverſ. & tempor. præſcr. l. vitia 11. C. de adquir. & retinend. poſſ. l. 4. §. Heres 15. ff. de uſucap. l. Si ego, 11. §. parens 2. ff. de public. in rem action.*

Exigitur, ut diximus, in uſucapione & illud, ut rei poſſeſſio abſq; juris errore ſit adquiſita. [a] Si enim tutor pupillo ſuo vendenti rem quandam autor fiat per errorem in initio venditionis, vel poſt longum tempus venditionis peractum, uſucapio emptori non procedit. [b] Neq; procedit uſucapio, ſi poſſeſſor non putet, ſibi per leges licere uſucapere. [c] 27

[a] *l. 4. ff. de jur. & fact. ignorant.* [b] *l. nunquam 31. in princ.* ubi Cujac. *ff. de uſucap.* [c] *l. ſi fur. 32. §. 1. ff. d. t.* Vide Gilken. *de præſcr. part. 2. membr. 1. c. 3. num. 8. & ſeqq.* Cævallos *in ſpecul. commun. opin. tom. 1. quæſt. 8.* Fachin. *lib. 8. controverſ. jur. cap.* 28.

Quod attinet tempus uſucapioni præfinitum, ſi res mobilis ſit, triennium ad ejus uſucapionem requiritur; ſi res ſoli ſit, decennium inter præſentes, vicennium inter abſentes deſideratur. 28

L. un. C. de uſucap. transfor. & tit. Inſtit. de uſucap. in princ. verſ. Et cum hoc, & verſ. ſeq. Præſentes autem, & abſentes non civitate, ſed provincia lex æſtimat, *d. l. un. & l. ult. C. de præſcript. longi temp.* hodie tamen eos eſſe præſentes volunt, qui ſub eadem ſunt præfectura, vel qui eundem habent judicem, gl. & Dd. *ad d. l. ult. C. d. t.* Budæ. *ad l. ſi in aliam 7. ff. de offic. proconſulis.* Vaſquius. *lib. 2. illuſtr. quæſt. cap. 61. & ſeqq.*

Sed tempus illud non à momento ad momentum, neque ab horâ in horam, ſed à die in diem computamus, ita ut qui ultimum diem attigerit, hunc uſucepiſſe dicamus. 29

l. In uſucapionibus 6. & ibi Cujac. *ff. de uſucap. & l. in uſucapione ff. de diverſ. temp. præſcript.* Vide Conan. *lib. 3. commentar. c. 12. num. 2. & 3.*

Qui igitur hora ſexta diei Calend. Ianuarij poſſidere cœpit, hora ſexta noctis pridie Calend. Ianuar. ultimi anni implet uſucapionem. 30

l. Ideoq; 7. ff. de uſucap.

Continuum autem prædictum illud tempus eſſe debet. [a] Quod ſi interrumpatur poſſeſſio, ceſſat uſucapio. [b] 31

[a] *l. 3. ff. de uſucap.* [b] *l. naturaliter 5. l. nunquam 32. §. 1. l. ſi is qui 15. in princ. l. non ſolum 33. §.*

[a] *Qui pignori, ibi, interpellabitur uſucapio ff. de uſuc. c. Illud, & c. audetis, extr. de præſcr. l. 2. C. de præſcr. longi temp.*

32 Et licet unus deſit dies, præcedentis temporis poſſeſſio nihil omninò conducit.

33 *l. Sed etſi per prætorem 26. §. Quoties ff. ex quib. cauſis major.*

Interrumpitur autem poſſeſſionis tempus duobus modis; naturaliter & civiliter. Naturaliter, ſi quis vi de poſſeſſione dejiciatur, vel res mobilis alicui ſurripiatur: [a] civiliter, litis conteſtatione, ſi condemnatio ſecuta fuerit, [b] & libelli oblatione præſidi facta, cum poſſeſſor conveniri, & interpellari non poteſt, eò quòd vel abſens eſt, vel infans, aut furore laborat, nec tutorem vel curatorem habet, vel in magna poteſtate conſtitutus eſt. [c]

[a] *l. naturaliter 5. ff. de uſucap.* [b] *l. nemo 10. C. de adquir. & retinend. poſſeſſ. l. more 26. C. de rei vindicat. l. ſi poſt 18. ff. de rei vindicat.* Cujac. *ad l. 2. §. ſi rem alienam ff. pro empt.* [c] *l. 2. C. de annali except.* Cujac. *ad d. l. 2. in fin. ff pro empt. & in paratit. Cod. quando libellus Principi datur, in fin.* vide Connan. *libr. 3. comment. c 14. num. 8.* Donell. *libr. 5. comment. cap. 21.* Ciſner. *ad l. 1. num. 23. ff. de uſucap.* Weſembec. *ibid. in paratit. in fin.* Berlich. *vol. 2. pract. concluſ. 9.*

34 Cæterum continuatio illa temporis lege definiti ſpectatur non ſolum in eadem perſona, ſed & in diverſis, veluti in herede, bonorum poſſeſſore, legatario, [a] emptore. [b]

[a] *§. Diutina. Inſt. de uſucap. l. Pomponius 13. §. ſed & legatario ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. un. verſ. & ut continuetur. C. de uſucap. transfor. l. cum miles 30. in princ. ff. ex quib. cauſ. major.* [b] *§. Inter venditorem quoq; Inſtit. de uſucap. & d. l. un. verſ. & ut continuetur, Cod. de uſucap. transfor.*

35 Quòd ſi poſſeſſio rectà non tranſeat ab auctore in ſucceſſorem, ſed media prius interveniat perſona, quæ poſſeſſionem adipiſcatur, tùm præcedens auctóris tempus non prodeſt ſucceſſori ad uſucapionem.

l. Pomponius 13. §. quæſitum, ff. de adquir. vel amit. poſſeſſ. Quare de nóvo ſucceſſor ille uſucapionem inchoabit, *d. l. naturaliter 5. ff. de uſucap.*

36 Vacuum tamen tempus, quod ante hereditatis aditionem interceſſit, prodeſt heredi ad implendam uſucapionem.

l. nunquam 31. §. vacuum, & cœptam 40. & l. juſto 44. §. nondum ff. de uſucap. l. cum miles 30. in princ. ff. ex quib. cauſ. major. cum hereditas antequam adeatur, perſonam defuncti ſuſtineat *l. hereditas 34. ff de adquir. rer. dom.* & hinc pro domino habeatur *l. hereditas 61. in princip. ff. d. t.*

37 Probatur autem continuatio poſſeſſionis ex præcedenti poſſeſſione. Qui enim olim poſſeſſor fuit, præſumitur etiam hodie poſſidere.

c. Olim inter. extra de reſtitut. ſpoliat. c. pen. extr. de tranſact. Didac. Covar. *ad c. poſſeſſor, tit. de R. I. in 6. part. 2. §. 1. nu. 1.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1195. per tot.*

38 Sequitur de præſcriptione ſpeciali. Præſcriptio ita in ſpecie dicta, eſt adjectio dominij, [a] quod per continuationem poſſeſſionis tempore legitimo adquiſitum, jure tantum exceptionis, adverſus priorem dominum tueri, [b] & in rem actione utili ab extraneo poſſeſſore repetere [c] poſſumus

[a] Nam ut uſucapione, ſic & præſcriptione dominium adquiritur, *§. ex his itaq; verſ. & hoc eſt, Inſtit. Tit. per quas perſon. cuiq. adquiritur. Auth. niſi tricennale, ibi, poſſeſſor dominus fit, C. de bonis mater. l. qui alienam 54. ff. de evict. l. 2. Cod. in quib. cauſis ceſſat longi temp. præſcript.* [b] Præſcriptione adquiritur dominium non ipſo jure, non pleno & firmo jure, ſed ope tantum

exceptionis, qua tueri & conſervare illud contra dominum poſſumus, *l. 1. l. 5. l. ſuper longi 11. C. de præſcript. longi tempor. l. ſi quis emptionis 8. in princ. ibi, & longi temporis exceptionem contra dominos ejus. Vel creditores hypothecam ejus prætendentes ſibi adquiſierit. C. de præſcript. 30. vel* 40. *annor.* Franciſc. Balb. *tract. de præſcr. part. 1. princ. quæſt. 8. mihi pag. 29.* [c] *l. ſi quis diuturno 10. in princ. ff. ſi ſervit. vindic. & d. l. ſi quis 8. in princ. C. de præſcr. 30. vel 40. annor.* Cujac. *ad l. 4. circa finem, mihi pag. 431. ff. de uſuc. & in paratit. Cod. de præſcript. longi tempor.* Fr. Hotom. *libr. 4. obſervat. cap. 2.* Donell. *libr. 5. comment. cap. 31. in fin.* Adverſus veterem dominum moveri efficaciter hæc actio non poteſt *l. penult. & l. ultim. ff. de public. in rem act.* Donell. *dict. c. 31. in fin.*

Interpretum opinionem, qua volunt, uſucapionem eſſe rerum mobilium: præſcriptionem rerum immobilium, ut erroneam rejicimus. 39

Vt enim olim prædia tantum Italica uſucapiebantur biennio, & res mobiles anno uno, ita & hodie ex Iuſtiniani conſtitutione provincialia quoque prædia uſucapiuntur *l. un. C. de uſucap. transfor. & tit. Inſtit. in princ.* Pleraq; etiam exempla uſucapionis *ſub tit. ff. de uſuc.* rerum ſunt immobilium, veluti fundi: ædium, aliorumque prædiorum. Non ergo injuria recentiores hanc diſcriminandi rationem rejiciunt, Didac. Covar. *ad c. poſſeſſor malæ fidei, tit. de reg. jur. in 6. part. 1. §. un. num. 2. & 3. pag. 193.* Duaren. *ad tit. ff. de uſuc. c. 1. & 5.* Donell. *libr. 5. comm. cap 4. pag. 327.* Arum. *exercit. Inſtin. 6. theſ. 3.* Hackelman. *illuſt. quæſt. diſp. 20. theſ. 10. lit. C.*

Eſt & illa interpretum vitioſa opinio, quâ per uſucapionem mobilium, directum adquiri dominium, & directam in rem actionem dicunt, ſed uſucapione immobilium, quam præſcriptionem vocant, utile dominium adquiri, & actionem in rem utilem. 40

Tùm quia omnis uſucapio ſive ſit mobilium, ſive immobilium rerum, firmo & pleno jure dominium uſucapienti tribuit, *l. un. ibi, is firmo jure, C. de uſuc. transfor. l. Iulianus 17. in fin. ibi, quia plenum jus incipit habere, ff. de rei vindic.* tùm quia textus *in l. traditionibus 20. Cod. de pactis, l. 3. ff. de uſuc. l. alienationis 28. de verbor. ſignific.* non diſtinguunt inter directum & utile dominium, tum quia capere, unde uſucapere, id eſt, poſſeſſione capere (eſt enim uſus poſſeſſio *l. quæſt. 115 ff. de verb. ſig.*) cum effectu accipitur, *l. aliud eſt capere, 71. ff. d. t.* tùm etiam quia leges in rem actionem verbis expreſſis largiuntur illi, qui firmo jure dominium, id eſt, proprietatem rei habet, *§. omnium autem, verſ. quo caſu proditæ ſunt actiones in rem, Inſtitut. de act. l. actionum genera 25. in pr. verſ. in rem actio eſt, ff. de obl. & act. l. in rem actio 23. in princ. ff. de rei vind.* Eſt itaq; ea directa actio, cùm ſemper in dubio aſſumenda ſit potior ſignificatio *l. quæritur* [illegible] *ff. de ſtatu hom. l. domum 57. ff. de contrah. empt.* Hoc interpretum commentum rejicit quoque Didac. Covar. *ad d. c. poſſeſſor, tit. de Reg. Iur. parte 2. in initio, num. 2. & 3. pag. 216. & 217.* Duar. *ad tit. ff. de uſuc. c. 5.* Pinell. *ad auth. niſi tricennale, num. 36. & ſeqq. C. de bon. mater.* & Donell. *lib. 5 comment. c. 29. pag. 408.* ſed tueri hoc interpp. inventum putatur illud, quod variis legibus *tit. Cod. de longi tempt. præſcr.* exceptio tantum adverſus veterem dominum tribuitur ei, qui rem immobilem longa poſſeſſione adquiſivit. Item text. *in l. ſi duo patroni 13. §. Iulianus, ff. de jurejurand.*

Cæterùm locus eſt præſcriptioni in his rebus, quæ uſucapi non poſſunt: Quæ recipiunt uſucapionem, in illis ceſſat præſcriptio. 41

l. [illegible] *C. in quibus cauſis ceſſat longi temp. præſcr.* dominium enim mihi non niſi ex una cauſa adquiritur *l. non ut ex pluribus 159. ff. de Reg. Iur. §. ſit itaq; diſcretis, verſ. nec res, Inſtit. de act. 4. §. lana 19 ff. de uſur. l. in bello 12. §. & ſi ignorans ff. de capt. & poſtlim. reverſ. l. 2. l. ſi ancillam 7. C. de contrah. empt. & vendit.*

In omni autem præſcriptione jura exigunt & poſſeſſionem rei, [a] & certum tempus, [b] & temporis continuationem. [c] 42

[a] *c. ſine, de reg. jur. in 6. l. 2. C. de præſcr. longi temp. l. præſcriptio 45. in fin. ff. de uſuc. facit l. 3. & ſine poſſeſſione, 25. ff. dict. tit. Sed hic requiritur poſſeſſio non quævis, ſed quæ animo domini habe-*

habetur, l. Namque 8. C. de uſufruct. l. 2. l. 1. §. ult. C. de præſcr. 30. vel 40. annor. Sive jure ſervitutis, non familiaritatis jure ſi de ſervitutis præſcriptione agatur. Maſcard. de probation. concluſ. 1204. & concluſ. 1214. Weſenbec. conſil. 18. num. 18. pag. 1. Kopen. deciſ. 57. num. 86. [b] Quod aliud atque aliud eſt, ut ſeqq. theſes arguunt. [c] l. 1. C. de longi temp. præſcr. l. cum notiſſimi 7. in princ. C. de præſcr. 30. vel 40. annor. Obrecht. diſput. de præſcr. theſ. 49. & 284.

43 Quia autem res alia aliud deſiderat tempus, idcircò præſcriptionum ſpecies variæ ſunt. Eſt enim præſcriptio quadriennij, eſt præſcriptio longi temporis, eſt præſcriptio 30. annorum, eſt præſcriptio 40. annorum, eſt præſcriptio centenaria, eſt denique præſcriptio temporis immemorialis.

addenda cenſetur biennij præſcriptio, quâ utitur is, qui agrum deſertum occupavit, eundemque tanto tempore excoluit. l. 8. Cod. de omni agro deſert. lib. 11. Schultes. lib. 1. quæſtion. 30. numer. 21.

44 Præſcriptio quadriennii eſt, qua fiſcus quadriennij poſſeſſione adquirit rem alienam ipſi fiſco illatam; qua item Princeps ejuſdem temporis poſſeſſione adquirit rem alienam ærario ejus illatam; [a] qua deniq; aliquis bona vacantia nondum fiſco nunciata, quadriennii poſſeſſione adquirit. [b]

[a] l. 2. & l. 3. C. de quadrien. præſcript. §. ult. Inſt. de uſuc. [b] l. 1. ubi Cujac. in paratit. C. de quadrien. præſcr. l. 1. §. diſcus ff. de jure fiſci, l. intra, ff. de diverſ. tempor. præſcr. l. 6. §. certè ſi vacantia ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.

45 Præſcriptio longi temporis eſt, qua decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes adquiruntur tum prædia ſuperficiaria, itemq; emphyteuticaria, [a] tùm etiam ſervitutes; [b] poſſeſſio item Reipubl. id eſt, civitatis viginti annorum præſcriptione adquiritur. [c]

[a] l. cum ſponſus 12. §. in vectigalibus, & §. ſeq. ff. de publ. in rem act. l. ſi finita 15. §. ſi de vectigalibus & §. ſeq. ff. de dam. infect. Videatur Dn. Harprecht. ad pr. Inſt. de uſuc. num. 206. Cujac. ad l. 4. circa finem, ff. de uſuc. & in paratit. C. tit. de longi tempor. præſcr. Obrecht. in diſp. de præſcript. theſ. 67. & ſeq. [b] l. ſi quis diuturno 10. in princ. ff. ſi ſerv. vindic. l. ult. in fin. Cod. de præſcr. longi tempor. & ibi Cujac. in parat. [c] l. 1. in fin. C. de præſcr. longi temp. Iul. Paul. lib. 5. ſent. tit. 2. §. viginti annorum, ubi Cujac.

46 Poſſeſſor quoque extraneus, id eſt, non debitor, hac præſcriptione adquirit rem hypothecariam, ita ſcilicet, ut creditor jus ſuum, id eſt, hypothecariam actionem amittat.

l. 1. l. 2. C. ſi adverſus credit. præſcr. opp. ubi Cujac. in paratit. l. ſi à creditore 7. & l. ult. C. de oblig. & act. l. ult. C. de long. tempor. præſcr. l. ſi obligata 19. C. de vect. l. creditor 12. ff. de diverſ. temp. præſcr. & ibi Cujac. cap. 30. idem Cujac. in paratit. C. de præſcr. 30. vel 40. an. Balbus de præſcr. 4. part. 4. princ. quæſt. 3.

47 Res autem Principis dominicæ, [a] res civitatis, [b] res Eccleſiæ, aliisq; piis uſibus deſtinatæ, res [c] item minorum, [d] res adventitiæ filiifam. [e] hac præſcriptione non adquiruntur; proindeq; nec res fiſci, [f] neque res pupilli ab eo ſine tutore alienatæ. [g]

[a] tot. t. C. ne rei dominicæ, vel templor. [b] l. ut inter divinum 23. in princ. ibi, nec non juris ſtatum, C. de SS. Eccleſ. Res civitatis non niſi centum annorum præſcriptione adquiruntur, ut ex citata lege patet, & docet Cujac. libr. 5. obſervat. c. 5. & Donell. lib. 5. comment. c. ult. [illegible] dict. ut inter 23. in princ. C. d. t. res Eccleſiæ olim etiam non niſi centum annorum præſcriptione adquirebantur, ut ex citato loco conſtat, & ex Novell. 9. verum aliis ex Novellis 40. annorum præſcriptione adquiruntur Novell. 111. & 131. Cujac. d. lib. 5. obſerv. 5. & Donell. d. c. ult. [d] l. ult. Cod. in quibus cauſis reſtit. in integ. nec. non eſt [e] l. 1. §. ultim. Cod. de annal. except. [f] argume[illegible]

§. ult.

§. ultim. Inſtitut. de uſucap. Donell. *dict. libr. 5. capit. 24. in princip.* [g] *l. ultim. Cod. de uſucap. pro empt.*

Ad hanc longi temporis præſcriptionem etiam titulum requirimus: [a] quamvis ſervitus hac præſcriptione etiam ſine titulo adquiri poſſit. [b] 48

[a] *l. 4. l. ult. Verſ. ſi igitur, ibi, ut bono initio, C. de longi tempor. præſcr. l. ſi quis 8. in pr. C. de præſcript. 30. vel 40. an.* [b] *l. ſi quis diuturno 10. in pr. ff. ſi ſerv. vind. l. apparet 5. §. ſi quis ſervitutem, ff. de itiner. actuq. priv. l. 2. ibi, eo ſciente, Cod. de ſerv. & aqua, l. 1. in fin. ff. de aqua, & aqu. pluv. arcend.* vid. Donell. *lib. 11. com. cap. 12.* & Duar. *libr. 1. diſputat. cap. 34.*

Requirimus item ad hanc præſcriptionem bonam fidem: [a] Item, ne res ſit furtiva. [b] 49

[a] *l. 2. & l. ſi fraude 6. C. de longi tempor. præſcr. c. poſſeſſor. tit. de Reg. Iur. in 6. & c. ult. extr. de præſcr.* [b] *l. 1. C. de ſervis fugit.*

Interrumpitur autem longi temporis præſcriptio litis conteſtatione. 50

Auth. mala fidei. C. de longi tempor. præſcr. l. mora. 26. C. de rei vind. l. nemo. 10. Cod. de adquir. poſſ. Cujac. *lib. 18. obſer. c. 29.* currit quidem & impletur hæc præſcriptio lite conteſtata, ſed nihil prodeſt præſcribenti. *l. nec bona. 10. C. de long. tempor. præſcript.*

Præſcriptione 30. annorum adquiruntur nonnullæ res, quæ neque uſucapione, neq; longi temporis præſcriptione adquiri poſſunt; [a] veluti res, quæ mala fide à non domino poſſidetur; [b] Item, res hypothecaria, quam extraneus, id eſt, non debitor mala fide poſſidet; quâ præſcriptione creditor etiam hypothecariam ſuam actionem amittit: [c] tum etiam hac præſcriptione rem alienam adquirit bonæ fidei poſſeſſor, qui à malæ fidei poſſeſſore alienationis titulo, ignorante domino, ejus rem accepit. [d] Feudum quoque in re cujuſdam hac præſcriptione adquiritur, [e] & deniq; hac præſcriptione adquirit Eccleſia rem privati. [f] 51

[a] Cujac. *in paratit. C. de præſcr. 30. vel 40. annor. in princ.* [b] *l. 1. l. ſi quis emptionis 8. §. 1. C. de præſcr. 30. vel 40. annor.* ubi Cujac. *in parat.* Idem Cujac. *lib. 18. obſer. c. 26. & ſeq.* [c] *l. 3. l. cum notiſſimi 7. Cod. d. tit.* [d] *Novell. 119. ut ſponſal. larg. ſpecialis ſit contract. cap. 7. rurſus ſancimus,* ubi Cujac. [e] *tit. 26. §. ſi quis per triginta, libr. 2. feud.* Mynſing. *cent. 4. obſervat. 23.* [f] *cap. 3. extr. de præſcript.*

Decertant inter ſe Dd. anne vel hac præſcriptione jus reluendi pignoris perimatur? Nos neq; hanc præſcriptionem ſufficere aſſerimus, [a] eamq; nec reditibus, ſive præſtationibus annuis obſtare concludimus. [b] 52

[a] Per ea, quæ tradit Andr. Geil. *lib. 2. obſ. pract. obſ. 18.* Mynſing. *cent. 1. obſ. 16.* Borcholt. *tract. de uſur. c. 6. num. 13.* vide quoq; Balb, *tract. de præſcr. part. 4. 5. princ. quæſt. 2.* Sed vide Weſemb. *conſil. 28. part. 1.* & conſultationes Saxo. *part. 5. quæſt. 2.* [b] *l. cum notiſſimi §. pen. C. de præſcr. 30. annor. l. ſi uſusfructus,* ubi Coſtal. *ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* Mynſing. *cent. 3. obſer. 13.* Andr. Geil. *lib. 2. obſer. pract. 73.* Ioh. Borch. *tit. de pactis. c. 2. nu. 23. & ad tit. de uſur. c. 4. nu. 36.* vide quoq; Didac. Covar. *lib. 1. var. reſol. c. 8. nu. 8.*

Ceſſante uſucapione, longi temporis præſcriptione, & præſcriptione annorum triginta, ſuccedit præſcriptio 40. annorum: [a] atq; hac adquiritur dominium prædij tributarij, ſalva tamen functione illi impoſita, quæ dependenda & præſtanda eſt. [b] Et ſi quis ſine canone agrum Principis acceperit, & 40. annis poſſederit, nullo canone ſoluto, nec de agro, nec de canone conveniri poteſt. 53

[a] Cujac. *in parat. C. de præſcr. 30. vel 40. an. & ad tit. ff. de diverſ. temp. c. 31.* [b] *l. competit. 6.*

C.d.t.l.ult.ubi Cujac.*C.de fund.patrim.lib.*11. [c] *l.ult.*ubi Cujac. *C.de fundis rei privat.* Cujac. *ad tit.ff.de diverſ.temp.præſcr.cap.*31.

54 Debitor item jus hypothecæ contra creditorem 40. annis præſcribit. [a] Eodemque annorum ſpacio adquiruntur præſcriptionis jure Eccleſiaſticę res, etiam quæ ſunt Eccleſiæ Romanæ. [b] Et denique regalia quæ privatis competunt, hac præſcriptione adquiri Dd. tradunt, [c] ut & ea regalia quæ Princeps poſſidet, modò præſcribens titulum habeat. [d]

[a] *l.cum notiſſimi 7.§.1.C.de præſcr.30.vel 40.annor.* [b] *Novell.*111. & *Novell.*131.*c.6.pro temporalibus c.de quarta,extr.de præſcr.* Cujac.*lib.5.obſer.c.5.* & Donell.*libr.5. comm.c.31.pag.*114. qui uterque aſſerit per jam citatas Nov. correctam eſſe Novell. 9. & *l.ut inter 23.C. de SS. Eccl.* Malè igitur Irnerius ſententiam *d. Novell. 9. de Rom. Eccleſia.* dictæ *l.ut inter.* 23. aſſuit *auth. quas actiones,C.d.t.* atque errant juris Pontificii autores, cum affirmant, legibus Romanorum Principum cautum eſſe, ut Eccleſiæ Romanæ res non niſi centum annorum præſcriptionem admittant,*c.cum vobis,extra de præſcr.* & *c.ult.*16.*quæſt.*5. Dn. Berlich.*part.2.pract.concluſ.*8. *num.*1. & *ſeqq* Hunn.*in not.ad Treutler.vol 2.diſp.22.theſ.4.quæſt.*24. Covarruv.*in c.poſſeſſor.* 2.*part.2.relect.§.2.num.*6. & 9.*de reg.jur.in 6.* [c] Bald.*conſ.370.num.1.in fin.libr.*3. Aym.Cravet.*de antiq.tempor.part.4.pag.*191. *nu.*13. Ioh.Borch.*ad c.un.quæ ſint regal. num.*19. [d] Didac. Covar.*ad d.c.poſſeſſor tit.de Reg.Iur.in 6.p.2.§.2.num.8.verſ.tertia ſpecies,* & *§.3.num.*5. Balb. *de præſcr.2.part.5.part.prin.q.*4. Mynſing.*cent.5.obſerv.29.nu.*11. Gail.1.*obſ.21.nu.*15. & *lib.1.de Pac.publ.c.6.num.*11. Ego.*in tract.de regalib.c.4. nu* 45. Berlich. *dict.part.2.concluſ.8.num.*14. Alexand.*vol.1.conſil.*6.Gœden.*conſ.3.num.*24. & *conſil.32.num.*8.

55 Etſi autem jus civile bonam fidem in hac 30. & 40. annorum præſcriptione non deſideret: [a] jus tamen Canonicum eam omninò requirit. [b]

[a] *l.pen.§.1.Cod.de præſcr.30.vel 40.annor.* [b] *c.poſſeſſor tit. de Reg.Iur.in 6.* & *c.ult.extra de præſcr.* quæ loca cum quibuſdam contra quoſdam intelligimus etiam de præſcriptione actionum in perſonam, vide Ferret.*num.87.ad l.3.ff.de uſuc.* & Dn.Obrecht. *diſput.de præſcr.theſ.* 85. & *ſeqq.* & Matth.Coler.*ad c.ult.extr.de præſcript.*

56 Eſt & illud hic monendum, quod præſcriptio 30. item 40. annorum ſola etiam citatione, & vocatione in jus interrumpitur.

l.ſicut 3.ubi gl.l.cum notiſſimi 7.in prin.ubi gl.C.de præſcr.30.vel 40.annor.

57 Centenaria præſcriptione adquiruntur res vel civitati, vel in pium aliquem uſum teſtamento relictę, vel donationis, aut venditionis, titulo conceſſæ.

*d.l.ut inter 23.C.de SS.Eccleſiis,*Cujac.*ad tit.ff.de diverſ.temp.præſcr.c.*34. & *lib.5.obſer.c.5.* Donell *lib.5.comment.c.ult.* Et de præſcriptione quæ fit à communitate vide omninò Cæpollam *de ſervit.ruſtic.præd.c.9.num.*26. Et quomodo adverſus communitatem præſcribatur: tradit Surd. *conſil.28.num.*101.

58 Sanctione quoque canonica res Eccleſiæ Romanæ non niſi centum annorum præſcriptione adquiruntur.

c.ad audientiam,circa finem. & *c.cum vobis,extra de præſcr.* & *can.ult.16.quæſt.*4. Didac. Covar. *ad c.poſſeſſor.tit.de Reg.Iur.in 6.part.2.relect.§.2.num.*6.

59 Præſcriptione temporis immemorialis adquiruntur regalia, cum adverſus ipſum Principem fit præſcriptio: aliaque jura, quæ aliâs præſcribi nequeunt.

c.ſuper quibuſdam,§.præterea,extra de verb.ſign. vide Didac.Covar. *ad dict.c.poſſeſſor,part.* 2.*§.2.num.*7.Iohan.Borcholt.*ad c.un. Quæ ſint regalia,nu.*15. & *ſeq.*Mynſing.*cent.1.obſerv.*30. & Molin.*conſil.*26.

Quod

Quod attinet pactum de retrovendendo, ejus effectum neque hac præſcriptione impediri aſſerimus, ſi conceptum ſit verbo: *Quandocunq;* vel *ſemper*, vel, *in perpetuum*. 60

l.2.C.de pact.inter empt.& vendit. l.quòd ſi nolit 31. *§.ſi quid ita,ff.de ædilit. edict.* Mynſing. *cent.1.obſerv.*16.Borch.*de uſur.c.6.num.*17.*&* 18.

Communis quoque Dd. ſchola in praxi recepta, ſentit, ſervitutes etiam, quæ cauſam diſcontinuam habent, recipere tantum hanc temporis immemorialis præſcriptionem: [a] verum huic opinioni juris autoritas planè reclamat. [b] 61

[a] Balb.*tract.at.de præſcr.part.2.4.part.princ.quæſt.1.num.2.3.* *&* 4. Cæpoll. *Tractat. de ſervit.urban.præd.c.*19. Vaſq. *controverſ.illuſtr.c.*84. *num.*6. de requiſitis hujus præſcriptionis vide Iohan. Köpen.*deciſ.*57.*num.* 81. *& ſeq.* ubi eleganter diſſerit. [b] *l.ult.in fin. C.de longi temp. præſcr.l.1.§.ult.ff.de aqua,& aqu.plu.arcend.l.apparet* 5 *§.ſi quis ſervitutem,ff.de itin. actuque privat.* & vide *ſupra de ſervitut.theſ.*64.*claſſ.*5.*diſp.*8. Duar.*lib.*1.*diſput.c.*34. Weſembec. *in parat.ff.de ſervitut num.*4.*in fin.* Petr. Coſtal.*ad l.ſervitutes* 14.*ff.dict.t.* *& ad l.foramen* 28.*ff.de ſervit.præd urban.* Soarez.*in addit.ad Gomez.reſolut.tit.de ſervit.tom.2.c.*15. Coraſ.*libr.* 5.*miſcell.c.*5.*& in l.ſervitutes ff.de ſervitut.* Eg. Baro *in.§.1.Inſt. de uſuc.* Petr. Gregor. Tholoſan.*in Syntagm.jur.lib.*4.*c.*21.*num.*6. Hieron. Pantſchm.*quæſt.*22.*num.*72. Donell. *lib* 11.*comment.c.*11.*p.*594.*in fin.& pag ſeq.* Fachinæ.*lib.*8.*controverſ.jur.c.*22. Petr. Heig.*part.*1. *quæſt.jur. quæſt.*16.*num.*39. Eſt & illud hîc notandum quod ſervitus itineris vel juris paſcendi, quæ univerſitati debetur, eſt perſonalis, & ad ſui præſcriptionem requirit tantum longum tempus. Paul. Caſtrenſ.*conſil.*113.*columm.*2.*num.*3.*vol.*2. Aymon Publicius *in conſuet. Alberniæ tit.*25.*art.*2. Cravett.a *conſil.*4.*col.*2. ratio eſt, quia perſonalis ſervitus, non habet cauſam diſcontinuam, Cæpolla *de ſervitut.urban.prædior.c.*19.*quæſt.*8.*num.*3.

Sed quæritur, an etiam in centenaria, & immemorialis temporis præſcriptione bona fides canonico jure deſideretur? Nos aientium parti adhæremus. [a] 62

per text.in c.ult.extra de præſcr. Didac. Covar.*ad c.poſſeſſor tit. de reg jur. in 6.part.relect.*2. *§.*8.*num.*4. Titulus tamen ad hanc præſcriptionem non requiritur,*c.1.tit.de præſcr.in* 6. Et bona fides illa in antiquis præſumitur. *c.1.tit.de præſcr.in ſexto.* Maſcard. *de probat.vol.3.concluſ.*1214.*num.*19. & bona fides in dubio præſumitur, niſi probetur de mala Vaſquius *illuſtr. quæſt. controverſ.libr.2.c.*79.*num.*15. Menoch.*de recuper. poſſeſſ.remed.*8. *num.*64. Maſcard.*de probat. concluſ.*224.*num.*1.*&* 3.

Sunt quidem alia præſcriptionum genera, eaque varia, verùm illa hujus loci non ſunt: ſiquidem hic de præſcriptione agamus, quæ eſt adquiſitio rei: cæteræ verò præſcriptiones ſint tantum exceptiones, quæ potiſſimum actionibus perſonalibus opponuntur. 63

De his præſcriptionibus vide Fr. Balb. *tractat. de præſcr.* & Cujac.*ad titul.ff. de variis temp. præſcription.*

Adhuc de uſucapione, & præſcriptione; Succedit traditio fiſci, de qua hoc tantum; Quod is, qui à fiſco per venditionem, aut donationem. vel aliũ alienationis titulum rem alienam accipit, ſtatim ſecurus fit, & rei illius dominum ſola traditione adquirit. 64

l.2.verſ.ſed adverſus emptor s,& verſ.& nemo audeat, C.de quadrien.præſcr. *& §. edicto D.Marci.verſ.conſtitutio autem.Inſtit.de uſuc.* ſed obſt.*l.nec ullam* 13.*§.item ſi quis a fiſco,ff.de petit.heredit.*

65 Sunt quidem, ut & ſuprà meminimus, [a] donatio mortis cauſa, legatum, & fideicommiſſum ſingulare, modi adquirendi rerum ſingularum dominium, jure civili, verùm de his alio loco egimus. [b]

[a] *theſ.2.* [b] de donatione mortis cauſa, *claſſ.2. diſputat.19.theſ.53. & ſeq.* de legato, & fideicommiſſo ſpeciali diſſeruimus *ſub Claſſ.3.diſput.8.*

66 Quod attinet modos adquirendi dominium rerum univerſarum, quales ſunt arrogatio, addictio rerum libertatis conſervandæ cauſa facta, adquiſitio delatæ hereditatis, & petitio bonorum poſſeſſionis delatæ, actum eſt de his ſupra, [a] excepta addictione illa rerum libertatis conſervandæ cauſa facta. [b]

[a] De arrogatione egimus ſub *Claſs.1.diſput. 11.theſ. 16. & ſeq.* de adquiſitione delatæ hereditatis diſſeruimus ſub *Claſs. 3. diſput. XI.* de petitione bonorum poſſeſſiones diſpeximus ſub *ead. Claſſ.3.diſp. XII.* [b] *de hac tract. Iuſtin.lib.3.Inſt.tit.XII.* cujus cum hodie uſus ſit exiguus, idcircò ejus explicatione hîc ſuperſedebimus.

Clas. V. Disputat. XXIII.

DE INTERDICTIS.

THESIS I.

De dominio, ejuſq; ſpeciebus & adquirendi illius modis hactenus. Succedunt deinceps actiones, [b] pro eo competentes; ut ſunt interdictum, & actio in rem, ita ſpecialiter dicta, & ab interdicto diſtincta. [c]

[a] *Vide theſin.2.diſput.1.& theſ.1.& 2.diſput.2.ſub hac Claſſe 5.* Quaſdam dominij actiones ſupra ſuis locis opportunè expoſuimus: De cæteris nunc ſeorſum agemus commodiùs. [c] *l.1. §.Eſt igitur 4.Verſ.Reſtituta, ibi,* aut interdicto expeditur, aut per actionem, *& §. Interdictū, ff.uti poßidet, l.non ſolum 39. in princ. ibi, in actionibus & interdictis, ff. de procurat. l. Theſaurus 15. ibi,* vel interdictum, vel judicium, *ff. ad exhib. & l.ult. C.de actionib.empt. & Vendit.* de his differentiis vide Mindan. *de interdict.c.2.num.29.& ſeqq.* Colleg. Argentorat. Iuſti Majeri *ad lib.43.ff.tit.1.theſ.8.* Cujac. *libr.5. obſerv.17. De interdictis multa ſcitu neceſſaria, nec ubivis obvia tradit Oldendorp. in claſſ.tit.de bonor.poſſeſſ.* adde Petr. Frider. Mindanum. *de interdict.* Menoch. *de remed.poſſeſſor.*

2 Interdicti autem notatio quæſit, quidque ab actione differat interdictum, Doctores ignorare videntur: qui Iuſtinianum [a] reprehendentes, negant interdictum appellari, quod inter duos ſit dictum; affirmantes, interdictum vocari, quaſi interim dictum, [b] eò quòd totam litem non perimat, ſed ad tempus duntaxat poſſeſſionem alterutri litigantium addicat, donec ſcilicet de proprietate ſive jure ipſo judicetur. [b]

[d] *§. Sunt tamen qui putant, Verſ.ſed tamen, Inſtit.de interdict.* [e] Aleiat. *lib.3.Parerg.c.15.& ad l.pecunia Verbum 48.§.actionis.ff.de Verb.ſignificat.* Cujac. *in Paratit.ff.de interdictis, Verſ. Acſcitè totius, & in Paratit. C.eodem tit.* Henric. Schilbock. *in comment. ad Inſtit.tit. de interdict. ad Rubric.* Vultej. *lib. 2.jurisprudent.Roman.c.21.* [f] Cum tamen nonnulla interdicta totam quæſtionem finiant: ut eſt interdictum de aqua cottidiana & æſtiva, *l.1. §. ult. ff.de aqua cottid. & æſtiv.* & interdictum de itinere actuq; privato, *l.3.§.hoc autem 13. Verſ.itaq; quis.ff.de itinere actuq; privat.* De hac nominis notatione vide omnino Mindan. *dict.tr.c.1.nu.32. & ſeqq.*

Hallu-

Hallucinantur & illi, qui interdictum inde appellatum volunt, [g] quod 3
ſit non quaſi inter duos, vel interim dictum, ſed quaſi interim edictum, eò quod edicere idem ſit, quod jubere, [h] & Prætor in omni interdicto jubebat quid fieri, vel non fieri. [i]

[g] Donell. *ad Rubric. C. num.* 3. [h] Eſt hoc falſum. Nam quibuſdam ſuis edictis Prætor nihil jubet, ſed tantùm actionem tribuit, nihilominus tamen ſunt edicta, non interdicta, *l. 1. in prin. ff. nautæ, caupon. ſtab. l. 1. in princ. ff. commodat. l. 2. in prin. ff. Quod cum eo, qui in alien. poteſt. l. 1. in prin. ff. Quando de pecul. actio annal. ſit. l. 1. §. 1. ff. depoſiti.* vel deneget actionem *l. ait Prætor 7. ff. de jurejur.* [i] Sed & in quibuſdam edictis jubet quid fieri Prætor, cùm tamen interdicta non ſint. *l. 4. §. 1. ff. de in jus vocand. tit. Ne quis eum, qui in jus vocabitur vi eximat. tit. in jus vocati ut eant, vel cautum dent. l. 4. in pr. l. 6. Prætor. ait 8. ff. de edendo. l. ſervum 33. §. ait prætor. 3. ff. de procurat.*

Nos autem Iuſtinianum ſecuti, aſſerimus quidem interdictum appellari 4
inde, quod inter duos ſit dictum, ſed alio ſenſu, quàm Ioan. Robertus [a] & poſt Concium, Weſenbec. [b] exiſtimant, [c]

[a] *lib. 3. ſentent. jur. c.* 19. [b] *ad §. 2. ſub lit. D. Inſt. de interdict.* [c] Volunt enim quod interdicta reddantur inter duos tantùm litigatores, non etiam inter perſona tres, duos ſcilicet litigatores, & judicem pedaneum, ad quos actiones referri aiunt, atque hinc interdicta vocari, & diſtingui ab actionibus. Hackelman. *illuſtr. quæſt. diſp. 21. theſ. 1. lit. A.* Hunn. *ad Treutl. vol. 2. diſp. 25. theſ. 1. quæſt. 1.* Arumæ. *exercit. 19. theſ. 9.*

Arbitramur autem interdictum hinc rectè quaſi inter duos dictum ap- 5
pellari, quod Prætoris edictum, quod continet interdictum ejuſmodi eſt forma & conceptio verborum, quibus non ſolùm quid fieri jubetur, aut prohibetur, [a] ſed & quæ ad duos tanquam præſentes litigatores diriguntur: cùm tamen edictum, quo Prætor actionem pollicetur, ad duos non referatur, quaſi præſentes litigatores, ſed indefinitè & in univerſum actio in eo promittatur. [b]

[a] *§. 1. Inſtit. de interdict.* Forſter. Iun. *lib. 4. diſp. 4. theſ. 1. lit. A.* [b] *l. 1. in princ. & §. Prætor ait. ff. de mortuo infer. l. 1. in prin. ff. quorum bonor. l. 1. in prin. ff. de tabul. exhib. l. 2. in prin. ff. ne quid in loco pub. l. 1. in princ. ff. de loco pub. l. 1. in princ. ff. de vi pub. l. 1. in princ. & §. Deinde ait Prætor. 19. & §. ultim. ff. de fluminibus l. un. §. Deinde ait Prætor, ff. ne quid in flumine pub. l. un. in prin. ff. Vt in flumine pub. l. un. in prin. ff. de ripa muniend. l. 1. in princ. ff. de vi & vi armat. l. 1. in prin. ff. uti poſſidet. l. 1. in princ. ff. de ſuperficiebus l. 1. ff. de itinere actuq; privat. l. 1. in princ. ff. de aqua cotid. & æſtiv. l. 1. in princ. ff. de rivis l. un. ff. de fonte. l. 1. in princ. ff. de cloacis. l. 1. in princ. ibi,* reſtituas. *ff. quod vi, aut clam. l. 2. in princ. ff. de precario, l. 1 in princ. ff. de arboribus cædend. l. un. ff. de gland. legend. l. 1. in prin. ff. de liber. exhib. l. un. ibi,* quo minus is eum ducat. *ff. Vtrubi, & l. 1. in princ. ff. de migrando.* Non obſtat *l. 1. in princ. ff. Ne vis fiat ei.* Ibi enim vel non tam interdictum, quàm edictum, & in eo actio quædam proponitur, uti arguit ejuſdem legis, *§. eſt autem generale hoc edictum, §. Hæc actio, §. Hoc edicto, & §. ult. ff. eod. tit.* Vnde ibidem in §. 1 pro interdictum legi debet edictum. monente etiam Cujacio *libr. 5. obſervat. c. 17.* vel quia ipſa Rubrica verbis interdicti concepta eſt, iccircò edictum etiam propoſitum in ipſo titulo pro interdicto habendum eſt: ſiquidem aliàs etiam interdicta licet in rem videantur concepta tanquam edicta, ut tamen ipſa perſonalia ſint *l. 1. §. pen. ff. de interdict.* Neque etiam obſtat *l. un. in pr. ff. ne quid in flumine pub.* Non enim ibi totum interdictum proponitur, ſed pars ejus prior, altera pars ſequitur in *§. Deinde ait Prætor,* ubi verba interdicti ad duos referuntur. [c] *l. 1. §. 1. ff. de dolo malo. l. 2. §. 1. ff. de capit. minut. l. 1. in princ. ff. nautæ caupon. ſtab. l. 1. in prin. ff. de publ. in rem act. l. 1. in prin. ff. de his, qui dejec. vel effud. l. 1. in princ. ff. de ſerv. corrupt. l. 1. in princ. ff. commodat. l. 2 in prin. ff. quod cum eo, qui in alien. poteſt. l. 1. in pr. ff. quando de pecul. act. annal. eſt. l. 1. §. 1. ff. depoſiti.*

Google

6 Et licet quædam interdicta verbis generaliter in rem videantur concepta, non quaſi ad præſentes perſonas directa, [a] vi tamen ipſa perſonalia ſunt omnia, [b] id eſt, perinde haberi debent, ac ſi verba eorum quaſi ad præſentes perſonas fuerint prolata. [c]

[a] Vt interdictum de quo *in l.1.ff. ne quid in loco ſacro, & in l.1. in princip. ff. ne quid in loco pub.* [b] *l.1. §. pen. ff. de interdict.* [c] Sicuti pleraq; interdicta verbis ita ſunt concepta, ut ad perſonas quaſi præſentes videantur directa, uti arguunt leges ad theſin præcedentem *ſub lit. B.* adductæ.

7 Differt itaque interdictum ab edicto (ut rectè etiam *Bartol.* [a] & eum ſecutus *Ioan. Robertus* [b] ſentiunt) quod ſpecies à genere, cùm omne interdictum ſit edictum, [c] licet alij aliter ſentiant. [d]

[a] *ad l.1. ff. de novi oper. nunciat.* [b] *lib. 3. ſentent. juris, c.19.* [c] uti patet ex inſcriptionibus legum, quæ ſub titulis de interdictorum ſpeciebus habentur in Pandectis. [d] Cujac. *libr. 5. obſervat. c.17. verſ. Nunc de,* Donell. *ad Rubric. Cod. de interdict. num. 8* & Dominus Althuſ. *lib. 2. Jurisprudentiæ Romanæ, c.6. verſ. 3. pag. 217. in prin.* Ioh. Robert. *lib. 3. ſentent. c.19.* Hilliger. *in Donell. enucleat. lib. 21. cap. 2. lit. m,* Zanger. *de except. libr. 2. c.1. num.* 109. Petr. Frider. *de interdict. cap. 2. num. 83. & ſeqq.*

8 Non ſolum tamen interdictum appellatur ipſum Prætoris edictum prædicta forma & conceptione verborum propoſitum, ſed & actio ejuſmodi edicto promiſſa, interdictum vocatur. [a] Vnde Prætor quando petentibus talem actionem dabat, interdicere, [b] & interdictum dare [c] dicebatur. Actor item hinc ſimiliter, cum de poſſeſſione, vel quaſi litem alicui m[illegible]t, interdicere, [d] & interdicto experiri, [e] & interdicto agere [f] dicitur. Dicimus quoque interdictum aliquibus inter aliquos competere, [g] & condemnationem interdicti eſſe. [h] Et denique ut actiones ſic interdictum edere quis dicitur. [k]

[a] *l.2. in princip. ibi,* interdictum dabo. *ff. ne quid in loco publ. l.1. in fin. ibi,* interdictum hoc perpetuo dabitur. *ff. de vi publ. l. Theſaurus 15. ibi,* vel interdictum vel judicium dari. *ff. ad exhibend.* Quibus locis interdictum dare, idem eſt, quod actionem ſive judicium ex interdicto dare *l.1. in princ. ibi,* judicium dabo, *ff. de vi & vi armat.* [b] *l. un. in princ. ibi, interdicam. ff. ut in flumine publ. l.1. §. Deinde ait Prætor, 29. ibi, interdicam, & §. Ait Prætor 37. ibi, interdicam, ff. de aqua cottid. & æſt. & l. un. in princ. ibi, interdicam, ff. de fonte.* [c] *uti arguunt leges ad lit. A. adductæ.* Diſſentit poſt Cujac. Vultej. *ad princ. tit. Inſtitut. de interdict. numer. 42.* [d] *l.1. §. pen. ff. de vi publ. l.3. §. ſi quis dolo, verſ. ut puta, ff. de tab. exhib. l. pen. ff. ne quid in loco pub. l.1. §. Quotiens, verſ. cùm autem, ff. de vi, & vi armat. l.3. §. Labeo 6. ff. uti poſſid. l.1. §. ſi rbi 11. ibi, ſi adverſus eum velis interdicere, ff. de itinere actuq; privat. l.3. §. ſed et ſi quis interdicturus, ff. ad exhib.* [e] *d. l. pen. ff. ne quid. in loco pub.* [f] *l.3. §.2. ibi, hoc interdicto agendum eſt, ff. de tab. exhib.* [g] *d. l.3. §. pen. & ult. ff. d. t.* [h] *d. l.3. §. condemnatio ff. eod.* [i] *l.1. in princ. ff. de edend.* [k] *l.3. ff. de interdictis, & l. ult. §. ult. ff. quod legator.*

9 Eſt igitur hujuſmodi interdictum [a] actio, [b] ex Prætoris edicto, quod interdictum vocamus, [c] de poſſeſſione vel quaſi [d] competens.

[a] Scilicet ſecundæ ſignificationis, *de qua in theſi præcedente.* [b] Per textus ad theſin præcedentem *ſub lit. a.* adductos. [c] Et hoc differt interdictum ab alia actione. [d] Interdictum quidem omne de poſſeſſione vel quaſi competit, *§.1. & §. ſequens de vi, Inſtitut. de interdict. & leg. 2. §. ultim. ff. eodem titul.* verum & actio de poſſeſſione conceditur, *ut ſequens theſis habet.*

10 Perperam [a] Doctores interdictum ab actione diſtinguunt, ipſa ſubjecta

mate-

materiâ affirmantes illud de poſſeſſione, vel quaſi competere, hanc verò dari de proprietate, vel jure quodam.

[a] Nam & actio de poſſeſſione conceditur, *l.2.C.de triticar.act.l.2.§.1.ff. de precario l.2.ff.de arboribus cadend.l.1.in princ.ff.Quæ in fraud.credit.l.Heres 21.ff.ad Senatuſconſultum Trebell. l.1.§.eſt igitur 4.§.Reſtituta.ff. uti poſſidetis,l.ult. C.de act.empt.*

Aſſerimus tamen conſtanter omne interdictum de poſſeſſione vel quaſi conceſſum: [a] nullum de ſola proprietate, aut jure quodam tributum: quamvis quædam etiam rei perſecutionem, & quaſi proprietatis cauſam contineant. [b] Siquidem in eis de quaſi proprietate etiam probationes deſiderentur. [c] 11

[a] Vt diviſio interdictorum *in l.2.§. ultim. ff. de interdictis, & in §. ſequens diviſio, Inſtit. eod.tit.* tùm etiam definitio interdicti *in §.1.Inſtit.dict.tit.* propoſita facilè declarant. [b] *d.l.2.§. quædam interd.ff.eod.tit.* Cujac. *in libr. 63. Pauli ad edictum, pag.*119. *& ſeq.* & Donell. *ad Rubric. C.de interdict.num.*6. [c] Veluti in interdicto de itinere actuq; privato reficiendo, *l.3. §. ait Prætor.*11. *juncto. §. Hoc autem.ff. de itinere, actuq; privat.* & interdictum de aqua cottidiana & æſtiva, *l.1.§.ult.ff.de aqua cottid.& æſt.*

Et quia interdictum omne eſt de poſſeſſione vel quaſi, iccircò ejus judicium poſſeſſorium appellatur, [a] ut actionis in rem judicium petitorium. [b] 12

[a] *c.Paſtoralis, & c.ſeq.extra de cauſa poſſ.& propr.* [b] *c.cum dilectus, extra d.t. & l.qui petitorio* 36. *in princ.ff.de rei vindicat.*

Etſi verò ut actio, ſic & interdictum olim à Prætore impetrari ſolebat, qui litigaturo quadam in formula id dabat, judicemque ipſis partibus conſtituebat, qua ex re judicia dicebantur ordinaria: [a] poſtea tamen, ut impetratio actionis & formula ejus ſublata fuit, & ipſo jure actio competere cœpit: [b] atque inde judicia facta ſunt extraordinaria: [c] Sic & interdictum poſtulari deſiit: idq; ipſo jure ex ipſo edicto abſque impetratione competere cœpit: [d] ita ut perinde hodie judicetur ſine redditis interdictis, ac ſi utilis actio ex cauſa interdicti reddita ſit: [e] quæ actio alibi [f] exemplo interdicti, alicubi [g] ad inſtar ſive ad exemplum interdicti (quod ſcilicet à Prætore dari ſolebat) competere dicitur. 13

[a] Petr.Faber. *lib.4.conjectur.c.7.* [b] *l.2.Cod.de formulis, & impetrationibus actionum ſublat.* ubi Cujac. *in Paratit.* [c] *Inſt.tit.de ſucceſſionib.ſublatis.* [d] *l ult.C. de interdict.* [e] *l.pen. C.d.tit. & §.ult.Inſt.eod.tit.* [f] *l.2.C.unde vi.* [g] *l.4.C.d.t.& l.3.C.de interdict.*

Vtrum autem interdictum in rem actio ſit, vel in perſonam, dubio non caret. Et licet in rem eſſe videntur omnia; [a] attamen pleraque in perſonam eſſe arbitramur, ut quæ ex delicto ſunt. [b] Ex conventione eſt interdictum precarium. [c] Sed interdictum de liberis exhibendis in rem eſſe videtur. [d] 14

[a] *Per l.1. in prin.ff.de interdict.* & docet Dominus Vultej. *libr.2. Iuriſprudent. Rom. cap.*21. *verſ.unde actionum.* & Dominus Althuſ. *lib.2.Iuriſprud.Rom.cap.4.verſ.Reales actiones.* [b] Interdictum unde vi in perſonam eſſe arguit textus expreſſus *in l.cum à te 7.ff.de vi & vi armat.* & docet Cujac. *in libr.24.Pauli ad edictum pagin.*412. *colum.2.* & Donell. *libr.15. commentar. capit.*31. *pag.* 468. *& pag.* 474. *lin.* 5. Idem ergo de cæteris etiam, quæ ob vim dantur, judicandum erit; quippe cum vis maleficium ſive delictum ſit, *l.1.§.ſed etſi* 14. *ibi.* in maleficio, *& §.Quod igitur. ibi,* maleficij cauſa, *& l. penultim. in fin. ibi,* quia ex ipſo tempore delicti, *ff.de vi & vi armat.* Donell. *dict.lib.15.cap.32.in fin. & cap.ſequent, in fin. & cap.37. in princ.*
ubi do-

Digitized by Google

ubi docet, quod omnia interdicta ſint ex maleficio, exceptis duobus, uno de migrando, altero de precario. Sed & interdictum de migrando ex maleficio eſſe reor, *per l.1. in fine principij, ibi. vim fieri veto, ff. de migrando.* [c] *l.1. in princ. & l.2. §.2. ff. de precario.* [d] *argum. l.1. ff. de liberis exhib. junct. l.1. ff. de liberis exhib. junct. l.1. §. per hanc 2. ff. de rei vind.*

15 Cæterùm interdicta competunt aut de rebus divinis, aut de humanis rebus.

l.1. in prin. ff. de interdict.

16 Divinæ res, de quibus interdicta competunt, ſunt loca ſacra, & religioſa. [a] De locis ſacris eſt interdictum, ne quid in loco ſacro fiat. [b] Idque porrigitur etiam ad loca ſancta, veluti muros, portas, aliaque ſancta loca. [c] Et pertinet non ad id quod ornamenti cauſa in loco ſacro vel ſancto fit, ſed quod deformitatis, vel incommodi fit cauſa: [d] eſtque populare. [e]

[a] *dict. leg.1. in princ. ff. dict. tit.* [b] *l.2. §.1. ff. eodem tit. & toto tit. ff. ne quid in loco ſacro* [c] *l.2. & l.3. ff. dict. t.* [d] *l.1. §.2. ff. eodem tit.* Veluti ſi ædificetur in loco ſacro, vel ſancto, *§. ſumma, verſ. Prohibitoria, Inſtit. de interdict.* [e] *argum. l. Iubemus 14. §. ſanè 5. C. de SS. Eccleſ. & l. ſi quis 10. C. de Epiſc. & Cleric.* & docet Cujac. *in paratit. ff. Ne quid in loco ſacro*, & Weſenbec. *ibidem in Paratit. num. ultim.* & Arnold. ab Haerſolte. *in adverſarijs de actionibus ad 6. partem Pandectar. act. 51. num. 3. & ultim.*

17 De locis religioſis eſt interdictum de mortuo inferendo, & de ſepulchro ædificando, vel reficiendo; quod competit contra illum, qui vim facit, qui licite mortuum in locum religioſum infert, aut ſepulchrum ædificat, reficitve.

d. l.2. §.1. ff. de interdict. & l.1. & tot. tit. ff. de mortuo inferend. ubi Cujac. & Weſenbec. *in Paratit.*

18 Res humanæ, de quibus redduntur interdicta, vel nullius ſunt, vel ſunt alicujus. Nullius res ſunt, liberæ perſonæ: [a] de quibus exhibendis, & ducendis interdicta competunt.

d. l.1. in princ. ff. de interdict. l.1. & tot. tit. ff. de homine lib. exhib. & l.1. & toto tit. ff. de liber. exhib. item ducend.

19 Res, quæ alicujus ſunt, aut publicæ ſunt, aut ſingulorum. Publicæ, ut loca publica, viæ publicæ, flumina publica; [a] de quibus competunt interdicta varia. [b]

[a] *l.1. in princ. verſ. publica, ff. de interdict.* [b] Quæ proponuntur *ſub tit. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. lib. 43. Digeſtor.*

20 Res ſingulorum, de quibus interdicta competunt, vel ad bonorum univerſitatem pertinent, vel ad res ſingulas. De bonorum univerſitate eſt interdictum, *quorum bonorum*: De rebus ſingulis eſt interdictum, *uti poſſidetis*, & *interdictum de itinere actuq; privato.*

d. l.1. in fine principij. ff. de interdictis.

21 Secundò, interdicta aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria, aut exhibitoria.

d. l.1. §.1. ff. de interdict. & §. Summa autem, Inſt. eod. tit.

22 Prohibitoria ſunt, quibus Prætor aliquid fieri vetat; veluti vim ſine vitio poſſidenti: vel mortuum inferenti, cum ei jus erat inferendi; vel in loco ſacro ædificari: vel in flumine publico ripave ejus aliquid fieri, quo pejus navigetur.

§. Pro-

§. Prohibitoria, Inſtit. d.t.

Vim ſine vitio poſſidenti fieri dicimus, cùm quis vel rei ſervandæ cau- 23
ſa, vel cauſa ſervandi legati aut fideicommiſſi, vel ventris nomine, vel ex a-
lia cauſa in poſſeſſionem miſſus eſt, ſed venire in poſſeſſionem ab aliquo
prohibetur, vel cum veniſſet in poſſeſſionem, eâ pulſus eſt.

l.1. §.2. & §.3. l.4. in prin. & §. pen. & ult. ff. ne vis fiat ei, prohibitorium hoc eſſe interdictum arguit *l.3. Prætor 2. ff. d. tit.*

Competit utile hoc interdictum ei, qui certis modis in heredis bona 24
miſſus eſt, ſed non admittitur in his bonis.

l.3. §.1. ff. dict. tit.

Continet autem hoc interdictum utilitatem creditoris; ut quantum e- 25
jus intereſt, poſſeſſionem habere, ei tantùm, qui prohibuit, condemnetur.

d. l.1. §. hac verba. ff. eodem tit.

Suo quis an alieno nomine prohibitus ſit, nihil intereſt: Et tam is te- 26
netur, qui ſuo nomine, quam qui alieno nomine prohibuit. [a] Quod ſi do-
mini, vel patris nomine prohibitus quis ſit à poſſeſſione, in ipſos dabi-
tur, quaſi per alios hoc fecerint. [b]

[a] *l.2. ff. dict. tit.* [b] *l.1. §. ſi domini. 7. ff. eodem.*

In pupillum tamen, qui doli capax non eſt, & in furioſum non datur 27
interdictum.

d. l.1. §. hoc edicto. ff. d. tit.

In heredes ſimileſq; perſonas non datur: niſi in id, quod ad eas perve- 28
nit. Sed heredi, ſimilibuſq; perſonis conceditur.

d. l.1. ult. ff. eodem tit.

Competit autem intra annum hoc interdictum ſive interdicti actio, ex- 29
cepta legatorum miſſione Nam cum prohibitus quis eſt, legatorum vel fi-
deicommiſſorum cauſa poſſeſſionem adipiſci, tunc actio & perpetua eſt, &
in heredem dabitur.

dict. l.1. §. ultim. ff. d. tit.

Qui miſſus eſt in poſſeſſionem fideicommiſſi ſervandi cauſa, & non ad- 30
mittitur, vel hoc interdicto uti poteſt, vel poteſtate ejus inducendus eſt in
poſſeſſionem, qui eum miſit, etiam per manum militarem.

l.3. in princ. ff. dict. tit.

Idem quoque judicandum eſt de eo, qui certis modis in bona heredis 31
miſſus, ſed non admiſſus fuit.

d. l.3. §.1. ff. eodem tit.

Deinde vim ſine vitio poſſidenti fieri dicimus, cum duo de poſſeſſione 32
contendunt, & uterque ſe poſſidere affirmat, alter autem alterum in poſ-
ſeſſione turbat. Unde inter eos interdictum prohibitorium, UTI POS-
SIDETIS, ſi lis ſit de prædii poſſeſſione: [a] vel UTRUBI, ſi de rei mobi-
lis poſſeſſione contendant, locum habet. [b]

[a] *l.1. in princip. & 1. & tot. tit. ff. uti poſſidet. & l. un. C. eod. tit.* De interdicto, uti poſſidetis, fusè egimus *ſub claſſe 4. diſputat. 5. theſi 40. & aliquot ſeqq.* [b] *l. un. ff. de utrubi.* De hoc interdicto tractatum eſt ſupra *dict. Diſputat. 5. Theſi 61. 62. & 63.*

Quod ſi contentio ſit inter duos de ſuperficie, tunc illis prohibitorium 33

interdictum de ſuperficie jure comparatum eſt, ſimile interdicto UTI POSSIDETIS, proindeq; ut illud, duplex.

l.1.ff.de ſuperficiebus. De hoc interdicto vide *ſub dict.claſſe 4.diſput.5.theſ.*64.65.66 67.68. & 69.

35 Sunt quoq; prohibitoria interdicta tributa quaſi poſſidenti ſine vitio iter, actum, aut viam; unum de retinendo uſu itineris, actusque privati, & viæ; alterum de itineris actusq; refectione.

Tot.tit.ff.de itinere actuq; priv. de utroque hoc interdicto egimus ſupra *ſub eadem claſſe 4.diſputat.5.theſ.*70.71.72. & 73.

36 Hujus quoque generis prohibitorium interdictum duplex comparatum quaſi poſſidenti ſine vitio aquæductum: unum de uſu aquæductus, alterum de ejuſdem refectione.

Tot.tit.ff.de aqua cottid. & *æſtiva.* De his interdictis diſſeruimus ſupra *dict. diſput.5.th.*74.75.76.77.& 78.

37 Ejuſdem generis prohibitoria interdicta duo tributa ſunt quaſi poſſidenti ſine vitio aquæductum, & pecoris ad aquam appulſum; unum de uſu fontanæ aquæ, alterum de fontis refectione.

l.un.ff.de fonte. De hiſce ambobus interdictis actum ſupra *dict.diſputat.5.theſ.*80. & *ſeq.*

38 Eſt præterea prohibitorium interdictum poſſidenti jus cloacæ privatæ tributum, ſi ei, purgare, aut reficere cloacam volenti, vis fiat.

l.1.in prin. & *§§. aliquot ſeqq. ff. de cloacis.* De hoc diſpeximus interdicto ſub dicta *diſp.5. theſi* 82.83.84.85.86.

39 Atq; hæc ſunt interdicta prohibitoria, quibus Prætor vim fieri vetat ſine vitio poſſidenti. De interdicto de mortuo inferendo breviter egimus ſupra [a] ut & de interdicto de loco ſacro. [b] De prohibitorio interdicto, quod eſt de flumine publico, ripave ejus, nunc paucis diſpiciemus.

[a] *Theſi* 17. [b] *Theſi* 16. *cujus meminimus ſub theſi* 22.

40 Flumen publicum hic dicimus, quod eſt perenne, [a] & navigabile. [b] Et ripam vocamus id, quod pleniſſimum flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens. [c]

[a] *l.1.§. Fluminum* 3.*ff.de fluminib.* [b] *dict.Rub.de fluminib. ibi,* quo pejus navigetur, & *l.1. in princ.ibi,* quo ſtatio iterve navigo deterior ſit. & *§.non autem.*12.*ff.d.t.* [c] *d.l.1.§. Ripa* 5.& *l.pen.§.1.ff.eod.*

41 Contra eum autem, qui in flumine publico, ripave ejus quid facit aut immittit, quo deterior ſtatio, vel iter navigio fiat, interdictum prohibitorium competit, ut à conatu illo abſtineat. [a] Idq; populare eſſe cum Cujacio [b] remur.

[a] *l.1. in princip. §.in flumine.* 11. & *§.ſeq.ff.de fluminibus* [b] *in Paratit.ff. eodem tit.*

42 Stationem dicimus à ſtatuendo. Eſtque locus is, ubicunque naves tutò ſtare poſſunt. [c] Navigii appellatione non modò naves, ſed & rates continentur. [d]

[c] *d.l.1.§. Stationem* 13 *ff.d.t.* [d] *d l.1.§ ait Prætor.*14.*ff.eod.tit.*

43 Deterior autem ſtatio, itemque iter navigio fieri videtur, ſi uſus ejus corrumpatur, aut difficilior fiat, aut minor, vel rarior, aut ſi in totum auferatur. Proinde ſive derivetur aqua, ut exiguior facta, minùs ſit navigabilis:

vel ſi

vel ſi dilatetur, aut diffuſa; brevem aquam faciat: vel contra ſi coanguſtetur, & rapidius flumen faciat; vel ſi quid aliud fiat, quod navigationem incommodet, difficiliorem faciat, vel prorſus impediat, interdicto huic locus erit.

d.l.1.§. deterior 15.ff.d.t.

Quod ſi flumen navigabile non ſit, & in eo quid fiat, ut exareſcat, vel aquæ curſus impediatur, utile interdictū competit: ne vis fiat ei; qui quod factum eſt, quo curſus flumini deterior ſit, tollere, demoliri, purgare, reſtituere viri boni arbitratu poſſit. 44

d.l.1.§. Non autem 12. verſ. Sed Labeo ſcribit, & §. ſed et ſi 18. ff. d. tit.

Similiter ſi in mari quid fiat in velitore ejus, quo portus, ſtatio, iterve navigio deteriùs fiat, competit interdictum. 45

d.l.1.§. ſi in mari 17. ff. eod. tit.

Quod ſi in inſula quid fiat, contra interdictum exceptio competit, non etiam ſi quid ripæ tuendæ cauſa fiat.

d.l.1.§. ſi inſula 6. junct. §. Labeo ſcribit. 16. ff. d. tit.

SEQUITUR de interdictis reſtitutoriis, quibus Prætor reſtitui aliquid jubet, veluti bonorum poſſeſſori poſſeſſionem eorum, quæ quis pro herede, aut pro poſſeſſore ex ea hereditate poſſidet: aut cum jubet ei, quive de poſſeſſione dejectus ſit, reſtitui poſſeſſionem. 46

[a] *Reſtitutoria. Inſtit. de interdictis.*

Eſt igitur interdictum QUORUM BONORUM, reſtitutorium interdictum: [a] ut & interdictum UNDE VI. [b] 47

[a] *l.1.§.1. ff. Quorum bonor.* [b] *§. Recuperandæ poſſeſſionis, Inſt. de interdict.*

Interdictum QUORUM BONORUM competit ei, cui ex edicto Prætoris bonorum poſſeſſio, ex teſtamento vel ab inteſtato delata, data eſt, id eſt, qui apud magiſtratum bonorum poſſeſſionem agnovit, & quidem ex vera & juſta cauſa; ut ſi probaverit, ſe eſſe fratrem, ſi tanquam frater petierit bonorum poſſeſſionem, *unde legitimi*: vel ſe eſſe filium, ſi tanquam filius præteritus petierit bonorum poſſeſſionem contra tab. 48

l.1.ff. quorum bonor. l.1. & l.2. C. eod. tit. ubi Cujac. *in Paratit.* de hoc interdicto vide Paul. Chriſtinæ. *Vol. 4. d. ciſ. Belgic.* 133.

Competit & illi, qui ex teſtamento, vel ab inteſtato delatam hereditatem agnovit; [a] ſed directum, an utile, interpretes variant; Nos huic utile dari interdictum arbitramur. [b] 49

[a] *l.1. C. dict. tit.* Diſſentit Cujac. *in Paratit. ibidem in fine.* [b] Nam edictum Prætoris de eo nominatim loquitur, cui ex Prætoris edicto poſſeſſio data eſt, *l.1, in princip. ff. eodem tit.* Unde ei, qui delatam hereditatem non jure prætorio, ſed civili jure ſuſcepit, utile tantum hoc interdictum competit. Id quod ſentiunt etiam Dd. quos refert & ſequitur Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 1. num. 33. & ſeq.* Weſenbec. *in Paratit. ff. quorum bonorum, num. 7.* Diſſentit Donell. *ad tit. quorum bonor. num. 3.*

Sed an ſuo etiam heredi competat, in dubium vocatur? ſiquidem hic ipſo jure ſit heres. Et huic quoque illud tribui aſſerimus. [a] Itemque Vaſallo, feudi ſucceſſori; non etiam ei, qui abuſiva inveſtitura à domino inveſtitus fuit. [a] 50

Digitized by Google

[a] Nec enim ſuus heres poſſeſſionē rerum hereditariarum abſq; adprehenſione adquirit, per allegata *ad th.* 10. *diſputationis X I. ſub Claſſe* 3. Vide quoq; Minſing. *cent.* 3. *obſerv.* 38. [b] Scabini Lipſienſ. *quæſt.* 8. Vide Cravettam. *conſil.* 674.

52 Competit autem hoc interdictum I. adverſus eum, qui pro herede, prove poſſeſſore poſſidet aliquid de iis bonis, de quibus agitur. II. adverſus eum, qui vel uſucapione aliena, vel dolo fecit, quo minus pro herede prove poſſeſſore poſſideret. Debitores verò hereditarii hoc interdicto non tenentur; ſed tantùm corporum poſſeſſores. [b]

[a] *l.* 1. *ff. Quorū bonor.* & *§. adipiſcendæ poſſeſſionis. Inſt. de interd.* Donell. *ad C. eundem Tit. n.* 9. 11. & 12. *quæ etiam vide n.* 6. 7. & 8. [b] *l.* 2. *ff. d. t.* Cujac. *in lib.* 20. *Pauli ad edictū pag.* 306. *col.* 2.

53 Etſi verò hoc interdictum ad univerſitatem bonorū pertinere dicatur,[a] & verè pertineat, ſi ipſum actorem ſpectes, ex cujus jure metimur actionē, cùm de ejus conditione agitur: [b] attamen competit quoq; de rebus ſingulis, etiam minimis, quas quis pro herede, vel poſſeſſore poſſidet. [c]

[a] *l.* 1. *§.* 1. *ff. Quorum bonorum,* [b] *l.* 1. *§.* 1. *ff. ſi pars heredit. petatur.* [c] *d. l.* 1. *in princ. ibi.* Quod de his bonis, *ff. Quor. bonor. l. Regulariter* 9. & *l. ſeq. ff. de petit. heredit.* Donell. *ad tit. C. Quor. bonor. n.* 10. Vide etiam Menoch. *de adipiſc. poſſ. Remed.* 1. *num.* 80. & *ſeqq.*

54 Et quidem in hunc finem hoc agitur interdicto, ut in actorem reus corpora hereditaria,[a] id eſt, poſſeſſionem [b] rerum hereditariarum transferat.

[a] *l. ult. C. Quor. bonor.* [b] *l.* 1. *C. d. tit. §. adipiſcendæ verſ. Ideo autem, Inſtit. de interdict.* Vide Donell. *ad tit. C. Quor. bonor. n.* 13. Impedit autem hujus remedii executionem exceptio dominii, Menoch. *de adipiſc. poſſ. Remed.* 1. *numer.* 103. & *ſeq.*

55 Huic interdicto affine eſt remediū l. ult. C. de edict. D. Hadr. tollend. quod perpetuum & duplex eſt; unum de in hereditariarum rerum poſſeſsionem miſsione ſcripti ex aſſe vel ex parte heredis, qui contradictorem habet nullum: alterum eſt condictio ex illa lege, competens ſimiliter ita ſcripto heredi, ſed contradictorem habenti. Et vincit hac conditione, vel contra eam oppoſita exceptione, qui potiora jura habere videtur, de quo ſummatim Judex cognoſcit.[a] Inſtitutas autem ſubſtituto præfertur,[b] ſive ſubſtitutus ſit directò ſive per fideicommiſſum ante reſtitutam hereditatem. [c]

[a] *d. l. ult. C. de edict. D. Hadr. tol.* [b] *l.* 1. *C. d. tit.* Sed videntur ambo mittendi *per l. Filiam* 56. *ff. ad SCtum Trebell.* [c] *l. Filiam ff. ad SC. Trebell.* De hoc remedio Vide Menoch. *adipiſc. poſſ. remed* 4. Cravett. *conſil.* 341. Hartm. Piſtor *lib.* 4. *quæſt.* 10. Weſenbec. *conſil.* 81.

56 Mittitur a. ſcriptus heres in poſſeſsionē earum rerū, quas mortis tempore teſtator poſſedit: In poſſeſsionē aliarū rerū, quas alius juſta ex cauſa poſſedit nō ante mittitur, quā petitione hereditatis, aut rei vindicatione egerit.

d. l. ult. §. Sancimus, verſ. mittatur quidem, C. de edict. D. Hadr. toll.

Sed dubium habet, mittaturne ſcriptus heres in corpora tantùm hereditaria, an v. etiam in actiones & jura? Accurſius in actiones mitti negat,[a] ut
57 & alii communiter: [b] Vaudus [c] autem, & alii affirmant, quos ſequimur. [d]

[a] *ad d. l.* 3. *in verb.* legitimo, *circa finem, C. d. t.* [b] Quos ſequitur Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. Remed.* 4. *num.* 393. [c] Per rationes à Vaudo propoſitas, *lib.* 1. *quæſt.* 33. Remedium hocce quando competat ante verbalem conſtitutionem. Vide Hondedæ. *Vol.* 1. *conſil.* 64.

58 Eſt item, ut & ſupra meminimus, Interdictū UNDE VI reſtitutorium. Sed de hoc latè fuſeq; diximus ſub Claſſe 4. Diſp. V. th. 3. & aliquot. ſeqq.

Vide etiam Matth. Weſenb. *conſil.* 209. Paul. Chriſtinæ. *Vol.* 4. *deciſ. Belgic.* 135. & *ſeqq.* Iacob. Omphal. *de uſurpat. leg. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 26. & *ſeqq.*

Eſt

Eſt præterea reſtitutorium interdictum de eo *quod quis in flumen publicum, ripamve ejus immiſſum habet*, ut ſcilicet id reſtituat. 59

l.1.§.Deinde ait Prætor 19.& §§.ſeqq.ff.de fluminib.

Eſt quoque interdictum *quod vi, aut clam*, reſtitutorium: ſed de eo etiam 60
fusè egimus ſupra.

Sub Claſſe præced.4.diſput.5.theſi 88.& ſeqq.

Eſt etiam reſtitutorium interdictum, *quod legatorum:* [a] quo agit heres, 61
vel bonorum poſſeſſor, [b] aut horum ſucceſſor, [c] adverſus legatarium aut fideicommiſſarium, vel eorum ſucceſſorem, etiam ſingularem, [d] adhoc ut reſtituat, [e] quod legatorum nomine abſque voluntate [f] ipſius heredis, vel bonorum poſſeſſoris legatarius occupavit, & nunc poſſidet, aut dolo poſſidere deſijt. [g]

[a] *l.1.§.& continet 2.ff.quod leg.tit.* [b] *l.ult.§.1.ff.d.t.* [c] *d.l.1.§.3.ff.eod.* [d] *l.1.§.legatorum & §.Illud tenendum 13.ff.d.t.* [e] *d.l.1.§.2.§.quod ait 7.& §§.ſeqq l.2.§.2.ff.eod.tit.* [f] *d.l.1.§.2.& §.quod ait Prætor 11.ff.d.t.* [g] *l.1.§.quod ait 7.ff.d.t.* vide Donell. *ad eundem tit. Cod.num.2.& 4.*Omphal.*de uſurpat. legum.libr.4.capit.17.num.5.& ſeqq.* Paul. Chriſtinæ. *Vol.4. deciſ.Belgic.*134.

Quod ſi incertum fuerit, utrùm quis pro legato, an pro herede vel pro 62
poſſeſſore poſſideat, & hereditatis petitio inſtituenda, & hoc interdictum reddendum eſt: ita tamen ut proteſtetur actor, ex altera actione ſe conſequi velle, quod ſe contingat.

dict.l.1.§.4.ff.d.t.

Ex hoc interdicto qui non reſtituit, in id quod intereſt, condemnari 63
debet.

l.2.§.2.ff.h.t.

Ideò autem hæc, occupatæ vacuæ poſſeſſionis reſtitutio petitur, ut heres vel bonorum poſſeſſor, recepta re occupatâ, per ejus retentionem ſibi ſervare poſſit. 64

l.1.C.quod legator.

Qui autem hoc interdicto agit, legatorum nomine ſatisdare paratus eſſe debet. 65

l.1.§.Quod ait Prætor 16.& §§.ſeqq.& l.2.ff.d.t.

Reſtitutorium denique interdictum eſt [a] *interdictum precarium* [b] de quo 66
ſub Claſſe 2.diſput.9.theſ.33 & ſeqq.

[a] *l.2.§.1.ff.de precar.* [b] *Ita appellatur in l.& habet 15.§.cum quis, ibi,* precarium interdictum, *& leg.duo in ſolidum 19.§.1.ibi,* precario interdicto, *ff dict.tit.*

Reſtant exhibitoria interdicta, quæ ſunt, quibus Prætor jubet aliquem 67
exhiberi; veluti eum, cujus de libertate agitur: aut libertum, cui patronus operas indicere velit: aut parenti liberos, qui in poteſtate ejus ſunt.

§.Exhibitoria, Inſtit.de interdict.

Eſt ergò exhibitorium interdictum, interdictum DE LIBERO HOMINE EXHIBENDO. Idque competit omnibus, [a] liberum hominem exhiberi deſiderantibus, humanitatis & libertatis alienæ tuendæ cauſa, [b] atque ita officii cauſa, [c] adverſus eum, qui dolo malo [d] hominem liberum retinet. 68

 [a] l.3.

[a] *l.3.§.Hoc interdictum 9.ff.de homine lib.exhib.* [b] *l.1.§.1.& d.l.3.§. Hoc interdictum, 9.ff. eod.t.* [c] *l.2.§.1.verſ.juris ſui.ff.de interdictis* [d] *l.1.& l.2.§.2.& §§.ſeqq.ff.dict.tit.* Vide Mindan.*lib.2.de proceſsib.ca, 11.52.*

69 Competit ergò etiam patri de exhibendo filio emancipato, item matri de exhibendo filio, filiave, [a] tùm etiam marito de exhibenda uxore, ac ducenda. [b]

[a] *l.2.C.de liberis exhib.* [b] *l.3.C.eod.tit.l.2.ff.d.t.de liberis exhib.* Gilhauſ.*in arbor.civil.cap.3.num.*136.

70 Creditori non competit de exhibendo debitore latitante, qui apud alium eſt.

l.ult.§.ult.ff.d.t.Donell.ad tit.C.de liberis exhib.num.5.

71 Eſt quoque exhibitorium interdictum de liberto exhibendo, patrono competens.

d.l.2.§.1.in fin.ff.de interdict.

72 Eſt item exhibitorium interdictum de liberis exhibendis, quod competit parentibus, qui ipſos liberos in poteſtate habet, adverſus eum, apud quem ſunt liberi, non tamen ſua ſponte.

l.1.& l.ult.ff.de liberis exhib.

73 Hujus interdicti, ut præparatorij, ſequela eſt interdictum *de liberis ducendis*, quod prohibitorium eſt.

l.3.& l.pen.ff.d.t.

74 Similiter exhibitorium interdictum propoſitum eſt de *tabulis teſtamenti exhibendis ſive proferendis:* [a] quod competit his, qui aliquid in eis adſcriptum habent, ut ſunt heredes primi vel ſecundi exiſtente caſu ſubſtitutionis: [b] Item legatarij & fideicommiſſarii, quorum intereſt: [c] adverſus eum, penes quem ſunt eæ tabulæ, ſi neget exhibere ſe eas poſſe vel debere: [d] Adverſus eum, qui non negat, hoc interdictum non competit, ſed extra ordinem eas exhibere compellitur. [e]

[a] *l.3.§.hoc 7.ff.de tab.exhib.* [b] *l.un.C.d.t.* [c] *d.l.3.§.ſolent,ff.eod.* [d] *l.1.§.1.ff.h.tit.* [e] *l.2.§.ult.ff.teſtamenta quemadmod.aper.*

75 Competit quoq; heredi, cæteriſque ſucceſſoribus illius, cui quid adſcriptum eſt in teſtamento: Et competit etiam poſt annum.

l.3.§.pen.& ult.ff.de tab.exhib.

76 Quod ſi reus non exhibeat teſtamenti tabulas, tunc condemnatio hujus judicii, quanti interfuit, æſtimari debet.

d.l.3.condemnatio 11.ff.d.t.

77 Eſt & illud hic notandum, quod licet quædam interdicta mixta dicantur, prohibitoria & exhibitoria: [a] attamen ea invicem revera eſſe diſtincta. [b] Eſt etiam interdictum quoddam & prohibitorium & reſtitutorium: [c] Quoddam quoq; & exhibitorium & reſtitutorium. [d]

[a] *l.1.§.1.ff. de interdict.* [b] *l.3. §. 1.ff.de liber. exhib.* [c] *l. 3. §. Prætor 2.ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ.miſſ.erit.* [d] *l.1.§.In hoc 2.D.de lib.exhib.* Cujac.*in Paratit.Cod.de tab.exhibend.*

78 Tertiò interdictorum ad rem familiarem pertinentium quædam adipiſcendæ poſſeſſionis cauſæ comparata ſunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ.

l.2.§.

l.2.§.ult.ff.de interdict. & *§.ſequens diviſio, Inſtit.eod.tit.*

Adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa interdictum eſt, quod competit ei, qui ante nactus non eſt poſſeſſionem. Ejuſmodi quoq; interdictum eſt, quod adcommodatur bonorum poſſeſſori, & appellatur QUORUM BONORUM, de quo ſupra egimus. 79

d.l.2.§.ult. & *§.adipiſcendæ, Inſtit.d.t.*

Salvianum quoq; interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparatum eſt: [a] Idq; de pignoribus datur locatori domino fundi ad perſequendam poſſeſſionem rerum coloni in fundum invectarum, & illatarum, atq; pro mercede locationis pignori ſpecialiter obligatarum [b] 80

[a] *l 2.§.ult.verſ.Salvianum quoq;,ff.de interd.* & *§.Interdictum quoq; Inſt. eod.* De hujus interdicti requiſitis vide Franciſc. Vivium *deciſ.*395. [b] *Dicto §. Interdictum quoq;* & ibi Theophil. *Inſt.d.t.* & *l.1.* & *l.2.ff.de Salviano interdict.* Donell. *ad l.1.num.*1.2.3. & 4.*C.de precario,* & *Salv.interdict.* Inducta enim invecta, & illata in fundum conductum, non aliter pignori ſunt, quam ſi id expreſſo pacto cautum fuerit, *l. Debitor 32.ff.de pig.* & *hypoth.l.4.in princ.verſ. In ruſticis,ff.In quibus cauſ.pign.vel hypothec.tac.contrah.* & *l.5.C.de locat.* & *cond.*

Competit autem hoc interdictum non tantùm adverſus conductorem colonum, ſed & adverſus quemvis extraneum poſſeſſorem. 81

l.1.§.1.ff.de Salviano interdict. Donell. *ad l.1.num.5.C.de precario.* Theſaur. *deciſ.*176. Hoc interdicto agens quid probare debeat. Hondedeus *vol.2.conſ.*17. & *conſ.*24. contra quos competat tradit idem Honded. *vol.2.conſil.*25.

Sed ſi colonus in extraneum alienaverit rem pignori obligatam, utile interdictum locum habet. 82

d.l.1.in princip.ff.de Salviano interdict. Donell. *ad dict.l.1.num.2.Cod.de precario.*

Sed controverſum eſt, competatne hoc interdictum etiam alij locatori, & cuivis creditori, ad perſequendam poſſeſſionem rerum cujuſcunq; debitoris pignori tacitè vel expreſsè obligatarum? Nos quaſi Salvianum competere affirmamus. 83

Per text.in d.l.1.ibi,adverſus conductorem, debitoremve, C. de precario, & *Salvian. interd. junct.§.Quaſi Serviana,Inſtit.de actionib.* & docet Cujac. *in Paratit.Cod.tit.de precario,* tum etiam Vultej. *ad §.Adipiſcendæ,n.9. Inſtit.de interdict.* Diſſentit præter alios Donell. *ad d.l.1. num.*3. Vide Merendam *part.2.controv.*37.

Retinendæ poſſeſſionis cauſa comparatum eſt interdictum, UTI POSSIDETIS, ET UTRUBI. Cujuſmodi interdicta totam quæſtionem non finiunt, ſed præparant tantùm cauſam, & ad poſſeſſionem duntaxat temporariam pertinent. 84

§.Retinendæ poſſeſſionis, & *§.ſed interdicto, Inſtit.de interdict.* De utroque hoc interdicto plenè diſſeruimus ſub *Claſſe* 4.*diſp.*5.*theſi* 40. & *ſeqq.* Vide Martin. Vran. *vol.1.conſ.*21. Georg. Everhard. *vol.1.conſil.*65. Nicol. Everhard. Iun. *vol.1.conſil.*38. & *vol.2.conſil,*34. Menoch. *retinend.poſſeſſ.remed.*3.

Recuperandæ poſſeſſionis interdicta ſunt, quibus qui poſſeſſione vi dejectus eſt, amiſſam poſſeſſionem recipere intendit. Ejuſmodi autem eſt interdictum *unde vi.* 85

d.l.2.§.ult.verſ.Recuperandæ,ff.de interdict. & *§.Recuperandæ, Inſtit.eod.tit.* De hoc interdicto ſimiliter laxo egimus ſtylo ſub dicta *Claſſe* 4. *dict.diſput.5.theſ.*3. & *ſeqq.* Vide Gail. *vol.2.obſerv.*75. Georg. Everhard. *vol.2. conſil.*12.

[a] *l.3.§.Hoc interdictum 9.ff.de homine lib.exhib.* [b] *l.1.§.1.& d.l.3.§. Hoc interdictum, 9.ff. eod.t.* [c] *l.2.§.1.Verſ.juris ſui.ff.de interdictis* [d] *l.1.& l.2.§.2.& §§.ſeqq.ff.dict.tit.* Vide Mindan.*lib.2.de proceſſib.cap.52.*

69 Competit ergò etiam patri de exhibendo filio emancipato, item matri de exhibendo filio, filiave, [a] tùm etiam marito de exhibenda uxore, ac ducenda. [b]

[a] *l.2.C.de liberis exhib.* [b] *l.3.C.eod.tit.l.2.ff.d.t.de liberis exhib.* Gilhauſ.*in arbor.civil.cap.3.num.136.*

70 Creditori non competit de exhibendo debitore latitante, qui apud alium eſt.

l.ult.§.ult.ff.d.t.Donell.ad tit.C.de liberis exhib.num.5.

71 Eſt quoque exhibitorium interdictum de liberto exhibendo, patrono competens.

d.l.2.§.1.in fin.ff.de interdict.

72 Eſt item exhibitorium interdictum de liberis exhibendis, quod competit parentibus, qui ipſos liberos in poteſtate habet, adverſus eum, apud quem ſunt liberi, non tamen ſua ſponte.

l.1.& l.ult.ff.de liberis exhib.

73 Hujus interdicti, ut præparatorij, ſequela eſt interdictum *de liberis ducendis*, quod prohibitorium eſt.

l.3.& l.pen.ff.d.t.

74 Similiter exhibitorium interdictum propoſitum eſt de *tabulis teſtamenti exhibendis ſive proferendis:* [a] quod competit his, qui aliquid in eis adſcriptum habent, ut ſunt heredes primi vel ſecundi exiſtente caſu ſubſtitutionis: [b] Item legatarij & fideicommiſſarii, quorum intereſt: [c] adverſus eum, penes quem ſunt eæ tabulæ, ſi neget exhibere ſe eas poſſe vel debere: [d] Adverſus eum, qui non negat, hoc interdictum non competit, ſed extra ordinem eas exhibere compellitur. [e]

[a] *l.3.§.hoc 7.ff.de tab.exhib.* [b] *l.un.C.d.t.* [c] *d.l.3.§.ſolent, ff.eod.* [d] *l.1.§.1.ff.h.tit.* [e] *l.2.§.ult. ff.teſtamenta quemadmod.aper.*

75 Competit quoq; heredi, cæteriſque ſucceſſoribus illius, cui quid adſcriptum eſt in teſtamento: Et competit etiam poſt annum.

l.3.§.pen.& ult.ff.de tab.exhib.

76 Quod ſi reus non exhibeat teſtamenti tabulas, tunc condemnatio hujus Judicii, quanti interfuit, æſtimari debet.

d.l.3.condemnatio 11.ff.d.t.

77 Eſt & illud hic notandum, quod licet quædam interdicta mixta dicantur, prohibitoria & exhibitoria: [a] attamen ea invicem revera eſſe diſtincta. [b] Eſt etiam interdictum quoddam & prohibitorium & reſtitutorium: [c] Quoddam quoq, & exhibitorium & reſtitutorium. [d]

[a] *l.1.§.1.ff. de interdict.* [b] *l.3. §. 1.ff.de liber. exhib.* [c] *l. 3. §. Prætor 2.ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ.miſſ.erit.* [d] *l.1.§.In hoc 2.D.de lib.exhib.* Cujac.*in Paratit.Cod.de tab.exhibend.*

78 Tertiò interdictorum ad rem familiarem pertinentium quædam adipiſcendæ poſſeſſionis cauſæ comparata ſunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ.

l.2.§.

l.2.§.ult.ff.de interdict. & *§.ſequens diviſio,Inſtit.eod.tit.*

Adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa interdictum eſt, quod competit ei, qui ante nactus non eſt poſſeſſionem. Ejuſmodi quoq; interdictum eſt, quod adcommodatur bonorum poſſeſſori, & appellatur QUORUM BONORUM, de quo ſupra egimus. 79

d.l.2.§.ult. & *§.adipiſcendæ,Inſtit.d.t.*

Salvianum quoq. interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparatum eſt: [a] Idq; de pignoribus datur locatori domino fundi ad perſequendam poſſeſſionem rerum coloni in fundum invectarum, & illatarum, atq; pro mercede locationis pignori ſpecialiter obligatarum [b] 80

[a] *l.2.§.ult.verſ.Salvianum quoq;,ff.de interd.* & *§.Interdictum quoq; Inſt. eod.* De hujus interdicti requiſitis vide Franciſc. Vivium *deciſ.*395. [b] *Dicto §. Interdictum quoq;* & ibi Theophil. *Inſt.d.t.* & *l.1.* & *l.2.ff.de Salviano interdict.* Donell. *ad l.1.num.*1.2.3. & 4.*C.de precario,* & *Salv.interdict.* Inducta enim invecta, & illata in fundum conductum, non aliter pignori ſunt, quam ſi id expreſſo pacto cautum fuerit, *l.Debitor 32.ff.de pig.* & *hypoth.l.4.in princ.verſ. In ruſticis,ff.In quibus cauſ.pign.vel hypothec.tac.contrah.* & *l.5.C.de locat.* & *cond.*

Competit autem hoc interdictum non tantùm adverſus conductorem colonum, ſed & adverſus quemvis extraneum poſſeſſorem. 81

l.1.§.1.ff.de Salviano interdict. Donell. *ad l.1.num.5.C.de precario.* Theſaur. *deciſ.*176. Hoc interdicto agens quid probare debeat. Hondedeus *vol.2.conſ.*17. & *conſ.*24. contra quos competat tradit idem Honded. *vol.2.conſil.*25.

Sed ſi colonus in extraneum alienaverit rem pignori obligatam, utile interdictum locum habet. 82

d.l.1.in princip.ff.de Salviano interdict. Donell. *ad dict.l.1.num.2.Cod.de precario.*

Sed controverſum eſt, competatne hoc interdictum etiam alij locatori, & cuivis creditori, ad perſequendam poſſeſſionem rerum cujuſcunq; debitoris pignori tacitè vel expreſsè obligatarum? Nos quaſi Salvianum competere affirmamus. 83

Per text.in d.l.1.ibi,adverſus conductorem, debitoremve, C. de precario, & *Salvian. interd. junct.§.Quaſi Serviana,Inſtit.de actionib.* & docet Cujac. *in Paratit.Cod.tit.de precario,* tum etiam Vultej. *ad §.Adipiſcendæ,n.9. Inſtit.de interdict.* Diſſentit præter alios Donell. *ad d.l.1. num.*3. Vide Merendam *part.2.controv.*37.

Retinendæ poſſeſſionis cauſa comparatum eſt interdictum, UTI POSSIDETIS, ET UTRUBI. Cujuſmodi interdicta totam quæſtionem non finiunt, ſed preparant tantùm cauſam, & ad poſſeſſionem duntaxat temporariam pertinent. 84

§.Retinendæ poſſeſſionis, & *§.ſed interdicto,Inſtit. de interdict.* De utroque hoc interdicto plenè diſſeruimus ſub *Claſſe* 4.*diſp.*5.*theſi* 40. & *ſeqq.* Vide Martin. Vran. *vol.1.conſ.*21. Georg. Everhard. *vol.1.conſil.*65. Nicol. Everhard. Iun. *vol.1.conſil.*38. & *vol.2.conſil.*34. Menoch. *retinend.poſſeſſ.remed.*3.

Recuperandæ poſſeſſionis interdicta ſunt, quibus qui poſſeſſione vi dejectus eſt, amiſſam poſſeſſionem recipere intendit. Ejuſmodi autem eſt interdictum *unde vi.* 85

d.l.2.§.ult.verſ.Recuperandæ,ff.de interdict. & *§.Recuperandæ,Inſtit.eod.tit.* De hoc interdicto ſimiliter laxo egimus ſtylo ſub dicta *Claſſe* 4. *dict.diſput.*5.*theſ.*3. & *ſeqq.* Vide Gail. *vol.* 2.*obſerv.*75. Georg. Everhard. *vol.2. conſil.*12.

Sed

86 Sed quæritur, ſint ne mixta interdicta, tàm recuperandæ, quàm adipiſcendæ poſſeſſionis? Contra Accurſium [a] cum Cujacio [b] & Petr. Fabr. [c] negamus.

[a] *ad d.l.2.in fin.ff.de interdict.* [b] *lib.4.obſervat.cap.XI.* [c] *lib.2.conjecturar.cap.*18. Zaſius *ad l.2.in princ.ff.de Verbor.obligat.*

87 Quartò interdictorum quædam ſimplicia ſunt, quędam duplicia. Simplicia ſunt, in quibus alter actor, alter reus eſt: qualia ſunt omnia reſtitutoria, & exhibitoria. Quædam etiam prohibitoria ſimplicia ſunt, [a] veluti interdictum, *ne quid fiat in loco ſacro* [b] & interdictum, *ne quid fiat in flumine publico ripave eius*, & interdictum, *de arboribus cædendis*, quo id agitur; ne vis fiat ei, qui arborem in ſuas ædes impendentem ex ædibus vicini adimere, & collocare vult, & denique interdictum de itinere actuq;. [c]

[a] *l.2.in prin.ff.de interdict.* & *§.Tertia diviſio, Inſtit.eod.tit.* [b] *§.Prohibitorium autem interdictorum, Inſt.d.t.* [c] *d.l.2.in princ.ff.d.t.*

88 Duplicia interdicta ſunt, in quibus par utriuſq; litigatoris conditio eſt, nec quiſquam præcipuè reus vel actor intelligitur, ſed unuſquiſq; tàm Rei, quàm actoris partes ſuſtinet. Tale eſt interdictum *uti poßidetis, & utrubi.*

§.Duplicia, Inſt. de interdict. & *d.l.2.in prin.ff.d.t.* & *l.3.§.Hoc interdictum 1.ff.uti poßid.*

89 Sed dubitatur, ſintne etiam duplicia interdicta illa, quæ recuperandę & adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparata ſunt? Nos illud negamus, [a] Sed Anton. Faber [b] affirmat. [c]

[a] In his etiam interdictis uterq; litigator & actor, & reus eſſe nequit, cùm in his unus non poſſeſſor, vel amiſſam poſſeſſionem recuperare, vel quam nunquã habuit, nunc primùm adipiſci deſideret, alter verò eam cùm habeat, ſibi defendat. [b] *dict.lib.2.conjectur.c.*18. Cui conſentiunt Petr. Frider. *de interdic.c.7.n.78.* & *ſeqq.* Forſter. Iun. *lib.4.diſp.4.theſ.1.lib.*4. [c] Per text. *in l.2.in fin.ff.de interdict.* junct. *l.1.§.1. verſ. Inter ipſos, ff. de Salviano interdict.* Placet autẽ nobis conjectura Cujacii *lib.4.obſerv.cap.XI.* & *in lib.63. Pauli ad edict.p.*121.*col.*1. quem tamen in eo errare exiſtimamus, quod in *d.l.2.§.ult.in fin.ff. de interdict.* per interdicta duplicia intelligit mixta interdicta. Remur autem partim cum Ruſ. partim cum Cujacio, legendum eſſe dicto loco, hoc modo: Sunt etiam interdicta (ut diximus) duplicia. Omiſſis ſcilicet ſequentibus verbis: atq; hac clauſula ſignificare Paulum interdicta, uti poſſidetis, de quibus ibidem proximè meminit. Hæc enim ſuprà, id eſt, in principio ejuſdem legis, duplicia dixit interdicta. Eſt igitur loci illius ſententia hæc: interdicta, uti poſſidetis, non modò retinendæ poſſeſſionis ſunt, ſed ſunt etiam duplicia. Cætera verba hæc. tam recuperandæ, quàm adipiſcendæ poſſeſſionis, rejicimus cùm Cujacio in proximè ſeq. lege, ut ea his concipiatur verbis, In interdictis tam reciperandæ, quàm adipiſcendæ poſſeſſionis, exinde ratio habetur fructuum, ex quo edita ſunt, non retrò. Colleg. Argentoratenſ. *ad lib.43.ff.theſ.13.tit.*1. Rittershuſ. & Borcholt. *ad §.tertia diviſio 7.Inſtit.de interdict.num.*3.

90 Deniq; interdictorum quædam annalia ſunt, quædam perpetua. [a] Annale interdictum eſt, *ne vis fiat ei, qui in poſſeßionem miſſus eſt*; [b] Item interdictũ, *unde vi*, [c] Interdictum *de itinere actuq; privato*, [d] Interdictum *quod vi aut clam*, [e] & interdictum *uti poßidetis.* [f] Perpetuum eſt interdictum *de migrando*, [g] *de homine libero exhibendo*, [h] *de precario*, [i] interdictum *de via publica*, [k] Interdictum *ne quid in loco publico*, [l] & interdictum *de tabulis exhibendis*, [m] tùm etiam interdictum, *ne vis fiat ei, qui in poſſeßionem legatorum nomine miſſus eſt.* [n]

[a] *l.1.§.ult.ff.de interdict.* [b] *l.1.§.Hanc 8.ff.Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ.miſſ.eſt.* [c] *l.1. §.annus 39.*

Digitized by Google

num 39. ff. d. Vi & Vi armat. [d] *l. 1. §. annum 3. ff. de itinere actuq; privat.* [e] *l. Semper 15. §. Hoc interdictum 3. & §. seq. ff. Quod Vi aut clam.* [f] *l. 1. in princip. ff. uti poſſid.* [g] *l. 1. §. ultim. ff. de migrand.* [h] *l. 3. §. ultim. ff. de lib. hom. exhib.* [i] *l. Quæſitum 8. §. pen. ff. de precario* [k] *l. 1. §. ult. ff. de Via pub.* [l] *l. 2. §. pen. ff. Ne quid in loco pub.* [m] *l. 3. §. penult. ff. de tabul. exhib.* [n] *l. 1. §. ult. ff. Ne Vis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſſus erit.*

Sed ex quibus cauſis annua interdicta ſunt, ex his de eo quod ad eum, cum quo agitur, pervenit, poſt annum judicium datur. 91

l. 4. ff. de interdictis.

Class. V. Disputat. XXIV.

DE QVERELA INOFFICIOSI Teſtamenti.

THESIS I.

INterdictis, de quibus hactenus, proximæ ſunt in rem actiones, quæ voce una vindicationes, [a] itemque petitiones [b] vocantur: unde judicia earum petitori appellantur. [c]

[a] *l. Actionum 25. in princ. ff. de oblig. & act. & §. Apellamus autem, Inſtit. de actionibus* [b] *l. actio 28. ff. de oblig. & act.* [c] *l. Qui petitorio 36. in princ. ff. de rei Vindicat. & c. cum dilectus, extra de cauſa poſſ. & proprietat.*

Eſt autem duplex vindicatio, ſive petitio, una de rerum univerſitate, altera de rebus ſingulis. 2

l. 1. in princ. ff. de rei Vindicat.

De rerum univerſitate eſt petitio hereditatis; quæ duplex eſt: Querela inofficioſi teſtamenti, [a] & petitio hereditatis ita ſpecialiter dicta. [b] 3

[a] Eſt & hæc petitio hereditatis *l. Si quis 34. C. de inoffic. teſtam. l. pen. §. Sed quemadmodum, ff. de bonor. poſſ. contra tab.* Cujac. *in paratit. ff. & C. de inoffic. teſtam. & tit. de petit. heredit. & ad Iul. Paul. lib. 4. recept. ſentent. tit. 5. §. Qui inofficioſum.* Sed vide Vigl. *ad prin. tit. Inſtit. de inoffic. teſtam. num. 6.* Arnold. ab Haerſolte *in adverſar. de actionib. part. 2. act. 4. nu. 2.* Gœdd. *diſput. de inoffic. teſtam. theſ. 4.* [b] *Tot. tit. ff. & C. de petit. heredit.*

Querela inofficioſi teſtamenti eſt vindicatio, [a] proindeque actio, [b] quâ teſtamentum inofficioſum reſcindi, [c] & defuncti hereditas petitur. [d] Eadem accuſatio de inofficioſo teſtamento dicitur. [e] 4

[a] *l. Qui repudiantis 17. ibi, non rectè Vindicaſſet, ff. de inoffic. teſtamento,* Et facit huc, quòd ipſa querela dicitur petitio hereditatis in d. *l. Si quis 34. C. de inoffic. teſtam.* [b] *l. Quemadmodum 7. Verſ. Quid ergo, l. nihil 12. in princ. l. Nam etſi 15. §. Filius, ff. de inoffic. teſtam. l. liberti 28. Verſ. Si autem, & l. omnimodo 20. in princ. C. d. t. Inſtit. eod. tit. in princ. Verſ. Non ergò, ibi,* agere poſſunt, Confert eodem, quod & querela inofficioſæ donationis dicitur actio in *l. ult. Cod. de inoffic. donat.* Donellus *quoque lib. 19. comment. c. 3.* querelam inoffic. teſtamenti actionem appellat. [c] *d. l. Qui repudiantis 17. l. materia 19. in fin. ibi, cùm reſciſſo teſtamento, ff. h. tit. & Novell. 115. cap. 3. in fin. ibi, teſtamento evacuato, & c. 4. in fin. ibi, ſed reſciſſo teſtamento.* [d] *l. Filium 20. §. Sed quemadmodum ff. de bonor. poſſ. contra tab. d. l. Si quis 34. ibi. nulla hereditatis petitione ex nomine de inofficioſo conſtituta, Vel praparata C. h. t. l. Papinianus 8. §. Quoniam, ibi, ſi dicam inofficioſum, non totam hereditatem debere, ſed dimidiam petere, ff. eod. tit.* Ang. ex ſententia Fabri *ad tit. Inſt. de inoffi. teſtamento, in princ. n. 6.* & Weſemb. *in Paratit. ff. eod. tit. n. 10.* & Schneid. *in Inſtit. d. t. in prin. n. 15.* [e] *l. 6, §. ult. & l. ſeq. Qui repudiantis 17. l. ſi inſtituti 27. in prin. ff. h. t.*

5 Diſpiciendum igitur, I. quid ſit inofficioſum teſtamentum, II. quibus, & adverſus quos competat inofficioſi querela, III. ad quid detur hæc querela IV. Quando ea ceſſet. V. Quæ pœna ſit actoris, qui hoc judicio victus eſt.

6 Teſtamentum inofficioſum eſt, quod quidem jure ſubſiſtit, ſed in quo vel liberi, in teſtatoris poteſtate conſtituti, immeritò exheredati ſunt, vel cæteri liberi, aut parentes, aut fratres ſororesve germani & conſanguinei immerentes exheredati, vel præteriti ſunt. [a] Ita dictum, quòd non ex officio pietatis factum ſit. [b]

[a] *l. 3 l. 5. §. 1 l. liberi 28. C. h. t. Inſtit. eod. tit. in princ.* Iul. Paul. *lib. 4. ſentent. tit. 5.* Cujac. *in Paratit. C. eod. tit.* Præteritio parentum non vitiat teſtamentum liberorum ipſo jure, ſed pro exheredatione habetur, *vide theſ. 13. & fundamenta illi adſcripta*, Ferdin. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 30. part 2. limita. 34. num. 1*6. *& ſeq. pag. 346. & ſeqq.* Secus verò eſt jure Wirtembergico, Fürſtl. Würt. new. Landtrecht, *part. 3. tit. 26. pag. 401. §.* Item, Wann/Alt Landtrecht/*pag. 292. & 301. in princ.* [b] *l. 2. ff. d. t. & eod. tit. Inſt. in princ.*

7 Ut igitur inofficioſum ſit teſtamentum, tria conjunctim requiruntur. Primum eſt, ut teſtamentum per ſe ſubſiſtat, nec ipſo jure nullum, aut voluntate teſtatoris, vel ipſo jure infirmatum ſit.

§. Tam autem, Inſtit. h. t.

8 Ipſo jure nullum eſt teſtamentum, quod à perſona, quæ teſtari jure nequit, conditum eſt; [a] quodq; ſolennitate juris deſtituitur: [b] & in quo liberi, poteſtati patriæ ſubditi ſunt præteriti, vel non ritè exheredati; [d] Siquidem pro præteritis habeantur. [e]

[a] Quæ perſonæ jure teſtari nequeant, dictum eſt *ſub Claſſe 3. diſp. 1. theſ. 17. & ſeqq.* [b] De ſolennitate teſtamenti egimus ſub dicta *Claſſe 3. diſput. 2.* [c] Vt oſtendimus ſub dicta *Claſſe 3. diſput. theſi 9. & ſeqq.* [d] *l. 4. §. Sancimus, C. de liber. præter. tit. Inſtit. de exheredat. liber. in princ. l. Inter cætera 30 in fin. ff. de liber. & poſt.* [e] *§. Eadem hæc. Inſtitut. de heredit. quæ ab inteſtat. defer.*

9 Præteritis hiſce liberis, teſtamentum ipſo jure adeò nullum eſt, ut nec legata, nec cætera teſtamento relicta debeantur.

l. Filio 17. ff. de injuſto, rupt. irrit. fact. teſtam. Cujac. *ad l. 4. circa finem, ff. de lib. & poſth. & ad Nov. 18.* Gilken. *in auth. ex cauſa. n. 1. & ſeqq. C. de liber. præterit.* Anton. Faber. *lib. 9. conject. c. 14.* Schifordegker. *lib. 1. tract. 17. quæſt. 1. & ſeqq.* Gerhard. *decad. 8. q. 4.* Hilliger *in Donell. libr. 6. c. 13. lit. F.* Petr. Gegor. *lib. 42. ſyntagm. jur. cap. 22. n. 31.* Diſſentiunt communiter Dd *ad dict. Auth. ex cauſa, C. de liber. præter.* Covarruv. *in cap. Raynutius. de teſtament. §. 6. nu. 3. & ſeqq.* Gail. *2. obſerv. 113. num. 1.* Fachin. *lib. 4. controv. 10. & lib. 6. controv. 77.* Arum. *exercit. Juſtin. 10. theſ. 2.*

10 Voluntate teſtatoris infirmatur teſtamentum reſciſſione tabularum ejus: reſignatione item, & deletione illius: tum etiam alius teſtamenti ordinatione, & ſimplici teſtamenti revocatione.

De his infirmandi teſtamenti modis diſſeruimus *ſub dicta Claſſe 3. diſputat. IX. theſi 3. & ſequentib.*

11 Ipſo jure infirmatur teſtamentum tum agnatione ſui heredis, & capitis diminutione teſtatoris: tum eo publici judicij ſententia ad mortem damnatur: tum etiam deſertione heredis, & ſi militis ſit teſtamentum in caſtris factum, tempore anni poſt miſſionem ipſius militis exacto.

Hos teſtamenti infirmandi modos expoſuimus *ſub dicta Claſſe 3. diſput. IX. theſi 24. & ſeqq.*

Agna-

Agnatione autem poſtumi nupto teſtamento, libris exheredatis, qui nihil ex patris judicio meruerunt, id eſt, qui non agnoverunt, & approbarunt judicium patris, jus ſuum ſucceſſionis legitimæ conſervandum eſt eisq; exceptio doli mali non obſtat: neq; ipſorum heredibus, *l. libris* 13. ubi Cujac. *ff. de doli mali & metus except.*

Alterum, quod hic deſideramus, eſt, ut perſona, quæ pietatis quodam officio institui heres debuit, non ſit inſtituta, ſed vel ritè [a] exheredata, vel præterita, [b] ea ſcilicet præteritione, quæ pro exheredatione habetur. [c] 12

[a] Quomodo ritè exheredatio fiat, expoſuimus *ſuprà ſub dict. Claſſe* 3. *diſput.* 3. *theſi* 16. [b] *l.* 3. *l. Nam & his* 5. *§.* 1. *ff. h. t. & ſeqq. & Inſtit. eod. tit. in princ. & Novell.* 115. *c.* 3. *in princ. & cap.* 4. *in princip.* [c]

Pro exheredatione habetur præteritio, quâ mater, vel avus maternus ſuos liberos, [a] vel liberi parentes ſuos, [b] vel frater aut ſoror conſanguineum fratrem vel ſororem [c] teſtamento ſuo omittit. 13

[a] *§. Mater, Inſtit. de exhered. at. liber.* Vide *ſupr. Claſſ.* 3. *diſput.* 9. *theſ.* 32. [b] *l. Pater filium* 14. *ff. hoc tit. l. cum filium* 17. *C. eodem. Novell.* 115. *cap.* 4. *§. ult.* Iure autem VVirtembergico omiſſio parentum ipſo jure teſtamentum efficit nullum, ut ſupra ſignificatum ad theſin 6. [c] *l. fratris* 21. *& l. fratres,* 27. *C. h. t. & l.* 1. *ff. eod.*

Tertium, quod hic requirimus, eſt, ut ejuſmodi aliqua perſona exheredata, vel præterita, immeritò, id eſt, ſine juſta cauſa, & iniquè exheredata ſit, vel omiſſa, ſive præterita. 14

[a] *l. Nam & his* 5. *§.* 1 *ff. hoc tit. & tit. Inſtit. eod. in prin.* Et notandum hic, quòd aliud eſt non ritè, id eſt, non ut oportet exheredare, & aliud exheredare immeritò, ſivè indignè aut iniquè. De ritè facta exheredatione loquitur Vlpian. *in l. non putavit* 8. *§. Nc quævis. ff. de bonorum poſſ. contra tab.* & Iuſtinian *in §. Eadem hac, Inſtit. de hereditat. quæ ab inteſtat. defer.* De exheredatione immeritò ſive indignè facta eſt textus in *dict. l.* 5. *§.* 1. *ff. hoc tit.* Suo herede non ritè exheredato teſtamentum nullum eſt ipſo jure. *l.* 4. *§. Sancimus, Cod. de liber. præter. & Tit. Inſtitut. de exhered. at. liber. in princ.* Siquidem exheredatio non ritè, ſive, non ut oportet facta pro præteritione habeatur, *dict. §. ea[illegible] hac, Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer.*

Enumerantur autem à Juſtiniano cauſæ 14. ex quibus liberi à parentibus juſtè exheredari poſſunt: [a] Item octo, propter quas liberi ſuos parentes jure exheredant: [b] & tres, ob quas frater aut ſoror fratrem vel ſororem meritò exheredare poteſt. [c] 15

[a] *Novell.* 115. *cap.* 3. *De his vide ſub claſſe* 3. *diſputat.* 3. *theſ.* 37. *& ſequentib.* [b] *dict. Novell.* 115. *cap.* 4. [c] *Novell.* 22. *capit.* 47. *Et quoniam ſcimus.* easque propoſuimus *ſub dict. diſputat.* 3. *theſi* 58.

Et ut alibi [a] ſic & hoc loco aſſerimus, nulla alia ex cauſa integrum eſſe parentibus liberos ſuos exheredare, quàm quæ in ipſa Juſtiniani conſtitutione novella continetur. [b] 16

[a] *dict. diſp.* 3. *theſ.* 44. [b] per fundamenta ad dictam theſin adſcripta. Adde Vigl. *ad §. ult. nu.* 6. *Inſtitut. h. t. de inoffic. teſtament.* Vide Molin. *ad conſuetud. Pariſienſ. titul.* 1. *§.* 30. *num.* 138. Surd. *de aliment. quæſt.* 64. *num.* 20. Fachin. *lib.* 6. *controv.* 78. Dn. Beſold. *in delib. iur. ex libr.* 5. *ff. tit.* 2. *num.* 26. Coraſ. *lib.* 3. *de jur. arte c.* 8. Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 2. *cent.* 2. *caſ.* 130. *cap.* 4. *& cent.* 3. *caſ.* 167. *num.* 6.

Sed quæritur, utrum poſtumi exheredatio ipſo jure vitiet teſtamentum, an verò illud, ut jure validum, per querelam inofficioſi reſcindendum ſit? Poſterius nobis placet. 17

l. Maximum vitium. 4. *in fine C. de liber. præter. & § Poſtumi quoque. Inſtit. de exheredat. liber.*

ber. ubi Viglius *num.* 8. & 9. tum etiam plerique alii diſſentiunt, hoc argumento, quòd nulla ingratitudinis cauſa in poſtumum cadere poſſit. Sed refelluntur hi omnes, ſententia axiomatis ſequentis, & ipſe Vigl. ad *§. tam autem, num.* 6. *Inſt. h. t.* poſt Alciat. *lib.* 4. *Paradox. c.* 16. ſcribit, exheredato poſtumò, valere nihilominùs teſtamentum. Treutler. *Vol.* 2. *diſputat.* 11. *theſ.* 1. *lit. F.* Arum. *exercit. Iuſtin.* 10. *theſ.* 6. Petr. Gregor. *lib.* 44. *ſyntagm. c.* 3. *nu.* 5. & 17. Hunn. *libr.* 2. *Var. reſolut. tract.* 5. *quæſt.* 15. & 20.

18 Non caret controverſia illa quæſtio, qua in cauſa ſit teſtamentum, ſi exheredatio, vel nulla ex cauſa facta ſit, vel ex cauſa quidem, ſed non juſta, vel juſta quidem ex cauſa, ſed exheredationi non adſcripta? Et licet vulgò recepta ſit ſententia, ipſo jure teſtamentum eſſe nullum: [a] veriùs tamen eſt teſtamentum jure valere, ſed per querelam inofficioſi evacuari, & reſcindi poſſe. [b]

[a] *Per text. in Novell.* 115. *c.* 3. *in prin.* & *cap.* 4. *in princ.* [b] Per textus & quorundam Interpp. autoritates ad *theſin* 46. *diſp.* 3. *claſſ.* 3. Adde etiam Viglium *ad Rubr. Inſt. n.* 4. & 5. & Fachinæ. *lib.* 4. *controverſ. c.* 9. Donell. *lib.* 19. *comment. cap.* 4. *pag.* 274.

19 Cognito quid ſit inofficioſum teſtamentum, videamus, quibus, & adverſus quos competat inofficioſi querela. Ex prædictis autem haud obſcurè colligimus, tria tantum eſſe genera eorum, quibus inofficioſi querela competit. Primum genus continet liberos teſtamento parentis injuſtè exheredatos, vel præteritos, non ſolum naturales etiam poſtumos, ſed & adoptivos, in defuncti teſtatoris poteſtate qui fuerunt.

§. Tam autem, & *§. Poſtumi quoque, Inſtit. hoc tit.* & *l. Poſtumus* 6. *in princ. ff. eodem tit.*

20 De filio naturali ex concubina progenito haud injuria dubitaveris. Nos tamen & huic inofficioſi querelam competere putamus eo caſu, quo juſti liberi, & uxor juſta deſunt, ob legitimam ſcilicet portionem, [a] quæ eſt ſextans, in quem una cum matre ſua ſuccedit. [b]

l. ſi ſuſſecta. 29. *§.* 1. Vbi Paulus Caſtrenſis. *ff. h. t.* Iohan. Schneidevv. *ad tit.* 1. *lib.* 3. *Inſt. cap. de ſucceſſ. liberor. natural. tantum. num.* 18. Forſter. *lib.* 6. *de ſucceſſ. cap.* 11. *nu.* 4. & 5. Cujac. *ad Novell.* 18. [b] *d. Novell.* 18. & 89. *cap.* 11. *§.* 4.

21 Spurium verò teſtamento matris exheredatum, præteritumve de inofficioſo matris teſtamento rectè queri juris autoritas arguit.

l. ſi ſuſcepta 29. *§.* 1. *ff. hoc tit.* Schneidevv. *ad tit.* 1. *Inſt. lib.* 3. *c. de ſucceſſ. ſpurior. n.* 4.

22 Et licet pater filiũ in teſtamento ita prætererit, aut exheredaverit, ut eũ filium eſſe negaret ſuum, attamen ei, ſi eſt filius, querela inofficioſi datur.

l. ſi reſtituta 27. *§.* 1. *ff. eodem tit.*

23 Alterum genus comprehendit parentes teſtamento liberorum indignè exheredatos, & præteritos. Et competit querela inofficioſi non patri tantùm, etiam adoptivo: ſed & matri, avo, aviæ, avo materno, & generaliter quicunq; parentum locum obtinent.

l. 1. *l. adverſus* 30 *ff. h. t. §. non autem liberis tantùm, Inſtit. eod. tit.* & *§. ult. Inſtit. de exheredat. liber. Novell.* 115. *cap.* 4. *§. ult.*

24 Tertium genus complectitur fratres & ſorores germanos, & conſanguineos, inique exheredatos, vel preteritos. Uterini autẽ fratres, & ſorores inofficioſi querela uti nõ poſſũt, multò minùs cæteri cognati, qui ſunt ultra fratres. & ſorores. Unde hi meliùs fecerint, ſi inanibus ſe nõ vexarent ſumptibus, cùm ſpem obtinendi habeant nullam. *l.* 1. *ff.*

Digitized by Google

l.1.ff.hoc tit.l.fratris 21. & *l.fratres,27.C.eodem tit.§.ſoror autem,Verſ.ultrà fratres, Inſtit. hoc tit.*

Non aliter tamen his fratribus & ſororibus inofficioſi querela compe- 25
tit, quàm ſi turpes perſonæ hæredes ſint inſtitutæ, [a] quo caſu, licet teſtamentum codicillarem habeat clauſulam, non tenetur tamen frater aut ſoror retenta legitima hæreditatem inſtituto reſtituere. [b]

[a] *d.l.Fratres 27.C.de inoffic.teſtament.* & *§.ſoror autem,Inſt.eod.tit.* [b] *per l.Titia 13.ff.h.t.* & *l.nec fideicommiſſa 36.ff. de legat.3.*

Eſt autem turpis perſona, quæ infamiæ,turpitudinis,vel levis notæ ma- 26
cula laborat.

*d.l. Fratres 27.C.h.t.l.2.C.de dignitatibus,lib.*12. Fichard. *conſil.*83.*num* 1.*lib.*2.

Infamiæ maculam dicimus veram juris infamiam. [a] Turpitudinis ma- 27
cula Conſtantino Imp. (uti remur) eſt infamia facti, [b] quæ opinione bonorum & gravium hominum [c] ob proprium aliquod turpe factum,id eſt, delictum [d] alicui non judicato, vel per procuratorem judicium accipienti irrogatur. [e] Levis notæ macula eidem Imp. quæ ſit,noſtris aqua hæret. [f] Arbitramur autem eos dici laborare levis notæ macula, qui quidem nihil deliquerunt ipſi,aliquid tamen eſt,quod apud graves & bonos homines opinionem eorum onerat,ut ſunt, quos pater teſtamento ſuo increpavit, [g] item ſpurii, [h] cadaverum excoriatores,carnifices. [i]

[a] Donell. *lib.* 19. *commentar. c.*4. *pag.*269.*in fin.* Quibus modis hæc infamia irrogetur, expoſui lib.diſputation. *ad tres priores partes Pandectar. Diſputat.*11.*Theſi* 11. & *ſeqq.* Item Donellus *lib.*18.*commentar.cap.*7. & 8. [b] Donell.*dict lib.*19.*comment.c.*6.*pag.*154.*lin.*24. & *ſeq.* improbat vulgarem illam diſtinctionē,qua infamia deducitur in juris infamiam, & infamiam facti, hac ratione, quod nulli fama & dignitas adimatur niſi jure,nulli infamia irrogetur, niſi jure: Verum errare mihi videtur Donellus, *propter l.2.ff.de obſequiis parentib.* & *patron.præſt.* Ubi Ulpian. Iuriſconſultus, licet, enim, ait, verbis edicti non habeantur infames,ita condemnati,re tamen ipſa & opinione hominum non effugiunt infamiæ notam. Ecce Iuriſconſultus hic duo facit infamiæ genera: unum quod eos continet, qui jure notantur infamiá, alterum quod complectitur hos, qui tantum reipſa, id eſt,ipſo turpi facto ſuo, & hominum opinione notantur. [c] *d.l.2.ff.dict.tit.* [d] Delicta ſunt turpia facta *l.*1. *in fin.l.*2.*l.*4. & *l.pen.ff. de condict. ob turp. cauſ.l.generaliter* 26. *junct.l.ſi flagitii* 123.*ff.de Verbor.oblig.* & *l.jurigentium* 7. *§. ſi ob maleficium.*3.*ff.de pact.* [e] *dict.l.*2.*ff.de obſequiis parent.* & *patr.præſt.* Quædam delicta non per ſe, ſed ſi ipſis delinquens condemnatus fuerit,infamiam juris irrogant, ut oſtendi *in dicta diſputat.*11.*ad tres priores Pandectar. partes,Theſi* 16. & *ſeqq.* & *ſcribit* Donell.*dict.lib.*18.*c.*6. *§. Hoc conſtitutio,Verſ.alterum,* & *cap.*8. Vnde ſequitur,ſi ob ejuſmodi aliquod delictum non fuerit judicatus delinquens, ceſſare in eo juris infamiam. Quia tamen ipſum ſcelus, & vitæ turpitudo inquinavit,infamiam facti ſuſtinet, *l.2.C.de dignitatibus, libr.* 12. & *dict. l.*2.*ff. de obſequiis parentibus* & *patr.præſtand.* [f] ut convincitur ex his, quæ ſcribit poſt alios Ferdinand. Vaſ. *lib.*1.*de teſtatoris potentia, §.*10.*n.*68. [g] *l.ea,quæ pater* 13. *C.de his qui not.infam.* [h] Spurius neque juris notatur infamia, neque notatur infamia facti, ob ſtuprum ſcilicet parentum, cum ipſemet nullam turpitudinem commiſerit, *l. Spuriis* 6. *in princip.ff. de decurionibus c. Niſi* 10. *§.perſona, Extr.de renunciat. can.*1. *diſtinct.*56. nec parentum notá maculari debeat, ne ipſorum delictum huic innocenti pœnæ ſit, *l.*1. *§.in filiis* 2. *Verſ.in avo,* & *penult.ff.de Decurionibus,* neque alieno odio prægravetur, contra *l.ſi quis* 33. *§.legis autem, C. de inoffic. teſtament.* ſed ex noſtro proprio delicto autoritate legum dignitas noſtra minuatur, aut conſummatur, *l.pen. §. exiſtimatio.ff.de Variis,* & *extraord. cogni.* Quia tamen naturalis quoque filius ex concubina progenitus, vitio laborare dicatur alieno,parentum ſcilicet, *l.ultim. C.de naturali-*

bus liber. & ſatis injurioſum exiſtimetur aliquem nominare ſpurium, qui legitime natus eſt, *l. Si qua illuſtris 5. C. ad Senatuſconſultum Orphit.* & filius Sacerdotis defectus laborare dicatur nota, quæ cum ad ſacros ordines promoveri impedit, *c. accedens, extra de purgat. Canonica.* Sacra quoque ſcriptura liberos ex illegitimo thoro conceptos ignominia affectos arguat, *Deuter. cap. 23. verſ. 2. Eccleſiaſtici c. 23. circa finem, & Sapientiæ c. 3. verſ. Filii autem,* Ius item Canonicum eos degeneres & ignobiles vocet, can. *Si gens Anglorum, diſtinct. 56.* & infamia notet, ac infames eſſe cenſeat, *can. Conjunctiones 35. quæſt. 2. & 3. & c. per venerabilem. Qui filii ſint legitimi,* dubitandum non eſt, quin per levis notæ macula aſperſos ſignificentur ipſi ſpurii in dicta *l. fratres 27. C. de inoffic. teſtam.* cui conſonat *l. 2. C. de dignitatib. lib. 12.* [a] Faber. *ad §. Soror. Inſt. de inoff. teſt.* Iohan. Schneid. *ad §. non autem liberis, n. 17. Inſtit. d. t.*

28 Unde non probamus Donelli [a] interpretationem, ſentientis, quod per turpitudinis maculam in lege Conſtantini Imp. [b] ſignificetur ea macula, quæ aſperſa dicitur illi, qui ordine motus eſt, vel relegatus, vel fuſtibus cæſus, cùm tamen cujusq; horum etiam dignitas AUCTORITATE LEGUM minui [c] & relegationis pœna, tum etiam fuſtium ictus ad exiſtimationem pertinere dicatur [d], & eorum etiam dignitas minui traditum [e], ſit qui perpetuo edicto [f] infamiæ cauſa enumerantur.

[a] *d. lib. 19. comment. cap. 4. pag. 270.* [b] *d. l. fratres 27. C. de inoffic. teſtam.* [c] *l. pen. §. exiſtimatio & §. minuitur. ff. de variis, & extraord. cognit.* [d] *capitalium 28. §. Cæteræ pœnæ. 1. ff. de pœnis* [e] *d. l. pen. §. minuitur. in fin. ff. d. tit.* [f] *de quo in l. 1. & tot. tit. ff. de his, qui notantur infam.*

29 Neque admittimus ejuſdem Donelli [a] explicationem, quâ per levis notæ macula aſperſos Conſtantinum [d] denotare ait parentem, & patronum, qui doli, vel injuriarum actione conventi, judicium nō per ſe, ſed per procuratorem acceperunt. Cum enim hi reipſa, id eſt, ob proprium ſuum delictum non effugere notam infamiæ dicantur, [c] certè haud rectè aſſeritur, ipſos levis tantum notæ macula aſpergi.

[a] *dict. cap. 4. pag. 270.* [b] *d. l. fratres 27. C. de inoff. teſtam.* [c] *d. l. 2. ff. de obſeq. parentib. & patr. præſt.*

30 Si ergò immeritò exheredatus ſit frater, aut ſoror, inſtituta meretrice [a], locus erit querelæ inofficioſi.

[a] Eſt enim meretrix perſona turpis *l. 3. ff. ſi à parentibus quis manumiſſ. fuer. & l. 4. §. ſed quod meretrici, 3. ff. de condict. ob turp. vel injuſt. cauſam,* Cujac. *in lib. 14. quæſt. Papin. pag. 361.* Meretricem autem non dicimus eam, quæ ex nimio amore ſuo amanti copiam ſui fecit, Vincent. Carot. *deciſ. 124.* Bajard. *in addit. ad Clar. lib. 5. ſentent. q. 24. n. 100.*

31 Nunquid idem ſentiendum, ſi concubina ſit heres inſtituta à concubino ſuo, exheredato vel præterito indignè conſanguineo fratre aut ſorore? Dd. ita communiter ſentiunt, [a] quibus legum autoritas ſuffragatur. [b]

[a] Ang. *ad l. 1. num. ultim. ff. de inoffic. teſtament. & ad d. l. fratres 27. num. 1. C. de inoff. teſtament.* Iaſon, *ibidem num. 10.* [b] Nam & levis notæ macula in inſtitutis facit locum querelæ inofficioſi, ut ſuprà diximus. Et confert hûc, quòd & liberi ex concubina nati, vitio laborare dicuntur alieno, parentum ſcilicet, *in d. l. ult. C. de naturalibus liber.*

32 Spurio quoque inſtituto â parente ſuo, conſanguineus frater & ſoror querelam inofficioſi movere poſſunt.

Spurius enim, ut priùs oſtendimus, levis notæ macula laborat. Sentiunt idem Dd. quos refert, & ſequitur Hartm. Piſt. *lib. 1. q. 30.* Vide quoque Iacob. Thoming. *deciſ. 48.* & Fachin. *lib. 14. controverſ. cap. 93.*

Sed

Sed an avus ex filio ſpurio nepotem heredem inſtituere poſsit, quæritur? Affirmatam ſententiam benigniorem eſſe putamus. 33

Eo ſolummodò caſu, quo nulla ſoboles legitima ſupereſt *l. fin. C. de naturalib. liber. arg. l. 3. De interd. & rel. gat. l. 1. §. ult. l. 3. §. ſi emancipatus, ff. de bonor. poſſ.* Contr. *tab. l. cognovimus. Cum Auth. ſeq. C. de heret.* Bart. *in l. Gallus. §. quòd ſi is. ff. de liber. & poſtum.* Gayl. *lib. 2. obſ. 115. num. 5.*

Poſſunt item querela inofficioſi teſtamenti agere iidem, ſi cadaverum excoriator, vel carnifex inſtitutus ſit hæres. 34

Faber *ad dict. §. Soror. Inſtit. hoc. tit.* & Ioan. Schneid. *ad §. Non autem, num. 17. Inſtit. dict. tit.*

Quid verò ſi duobus heredibus inſtitutis, unius perſona ſit turpis, alterius honeſta? Ex ſententia Ulpiani pro parte turpis perſonæ teſtamentum per querelam reſcindi poteſt. 35

l. Circa 24. ff. de inoffic. teſtament.

Et ſive jure civili quis adeat hereditatem, ſive Prætorio jure bonorum poſſeſſionem agnoſcat, agere querela inofficioſi poterit; tum etiam ejus heredes cœpta controverſiâ, vel præparata: ut ſi ipſe heres, vel bonorum poſſeſſor deceſſerit poſteaquam ad movendam inofficioſi querelam venit, ut ſi comminatus tantum accuſationem fuerit, vel uſque ad denunciationem, vel libelli dationem proceſſerit. 36

l. Poſtumus 6. §. ult. & l. ſeq. ubi Cujac *ff. de inoffic. teſtam.* ex quo loco, ut & ex l. 1. *C. eod.* intelligimus, acturum de inofficioſo priùs adhuc hereditatem adire, vel bonorum poſſeſſionem petere debere.

Competit autem querela inofficioſi teſtamenti adverſus inſtitutum heredem, [a] etiamſi Imperator ſit, [b] vel unus ex liberis, aut aliquis ex municipibus. [c] 37

[a] *l. Si non mortis, 25. §. 1. l. ſi inſtituta 27. §. pen. l. ſi ſuſpecta, 29. in prin. ff. de inoff. teſtament. l. ſi heredum 10. & l. cum duobus 13. C. eod. tit.* [b] *l. Papinianus 8. §. ſi Imperator 2. ff. hoc tit.* facit *l. ex imperfecto 23. ff. de legat. 3. & l. 3. Cod. de teſtament.* [c] *l. pen. § 1. ff. de inoffic. teſtament.*

Competit item adverſus fiſcum, qui in locum inſtituti heredis ſucceſsit. 38

dict. l. ſi heredum 10. C. hoc tit.

Conceditur etiam adverſus fideicommiſſarium heredem, cui ex Senatuſconſulto Trebelliano à fiduciario herede, reſtituta eſt hereditas. 39

l. 1. C. eodem tit.

Tribuitur denique adverſus eum, qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem accepit. 40

l. Filium 20. in princ. verſ. ſed quemadmodum, ff. de bonor. poſſ. contra tab.

Sequitur ut diſpiciamus, ad quid competat querela inofficioſi: cujus capitis inſpectio duplex eſt: Una de fine hujus actionis, altera de ejus re ſubjecta. 41

Finis querelæ inofficioſi teſtamenti hic eſt, ut teſtamentum ſententia Judicis pronuncietur inofficioſum, heredis inſtitutio reſcindatur, teſtamentum ad cauſam inteſtati deducatur, atq; hereditas ab inteſtato obtineatur. 42

l. Poſtumus 6. §. 1. l. Papinianus 8. §. penult. l. ſi pars. 10. l. Titia 13. in fin. l. qui repudiantis 17. & l.

Digitized by Google

& l. Mater 19.*ff.h.t.& Novell.*115.*cap.*3. *in fin.& cap.*4. *in fin.* Donell.*lib.*9.*comment.cap.*10.

43 Antiquitus quidem per querelam inofficioſi totum reſcindebatur teſtamentum, ut nec legata, nec libertates datas præſtare actor teneretur: [a] Jure autem novo reſcinditur duntaxat heredis inſtitutio: legata, fideicommiſſa, & datæ libertates ſalvæ manent. Quæ actione ex teſtamento peti poſſunt. [b]

[a] *d.l.Papinianus* 8. *§.pen.& l.qui repudiantis. §.ultim.ff.de inoffic.teſtament.* [b] *dict. Novell.* 115.*c.*3.*in fin.& c.*4.*in fin.* Fachin.*lib.*4.*controverſ.c.*10.

44 Sed dubium & anceps hoc reddit quæſitum Donellus [a], An ſi teſtator ob falſum de morte filii rumorem, liberos præterierit, & alios inſtituerit heredes, & quædam reliquerit legata, ut quoad inſtitutionem, ita quoque legatorum reſpectu invalidum ſit teſtamentum? Affirmatam ſententiam à veritatis tramite recedere non exiſtimo. [b]

[a] Donell.*in Auth.non licet,& Auth.Ex cauſa. num.*9.*C.de liber.præterit.* [b] *l. inter cætera* 39.*ff.de liber.& poſt.hered.inſtit.l.filio præterito.*17.*ff.de injuſt.rupt.* ubi Cujac. *& ad l.*4.*ff. de liber.& poſt.hered.*Bart.*in dict.Auth.ex cauſa.*ubi tribus cumprimis ſuam corroborat ſententiam rationibus: primam petit à præteritione militis per *l. ſicut.*9.*& l.ſi cum ſeq. C. de teſtament. milit.* Deinde veriſimile haud eſſe opinatur, quenquam ſuis ſucceſſoribus alienos præferre voluiſſe, *l. cum avus.*102.*ff.de condit.& demonſtr.l.cum acutiſſimi.*30. *C.de fideicommiſſ. l.generaliter* 6.*§.fin.C.de Inſt.& ſubſtit.* Tertium argumentum depromit Bart.*ex l.ſi unquam* 8. *C. de revocand. donat.* Hanc ſententiam confirmant quoque Paulus Caſtrenſ. Alexand. Iaſon.*in d.Auth.Ex cauſa.C.de liber.præterit.* And Gayl.*lib.*2.*obſerv.pract.obſerv.*113.*num.*1.*&* 2. Cùm enim hoc de filio ignoranter præterito expreſsè deciſum non ſit, ut legata ſarta tecta conſervari debeant, à juris antiqui regulis certè recedendum non erit, *arg. l.*32. *in fin. C. de appellat.*

45 Res inofficioſi querelæ ſubjecta, vel tota eſt hereditas, vel ejus pars quædam. Tantum enim quiſq; per hanc actionem petere poteſt, quantum inteſtato patrefamil. mortuo habiturus eſſet. Unde ſi quis ſolus ab inteſtato futurus eſſet heres, de inofficioſo agendo rectè totam hereditatem petet; Sin pro parte, non totam hereditatem, ſed hanc ipſam partem petere debebit.

*d.l.Mater.*19.*ff.h.t.* Cujac.*in lib.*2. *Quæſtion. Pauli,pag.*29.

46 Ex duabus ergò filiabus una à matre præterita, altera inſtituta, placet præteritam non niſi ſemiſſem hereditatis, agendo de inofficioſo, vindicare poſſe.

d.l. Mater 19.*& l.ſi ponas* 23. *in princ.ff.eodem tit.*

47 Similiter duobus filiis, qui ſoli defuncto erant, exheredatis, ſi unus dicat inofficioſum, reſponſum eſt à Papiniano Juriſconſulto, eum non totam hereditatem, ſed dimidiam petere debere.

l. Papinianus 8. *§.quoniam.ff.h.tit.*

48 Quod ſi autem ex duobus liberis exheredatis unus querelam repudiet, aut tempore excludatur, pars ejus alteri accreſcit, ut qui ab initio per querelam partem ſolam vindicare poterat, nunc totam hereditatem poſsit, partem jure ſuo proprio, partem jure accreſcendi.

l. Qui repudiantis 17.*& l.ſi ponas* 23.*§.ult.* ubi Cujac. *ff.h.t.l.ſi poſt mortem* 10. *§. liberi. ff. de bonor.poſſ.contra tab.& Novell.*22.*de nuptiis.cap.*21. Cujac.*in lib.*2. *quæſt. Pauli.pag.*28.*& ſeq.&*

ſeq. & *in lib.2. Reſponſor. Papin. pag.54. col.2.* & *ad l. Papinianus 8. §. quoniam* & *ad l. filius 22.* & *duas ll. ſeqq. ff. h. t.* & Donell. *lib.19. comment. cap.9.* Fachinæ. *lib.4. contro verſ. cap.31.*

Proximum nunc eſt, ut videamus, quibus caſibus ceſſet inofficioſi que- 49
rela. Et primò locus non eſt querelæ, ſi meritò & dignè ſit exheredatus, ali-
quis legitima ſcilicet ingratitudinis ex cauſa.

Novell.115. cap.3. & *cap.4.*

Sed quæritur, cui in judicio de inofficioſo teſtamento onus probandi in- 50
cumbat, exheredato vel inſtituto heredi? Et arguit juris autoritas, quod
movens querelam teneatur quidem probationem præſtare, ſe immeren-
tem exheredatum vel præteritum; [a] heres tamen ſcriptus, ſi elogium ex-
heredationis verum dixerit, legitimis modis id probare neceſſe habet. [b]

[a] *l. Nam* & *his 5. §.1. ff. hoc tit.* & *l. liberi 28. C. eod. tit.* & *l. ſi poſtumus 14. §. ult. ff. de liber.* & *poſtum.* [b] *l. ſi maritus 22. ibi, neque juſtas offenſæ cauſas præſtitiſſe expreſſe convincitur,* & *l. ſeq. l. omnimodo 30. ibi. Si tamen non ingrati legitimis modis arguantur. C. h. tit. l. cum apertiſſimè 10. in prin. C. de ſecundis nupt.* & *Novell.115. cap.3. in prin.* & *fin.* & *cap.4. in fin. verſ. ſive igitur.* Diſſentire videtur Cujac. *ad Novell.18. mihi pag.129.*

Secundò ceſſat inofficioſi querela, ſi exheredato legitima tota, [a] vel pars 51
ejus [b] eſt relicta.

[a] *l. Papinianus 8. §. Quoniam 8. ff. h. t. §. igitur quartam, Inſtit. eod. tit.* [b] *d. l. omnimodo 30. C. h. t.* & *§. ſed hæc ita, Inſt. d. t.*

Controverſæ autem quæſtionis eſt, legitima titulo inſtitutionis relicta 52
eſſe debeat, an ſatis ſit, ſi jure legati, fideicommiſſi, vel donationis ſit reli-
cta? Nos liberis & parentibus exheredatis, vel præteritis, ea præteritione,
quæ pro exheredatione habetur, querelam inofficioſi competere arbitra-
mur, etiamſi legati, fideicommiſſi, aut donationis titulo, debita portio eis
relicta fuerit. [a] In cæteris vero hujuſmodi ſingularem titulum, ad exclu-
dendam querelam ſufficere exiſtimamus. [b]

[a] *Per Novell.115. cap.3. in princ. ibi,* nec ſi per quamlibet, &c. & *cap.5. in princ.* Cujac. *ad Novell.18. mihi pag.128.* & *ad Iul. Paul. lib.4. ſentent. Tit.5. §. Filius in judicio.* Vigl. *ad §. ultim. Inſtit. hoc tit.* Fachin. *lib.4. Controverſ. cap.30.* Et Iohan. Vaud. *diſſent. lib.1. variarum q.5.* [b] Diſpoſitio enim Novell 18. *cap.1. ibi, ſive quis illud, d. l. omnimodò 30. in princ. verſ.* & *hac quidem, C. hoc tit.* & *§. Sed hæc ita Inſt. eod.* Correcta non eſt alia nova lege in fratribus & ſororibus: proindeq; vigere adhuc putari debet, per regulam *l.32. in fin. C. de appellat.* & *in c.1. in fin. tit. de conſtitutionibus in 6.* Vide de hac quæſtione Theſaur. *deciſ.58.* Beſold. *in delibat. ex lib.5. ff. tit.2. quæſt.25.* Arum. *exercit. Iuſtin 10. theſi 18.* Gilken. *ad auth. noviſſima. C. hoc tit. n.27.* Althuſ. *lib.1. dicaol. cap.56. num.24.* Piſo. *lib.2. var. reſolut. c.8. num.1.* Rittershuſ. *ad Novell. part.6. cap.3. n.36.* D. Berlich. *part.3. concluſ.15. n.8.*

Hinc ſi pater teſtamento etiam inter liberos abſq; inſtitutionis titulo, le- 53
gitimam uni ex liberis relinquat, atq; ita non inſtituat nec exhæredat libe-
ros, teſtamentum inutile eſt.

Fachin. *lib.4. controverſ. cap.21.*

Et licet dicat pater, ſe filio centum pro ſua legitima relinquere, attamen 54
inſtitutionis titulo non præſumitur eam dare. [a] Et ſi in numerata pecunia
aſſignet pater filio legitimam, non eſt cogendus filius acceptare hanc pa-
tris diſpoſitionem. [b]

[a] Fachin. *d. lib.4. controverſ. l.25.* Covarr. *ad d. cap. Raynutius 16. §.1, n.6. d. teſtam.* Vid. D. Dn.

Digitized by Google

Ruimelin part.2.diſſ.ff.2.theſ.15. lit.E. [b] Eſt enim legitima pars ſubſtantiæ paternæ, Nov.18. cap.1. Fachin.d.lib 4. cap.33.

55 Eſt autem legitima, ſive debita portio, pars quędam illius portionis, quę ab inteſtato alicui debetur; quæ olim erat quarta illius debitæ portionis: [a] hodie verò pro numero perſonarum inteſtato ſuccedentium, vel triens, vel ſemis, [b] non modo in liberis, ſed & ejus fratribus & ſororibus. [c] Parentum legitima ſemper eſt triens. [d]

[a] d.l. Papinianus 8. §. ſi quis mortis 6. ff. hoc tit. & l. Parentibus 8. in princip. C. eodem tit. [b] Novell.18.c.1. [c] dict. Novell.18.cap.1.in fin. Diſſentiunt multi inter quos eſt Giphan. ad Auth. noviſſima C.de inoffic.teſtament. in manuſcriptis commentariis, nondum luce donatis. [d] Eſt & horum aucta legitima in dict. Novell.18.cap.1. verſ.ult. gloſſ, Bart.Iaſ. & alii ad dict. Auth. noviſſima, C.de inoffic.teſtament. & Cujac. ad dict. Novell.18.cap.1. & Balduinus in Iuſtiniano mihi pag.542. & ſeq. Fachinæ.lib.4. controverſiar. cap.28. & ſeq. Diſſentit præter alios Vaud. lib.1.quæſt.50. Vide Dn.Berlich. dict.part.3. concluſ.11.num.1. Tuſch.pract.concluſ.tom.5.lit.L. concluſ.181.n.1.& ſeq.

56 In dubium vocatur, ſi filius à vivo patre legitimam acceperit, an patris ſubſtantia poſtmodum aucta, filius mortuo patre ſecundum bonorum quantitatem, quæ tunc eſt, petere legitimam poſſit? Affirmata ſententia nobis potior eſt.

Per text.in l.ſi quando 35. §.1.C.h.tit. Fachin.lib.4.controverſ.c.27.

57 Quòd ſi parentibus & liberis titulo inſtitutionis aut fratribus vel ſororibus quovis alio titulo aliquid relictum ſit teſtamento, quod non compleat legitimam, tunc ab heredibus, quod minus acceperunt, condictione ex lege exigere poſſunt: [a] quæ actiò perpetua eſt, & tranſitoria ad heredes, etiam non præparata, [b] neque extinguitur renunciatione licet jurata. [c]

d. Novell.115. c.5.d.§. Sed hæc ita, verſ. ſin verò, Inſt.h.t. & d.l.30. in princ. ubi gloſſ. in verb. exigere.C.eod. And Gail.lib.2.obſerv.120. in prin. [b] l. Papinianus 8. §.quoniam verſ. proinde. ff. h.t. Andr.Geil.d.lib.2.obſerv.120.n.7.& ſeqq. [c] l.ſi quando 35. §.1.C.h.t. Vide Mynſing.cent.1. obſerv.36.

58 Tertiò, locus non eſt querelæ, ſi exheredatus vel præteritus repudiaverit hereditatem, vel querelam, [a] vel tacita diſſimulatione querelæ renunciaverit, [b] vel agnoverit judicium & voluntatem defuncti, accipiendo ſcilicet quod ſibi teſtamento relictum eſt: [c] modò ſuo, ſuorumq; nomine ita agnoverit: ſecus ſi id quod accepit, alii rurſus præſtiterit. [d]

[a] l. Qui repudiantis 17. l. Si ponas 23. §. ult. ff. h.t. l. Si quis filium 34. ibi, repudiaverit querelam, C.eod.t.. [b] l.1. Cod.de integr.reſtitut.minor. [c] d.l. Papinianus 8. §. ſi conditioni, ff.h.t.l.ſi quando 35. §. Et generaliter, C.eod.tit.. [d] §. Si tutor, Inſtit. h.t. & l. Si pars 10. §.1. ff. eod. vide Donell.lib.19. cap.5.

59 Pacto tamen inter patrem & filium effici non poteſt, ne hic teſtamentum illius inofficioſum dicat.

d.l. Si quando 35. §.1. & ibi Dd. C.h.t. Chaſſenæus ad conſuetud. Burg. Rubr.7. §.2. Dutreſpaſſé, num.7.

60 Quartò matri & fratribus querela inofficioſi nulla eſt adverſus teſtamentum filii & fratris ſui impuberis, [a] neq; liberis, parentibus, fratribus, ſororibus adverſus teſtamentum militis, quocunque jure, communi, vel militari factum fuerit. [b]

[a] d.l.Pa

Digitized by Google

[a] *d. l. Papinianus 8. §. Sed nec impuberis, ff. h. t.* Donell. *lib. 19. comment. cap. 5. pagin. 282.* [b] *l. Si inſtituta 27. ff. de inofficioſo, ff. h. t.* & *l. De inofficioſo 9. C. eod. tit.* Vide Donell. *dict. lib. 19. c. 5. pag. 283.* & *ſeqq.*

Adhæc, locus non eſt querelæ inofficioſi teſtamenti, ſi exheredatus, vel præteritus poſt aditam hereditatem quinquennio tacuerit. 61

l. Contra 16. & *l. ſi quis 34. in fin. l. Scimus 36. §. illud præterea C. h. t. l. 2. C. In quib. cauſis in integr. reſtitut. neceſſ. non ſit.* Vide Baldum. *in Iuſtiniano, mihi pag. 332.* & *ſeq.* & Donell. *lib. 19. comment. cap. 6.*

Deniq; ceſſat inofficioſi querela morte exheredati, vel præteriti, ſi hic eam vivus non præparaverit. 62

l. Si quis filium 34. C. h. t. & *l. Poſtumus 6. §. ult.* & *l. ſeq. ff. eod. tit.* Donell. *d. lib. 10. comment. c. 6. pag. 291. in fin.* & *pag. ſeq.*

Gravis autem hic oritur quæſtio: An filio à patre exheredato, cauſáque ingratitudinis probata, nepos ex ſua perſona ad inofficioſi querelam admittatur? Negativæ patrocinium præſtare juris autoritas videtur. 63

l. Si quis filium ſuum 34. Verſ. ſed nos C. De inofficioſo teſtam. l. ſi quis filio exheredato 6. in princ. De injuſt. rupt. irrit. & *c. l. 9. §. ſi filium 2. ff. de liber.* & *poſt.* ubi Cujac. *l. 4 §. ſi quis, ff. de bonor. poſſ. cont. tabul.* Dn. D. Beſold. *part. 1. delibat. ex lib. 5. ff. tit. 2. num. 21.* Hœnon. *diſp. 9. ad Inſtitut. controv. 7.*

Reſtat ultima inſpectio de pœna actoris ſuccumbentis in hoc judicio: quæ eſt, quod ſi ſuo nomine egerit, amittit id, quod teſtamento ei datum eſt, idq; fiſco vindicatur tanquam indigno ablatum. 64

d. l. Papinianus 8. §. Meminiſſe, ff. h. t. vide Donell. *lib. 19. comm. c. 10. pag. 309.* & *ſeq.*

Quod ſi impubes arrogatus, qui quartam habet ex conſtitutione D. Pii, agat querela inofficioſi, nec obtineat, non perdit quartam; [a] ut nec perdit actor ob hoc donationem inter vivos, vel mortis cauſa donationem. [b] 65

[a] *d. l. Papinianus 8. §. ſi quis impubes 15. ff. h. tit.* [b] *l. Poſt legatum 5. §. Qui mortis cauſa, ff. de his, quæ ut indig.* Donell. *lib. 19. comment. cap. X.*

Clas. V. Disputat. XXV.

De Petitione Hereditatis.

THESIS I.

SUccedit petitio hereditatis, ita ſpecialiter dicta: quæ eſt actio in rem, [a] proindeq; vindicatio, [b] quâ defuncti heres delatam ſibi hereditatem, [c] & à ſe agnitam, [d] ab ejus poſſeſſore, qui pro herede, vel pro poſſeſſore eam poſſidet, [e] in judicio petit. [f]

[a] *l. ſed etſi 25. §. Petitio, ff. h. t.* Dn. D. Beſold. *part. 1. delibat. ex lib. 5. ff. quæſt. 30.* [b] *l. ſi ſcripti 9. C. eod.* [c] Defertur hereditas teſtamento, vel lege ab inteſtato, ut oſtendimus *ſub Claſſe 3. diſp. 1. theſ. 9.* [d] Agnoſcit hereditatem jure civili ſuus heres immiſſione, extraneus aditione, vel pro herede geſtione, ut traditum eſt ſub eadem *Claſſe 3. diſput. 10.* Iure autem prætorio, petitione bonorum poſſeſſionis, de qua ſub eadem *Claſſe 3. diſp. 12.* [e] *l. regulariter 9.* & *l. pro herede 11. in princ.*

princ. & *§. ult. ff. h. t.* [l] *§. 1. inſtit. de actionib.* De requiſitis hujus actionis vide Mynſ. *reſponſ. 10. n. 2. 3.* & *4. decad. 1.* & *reſponſ. 12. n. 2. 3.* & *4. decad. 2.* Paul. Chriſtinæ. *Vol. 2. deciſ. 173.* Matth. Weſenb. *conſil. 274.*

2 Eſtq́, triplex: una, civilis petitio hereditatis: altera petitio hereditatis poſſeſſoria: tertia fideicommiſſaria hereditatis petitio.

Civilis petitio hereditatis vocatur etiam directa actio, ſive petitio hereditatis, *l. 3. §. Miſſum 13. ff. de Carbon. edict. Rubr. ff. de poſſeſſor. heredit. petit.* & *l. 2.* & *Rubr. ff. de fideicommiſſaria hereditatis petit.*

3 Civilis petitio hereditatis, quæ ſimpliciter petitio hereditatis dicitur, [a] eſt, quâ heres, qui jure civili [b] delatam ſibi hereditatem agnovit, à poſſeſſore eam ſibi reſtitui [c] petit. Eſtq́; bonæ fidei. [d]

[a] *Tot. tit. ff.* & *C. de petit. heredit.* [b] *l. 1.* & *l. 2. ff. de poſſeſſ. heredit. petit.* & *l. 2. ff. de fideicommiſſ. hered. petit.* [c] *l. licet, 10. §. 1. ff. de hereditat. petit.* [d] *l. ult. in fin. C. h. t.* & *§. actionum, Inſtit. de action.*

4 Circa hanc autem quinque partita inſpectio occurrit. 1. quibus competat. 2. adverſus quos ſtringatur. 3. quibus de rebus concedatur. 4. Cujus rei gratiâ moveatur. 5. De poſſeſſoris Rei indemnitate.

5 Competit verò petitio hereditatis heredi, cujus eſt hereditas, quam & ſuam eſſe, & ad ſe pertinere ex teſtamento, vel ab inteſtato intendit. Id quod primum eſt hujus actionis requiſitum.

l. 3. l. licet, 10. ff. h. t. & *l. 1. in princ. ff. ſi pars hered. petit.*

6 Sed quæritur, an exprimere in libello actor teneatur ex teſtamento, vel ab inteſtato hæres ſit? Et non teneri pleriq; ſentiunt: [a] & quidem rectè. [b]

[a] Quos ſequitur Weſemb. *in parat. h. t. n. 8.* & 12. & Iohan. Schneid. *ad §. actionum, n. 12. Inſt. de Act.* [b] *arg. l. ſi ſine 9. §. Illud,* ubi Bart. & alii, *ff. de interrogat. in jure fac.* Sufficit actori in libello exprimere: quòd ſit heres: in termino probationis, cùm docet, heredem ſe eſſe, manifeſtum fit, quo jure heres ſit. Hartm. Piſtor. *obſervat.* 88.

7 Neque refert ex aſſe heres ſit, vel ex parte.

d. l. 1. in prin. & *§. 1. d. l. licet 10. §. 1.* & *tot. t. ſi pars heredit. pet.*

8 Datur quoque heredis ſucceſſoribus: [a] cùm & heres heredis intelligatur eſſe heres teſtatoris; atque etiam illius, qui inteſtatus deceſſit. [b]

[a] *l. 3. ff. h. t.* [b] *l. ult. C. hered. Inſtit. l. antiquitas, C. de uſufruct. l. Sempronius 26. §. idem evenit, ff. de uſu* & *uſufruct. l. ſecundum eſt 70. in princ. ff. de verbor. ſignif.* & *l. qui per ſucceſſionem 194. ff. de verb. ſignif.*

9 Quin etiam competit hęc actio emptori hereditatis, [a] & quidem ex venditoris ceſſione, & jure venditoris: utilis etiam abſque ceſſione. [b]

[a] *l. ei qui 54. in pri. ff. h. t.* [b] *l. emptor. 5. C. de heredit. vel act. vendit. l. ult. C. quando fiſcus vel privatus, l. 1. C. de oblig.* & *act.* & *l. 3. C. de novat.*

10 Quemadmodum autem heredi ad obtinendam victoriam non ſufficit, ſi in judicio dicat, heredem ſe eſſe defuncti, ſed id negante Reo, probare neceſſe habet, & delatam ſibi eſſe hereditatem teſtamento, vel lege ab inteſtato, ſeq́ue eam agnoviſſe intra legitimum tempus: ſic & hæres heredis docebit idem, non modò de eo, cujus eſt heres, ſed etiam de ſeipſo: Tùm etiam emptor hereditatis probabit, & hereditatem eam ad fiſcum venditorem pertinuiſſe, & eam ſe à fiſco emptionis titulo comparaſſe.

Semper

Semper enim actori, & qui dicit, incumbit probatio. *l.2.ff.de probat. l.actor.23. C.d.t.l.4.C. de edendo.* Et in terminis de hac actione docet in ſpecie Mynſing. *Reſponſ.10.nu.2.& 2.decad. 1.& Reſp.12.n.4.decad.2.* & Donell. *lib.19.Comment.c.12.pag.325.ſub num.40.*

Competit autem hæc actio adverſus eum, qui rem hereditariam omnẽ, 11
vel etiam minimam, unam, vel plures, pro herede, vel pro poſſeſſore, poſſidet: [a] aut ſaltem tenet. [b] Atque hoc alterum eſt requiſitum petitionis hereditatis, poſſeſſio ſcilicet ex parte Rei, quod requiſitum itidem probare actor tenetur. [c]

[a] *d.l.Regulariter 9.& l.ſeq.& d.l.pro herede 11.in princ.& in fin.ff.h.t.l.2. C.eod.tit.l.1.& tot.tit.ff.ſi pars hered.pet.* [b] *l.ſi à domino 36.§.1.ff.de petit.heredit.* fac. *l.officium 9.ff. de rei vindicat.* [c] Mynſing. *dict. Reſponſ.10.nu.4.decad.1.& reſponſ.12.nu.4.decad.2.*

Pro herede autem poſſidet, qui putat ſe heredem eſſe, tametſi heres non 12
ſit: aut ſcit, ſe heredem non eſſe, contendat tamen heredem ſe eſſe, & petitori faciat hereditatis controverſiam. Pro poſſeſſore poſſidet, qui interrogatus cur poſſideat, reſponſurus ſit, quia poſſideo, nec ullum poſſeſſionis titulum juſtum docet, nec docere poteſt. qualis eſt prædo, & fur.

d.l.pro herede 10.& duab.ll.ſeqq.ff.h.t. Donell. *dict.libr.19.comment.c.4.pag.329.in fin. & pag.ſeqq.quem vide.*

Titulus autem hic, pro poſſeſſore, cæteris omnibus titulis adhæret, & 13
quaſi injunctus eſt: veluti titulo pro emptore. Nam ſi à furioſo emero ſciens, pro poſſeſſore poſſideo. Idem titulo, pro donato, ineſt, utputa ſi conjunx conjugi quid donet. Tum etiam titulus, pro dote, recipit hunc pro poſſeſſore titulum, ut ſi à minore 12. annis nupta mihi quaſi dotem ſciens accepi. Et ſi legatum ex falſa cauſa mihi ſolutum eſt, utique pro poſſeſſore poſſideo: & ut ſummatim dicam, quilibet inanis titulus pro poſſeſſore appellatur.

l.nec ullam 13.§.1.ff.h.t.& ibidem Cujac.

Si quis procurator abſentis nomine poſſideat hereditatem, cùm ſit in- 14
certum, an ille ratum habeat, abſentis nomine petenda eo hereditas, ipſius verò nequaquam: quia non videtur pro herede, vel pro poſſeſſore poſſidere, qui contemplatione alterius poſſidet. Si tamen abſens ille ratum non habeat, procurator quaſi prædo eſt, proindeque ſuo nomine tenetur.

l.nec ullam 13.§.ſi quis 12.ff.de heredit.petit.

Sunt qui neque poſſident, neque tenent rem hereditariam, juris tamen 15
interpretatione pro poſſeſſoribus habentur, proindeq; hac actione tenentur: ut ſunt, qui ſe liti obtulerunt, [a] item qui dolo rem hereditariam poſſidere deſierunt. [b]

[a] *l.qui ſe liti obtulit 45.ff.h.t.l.ſi is qui 7.ff.de rei vindic.* [b] *d.l.nec ullam 13.§.ſi quis 12.l.ſed etſi lege 25.§.perinde 8 ff.h.tit.de petit.hered.& l.qui petitorio 36.in fine principij.ff. de rei vindic.* vide Donell. *lib.19. Commentar.c.12.pag.327.& ſeqq.*

Et licèt, qui dolo poſſidere deſijt, condemnatus ſit, attamen qui poſſi- 16
det, non liberatur; cum quo tamen ſi priùs actum ſit, atque hic corpus, aut litis æſtimationem præſtiterit, ea res illi, qui dolo poſſidere deſiit, prodeſt.

d.l.nec ullam 13.§.pen.ff.h.t.& l.Stichum 95.§.dolo feciſti 9.ff.de ſolut.Cujac.in libr.28. quæſtion. Papinian.pag.123.& ſeq.Donell.dict.lib.19. Commentar.cap.12.pag.328.

17 Idem etiam in eo obtinere dicimus, qui ſe liti obtulit.

Per l. ſi is 7. ff. de rei vindicat.

18 Adhæc peti hereditas poteſt à juris quoq; poſſeſſoribus, [a] proindeq; à debitore etiam hereditario quocunq; ſive ex contractu, aut quaſi contractu, ſive ex delicto, aut quaſi delicto debitor ſit. [b]

[a] *d. l. regulariter 9. l. nec ullam 13. §. ult. & l. item 18. §. ult. ff. h. t.* Hæreditatis petitio, an & quando detur adverſus titulo poſſidentem. Vide Hondedæ. *Vol. 2. conſil.* 22. Fachin *libr. 1. controv.* 4. Dn. D. Beſold. *part. 1. delibat. ex lib. 5. ff. q. 31.* [b] *d. l. nec ullam 13. & ult. & l. ſeq. l. quod ſi 16. §. non ſolum, ff. eod. tit. l. hæc actio 13. §. 1. & l. ſeq. in princ. ff. de ſervo corrupt.*

19 Præterea competit hæc utilis actio adverſus bonorum poſſeſſorem, [a] fideicommiſſarium hæredem. [b] & eum, qui à non vero herede vel emit, [c] vel in dotem accepit alienam hereditatem. [d]

[a] *l. pro herede 11. in fine princ. ff. h. t.* [b] *d. l. nec ullam 13. §. idem erit, & §. ſed etſi retenta 6. ff. eod.* [c] *d. l. nec ullam 13. §. Quod ſi quis hereditatem 4. & §. ſi quis ſciens, 8. ff. h. t. l. 2. C. eod. tit.* De qua lege vide Donell. *lib. 19. comment. c. 4. pag.* 336. Hotoman. *conſil. 18. in appendice*, & Giphan. *in Commentariis ad eandem legem* [d] *d. l. nec ullam 13. §. Apud Marcellum 10. ff. eodem tit.* Vide Martin. Uranium. *Vol. 2. conſil. 27.*

20 Venditor tamen hereditatis alienæ, ut & mulier, quæ in dotem dedit alienam hereditatem, etiam directâ hereditatis petitione tenentur: & emptor, ac maritus utili conveniri poſſunt actione hac, tunc demum, ſi non expediat petitori, hereditatem à venditore, vel mulieri illa peti, ſeu ſi res aliter à venditore, ſive muliere ſalva eſſe non poſſit.

d. l. nec ullam 13. §. quid ſi quis 4. & §. Apud Marcellum 10. ff. h. t. Donell. *libr. 19. Comment. cap. 4. pag.* 335.

21 Et licet quis ſciens alienam emerit hereditatem, non aliter tamen perveniri ad eum poteſt, quàm ſi res à venditore ſalva eſſe nequeat.

d. l. nec ullam 13. §. ſi quis ſciens, 8. ff. eod. tit. Sed obſtare videtur præcedenti & huic theſi *tex. in l. 2. C. h. t.* vide Donell. *lib. 19. comment. d. cap. 4. pag.* 336.

22 Denique competit quoque hæc actio adverſus heredem ejus, qui pro poſſeſſore, vel pro herede poſſedit.

d. l. nec ullam 13. §. Neratius 3. & §. heredem autem 11. ff. h. t. vide Cujac. *libr. 9. Comment. cap.* 25.

23 Videamus nunc, quibus de rebus petitio hereditatis detur. Et placuit, univerſas res hereditarias in hoc judicium venire, ſive corpora ſint, ſive jura. [a] Quin etiam & illud in hanc venit actionem, ſi culpa ſua malæ fidei poſſeſſor reus ſumptum, quem facere debuit, non fecit. [b] Neq; æs alienum ſolvit, proindeq; vel uſuræ creverunt, vel pignora ſunt diſtracta. [c]

[a] *l. Generaliter 9. l. nec ullam 13. §. ultim. & l. item videndum 18. §. ult. & l. ſeq. in princ. ff. h. t.* [b] *l. ſi quid 31. § ſicut 3. & l. Et qui 54. §. ult. ff. eod.* [c] *l. non ſolum 53. & l. Divus 5. in pr. in. verſ. item ſi futurum, ff. h. t.*

24 Sunt autem duo corporalium rerum hereditariarum genera, quæ hac actione petuntur: unum complectitur eas res, quas defunctus tẽpore mortis habuit, [a] alterum continet res, quæ hereditati quæſitæ ſunt poſt mortem ejus, de cujus hereditate agitur. [b]

[a] Et hæ res propriè dicuntur hereditariæ per l. *Hereditas 63. ff. de regul. jur.* [b] *de his poſt agemus.*

Prio-

Prioris generis res in duplici ſunt differentia: quædam ad jus defuncti pertinebant, quædam ad ejus tantùm ſpectabant periculum. 25

Ad jus defuncti pertinuiſſe res dicimus, I. quæ in dominio ejus fuerunt, etiamſi ab eo pignori obligatæ alicui eſſent. [a] II. quæ extra dominij jus poſitę ſunt, ad eas tamen perſequendas defunctus ſpecialem in rem actionem habuit, puta hypothecariam actionem, vel actionem publicianam. [b] III. In quibus defunctus poſſeſſor retentionem habuit, non etiam petitionem, veluti ſi juraverat defunctus, petitoris rem non eſſe, & deceſſerit. [c] 26

[a] *l. Ei qui 54. §. 1. ff. h. t.* [b] *l. Et non tantùm 19. in princip. Verſ. Et quidem, ff. eod.* [c] *d. l. & non tantùm 19. §. 1. ff. h. t.*

Ad periculum defuncti ſpectabant res olim ei commodatæ, vel apud eum depoſitæ, in quibus cuſtodiam ex bona fide natura contractus congruentem debuit. 27

d. l. Et non tantùm 19. in princ. ff. h. t.

Poſterioris generis res hereditariæ in 4. diſcedunt ſpecies: Prima continet res per ſervos hereditarios nondum aditæ hereditati quæſitas. 28

l. Per ſervum 32. ff. h. tit. Qua in lege duo propoſiti caſus ſingulares ſunt: unus de petitione hereditatis poſſeſſoria, quæ patrono præterito per libertum extraneo herede inſtituto competit. Alter de petitione hereditatis de inofficioſo teſtamento. Quia autem ſententia, in initio illius legis propoſita, generalis eſt, & locum habet aliis etiam in caſibus, idcircò Iureconſultus Paulus cum dicit, quod procedit, ſubaudiendum puto etiam.

Secunda ſpecies complectitur pecuniam omnem ex re hereditaria redactam, quæ triplex eſt: Pretium rerum ex hereditate diſtractarum, quod manente emptione, & evictione ceſſante manſit apud reum. [a] Pœna pretij tardiùs ſoluti, [b] & quod exactum eſt à debitoribus hereditariis [c] cujuſmodi pecuniam omnem etiam conſumptam petitori poſſeſſor præſtare tenetur. Bonæ fidei tamen poſſeſſor non aliter, quàm ſi ex ea conſumpta pecunia locupletior ſit factus. [d] 29

[a] *l. Quod ſi in diem 16. §. 1. l. Item veniunt 20. §. Ait Senatus 17. l. ſi & rem 22. Verſ. Quia poteſt. l. Sed etſi 25. §. Petitio 18. ff. h. t.* Proindeque & litis æſtimatio *d. l. Quod ſi 16. §. Unde Iulianus 2. ff. eod.* quippe cum & litis æſtimatio emptionem faciat. *l. 3. ff. pro empt. l. 7. §. 1. ff. de public. in rem act.* Sed quæri hic poteſt, & quæſitum ſcio, an poſſeſſor Reus præcii illius uſuras præſtare teneatur heredi agenti? Sed cogitandum, quod uſuræ non niſi ex mora in bonæ fidei negociis debentur, ſi nihil de uſuris præſtandis convenerit. [b] *l. utrùm 23. §. ult. ff. de petit. heredit.* [c] *d. l. Quod ſi in diem 16. §. 1. & d. l. Sed etſi 25. §. Petitio, ff. h. tit.* [d] *l. Utrùm 23. ff. eod. tit.* Donell. *lib. 19. cap. 14. pag. 336. & ſeq.*

Eſt autem poſſeſſori hereditatis neceſſaria alienatio hereditariarum rerum; non ſolùm ad æs alienum hæreditarium exſolvendum, ſed & ſi impenſæ neceſſariæ in rem hereditariam factæ ſint ab ipſo, vel ſi res morâ perituræ, deterioresve futuræ ſint. 30

l. Divus 5. in fin. princ. l. non ſolùm 53. & l. Item veniunt 20. §. Hæc adverſus 12. Verſ. niſi fortè, & §. Quod ſi poſt 16. Verſ. Sed ſi fortè, ff. h. t. n.

Quæ tamen non ex ipſa hereditate, ſed extrinſecus redacta eſt pecunia, non ad heredem petitorem, ſed ad poſſeſſorem reum pertinet. [a] Unde ſi vi- 31

deje-

dejectus ſit poſſeſſor, pœnam ex eo commiſſam non reſtituit; ut nec eam pœnam, quam ab adverſario accepit, quòd in judicium non venerit. [b]

[a] l. item veniunt 20. §. item non ſolùm 3. ff. h. t. [b] l. Sit ubi 24. ff. eod.

32 Tertia ſpecies conſiſtit in rebus cauſa hereditatis comparatæ, quæ ſunt: ut ſi comparatę ſint à poſſeſſore hoc conſilio, ut hereditati ſerviant, & conſilium eventus ſecutus ſit, puta ſi hereditati ex uſu fuerit, eas res emi.

d. l. Item veniunt. 20. in princ. & §. 1. ff. h. t.

33 Quarta ſpecies continet acceſſiones hereditatis, tùm eas quæ fiunt per conſolidationem proprietatis & uſusfructus: ut ſi uſusfructus rei hereditariæ finitus, ad proprietatem redierit, [a] tùm eas, quæ fiunt per alluvioně: [b] Tùm etiam eas, quæ partu ancillæ, [c] & fructu continentur. [d]

[a] l. fructus 33. verſ. hac ratione, ff. de rei vindica. §. Ne tamen, & §. ult. Inſtitut. de uſufruct. [b] dict. l. fructus 33. verſ. hac ratione, ff. de Rei Vind. l. Adeò. 7. §. 1. ff. de adquir. rer. dom. §. Præterea quod per alluvionem, Inſtit. de Rer. diviſ. [c] l. item veniunt 20. §. item non ſolùm 3. l. Ancillarum 27. in princip. ff. de petit. heredit. [d] dict. l. Item veniunt 20. §. item non ſolùm. 3. l. ſed etſi 25. §. ult. & l. Si quo 41. ff. h. tit.

34 Fructuum appellatione, ut in reliquo uſu juris hîc intelligimus omnes obventiones, omnesq; reditus, qui re aliqua percipiuntur, ſive ex re naſcátur, ut animalium fœtus, agrorum ſata, & arborum fructus: ſive ex uſu rei redigantur, ut penſiones, & mercedes rerum locatarum.

d. l. ſed etſi 25. §. ult. & quatuor ll. ſeqq. h. t.

35 Si autem bonæ fidei ſit poſſeſſor reus, tum eos tantùm reſtituit fructus, per quos factus eſt locupletior, ſive honeſtè, ſive inhoneſtè eos perceperit, [a] etiáſi petitor eos percepturus non fuerat. Malæ fidei poſſeſſor omnes præſtat, [b] nec ſolùm quos honeſtè, vel turpiter, puta è lupanario percepit, [c] ſed & quos honeſtè percipere potuit, non autem percepit. [d] Idem etiam de perceptis uſuris, quæ vicem fructuum obtinent [e] dicimus, quas etiam bonæ fidei poſſeſſor, ſi ex his locupletior factus ſit, reddere cogitur. [f]

[a] d. l. ſed etſi 25. §. Conſuluit. 11. & §§. ſeqq. d. l. ancillarum 27. §. ult. junct. l. ſeq. l. Illud 40. §. Prædo 1. & l. ſi poſſeſſor 52. ff. h. t. Rauchbar. *lib. 1. quæſtion. 28. per tot.* Obſtare videtur, quoad perceptos inhoneſtè fructus, *l. Generaliter. ff. de uſur.* Vide Cujac. *in libr. 28. quæſtion. Papiniani, pag. 91. & ſeq.* [b] & etiam fructus fructuum præſtat, Rauchbar. *dict. quæſt. in princ.* Huic ſimilis eſt bonæ fidei poſſeſſori cui denunciatum eſt, vel qui aliunde notitiam acquiſivit, ſe rem tenere alienam, vel cum quo lis eſt conteſtata. *l. 20. §. 11. ff. h. t.* Rauchbar. *in dict. quæſt. 28.* [c] *l. cùm hereditas 56. ff. h. t.* Cujac. *in Tractat. ad African. 4. pag. 89. d. l. ſed etſi 25. §. ſed & fructus 4. & §. ſeq. d. l. ancillarum 27. §. ult. juncta. l. ſeq. d. l. illud 40. §. 1. ff. h. t.* [d] *d. l. Fructus 33. ff. de rei vindic.* Donell. *lib. 19. Comment. c. 14. pag. 357.* Cujac. *in lib. 21. Pauli ad edictum, pag. 327.* [e] *l. uſura 134. ff. de uſur.* [f] *l. 1. C. de petit. heredit.*

36 Et licèt ante litem conteſtatam, aut etiam ante rem petitam, percepti ſint fructus, attamen etiam non ſpecialiter & nominatim in libello petiti, in reſtitutionem veniunt, ſive malæ, ſive, locupletior factus, bonę fidei poſſeſſor ſit reus.

dict. l. Poſt Senatuſconſult. 28. ff. h. tit. l. 20. §. 3. ff. h. t. Ubi ait IC. quod fructus augeant hereditatem, quocirca petita hereditate fructum etiam petiti cenſentur. Cujac. *in libr. 20. Pauli ad edict. pag. 290. & in lib. 21. ad Edict. pag. 327. & ſeq.* & Donell. *lib. 19. Commentar. cap. 13. pag. 343. num. 30. & ſeq.* At ſecus eſt in ſpeciali vindicatione corporis cujuſdam, cùm res vindicatur à

bonæ

bonæ fidei poſſeſſore. In hac enim præteriti temporis ratio nihil pertinet ad officium Iudicis, *l. 2 Cod. de petit. heredit. l. Ædiles 25. §. item ſciendum 8. ff. de ædilit. edict.* quamvis ſecus ſit in actione in perſonam bonæ fidei. *l. Videamus 38. §. pen. ff. de uſur.* & ſtricti juris, item arbitraria actione, ſi Prætor in formula actionis utatur reſtituendi verbo dict. l. *Videamus 38. §. Faviana, ff. d. tit.* Sed ea in ſpeciali in rem actione ad Iudicis pertinent officium, quæ poſt litem conteſtatam acceſſerunt, non quæ ante, niſi ſpecialiter ſint petita, *l. partu 10. ff. de uſur.* Idem dicimus de præjudiciis, *l. ult. Cod. de liberali cauſa,* & actionibus legatorum, & fideicommiſſorũ. In his enim ita demùm veniunt fructus & partus, ſi poſt litem conteſtatam, vel poſt moram percipiantur, vel edantur, *l. 3. §. 1. l. Equis 8. l. Reſpondit 14. in princ. ff. de uſur. l. ult. C. de uſur. & fructib. legat.* Cæterùm ante moram vel litem conteſtatam percepti fructus, vel editi partus, ad compendium pertinent heredis, non legatarii, aut fideicommiſſarii. *l. Si quis bonorum 23. & l. quæſitum 91. §. ultim. ff. de legat. 1. l. ſi quis 26. ff. de legat. 3. l. 1. & l. ult. C. de uſur. & uſufr. legat.* Cujac. *in lib. 2. quæſtion. Pauli, pag. 53.* Vide Rauchbar. *in dict. quæſt. 28. num. 8. 13. & 17.* Vbi quidem diſſentit. Ratio autem, fructuum etiam ante litem conteſtatam perceptorum, cur in petitione hereditatis, non etiam in ſpeciali in rem actione habeatur, exponit Donell. *dict. lib. 19. comment. cap. 13. pag. 343. num. 40.* & ratio eſt, quia fructus augent hereditatem. *d. l. 20 § 3. h. t.* Inde omne lucrum auferendum eſt, tam bonæ fidei poſſeſſori, quam prædoni. *l. 28. h. t.* Si tamen conſumpti non fuerint. Vid. Ilic. Vmmium in *proceſſ. diſp. 21. in fin. nu.* 19. In ſuprema Ducatus Würtenbergici Curia fructus poſt tempus litis. Conteſtationem percepti non tempore mortis adjudicantur. *Anno* 1607. 10. May.

Sequuntur jura hereditaria, quæ & ipſa hac actione petuntur, [a] eaq; vel actiones ſunt, vel feuda. [b] 37

[a] *l. Generaliter 9. l. nec ullam 13. §. ult. ff. h. t.* [b] Vt ſequentes arguunt theſes. Loquimur autem hic de actionibus in perſonam: Nam in rem actiones corpora hereditaria ſequuntur.

Actiones hereditariæ quæſitæ ſunt, vel ipſi defuncto, cùm adhuc viveret, vel hereditati, vel poſſeſſori, ſed ex re hereditaria. Ipſi defuncto quæſitas actiones tranſire ad heredem omnes, exceptis iis, quæ injuriam defuncto factam perſequuntur, certum eſt. [a] Proindeque in petitionem hereditatis veniunt, ſive ex contractu, vel quaſi, ſive ex maleficio, vel quaſi maleficio quæſitæ ſint. [b] 38

[a] *§ non autem. Inſtit. de perpet. & temporal. act.* [b] *d. l. nec ullam 13. §. ultim. l. 14. l. 15. l. 16. in princ. & l. Item veniunt 20. §. Cum prædiximus 4. & §. ſeq. ff. de petit. heredit.*

Hereditati quæſitas actiones dicimus, quę poſt defuncti mortem, jacenti, & nec dum aditæ hereditati quæſitæ ſunt; quod accidit, ſi quis negociũ hereditarium geſſerit, [a] vel rem hereditariam ſurripuerit, [b] vel quid ſervo hereditario promiſerit, aut damnum ei dederit. [c] 39

[a] *l. Nam & Servius 21. §. 1. ff. de negot. geſt.* [b] *l. Vel aliquam 15. ff. de petit. heredit.* [c] *d. l. Sed utrum 14. ff. h. t.*

Sed ita demùm hac actione conveniri poteſt debitor hereditarius de actione aliqua hereditaria perſonali, ut poſſeſſor juris, ſi vel faciat controverſiam hereditatis, dicendo ſe eſſe heredem, id eſt, ſe pro herede poſſidere, [a] vel etiam ſi non contendat ſe heredem eſſe, neq; ex alia juſta cauſa contendit, ſe poſſidere, ſed dicat, ſe poſſidere, quod poſſideat, nulla allata cauſa poſſeſſionis, id eſt, ſi ſciens mala fide jus hereditarium poſſideat. [b] 40

[a] *l. ſi debitor 42. ff. h. t.* [b] *l. Regulariter 9. ubi, qui vel jus pro herede, vel pro poſſeſſore poſſidet, ff. eod. tit.* Cujac. *in lib. 20. Pauli ad dict. pag. 284. col. 2.*

Poſſeſſori ex re hereditaria dicimus quæſitam actionem, ſi vi f[illegible] 41

jectus poſſeſſione hereditaria, vel rem hereditariam vendiderit, aut precario dederit, vel hereditaté aut res ſingulas ex cauſa fideicommiſſi alii reſtituerit. Primo enim caſu interdictum, unde vi habet adverſus dejicientem, quo interdicto cedere agenti petitione hereditatis tenetur. [a] Secundo caſu competit ei contra emptorem, vel precario rogantem ex vendito actio, vel interdictum de precario, quibus ſimiliter petitori hereditatis cedere jubetur. [b] Tertio caſu habet condictionem, quam itidem hac actione conventus præſtare petitori tenetur. [c]

[a] *l. quod ſi in diem. 16. §. Iulianus. 4. & l. illud. 40. §. actiones. 2. ff. h. t.* [b] De actione ex vendito eſt *text. in d. l. quod ſi. 16. §. item ſcribit. 5. & l. item 20. §. ait Senatus. 17. ff. eod.* De interd. de precario textus eſt *in dict. l. illud. 40. §. actiones. 2. ff. hoc t.* [c] *d. l. quod ſi 16. §. idem Iulianus ſcribit. 7. ff. h. t.*

42 Quod attinet feuda, communis eſt interpretum ſententia, duobus caſibus ea in petitionem hereditatis venire. Unus eſt, ſi hereditaria (quæ vocant) fuerint feuda: [a] Alter, ſi ab eo detineantur, qui nullum habet jus, nullum titulum ea detinendi. [b] Sed omni caſu hac etiam actione feuda recte peti exiſtimamus. [c]

[a] Barthol. Camerar. *in repetit. tit. 55. de prohibita feud. alienat. per Frider. §. Praterea ducatus, pag.* 818. Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſtion. quæſt. 1. num.* 62. Henricus à Roſenthal. *in Synop. juris feudal. cap. 7. concluſ. 24.* [b] Poſt alios Molinæus *conſil.* 18. *nu.* 14. & Henric. à Roſenthal. *cap. 7. concluſ. 23.* [c] *per l. & non tantùm 19. in pr. ff. de petit. heredit. confert tit. 8. §. Rei autem ibi, ut tanquam dominus poſſit à quolibet poſſidente, ſibi quaſi vindicare, item ibi, Nam & virtutem eidem rei debitam petere poteſt, & retinere, lib. 2. feudor.*

43 Sed quæritur de ſervitutibus, in hanc actionem veniant, nec ne? De prædiorum ſervitutibus apertè id negat Paulus Juriſconſultus. [a] De ſervitutibus perſonarum Donellus fruſtrà quærit, & affirmat illud: [b] quippe cum hæ neque hereditariæ ſint, ſed cum perſona defuncti extinguantur, [c] neque hereditati jacenti, & nondum aditæ per ſervum hereditarium adquiri poſſint. [d]

[a] *dict. l. Et non tantùm. 19. §. ult. ff. hoc tit.* [b] *dict. lib. 19. Commentar. cap. 13. pag. 247.* [c] *§. finitur. Inſtitut. de uſufruct.* [d] *l. uſusfructus. 26. ff. de ſtipulat. ſervorum.*

44 Similiter acris eſt controverſia, an pro legitima conſequenda moveri petitio hereditatis poſſit, nec ne? Nos probare negantium opinionem nihil dubitamus, ſi is petat legitimam, qui heres ſcriptus non eſt, nec ab inteſtato heres eſſe cupit: Tùm quia legitima non eſt pars hereditatis, [a] ſed debitum ex hereditate præſtandum: [b] Tùm quia petitio hereditatis ſoli heredi competit: [c] Tùm etiam quia legitima ab herede præſtanda eſt: [d] cùm tamen petitio hereditatis contra eum, qui heres non eſt, ſtringatur. [e]

[a] Hereditas enim oneroſa eſt, ſed legitima ſine onere, *l. omnimodò. 30. ibi, ad implendam eam ſine gravamine vel mora. l. Quoniam in prioribus, 32. C. de inoff. teſtament.* Unde quota bonorum, non hereditatis quota dicitur, Cagnol. *ad l. Papinianus. 8. §. Quarta. num. 10. &* ... *de inoff. teſt.* Vivi. *lib. 1. commun. opin. in lit. L. verb. legitima, num.* 3. Boerius *decis. 24. num.* ... Eman. Soarez. *in theſaur. receptar. ſententiar. lit. L. num. 63.* [b] *l. Papinianus 8. §. unde. ff.* ... *fic. teſtam. l. penult. in princip. C. dict. tit. l. ſi tota 5. ibi. debitum bonorum ſubſidium. C. de donat. Novell. 1. capit. 1. §. 1. ibi, tantùm accipias ſolum, quantum lex ei dari ſecundùm q...*

ab inteſtato concedit. [c] *per text. theſ. 5. ad ſcriptos.* [d] *Novell. 115. cap. 5. ibi, Quicquid autem minus eis legitima portione relictum eſt, hoc ſecundum noſtras alias leges ab heredibus impleri. & d. l. Omnimodo 30. C. de inoffic. teſtament.* [e] *per textus th. ſi 11. & 12. appoſitos.*

Quid verò ſi inſtitutus quis ſit heres in ſola legitima ſua, nunquid petitione hereditatis eam conſequi poterit? Cùm hoc caſu legitima propter inſtitutionem portio hereditatis ſit, nihil dubitamus, quin actione hac peti poſſit ab eo tantùm, qui pro herede, vel pro poſſeſſore eam poſſidet. [a] Sed à coherede petitur duntaxat familiæ erciſcundæ actione; [b] quamvis Baldus etiam contra heredem petitionem hereditatis competere ſentiat: [c] qui idem utramque hanc actionem nulla adhibita diſtinctione ei tribuit. [d] 45

[a] Quia, ut ſuprà diximus, hæc actio heredi competit, contra eum, qui pro herede, vel pro poſſeſſore poſſidet, & competit etiam ei, qui pro parte heres eſt, toto titul. *ff. ſi pars heredit. per.* [b] *per l. 2. in princip. & §. 1. & tot. tit. ff. famil. erciſcund.* [c] *Ad l. ſi quis. num. 4. Cod. de inoff. teſtament.* [d] *ad l. ult. num. 38. C. de edict. D. Had. toll.*

Eſt & illud hic generaliter notandum, quod etiam res, quas poſt judicium acceptum reus poſſidere cœpit, hac actione, & judicio continentur. 46

l. 4. l. ſi quo tempore. 41. ff. hoc tit.

Unde licèt reus tempore accepti judicii nihil omninò rerum hereditariarum poſſideat, id tamen quod poſtea cœpit poſſidere hac actione & judicio continetur. 47

l. item videndum. 18. §. 1. ff. hoc tit. facit l. ſin autem. 27. §. 1 ff. de rei vindicat. & l. Tigni. 7. §. ſi quis non. ff. ad exhib. l. 1. §. Non tantùm. ff. depoſiti. l. Quæſitum. in pr. ff. de pecul.

Quin etiam malæfidei poſſeſſor de rebus, quas poſſidere etiam ante litem conteſtatam deſiit, hac actione tenetur, ſive dolo malo eas poſſidere deſierit, [a] ſive culpa, [b] ſive caſu fortuito: modo tamen hoc caſu petitor eas diſtracturus erat. [c] 48

[a] *l. ſed etſi. 25. §. quod ait. 2. & §. ſeq. § De eo. 5. & §§. ſeqq. ff. hoc tit.* Dolus enim in omni juris parte pro poſſeſſore eſt. *l. Qui dolo. 131. ff. de regulis juris.* [b] *dict. l. ſed etſi. 25. §. 2. verſ. Sed & culpa. ff. hoc tit.* Culpa enim in re, quæ præſtari debet, perpetuat obligationem, *l. ſi ſervum 91. §. ſequitur. ff. de verbor. obligat.* Culpæ autem verbo etiam moram intelligimus. *l. item ſi verberatum. 15. §. ultim. ff. de rei vindicat. & dict. l. ſi ſervum. 91. §. ſequitur. ff. de verborum obligat.* Semper autem moram faciunt, qui rem alienam mala fide poſſident. *l. ult. ff. de condict. furt. & l. penultim. ff. de vi & vi armat.* [c] *l. item veniunt. 20. §. ultim. ff. hoc titul. l. cùm res 47. §. ultim. ff. de legat. 1. & dict. leg. item ſi verberatum 15. §. ultim. ff. de rei vindication.* Donellus *libro 19. Commentar. capit. 14. pagin. 355.* vide Hotomannum *libro quæſtion. illuſtr. quæſtion* . Fachinæ. *libro 2. controverſ. jur. capit. 71.* Cujacius *in commentar. in libro vigeſim. Pauli ad edictum, pagina 302.* Everhardus Bronchorſt. *cent. prim. ἐναντιοφ. aſſertat. 48.*

Dolo autem poſſidere & eum dicimus, qui dolo poſſeſſionem cujuſdam rei noluit admittere. 49

leg. ſed etſi lege 25. paragraph. Perinde 8. ff. hoc titulo. Illud tamen non imputatur prædoni, cur paſſus eſt debitores liberari, cùm actionem non habuerit, *l. ſi quid 31. §. illud. 4. ff. eodem.*

50 Si tamen petitor ante adeptus ſit, quod reus poſſidere deſiit, officio judicis continetur, ut illud deducatur [a] cùm bona fides non patiatur, ut idem bis exigatur. [b]

[a] *l. cum is. 44. ff. h. t.* [b] *l. bona fides non patitur. 57. ff. de reg. jur.*

51 Similiter ſi res apud petitorem æquè peritura fuiſſet, non tenetur poſſeſſor ejus nomine, [a] ut nec ſi ei res evicta fuerit. [b]

[a] *per l. ſi plures 14. §. ultim. ff. depoſiti.* [b] *l. pen. ff. de petit. hered. & l. à quo ſervus. 58. ff. de vindic.*

52 Quòd ſi etiam res hereditariæ ſint factæ pejores, æſtimationem earum quanto pejores ſunt factæ, poſſeſſor præſtare tenetur. [a] Unde ſi quem ſumptum facere debuit, nec fecit malæfidei poſſeſſor, culpæ hujus nomine rationem reddere jubetur. [b]

[a] *l. Ei, qui partes. 54. §. ult. ff. hoc tit.* [b] *l. ſi quid. 31. §. ſicut autem. 3. ff. eod. tit.*

53 De uſuris item fructuum perceptorum non extantium, ſed conſumptorum, [a] petitori tenetur poſſeſſor. Et quidem bonæfidei poſſeſſor, præſtat uſuras fructuum ante litem conteſtatam perceptorum, ſi ex his factus ſit locupletior. Et horum fructuum uſuras præſtat à die litis conteſtatæ, quo primùm ſcivit rem eſſe alienam. [b]

[a] De his enim fructibus, quæ hic dicimus, intelligi debent, non fructibus extantibus, quorum ut corporum uſuræ ſunt nullæ. *l. 4. ff. de pact. dotal. & l. Eum qui. 18. in princ. ff. de his, quæ ut indign.* [b] *l. 1. C. de petit. heredit. l. illud. 40. §. Prædo. & l. heres. 51. §. ult. verſ. Diverſa ratio. ff. eod. tit.* Cujac. *in lib. 2. Reſponſor. Papinian. pag. 58. & ſequent.* Donell. *lib. 19. Commentar. c. 14. pag. 358.*

54 Malæfidei poſſeſſor fructuum ante litem conteſtatam perceptorum uſuras omnimodò præſtat, licet ex iis fructibus locupletior factus non ſit & præſtat horum fructuum uſuras etiam à tempore, quos eos poſſidere deſiit fructus.

l. eum qui 18. in princip. ff. de his, quæ ut indign. & dict. l. illud. 40. §. Prædo. ff. de petit. heredit. l. Neque eorum. 15. ibi, quaſi malæfidei poſſeſſori. ff. de uſur. Cujac. *in dict. lib. 2. Reſponſor. Papin. pag. 58. & ſeq.* Hujus concluſionis exceptus caſus eſt in d. *l. eum, qui. 18. in princ. Verſ. Divus. ff. de his, quæ ut indign. & in l. 1. C. eod. tit.* Ubi malæfidei poſſeſſor fructuum ante litem conteſtatam perceptorum uſuras præſtat poſt motam litem. Donell. *lib. 19. Comment. cap. 14. pag. 358.* exiſtimat malæ fidei poſſeſſorem non præſtare uſuras fructuum perceptorum, ſive ante, ſive poſt litem conteſtatam percepti fuerint, per dict. *l. neq. eorum. 15. ff. de uſur.* Sed error ejus convincitur ex *d. l. illud. 40. §. prædo. ff. h. t. n. & d. l. 1. C. de his quibus ut indign. & l. eum 18. in pr. ff. d. t.*

55 Fructuum autem poſt hereditatem petitam perceptorum uſuras non præſtat reus, ſive bonæfidei, ſive malæfidei poſſeſſor ſit.

d. l. Heres. 51. §. ultim. ff. hoc titul. de petit. heredit. & dict. l. neque eorum. 15. ff. de uſur. Ratio eſt, quia fructus poſt litem conteſtatam percepti accedunt tantùm officio judicis. Acceſſio autem (qualis eſt uſura) acceſſionis non eſt, Cujac. *in dict. lib. 2. reſponſ. Papinian. pag. 58. colum. 2.*

56 Ut conſumptorum fructuum ante litem conteſtatam perceptorum, ſic & preciorum rerum ſterilium diſtractarum uſuras poſt litem motam præſtare malæfidei poſſeſſor tenetur, ſi petitor pretium potiùs, quàm res ipſas petat.

Litem venient. 20. *§. Hac adverſus* 12. *verſ. niſi fortè.* & *§. Quid ſi poſt* 16. *ff. hoc tit.*

Quod ſi poſſeſſor hereditatis pecuniam inventam in hereditate non attingat, Papinianus negat, eum omninò in uſuras conveniendum. 57

d.l. item veniunt 20. *§. Papinianus* 14. *ff. h.t.n.*

Sequitur ut videamus, cujus rei gratia hæc actio moveatur. Movetur autem in hunc duplicem finem: I. ut judicis ſententia actor declaretur hæres[a]. II. Ut ei poſſeſſor hereditatem, cum ejus acceſſionibus reſtituere condemnetur.[b] Unde etiam hæc duo actor in libello petere tenetur.[c] 58

[a] *arg. l. ex diverſo* 35. *§. ubi autem alienum. ff. de rei vindicat.* & *l. ſicut autem refectio.* 8. *§.* & *ſiquidem* 4. *ff. ſi ſervitus vindic.* [b] *l. licet.* 10. *§.* 1. *ff. de petit. heredit.* [c] Petr. Iac. Aurelian. *in pract. libellorum rubr.* 125. Mynſing. *Reſponſ.* 10. *num.* 9. Donell. *lib.* 19. *Comment. cap.* 14. *in princ*

Hoc loco in quæſtionem venit, an mota de hereditate controverſia, ante litem conteſtatam poſſeſſor hereditatis cum debitoribus hereditariis, aliisque conſiſtere, id eſt, judicialiter experiri poſſit? Quod ſi periculum erit, ne inter moras tempore vel adverſarii inopia intercidant actiones hereditariæ, poteſt ex ſententia Papiniani bonæfidei poſſeſſor eas movere;[a] Sed malæfidei poſſeſſor neque ante, neque poſt motam controverſiam ullam habet actionem[b]. Proindeq; nec bonæfidei poſſeſſor poſt litem conteſtatam, cùm poſt litis conteſtationem omnes poſſeſſores pares ſint.[c] 59

[a] *l. ſi bonæfides* 49. *ff. h.t.* Cujac. *in lib.* 3. *quæſt. Papin. pag.* 66. [b] *l. ſi quid.* 31. *§. pen. ff. eod.* [c] *l. ſed etſi* 25. *§. ſi ante. ff. h.t.*

Petitor quoque hereditatis, citra metum exceptionis præjudicialis, ſi poſſeſſor negligat res hereditarias, nec interrumpat uſucapionem, aut nihil ſe juris habere ſciat, id eſt, neſciat eas res hereditarias eſſe, quas alii poſſident, vindicare eas poteſt.[a] Quid verò de perſonali actione dicendum? Et hanc petitori competere ex ejuſmodi aliqua juſta cauſa arbitramur.[b] 60

[a] *d. l. ſi bonæfides* 49. *in fin. ff. h.t.* obſtare videtur *l. ſi poſt.* 13. *ff. de accept.* De cujus legis intellectu neque Cujacii ſententia *lib.* 19. *obſerv.* 27. neque Donelli explicatio in loco hic proximè citato placet. [b] *per text. in l. Paula.* 27. *§. ultim. ff. de legat.* 3. & docet poſt Accurſ. Cujacius *in lib.* 3. *quæſt. Papin. pag.* 67. *col.* 1. At Donell. diſſentit, *lib.* 19. *comment. cap.* 15. *pag.* 373.

E contrario & illud hoc loco rectè quæri poteſt, poſſintne poſſeſſor & petitor convenire ab aliis pendente judicio petitionis hereditatis? Et conſtat hodie à creditoribus hereditariis interim eos conveniri poſſe; nec eſſe exceptioni præjudiciariæ locum, ſi pendente lite creditores adverſus ipſos agant. 61

l. ult. C. de petit. heredit. ubi & illud additur, ſi exegerit creditor à poſſeſſore, & hic vincatur in hoc judicio, poſſe eum, quod præſtitit, repetere à petitore: Et ſi petitor ſit victus, & ſolverit, repetere id eum à poſſeſſore. Sin legatarii & fideicommiſſarii agant adverſus heredem ſcriptum petitorem vel poſſeſſorem hereditatis, præſtita ſaltem cautione, eos admitti debere.

Similiter ſi poſt litem de hereditate conteſtatam res ſingulę vindicentur à poſſeſſore, placet non obſtare exceptionem præjudicialem. 62

d. ...l. Si poſt litem 13. *ff. de except.* Qua in lege neque detrahendam putamus vocem, conteſtatam, neque factum judicium de ſententia ſive re judicata interpretamur contra Donell. *lib.* 2 *commentar. cap.* 15. & Cujac. *lib.* 9. *obſervat. cap.* 27.

63 Reſtat ultima inſpectio de indemnitate poſſeſſoris. Indemnitas hæc duabus in rebus conſiſtit: I. In periculo cautionis amovendo, ſi qua in re poſſeſſor reus nomine hereditatis alicui obligârit ſe. II. In deducendis his, quæ poſſeſſor in hereditatem impendit, aut ejus nomine ſolvit.

Donell. *lib.19.comment.cap.15.pag.377.num.30.*

64 Si enim poſſeſſor caverit damni infecti nomine, cavendum eſt ei viciſſim à petitore. [a] Si item poſſeſſor re hereditaria diſtracta emptori de evictione obſtrictus ſit, proſpici ei cautione debet. [b]

[a] *l.illud 40. §. contra quoque 3. ff. h.t. l. ipſi quoque 19. ff. de rei vindic.* [b] *l.item veniunt 2[...]. § ſed etſi ob venditionem 20. ff. h.t. de petit. heredit.*

65 Impenſas quod attinet, quas fecit poſſeſſor in hereditatem, ſi neceſſariæ ſint, bonæfidei poſſeſſor eas imputare, & deducere poteſt omnimodò, licèt res non extet, in quam eas fecit. Prædo autem eatenus exceptione doli, vel officio judicis ſervare has poteſt impenſas, quatenus res, in quam factæ ſunt, extet.

l. ſi a domino 36. §. ult. & l. planè. 38. ff. h. tit.

66 Etſi bonæfidei poſſeſſor fructuum quærendorum, cogendorum, conſervandorum gratia ſumptum fecit, licet fructuum nihil perceperit, ratio tamen hujus ſumptus in eo habetur.

l. quod ſi ſumptum 37. ff. eodem tit.

67 Utiles ſi fuerint impenſæ, bonæfidei poſſeſſor imputare eas poteſt retentione per exceptionem doli, vel officio judicis. [a] At malæfidei poſſeſſor neutro hoc remedio eas ſervare, [b] ſed tantùm auferre poteſt, ſi abſq; rei diſpendio & læſione tolli poſſint. [c] Unde & bonæfidei poſſeſſori earum tollendarum poteſtas danda erit, ſi petitor nolit, aut non poſſit earum pretium ſolvere. [d]

[a] *l. ſin autem 27. §. ultim. l. ſumptus 48. ff. de rei vindic. l. qui ſciens. 11. C. hoc tit. l. in hoc iudicium. 14. §. 1. ff. com. divid. l. ſi in area. 33. ff. de condict. indeb. l. Paulus 14. ff. de except. doli. l. 1 C de infant. expoſ. & fac. l. utiles 39. §. 1. ff. de petit. heredit.* [b] *§. certè illud verſ. Nam ſcienti. In[ſt]. de rerum diviſion. l. Adeò 7. §. Ex diverſo. ff. de acquirend. rerum domin.* [c] *l. domum. 5. C de rei vindicatione. l. Iulianus 37. ff. dict. tit.* Anton. Fab. *lib. 2. conject. c. 3.* Sed obſtare videtur *d. [l.] Plan[è] 38. ff. de heredit. petit.* Vide quoq; diſſent. Cujac. *lib. 1. obſerv. cap. 1. & in lib. 20 Pauli ad edict. pag. 229. & ſeq.* [d] *l. ſin autem. 27. §. ult. verſ. niſi tamen paratus, & l. fundo 30. ff. de rei vin[d].*

68 Voluptuarias impenſas bonæfidei quidem poſſeſſor judicis officio reſervat. At malæfidei poſſeſſor eas tantum tollit, ſi id commodè, & ſine detrimento ipſius rei fieri poſſit.

l. utiles autem 39. §. 1. hoc tit. & l. un. §. Taceat in ea, verſ. quod ſi voluptuariæ C de rei ux[or]. act.

69 Similiter ſi quid poſſeſſor nomine hereditario ſolvit creditoribus hereditariis, id reputare poteſt, quanquam ipſo jure non liberaverit hereditatis petitorem.

l. ſi quid poſſeſſor. 31. in princ. ff. de heredit. petit.

70 Suo autem nomine ſi quod ſolvit debitum hereditarium, id imputare ita poteſt malæfidei poſſeſſor, ſi caverit, ſe defenſurum petitorem, [a] Bonæ verò fidei poſſeſſor, ſi condictionem indebiti, quam habet, [b] petitori præ-

ſtare

ſtiterit. [c] Quo utroque caſu petitor, ſi à creditoribus convenietur, exceptione uti debebit. [d]

[a] *d.l.ſi quid.31.in prin.ff.h.t.* [b] *l.ſi pœna 19.§.1.ff.de condict.indeb.* [c] *d.l.ſi quid.31.in princ.ff.h.t.* [d] *d.l. Si quid in fine prin.ff.h.t.n.*

Quod ſi ipſi poſſeſſori ex hereditate quid debeatur; deducere id poteſt, ſi bonæfidei ſit poſſeſſor: [a] Malæfidei poſſeſſor eatenus deducere debebit, quâtenus petitori expediat, id debitum eſſe diſſolutum propter pœnam vel aliam cauſam. [b] 71

[a] *d.l.ſi quid.31.§.juſtus autem.2.ff.h.t.* [b] *d.l.ſi quid.31.§.1.ff.eod.tit.*

Hactenus de civili hereditatis petitione. Poſſeſſoria hereditatis petitio eſt, quæ bonorum poſſeſſori, cui bonorum poſſeſſio data eſt, [a] competit adverſus eum, qui defuncti hereditatem pro herede, vel pro poſſeſſore poſſidet. Per quam hereditatis poſſeſſionem tantundem conſequitur bonorum poſſeſſor quantum civili hereditatis petitione conſequi poteſt heres. [b] 72

[a] De bonorum poſſeſſionibus & bonorum poſſeſſoribus *vide ſub Claſſe 3. Diſputation.* 12.
[b] *l.1.& l.2.ff.de poſſeſſoria heredit.petit.* Carbonianus tamen bonorum poſſeſſor hac actione non experitur. *l.3.§.Miſſum 13.ff.de Carbonian.edict.*

Fideicommiſſaria hereditatis petitio eſt, quâ heres fideicommiſſarias, cui ex Senatuſconſulto Trebelliano hereditas verbo tantum reſtituta eſt, agit adverſus eum, qui pro herede, vel pro poſſeſſore hereditatem defuncti poſſidet; [a] quæ actio eadem recipit, quæ hereditatis petitio civilis. [b] 73

[a] *l.1. & l.3. ff. de fideicommiſſar. heredit. petit. & l.ei qui.54. in princip.ff. de petit.heredit.* Oldendorp.*claſſ.5.act.7.num.5.& 10.verſ.1.& 4.* Hereditas fideicommiſſaria reſtituitur re, vel verbo, Vide ſupra *diſput.7. theſ.50. & ſeq. Claſſ.3.* [b] *l.2.& l.3. §. ult.ff. de fideicommiſſ. heredit.petit.*

Clas. V. Disputat. XXVI.

De rei vindicatione.

Thesis I.

De vindicatione hereditatis hactenus: de ſingularum rerum vindicatione dehinc agendum; quæ vel rei vindicatio eſt, vel utilis in rem actio, (qualis etiam eſt Publiciana in rem actio, item actio reſciſſoria) vel eſt actio ſerviana, vel quaſi ſerviana, ſive hypothecaria actio, vel actio confeſſoria, vel negatoria actio, vel denique præjudicialis actio.

De hiſce in rem actionibus ordine agemus.

Rei vindicatio eſt in rem actio, [a] per quam res ſingulas, [b] corporales, [c] proprietate noſtras, [d] ab earum poſſeſſore, [e] vel detentatore, [f] ut noſtras petimus. [g] Eadem etiam directa vindicatio ſive in rem actio appellatur. [h] 2

[a] Omnis in rem actio vindicatio dicitur, *l.actionum 25.in princ.ff. de oblig. & act.* Ergò & rei vindicatio, *l.in rem.23. in princip.ff.de rei vindic.* quæ eſt de proprietate, Duaren. *ad l.1.§.conven-*

conventionis, ff. de pact. Cujac *in parat. ff. de rei vindic.* Et licet omnes vindicationes ſint vindicationes rei, per antonomaſiam tamen rei vindicatio, eſt rei tantùm propriæ corporalis vindicatio, Donell. *lib. 20. comm. cap. 1. p.* 387. Bald. autem *ad c. ſuper literis, num.* 34. *& ſeq. extr. de reſcript.* diſtinguit inter Rei vindicationem, & rei vindicationem: Nota, inquit, quòd rei vindicatio, quando eſt una dictio, ponitur ſtrictè: ſed quando ſunt duæ dictiones, ponitur largè. [b] *l. 1. in prin. & l. ſi in rem, 6. ff. de rei vindicat.* [c] *§. 1. ibi, rem corporalem. Inſt. de act.* Et ſane hac nota diſtinguitur rei vindicatio à confeſſoria, & negatoria actionibus, quæ etiam in rem actiones ſunt, de ſervitutibus ſingulis, *l. 1. l. 2. ff. de ſervitut. vindicat.* [d] *dict. l. in rem. 23. in princip. de rei vindicat. & §. 2. ibi, quam Titius ſuam eſſe affirmat. Inſt. de act.* Et hoc differt rei vindicatio à publiciana: aliisq; in rem corporalem actionibus. [e] *l. actionum. 25. in princip. ff. de obligation. & action. l. is qui. 25 l. Sin autem. 27. in princip. & §. 1. l. qui petitorio 36. in pr. & l. ult. ff. d. rei vindic. §. 2. ibi, poſſideat quis. Inſt. de action.* [f] *l. officium 9. ff. de rei vindic.* [g] Petitio propriè in rem eſt actio, *l. actio. 28. ff. de oblig. & act.* Petimus autem rei vindicatione rem noſtram, ut noſtram, uti arguunt text. elegantes *ad th. 4. ſub lit. a.* adducti. Unde etiam judex, actore probante, quòd res petita ſui ſit dominii, ſententia ſua declarare id debet, *l. & ex diverſo. 35. §. 1. ff. h. t. & fac. l. ſicut autem. 8. §. ſed ſi quæritur 3. ff. ſi ſerv. vind.* Poſſumus quidem alia actione rem exigere noſtram, ſed tunc non id potiſſimum intendimus, quod noſtra ſit, ut ſi depoſiti, vel commodati vel locati actione, rem noſtram à depoſitario, commodatario, conductore, repetamus. Sunt ergò, ut ex propoſita definitione convincitur, rei vindicationis duo requiſita, quorum probatio actori incumbit: I. ex parte actoris dominium. II. Ex parte rei conventi, poſſeſſio, vel detentio rei petitæ, Felin. *ad c. examinata. in pr. ext. d. judic.* Menoch. *in prælud. recup. poſſeſſ. num.* 20. Paul. Chriſtinæ. *vol. 2. deciſ. 165. & deciſ. 174.* Gilhauſen *in arbo. judic. civil. c. 3. n. 71.* [h] *l. nullo juſto 24. C. d. rei vind. & §. namque ſi cui, ibi, nullam habet directam in rem actionem. Inſt. d. act.*

3 In hac actione ſpectamus tum cui ea competat, & adverſus quem: tum qua de re, & quem in finem moveatur: tùm poſtremò, quomodo reo hac actione convento, de indemnitate conſulatur, ſi quid in rem petitam impenderit.

4 Competit autem rei vindicatio domino rei, quæ petitur, [a] ſive gentium, ſive civili jure dominus ſit, [b] etiamſi nudæ proprietatis dominus ſit, uſusfructus verò alienus, [c] Proindeque dominii actio rectè appellatur. [d]

[a] *dict. l. actionum in princ. ibi, per quam rem noſtram, ff. de obligat. & act. l. non ideo 66. ſi quid noſtrum eſſe vindicabimus, ff. de rei vindicat. §. certè illud. ibi, ſoli dominus petat domum ſuam eſſe, & §. ex maleficiis. verſ. pœnam, ibi, ſuam eſſe petens. Inſtit. de act. l. Si mater. 11. §. quis autem. 2. ff. de except. rei jud. l. ſi mancipium. 34. §. ultim. ibi, ſi quis dominium rei peteret, ff. de evict. l. 4. l. ſi quis. 11. & l. ſeq. l. cùm à matre, 14. C. de rei vindicat.* Winter *de Aſſeſſor. lib. c. 5. fol. m. 258.* [b] *dict. l. in rem. 23. in princip. ff. dict. tit.* [c] *l. fructus, 33. verſ. hac ratione, ff. hoc. t.* [d] *l. civilis 18. ibi, poſt dominii litem inchoatam, ff. de uſur. & not.* Cujac. *in lib. 2. quæſtion. Pap. pag. 53. colum. 2.*

5 Et non tantum ei competit domino, qui purè, ut Juſtinianus loquitur, [a] ſive, quod idem eſt, perfectè, ut Cajus, [b] & Africanus [c] ajunt, ſive ut ait Cajus. [d] in plenum dominus eſt: ſed & illi, qui non perfectè dominus eſt, vel cui ex cauſa dominium auferri poteſt, qualis eſt, à quo ſub conditione legatum, vel ſervi libertas eſt relicta, [e] item, cui res in diem addicta eſt [f], item maritus, cui res in dotem data eſt. [g]

[a] *l. ultim. §. ſed quia, in fin. C. com. d. legat. & fideicommiſſ.* [b] *in l. omnes actiones §. ult. de regulis juris.* [c] *in l. cum quis. 38. §. qui hominem. 3. ff. de ſolut.* [d] *in l. Neratius. 63. ff. de [illegible] judic.* [e] *l. non ideo. 66.* ubi Cujac. vide, *ff. de rei vindicat.* [f] *l. ſi quis hac leg. 41. in pr.* [illegible]

eodem titulo. [b] *l. de his* 11. *C. de jure dot.* quod autem maritus non ſit perfectè dotis dominus, oſtendi in commentar. meo *ad l. contractus, de reg. jur. c.* 4. *num.* 10.

Quòd ſi duobus in ſolidum vendatur aut donetur prædium, tunc is, cui 6
prius eſt traditum, in vindicando potior eſt.

l. Quoties 15. *C. d. rei vind.* Cujac. *lib.* 18. *obſerv. c.* 31.

Mulier quoque etiam durante matrimonio, interdum vindicare ab ex- 7
traneo fundum totalem poteſt.

l. 3. *C. h. t. l. pen. §. ſi fundus, qui ff. ſatisd. ar. cog.* Cujac. *lib.* 10. *obſer. c.* 32.

Quandoq; tamen dominus vindicare ſuam rem non poteſt, antequam 8
ad exhibendum actione uſus fuerit; ut ſi res per plumbaturam alienæ rei juncta ſive adjecta ſit, hoc enim caſu dominus ad exhibendum agere poteſt, ut res ſeparentur, & tunc vindicentur. [a] Interdum petitor verus dominus exceptione omninò repelli à poſſeſſore poteſt. [b]

[a] *d. l. in rem* 23. *§. item quæcunque, ff. h. tit.* [b] *ut in caſu l. Si a Titio* 72. *ff. eod. tit. l. penult. ff. de except. rei jud. l. apud* 4. *§. ſi a Titio ff. de except. dol. mal.* Cujac. *libr.* 18. *c.* 31.

Ad dominii autem probationem quod attinet, generaliter hic ſciendum, 9
quòd petitor probare tenetur, non tantùm ipſum modum, quo acquiſivit dominium, puta traditionem, uſucapionem, aditionem hereditatis: ſed & horum modorum cauſam aliquam idoneam veluti cauſam emptionis, donationis, dotis, hereditatis teſtamentariæ, vel legitimæ.

l. cùm res 12. *& l. ſive* 16. *Cod. de probat. & l. penult. Cod. d. rei vindic.* Menoch. poſt alios, *libr.* 2. *d. arbit. jud. cent.* 1. *caſ.* 42. *num.* 6. Maſcard. *d. probat. vol.* 1. *concluſ.* 537. Schneidevv. *in §. omnium. num.* 72. *Inſtit. de Actionib.*

Sed nunquid etiam probare neceſſe habet, quod autor, à quo rem acce- 10
pit alienationis titulo, dominus fuerit ejus rei? multi quidem ita ſentiunt, [a] atqui contrarium quidam alii aſſerunt, [b] quibus noſtrum calculum haud ægrè addimus. [c]

[a] Quos refert Boer. *quæſt.* 42. *num.* 25. [b] Pariſ. *conſil.* 104. *num.* 100. *lib.* 1. Menoch. *dict. caſ.* 42. *num.* 6. [c] *Per d. l. cùm res* 12. *C. de probat.*

Quæritur & illud, an qui olim dominus fuit, & nunc præſumatur Do- 11
minus? ajentium [a] opinio nobis nihil diſplicet. [b]

[a] Quos refert & ſequitur Menoch. *d. præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 62. [b] *arg. d. l. ſive* 16. *C. d. probat.* Facit, quod non amittitur dominium, niſi facto quodam, *l. id noſtrum, ff. de reg. jur.* factum autem non præſumitur, ſed ab adverſario eſt probandum.

Probatur item dominium per teſtes, inſtrumenta, & indicia certa, quæ 12
jure non reſpuuntur.

l. Indicia 19. *ubi* Bl. & Sich. *Cod. d. rei vindic. l.* 4. *& ibid.* Sichard. *C. d. probat.* Menoch. *d. caſ.* 42. *n.* 2. *&* Maſcard. *d. vol.* 1. *concl.* 538. *&* 540. De dominii probatione vide eund. Maſcard. *Concluſionib ſeqq.* Lanfranc. *de Teſtib. num.* 93.

Quòd ſi actor probet ſui dominii eſſe rem petitam, reus eam reſtituere 13
cogitur, [a] ſi non probet, reus non tenetur reſtituere.

d. l. officium. 9. *ff. h. t. l. ult. C. h. t.* Maſcard. *d. probat. vol.* 1. *concl.* 536.

Quia verò dominii probatio difficilis eſt, [a] ſiquidem in rebus acquiren- 14
dis non ſemper teſtes aut inſtrumenta interveniant, vel ſi intervenerint quidem, non tamen ſemper præſtò ſint: neque omnis, à quo titulo alienationis rem accepimus, dominus eſt; iccirco is qui rem deſtinavit petere, a-

nimadvertere debet, an aliquo interdicto poſſit nanciſci poſſeſſionem, qua acquiſita, adverſarius ad onera petitoris compellitur, ut probet dominium: poſſeſſor verò hoc fruitur commodo, quod probare non tenetur. [b]

[a] Menoch. *d. arbit. jud. lib. 2. cent. 1. caſ. 42. num. 1.* & Maſcard. *de probat. Vol. 1. concl. 535.* [b] *l. ſi quis deſtinaverit, 24. ff. h. t. l. inter 62. ff. de judic.* & *§. retinendæ, Inſt. de interd.*

25 Competit autem rei vindicatio adverſus eum, qui rem, de qua agitur, poſſidet, [a] aut dolo ante litem conteſtatam poſſidere deſiit, [b] aut ſe obtulit vindicationi: [c] ut ſi ignorante petitore, falſum poſſidere dicat, nec mendacium ante litem conteſtatam corrigat. [d] Quin etiam, licet ante litis conteſtationem correxerit mendacium, attamen ſi interim verus poſſeſſor uſuceperit, damnari debet qui mentitus eſt. [e]

[a] *d. l. actionum 25. in princ. ff. d. oblig.* & *act. l. un. C. de alien. judic. mut. cauſ. facta* & *l. ult. ff. d. rei vind.* Hotom. *lib. quæſt. illuſtr. quæſt. 31.* [b] *l. Sin autem 27. §. ſed* & *is 3. l. qui petitorio 36. ff. de rei vindic. l. qui dolo 131. l. Parem. 150. ff. de reg. jur.* Non probamus Dd. opinionem, qua volunt, actionem in factum competere ex edicto de alienatione judicii mutandi cauſa facta, ſi ante litem conteſtatam poſſeſſor deſierit poſſidere, non hanc actionem. Refutantur etiam per text, *in d. l. Sin autem 27. §. ſed* & *is, 3. ff. h. t.* [c] *l. ſi is qui obtulit 7. ff. h. t.* [d] *l. is qui 25.* & *l. ſeq. ff. eod.* [e] *l. Sin autem 27. in princ. ff. h. t.* & *l. nec ullam 13. §. non ſolum, ff. de petit. hered.* pulchrè Cujac. *in lib. 21. Paul. ad edict. pag. 321.* & *ſeq.*

26 Poſſidere hoc loco & eum dicimus, qui rem tantùm detinet, licèt verè non poſſideat, modò rei reſtituendæ facultatem habeat: qualis eſt depoſitarius, commodatarius, conductor, & qui legatorum ſervandorum cauſa, aut dotis, ventriſve nomine, aut damni infecti nomine in poſſeſſione eſt. [a] Item ſequeſter, facta ſequeſtrationis declaratione. [b]

[a] *d. l. officium 9.* ubi Coſtal. *ff. h. tit.* Donell. *lib. 20. comment. cap. 3. in fin.* & *pag. ſeq.* [b] Vide *ſub Claſſ. 2. Diſputat. XI. theſ. 101.* & docet Andr. Clud. *in tract. de jur. ſequeſt. cap. 12. num. 3c.*

27 Unde non injuria & illud verè dicimus, hanc actionem quandoq; domino, eidemq; poſſeſſori tribui.

Obſt. *§. æque, verſ. quod genus actionis, Inſt. d. act.*

28 Hi tamen ſi alterius nomine poſſideant rem immobilem, & litem ab aliquo per in rem actionem ſuſtineant, debent ſtatim in judicio dominum nominare, ut ſive in eadem civitate degat, ſive in agro, ſive in alia provincia ſit, certo dierum ſpacio à Judice definiendo, eoq; ad notionem ejus perducendo, vel ipſe in loca, in quibus prædium ſitum eſt, perveniens, vel procuratorem mittens, actoris intentiones excipiat; qui ſi poſt indultum tempus id minimè fecerit, tanquam lite, quæ ei ingeritur, ex eo die, quo poſſeſſor ad judicium vocatus eſt ad interrumpendum longi temporis præſcriptionem ſive uſucapionem, conteſtata, Judex eum, utpote dominum poſſeſſionis, edictis legitimis proponendis, citare curabit, quo in eadem voluntate permanente, negotium ſummatim diſcutiens, in poſſeſſione rerum actorem mitti non differet, omni allegatione abſenti de principali quæſtione ſervata.

l. 2. C. ubi in rem act. exer. deb. & confert *auth. quæ in provincia, Cod. ubi de crimin. ag. oper.* ac docet Coſtal. *ad d. l. officium 9. ff. de rei vind.* Ubi ex Innocent Bald. & aliis addit, quòd ſi hic, alieno qui nomine poſſidet, non nominaverit dominum, & eo modo judicium acceperit, nec in poſſeſſione, nec in proprietate præjudicium domino fieri.

Quo-

Quoniam autem fruſtra agit, qui cum eo inſtituit hanc actionem, qui neque poſſidet, neq; dolo deſiit poſſidere, neq; ſe vindicationi dolosè obtulit: idcircò primùm requirere quis debet, an is, cum quo experiri vult, poſſideat nec ne. 19

l. qui petitor 10 36. in princ. l. ſin autē. §. ſed & is qui. ff. de rei vindic. l. parem. 150. ff. de reg. jur.

Sed nunquid illud per interrogationes in jure expediri poteſt? Accurſius, [a] Bart. [b] & poſt alios etiam Coſtalius, [c] & Donell. [d] ita ſentiunt. [e] At Cujacius [f] cæteris contrarius, ſcribit, quòd per ſe quis oderari, & perſcrutari debeat, utrum is, cum quo in rem acturus eſt, poſſideat, nec ne, eò, quod interrogationes illæ in jure quæ fiunt, ad in rem actiones, quæ arbitrariæ ſunt, non pertineant. [f] 20

[a b c] *ad d. l. qui petitor 10 36. in princ. ff. h. t.* Item Accurſ. *ad l. qui ſervum 20. §. in jure, ff. de interrog. in jur. faciend.* [d] *lib. 20. com. c. 3. p. 396.* [e] *Per d. l. qui ſervum 20. §. in jure, ff. d. interrog. in jur. fac.* Sentit idem Hotom. *lib. quæſt. illuſtr. quæſt. 31.* [f] *in lib. 2. quæſt. Paul. pag. 45. & ſeqq.* [g] per text. *in l. 1. in princ. verſ. eſt autem, ff. de interrog. in jur. fac.*

Eſt & illud hîc notandum, quòd ſi reus conventus dicat petitori, ſe non poſſidere, de mendacio autem convictus fuerit, petitor ad ſe transferre poſſeſſionem per judicem poſſit, licet ſuam eſſe non approbaverit. 21

l. ult. ubi Coſtal. *ff. h. t.*

In heredem poſſeſſoris, ut heredem, hæc actio non competit, ſi tamen quid ex perſona defuncti commiſſum ſit dolo malo, ut ſi defunctus ante litem conteſtatam dolo deſierit poſſidere, aut temerè ad judicium provocavit, & res petita deinde periit, aut provocavit ad judicium juſta quidem ex cauſa, ſed dolo vel culpa ejus res deinde perempta eſt, omnimodò in condemnationem id veniet. 22

l. Si in rem. 42. ff. h. t. l. de eo 12. §. ult. ff. ad exhib. Donell. *lib. 20. com. cap. 3. pagin. 397.* Cujac. *in lib. 26. Pauli ad edict. pag. 11. col. 2.*

In quæſtionem hoc loco tempeſtivè & illud vocari poteſt, ſit ne planè neceſſarium in hac actione, ut poſſeſſor contrà rei petitæ ſe dominum eſſe dicat? nos cum aliquibus [a] contra quoſdam, [b] non neceſſarium, honeſtum tamen & utile eſſe dicimus: utile ideò maximè, quia petitore in dominii probatione deficiente, aut probante quidem cauſam & modum acquirendi dominii antiquum, puta, quòd aliquando emerit, & per traditionem acceperit rem eam ab emptore, ſi poſſeſſor ab initio litis contra vindicaverit, & rem ſuam eſſe dixerit, & probaverit dominium rei præſens ſuum eſſe, Judex eum declarare dominum tenetur. [c] 23

[a] Accurſ. Weſembec. Thom Linio. & Donell. *ad §. omnium autem, n. 25. Inſtit. d. act.* [b] Inter quos eſt Cont. *lib. 1. diſputat. cap. 11. verſ. in jure ceſſio. pag. 66.* [c] *per l. ſiquidem 9. & l. præſcriptionem 8. Cod. d. except. junct. l. ut fundus, ff. com. divid.*

Sequitur ut videamus, qua de re competat hæc actio. Competit autem tùm de re noſtra corporali; tùm de acceſſionibus illius. 24

De re in quā noſtra competit hæc actio, [a] & quidem de re noſtra corporali, [b] neq; refert ea mobilis ſit, vel immobilis, animata vel inanimata. [c] 25

[a] *l. in rem 23. in princ. ff. h. t. cum ſimill. jur. text. th. 4. adſcriptis.* [b] *§. omnium, verſ. aut cum eo agit, ibi, veluti ſi rem corporalem, Inſt. d. act.* [c] *l. 1. §. 1. ff. h. t.*

Digitized by Google

26 Sunt autem corporum (quod hîc notandum) tria genera. Alia enim corpora ex diſtantibus, & à ſe disjunctis partibus ſive corporibus ſingularibus conſtant, ut grex, armentum, equitium, familia, chorus, & frumenti acervus. Alia ſunt corpora, quę conſtant ex cohærentibus, & uno ſpiritu devinctis, ut homo, pecus, arbor, lapis, ſtatua. Alia verò ſunt corpora, quæ conſtant ex partibus ſeſe contingentibus, ſive cohærentibus inter ſe, non uno quidem Spiritu, ſed compagine una, ut domus, navis, armarium, vehiculum, veſtimentum.

l. rerum 30. ff. d. uſurp. & uſucap.

27 Primi generis corpora, ſi ex diverſorum dominorum rebus conſtent, cuilibet domino ſalva eſt ſuæ partis vindicatio, certæ vel incertæ.

l. 1. in fin. & l. 2. l. 3. in princ. l. 5. in princ. l. in rem 23. §. item quæcunque, Verſ. at in his, ff. h. tit.

28 Secundi generis corporâ aut naturâ cohærent, & unam rem cõſtituunt, ut homo, pecus: aut artificio quodam juncta ſunt, ut ſtatua. Illa quiſquis pro ſua parte vindicat: [a] hæc vel reſolvi & ſeparari poſſunt, ut per plumbaturam juncta: [b] vel ſeparari non poſſunt, qualia etiam ſunt, quæ ferruminatione [c] cohærent; Quæ reſolvi & ſeparari poſſunt, eorum nomine quiſquis dominorum ad exhibendum agere poteſt, ut ſeparentur partes à toto, ac ſeparatam deinde partem vindicare. Quæ ſeparari non poſſunt, in ea ſunt conditione, ut de eo quod eſt de tuo junctum, neque ad exhibendum actionem, neque rei vindicationem movere poſſis. [d] De precio tamen ejus rei prætoria in factum actione experiri non prohiberis. [e]

[a] *l. quæ de tota 67. §. 1. & l. 3. §. ult. ff. h. t.* [b] plumbatura eſt, cùm diverſæ materiæ plumbo vel ſtanno adhibito, junguntur: ut ſi æs æri, lapis lapidi, plumbo jungatur, *l. 2. ff. d. ſepul. Viol.* Cujac. *in libr. 21. Paul. ad edict. pag. 316.* [c] Ferrumen eſt gluten ejuſdem materiæ. Ferruminatio, cùm res ejuſdem generis per ferrumen junguntur; ut cùm per ferri materiam ſtatuæ ferreæ jungitur ferreum brachium, aut ſtatuæ æneæ jungitur brachium æneum per eandem materiam, Cujac. *prox. dict. loc.* [d] *d. l. in rem 23. §. itemquæcunque 5. ff. h. t.* [e] *d. l. in rem 23. §. 5. Verſ. ideoque in omnibus, ff. eod. & l. 3. §. pen. ff. ad exhib.* Cujac. *in d. lib. 21. Paul. ad edict. pag. 316.*

29 Idem quoque planè ſtatuendum videtur in tertii generis corporibus. Nam & quod in hujus generis rei meæ, junctum eſt, non potes quidem id tum vindicare, quamdiu rei meæ cohæret, ſed ſi ſeparari poſſet, potes agere ad exhibendum, ut ſeparetur, & tunc vindicetur à te. [a] Si verò quod rei meæ ex tuo junctum eſt, non poſſit ſeparari, neq; de eo ad exhibendum, ut ſeparentur res junctæ, neque vindicatione agere potes. Unde ſi tignum tuum meis ædib. ſit junctum, licet ſeparari poſſit naturaliter, jure tamen civili ex XII tab. ſeparari non poteſt. Proindeq, nec vindicare eam potes, nec eo nomine ad exhibendum agere, niſi ſciens junxerim ędibus meis: ſed eſt antiqua actio de tigno juncto, quæ in duplum ex leg. XII. tab. deſcendit. [b]

[a] *l. gemma 6. & l. ſeq. §. 1. & 2. ff. ad exhib.* [b] *d. l. in rem. 23. §. pen. h. t. n. l. gemma 6. ff. ad exhib. l. 1. §. ult. ff. d. tign. junct. & §. cùm in ſuo, Verſic. nec tamen ideò, Inſtit. de rer. diviſ. l. adeò 7. §. cùm in ſuo. Verſ. nec tamen ideò. ff. d. acq. rer. dom.*

30 Ut autem rei vindicatio de re corporali competit, ita quoq; eam oportet

eſſe

eſſe certam, ut intelligi poſſit quid petatur. Unde hac agens actione, rem deſignare & demonſtrare debet.

l.Si in rem 6.ubi Coſtal.*ff.h.tit.l.in actione* 19. *in prin.ff.de furt.l.*1.*§. Si quis argentum* 40. *ff.depoſiti.*

Aliter autem deſignantur res ſoli, aliter res mobiles. Rem ſoli qui vindicat, ſic rectè deſignat, ſi dicat nomen rei, & ne fallat nomen, adjicit locum, in quo res ſita eſt. 31

d.l.Si in rem 6.*in fin.ff.h.t.*

In rebus mobilibus aliter deſignantur animalia, aliter res, quę anima carent. In animalibus hominem ſervum qui vindicat, ſi nomen dixit, rectè deſignavit; ut Eros ſervus, quem Titius poſſidet, meus eſt. Quòd ſi plures ſint ejuſdem generis, ætas adjecta certum deſignabit: ut ſi dicat petitor, utrùm ſervus puer ſit, an adoleſcens: [a] alioqui enim nulla fiet condemnatio, ſi non appareat de quo actum ſit. [b] 32

[a] *d.l.*6.*circ.fin.ff.h.t.* [b] *l.*5.*§.ult.ff.eod.t.* Hinc, licèt error ſit in vocabulo, de corpore tamen conſtet, rectè actum videtur, ut in eadem leg. *§.pen.dicitur.*

Animalia bruta qui vindicat, genus & ſexum dicere debet, ſine quibus, quòd ſit animal, intelligi non poteſt: hoc modo; Bos, qui apud Titium eſt, meus eſt: vacca, quæ eſt apud Seium, mea eſt. Et quia hæc animalia omnia non eodem colore ſunt, colorem actor adjicere debet, ut in veſtimentis quæ vindicantur. 33

d.l.Si in rem 6.*Verſ.& ſi Veſtimenta,ff.h.t.*

In rebus inanimatis mobilibus videndum eſt, utrùm res petita quantitate, puta numero, vel menſura, conſtet, an conſtet ſpecie. Si materia infecta pondere conſtans, petitur, materiam dicere oportet, & pondus: ut auri pondo tot: argenti pondo tot: vel maſſam auream aut argenteam tanti põderis. Si petitur materia facta & ſignata, id eſt, pecunia, dicere oportet ſpeciem nummorum, & numerũ: ut aureos numeros tot, taleros tot: vel, quod idem eſt, in pecunia aurea tot florenos, in pecunia argentea tot. Si res conſtat menſura, hic ſpeciem dicere oportet, & menſuram: ut frumenti modios viginti, olei metretas decem, vini tot amphoras, aut tot dolia. [a] Sed quoniam vina non ſunt unius coloris, & quo colore ſint, ad rem multum refert, iccircò in vino colorẽ adjicere oportet, utrùm rubrũ ſit, an album. [b] 34

[a] *d.l.ſi in rem* 6.*ff.h.t.& d.l.in actione* 19.*ff.de furt.* [b] *d.l.*6.*ff.h.t.*

Specie res mobiles conſtant certè omnes; quarum aliæ ſpeciem ſuã certam à natura habent, aliæ ab hominum artificio, & manu. Natura, ut lapis, lignum; artificio, ut lanx, diſcus, patera, veſtimenta, lectus, fulcrum. 35

Donell.*lib.*20.*comment.c.*4.*pag.*402.

Quæ à natura ſpeciem certam habent, in his ſpeciem hanc deſignare oportebit, & quantitatem, ut dicat petitor, lapidem, lignum, illius quantitatis. Et quia in lapidibus alii communes ſunt, alii marmora, in his etiam, addita differentia, genus diſtinguere cõveniet, ut certam ſpeciem efficiamus. 36

Donell.*dict.loc.*

37 Quæ artificio habent ſpeciem certam, ſi metallicæ ſunt, in his & ſpecies dici debet, & materia & pondus; ut pateram auream vel argenteam, tanti ponderis: [a] niſi actor juret, pondus ſe pro certo dicere non poſſe. Utrùm autem pura ſit, an cælata, lanx quadrata an rotunda, dici non eſt neceſſe. [b]

[a] *d.l.1.§.Si quis argentum,ff.depoſiti.* De materia, quod & hæc dicenda ſit, ſentit idem Vlpianus, ſed in pondere diſſentire videtur *in d.l.in actione 19.§.1.ff. de furt.* Neq; Paul. *in d.l.6. §.quamvis,ff.de rei vind.* requiri, ut & pondus dicatur. [b] *d.l.ſi in rem,verſ.quamvis,ff.d.t.*

38 In veſtimentis ſpecies veſtis dicenda eſt, pallium ſcil. ſit, vel tunica, vel toga, vel qua alia ſpecies. Eſt item dicenda materia, an ſerea ſit, an lanea, an lintea. Dici quoq; debet, virilis ſit veſtis, an muliebris. [a] Deniq; & color dici debet, niſi petitor juret, ſe colorem pro certo dicere non poſſe.

[a] *d l.6.verſ.Octavenus,ibi,facta autem ſpeciem dici oportet,ff.h.t.d.l.1.§. Si ciſta 41.ibi, adjicienda ſunt & ſpecies veſtis,ff.depoſiti.* Donell. *dict.loc.* [b] *d.l. in actione 19.§. de veſte,ff. de furt.*

39 Quòd ſi pars rei indiviſæ petatur, dici oportet, quota pars petatur. [a] Incertæ tamen partis vindicatio datur, ſi juſta cauſa interveniat, ut ſcire non poſſit petitor, quotam vindicare partem debeat. [b]

[a] *l.Si in rem,6.in princ.l.& ex diverſo 35.§.ult.l.quæ de tota 76.in princip.ff.h.t.* [b] *l.3.§.ult. & d.l.quæ de tota 76.§.1.*

40 Sed quæritur, ſi ex æquis partibus fundum mihi tecum communem, tu & L. Titius poſſideatis, à quo, & quotam partem petere debeam? ex ſententia autem Pomponij, quam & Paulus ſequitur, videndum eſt, utrùm pro indiviſo poſſideant, an verò pro diviſo, certis ſcilicet regionibus. Priori caſu, non ab utriſq; quadrantes, ſed à Titio, qui dominus non eſt, totum ſemiſſem petere debeo. Caſu poſteriori & à te, & à Titio, partes fundi petere jubeor, & ideo tu quoq; à Titio quadrantem petere debes.

l. Pomponius 8.ff.h.t.& l.1.§.ſi ego 3. ubi Coſtal. *ff.ſi pars hered,pet.* Cujac. *in lib.12. Paul. ad edict.pag.* 189.

41 Sed iſthæc diſtinctio neq; in re mobili, aut ſe movente, [a] neq; in hereditatis petitione locum habet, cùm res mobilis, vel ſe movens, vel hereditas, pro diviſo poſſideri nequeant.

d.l.Pomponius 8.verſ.ult.ff.h.t. Qui rem mobilem, puta navem, lancem, menſam, vel rem ſe moventem, veluti animal, dividit, perdit. Cujac. *lib.22.ad Edict.Paul.pag.* 189. & res hujuſmodi diviſa, deſinit eſſe res, quæ prius fuerat. Donell. *lib.20. comment.c.4.in fin.p.*405. Hereditas ideò pro indiviſo poſſidetur, quia jus eſt, quod in partes certas dividi non poteſt.

42 Quid verò, ſi rei noſtræ corporalis poſſeſſionem amiſerit reus, quid præſtabit nobis? Diſtinguendum hîc erit inter bonæ fidei & malæ fidei poſſeſſorem. Bonæ fidei poſſeſſor, ſi ante litem conteſtatam amiſerit rem alienã, dolum præſtabit, non autem culpam. [a] At poſt litem conteſtatam, ſi dolo malo poſſidere deſierit, cùm dolus pro poſſeſſione ſit, [b] tanti condemnabitur, quanti actor in litem juraverit [c] At præterea illatâ ea æſtimatione, actor cavere non cogitur actiones ſuas cedere. [d] De culpa autem tenetur, [e] ſed non pluris, quàm quanti res eſt: [f] audiendus tamen erit à Judice, ſi deſideret, ut adverſarius ſuas actiones cedat.

[a] *l.Si homo 45.ff.h.t.* [b] *l.quòd ſi dolo 22.ff.eod.* [c] *l.qui reſtituere,68.verſ.ſi verò,ff.h.t. l.ſi fundus 16.*

dus 16. §. in vindicatione, ff. de pignorib. Quòd ſi actor jurare non vult, mos ei gerendus eſt, *l. quod ſi poſſeſſor 71. ff. h. tit.* [d] *l. is qui dolo 69. & l. ſeq. ff. de rei vind.* Obſt. videtur *l. in depoſiti 12. ff. de rei judic.* de qua vide ibid. Duar. & Cujac. *in libr. 12. quæſt. Papin. p. 312.* [e] *d. l. ſi homo 45. ff. eod.* Donell. *lib. 20. c. 5. pag. 409.* [f] *d. l. qui reſtituere 68. verſ. ſi verò nec poteſt, ff. h. t. l. 2. §. 1. l. 4. §. ult. l. in actionib. 5. §. ſed in his, ff. de in lit. jurand.* [g] *l. ſi culpa 63. ff. h. t.*

Si bonæ fidei poſſeſſor, qui juſtè ad judicem provocavit, poſt litem conteſtatam ſine dolo & ſine culpa rem deſierit poſſidere, hoc caſu abſolvitur quidem, ſed non omnimodò: ſi enim rem uſuceperit interim, cogitur domino actionem ſuam, id eſt, rei vindicationem, cedere, ac præterea cavere de ea re reſtituenda, ſi in ſuam poteſtatem pervenerit, non etiam de ea inquirenda ſumptibus ſuis, niſi actionem ſuam non cedat. Quòd ſi non uſucepit rem, abſolvitur omninò, quia non habet actionem quam præſtet, & quia domino hoc caſu ſalva eſt rei perſecutio, ſupervacua eſt illa cautio. Utroq; tamen caſu de fructibus rationem reddit. 43

l. Si bonæ fidei, & l. ſi culpa 63. ff. h. t. Cujac. *in lib. 12. quæſt. Papin. pag. 313. col. 1.* Nam bonæ fidei poſſeſſor, ſi juſtè ad judicium provocavit, moram non facit, *l. ſi quis ſolutioni 24. de uſur.* Proindeq; amiſſa poſſeſſione abſq; culpa ſua, liberatur, *l. ſi ex legati 23. ff. de V. O.* Donell. *lib. 20. com. c. 5. pag. 409.* Sed obſtare videtur huic theſi, quod poſt litem conteſtatam omnes poſſeſſores fiunt pares, *l. ſed etſi 25. §. ſi ante 7. ff. de petit. hered.* Cæterùm Cujac. *in lib. 20. quæſt. Papin. p. 313.* ſcribit, quòd iſthæc regula non ſit perpetu vera. Et in *lib. 20. Paul. ad edict. pag. 303. col. 1. in pr.* tradit, quòd non pertineat ad fati & neceſſitatis caſum, qui apud poſſeſſorem contigit poſt litis conteſtationem. Vide quoq; Donell. *d. c. 5. p. 410. in fin.*

Malæ fidei poſſeſſor etiam ante litem conteſtatam culpam præſtat: [a] proindeq; multò magis poſt litem conteſtatam, [b] ſed licèt bonæ fidei poſſeſſori ob culpam ejus poſt litem conteſtatam admiſſam, petitor actione ſua cedere teneatur: [c] malæ fidei tamen poſſeſſori nomine hujus culpæ dominus actionem ſuam præſtare non cogitur. 44

[a] *l. qui petitorio 36. §. 1. & l. ſi culpa 63. l. ſi homo 45. ff. h. t. & l. ſi ſervus 21. §. 3. ff. de evict.* Nam malæ fidei poſſeſſor, ex quo primo mala fide rem tractare cœpit, moram in reſtituenda re facere intelligitur, *l. ult. ff. de condict. furt. l. pen. ff. de vi & vi arm.* Mora autem perpetuat obligationem, etiam judicati, *l. ſi ſervum 91. §. ſequitur, ff. de V. O.* Donell. *dict. lib. 20. comm. c. 5. pag. 409.* [b] *l. illud 40. in princ. ff. de petit. hered.* & non diſtinguit, *l. 36. §. 1. & d. l. 63. ff. h. t.* facit etiam *d. l. ſi à bona 21.* ubi Bart. *ff. eod. & d. l. ſi homo 45. in fin. ff. h. t.* [c] *d. l. ſi à bona 21. & d. l. ſi culpa 63. ff. h. t.* [d] *d. l. is qui dolo 69. ff. eod. tit.* Cujac. *in lib. 12. quæſt. Papin. p. 313. col. 2.*

Præterea malæ fidei poſſeſſor caſum quoque præſtat, id eſt, licèt caſu perierit res petita, nihilominus tamen tenetur, niſi eodem modo peritura fuiſſet apud petitorem. 45

l. Illud 40. in princ. ff. de petit. hered. & l. item 15. §. ult. ubi poſt alios de hac exceptione vide Coſtal. inprimis verò gloſſ. diſtinguentem inter poſſeſſorem, qui ab initio malæ fidei fuit, & eum qui poſtea malæ fidei factus eſt poſſeſſor. Illum, ait ſine exceptione de caſu teneri: hunc verò non item, *l. utiq; 16. in prin. ff. h. t.* Cujac. *in lib. 20. Paul. ad edict. p. 302. & in lib. 21. pag. 311.* Donell. *lib. 20. comment. c. 5. p. 411.*

Si quis etiam rem ex neceſſitate diſtraxit, officio Judicis ei ſuccurritur, ut pretium duntaxat reſtituat. 46

d. l. item 15. §. 1. ff. h. t. fac. l. ſi rem 22. in fin. ff. de petit. hered.

Quòd ſi poſſeſſor lite conteſtata, uſucaptam rem dolo poſſidere deſierit, eaq; poſteà à tertio quodam perempta ſit, aut pretium rei, aut actiones 47

ſuas,

ſuas, puta legis Aquiliæ, aut in factum actionem, petitori præſtare tenetur.

l. Iulianus 17. §. 1. Verſ. quòd ſi dolo malo. ff. h. t. & fac. *l. item 15. §. ult. ff. eod.*

48 Eſt & illud circa rem, quæ petitur hac actione, notandum, quòd in eadem cauſa reſtituenda res eſt, quâ futura eſſet, ſi reſtituta fuiſſet tempore litis conteſtatæ, id eſt, ut talis reddatur, qualis eſt cùm petitur.

l. 2. ff. de uſur.

49 Tribus autem modis fit,[a] quo minus res talis reſtituatur: oppignoratione, manumiſſione,[b] & rei corruptione.[c]

[a] Donell. *lib. 20. com. c. 5. pag. 412. in prin.* [b] *l. ſi poſt acceptum 18. ff. h. t.* [c] *l. non ſolùm 13. l. Sin autem 17. §. ſi homo, ff. eod. t.*

50 Quòd ſi enim poſſeſſor inter moras judicii accepti uſuceperit rem, vel ſervum petitum, & poſtea, ut jam Dominus factus, vel pignoraverit eam rem, vel ſervum illum manumiſerit, non fit ejus reſtitutio in eadem cauſa, quæ fuit litis conteſtatæ tempore. Unde cùm periculum de hac re eſſe poſſit, hoc nomine cavere tenetur poſſeſſor de dolo, nihil ſcil. dolo malo à ſe hac in re factum eſſe.

d. l. Si poſt acceptum, 18. ff. h. t.

51 Si quoque deterior ſit facta res petita dolo vel culpa poſſeſſoris, ut ſi debilitatum ſit animal, aut vulneratum, tanti condemnari debet, quanto deterior res facta eſt. Quin etiam damnum legis Aquiliæ actione dominus petere poteſt, & in ipſius eſt arbitrio, qua actione ejus nomine experiri velit.

52 Si tamen animal deterius factum eſt, poſtea ſine poſſeſſoris culpa ex alia cauſa perierit, non fit æſtimatio in hoc in rem judicio, ejus quod deterius poſſeſſor fecerit illud, quia nihil intereſt petitoris. Legis autem Aquiliæ actio durat.

d. l. Sin autem. 27. §. ſi homo. 2. ubi Bart. & Coſtal. *ff. h. t.*

53 Diſpiciamus nunc de acceſſionibus rei noſtræ corporalis petitæ, quæ & ipſæ in hanc actionem veniunt: ut ſunt, tùm quæ per alluvionem fundo acceſſerunt,[a] item uſusfructus alienus, qui inter moras litis ad proprietatem nudam rediit,[b] & ædificium in ſolo petito poſitum:[c] tùm fructus non ſolùm qui natura, ſed & qui jure percipiuntur, & ancillarum partus:[d] tùm etiam lucra, quæ extrinſecus per cauſam rei petitæ obtigerunt poſſeſſori.[e]

[a] *l. idem eſt. 24. ff. de rei vindicat.* [b] *l. fructus. 33. Verſ. hac ratione. ff. eod.* [c] *l. ſi in area. 16 C. h. t.* [d] *l. Iulianus. 19. §. 1. l. ſi ususfructus. 44. l. ſi navis. 62. l. cùm in rem 64. ff. eod. l. certum eſt. 22. C. d.* [e] *l. præterea. 20. ff. eod.*

54 Sed de fructuum materia difficili, cùm ſupra[a] diffusè, & accuratè diſſeruerimus, illud tantùm hoc loco repetendum duximus, quod bonæ fidei poſſeſſor ante litem conteſtatam fructus naturales, quos ſerendo percepit, ſuos quidem facit pleno jure[b] ſed eos extantes & nondum conſumptos. Conſumptorum enim æſtimationem, licèt poſſeſſor inde factus ſit locuple-

tior,

tior, non refundit, [c] domino vindicanti reſtituere tenetur: [d] ut & pecudum fructus, puta fœtus: [e] merè autem naturales fructus: ut lignum, pomum, pyrum, fœnum, percipiendo ſuos nec interim facit. [f] Quod contra malæfidei poſſeſſor, cui poſt litem conteſtatam bonæfidei poſſeſſor ſimilis eſt [g], nullos fructus ſuos facit, ſed eos omnes, domino vindicanti rem, cogitur reſtituere, ſive titulum poſſeſſionis ſuæ habeat, ſive non habeat, ſive naturales, ſive induſtriales ſint fructus, ſive civiles, ſive exſtent, ſive ſint conſumpti, percepti etiam inhoneſtè, aut non percepti, honeſtè tamen à petitore percipi potuerunt. [h] Quòd deniq; poſſeſſor, qui in judicio bona fide rem tenuit, ex quo tempore cœpit malæfidei poſſeſſor eſſe, ſuos fructus non facit. [i]

[a] *Diſputat.* 4. *ſub hac* 5. *claſ.* [b] per text. *ad ſcriptos theſ.* 24. *dict. diſp.* 4. [c] vide Fachinæ. *lib.* 1. *contr. cap.* 58. [d] per fundam. *theſ.* 25. *ejuſdem diſput.* [e] *per text. adſcriptos th.* 27. *in eadem diſp.* [f] *per juris text ſubjectos theſ.* 28. *ejuſdem diſp.* vide Fachinæ. *lib.* 1. *contr. cap.* 57. [g] *l. ſed etſi* 28. *§. ſi ante.* 7. *ff. de petit. hered.* & *l.* 2. *C. de fruct.* & *litis expenſ.* Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 31. Robert. *lib. ſent. cap.* 2. Et licet inſtantia judicii lapſu temporis fuerit perempta, attamen, poſt acceptum illud judicium, percepti fructus, in altero novo judicio repeti poſſunt. Fachin. poſt alios *lib.* 1. *contr. cap.* 60. [h] *per fundam. th.* 18. *ſub ead. diſput.* 4. [i] *per text. appoſitos. th.* 23. *dict. diſp.* 4. vide Fachin. *lib.* 1. *contr. cap* 69. Sed de tota hac *theſi* 54. vide etiam Donellum *l.b.* 20. *comment. cap.* 5. *pag.* 413. & *ſeqq.* & Hotoman *ad §.* & *ſi in rem. Inſt. de offic. judic.*

Et licet res, ex qua percepti ſunt fructus, amiſſa ſit, fructuum tamen ratio ſpectanda eſt, [a] & quidem in bonæfidei poſſeſſore ſine cujus dolo aut culpa res ante moram amiſſa eſt, pro eo tempore quo poſſedit; [b] at in malæfidei poſſeſſore, qui dolo poſſidere deſiit, uſq; ad rei judicatę tempus. [c] At fructus, quos petita res producere non potuit, exigi haud debent. [d] 55

[a] *l. utique* 16. *ff. h. t.* & *l. ſi homo* 8. *ff. de re judic.* [b] *l. ſi à bonæfidei* 21. *ff. h. t.* [c] *l. Julian.* 17. *§.* 1. & *l. fructus* 33. *ff. h. t.* [d] *l. cæterùm.* 31. & *l. pen. ff. eod. tit.*

Quæritur autem, an heres ſua ignorantia malæfidei poſſeſſoris vitia excludat? Dd. communiter negant, [a] quos ſequi contra Copum [b] nihil dubitamus. 56

[a] Quos refert & ſequitur Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *numer.* 618. & *ſeqq.* [b] *tract. de fruct. lib.* 2. *titul.* 4. *cap.* 3. *in fin.* [c] *per text. in l.* 2. *in fin.* ibi, hæredis quoq; ſuccedentis in vitium, par habenda fortuna eſt. *Cod. de fruct.* & *expenſ. lit.* &. *in l. cùm heres* 41. *ff. de diverſ. temp. præſcript.* Fachinæ. *libr.* 1. *contr. cap.* 56.

Quòd attinet lucra illa, quæ per cauſam rei petitæ extrinſecus obvenerunt poſſeſſori, conſiſtunt ea in his, quæ ſervo petito hereditatis, legati, vel donationis titulo ſunt data: [a] tum in actione legis Aquiliæ, ſi poſſeſſor inter litis moras rem petitam uſuceperit, eaq; ab aliquo deterior ſit facta: [b] tùm etiam in uſuris, quas malæfidei poſſeſſor per cauſam rei petitæ accepit. [c] 57

[a] *l. præterea.* 20. *ff. hoc tit.* [b] *l. Julianus.* 17. *§.* 1. *verſ. juncto. verſ. ultim. ff. eodem tit.* [c] *per l.* 1. *§.* 1. *C. de petit. heredit.* & *l.* 1. *C. de his, quæ ut indign.* & *fac. l. poſt Senatusconſultum.* 28. *ff. de petit. hered.* Cujac. *in lib.* 6. *quæſtion. Papin. pag.* 114. Diſſent. Accurſ. *ad l. ſi navis.* 62. *in verb. teneretur, ff. de rei vindic. vide quoque* Pet. Coſtal. *ad l. non ſolùm.* 13. *ff. hoc tit.* ubi dicit, quòd perceptæ uſuræ eodem hoc judicio non petantur, ſed opus eſſe nova inſtantia, *per l.* 1. *C. de jud.* & *l. Antaus.* 14. *§. als. ff. de aq.* & *aq. pluv. arcend.*

58 Eſt illud hoc loco monendum, quod dominus rem ſuam à poſſeſſore vindicare poteſt, etiam non oblato precio, cujus ſolvendi nulla neceſſitate tenetur: [a] etiamſi poſſeſſor à petitoris parente eam rem ſibi comparaverit. [b]

[a] *l. ſi mancipium. 23. C. hoc. tit.* [b] *l. 3. C. eod.* Quòd ſi tamen petitor alienanti parenti ſucceſſ[it] doli mali exceptione, pro qua portione hereditas ad eum pervenit, uti ſucceſſor adverſus eum poteſt, *l. cùm a matre 14. C. hoc. tit.* Ex qua enim perſona quis lucrum capit, ejus quoq; factum præſtare tenetur.

59 Sequitur, quem in finem hæc actio moveatur: Movetur autem duarum rerum gratia: una eſt, ut judicis ſententia, petitor declaretur rei petitæ dominus: [a] altera ut eadem judicis ſententia, poſſeſſor reus condemnetu[r] petitori ad reſtituendam eam rem cum fructibus & omni cauſa. [b] Unde hæc duo actor in libelli ſui concluſione petere debet, [c] & in iis etiam officium judicis verſatur. [d]

[a] *l. & ex diverſo 35. §. 1. ff. hoc tit. l. ſi ut. §. & ſi quæritur, §. & ſeq. ff. ſi ſerv. vindic.* Donell. *lib. 20. com. cap. 6. pagin, 426.* [b] *l. Julianus 17. l. præterea 20. l. qui reſtituere. 68. ff. hoc tit.* Done[ll.] *lib. 20. commentar. cap. 5. in princ.* [c] Ferra. *in form. lib. in act. realı. part. 9. & ſeqq.* maximè p[a]g. 14. *in verb. tenet & poſſidet. num.* 1. Petr. Iacob. Aurel. *in pract. aur. libell. rubr. 3.* Weſembec *ad §. rurſus ex diverſo ad verb. ſuam rem eſſe. Inſt. de act.* [d] *l. officium 9. & l. item 15. §. 1. ff. de rei vind. & l. ſi in rem. ff. de offic. jud.*

60 Primùm quidem judex poſſeſſorem reum convictum jubet rem ipſam cùm acceſſionibus, puta fructibus & omni cauſa, petitori reſtituere.[a] Qu[od] ſi pareat reus huic juſſui & arbitrio, tunc judex eum abſolvit. [b] Si neget [è] præſenti ſe reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione tempus reſtituendi cau[ſa] petat, indulgendum eſt ei, ut tamen de litis æſtimatione caveat cum fide juſſore, ſi intra tempus, quod ei datum eſt, non reſtituerit. [c] Sin contendat omninò reſtituere ſe non poſſe, ſiquidem habeat rem, manu militari, officio judicis, ab eo poſſeſſio transfertur, & fructuum duntaxat, omniſq; cauſæ condemnatio fit. Si verò non poteſt reſtituere, ſiquidem dolo fecit, q[uo] minùs poſſit, quantum adverſarius, (ut & ſupra diximus) in litem ſine [ulla] taxatione, ex delatione judicis in infinitum juraverit, damnandus eſt. Si verò nec poteſt reſtituere, nec dolo fecit, quo minus poſſit, non pluri[s] quàm quanti res eſt, id eſt, quanti adverſarii interfuit, condemnand[us] eſt. [d]

[a] *præterea,* ubi præter alios Cujac. in Weſembec. & Hotoman. *Inſtit. de act. & §. ſi in rem Inſtit. de off. jud. & l. & ex diverſ. 35. §. 1. ibi, rem arbitratur Iudex mihi reſtitui. & l. qui reſtituere 68. in princ. ff. de rei vind. & l. ſi fundum. 17. in fin. C. eod.* [b] *§. ultim. Inſtit. de perpet. & temp. act. l. ult. §. 1. ibi, abſolvi ſolet reus; ſi reſtituerit. ff. quæ in fraud. cred. & l. hoc e[dicto] in fin. prin. ibi, ſed tamen abſolvendus eſt etiam, qui poſt acceptum judicium paratus eſt re[ſti]tuere, ff. de publ. & vectig.* [c] *d. §. etſi in rem. Inſtit. de offic. judic.* [d] *dict. leg. qui reſtituere* ubi poſt al. Coſtal. *de rei vindicat. l. 4. §. jurare. 2. ff. d. in lit. jurand. & l. ſi fundus. 17. §. in [vin]dicatione, ff. de pignor.* Poteſt tamen Iudex hiſce in judiciis, rebus adhuc integris, huic jure[jurando], antequam præſtetur, modum ſtatuere, *dict. l. 4. §. jurare 2. ff. de in lit. jur. l. arbitrio ff. de dol. l. 3. §. præterea, ff. ad exhib.* Donell. *libr. 20. comment. cap. 6. p. 427. in fin.*

61 Sed ad fructus quod attinet, ſi ante litem conteſtatam percepti ſint,

judex de illis ſimul pronunciare poſſit, neceſſum eſt, eos extantes, unà cum re principali actor vindicet, conſumptos verò condicat. [a] Sin poſt litis conteſtationem percepti ſint, etiam non petiti, officio judicis reſtituuntur. [b] qui de his etiam pronunciare intelligitur, ſi rem reſtituere jubeat poſſeſſorem. Quin etiam actor fructus ante litis conteſtationem à poſſeſſore perceptos, petiiſſe cenſetur, ſi rem ſibi reſtitui petierit in libello, [c] maximè ſi hic vulgatam habeat clauſulam, peto mihi jus & juſtitiam adminiſtrari. [d]

[a] *l. partum* 10. *de uſur. l. mala fide* 3. *C. d. condict. ex leg. l. ſi pignore*. 22. *§. ſi prado* 2. *ff. de pignor. act.* Quòd ſi fructus ante litem conteſtatam perceptos, non ſimul petierit quis, petere eos poſt hoc judicium non prohibetur, *l. ſi quis* 7. *§. de fruct. ff. de except. rei jud.* [b] *l. adsles* 25. *§. item ſcien lum.* 8. *ff. de adslit. edict. l. ſi fundus*. 16. *§. interdum*. 4. *ff. de pignor. l. ſi tertius*. 6. *§. officium. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. §. & ſi in rem. Inſtit. de off. judic. & l. qui reſtituere*. 68. *ff. h. tit.* Cujac. *libr. 2. quæſtion. Paul. p.* 55. Weſenbec. *conſil.* 99. *num.* 8. 9. & 10. Didac. Covarruv. *lib.* 1. *var. reſolut. c.* 3. *n.* 1. [c] *per plus eſt*. 22. *l. reſtituere* 35. *l. reſtituere*. 75. *ff. de verb. ſig.* Cujac. *in lib.* 17. *Paul. ad edict. p.* 233. & *ſeq.* & trad. Gœdd. *ad dict. l. plus eſt*. 22. *n.* 17. *ff. de verb. ſign.* [d] Mynſ. *cent.* 4. *obſ.* 55.

Quòd ſi autem res mobilis ſit, de qua agitur, ſi præſens non fuerit, & bonæ fidei ſit poſſeſſor, cum quo agitur, tunc ea vel ibi reſtitui debet, ubi ſine dolo poſſeſſoris eſt, vel ubi agitur: ſed ſumptibus petitoris, qui extra cibaria (ſi res petita animalis ſit, ut cibo egeat) in iter vel navigationem faciendi ſunt; [a] niſi malit petitor ſuis impenſis & periculo ibi, ubi judicatur, rem reſtitui, tunc enim de reſtitutione cum ſatiſdatione cavebitur. [b] 62

[a] *l. ſi res* 10. *ff. h. t.* & *l. ſed etſi*. 11. *§.* 1. *ff. ad exhib.* [b] *l. niſi* 11. *ff. h. t.* Cujac. *lib.* 21. *Paul. ad edict. pag.* 311.

Si verò malæ fidei ſit poſſeſſor, qui in alio loco eam rem nactus ſit; idem ſtatui debet. Si verò ab eo loco, ubi lis conteſtata eſt, eam ſubtractam aliò transtulerit, illic reſtituere debet, unde ſubtraxit, ſumptibus ſuis. 63

l. ſi verò. 12. *ff. h. t.* Cujac. *in d. lib.* 21. *Paul. ad edict. pag.* 311. & *ſeq.*

Reſtat ultima inſpectio, de indemnitate poſſeſſoris rei conventi. Eſt autem duplex damnum, cujus ratio hîc ſpectanda eſt; unum præteritum, alterum futurum. Præteritum, quid impenderit in rem petitam poſſeſſor. Et ſciendum eſt, quòd poſſeſſor omnis, ſive bona, ſive mala fide rem petitam poſſideat, conventus hac actione, neceſſarios ſumptus ſervare poteſt, per retentionem rei, non modò oppoſita exceptione doli, ſed & officio Judicis. 64

l. domum 5. *C. de rei vind. l. ſi à domino*. 36. *§. ultim.* & *l. planè*. 38. *ff. de petit. hered. l. fundus*. 1. *in prin. ff. famil. erciſc.* Obſtare videtur *l.* 2. *C. de infant. expoſ.* vide Fachin. *lib.* 1. *controv. c.* 54. Poſſunt & alia objici, de quib. vid. Donell. *libr.* 20. *comment. cap.* 7. *pag.* 430. & *ſeq.*

Utiles impenſas bonæ fidei poſſeſſor ſimiliter per retentionem, oppoſita exceptione doli, vel judicis officio, ſervare poteſt. Quòd ſi petitor ob paupertatem impendia ſolvere non poſſit, permittitur poſſeſſori opus deducere, modò abſque diſpendio rei, puta fundi, commodè tolli poſſit. Quo tamen caſu, ſi petitor pauper paratus ſit tantum dare, quantum habiturus eſt poſſeſſor opere deducto, & ſublato, poteſtas ei fieri debet. [b] 65

rr 2 [a] *l. ſin*

[a] *l. ſin autem 27. §. ult. l. ſumptus. 48. ff. de rei vindic. l. qui ſciens. 11. verſ. ſanè. C. eodem t. l. in hoc judicium 14. §. 1. ff. com. divid. l. ſi in area. 33. in fine. ff. de cond. indeb. & l. Paul. 14. ff. de dol. mal. & met. except.* Et licet Papin. *in l. ſumptus. 48. ff. de rei vindicat.* dicat, exceptione dol poſita, per officium judicis, attamen ea oratio pro disjunctiva accipi debet, quaſi dixiſſet Juriſconſultus vel exceptione doli poſita, vel per officium judicis. Nam & huic judicio exceptio doli ineſt, quæ ſi omiſſa ſit, conſulitur huic rei per officium judicis, *l. planè. 38. & l. ult. ff. de pet. hered. l. bonæfidei. ff. de nox. act. d. l. Sin autem 27. §. ult. ff. de rei vindic.* Cujac. *lib. 10. ob. c. 1 & in lib. 2. reſponſorum Papin. pag. 61. & ſeq. & in lib. 21. Pauli ad edict. pag. 324. col. 2.* [b] *d. l. ſin autem 25. §. ultim. verſ. niſi tamen, & l. in fundo. 28. ff. de rei vind.* Cujac. *in d. lib. 21. Paul. ad edict. pag. 325. colum. 2.* & Doneil. *libr. 20. com. c. 7. pag. 433. in fin. & pag. ſeqq.*

66 Malæfidei poſſeſſor exceptione doli, vel judicis officio ſervare has impenſas nequit. [a] Cui tamen permittitur ſine diſpendio & læſione rei, hos ſumptus auferre, puta, tollere ædificium quod poſuit. [b]

[a] *dict. l. Julianus 37. verſ. puto autem. ff. de rei vindicat. l. adeò. 7. §. ex diverſo. 12. ff. de adquirend. rerum domin. & §. certè illud. verſ. nam ſcienti. Inſt. de rerum diviſ.* Obſt. videtur *d. planè 38. de petit. hered.* Vide de hac quæſt. poſt alios quos refert Fachin. *lib. 1. contr. cap. 55.* [b] *d. l. domum. 5. in fin. C. de rei vind. & l. Julianus 37. in fin. ff. eod. tit.* Sed obſtare huic ſententiæ quædam videntur, de quibus vid. Donell. *lib. 20. com. c. 7. pag. 435.*

67 Voluptarias quidem impenſas, bonæfidei poſſeſſor exceptione doli, per retentionem ſervare poteſt. [a] At malæfidei poſſeſſori fit tantum poteſtas tollendorum eorum, quæ ſine detrimento rei tolli poſſunt, ſi petitor pretium eorum ſolvere nolit. [b]

[a] *l. utiles 39. §. ultim. ff. de heredit. petit.* Diſſent. Donell *lib. 20. comment. cap. 7. pag. 436.* [b] *d. l. utiles 39. ff. de heredit. petit. & l. pro voluptuariis. 9. ff. de impenſ. in rès dot. fact.*

68 Quòd ſi poſſeſſor rei vindicatione conventus, & condemnatus, omiſſo hujuſmodi aliquo juris remedio, reſtituat actori rem petitam, nullam impenſarum nomine actionem adverſus eum habet; [a] ne quidem utilem negociorum iſtorum actionem, [b] licet quidam hoc velint.

[a] *dict. l. ſi in rem. 33 in fin. ibi, nullo alio modo, quam per retentionem impenſas ſervare p... ff. de condict. indebit. dict. leg. Paulus 14. ibi, non aliàs ſumptus conſequi poſſe, quàm ſi poſſideat. ff. de dol. except. l. in hoc judicium. 14. §. 1. verſ. diverſum eſt enim. ff. com. divid. l. heres. 21. ibi, retentiones, quas ſolas habent, omittunt. ff. ad Senatuſconſultum Trebell. d. l. ſumptus 48. ff. de rei vindic.* [b] ut ex dict. locis apparet, quæ omnes actiones denegant hoc caſu reo, & ſententia Donell. *lib. 20. commentar. cap. 7. pag. 438. verſ. hactenus ergò, & pag. ſeq.* [c] ut poſt Martinum Accurſ. *ad dict. l. planè, ff. de petit hered. & ad l. in fundo. ff. de rei vendic.* & D. Gœdd. *ad l. impenſa. 79. n. 8. & 9. de verb. ſign.* ſed ad rationes hujus opinionis reſpondit Donell. *d. cap. 7. pag. 4..*

69 Supereſt futurum damnum. Quod ſi poſſeſſor prædii petiti nomine damni infecti caverit, ei à petitore victore viciſſim cavendum erit: [a] ut & hoc cavere aut ſatiſdare victo poſſeſſori tenetur petitor, ſi poſſeſſor etiam ab alio ejus rei nomine conventus fuerit: cavere, inquam, aut ſatiſdare tenetur, quod prædium alteri petitori præſtare velit, ſi is evincerit illud [b]

[a] *l. ipſi quoque 19. ff. de rei vindic.* [b] *l. is à quo. 57.* ubi Petr. Coſtal. *ff. eodem & l. pen. ff. de petit. heredit.* Mynſing. *cent. 3. obſerv. 73. n. 2.*

70 Si item reus æſtimationem rei petitæ, quanti petitor in litem juraverit, præſtare condemnatus eſt, & ea res abſens ſit, non aliter litem judex æſtimat, quàm ſi caverit actor, quòd per ſe non fiet, poſſeſſionem ejus rei non traditum iri.

[an]

l. hac ſi res 47. ff. de rei vindicat.

Bonæ fidei quoque poſſeſſor, ſi culpa, non fraude, poſſeſſionem amiſerit, 71
quoniam pati debet æſtimationem, audiendus erit à judice. Si deſideret, ut adverſarius ſua actione cedat. [a] Is verò qui dolo fecit, quo minus poſſideret, hoc quoq; nomine punitur, quod actor cavere ei non debet, actiones, quas ejus rei nomine habet, ſe ei præſtaturum. [b]

[a] *l. ſi culpa 63. ubi* Petr. Coſtal. *ff. de rei vindicat.* vide Cujac. *in lib. 12. quæſt. Papin. p.* 310. *& ſeqq.* [b] *l. ſi qui dolo. 63. & l. ſeq. ff. eod. tit.*

Class. V. Disputat. XXVII.

DE PUBLICIANA, ALIISQUE utilibus in rem actionibus.

THESIS I.

PRoximè de rei vindicatione: Succedunt nunc aliæ vindicationes. [a] Et primùm quidem utiles in rem actiones, quæ alij [b], quàm verò domino dantur, rei tamen vindicationem imitantur. [b]

[a] *Propoſita in theſi 1. diſp. præcedentis.* [b] *l. in honorariis 35. §. item publiciana. ff. de obligat. & act. l. ſed etſi 7. §. in publiciana 8. de pub. in rem act.*

Utiles autem in rem actiones, vel ſuas habent appellationes certas: ut 2
publiciana in rem actio, emphyteuticaria in rem actio, feudalis in rem actio, ſuperficiaria in rem actio, & actio in rem reſciſſoria: vel ſimpliciter in rem actiones appellantur, nullo alio addito nomine:

Publiciana in rem actio, eſt vindicatio, [a] Prætoria, [b] qua rem ex juſta ad- 3
quirendi dominii cauſa, [c] à non domino [d] traditam, [e] & bona fide [f] à nobis acceptam, [g] ſed necdum uſucaptam; [h] vel longi temporis præſcriptione [i] adquiſitam, ſi ejus poſſeſſionem caſu amiſerimus, [k] ab ejus poſſeſſore vel detentore, [l] petimus. Quæ & ipſa eſt utilis in rem actio, [m] à Prætore Publicio, à quo introducta eſt, ita appellata. [n]

[a] Omnis enim in rem actio dicitur vindicatio. *§. appellamus autem. Inſtit. de act. l. actionum 25. in princip. ff. de obligat. & action.* [b] *§. Sed iſte, & §. Namque ſi cui Inſtit. de actionib. l. 1. in princip. ff. de public. in rem act.* [c] *l. 1. in princ. l. 3. §. 1. l. Quacunque 13. in princip. ff. dict. tit.* Cujuſmodi cauſæ ſunt, emptio, donatio, dos, legatum, *d. l. 1. in fi. l. 2. & l. 3. ff. eod. t. & d. §. Namq; ſi cui, Inſtit. de actionibus.* Item judicatum, ſolutio, & noxæ deditio, *l. 3. in fine. l. 4. l. 6. & l. 7. in princ. ff. de public. in rem act.* Hæ autem cauſæ per teſtes & inſtrumenta probantur. gloſſ. *ad d. §. Namque. Inſtit. de actio.* & Petrus Coſtal. *ad dict. l. 1. ff. de public. in rem act.* [d] *l. 1. in princip. ff. dict. tit.* [e] *dict. l. 1. in princ. ibi, quod traditur, l. ſi emi 11. in princip. & §. 1. ff. eodem tit.* [f] *l. ſed etſi 7. §. Prætor ait, & §. bonam autem fidem, & §§. ſeqq. ff. hoc tit.* Sed bona fides tempore emptionis, & traditionis requiritur. Quod antea vel poſtea dolo malo factum eſt, in hac actione non attenditur, *dict. leg. Sed etſi 7. §. Publiciana 14. & §§. ſeqq. ff. eodem titul.* ubi Coſtal. *ad §. Prætor ait, 11.* & Cujac. *ad l. 4. §. Heres, qui in jus. ff. de uſurpat. & uſucap.* [g] Neceſſum eſt priùs habuerit actor poſſeſſionem rei, licèt momento. *l. Cùm ſponſus 12. §. ultim. ff. de public. in rem act.* [h] Nam ſi quis uſuceperit rem, rei vindicationi, non huic honorariæ actioni locus erit. *l. 1. §.*

1.ff.dict.tit. [l] Competit quoque hæc actio de ſervitutibus perſonalibus & realibus l. *Si ervit. §.1.ff.hoc tit.* Item de prædio vectigali, dict. *l.cùm ſponſus 12. §.In vectigalibus.2.ff.eodem titul.* Servitutes autem non uſucapiuntur, *l. Servitutes.14.in princip.ff.de ſervitut.l.4.§.ultim. l.Si aliena 10.§.1.ff.de uſurpat.& uſucap.l.Servus 43.§.1.ff. de adquirend.rerum dominio*, ſed longi temporis præſcriptione adquiruntur. *l.ſi quis diuturno 10. in princip.ff. ſi ſervit. vind. l.u. in fin. Cod.de praſcript.longi temp.* Neque uſucapiuntur prædia vectigalia, *dict.leg.cum ſponſus 12.§.In vectigalib.2.ff.de publ.in rem act.* Hæc tamen longi temporis præſcriptione acquiruntur, *l.ſi finita 15.§. Sed in vectigali 27.ff.de damno infect.* Cujac. *ad d.l.4.circa finem.ff.de uſurpat.& in Paratit.Cod.de longi tempor.praſcript.& in libr.19.Pauli ad edict.pag.268.* & Dominus Obrechtus *in diſputation.de praſcript.theſi 67.& ſeq.* Ex prædictis ſequitur, quod in his rebus, quæ neque uſucapi, neque longi temporis præſcriptione adquiri poſſunt, publiciana locum non habeat. *l.Sive autem 9.§.Hac actio 5.ff.de public.in rem act.* Vbi quod de uſucapione dicitur, exaudiendum quoq; eſt de longi temporis præſcriptione, Cujac. *in dict.lib.19. Pauli ad edictum.pag.268.colum.2.* & ſuadet text. in dict. *l.ſi ego 11.§.1.& dict.l.cum ſponſus.§.in vectigalibus.ff.dict.tit.* [k] *dict.§.Namque cui,ibi,* poſſeſſionem caſu amiſerit, *ubi* Donell *num.9.Inſtit.de actionibus.* [l] *l.2.l.ultim.ff.de pub.in rem act.l. Officium 9.ff.de rei vindicat. juncta l.Sed etſi 7.§.in publiciana 8.ff.de publ.in rem act.* [m] *l. Nec utilem 20.ff.ex quibus cauſis major.* Cujac. *in lib.13.quaſt.Papin.p.338.colum.1.in fin.& colum.2.in princ.& in lib.19.Pauli ad edictum pag.263.colum.2.in princ.* Donell. *ad §.Namque ſicut,num.11.Inſtit.de act.* [n] *d.§.Namq, in fin.Inſtit.dict.tit.*

4 Ex prædictis conjicere promptum eſt, quæ ſint ſubſtantialia requiſita hujus actionis; item cui, & adverſus quem, & quâ de re competat ea. Eſt tamen & illud hic obſervandum, quòd ſi duo ſeparatim à non domino bona fide rem emerint, publiciana is poſſit uti, cui priori res tradita eſt. Quòd ſi à diverſis non dominis, melior cauſa ſit poſſidentis, quàm petentis. [a]

[a] *l.ſive autem 9.§.ſi duobus. 4.ff. de publ. in rem act.* Sed quod ad poſterius de poſſidente obſtare videtur textus *in l.ſi ea res 51.§.ultim.ff.de actionib.empt.* vide Cujac. *libr.18.obſervat. capit.31.*

5 Eſt & illud hic notandum, quòd conceditur etiam hæc actio ei, qui à furioſo ignorans eum furere, vel à minore, ignorans eum minorem eſſe, emit.

l.Sed etſi 7.§.Marcellus 2.& §.ſeq.ff.de public.in rem act. Sed obſtare videtur *l. 2.§.ſi à pupillo 55.& §.ſeq.ff.pro empt.* vide Donellum, *libr.5.commentar.cap.15.pagin.273.& ad §.namque ſicut,num.6.Inſtit.de action* Cujac. *lib.16.obſervation.cap.29.* Anton.Fab. *libr.1.conjectur.cap.18.* Mercat. *lib.2.notat.cap.27.* Dn. D.Betold. *part.1.delibat.ex lib.6.ff.q.9.*

6 Similiter & illud monendum hoc loco, quòd huic actioni exceptio juſti dominii objici poteſt. [a] Quibuſdam tamen caſibus etiam contra dominum rectè movetur. [b]

[a] *l.pen.& ult.ff.de public.in rem act.* [b] Quos indicat Cujac. *libr.10.quaſt.Papin.pag.263.col.2.in pr.& in lib.12.quaſt.Papin.pag.311.& lib.10.obſerv.cap.6.* vide quoque Petr. Coſtal. *ad l.1.ff.de publ.in rem act.*

7 In publiciana in rem actione eadem omnia erunt, quæ & in rei vindicatione diximus. [a] Proindeque & fructus rei continet. [b]

[a] *l.ſed etſi 7.§.in publiciana 8.ff.h.t.* [b] *l.qui ſcit 25.ff. de uſur.*

8 Non eſt hoc loco ignorandum, quod cum rei vindicatione alternativè cumulari publiciana in rem actio poteſt cum proteſtatione, ſi quis probabiliter dubitet, dominus ſit, necne.

Per l.1.§.quia autem 4.ff. quòd legator.& eſt textus in cap.3.in princ. [illegible] *jure domini. Sed*

qu-

quaſi, & *§. ſecus autem.* ibi, vel ad ſe jure dominii, vel quaſi rem aliquam pertinere. *Titul. de ſentent.* & *rejudic. in* 6. Andr. Geil. *lib.* 1. *pract. obſerv.* 62. *nu.* 5 Modeſt. Piſtor. *conſ.* 27. *nu.* 18. & *ſeqq.* Mynſ. *cent.* 4. *obſerv.* 11. Sed vide Bald. *ad l.* 1. *nu.* 7. *C. de ſerv. fugit.*

Emphyteuticaria in rem actio eſt, qua emphyteuta rem emphyteuticã ab ejus poſſeſſore etiam ipſo domino petit [a] Quæ & ipſa eſt utilis in rem actio. [b] Quòd ſi emphyteuſis à civitate ſit data, tunc actio vectigalis appellatur [c] item actio de fundo vectigali. [d] 9

[a] *l.* 1. *in fin. ff. ſi ager vectigal.* [b] gl. *ad dict. l.* 1. *in fin. verb.* in rem. *ff. d. tit. Cujac. ad dict. tit.* 8. *in princ. lib.* 2. *feud.* [c] *l. ſi finita,* 15. *§. ſi de vectigalibus, ff. de damno infect.* [d] *l. ſi cùm venditor* 66. *in prin. ff. de evict.* Emphyteuticariam actionem appellat Donellus *libr.* 20. *comment. cap.* 8. *pag.* 445. *ſub num.* 30. Sed de emphyteuſi prolixè egimus *ſub claſſe* 2. *diſputat.* 14. De hujus actionis formula. Vide Gilhauſen *in arbor. civil. c.* 3. *num.* 42. & *ſeq.*

Feudalis in rem utilis actio, eſt vindicatio, quæ competit vaſallo de re feudali, adverſus quemlibet poſſeſſorem ejus rei. 10

Text. eſt in tit. 8. *Rei autem,* ubi Cujac. *lib.* 2. *feud.*

Superficiaria in rem actio, eſt vindicatio utilis, quâ ſuperficiarius ſuperficiem ſuam, ſibi in perpetuum, vel non modicum tempus conſtitutam, ab ejus quovis poſſeſſore, etiam domino petit. 11

l. 1. *§.* 1. *ibi, Et quaſi in rem actionem,* & *§. Quia autem* 6. *ff. de ſuperfic. l. Tutor.* 16. *in fin. ff. de pig. act. l.* 3. *§. pen. ff. de oper. novi nunciat. l. In ſpeciali* 73. *§. ultim.* & *duab. leg. ſeqq. ff. de rei vind.* Cujac. *in lib.* 20. *Pauli ad edictum, pag.* 332. & *in lib.* 2. *feud. tit.* 9. *in princ.* Donell. *libr.* 20. *comment. cap.* 8. *pag.* 445. *ſub num.* 40. De ſuperficie, & ejus jure dictum eſt *ſub Claſſe* 4. *diſput.* 5. *theſ.* 64. & *ſeqq.*

Actio in rem reſciſſoria eſt, quæ datur ad vindicandam rem, cujus adquiſitio, quâ poſſeſſor eam adeptus eſt, jure eſt reſciſſa. Eſtque duplex; una competit nobis de re noſtra, quam poſſeſſor jure civili, puta uſucapione, adquiſivit; altera datur de re noſtra, quam poſſeſſor jure gentium, veluti traditione adeptus. 12

Prior illa reſciſſoria in rem actio, [a] eſt vindicatio ejus rei quam aliena uſucapione [b] præſcriptione [c] aut non utendo [d] amiſeramus, per integrum reſtitutionem nobis juſta ex cauſa reddita, [e] competens nobis intra annum adverſus ejus rei poſſeſſorem, ut eam quaſi ſuam non feciſſet, nobis reſtituat. [f] Unde Prætoria, [g] & utilis [h] in rem actio, ſive utilis vindicatio eſt [i] Perperam autem ab Interpp. publiciana vocatur. [k] 13

[a] Dicitur reſciſſoria actio in *l. Nec non* 28. *§. penult.* & *ultim. ff. Ex quibus cauſis major. l. Nullo juſto,* 24. *Cod. de rei vindic. l. ab hoſtibus* 18. *Cod. de poſtlim. revers.* [b] *§. Rurſus, ibi uſuceperit, Inſtitut. de actionibus leg.* 1. *§.* 1. *ibi, quod uſu ſuum feciſſet. l. Denique* 19. & *l. item* 21. *in princip. l. Ait Prætor* 23. *in princip.* & *§§. ſequentib. l. Sed etſi* 26. *§. Quotiens, l. cùm miles* 30. *ff. Ex quibus cauſis major. leg.* 3. *Cod. de reſtitut. milit.* [c] *l.* 2. *l.* 3. *Cod. dict. tit. l.* 1. *l.* 2. *Cod. de uxor. milit.* [d] *dict. l.* 1. *§.* 1. aut quod non utendo amiſit. *l. Item ait* 6. *ff. Ex quibus cauſis major.* Non utendo autem amittimus ſervitutem, non modò perſonalem, *§. Finitur, ibi, non utendo per tempus,* Ubi Cujacius *in Inſtitut. de uſufruct. l. uſusfructus* 28. *ff. Quibus modis uſusfruct. amitt. leg. corruptionem* 14. & *ibi* gloſſ. *in verb.* non utendo cadere, *Cod. de uſufruct.* ſed & realem ſive prædialem, *l. ſicut* 13. & *l. ſequent. Cod. de ſervitut.* & *aqua, l. ſi communem* 10. *in princip. l. Nam ſatis* 6. *§.* 1. *verſ. Sed ſi is fundus, ibi, aut non utendo deperire, leg. Si ſtillicidii* 8. *in fine digeſt. Quemadmodum ſervitut. amitt.* [e] *l. In honorariis* 35. *§. Sed cùm reſciſſa, ff. de ob-*

ff. de obligat. & act. d. l. 1. §. 1. ibi, earum rerum actionem intra annum reſtituam, *ff. Ex qui[bus] cauſis major.* [f] *dict. §. Rurſus ex diverſo, Inſtit. de actionibus & d. l. In honorariis 35. §. Sed cum reſciſſa, ff. de obligat. & actionib.* [g] *§. Sed iſta, junct. §. Rurſus, Inſtit. de actionibus & d. l. In honorariis 35. ff. de obligat. & actionibus.* [h] *l. ultim. Cod. Quibus ex cauſis maior. d. §. Rurſus, ve* Quod *genus, ibi*, adcommodat. *Inſtitut. de action. accommodari dicuntur utiles actiones. l. Eleganter 24. in princ. ff. de pignor. act. l. Si uſusfructus 22. in fine principii, ff. de aqua & aquæ pluv. arcend. l. Quia actionum 11. ff. de præſcript. verb. l. uxor. 55. in fine. ff. de donat. inter vir. & uxor.* [i] *dict. l. Nullo juſto 24. Cod. de rei vindicat.* [k] Donell. *ad dict. §. Rurſus, numer. 14. Inſtitut. de action.*

14 Illa autem juſta cauſa, ob quam actio in rem amiſſa reſtituitur, ſive redditur, poſita eſt vel in perſona actoris, vel in perſona rei cōventi, vel in perſona judicis.

15 In actoris perſona, ſi is cum rem ſuam aliena uſucapione, præſcriptione vel non utendo amitteret, abſens fuerit vel reipub. cauſa ſine dolo malo, vel juſti metus cauſa, ut timoris, aut cruciatus deterritus, vel teſtimonii, cognitionis, appellationis, vel ſtudiorūm gratia, [a] vel dolo adverſarii. [b]

[a] *l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. l. 3. l. 4. l. 5. l. Sed etſi 21. §. ult. l. Nec non 28. in princ. l. videlicet 29. ff. Ex quibus cauſis major.* [b] *l. pen. §. 1. ff. d. t. facit l. cum proponas 13. C. de nautic. fœnor. l. Qui officii 62. § ult. ff. de contrah. empt. l. 1. §. ſi reus, & l. ult. ff. de eo, per quem fact. erit, quominus quis in judicio ſiſtat.*

16 Neque refert, ſi neceſſaria ſit abſentiæ cauſa, quòd actor nec ipſe, nec alius, quem domi procuratorem habuit, uſucapionem vel præſcriptionem impedivit. [a] Quippe cùm ipſe non potuerit agere cum poſſeſſore propter abſentiam, & ſi procurator id non fecerit, nulla ejus ſit culpa, cùm ipſum abſens cogere non potuerit. [b]

[a] *d. l. Sed etſi 26. §. fin. l. ab hoſtibus 15. ff. Ex quibus cauſis major. l. Qui abſente C. de procurat.* Cujac. *lib. 7. obſervat. cap. 31.* & Donell. *ad dict. §. Rurſus, num. 3. & 4. Inſtit. de act.* [b] *l. Nullum 19. ff. de reg. jur. l. cùm quidam 19. §. ſi pupillo, ff. de uſur.* Quod ſi autem procurator abſentem dominum defenderit, adverſus rem judicatam dominus non reſtituitur, ſed in hóc, ut & [per] tempora interponendæ appellationis provocare poſſit. Nec enim in ipſum dicta ſententia ſine appellatione reſcindi poteſt. *l. ult. & ibi Cujac. ff. de integr. reſtitut.*

17 Adhæc à parte actoris juſta proficiſci dicitur cauſa, ſi is in vinculis fuerit, dum rem ſuam aliena uſucapione, præſcriptione, vel non utendo amitteret.

l. 1. §. 1. & l. Succurritur 9. & l. ſeq. ff. Ex quibus cauſis major.

18 A parte rei conventi juſta reſtitutionis capitur cauſa, ſi is abſens fuerit dum uſucapione, vel præſcriptione, aut non utendo rem præſentis adquireret, ſive ejus abſentia neceſſaria fuerit, ſive probabilis, ſive voluntaria. [a] Neq; refert, per ſe vel per ſubjectas ſibi perſonas ex re peculiari præſentis rem aut Jus acquiſierit. [b]

[a] *l. Item ait 21. §. 1. ff. Ex quibus cauſis major.* Donell. *ad dict. §. Rurſus, num. 3. Inſtit. de a[ct.] & lib. 21. comment. cap. 5. pag. 487.* [b] *d. l. 1. & d. l. Item ait 21. §. Hac autem reſtitutio. ff. Ex [qui]bus cauſis major.*

19 Captus tamen ab hoſtibus, non per ſe, ſed per ſervos ſuōs, & quidem e[x] re tantùm peculiari uſucapere poteſt.

d. l. Ait Prætor 23. §. Hi planè, ff. d. t. l. In bello 12. §. facti & l. pen. ff. de capt. & poſt lim[in. reversis] *l. ...*

l. [illegible] heredes 23. §. 1 ff. de adquir. & amitt. poſſ. l. Si quis 16. l. Juſto 44. §. ultim. ff. de uſurpat. & [illegible] *cap.* Weſemb. Hotoman & Donell. *ad dict. §. Rurſus, Inſtit. de act.*

Pron[illegible]tiatur item juſta reſtitutionis cauſa ex perſona Rei, ſi dum adqui- 20
reret rem actoris, invitus in jus vocari non potuit, eò quòd vel conſul fuit, vel Prætor, vel alius aliquis qui imperium poteſtatemve habuit.

l. Sed etſi 26. §. 2. ff. Ex quib. cauſis major.

Sed hæc reſtitutio adverſus abſentem non aliter locum habet, quàm ſi 21
ejus defenſor non extitit, ut ſi illius procuratores vel amici ultrò interrogati fuerint, an defendant abſentem; nemo autem defenſioni ſe obtulerit; aut ſi nemo fuerit, qui interrogari potuerit: quam rem actor teſtatione complecti debuit.

l. Item ait 21. §. pen. & ult. l. Ergò ſciendum 22. & l. Sed etſi 26. §. Deinde adjicit. ff. Ex quibus cauſis major. Hotoman. *ad d. §. Rurſus, in verb. Intra annum reſciſſa, in fin. Inſt. de actionibus.*

A Judice juſta reſtitutionis provenit cauſa, ſi ejus facto exémpta ſit actio, 22
ut ampliùs vindicari res non poſſit: veluti ſi ejus copia non fuit, aut per dilationes ab eo datas actionis dies exierit, aut per gratiam, vel ſordes jus non dixerit, vel jus non dixerit propter repentinas ferias.

l. 1. §. 1. l. Sed etſi 26. §. ait Prætor, ſive cui, & §§. ſeqq. ff. Ex quib. cauſis major.

Si præter cauſas ſuprà ſcriptas, & alia judici viſa fuerit juſta, auxilium re- 23
ſtitutionis impertiri jubetur; [a] ut ſi quis mercaturæ, vel alicujus artificii honeſti diſcendi cauſa abfuerit. [b]

[b] *d. l. 1. §. 1. l. Sed etſi 26. §. ult. & l. Inter eos 33. in princ. ff. Ex quib. cauſis major. & l. pen. §. 1. ff. de integr. reſtit.* [b] Donell. *lib. 21. cap. 5. pag. 486. ſub nu. 20.*

Ex prædictis cognoſcimus, aliud eſſe in integrum reſtitutionem, aliud 24
item hanc reſciſſoriam actionem: [a] Proindeq; Interpretes rectè diſtinguere inter reſcindens judicium, quo petitur, & fit reſtitutio in integrum, & hoc judicium reſciſſorium, [b] licèt Hotom. [c] & quidam alii ſecus ſentiant.

[a] *l. un. §. 1. ibi,* in veterem debitorem debet reſtitui actio, *C. de reputat. quæ fiunt in judic. in integr. reſtitut. l. ult. ibi, quæ in integrum reſtitutis datur. C. Quib. ex cauſis major. d. l. In honorariis [illegible] §. Sed cùm, ibi, reſciſſa uſucapione redditur, ff. oblig. & act. d. §. Rurſus, ibi, reſciſſa uſucapione, Inſtitut. de actionib. d. l. 1. §. 1. ibi,* earum rerum actionem in integrum reſtituam, *ff. Ex quib. cauſis major. l. metum 9. §. Sed quòd Prætor. verſ. Sed ex facto, ff. Quod metus cauſa.* Peragitur autem reſtitutio judicis officio implorato; facta reſciſſione, & inſtitutione actio hæc intenditur. [b] Poſt Iaſon. alios Dd. Thom. Linius, & Ioh. Schneid. *ad d. §. Rurſus ex diverſo, Inſtit. de act.* [c] *Ad d. §. Rurſus, in verb. Intra annum, verſ. Sed quod ait, Inſtit. de actio.*

Reſtitutio autem illa olim impetranda erat intra annum utilem, hodie 25
verò intra quadriennium continuum. [a] Sed reſtituta & reddita hæc actio poſt factam reſtitutionem in integrum intra annum intentari debet. [b] Poſt [illegible] conteſtationem verò perpetuatur. [c]

[a] *l. ult. in. Cod. de temporibus in integr. reſtitut.* [b] *d. l. In honorariis 35. §. Sed cùm reſciſſa, ff. de oblig. et act. & dict. §. Rurſus, ibi,* tunc intra annum reſciſsâ uſucapione eam petere, *Inſtit. de actionibus.* At Donell. *ad dict. §. Rurſus, num. 8.* ſcribit, quòd hæc actio, poſteaquam [illegible] eſt, incipiat eſſe perpetua ei, cui reſtituta eſt. [c] *l. 3. Cod. de præſcript. 30. vel 40. annor.* [illegible] *c. libr. 13. obſervat. cap. 26. & cap. 29.* Zaſ. *ad dict. §. Rurſus, pag. 52.* & communiter Dd. ad [illegible] *Cod. de tempor. in integr. reſtitut.* Sed obſtare videtur l. *Properandum 13. C. de judic.* vide [illegible] Piſtor. *libr. 1. quæſt. jur. quæſt. 12.* Mynſing. *cent. 2. obſerv. 48. & cent. 3. obſervat. 44.* We-

ſemb.*conſil.5. nu.42.* Obſtare item videtur dict. *l.ult. C.de tempor.in integ.reſtit.* Vnde qu[illegible] probant, lite conteſtata hanc reſciſſoriam actionem intra quadriennium continuum finie[illegible] dam eſſe. At illi non adverterunt, quod etiam in judicio reſtitutionis in integrum lis eſt, & [illegible] eſt conteſtanda, *l.6.C.de in integr. reſtitut. minor.* & *l.5. C. de tempor. in integr. reſtit.* Cùm & hic libelli offeruntur, & cauſa probatur, Mynſing. *cent.1.obſerv.49.* VVeſemb. *in parat.* [illegible] *Quibus ex cauſis major.*

26 Poteſt tamen (uti remur) reſtitutionis in integrum petitio & hæc reſ[illegible]ſoria actio eodem in libello cumulari: [a] quamvis Dd. hic diverſa & ſe[illegible]ta judicia deſiderent. [b]

[a] Duaren. *ad tit. ff. Ex quibus cauſis major, pag.* 240. Regner. Sixtinus *in manuſcriptis pr[illegible]ctionibus ſuis ad Inſtit. dict. §. Rurſus, in fine.* Atq; hæc ratio expeditiorem proceſſu[illegible] p[illegible]ditat, & efficit, ut quis una quaſi via conſequatur, quòd duobus judiciis temporibus d[illegible] adipiſceretur. [b] Ang. Zaſ. Mynſing. & Iohan. Schneid. *ad dict. §. Rurſus, Inſtit. de actioni*[illegible]. V[illegible] etiam Anton. Fabr. *de erroribus pragmat. decad.7. Err.1.*

27 Non eſt hoc loco omittendum, quòd etiam perſonalis actio tempora[illegible] ſi tempore extincta ſit, ex prædicta aliqua juſta cauſa reſtitui, ſive reddi, [illegible] denuo inſtitui poteſt, quæ & ipſa reſciſſoria, & utilis eſt actio.

d.l. §.1. ſive cujus actionis eorum, cui dies exiſſe dicetur, *ff. Ex quib. cauſis major. l. metum §. Volenti 4.* ubi Cujac. *interpretum errorem arguit. ff. Quòd metus cauſa.*

28 Altera reſciſſoria in rem actio eſt, qua creditores rem, quam debitor, poſteaquá ejus bona juſſu magiſtratus ab ipſis creditoribus poſſeſſa [illegible] in fraudem ipſorum alienavit, ab eo, cui tradita fuit, reſciſſa prius ea tra[illegible]tione, repetunt, ac ſi verè tradita non eſſet. [b] Hanc autem Paulianam e[illegible] actionem, cum Donello contra Dd. negamus. [b]

[a] *§. Item, ſi quis,* ubi Donell. *num.2.* & *9. Institut. de actionib.* [b] Donell. *dict. loc. num* 12. & 13. Idem Donell. *lib.20. comment. cap.8. in fin. pag.446. ſub num.36.* & *ſeqq.* Hæc re[illegible]ria actio in rem eſt, *dict. §. Item ſi quis, Inſtitut. de action.* Sed Pauliana eſt in perſonam. *l.* [illegible] *mus 38. in princip. junct. §. In Faviana, ff. de uſur.* Vnde etiam in factum actio appellatur [illegible] ſub *Claſſe 4. diſput.7. theſ.24.*

29 Sequuntur utiles in rem actiones, quæ ita ſimpliciter appellantur n[illegible] alio addito nomine. Ejuſmodi eſt actio, quæ datur uxori de re, quam [illegible]ritus comparavit pro pecunia ab uxore ſibi donata, adverſus poſſe[illegible] ejus rei.

l. uxor marito 55. ff. de donat. inter vir. & *uxor. l. un. §. Taceat, ibi,* vel per utilem, *Cod.* [illegible] *uxor. act.* Cujac. *lib.5. obſerv. cap.20.* & *in lib.6. quæſt. Papin. pag.175.* & *ſeq.*

30 Talis quoque eſt actio, quæ competit militi ad vindicandam rem qu[illegible] ipſius militis pecunia quiſpiam ſuo nomine comparavit, adverſus p[illegible]ſorem ejus rei.

l. Si ut proponis 8. C. de rei vindic.

31 Eſt quoq; hujus claſſis actio in rem, competens pupillo, vel adoleſ[illegible] pro vindicanda re, quam tutor vel curator ipſorum pecunia in prop[illegible] nomen emit, adverſus ejus rei poſſeſſorem ſtringenda,

l.2. ff. Quando ex facto tutor.

32 Hujuſmodi etiam utilis in rem actio eſt, quæ tribuitur domino tab[illegible] pictæ adverſus poſſeſſorem tabulæ etiam ipſum pictorem.

§. Si quis in aliena, verſ. At ſi is, Inſtit. de rer. diviſ. & l. Quaratione 9. §. Sed non, ff. de adquir. rer. dom.

Huic quoq; generi ſubjicimus utilem in rem actionem prætoriam, quæ competit ei, qui rei alienæ, quam ſua culpa, non fraude poſſidere deſiit, æſtimationem domino vindicanti eam præſtitit, adverſus quemlibet poſſeſſorem rei illius. 33

l. Si culpa 63. & ibi gloſſ. in verb. adjuvari, *verſ. Reſponſ. junct. verſ. ult.* & Petr. Coſtal *ff. de rei vindic.* Cujac. *in lib. XII. quæſt. Papin. pag* 311. *col.* 1. Putat tamen Coſtal. hanc utilem vindicationem contra ſolum dominum, non contra extraneum ſtringendam, ſed malè *dict. l. 63. ibi,* quolibet alio poſſidente. Cujac. *dicto loco* hanc publicianam in rem actionem eſſe autumat, ſed errore ducitur: Publiciana enim datur ei, qui rem à non domino traditam accepit; Sed hæc ei competit, qui à vero domino rem nanciſcitur, uti arguunt in *d. l. 63. verba hæc,* ut adverſarius actiones ſuas cedat.

Sed in quæſtionem vocatur, an etiam utilis in rem actio creditori hypothecario competat, adverſus rei pignoratæ poſſeſſorem? Hanc ei quoque, ſi poſſeſſio tradita ſit, & hypothecaria nondum moveri poſſit, competere putamus. 34

Per l. Ei qui 16. ibi, ſicuti ipſius fundi utilis petitio dabitur, ff. de ſervit. & docet Cujac. *libr. 1. obſervat. cap. 16. & ad tit. 9. in princ. lib. 2. feud.*

De fructuario dubia quæſtio eſt, an utili in rem actione rem fructuariam ab ejus poſſeſſore petere queat? Cujac negat, [a] & quidem rectè: [b] licèt affirmativæ ſententiæ veriſimiles non deſint rationes. [c] 35

[a] *Lib. 1. obſervat. dict. cap. 16. & ad tit. 9. in princip. libr. 2. feud.* [b] Non enim opus habet hac actione, cum actione confeſſoria uſumfructum adverſus quemvis fructuarii prædii poſſeſſorem vindicare poſſit. *l. 1. in princip. & l. 5. §. 1. ff. ſi uſusfruct. pet. junct. l. 1. §. 1. ff. de ſuperfic.* Huc quoque facit l. 2. *Cod. ubi in rem act.* [c] ut ſunt quod uſufructuario competit quoque utilis vindicatio ſervitutum prædio fructuario debitarum. *l. un. §. Item Iuliano 4. ff. de remiſſionibus.* Petr. Coſtal. *ad l. ei qui 16. ff. de ſervitut.* Proindeque & utilis in rem petitio, *argum. d. l. Ei qui 16 ff. de ſervit.* Quodque uſufructuarius rem fructuariam naturaliter poſſidet, *l. naturaliter 12. in princ. & l. poſſeſſio 49. in princ. ff. de adquir. vel amit. poſſ.* Quòd item fructuario competit interdictum uti poſſidetis, *l. ult. ff. uti poſſidet.* Item interdictum unde vi *l. 3. §. in id 1 ff. de vi & vi armat.* Quodq; ſuperficiario quoq; utilis in rem actio de ſuperficie competit, *l. In ſpeciali 73. §. ult. juncta l. Prætor 75. ff. de rei vindicat.* Quod deniq; vaſallo & emphyteuto utilis in rem actio tribuitur, ut ſupra dictum fuit, & feudo, ac emphyteuſi uſusfructus ſimilis eſt, *tit. 23 in fin. lib. 2. feud.*

Atq; hactenus etiam de utilibus in rem actionibus, in quibus ea omnia inſunt, quæ & in rei vindicatione diximus. 36

Arg. l. Sed etſi 7. § In publiciana 8. ff. de public. in rem act. l. 2. ff. de poſſeſſor. heredit. petit. & l. 2 ff. de fideicommiſſ. heredit. petit.

CLASS. V. DISPUT. XXVIII.

DE SERVIANA, ET QVASI SERviana: Confeſſoria & Negatoria: itemq; Præjudiciali Actione.

THESIS I.

SUnt quoque in rem actiones, ſerviana, & quaſi ſerviana, ſive hypothecaria actio; Item actio confeſſoria, & negatoria actio; tùm etiam actio præjudicialis.

2 Serviana actio, ab autore Servio Prętore ſic dicta, eſt vindicatio, quà creditores coloni in fundum conductum illatas, vel invectas, & expreſſa conventione pro mercede locationis, & deterioratione fundi, pignori oppoſitas, ab earum quovis poſſeſſore, etiam debitore, petit.

Hujus definitionis fundamenta adſcripta ſunt theſi 69. *diſput.* 12. *ſub Claſſ.* 2. ubi eadem definitio proponitur. Quòd de expreſſa conventione dicimus, pleriſq; diſplicet, inter quos et ... eſt Ioh. Schneid. *ad §. Item ſerviana, n.* 54. 72. *Inſt. de action.*

3 Quaſi ſerviana actio eſt vindicatio, qua creditor perſequitur res pignori ſibi expreſsè vel tacitè obligatas, & quidem omnes, præter eas res coloni, pro quibus vindicandis ſerviana cõpetit, adverſus eorũ pignorum poſſeſſores data. Eadẽ quoq; hypothecaria vocatur, item utilis ſerviana actio.

Fundamenta hujus deſcriptionis vide *ſub Claſſe* 2. *diſput.* 12. *theſ.* 70.

4 Priuſquam autem adverſus extraneum poſſeſſorem hæ moveantur actiones, reus principalis, ejuſq; heredes, & fidejuſſores, item mandatores & ſponſores perſonali actione conveniendi ſunt.

Novell. 4. *cap.* 2. *ubi* Cujac. *Auth. Hoc ſi debitor. C. de pignor. & hypoth. & Auth. Sed hodie. C. de obligat. & act.*

5 Si pignoris aut hypothecæ poſſeſſor ſit unus de heredibus debitoris, vel fidejuſſoris, hac in rem actione conveniri poteſt omiſſa perſonali actione.

Gloſſa & Bart. *ad l. mulier* 19. *ff. Qui potior in pign. hab.* Idem Bart. *ad l.* 1. *C. Si unus ex pl. hered.* Neguſant. *Tract. de pig. & hypothec. part.* 8. *memb.* 1. *nu.* 16. Atq; hanc confirmant ſententiam textus in *Novell.* 4. *c.* 2. *Verſ. Contra principales.*

6 At ſæpè & illa in praxi occurrit quæſtio, an etiam principalis debitor, qui notoriè ſolvendo non eſt, judicialiter excuti debeat, ut de poſt eum fidejuſſor, mandator, ſponſor, antequam pignoris vel hypothecæ poſſeſſor conveniatur? Jacob autem Butrig. id affirmat: Sed Angel Salicet, & alii[a] negant, quos ſequitur Sichardus. [b] Nos veriorem affirmantem ſententiam judicamus. [c]

[a] Quos citat Neguſant. *Tractat. de pign. & hypoth. part.* 8. *memb.* 1. *nu.* 14. Inter hos etiam gl. *ad l. ult. in Verb. Sed ſi cum Seio egero, ff. de reb. cred.* Cujac. *ad l. Decem* 116. *ff. de Verb. obl.* & ibid. Bart. *num.* 1. & 2. ut & Bald. [b] *ad l. perſecutione* 24. *Cod. de pig. & hypothec.* [c] Iu... deſiderant, ut perſonales debitores priùs judicio perſonali actione excutiantur, *dict. Novell.* 4. *cap.* 2. *d. Auth. Hoc ſi debitor. C. de pig. & hypothec. & d. Auth. Sed hodie, C. de oblig. & a...* A... dit ... quòd venditor fundi de evictione emptori non tenetur, ſi hic illi ſpecialiter non denunciaverit, etiamſi ille aliunde ſcierit, rem evinci. *l. Emptor.* 8. ubi Donell. *num.* 11. *C.* ...

Excell. Dn. Beſold. *in diſp. 2. ad Stat. Würt. th. 69.* Probat inſuper eandem ſententiam, quòd qui olim pauper fuit, non præſumitur & hodie pauper, Alciat. *de præſumpt. Regul. 2. præſumpt. 27. num. 3. pag. 302. & ſeq.* Menoch. *de præſumpt. part. 2. lib. 6 præſumpt. 25. num. 9. & ſeqq.* Denique firmat idem pronunciatum, quod intereſt multum poſſeſſoris, certò ſibi conſtare, ſolvendo ſit, nec ne, principalis debitor. Itemq; ejus fidejuſſor, aut horum heres, & quidem ex judicio excuſſionis, non ex judicio in ſe ſuſcepto; quippe cùm hic probationis impenſæ ei poſſint oneri eſſe.

Eſt & illud practicæ quæſtionis cottidianæ, an excuſſionis ad judicium, contra principalem debitorem, aut ejus heredem, vel fidejuſſorem à creditore inſtitutum, etiam pignoris, vel hypothecę poſſeſſor citari debeat, ut ſerviana, vel quaſi ſerviana actio adverſus hunc poſtea locum habere poſſit? Ajentium [a] ſententiæ noſtrum addere calculum nihil dubitamus. [b] 7

[a] Quos refert & ſequitur Neguſant. dict. *part. 8. memb. 1. num. 12.* Melch. Kling. *ad c. Suſceptis, num. 15. & ſeqq. extra de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Sichard. *ad l. Perſecutione 24. num. 19. C. de pig. & hypothec.* [b] *per regul. in l. Nam ita diſ̃vus ibi adhibitis etiam his qui contradicant, id eſt, qui læderentur. 39. ff. de adopt. & in l.* De uno quoque 47. *ff. de re judic. l. Si deſert. C. ſi propter pub. penſit. l. Si fundum. C. de rei vindicat.* Gail. tamen *lib. 1. obſerv. 27. nu. 11.* dicit, quod hos judiciorũ uſus ubiq; non obſervet, eſſet enim res immenſi laboris, multi temporis & magnorum ſumptuum.

Eſt & illud hic monendum, quòd ſi conventione conſtitutum ſit pignus, vel hypotheca, creditor in hoc judicio probare debet, eam conventionem, tùm quoque rem illam tempore conventionis ad debitorem pertinuiſſe. 8

l. Ante omnia 23. ff. de probat. vide Ioſeph. Maſcard. *de probat. vol. 1. concluſ. 456. & vol. 2. concluſ. 870.* Andr. Gail. *lib. 2. obſer. pract. obſerv. 26.*

Et quia arbitraria eſt ſerviana & quaſi ſerviana actio, [a] ſi res non præſtetur, jusjurandum in litem habere locum poteſt. [b] 9

[a] *§ Præterea quaſdam verſ. In rem, Inſtit. de actionib.* [b] *l. 5. in prin. ff. de in litem jur. l. Si fundus 16. § In vindicatione, ff. de pig. & hypothec. l. Qui reſtituere 68. ff. de rei vindic.*

Quod attinet formam libelli in his actionibus, eam ita concipiendam jura oſtendunt, ut petat actor per Judicem declarari, rem petitam jure pignoris, vel hypothecæ ad ſe pertinere, ac condemnari reum poſſeſſorem, ut vel debitum ſolvat, vel eo, quod detinet, cedat. Prius tamen in arbitrio Rei poſitum eſt, poſterius de hujus actionis ſubſtantia ſive natura. 10

l. 2. C. Si unus ex plurib. heredib. & l. Paulus 12. §. 1. ff. Quibus modis pign. vel hypothec. ſolvatur. Sed vide uſitatam libelli formam apud Petr. Iacob. Aurel *in practic. libell. rubr. 25. num. 1.* [illegible] Schneid. *ad §. Item ſerviana, num. 68. & 90.* & Ferrar. *in forma libelli in actione hypothecaria.* Quæ præterea ad has actiones cognitu neceſſaria ſunt, repeti poſſunt ex dict. *diſput. 12. ſub theſe 2.* ſed quid de fructibus? Vide omnino *l. 3. C. in quib. cauſ. pign. tacit. contrah. & l. 16. § 1 ff. de pignor.* Ferrar. *in loc. citato verſ. ſimul cum fructibus.*

Confeſſoria & negatoria (quæ & negativa dicitur) [a] actiones de ſervitutibus tùm perſonarum, tùm rerum competunt, [b] tùm etiam utiles de quovis alio Jure ſimili. [c] 11

[a] *l. 5 in princ. ff. ſi uſufr. petat.* [b] *d. l. 5. § ſicut 7. ff. d. t. & l. 2. ff. ſi ſervit. vindicat.* [c] Bart. *ad l. ſi publicanus, §. in omnibus, num. 3. ff. de publican. & vectig.* Emanuel. Soarez *in theſauro receptarum ſententi. num. 52.* Petr. Iacob. Aurel. *in pract. libel. Rubric. 12. num. 8.* De reditibus idem ſcribit Iacob Venentus *in tract. de annuis praſter. part. 2. quæſt. 4.*

12 Eſt autem confeſſoria actio de ſervitute perſonali (veluti uſufructu) actio in rem, ſive vindicatio [a] quâ is, ad quem pertinet [b] talis ſervitus, experitur adverſus eum, à quo uti ea ſervitute quovis modo impeditur, ſive ſervitutis controverſiam faciat, ſive non faciat, [c] affirmando eam ſervitutem ſuam eſſe, [d] petendoq; ut Judicis ſententia ſua eſſe declaretur, & adverſarius ab eo impedimento abſtinere, & hoc nomine de ſe & herede ſuo cautionem præſtare condemnetur. [e]

[a] *§. AEquè ſi agat, Inſtit. de action. l. 1. in princ. ibi, uſumfructum vindicaturum, l. 5. §. 1. ibi ſed uſumfructum vindicare debet, & §. ſeq. ibi, ſive vindicet quis uſum, ff. Si uſusfructus petatur.* [b] Ut qui ante adquiſivit talem ſervitutem, ita ut eam ſuam eſſe dicere poſſit, *l. uti frui 5. §. 1. in princ. ff. ſi uſufruct. petatur, l. 2. in pr. ff. ſi ſerv. vind.* Qui enim hanc intentat actionem, uſumfructum petit, *Rubr. ff. ſi uſusfructus petatur.* Petimus autem id, quod noſtrum eſt, *l. actionum 25. in princ. verſ. in rem, & l. actio 28. ff. de oblig. & act.* unde, qui nondum realiter acquiſivit uſumfructum, Sed de eo præſtando aliquem ſaltem obligatum habet, hac actione experiri non poteſt, ſed actione aliqua perſonali, ad adquirendum uſumfr. *l. 3. in princ. & d. actionum 25. in princ. verſ. in perſonam, ff. de oblig. & act.* [c] *l. 1. in prin. & l. uti frui 5. in prin. & §. 1. ff. ſi uſufr. pet. l. loci 4. §. ſi quis mihi, & l. ſi quis diuturno 10. §. 1. ff. ſi ſervitus vind.* [d] *d. uti frui 5. in prin. ff. ſi ſervit. pet. & l. ſicut 8. §. ſed ſi quaritur, ff. ſi ſervit. vind. & d. §. AEquè ſi agat, Inſtit. de act.* [e] *l. pen. §. ult. ff. ſi uſufruct. pet. l. cujuſcunque 60. ff. de uſufruct. l. pen. ff. de aqua cottid. ac æſtiv. l. legi 12. ff. ſi ſervit. vind.* vide formulam libelli hujus actionis apud Ioh. a. Schneid. *ad §. AEquè. num. 28.* Ferrar. in forma libelli in actione confeſſoria, & Petr. Iacob. Aurel. *in aurea practica libellorum Rubr. 11.* Gilhauſen. *in arbor. Iudic. civil. cap. 3. n. 72.* Golſtein. *de action. cap. 96.*

13 Atq; hæc actio fructuario competit, non ſolùm adverſus fundi fructuarii Dominum, ſed & contra quemvis poſſeſſorem: etſi fructuario fundo ſervitus debeatur à vicino prædio, licet fructuarius eam directò vindicare non poſſit, uſumfructum tamen adverſus prædii illius vicini dominum rectè vindicat hac confeſſoria actione.

l. 1. in prin. l. uti frui 5. §. Utrùm autem, ff. ſi uſufr. pet.

14 Confeſſoria actio de ſervitute rerum eſt vindicatio, [a] qua agit is, qui talem ſervitutem, in cujus uſu impeditur, ſuam eſſe, & ſuo prædio ab adverſarii prædio deberi intendit. [b] Proindeq; à Judice declarari, eam ſervitutem ſuam eſſe, [c] & adverſarium, ut ab eo impedimento abſtineat, atq; hoc nomine cautionem de ſe & herede ſuo præſtet, condemnari petit [d]

[a] *l. 2. in princ. ibi, in rem actiones, & Rubric. tit. ff. ſi ſervit. vind. & §. AEque ſi quis agat, Inſtit. de action.* [b] *d. l. 2. §. 1. & dict. l. ſicut. 8. §. ſed quaritur 3. ff. ſi ſervit. vindicet. & d. §. AEquè, Inſtit. de action.* Sed an ob hanc quaſi poſſeſſionem liberetur aliquis ab onere probandi? Neg. quia hæc poſſeſſio repugnat ſtatui primævo, quo libet enim res cenſetur libera. Vide Schæffer. *lib. 2. q. 21.* Schneidevv. *ad hanc action.* Quid verò ſi agatur in poſſeſſorio, vide eundem Schæffer. *dict. quæſt. n. 24.* [c] *dict. l. ſicut 8. §. Et ſiquidem. ff. ſi ſervit. vindic. & l. ex diverſo §. 1. ibi, & judex ſententia declaravit meum eſſe. ff. de rei vindic.* [d] *d. l. Egi 12. ff. ſi ſervit. vind. d. l. penult. ff. de aqua cottid. & æſtiv. l. pen. & ult. ff. ſi uſufruct. pet. l. Cujuſcunq; ff. de uſufruct.* Vide formulam libelli hujus actionis apud Iohan. Schneid. *ad d. §. aque num. Inſtit. de act.* Ferrar. in forma libelli *in actione confeſſoria.* Gilhauſ. *dict. c. 3. n. 72. & ſeq*

15 Sed acris eſt concertatio, detur ne hæc actio etiam uſufructuario? Ulpianus negat, [a] Julianus affirmat, [b] Nullam tamen inter eos veram eſſe pugnam remur. [c]

[a] *l.1. in pr. & l.5. §. uti ùm. verſ. nam etſi fundo. ff. ſi uſufr. uct. pet. & l.2. §.1. ff. ſi ſervit. vind.* [b] *l. un. §. item Julian. ff. de remiſſionib. & l.2. ff. de oper. novi nunciat.* [c] Aliud ſentit Cujac. *lib. 1. obſerv. cap. 16.*

Idem quoq; affirmamus de eo, quod ſcilicet utilé ſervitutis petitioné ha- 16
beat, qui pignori fundū accepit, & ad qué fundus Emphyteuticus pertinet.

l. & qt 16. ff. de ſervitutibus.

In confeſſoria actione, ſive de perſonarum, ſive de rerum ſervitute aga- 17
tur, etiam omnis cauſa & fructus veniunt, id eſt, commodum quod haberet actor, ſi prohibitus ſua ſervitute non fuiſſet.

l. uti fruit 5. §. in his autem. & §. fructuarii 5. & §. ult. ff. ſi uſusfruct. pet. & l.4. §. in confeſſo 1.a 2. & l. etſi 6. §. pen. ff. ſi ſervit. vind.

Cæterum ita demum præſtandi ſunt fructus agenti fructuario, ſi non ſit 18
poſſeſſor: Quòd ſi poſſideat, nihil fructuum nomine conſequetur, ſed illud tantùm, ut ſecurus fruendi licentiam conſequatur.

l. utifrui 5. §. ult. ff. ſi uſusfruct. pet.

Si uſusfructus poſt litem de eo conteſtatam finitus fuerit, præteritorum 19
duntaxat fructuum ratio habetur. [a] Unde ſi reus poſt acceptum hoc judicium ſine dolo ſuo & culpa deſierit prædium fructuarium poſſidere, ut ſi illud chaſmate, aut terræ fragore perierit, ratione ipſius prædii, & futurorum fructuum abſolvi debet. [b] Qui autem cùm non poſſideret actore ignorante, ſe liti obtulit, & quaſi poſſeſſor actionem de uſufructu accepit, damnabitur, ac ſi poſſideret. [c]

[a] *dict. l. utifrui 5. §. ſi poſt litem 4 ff. ſi uſusfruct. pet.* [b] *l. ultim. ff. dict. tit. Quia nulla eſt in rem actio efficax, niſi adverſus eum, qui rem, de qua agitur, vel de cujus jure agitur, rei vindicandæ tempore poſſidet l. ſin autem 27. §.1. ff. de rei vind. & l. quæſitum 30. in princ. ff. de pecul.* Deſinere poſſidere, eſt deſinere habere habere facultatem reſtituendi, *l. 9 quod ait prætor. ff. quod legat. nomine.* [c] *d. l. ultim. verſ. quod ſi ff. ſi uſusfruct. petit.*

Deteriorationis quoque ratio in hoc judicio ſpectatur. Si enim ab here- 20
de ex teſtamento fundi uſusfructus petitus ſit, qui arbores dejeciſſet, aut ædificium demolitus eſſet, aut aliquo modo uſumfructum deteriorem feciſſet, aut ſervitutes imponendo, aut vicinorum prædia liberando, ad Judicis religionem pertinet, ut inſpiciat, qualis ante judicium acceptum fundus fuerit, ut fructuario actori hoc, quod inter eſt, ab eo ſervetur.

l. 2 ff. ſi uſusfruct. pet.

Eſt & illud hic notandum, quòd ſi ſervitus ſit oneris ferendi, proindeq; 21
is, qui eam debet reficere, parietem aut tigni vitium emendare cogatur, ad ſuſtinenda vicini onera; Hujus actionis confeſſoriæ eventus hic eſt, ut victori officio judicis aut res præſtetur aut cautio. Res ipſa hæc eſt, ut jubeat adverſarium judex emendare vitium parietis, & idoneum præſtare. Cautio hæc eſt, ut eum jubeat de reficiendo pariete cavere, neq; ſe, neq; ſucceſſores ſuos prohibituros altiùs tollere ſublatumq́, habere. Et ſi caverit, abſolvetur Si verò neque rem præſtet, neq; cautionem, tanti condemnet, quanti actor in litem juraverit.

l. etiarum 7. ff. ſi ſervit. vind. Cujac. *in lib. 21. Pauli ad edict. pag. 342. & ſeq.*

Negatoria actio de ſervitute perſonarum eſt vindicatio, [a] quâ Dominus 22
rei, cujus

rei, cujus uſumfructum adverſarius ſuum eſſe dicit, negat talem ſervitutem à re ſua ipſi reo deberi, [b] proindeq; à judice petit, ut illud ſua ſententia declaret. [c] Et adverſarium ne ab illo amplius inquietetur ab aſſerto illo jure abſtinere, [d] atque hoc nomine cautionem de ſe & herede præſtare jubeat, condemnet. [e]

[a] *l. 2. in pr. ff. ſi ſervit. vind. & §. æquè, Inſt. de act.* Petimus autem hac actione non ſervitutem, ſed rei noſtræ libertatem. Negamus enim alii, adverſario ſcilicet noſtro jus eſſe utendi fruendi: *d. l. uti frui 5. in pr. verſ. magis tamen, & §. ſi partis 2. ff. ſi uſusfr. pet.* id eſt, rei noſtræ libertatem vindicamus *l. 4. §. competit. ff. ſi ſervitus vind.* [b] *per text. proximè alleg. per d. l. ſicut 8. §. Et ſiquidem 4. ff. ſi ſervit. & per d. l. & ex diverſo 35. §. 1. ff. de rei vind.* [c] *d. l. uti frui 5. §. ultim. in fin. ff. ſi uſusfruct. pet.* [e] *l. egi 12. ff. ſi ſervit. vind & l. pen. ff. de aqua cottid. & d. l. uti frui 5. §. ult. in fin. ff. ſi uſusfruct. pet.* Donell. *ad §. æquè, num. 45. Inſtit. de act.* Hujus actionis formulam vide apud Ioan Schneid. *ad d. §. æquè, num. 45. Inſt. de act.* & Ferrar *in forma libelli in actione negatoria.* Gilhauſ. *dict. cap. 3. num. 73.* Goldſtein. *in practic. civil. c. 133.*

23 Fructus quoq; præſtandi ſunt agenti hac actione, ſi non ipſe, ſed adverſarius prædium fructuarium poſſideat.

d. l. uti frui 5. §. ſicut 7. ff. ſi uſusfruct. pet. Cravetta. *conſil.* 400.

24 Negatoria actio de ſervitute rerum eſt vindicatio, [a] qua Dominus prædii, à quo adverſarius ſuo prædio ſervitutem deberi contendit, negat ei aſſertam ſervitutem competere; proindeq; à Judice petit, ut ſua ſententia declaret, [c] & adverſarium, ne ab eo ampliùs inquietetur, [d] atq; ille hoc nomine de ſe, ſuoq; herede cautionem præſtet, [e] condemnet.

[a] *dict. l. 2. in princip. & l. etſi 6. §. hac autem actio 3. ff. ſi ſervit. vindicet. & §. æque, verſ. contra, Inſtit. de action.* [b] *dict. leg. 2. in princ. ff. dict. tit. l. 6. in princ. ibi, negat jus eſſe. & §. 1. ibi, ſive alii neget, ff. ſi uſusfruct. pet. §. æquè, verſ. contra, Inſtit. de act.* [c] *arg. l. ſicut 8. §. & ſiquidem, ff. ſi ſervit. vind. & l. & ex diverſo 35. §. 1. ff. de rei vindicat.* [d] *argum. d. l. Uti frui 5. § ultim. ff. ſi ſervit. pet.* [e] *l. legi 12. ff. ſi ſervit. vind. & l. pen. ff. de aqua cottid. & aſt.* Formam libelli hujus actionis vide apud Iohan. Schneid. & Ferrar. *locis ad theſin 58. citatis.* Quæ autem hujus actionis requiſita ſint, & quid probata intentione actoris, probandum ſit, & docendum ad elidendam actoris intentionem, vide pulchrum reſponſum Mynſing. 11. *decad. 2. per tot.* & eundem Mynſing. *cent. 1. obſerv.* 19 ubi etiam inter cætera ſcribit, ab actore non eſſe probandum dominium prædii, ſi illud poſſideat: ſi non ſit in fundi poſſeſſione, dominii probationem neceſſariam eſſe. Vide etiam votum 1. *ſub part. 1. Tom. 2. votor. Cameral. congeſtor. ab Adamo Gylmanno pag.* 40.

25 In hac actione etiam fructus computantur, quanti intereſt petitoris, non uti fundi ſui itinere adverſarium.

l. 4. §. 2. verſ. ſed & in negatoria, ff. Si ſervit. vind.

26 Ut ad negandam alicui ſervitutem, ſic & pro negando alio jure, quod quis ſibi vindicat, ut ſunt: Decimæ, tributa, reditus, jus prætorii, juriſdictio, &c. utilem negatoriam actionem competere Pragmatici docent.

Bart. *ad l. ſi Publicanus §. in omnibus, num. 3 ff. de public. & vectig.* Eman. Soarez *in theſauro recept. ſentent. n. 52. ſub verbo: actio confeſſoria.* Petr. Iacob. Aurel. *in Pract. aur. libell.* [illegible] 12. *num.* 8. Iacob. Venentus. *tract. de annua praſtat. part. 2. quæſt.* 4. Oldendorp. *claſ.* 3 [illegible] *verſ.* Hucetiam pertinent. & *verſ. Denique juriſdictio, pag.* 351. Quaſi etiam Domino [illegible] lo Emphyteutæ ſuperficiario, creditori & aliis habentibus huc in re competit. vid. Mynſing. *reſp. 11. num. 7. lib. 1.*

27 Non eſt hoc loco omittendum, quòd confeſſoria & negatoria actio [illegible]

[illegible]

manda ſit, non ex affirmativa aut negativa orationis conceptione, ſed ex re quæ attenditur: quippe cùm etiam negativa orationis conceptione uti poſſit, qui confeſſoriam intentat actionem: Atque ille, qui negativam movet actionem, affirmativa uti forma queat.

l.4. § competit 7. Verſ. hoc tritur. ff. ſi ſerv. vind. & ibi Cujac. *in Paratit.* Donell. *ad §. æquè. num.5* & 11. *Inſt. de act.* & Oldendorp. *claſſe 3.* & *act.5.*

Denique variorum varium eſt judicium [a] de §. AEquè, verſ. Sanè uno caſu, Inſtit. de act. Nos neque textus emendationem probamus, [ab] neque UNUM ILLUM CASUM de ſervitutibus, [c] aut alterius alicujus materiæ ſpecialis certo & ſingulari caſu, [d] intelligimus: [e] Sed vocem UNO pro voce SOLO poſitam affirmamus: cum aliàs etiam UNUS dicatur SOLUS, & UNUM pro SOLUM: quaſi ita dixiſſet Juſtinianus, ſanè ſolo caſu, &c. atque hæc ejus ſit ſententia, quòd quidem ei, qui poſſidet rem corporalem, actio in rem prodita non ſit, per quam neget rem actoris eſſe. Verùm licet actionem ejuſmodi non habeat, nihilominus eum actoris partes obtinere, cùm reus in exceptione actoris partibus fungatur, & exceptionem ſuam ut actor probare teneatur. [f] 28

[a] Ut latè oſtendit Donell. *ad dict. §. æquè. numer. 22.* & *ſeqq. Inſtit. de action.* [b] Alii legunt, ſanè illo caſu, ut Hotomann. & Weſembec. Alii, SANE ut hoc CASU, ut Eguin. Baro. Alii, SANE NON UNO CASU, ut Goveanus *lib.1. cap.41.* & AEmil. Ferretus; quem ſequitur eam Donellus *dict. §. AEquè, numer.33.* & *ſeqq.* Sed correctio vitanda eſt. [c] poſt Eguinus Baronem, Cujac. in notis *ad dict. Verſ. Sanè uno caſu,* & *in tt. tract. ad Afric. pag.599.* Weſembec. & *alii ad eundem §. AEquè,* unum illum caſum intelligunt de caſu, quo quis negat alii ſervitutem: At verſiculus ille, SANE, exaudiendus eſt de rebus corporalibus, uti præcedens enunciatio ſuadet. Quia etiam in ſervitutibus negativis non tantum quis obtinet partes actoris, ſed & revera actor eſt, nec opus eſſet, ut ad latiores Digeſt. libros ob eum caſum lectorem remiſiſſet Juſtinianus: ſiquidem in illo ipſo §. æquè, ſatis dilucidè id expoſuerit & clare dixerit. [d] alii alias fingunt materias, & in his certum & ſingularem caſum, ut oſtendit Donell *add. §. æquè, nu.26.27.28.29.30.* & 31. At hos omnes ſolidè refutat Donell. *dictis locis* [e] Ut cum Plautus dicit. UNUS TUM DOMI ERAM. Item Cicero: UNUM ILLUD DICO, &c. & alibi, UNUM TAMEN COGITENT, &c. [f] *l.1. ff. de excep. l. in exceptionib. 19. in prin. ff. de probat. l.1. C. eod. tit.* Et quia omni caſu qui poſſidet, ſi actione conventus excipiat, actoris partes in ea exceptione ſua obtineat, id eſt, probare eam cogatur, ſi elidere actionẽ, & vincere in judicio velit: idcircò ait Iuſtin. ex latioribus. Digeſt. libris id apparere. Atq; hanc [illegible] ſententiam poſt AEmil. Ferret. & Govean. amplectitur quoque Donell. quem ut ex[illegible] locum, ut oſtendi, corrigunt, cùm tamen emendatione illa opus non ſit: Quia etiam [illegible] contingit, quibuſdam tantùm caſibus, non ſemper omni caſu actoris partes ſuſtinere [illegible] qui poſſidet rem corporalem, & ejus nomine ab alio convenitur: cùm tamen omnis, qui [illegible] probare exceptionem cogatur, atque ita actoris partibus fungatur.

Reſtat præjudicialis actio, quæ etiam præjudicium appellatur. [a] Eſt autem præjudicialis actio, in rem actio, [b] qua quis vel ſe Dominum, & adverſarium ſervum ſuum, vel ſe patronum, & adverſarium ſuum libertum, vel ſe patrem, & adverſarium filium ſuum, aut contrà, declarari petit: [c] ita dicta, quòd de ea re movetur, quæ ad aliam ſequentem cauſam & litem ita pertinet, ut de illa cognitione facta, hæc quoque ſimul expedita videatur. [d] 29

[a] *l.1.§ per hanc.ff.de rei vind.* & *l.actionis verbo 37.ff.de oblig.* & *act.* [b] *d.l.1.§. Per hanc ff. de rei vindicat.§. Præjudiciales, Inſtit.de act.* ubi verbum videntur non eſt fictionis, ſed veritatis. Mayn. *ibid.num.22.* & 23. & poſt alios Thomas Linius. Sic alibi etiam veritatis verbum eſt, *l.Titio 71.§. Titio genero.ff.de condit.* & *demonſtrat.l.ſi ſerv.um.44.§.1.* ubi gl. & Dd. *ff.de leg.at 1.l.3.§.è contrario,* & *ibi* Angel. *ff.de adquir.vel amitt.poſſ.* Ut & in eo Cicero ad Trebat. Hoc quemadmodū vos ſcribere ſoletis in veſtris libris. Idè C. Cornelio videbatur. Sed vide Donell *ad d.§.præjudiciales,num.10* & *lib.20.comment.cap 8.pag.444.* Obſtare videtur, quod re[illegible]tio in hac confeſſoria & negatoria actione non petitur: quo argumento Donell. utitur. Vultejus quoque hanc actionem perſonalem eſſe contendit, *lib. diſcept.ſcholaſt,cap.4.* & *præcedent.* [c] *d.§. Præjudiciales,Inſt.de act.* [d] uti arguit. *text.in d.§.præjudiciales.* & ſcribit ibid. Donell. *num.5.* & *lib.20.comm.cap.8. pag.444.ſub num.30.* & *ſeq.* vide quoque Ioan. Schneid *ad d.§.præjudiciales.*

30 Hujus actionis igitur ſpecies tres ſunt: Una, qua quæritur, an quis liber, aut ſervus ſit: Altera, qua quæritur, an quis ingenuus, vel libertus ſit: Tertia eſt, de partu agnoſcendo, & alimentis præſtandis. [a] Plures hujus actionis ſpecies eſſe, cum Cujacio [b] negamus.

[a] *d.§.præjudiciales.Inſtit.de act.* [b] *In notis ad dict. §. præjudiciales,* Sed Hotoman. *ibid.* & Duaren. *lib.2.diſput.cap.2.* plures agnoſcunt. Et Pragmatici non inutiliter alias fingunt ſpecies de quibus fide Ioan. Schneid. *ad dict.§. Præjudiciales. Inſtit.de act.* & Oldendorp. *claſſ.3.act.* Arnold. ab Haerſolt. *in adverſariis de actionib.parte 4.act.17.n.6.* & *part.5.act.31.n.8.* & Al[illegible] *lib.2. Iuriſprud.Rom.cap.5.* Qui omnes dictis locis ſcribunt, eſſe etiam utiles actiones Præjudiciales, alii contra alias perſonas competentes.

31 Prima præjudicialis actionis ſpecies eſt, qua quis ſe dominum dicit & eum cùm quo agit, ſervum ſuum eſſe intendit, idque judicis ſententia declarari petit; is verò, qui ſervus dicitur, ſibi libertatem contrà vindicat. [a] Unde hæc cauſa liberalis, & liberale judicium vocatur. [b] Eſtq; civilis hæc actio. [c]

[a] *l.liberis 7.§.ultim.l.Quod autem 10.ff.de liberal. cauſa.* [b] *dict.leg. Quod autem.* & *l.ordinata 24.ff.dict.titul.* [c] *dict.§. præjudiciales,verſ. Ex quibus,Inſtit.de act.*

32 Secunda ſpecies eſt, qua quis ſe patronum, & adverſarium ſuum libertum dicit; & hic è converſo ſe libertum ejus eſſe negat, ſeque ingenuum dicit.

Toto Titul.ff.ſi ingenuum eſſe dicetur.l.circa,14. & *l.Quotiens.18.ff.de probat.*

33 Tertia ſpecies in duas alias diſcedit ſpecies; una eſt, qua quis ſe patrem adverſarii dicit, adverſarius verò id negat; aut quis ſe filium adverſarii dicit, adverſarius autem ſe patrem ejus eſſet negat.

l.1.§.pen.ff.de agnoſcend. & *alend.liber.*

34 Altera ſpecies eſt, qua mulier aliquem partus ſui patrem legitimum eſſe intendit, proindeque eum judicis ſententia patrem declarari petit: atque actione contra prætenſum patrem & conſtante & ſoluto matrimonio mulier experiri poteſt: Mortuo autem patre, adverſus avum.

l.1.§.pen. & *ult.* & *l.3.§.1.* & *§.2.ff.de agnoſcend.* & *alend.lib.*

35 In præjudiciis autem is actoris partes ſuſtinet, qui habet intentionem ſecundùm id, quod intendit.

l. Generaliter 12.ff. de except.§. ultim.in fin.ff.ſi ingenuum eſſe dicetur, Cujac. *lib.5.obſerv. cap.38.*

Hinc

Hinc, qui in poſſeſſione ſervitutis eſt, id eſt, ut ſervus ab alio poſſidetur, ſi liberum & ingenuum ſe dicat, actoris partibus fungitur, Sin verò in poſſeſſione libertatis & ingenuitatis ſit, tunc is, qui eum ſuum ſervum dicit, aut liberum, actoris partes obtinet. 36

l. Circa eum 14. ff. de probat.

Si quis tamen Reus fiducia intentionis ſuæ in ſe ultrò ſuſcipiat probandi onus, mos ei gerendus erit. 37

dict. l. circa eum 4. §. ſi quis autem ff. d. tit.

Quid verò ſi defecerit in probatione Reus, nunquid confeſtim condemnandus erit actori, etiamſi is nihil præſtiterit? Ex ſententia gloſſæ, Bart. & Baldi id negandum erit [a]: cum ſemper illud generale remaneat, *Actore non probante, reus abſolvi debet* [b]. 38

[a] *In d. l. circa eum, ff. dict. tit.* & Bart. *in l. Divus Adrianus, ff. de re jud.* Hos ſequitur Petr. Coſtal. *in dict. leg. circa eum, ff. de probat.*

Quod ſi Reus, qui ultrò in ſe probationes ſuſcepit, probet intentionem ſuam, hoc commodi ex probatione feret, quod non ſolum abſolvitur, ſed & per ſententiam talis eſt declarandus, qualem ſe eſſe dicit; ut ſi poſtea de quaſi poſſeſſione Status ſui prætenſi deciderit, & contra priorem actorem egerit, eum excipientem replicatione rei judicatæ repellere poſsit. 39

per l. ſi quis 24. ff. de except. rei jud. Coſtal. *in d. l. circa eum, ff. de probat.*

CLASSIS SEXTÆ.

Diſputatio I.

DE VINDICTA PRIVATA Jure permiſſa.

THESIS I.

DE acquiſitione & amiſsione ut Status & oligationis, ſic & dominii hactenus, ubi etiam de actionibus ex obligatione, & jure dominii competentibus: ſequitur de juris noſtri conſervatione.

Vide theſ. 1. & 2. diſputat. 5. ſub claſſ. 1.

Conſervamus autem jus noſtrum vel privata vindicta, vel judicio. 2

Tit. C. quand. lic. unic. ſine jud. ſe vindic.

Privata vindicta conſervamus jus noſtrum, tum impunè offendendo hoſtem, transfugam, militiæ deſertorem, famoſum latronem, depopulatorem agrorum, furem nocturnum, aggreſſorem violentum, violentum item ſtupratorem, bannitum Imperii, Zigarum, adulterum filię: tum retorquen- 3

do Injuriam verbalem: tum etiam detinendo ſiſtendoque debitorem noſtrum fugitivum, & auferendo furi rem noſtram, qua ipſe aufugit.

4 Hoſtem dicimus, qui populo Romano, aut cui populus Romanus publicè bellum decrevit.

l. hoſtes 24. ff. de cap. & poſt l. reverſ. & l. hoſtes 118. ff. de verb. ſign.

5 Hoſtem autem ubicunque inventus fuerit, quilibet impunè occidere poteſt.

l. 3. §. ult. ff. ad l. Corn. de ſicar. l. 1. §. Non fuit, ff. de dolo malo. c. cum homo 23. quæſt. 5. Iodoc. Damhouder. *in praxi. rer. criminal. cap. 83.* An hoſti fides ſervanda. Vide Dn. D. Beſold. *in tract. de legat. fol. m. 108. & fol. 222.*

6 Transfuga eſt, qui malo conſilio, & proditoris animo patriam reliquit, ſive ad hoſtes, ſive in bello, ſive per induciarum tempus, ſive ad eos, quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſcepta transfugit [a]: proindeq; pro hoſte habetur [b], & à quolibet impunè, ubicunque inventus fuerit, necari poteſt [c], etiam à parente & liberis ſuis. [d]

[a] *l. poſtliminium 19. §. transfuga 4. §. transfuga 8. ff. de capt. & poſt l. reverſ.* [b] *l. proditores 7. ff. de re milit.* [c] *d. l. 3 §. ult. ff. ad l. Corn. de ſicar.* Quòd ſi captus fuerit, & ad judicem productus, capite punitur; & quidem aut vivus exuritur, aut furca ſuſpenditur, aut ad beſtias damnatur, *l. ſi quis 38. §. 1. ff. de pœn. l. 3. §. is qui ad hoſtem 7. ff. de re milit.* obſtare videtur *l. 3. C de ſerv. fugit.* [d] *l. minimè 35. ff. de relig. & ſumpt. funer.*

7 Militiæ deſertor habetur, quiſquis belli tempore devotionis ſuæ immemor, à ſignis aberit [a] qui certe à quovis etiam privato licitè prehendi atque opprimi, necarique poteſt, ſi capienti reſiſtere & armis obtinere auſus fuerit. [b]

[a] *l. 1. C. de deſert. lib. 12.* [b] *l. 2. C. dict. tit. & l. 2. C. Quand. lic. unic. ſive judic. ſe vind.* Nec immeritò, ſiquidem deſertionis crimen tam grave ſit & exoſum, ut ejus abolitio fieri nequeat *ubi, in fin. C. de abolit.* neque morte deſertoris extinguatur *l. 4. C. de re milit.* quod proprium eſt criminis perduellionis *l. ultim. ff. ad l. Iul. majeſtat. & l. ex judicior. 20. ff. de Accuſat.* Occultator deſertoris capitali ſubjugatur ſupplicio, *d. l. 1. C. de deſert.*

7 Famoſus & publicus latro eſt, qui itinera frequentata inſidiis aggreſſionis obſidet, quem privatus quilibet quovis modis interimere poteſt, etiamſi ejus vim præſentem non experiatur.

l. 1. ubi gloſſ. & Bart. *l. 2.* ubi Angel. de Perus. *C. Quando licet unic. ſine jud. ſe vind. d. l. 1. §. Non fuit, ff. de dolo malo. can. cum homo 23. quæſt. 5.* Iodoc. Damhoud. *in praxi rerum crim. c. 86. n. 11.* Hartman. Hartmanni ab Eppingen *in pract. obſerv. tit. 1. obſerv. 1.* Nicol. Vigel. *lib. 1. Digeſt. cap. 4. except. 4.* Arnold. ab Haerſolt. *in adverſar. de actionibus ad 7. partem Pandect. [illegible] 45. num. 7.* At diſſentiunt Bl. Ang. de Perus. & Sichard *ad d. l. 1. C. quando lic. unic. ſine jud. ſe vind. & ibidem* Weſemb. *in parat.*

8 Quod & ille, qui ad agros nocturnus populator intraverit, ſive miles ſit, ſive privatus, impunè mactari à quovis poſſit, authores ſunt Valent, Theodoſ. & Arcad. Impp.

l. 1. C. quando liceat unic. ſine jud. ſe vind.

9 Idem cautum legimus de fure nocturno. Sed an hunc dominus, cui furtum fit, jure occidat, etiamſi ei ſine periculo ſuo parcere poſſit, anceps quæſtio eſt: adfirmantem concluſionem authoritas leg. 12 tab. item G[illegible] JC[illegible] [a] tum etiam juris canonici [b] omninò tutatur. Modò cum clamore id dominus teſtificetur. [c]

[a] *l.4.§.1.ff.ad l.Aquil.* & *l.ſi pignore 54.§.furem.ff.de furt.* [b] *c.ſi perfodiens ext. de homicid.* Sed obſtare *videtur* Vlp. *in l.furem 9.ff.ad l.Cornel.de ſic.* verùm eo loci verba, ita demum, non conditionem, ſed ut & alibi apud Ciceronem, idem ſonant, quod omninò & ſine dubio. Quod autem omninò impunitatem habeat, qui furem nocturnum ſi ei parcere ſine ſuo periculo nõ potuerit, interfecit, patet vel ex *l.5.in pr.ff. ad l.Aquil.* quæ eſt ejuſdem ICti Vlpian. Adhæc intelligi poteſt ea lex de caſu, quo nox fuit lunaris, & videre potuit dominus, fur cum telo adfuerit, nec ne. Diſſent. ab hoc pronunciato Cujac. *lib.14.obſerv.cap.15.* & *lib.11.cap.27.* & *in lib. quæſt. Papin.pag.*531. Vide quoque Damhoud *in praxi criminali,c.78.num.2.* & Iul. Clar. *in §. homicidium.nu.47.* [c] *d.l.4.§.1.ff.ad leg.Aquil.*

Similiter ſi quis per vim alicujus, in ſalutis ſuæ diſcrimen adductus ſit, 12
aggreſſorem illum violentum inculpatæ tutelæ moderamine adhibito, impunè occidere poteſt, omni jure id permittente.

l.3.ff.de Iuſt. & *jur.l.4.in pr.l.5.in pr.l.ſcientiam 45.§.qui cum aliter l.ſi ex plagis 52. §.1.ff.ad l.Aquil.l.1.l.2.l.3.C.ad l.Corn.de ſicar.* & *cap.ſignificaſti 18.in fin.ext.de homicid.* Cujac. *libr.5. obſerv.cap.18.in pr.* Vide Mezger. *conſil.criminal.3.fol.mihi 68.* & *fol.71.*

Juri naturali hanc defenſionem acceptam ferendam eſſe, teſtis eſt locu- 13
pletiſſimus & veriſſimus ICtus Ulpianus.

l.1.§.cum arietes ff.Quad paup.fec.dic. & *l.1.§.vim 27.ff. de vi* & *vi arm.* Dn. D. Beſold. *ad l.3.ff.de Iuſtit.* & *Iur.pag.m.47.* & *ſeqq.*

Non injuria tamen Florent. ICtus hanc defenſionem Juri Gentium ad- 14
ſcribit.

l.3.ff.de Iuſt. & *jur.* Sed Donell. *libr.1.comm.capit.7.* exemplum ejus legis juri naturali non Gentium juri tribuit: At malè, uti evincitur ex collatione *l.1.§.ult.* & *l.2.cum d.l.3.ff.d.t.* Vide Petr. Binsfeld. *de injur.* & *damn.cap.1.q.5.concluſ.1.in princ.*

Quod qua ratione fiat, hæſitant multi. Noſtro animo Juris Gent. iſthæc 15
defenſio eſt, propter inculpatæ tutelæ moderationem [a] qua vim illatam homo propulſare debet [b] licet brutæ animantes in ſui defenſione eam moderationem excedant, cùm ſenſu & ratione careant. [c]

[a] Cum enim hæc ſit rationis naturalis, à qua jus Gentium promanat *§. quod verò naturalis ratio Inſt.de Iur.nat.Gent.* & *civ.l.omnes populi 9. verſ.quod verò ff. de Iuſt.* & *jure:* certè juris naturalis, quod natura omnia animalia docuit, haud quaquam eſſe poteſt [b] *l.1.C.unde vi* [c] *l.1.§. ait prætor, verſ.nec enim poteſt ff.Si quad.p.super.fec.dicat.* Dn. Berlich. *tom.4. concluſ.*12. Volz. *ad L.Cornel.de Sicar.cap.7.* Iacob Ayrer. *in proceſſ.jur.lib.1.c.1.obſerv.3.*

Eſt & juris civilis hæc defenſio; Siquidem ut dictum fuit omnes leges, 16
omniaque jura eam permittant: [a] proindeq; & jus civile. [b] Sed qua ratione hujus quoq; juris ſit, nobis cum interpretibus non convenit, qui inculpatæ tutelæ moderationem juris eſſe civilis autumant: [c] nos id planè negantes [d] defenſionem hanc ſola comprobatione juris civilis eſſe dicimus. [e]

[a] *d.l.ſcientiam 45.§.qui cum aliter, ff. Ad l. Aquil.cap.ſignificaſti, in fin. Ext. de homicid.* [b] Omne enim qui dicit, nullam ſpeciem excludit, per vulgata jura *in l. 1. §. generaliter ff. de leg. præſt.l.de pretio 8.* ubi Bart. & alii *ff.de public.in rem actio, l. à procuratore 13.C. Mand.* & *l. teſtatorem 68 §.ultim.ff.de legat.3.* [c] Decius *ad d.l.3.num.16.ff.de Iuſt.* & *jur.* Iohan. Coraſ. *in libello de arte jur.part.2.cap.8.* Franciſc. Conan. *lib.1.Comment.cap.6.num.* 8. [d] Cum enim naturalis ratio (unde jus Gentium) inter omnes homines cognationem quandam conſtituerit *d.l.3.ff.de Inſtit.* & *Iur.* ſanè ſuadet etiam, ut defenſio contra vim cum moderatione fiat, cum omninò æquum ſit & bonum in omni populo, proindeq; de Iure gent. *l.omnes populi 9.verſ.*

quod verò naturalis.ff.de Iuſt.& jur.§.quod verò Inſt.de Iur.nat.gent.& civ. [c] Sic contractus Iuris gent. ob ſolam comprobationem civili jure factam juris Civilis eſſe dicuntur. §.omnium autem,verſ.civiles ſunt ibi,aut certè jure civili comprobatæ, ubi Cujac. & Weſembec. *Inſtit.de oblig.& §.venditor verò Inſtit.de rerum diviſ.* Dn.D.Beſold.*part.1. delibat.ex lib.1.ff.quaſt.8* Cœpen.*lib.1.obſervat.5.*

17 In ſalutis autem ſuæ periculum dicimus adductum eum, qui ſe ab aliquo truculenter quodam telo, puta ſtricto gladio, pugione, cultello, vel quo alio terribili inſtrumento peti videt.

l.1.§.unius 3.ff.ad l.Cornel.de ſic.l.ſed etſi 5.in prin.ff.ad l.Aquil.l.3.§.qui armati 5.ff.de vi & vi arm.l.2.l.3.l.4.& l.5.C.ad l.Corn.de ſic. Peinliche Halßgerichts Ordnung Keyſer Carls deß *V.artic.*140.

18 Non tamen id neceſſum dicimus, ut præſens periculum mortis ſit: Sufficit etenim, ſi gravioris plagæ, vulneris, aut mutilationis periculum impendat.

d.l.3.ibi,propria ſalutis,C.ad l.Corn.de ſic.l.ſcientiam 45.§.qui cum alter ff.ad l.Aquil. Peinliche Halßgerichts Ordnung/ *d.art.140.ibi,* Ohne Gefährligkeit oder Verletzung ſeines Leibs/ Lebens/ c. Alex.*conſil.76.nu.8.vol.1.* Weſemb.*Conſil.19.nu.58.part.1.*Mynſing.*Reſponſ.27.nu.6. decad.3.* Andr.Geil.*lib.1.de pace publ.cap.16.nu.6.*

18 Quod verò attinet moderamen illud inculpatæ tutelæ, Dd.id conſiſtere tradunt in modo, tempore, & cauſa. Modum definiunt defenſionem præſenti periculo proportionalem. Tempus deſcribunt, ſi incontinenti & confeſtim repercuſſio fiat, non ex intervallo. Cauſam dicunt, ſi quis injuſtè provocatus & laceſſitus repercutiat. [a] Sed Bald. [b] cauſam definit, ſi talis & tanta ſit propulſatio, quanta eſt defenſionis & offenſionis neceſſitas.

[a] Andr.Geil.*lib.1.obſer pract.obſer.110.n.2.& ſeq.& lib.1.de pace publ.c.16.nu.17.&* Weſemb.*conſ.19.n.47.57.& 71.part.1.* [b] *ad l.ut vim.num.10.ff.de Iuſt.& Iur.*Cœpen. *lib.1.obſer* 6.Martin.Vran.*tom.1.conſil.26.*Mezger.*conſil.crimin.8.nu.7.& ſeqq.* Wehner.*conſ.Francon. 25.num.4.& ſeqq.*

19 Sed moderationem illam duabus contineri partibus affirmamus. Prior eſt propulſatio illius periculi, quod ab authore pugnæ & rixæ jā imminet, & præſens eſt: [a] altera pars eſt æqualis & ab omni culpa remota defenſio [b]

[a] *l.ſi ex plagis 52.§.1.ff.ad l.Aquil.* Andr.Geil.*lib.1.de pac.publ.cap.16.num.17.*Weſemb *d. conſ.19.num.57.verſ.tertiò moderamen* [b] *l.ſcientiam 45.§.qui cum alter, verſ.& hoc ſi uendi duntaxat ff.ad l.Aquil.& cap.ſignificaſti 18.§.ult.ext.de Homicid.*Cujac.*lib.5.obſer.cap.* Gilhauſ.*in arbor.crimin.cap.2.tit.12.de homicid.nu.31.*

20 Hinc quæritur inſultatus primum ictum aggreſſoris expectare debeat, necne? Negantium ſententiam amplecti non dubitamus nihil.

Tum quia repellere & propulſare licet vim jam impendentem, *l.1.§.vim vi ff.de vi & vi arm.l.3.ff.de Iuſt.& jur.l.1.C.unde vi,* tum quia provocatus primo aggreſſoris ictu ſtatim perire poſſet, cùm tamen omni jure pro ſalute corporis & vitæ defenſio ſit permiſſa, *d.l.ſcientiam 45.§.qui cum alter ff.ad l.Aquil.* tum quia melius eſt in tempore occurrere, quàm poſt ex... & vulneratam cauſam vindicare, & remedium quærere, *l.ubi C.In quibus cauſis in integr. reſtit.neceſſ.non ſit,& l.1.verſ.melius enim C.Quand.liceat unic.ſine judic.ſe d.fend.* Denique textus eſt, in Peinlicher Halßgerichts Ordnung/ *artic.140. ibi,* Iſt auch nit ſeiner Gegenwehr biß er geſchlagen wirdt/ zu warten nicht ſchuldig. Adde Matthiam Stephani *in el...* *not,ad dict.art.140.*Mynſing.*reſp.27.n.2.*Weſenbec.*conſ.19.n.15.*Gail *1.de P.P.c 16.nu.* ... *lib.2.obſ.110.n.13.*Alex.*conſ.98.n.4.vol.3.*Tuſchus.*pract.concl.tom.2.lit. D.concl.129 n.6.* ... *in prax.crimin.part.4.tit.de homicid.14.q.125.n.84.& ſeqq.* Berlich.*pact.4.concluſ.13.nu.7.& ſeqq.*

ſeqq Ayrer *de homicid.neceſſ.part.1.num.47.& ſeq.*Ego *de bello & duello.lib.2.cap.*10.*num.*38 *& ſequent.*

Quæritur & illud, an fugere teneatur, qui ſibi imminere vim intelligit? 21
Quod ſi adverſarius procul adhuc abſit, ut ſine periculo quis fugâ ſibi cõſulere poſſit, aut aggreſſor claudus ſit, vel homo ebrius qui conſiſtere pedibus non poſſit, ut inſequi celeriter nequeat, aut quis ſeptis ædium, quarum foribus aſtabat, fugiendo in eas, & oſtium occludendo evitare periculum poſſit, arbitramur his & ſimilibus caſibus periculum fuga evitandum eſſe.

Peinliche Halßgerichts Ordnung Keyſer Carls deß *V. dict. artic.* 140. *ibi,* vnd der benötigt kan füglich ohne Fährligkeit oder Verletzung ſeines Leibs/Lebens/ nicht entweichen/ & *artic.* 142. So fürgeben wirdt der Todtſchläger were dem benötigten wol füglicher weiß/ vnd ohne Gefährligkeit ſeines Leibs/Lebens entwichen. Confer. item huc text. *in l.ſed etſi* 5. *in princ. ibi, cum poſſit apprehendere maluit occidere, & l.ſcientiam* 45. *§. qui cùm aliter, ibi, cùm aliter ſe tueri ſe non poſſunt: item ibi, & hoc ſi tuendi duntaxat non etiam ulciſcendi cauſa factum ſit, ff. ad l. Aquil. l.2. ibi in dubio vitæ conſtitutus C. ad l. Corn. de ſicar. Clem. ſi furioſus, ibi, qui mortẽ aliter vitare non valens, tit. de homicidio.* Donell. *lib.*17.*Comment.c.*2.*p.*4. *& ad l.*1.*n.*6.*C.unde vi.* Card. Tuſchus *pract.concl.tom.*2.*lit.D.concl.*129.*n.*22. *& concl.*131.*nu.*7. *& concl.*134.*nu.*18. *& tom.*4.*lit.H.concluſ.*142.*nu.*9. Farinac. *dict.loc.quæſt.*125.*nn.*47.121. *& ſeqq.*

Sin ita in dubium vitæ aut corporis diſcrimen adductus jam aliquis ſit, 22
ut totò jam amplius fugere non poſſit, ſe fugæ committere non tenetur.

Tum quia percuſſorem ad ſe venientem licitè quis occidere aut lædere poteſt, *l.*2. *& l.*3. *C. ad l. Corn. de ſicca.* tum quia omnia jura omnesq; leges permittunt alicui, ut propulſare & repellere vim præſente eiq; reſiſtere poſſit, *l.*3. *ff. de Iuſt. & jur. l.*1. *C. unde vi, l.*3. *§. cum igitur* 9. *ff. de vi & vi arm. c. ſignificaſti* 18. *in fin. Ext. de homicid.* tum etiã quod fugiens præ nimio curſu vel alicubi facilè poſſet labi, vel ei ſpiritus ita intercludi atq; anguſtus fieri, ut advenienti aggreſſori ex laſſitudine ampliùs reſiſtere non poſſet: tum poſtremo quod ex fuga illa aggreſſoris animus audacior in necem fugientis redderetur Bald. *ad d.l.*1.*n.*14. *C. unde vi* Ang. & Salic. *ad d.l.*3. *& ibid.* Iaſ. *n.* 38. *ff. de Iuſt. & jur.* Diſſ. Tiber. Decian. *tr. crimin. lib.*2.*c.*19.*n.*5. Græværus. *lib.*2.*concluſ.pract.*110.*n.*24. *& ſeq.* Dn. D. Beſold. *ad l.*3. *tit.* 1. *lib.*1. *ff. n.*23. Beilich, *part.*4. *concluſ.*13.*nu.*31. *& ſeq.*

Atq; hanc utramque concluſionem ante dictam: non de nobili tantùm, 23
ſed & plebeio veram pronunciamus.

Tum quod rationes adſcriptæ in utroq; militant æquè: tum quod LL. authoritas nõ diſtinguit inter nobiles & plebeios: tum item quod defenſio contra vim naturalis & Gentium juris eſt, proindeq; cum omnibus hominibus communis. Sed adverſari videtur text. in der Peinlichen Halßgerichts Ordnung *art.*140. *ibi,* vnd der benötigt kan füglich ohne Verletzung ſeiner Ehr/vnd guten Leumuts nit entweichen *& art.*142. der Todſchläger wer den benötigten wol füglicher weiß ohne Gefährligkeit ſeiner Ehr vnd guten Leumuts halben entwichen: Diſſ. item quos [illegible]enſet Tiraq. *de nobil.c.*20.*n.*36. *& ſeq.* vide Tract. *meum de jure belli & duelli libr.*2.*c.*10.*nu.*50. *& ſeqq.* & Tract. *de omnis gener. homicid. lib.*2.*cap.*2.*num.*40.

Alteram quod attinet moderationis inculpatæ tutelæ partem, ut quæ 24
æquali & ab omni culpa remota defenſione continetur: eleganter quæritur, an armorum paritas hac in defenſione deſideretur, ut ſi gladio inferatur vis: gladio propulſari debeat, non bombardâ; ſi pugno, per pugnum, ſi baculo per baculum? Et licet abſque diſtinctione Doctores ita ſentiant, ab eorum tamen hoc pronunciato alienos nos eſſe, legum authoritas ipſaque æquitas planè jubet, ſi aggreſſor tanto corporis valeat robore, ut provoca-

vocatus impetum ejus & vim ſive gravioribus & majoribus armis repellere nequeat.[b]

[a] *gloſſ. ad l. 1. in verb. moderatione C. unde vi* Bald. *ad l. unic. Cod. de confeſſ.* Iodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap.* 76. *num.* 14. Iodoc. Carer. *in tr. de homicid. cap.* 27. 39. *num.* 3. & Laurent. Kirchov. *ſub Tomo* 3. *conſilior. varior. IC. Germaniæ conſil.* 27. *num.* 2. pro quibus facere videtur text. *in l.* 1. *§. vim vi* 27. *ibi*, *arma armis repellere*, & *l.* 3. *§. eum igitur, ibi, qui cum armis venit poſſumus armis repellere, ff. de vi & vi arm.* [b] *per text. in l. ſcientiam* 45. *§. qui cum aliter ff. ad l. Aquil. in clem. unic. ſi furioſus tit. de Homicid. l.* 1. *§. pen ff. ad l. Cornel. de ſicar. ſi ntit idem* Donell. *ad l.* 1. *num.* 7. *C. unde vi* Cujac. *ad l.* 3. *ff. de Iuſt. & jur.* Tuſchus *practicar. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 129. *num.* 5. & *ſeqq.* & *concluſ.* 131. *nu.* 17. Maſcard. *d. probat. vol.* 3. *concl.* 1126. *nu.* 5. & *ſeqq.* Gail. 1. *de Pac. Public. cap.* 16. *num.* 17. & *ſeqq.* Giurba *conſil.* 17. *fol.* 86. & *ſeqq.* Dn. Beſold. *ad l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 1. *ff. num.* 19. & *ſeq.* Berlich. *part.* 4. *concl.* 18. *per tot.* Gomez. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 3. *num.* 24. Vide Tractat. meum *de jure belli & duelli cap.* 10. *num.* 55. & *ſeqq.* & *de omni genere homicid. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 35.

25 In continenti quoq; non ex intervallo poſt periculum, repercutere adverſarium licet,[a] unde eum fugientem in ipſa fuga interficere nobis integrum non eſt.[b]

[a] *l.* 3. *§. eum igitur* 9. & *l. qui poſſeſſionem* 17. *ff. de vi & vi arm. l. ſed & partus* 12. *§.* 1. *ibi meo ego ff. Quod met. cauſa* And. Geil. *lib.* 1. *de pac. publ. c.* 16. *nu.* 12. [b] Maſcard. *de probat. vol.* 1. *concl.* 489. *num.* 13. & *ſeqq.* VVeſembec. *conſ.* 19. *num.* 60. *part.* 1.

26 Mitior tamen in eum convertitur pœna, qui moderamen inculpatæ tutelæ non ſervavit, puta pœna relegationis ad tempus.[a] Nonnulli pecuniariam quandoq; huic imponi pœnam volunt:[b] at nulla corporis adflictiva pœna coerceri debet.[c]

[a] *arg. l.* 1. *in fin. l.* 4. *§.* 1. *ff. ad l. Corn. de ſiccar. l. ſi adulterium* 38. *§. Imperator* 8. *ff. ad l. Iul. adult.* atque ita ſentiunt Dd. quos recenſui in *Tract. meo de jure pugnæ libr.* 2. *cap.* 10. *num.* 61 & *ſeqq.* [b] Alexand. *conſil.* 140. *num.* 8. *vol.* 2. & *conſil.* 120. *num. ult. vol.* 7. Ludovic. Carer. *tract. de homicid. cap.* 46. *num.* 8. [c] Hippol. de Marſil. *in pract. crim. §. quoniam nu.* 95. & *ſeq.* & *per alios* Lud. Carer. *d. cap.* 40. *num.* 8. Meminimus tamen quod quiſpiam propter exceſſum virgis cæſus fuerit.

27 Similiter ſi pro tuenda pudicitia, honeſta virgo aut matrona violentum ſtupratorem vulneret, vel etiam occidat, impunitatem habere jubetur.

l. 1. *§. Item divus* 4. *ff. ad l. Corn. de ſiccar.* famæ etenim metus bonis eſt major, quam mortis *l. illi quidem* 8. *§. quod ſi ff. Quod met. cauſa:* & crudelis eſt qui famam negligit, *Can. nolo* 1. & *Can. non ſunt audiendi* 11. *quæſt.* 3. *c. ſi Paulus. c.* 32. *quæſt.* 2. Arumæus *ad præcip. leg. ff. de* 1. *theſ.* 4.

28 Ad hæc qui ob fractam pacem publicam per ſententiam Cameræ Imperialis in bannum Imperij declaratus eſt, impunè offendi, quin etiam interfici poteſt. & quidem à quovis.

Keyſerliche Cammergerichts Ordnung *part.* 2. *tit.* 9. *§.* So jemand / *ibi*, Sollen des oder deſſelben Leib vnnd Gut allermänniglich erlaubt ſeyn / vnd niemand daran freveln oder [illegible] können oder mögen.

29 Similiter Zigari, ſive Zingari, ſive Zingantes, Germani Zigeiner vocantur, non modò liberè vagari in Imperio non permittuntur: Sed & poſteaquam moniti, ut à partibus cujuſque regionis Imperii diſcederent, non paruerint, impunè à quolibet offendi poſſunt eò quod emiſſitii, exploratores, & proditores Regionum Chriſtiani populi certò comperti fuerunt.

Röſch

Reichs Abſchied *de Anno* 1500 *Tit.* von den Zigeinern / *& de Anno* 1530. *Tit. eod.* von Zigeinern. item de *Anno* 1548. Cur verò inprimis in VVürtenbergico Ducatu ejuſmodi hominum colluvies non admittatur, oſtendit Vir Excellentiſs. Dn. D. Beſold. ad Ordinat. *Wurtenb. diſp.* 4. *theſ.* 14. *ſcil.* Quod illi Maximum VVürtenbergici Ducem Everhardum I. Sultano Aegypti prodere ſunt conati. adde, Fürſtl. Würtemb. Landts Ordnung. *tit. eod. p.* 67. Vide Dn. D. Beſold. *in commentar. ad ordin. Wurtenb. pag. m.* 120. *& ſeq.*

Adhæc ſi pater adulterum cum filia ſua, quam ſua in poteſtate conſtitutam habet, in ſuis vel generi ædibus in ipſo adulterio deprehenderit, ſine pœnæ metu ambos necare in ipſo venereo complexu poteſt. 30

l. 4. C. ad l. Iul. de adult. l. patri 20. *l. nec in ea* 22. *§. jus occidendi & l. ſeq. in princ. & §. quare non ubique, & §. quod ait. ff. d. t.*

Ipſe quoque maritus uxoris ſuæ adulterum, vilis conditionis hominem, domi ſuæ deprehenſum cum uxore, licitè necare poteſt. 31

l. marito 24. *in princ. ff. d. t. & l.* 4. *in princ. C. eod.*

Similiter ſi maritus ei, quem ſuſpectum de uxoris adulterio habet, ter ſcripto, & tribus adhibitis teſtibus fide dignis denunciaverit, ut conſuetudinem conjugis evitaret: is autem denunciationibus illis non pareat, impunè eum maritus occidere poteſt, non modò in propriis, ſed & uxoris, quin & adulteri ædibus. 32

Novell. 117. *cap. ult.*

Sequitur de illatæ injuriæ relatione. Quod ſi quis injurioſis te oneret verbis, confeſtim ſive in continenti regere in eum injuriam potes [a] his verbis: tu mèntiris: [b] vel tu mentiris ut ſceleſtus & fur. [c] 33

[a] *l. 3. ibi, atque injuriam propulſamus, ff. de Iuſt. & jur. l. qui cum* 14. *§. ſi libertus, verſ. Idem puto, etſi ab eo petitus: retorſit in eum crimen. Ignoſcendum eſt enim ei ſi voluit ſe ulciſci provocatus, ff. de bon. libert.* Facit huc quod ſit difficillimum juſtum dolorem qui ex illata injuria obvenit temperare. *l. ſi adulterium* 28. *§. Imperator* 8. *ff. ad l. Iul. de adult.* [b] *l. quia omnia* 25. ibi Bart. & alii *ff. de procur.* Specul. *tit. de advocatis num.* 3. Iaſ. *ad d. l.* 3. *num.* 36 *ff. de Iuſt. & jur. & ibid. etiam* Dec. *num.* 36. Felin. *d. cap. dilecti filij num.* 10. *Ext. de except.* Damhoud. *in prax. rer. crimin. cap.* 136. *num.* 6. Coraſ. *lib.* 6. *Miſcel. cap.* 24. *num.* 6. VVurmbſ. *lib. pract. obſerv. tit.* 46. *obſervat* 4. *&* 18. Zaſ. *in ſumma tit. de procurat. puncto ult. verſ. nota ſeptimo. & ad l. ult. ff. Quod quisque jur. in alt. ſtatuer.* Andr. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 100. *num.* 3. *& ſeq.* Menoch. *conſil.* 107. *num.* 42. Iohan. Schneid *ad §.* 1. *num.* 8. *& ſeq. Inſt. de injur.* VVeſembec. *in parat. Cod. quando liceat unicuiq; ſine judice ſe vindicare.* [c] Mynſing. *cent.* 4. *obſerv.* 17. *nu.* 3. Schrad. *conſil.* 40. *nu.* 34. *& ſeq. Tomo* 1. *Variar. conſilior. IC. Germania.*

Sed confeſtim, ſive in continenti, ut dixi, regerenda eſt injuria: [a] Cum enim realem injuriam ex intervallo ulciſci armis nemo poſſit, [b] certè neque verbalem cuique licebit ex intervallo referre. [c] 34

[a] Mènoch. *dict. conſil.* 107. *num.* 42. Andr. Geil. *dict. obſerv.* 100. *nu.* 3. & Petrus Caleſatus *nu.* 11. 12. *conſilij ſui, quod eſt* 56. *ſub Tomo ſecund. conſil. crimin. opera Iohan. Baptiſt. Ziler. editor.* [b] *plura ad theſ.* 2. *adſcripta.* [c] Nam realis & verbalis injuria æqualiter determinantur quo ad propulſationem *in leg.* 3. *ff. de Iuſtit. & jur.* Eſtque non honoris tuitio, ſed ultio, quæ fit ex intervallo.

In continenti autem & illum retorquere injuriam dicimus, qui cum abſens verbali adfectus eſſet injuria, quam primum id reſcivit, actutum regerat injuriam, vel in præſentem ore, vel in abſentem ſcripto, quod per Notarium juratum plerunque inſinuari injuranti ſolet. 35

Ignoranti enim ſactum alienum, culpa objici non poteſt, *l.3.l. regula 9. §. ſed facti ignorantia ff. de Iur. & fact. ignor.* nec poteſt commoveri animus injuria ab abſenti illata, antequam cognoverit ſibi ingeſtam injuriam: proindeque nec prius regerere eam potuit: unde ſi poſtea ſtatim id fecerit, rectè feciſſe putandum erit, *arg. l.2. §. confeſtim 34. ff. ad SC. Trebell. l. ſi ita ſtipulatus 14. l. interdum 73. in princ. ff. de verb. oblig.*

36 Cæterùm injuriæ relationem nemini retorquere licet, [a] niſi (ut Decius ſentit [b]) verum objecerit crimen vel potius, niſi retorquens in retorſione, (ut vocant) ſua, novum idque falſum objecerit crimen. [c]

[a] *argum. l. ultim. ff. Quod quiſq; jur. in alt.* confert eodem, quod actor contra reconvenientem exceptione uti non poteſt, *l. cum Papinianus 14. ibi, nulla ei opponenda exceptione C. de ſent. & interlocut. omni jud.* Facit item huc quod infinitas jure noſtro rejicitur, *l. inter ... SS. Eccleſ.* & tenet hanc ſententiam Paul. Caſtrenſ. Alex. & Zaſ. *ad d. l. ult. ff. quod quiſq; ju. alter. ſtatuerit*, & Felin. *d. cap. dilecti, num. 10. in fin.* Zaſ. *num. 37. &* Decian. *num. 36. ad d. ... de Iuſt. & jur.* [b] *loco jam citato* [c] per elegantem textum *in l. 1. in princ. ff. de venir. inſpic. in l. de ætate 11. §. ex cauſa ff. de interrog. in jur. fac. in l. 4. ff. ut in poſſeſſ. legat. vel fideicommiſſ. ... cauſa eſſe lic. & in cap. cæterùm, ibi, novis morbis nova convenit antidota præparari, Ext. de ... ram. calum. can. ut conſtitueretur, verſ. cogunt enim diſtinct. 50. cap. paſtoralis, ibi, niſi forte a... qua de novo ſibi competens exorta fuerit Ext. de except.*

37 Cautio tamen erit diligens in omni relatione injuriæ, ne retorquens modum excedat, id eſt, ne objicienti crimen diverſum aliquid, quod talis ſit (omiſſo verbo mentiris) exprobet. Alioqui enim novam in ſe retorſionem (quam vocant) pati teneretur, [a] vel ob id actione injuriarum conveniri poterit, [b] ex qua tamen actione mitius puniendus erit. [c]

[a] *Per textum ad theſ. præcedent. ſub lit. c. adſcriptos* [b] *arg. cap. veniens. Ext. de jureiur.* Specul. *tit. de accuſat. nu. 11.* VVurmbſ. *lib. pract. obſerv. tit. 46. de injur. obſerv. 4. & 15.* Andr. Geil. *lib. 2. obſerv. pract. obſerv. 166. n. 9. & 10.* Ioh. Schneid. *ad §. 1. n. 12. Inſtit. de injur.* [c] VVurmbſer *d. obſerv. 4.* Tiraquell. *de pœnis temper. aut remitt. cauſa 1. nu. 12.* Andr. Geil. *d. obſerv. 100. n. ...* Eſt enim difficile juſtum animi dolorem temperare, *l. ſi adulterium 38. §. Imperator 8. ff. ad l. Iul. de adult.*

38 Poſtremò debitorem noſtrum fugientem, & ſecum ferentem pecuniam propria authoritate ſiſtere, & ei quod debetur impune auferre poſſumus.

Per l. ait prætor 10. §. ſi debitorem 16. ff. Quæ in fraudem creditor. Sebaſt. Vantius *de nullit. ſententia ex defectu citationis, num. 34.*

39 Multo ergò magis licebit nobis furem cum re noſtra fugientem apprehendere, & rem quam abſtulit nobis ei auferre.

Donell. *lib. 17. commentar. c. 2. pag. 4. verſ. interdum & tum arg. d. l. ait prætor 10. § ſi debitorem 16. ff. d. t.* Menoch. poſt alios *de recuperanda poſſeſſione, Remed. 1. num. 313.*

CLASS. VI. DISPUTAT. II.

DE JUDICIBUS.

THESIS I.

SEquitur de judicio. Judicium eſt actus, quo judicis autoritate jus noſtrum obtinere ſtudemus. [a] Vel eſt actus rei inter litigatores controverſæ diſceptatio, quæ fit à judice & ipſis litigatoribus. [b]

[a] Veritas, & perfectio hujus definitionis patet ex definitione actionis propoſita in §. 1. Inſtit. de act. & l. Nihil aliud 51. ff. de oblig. & act. Eſtque generalis hæc judicii definitio, continens omnem judicii ſpeciem; ordinarium & extraordinarium; civile & criminale judicium; ut & arbitrium. Alii aliter definiunt judicium, vide Marant. de ord. judic. part. 2. Cujac. in paratit. ff. & Cod. de jud. VVeſembec. in paratit. ff. d. t. num. 5. & in paratit. C. eod. tit. num. 2. Vultej. lib. 2. jurisprud. Roman. cap. 1. Althuſ. lib. 2. jurisprud. Roman. cap. 1. D. Harpprecht. in proceſſ. judiciario, decad. 1. concluſ. 2. [b] Non modo partes litigantes ſed & ipſemet judex diſceptare in judicio dicitur. l. 25. in princ. C. de Epiſcop. & Cleric. l. 3. §. 1. ibi diſceptatorem. ff. de arbitr. c. forus. §. Judex extr. de verbor. ſignif. can. 23. quæſt. 2.

Eſt autem duplex judicium; ordinarium & extraordinarium. 2

c. Quoniam. §. ſtatuimus, ibi, ut tam in ordinario, extr. de probat. & tot. tit. ff. de extraord. cognit. & clem. ſæpe, tit. de verb. ſignif. Sed obſtare videtur §. ult. Inſtit. de interdict.

Ordinarium judicium eſt, quo litigantes de ſua controverſia ſolenniter[a] diſceptant, & judex de ea diſceptatione plenè cognoſcit, & legitimè pronunciat.[b] 3

[a] l. 1. C. de execut. rei jud. l. 1. junct. Auth. offeratur, C. de litis conteſt. dict. c. Quoniam, extr. de probat. Marant. part. 4. Judic. 11. diſtinct. 10. nu. 1. [b] l. 3. l. 4. l. 6. l. cum judex 11. & l. ſeq. C. de ſent. & interlocut. omnium judic. l. 3. l. 4. l. 5. l. conſentaneum 8. Cod. Quomodo & quando judex, & tot. tit. Cod. de ſentent. & pericul. recitand.

Eſtque civile, vel criminale. 4

l. ult. ff. de furt. §. In ſumma, Inſtitut. de injur. l. ult. C. d. t. & l. ult. ff. de privat. delict. l. un. C. Quando civilis actio criminali præjud. Rub. Cod. ubi Senatores vel clariſſ. civil. vel criminal. conveniuntur, Duar. lib. 1. anniverſ. diſput. cap. 35. Marant. part. 4. jud. diſtinct. 1. ubi & tertiam judicii ſpeciem; judicium ſcilicet miſtum facit; ut & Mynſing. Reſp. 20. num. 1. 8. & 9.

Civile judicium eſt, quo privatum, propriumque ſuum pecuniarium commodum litigatores, propoſita actione, eiq; defenſione oppoſita, perſequuntur.[a] Idem etiam privatum dicitur judicium.[b] 5

[a] l. locatio 9. §. Qui illicitè, verſ. Alterum enim, ubi Bart. & alii, ff. de publican. & vectigal. l. licet 42. in princ. ibi, quaſi privatæ actionis, & §. 1. ff. de procurat. l. Quid ſi fugitivus 17. §. Noxas, verſ. ex privatis. ff. de ædilit. edict. l. ult. ibi, Siquidem pecuniariter agere velit, ff. de privat. delict. l. ult. ibi, poterit civiliter agere, ff. de furt. l. Injuriarum 7. ibi, ſed privati continet querelam, Cod. de injuriis, §. In ſumma, verſ. Et ſiquidem civiliter, Inſtitut. dict. tit. l. 2. §. 1. ibi, eligentes in privatam perſecutionem, ff. vi bonor. raptor. l. 1. §. ultim. ibi, ad examinationem civilem, ff. de abigeis, leg. 1. §. 1. ibi, Sed etiam in pecuniariis tribus, ff. de teſtibus l. Interrogari 15. ibi, Sed etiam in pecuniaria, Cod. de quæſtionibus l. properandum 13. in princip. ibi, Et pecuniaria cauſa, Cod. de judic. l. Sæpe 63. in princip. verſ. ſcientibus, ibi, cujus actio vel defenſio, ff. de re judic. Marant. part. 4 judiciorum 1. diſtinction. numer. 1. & 2. Mynſinger. Reſponſ. numer. decad. 2. Duarenus libro 1. diſputat. capit. 36. & 37. [b] l. Quod Senatusconſultum 6. ibi, privato agere judicio, ff. de injur. l. 3. §. 1. ibi, quod enim in privatis judiciis, ff. de crimin. ſtellionat.

Atque hoc judicium duplex eſt: Judicium ita in ſpecie dictum,[a] & arbitrium, ſive compromiſſum.[b] 6

[a] Toto titulo ff. de judiciis. [b] leg. 1. l. 3. paragr. 1. l. Sed ſi 9. §. ſed ſi quis 2. & tot. titul. digeſt. de recep. arbitr. qui arbitrar. recept. Et quia arbiter etiam judex appellatur. l. penultim. ff. de judic. certè & arbitrium rectè judicium vocatur; cum conjugata ſunt, judex & judicium.

7 Judicium ita ſpecialiter dictum, eſt ejus judicis, qui vi jurisdictionis ſuæ, vel notionis publicæ, de controverſia litigantium cognoſcit, & pronunciat. [a] Idque etiam in invitum redditur. [b]

[a] *l. Ait Prætor 5. in princ. ff. de re judic. junct. l. 2. §. ultim. ff. de jud.* [b] *l. Inter 83. §. 1. verſ. Judicium autem, ff. de verb. oblig. & l. Summa 21. §. ult. ff. de pecul.*

8 In hoc ſpectamus tum perſonas judicii: tum quâ de re in judicio diſceptetur: tum etiam proceſſus judiciarius: tum poſtremò judicis officium.

Non quidem ignoro, quod eædem hæ affectiones quodammodo ſint communes cum judicio criminali, & arbitrio; verum quia arbitrium eas mutuatur à judicio, & in criminali judicio non ſint per omnia ſimiles iſtæ affectiones, placuit eas hic privato adſcribere judicio.

9 Perſonæ judicii ſunt Judex ipſe, Adſeſſores judicii, Tabelliones, viatores: Litigatores, puta, Actor, & Reus, Procuratores, defenſores, advocati.

10 Judex eſt, qui judicio præeſt, [a] ut illud moderetur, & de litigatorum controverſia cognoſcat, & pronunciet. [b]

[a] *l. 3. C. de interdict. l. quippe 78. ff. de judic.* [b] *l. de qua re 74. in princ. ff. de judic. l. ait Prætor 5 in princ. ff. de re judicat.* Eſt fundamentum Iudicii. Vantius *de Nullitat. cap. 9. n. 1.*,

11 In judice autem ſpectamus tum ejus ſpecies; tum an competens ſit judex, vel non; tum etiam ſuſpectus ſit, necne: tum poſtremò quibus modis, quis judex eſſe deſinat.

12 Species judicis duæ ſunt: Eſt enim judex, qui juriſdictionem habet: eſt item, qui non habet juriſdictionem, ſed notionem, ſive cognitionem duntaxat.

l. ait prætor 5. ff. de re judic. l. ult. in princ. C. ubi & apud quem cognit. in integr. reſtit. ag. ſit. l. pen. ff. de judic. l. notionem 99. ff. de verb. ſig.

13 Qui juriſdictionem habet in duplici eſt differentia: aut enim propriam juriſdictionem habet, & tribunali item juriſdictioni præeſſe dicitur, [a] ac ordinarius vocatur, [b] ut eſt magiſtratus: [c] aut habet juriſdictionem alieno beneficio ſibi mandatam; [d] Canones delegatum appellant judicem. [e]

[a] *l. more 5. ff. de juriſdict. l. 1. & l. penultim. ff. de judic.* [b] *tot. tit. ext. de offic. jud. ord. l. aperiſſimi 16. Cod. de judic.* ſed vide Donell. *libr. 17. comment. capit. 6. in fin.* [c] *l. ultim. ff. quis a quo appellat. leg. 1. in princip. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſdict. l. eum, qui 13. ff. de juriſdict.* [d] *dict. l. more. ff. dict. tit. & dict. l. 1. ibi, vel aliam juriſdictionem habet, ff. de judic.* [e] *tot. tit. de offic. & pot. judicis delegati.* Hinc juriſdictio alia ordinaria, alia delegata, *cap. ult. ext. de ſentent. & re jud.*

14 Judex, qui non habet juriſdictionem, ſed ſolùm notionem, ſive cognitionem, id eſt, cui de una præſenti lite [a] cognoſcendi poteſtas data eſt, ab ordinario judice, vel eo, qui mandatam habet juriſdictionem, quem leges ſpecialem, [b] item delegatum, [c] datum, [d] & pedaneum [e] appellant judic[em]. Hujus quoque conditionis eſt arbiter. [f]

[a] Hoc differt hic judex ab eo, cui juriſdictio mandata eſt. Huic enim non lis una aliqua, [ſed] juriſdictio univerſa, aut certa ejus ſpecies mandata eſt *l. ſolet 16. & l. ſeq. ff. de juriſdict.* [b] *l. [...]tum. ff. de offic. prætoris, & l. præſes 5. ff. de offic. Præſid. ſpecialis judex dicitur ideo, quia ſpecialiter de certa re & lite, ea ſcilicet, quæ nunc ſe offert, non latiùs datur.* [c] *l. à judice 5. & l. properandum 13. §. 1. C. de judic. l. un. C. Qui pro ſua juriſdict.* [d] *l. 2. §. ſi & judex. ff. de judic. a D[...] in princ. ff. de re judic. & l. 1. in princ. & l. ult. ff. Quis à quo appelletur.* [e] *Tot. tit. Cod. de pe[daneis] ju[dicibus]*

judicib. ubi Cujac. ſcribit, Pedaneum vocari, quod de plano ſtans, aut ſedens imò, collatitio, aut fortuito ſcamno, fortuito ceſpite, judicet. Idem ſentit Donellus *lib.16.comment.c.21.pag.* 90. Pedaneus, ait, à pedibus, ut ſignificetur is judex, qui judicet ſedens quidem, ſed tamen ex imo loco, ita ut humum calcet pedibus. [f] De hoc infra ſuo loco dicemus, *diſput. de arbitris.*

Eſt autem ingens diſcrimen inter judicem, cui mandata eſt juriſdictio, & judicem datum. Inter cetera autem & illud, quod hic ſententiam ſuam non exequitur; [a] ille verò exequitur ſententiam ſuam. [b] Ab illo provocatur non ad eum, qui mandavit juriſdictionem, ſed ad magiſtratum proximè ſuperiorem; ab hoc verò appellatur ad eum, à quo datus fuit. [c] 15

[a] *l.a Divo 15.in princ.ff.de re judic.* [b] *l.3.ff.de offic.ejus, cui mand.eſt juriſdict.* & *l.ſolet 16.ff. de juriſdict.* Donell.*lib.17.comment.23.* [c] *l.1. in princ.* & *§.1.* & *l.ultim.ff.Quis à quo appell.*

Circa hunc datum judicem triplex inſpectio incurrit: una, quis eum dare poſſit. Altera, quis dari poſſit judex ſpecialis: Tertia, quibus in cauſis poſſit dari. 16

Specialis ſive pedaneus judex dari poteſt non modò à magiſtratu, qui propriam habet juriſdictionem, [a] ſed ab eo, cui mandata eſt juriſdictio. [b] 17

[a] *l.cum prætor 12.§.1.ff.de off.ejus.cui mand. eſt juriſdict.l.eum, qui 13.ff.de juriſdict.* [b] *dict. l.cùm prætor.12.§.1. verſ. Is quoque, cui mandata, ff.de judic.* & facit, quod hic juriſdictionem habet, *l.4.§. ultim.ff.de off.proconſul.* quam ſuſcepit, quaque utitur, *l.1.§.1.ff.de off. ejus. cui mandat.eſt juriſdict.* quodq; judicis dandi licentia eſt pars juriſdictionis, *l.3. in fin.ff. de juriſdict.* Cujac.*in lib.1.quæſt.Papin.pag.6.* Donell.*lib.17.comment.cap.23.* At obſtare videtur text. *in d.l.eum, qui 13.ff.de juriſdict.* & *l.ult.ff.de offic.ejus cui mandat.eſt juriſdict.*

Pedaneus autem judex alium judicem dare non poteſt, niſi à principe ſit datus, [a] vel à Pontifice Romano delegatus. [b] Hic ergo uterque juriſdictionem habet. [c] 18

[a] *l.a judice 5. C. de judic.* Hilliger. *in Donell. enucleat.lib.17.cap.8.in not.lit.Hhh.* [b] *tot.tit. extr.de offic.* & *poteſt.judic.delegat.* [c] Eſt enim judicis dandi poteſtas juriſdictionis, *l.3. in fine, ff. de juriſdict.* Sed quæritur, judex hic propriam habeat, vel alienam juriſdictionem? Poſt Donell. negat Obrecht.*Tractat.de mandata juriſdict.cap.2.* Sed loquitur de eo, qui ad unam aut [illegible]am datus eſt ca[illegible]ſam.

Cæterùm dari ſpecialis judex poteſt omnis, qui nominatim non prohibetur. Prohibetur autem vel natura, vel civili jure. Natura, ut impubes, ſurdus, mutus, perpetuo furioſus. 19

d.l.cùm prætor 12.§. Non autem omnes 2.ff.de judic.

Nunquid ergo minor 25. annis judex eſſe poteſt? Poteſt quidem minor pubes judex dari, [a] verùm cogi non poteſt, antequam major factus fuerit, ut judicet. [b] 20

[a] *arg.d.l.cùm prætor 12.§.non autem omnes, ibi,* & *impubes, ff. de judic.* Facit quod & furioſus dari judex poteſt, qui tamen non judicat, priusquam ſanos mores receperit. *l. cùm furioſus [illegible] ff.d.t.* confert item *l.6.§.1.ff.de curatorib.* Obſtare videtur. *l.ad Rempub.ff. de munerib.* & *honorib.l.2.§.ult.ff.de vacat.muner.junct.l.quippe.ff.de judic.* & *l. Non tantùm 11.ff.de decurionib.* & *c. cum vigeſimum 41. ext. de off.* & *poteſt.jud.delegat.* licet Ius Municipale plenam deſideret ætatem. Landrecht.*p.1.t.2.fol.2.* [b] *l. cum lege Iul.41.ff.de recept.arbit.* Arumæus. *[illegible].ff.5.quæſt.7.* Umnius *diſp.1.ad proceſ.judic.num.46.* Hackelin. *illuſtr.quæſt.diſput.4. [illegible] 3.*

Poteſtne conſentientibus litigatoribus minor 25. annis judex dari, ut i[illegible]

ætate judicet? certè poteſt, niſi minor ſit decem & octo annis, & æquiſſimum eſt ejus ſententiam tueri.

l. quidam conſulebant 77. in princ. ff. de re judic. ubi pro viginti quinque annis, legendum viginti annis putat Petr. Faber *ad l. 2. ff. de reg. jur per dict. l. cum lege 41. ff. de arbitr.* Vid. Dn. D. Beſold. *in delibat. ff. part. 1. fol. 424. quæſt. 11.*

22 Quid ſi litigatores in puberem octodecim annis minorem conſentiant, nunquid ejus ſententia valebit? Cum Cujacio [a] negamus, [b] cum Donello [c] affirmamus, ſi litigatores non modò in hunc conſenſerint judicem, ſed & ſciverint, octodecim annis minorem eſſe. [d]

[a] *ad l. 1. & 3. ff. de judic.* [b] *per d. l. quidam 57. in princ. ibi, niſi minor decem & octo annis ſit, ff. de re judic. & c. cùm vigeſimum, extr. de off. & poteſt. judic. deleg.* [c] *lib. 17. com. cap. 24. pag. 101.* [d] *per text. in d. l. quidam, verſ. 57. & ſi fortè, ibi, ſcientibus his, item ibi, conſentiebant. ff. de re judic.* ubi Iuriſconſultus Ulp. duo conjunctim requirit, conſenſum litigatorum, & eorum ſcientiam.

23 Quid verò de cœco judicandum? Duaren. [a] & Donellus [b] hunc rectè judicem dari tradunt. Accurſ. verò & communiter Dd. ſcribunt, cœco officium judicandi haud deferri poſſe, delatum verò ante cœcitatem non auferri, ſed rectè eum hoc officio fungi; quam ſententiam cõmunem cum Johan. Roberto, [c] & nos probandam judicamus. [d]

[a] *In comment. ad tit. de judic. cap. 4. & lib. 1. diſput anniverſar. cap. 23.* [b] *libr. 17. commentar. cap. 24.* [c] *lib. 3. ſentent. cap. 23.* [d] *per. l. 1. §. Secundo loco, verſ. ſed melius eſt, ff. de poſtuland. l. cæcus 6.* ubi gloſſ. Bart. Bald. Ang. & alii. *ff. de judic.* quæ ambæ leges cùm ſint ejuſdem Iuriſconſulti Ulp. ex eodem lib 6. ad edictum, una aliam meritò explicat, prior ſcilicet hanc poſteriorem, rationes Roberti alias vide apud eum *dicto loco.* adde elegantiſſima Dn. Beſoldi delibera *ad lib. 5. ff. quæſt. 12.* Zanger. *de except. part. 2. cap. 4. num. 43.* Rosbach. *in proceſſ. civil. tit. 4. n. 14.* Raiger. *diſp. 1. theſ. 32.*

24 Imperitus quoque juris judex dari nequit.

Novell. 82. in princ. & cap. 1. ubi Cujac. facit *l. 2. C. quando provocare non eſt neceſſe & §. 1. Inſtit. de offic. judic.* Donell. *lib. 17. comment. cap. 24.* Dn. Beſold. *dict. loc. quæſt. 13.* Maſcard. *de probat. conclus. 952.* Arum. *in diſp. ff. 5. quæſt. 8.* Morla. *in Empor. Iur. p. 1. tit. 2. quæſt. 6.* Ioh. Robert. Aurel. *lib. 3. ſentent. cap. 3.* ubi diſtinguit inter majorem judicem, puta magiſtratum & judicem pedaneum. Vide quoque Fr. Hotoman. *lib. quæſt. Illuſtr. c. 28.* ubi contra hoc pronunciatum noſtrum varia collegit.

25 Jure civili prohibentur quidem dari judices vel lege, vel moribus. lege qui ſenatu moti ſunt. [a] & quibus foro interdictum eſt, [b] cæteriq; infames, [c] moribus, fœminæ & ſervi. [d]

[a] *d. l. cùm quidam 12. §. 2. ubi* Angel. *& alii, ff. de judic. facit l. 2. C. ex quib. cauſ. infam.* [b] *l. moris 9. §. nonnunquam 4. ff. de pœnis.* [c] *per l. 2. ff. de Senatoribus l. cum Prætor 12. §. 2 ff. de jud.* [d] *d. l. cum prætor 12. §. 2. ff. de judic.* Ilmin. *diſp. 1. ad proceſ. n. 50.*

26 In privatis negotiis pater ſuum filium familias, vel filius familias patrem ſuum, adverſario conſentiente habere ſpecialem judicem poteſt, cum judicare munus ſit publicum.

l. in privatis 77. & l. ſeq. ff. de jud. & l. quin etiam 6. ff. de recep. facit l. nam quod 14. in prin. ff. ad Senatuſconſult. Treb Duar. *lib. 1. diſput. cap. 51. & in com. ad tit. ff. de jud. cap. de qui jud. dare poſſunt.* gloſſ. Coſtal. & alii *ad l. qui juriſdictioni 10. ff. de juriſd. tit.* Quem locum Coſtal. citat etiam Anton. Vaccam qui ſimiliter de conſentiente adverſario interpretatur *d. l. 77. ff. de jud. ut &* Donell. *lib. 17. comment. cap. 25.* quam explicationem confirmat etiam *l. pen.*

an ſi

dum 57. ff. de re judic. At diſſentit Coraſ. *lib. 4. miſcell. cap. 9.* Vide Vivium. *lib. 2. deciſ.* 213. Reiger. *diſp. 1. ad proceſſ. th.* 33.

Quid verò de magiſtratu ſentiendum, nunquid hic judex in cauſa filii, aut patris ſui eſſe poteſt? Poteſt quidem ſimiliter judex eſſe adverſario conſentiente, ſed ab eo, ut ſuſpectus recuſari poteſt. 27

Per c. poſtremò 36. extr. de appellat. Anton. Vaccam ſecutus Coſtal. *ad d. l. Qui iuriſdictionis 10. ff. de juriſdict.* Vid. Dn. D. Beſold. *in delibat. ad lib. 5 ff. quaſt. 16. fol.* 435. Ubi Conciliat *l. qui juriſdictione. 10. ff. de juriſdict. cum l. 77. ff de judic.* Vide etiam Matth. Stephani *de juriſd. lib. 1. cap. 34. num. 6. & ſeqq.*

Sequitur quibus in cauſis dari iudex poſſit. Judex à Principe datus in cauſis omnibus, quæ ei à Principe delegatæ ſunt dare iudicem poteſt. 28

l. un. in fin. C. qui pro ſua juriſdict. judices dare, darive poſſunt, l. à judice 5. C. de jud. Obſtare cenſetur *text. in Novell. 60. cap. 2. in pr. & Auth. Adhæc C. de judic.* ad hanc difficultatem *in d. Auth.* aliter Accurſ aliter item Bart. reſpondet, Bartolum ſequitur Donell. *dict. lib. 17. comm. c. 22. pag. 96.* Præterea refragari videtur *Novel. 82. cap. 2.* Ubi ſimiliter magiſtratibus adimi videtur poteſtas dandi judices.

Magiſtratus item, puta Præſes provinciæ, & prętor, in humilioribus negotiis dare judicem poteſt, etiamſi ipſemet vacare illis queat. 29

l. ultim. C. de Pedan. judicibus.

Humiliora autem negocia vulgò interpretantur ea, in quibus intra aureos trecentos agitur, [a] Donellus verò exiſtimat, [b] humile negocium Juliano eſſe, quod tantùm eſt de pecunia, & quidem de aureis duobus; [c] quæ ſententia nobis probabilior videtur. [d] 30

[a] *Per Novell. 82. de judicibus c. 5. Audient igitur.* ubi Cujac. idem ſentit. [b] *Lib. 17. comment. cap. 22. pag. 95.* [c] *per l. ſi quis 9. cap. ult. junct. l. ſeq. ff. de dolo malo.* [d] Tum per textus proximè adductos; tum quia cauſa trecentorum aureorum humilis & modica dici non poteſt: tum etiam quia *Novell. 82.* pertinet tantum ad judices locales, Conſtantinopolitanos ſcilicet, quibus Imper. Iuſtin. certæ ſummæ cauſas dijudicandas committit.

Similiter in majoribus quoque cauſis dare judices poſſunt magiſtratus juriſdictionem habentes, ſed hac conditione, ſi vel occupationibus publicis, vel cauſarum multitudine, aut valetudine, vel abſentia, impediantur, quo minus de omnibus cognoſcere poſſint. 31

l. 2. C. de Pedan. jud. De valetudine & abſentia, quod addimus, probatur arg. *l. 1. in princ. verſ. Hujus rei ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict.*

Sunt tamen nonnullæ cauſæ, in quibus magiſtratus ita cognoſcere poteſt, ut etiam ex officio debeat, puta, quæ ſunt de honorariis citra conventionem certis perſonis præſtandis. [a] Item cauſa ea, quâ pater cognitione prætoria extraordinaria, ſibi poteſtatem fieri ducendi filium, quem in poteſtate habet, petit. [b] Tum etiam perſecutio fideicommiſſi. [c] 32

[a] *l. 1. ff. de extraord. cognit.* Vultej. *lib. Scholaſtic. diſcept. c. 1. pag. 14.* [b] *l. 1. §. 2. ff. de rei vindic. junct. l. 3. §. 1. ff. de liberis exhib.* [c] *l. Pecunia 178. §. actionis, verſ. perſecutionis verbo, ff. de verb. ſignificat.*

De cau-

ætate judicet? certè poteſt, niſi minor ſit decem & octo annis, & æquiſſimum eſt ejus ſententiam tueri.

l. quidam conſulebant 77. in princ. ff. de re judic. ubi pro viginti quinque annis, legendum viginti annis putat Petr. Faber *ad l. 2. ff. de reg. jur per dict. l. cum lege 41. ff. de arbitr.* Vid. Dn. D. Beſold. *in delibat. ff. part. 1. fol. 424. quæſt. 11.*

22 Quid ſi litigatores in puberem octodecim annis minorem conſentiant, nunquid ejus ſententia valebit? Cum Cujacio [a] negamus, [b] cum Donello [c] affirmamus, ſi litigatores non modò in hunc conſenſerint judicem, ſed & ſciverint, octodecim annis minorem eſſe. [d]

[a] *ad l. 1. & 3. ff. de judic.* [b] *per d. l. quidam 57. in princ. ibi, niſi minor decem & octo annis ſit, ff. de re judic. & c. cùm vigeſimum, extr. de off. & poteſt. judic. deleg.* [c] *lib. 17. com. cap. 24. pag.* 101. [d] *per text. in d. l. quidam, verſ. 57. & ſi fortè, ibi, ſcientibus his, item ibi, conſentiebant. ff. de re judic.* ubi Iuriſconſultus Ulp. duo conjunctim requirit, conſenſum litigatorum, & eorum ſcientiam.

23 Quid verò de cœco judicandum? Duaren. [a] & Donellus [b] hunc rectè judicem dari tradunt. Accurſ. verò & communiter Dd ſcribunt, cœco officium judicandi haud deferri poſſe, delatum verò ante cœcitatem non auferri, ſed rectè eum hoc officio fungi; quam ſententiam cõmunem cum Johan. Roberto, [c] & nos probandam judicamus. [d]

[a] *In comment. ad tit. de judic. cap. 4. & lib. 1. diſput anniverſar. cap. 23.* [b] *libr. 17. commentar. cap. 24.* [c] *lib. 3. ſentent. cap. 23.* [d] *per. l. 1. §. Secundo loco, verſ. ſed melius eſt, ff. de poſtuland. l. cæcus* 6. ubi gloſſ. Bart Bald. Ang. & alii. *ff. de judic.* quæ ambæ leges cùm ſint ejuſdem Iuriſconſulti Ulp. ex eodem lib 6. ad edictum, una aliam meritò explicat, prior ſcilicet hanc poſteriorem, rationes Roberti alias vide apud eum *dicto loco.* adde elegantiſſima Dn. Beſoldi delibata *ad lib. 5. ff. quæſt.* 12. Zanger. *de except. part. 2. cap. 4 num.* 43. Roſbach. *in proceſſ. civil. tit. 4. n.* 14. Raiger. *diſp. 1. th. ſ.* 32.

24 Imperitus quoque juris judex dari nequit.

Novell. 82. in princ. & cap. 1. ubi Cujac. facit *l. 2. C. quando provocare non eſt neceſſe & § 1. Inſtit. de offic. judic.* Donell. *lib. 17. comment. cap. 24.* Dn. Beſold. *dict. loc. quæſt.* 13. Maſcard. *de probat. concluſ.* 952. Arum. *in diſp. ff. 5. quæſt.* 8. Morla. *in Empor. Iur. p. 1. tit. 2. quæſt* 6. Iohan. Robert. Aurel. *lib. 3. ſentent. cap.* 3. ubi diſtinguit inter majorem judicem, puta magiſtratum & judicem pedaneum. Vide quoque Fr. Hotoman. *lib. quæſt. Illuſtr. c.* 28. ubi contra hoc pronunciatum noſtrum varia collegit.

25 Jure civili prohibentur quidem dari judices vel lege, vel moribus: lege qui ſenatu moti ſunt. [a] & quibus foro interdictum eſt, [b] cæteriq; infames, [c] moribus, fœminæ & ſervi. [d]

[a] *d. l. cum quidam* 12. *§. 2. ubi* Angel. & *alii, ff. de judic. facit l. 2. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* [b] *l. mores 9. §. nonnunquam 4. ff. de pœnis.* [c] *per l. 2. ff. de Senatoribus l. cum Prætor 12. §. 2. ff. de jud.* [d] *d. l. cum prætor 12. §. 2. ff. de judic.* Umin. *diſp. 1. ad proceſ. n.* 50.

26 In privatis negotiis pater ſuum filium familias, vel filius familias patrem ſuum, adverſario conſentiente habere ſpecialem judicem poteſt, cum judicare munus ſit publicum.

l. in privatis 77. & l. ſeq. ff. de jud. & l. quin. etiam 6. ff. de recep. facit l. nam quod 14. in prin. ff. ad Senatuſconſult. Treb Duar. *lib. 1. diſput. cap.* 51. & *in com. ad tit. ff. de jud. cap. de iis, qui jud. dare poſſunt.* gloſſ. Coſtal. & alii *ad l. qui juriſdictioni* 10. *ff. de juriſd. et.* Quo loco Coſtal. citat etiam Anton. Vaccam qui ſimiliter de conſentiente adverſario interpretatur *d. l.* 77. *ff. de jud. ut* & Donell. *lib. 17. comment. cap.* 25. quam explicationem confirmat etiam *l. quidam* 57.

dum 57. ff. de re judic. At diſſentit Coraſ. *lib. 4. miſcell. cap. 9.* Vide Vivium. *lib. 2. deciſ.* 213. Reiget. *diſp. 1. ad proceſſ. th.* 33.

27 Quid verò de magiſtratu ſentiendum, nunquid hic judex in cauſa filii, aut patris ſui eſſe poteſt? Poteſt quidem ſimiliter judex eſſe adverſario conſentiente, ſed ab eo, ut ſuſpectus recuſari poteſt.

Per c. poſtr. num 36. extr. de appellat. Anton. Vaccam ſecutus Coſtal. *ad d. l. Qui iuriſdictioni 10. ff. de juriſdict.* Vid. Dn. D. Beſold. *in delibat. ad lib. 5 ff. quaeſt. 16. fol. 435.* Ubi Conciliat *l. ... juriſdictioni 10. ff. de juriſdict. cum l. 77. ff de judic.* Vide etiam Matth. Stephani *de juriſd. lib. 1. cap. 24. num. 6. & ſeqq.*

28 Sequitur quibus in cauſis dari iudex poſſit. Judex à Principe datus in cauſis omnibus, quæ ei à Principe delegatæ ſunt dare iudicem poteſt.

l. un. in fin. C. qui pro ſua juriſdict. judices dare, darive poſſunt, l. à judice 5. C. de jud. Obſtare videtur *text. in Novell. 60. cap. 2. in pr. & Auth. Adhuc C. de judic.* ad hanc difficultatem *in d. Auth.* aliter Accurſ aliter item Bart. reſpondet, Bartolum ſequitur Donell. *dict. lib. 17. comm. c. 13. pag. 96.* Præterea refragari videtur *Novel. 82. cap. 2.* Ubi ſimiliter magiſtratibus adimi videtur poteſtas dandi judices.

29 Magiſtratus item, puta Præſes provinciæ, & prętor, in humilioribus negotiis dare judicem poteſt, etiamſi ipſemet vacare illis queat.

l. ultim. C. de Pedan. judicibus.

30 Humiliora autem negocia vulgò interpretantur ea, in quibus intra aureos trecentos agitur, [a] Donellus verò exiſtimat, [b] humile negocium Juliano eſſe, quod tantùm eſt de pecunia, & quidem de aureis duobus; [c] quæ ſententia nobis probabilior videtur. [d]

[a] *Per Novell. 82. de judicibus c. 5. Audient igitur.* ubi Cujac. idem ſentit. [b] *lib. 17. comment. cap. 22. pag. 95.* [c] *per l. ſi quis 9. cap. ult. junct. l. ſeq. ff. de dolo malo.* [d] Tum per textus proximè adductos; tum quia cauſa trecentorum aureorum humilis & modica dici non poteſt: tum etiam quia *Novell. 82.* pertinet tantum ad judices locales, Conſtantinopolitanos ſcilicet, quibus Imper. Juſtin. certæ ſummæ cauſas dijudicandas committit.

31 Similiter in majoribus quoque cauſis dare judices poſſunt magiſtratus juriſdictionem habentes, ſed hac conditione, ſi vel occupationibus publicis, vel cauſarum multitudine, aut valetudine, vel abſentia, impediantur, quo minus de omnibus cognoſcere poſſint.

l. 2. C. de Pedan. jud. De valetudine & abſentia, quod addimus, probatur arg. *l. 1. in princ. Sin. Hujus rei ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict.*

32 Sunt tamen nonnullæ cauſæ, in quibus magiſtratus ita cognoſcere poteſt, ut etiam ex officio debeat, puta, quæ ſunt de honorariis citra conventionem certis perſonis præſtandis. [a] Item cauſa ea, quâ pater cognitione prætoria extraordinaria, ſibi poteſtatem fieri ducendi filium, quem in poteſtate habet, petit. [b] Tum etiam perſecutio fideicommiſſi. [c]

[a] *l. 1. ff. de extraord. cognit.* Vultej. *lib. Scholaſtic. diſcept. c. 1. pag. 14.* [b] *l. 1. §. 2. ff. de rei vindic. junct. l. 3. §. 1. ff. de liberis exhib.* [c] *l. Pecunia 178. §. actionis, verſ. perſecutionis verbo, ff. de verb. ſignificat.*

De cau-

33 De cauſa quoque ſtatus, ut quæ eſt de ingenuitate, vel libertinitate magiſtratus ipſemet cognoſcere & judicare tenetur.

dict. l. 2. in fin. C. de Pedan. judic. l. non diſtinguemus, §. De liberali, ff. de arbitr. Sed quo ad hanc & alias priores cauſas obſtare videtur, quod jurisdictionis eſt ipſa judicis dandi licentia. *l. 3. in fin. ff. de jurisdict.* Vult. *ad l. 1. num. 102. & ſeq. C. de jurisdict.*

34 Sed nunquid etiam de cauſa reſtitutionis in integrum ipſemet magiſtratus dijudicare cogitur? Donellus affirmat, [a] nos ad hanc cauſam etiam alium delegari judicem poſſe pronunciamus. [b]

[a] *lib. 17. comment. cap. 22. pag. 93. verſ. ſecunda ſpecies, per l. quòd ſi minor 24. §. ult. ff. de minoribus.* [b] *per l. ult. C. ubi & apud quem cognit. in integr. reſtitut. agit and. ſit,* ubi Cujac. *in paratit.* Quid de Magiſtratibus Municipalibus ſentiendum adeundus Dn. Beſold, *in delibat. ff. ad lib. 4. ff. quæſt. 2.*

35 Aſſertionem Dd. [a] qua cauſas mixti imperii ad ſolius magiſtratus cognitionem pertinere volunt; in reliquis verò judicem dari poſſe tradunt, erroris plenam eſſe dicimus. [b]

[a] Bart. & alii *ad d. l. 2. C. de pedaneis jud.* [b] Nullum enim eſt imperium miſtum ſine jurisdictione: & cui jurisdictio mandatur, eidem etiam mixtum mandari intelligitur imperium, *l. 1. in fin. & l. ultim. ff. de off. ejus, cui mand. eſt jurisdict. & l. 2 ff. de jurisdict.* unde ſequitur, nullam cauſam delegari poſſe, ſi mixtum imperium delegari nequeat. Donell. *lib. 17. comment. cap. 22. pag. 93. in fin. & pag. ſeq. in princ.*

36 Cauſa autem quæ ſuaſit, ut magiſtratus ipſimet de negociis prædictis judicent, hæc eſſe videtur, quod in negociis illis res magni momenti verſantur, quodque præſentia magiſtratuum valet, tum ad integritatem judicii, tum ad judicati dignitatem, & fidem: [a] ſiquidem litigatores multa tergiverſari, & comminiſci malitiosè poſſunt, miniſtri corrupti moleſtiam exhibere litigatoribus, teſtes multa fingere, & licentiosè mentiri, niſi metu cohibeantur, plus quoque dignitatis eſt & fidei in cognitione ac ſententia magiſtratus, qui perſonam civitatis ſuſtinet, quam in cognitione judicis, qui tantum privatus eſt. [b]

[a] *Per Novell. 60. ut defuncti ſeu funera eorum. cap. 2. in princ. verſ. Multò namque melius* quæ ratio licet abundè nata inducatur, planè tamen & huc pertinet. [b] Donell. *d. lib. 17. commen. cap. 23. pag. 94.* Vide omnino Ventur. de Valent. *in parthen. litigioſ. lib. 1. cap. 2. n. 34.*

37 Succedit quis competens, qui item incompetens judex ſit. Competens judex ut ſit, qui judicat, neceſſe eſt: Incompetens ſi fuerit, ſententia ejus litigatorem non conſtringit, ſed ipſo jure nulla eſt.

l. ult. C. ſi à non compet. judic. competens judex dicitur quoque ſuus judex, *in l. magiſteria 6 C. de jurisdict.* Zanger *de except. part. 2. capit. 1. num. 2.* Caroc. *de remed. adverſ. ſent. præjudic exc ept. 22. in princ.*

38 Ut competentem judicem eſſe oportet, ita quoque forum, in quo judicat, competens eſſe convenit: [a] extra illud, ſi quis judicet, ſententia ſimiliter nulla eſt. [b]

[a] *Rubric. Cod. de jurisd. & foro competent. & tit. decretal. de foro competẽt.* Vt forũ, ſic & forus dicimus [b], *forus, extr. de verb. ſignific.* [c] *l. ult. ff. de jurisd. l. 3. ff. de offic. præſidis, l. 1. in princ. & § initiò, l. ult. ff. de off. præfecti urbi, l. ult. ff. de off. Proconſul.* Stephani. *lib. 1. d. Iurisd. cap. 33 per tot.*

39 Eſt autem competens judex is, cui ea de re, de qua agitur, & inter eas perſonas, quæ litigant, notio competit.

Per l.

Per l.5.ff.de re jud. Sic dicimus nobis actionem competere, *tit.Inſt de perpet. & tempor. act. in princ. & §.1. ſic competere libertatem.l.Papinianus 8.§.ultim.l. Qui repudiantis 17.§.ult.ff. de inoff.teſtam. ſic uſuras competere.l.in ſententiis 59.§.1.ff.de re judic.l.lecta 40.in fin.ff.de rebus credit.*

Non de omni re quilibet judex notionem habet. De cauſis Eccleſiaſticis cognoſcit judex Eccleſiaſticus. 40

c.ſi clericus, & cc.ſeqq.c. licet, & c.ſeq. extr.de foro compet. Vide Mynſinger. *cent.2. obſerv.* Tuſchus.*pract.concluſ.lit.C.concl.*387.Covarruv.*lib.1.pract.quæſt.*31.

Sed nunquid ex contractu juramento confirmato adeundus eſt judex Eccleſiaſticus, vel ſecularis judex? Si de juramenti illius quæratur viribus, quæſtio iſthæc ad judicem eccleſiaſticum pertinere dicitur: [a] ſin quæſtio fuerit de juramenti executione, uterque judex competens eſt. [b] 41

[a] *c.Veneracilem,§.utrùm verò,extr.de elect. & electi poteſt c.novit.§. Non enim intendimus, & §.ſum enim, & §.poſtremò cùm inter,extr.de judic.c.ult.tit.de foro competent.in 6.* [b] *c.licet mulieres,tit.de jurejurand.in 6.* Andr.Gayl.*lib.1.obſerv.pract.obſerv.25.num.4.*

Dubitari autem poteſt, cauſa matrimonii utrùm civilis ſit, vel Eccleſiaſtica, ut cognitio de ea, & dijudicatio ad eccleſiaſticum, vel ſecularem pertineret judicem? Jure civili ad ſecularem quidem ſpectare videtur judicem, [a] at jure canonico, quod uſus ſequitur, ad judicem eccleſiaſticum. [b] 42

[a] Tum quia ſi ad Sacerdotes ea pertineret cauſa, ad jus publicum ſpectaret, *per l.1. §. Hujus ſtudii, ff. de juſt. & jur.* Matrimonium verò eſt juris privati, non publici juris. In Inſt. etenim quibus jus tantum privatum exponitur, *§.ult.tit.de juſtit. & jur.* de matrimonio quoque agitur: ſimiliter *in C. lib.*5. de matrimonio tractatur, non *lib.1. neque lib.*10.11. *aut* 12. quibus lib. de jure publico diſſeritur. In Pandectis item jus matrimoniale proponitur *lib.*23. ubi de jure privato. Tum quia civili jure conjuges etiam privata autoritate diſſolvere matrimonium poſſunt, miſſo repudii libello, *l.2.l.ſi pœnituit 7. & l.nullum 9.ff.de divort. & repudiis.* Alia argumenta in hanc ſententiā adducit Giphan. *in præfat. in lib.5.C.* Sed obſtare videtur *Nov.*123. qua vetantur canonicis cauſis immiſcere ſe præſides, id eſt, quæ ſacris canonibus deciduntur, & eccleſiaſticam cenſuram deſiderant. Obloqui item putatur, quòd liberorum legitima procreatio ad publicam utilitatem ſpectat, *l.1.ff.ſolut.matrim.* Vide Donell. *lib.2. comment. cap.5.* Tum etiam *l.1.ff.de ritu.nupt.* [b] *Canon.multorum 35.quæſt.6.c.accedentibus.extr.de exceſſib.prælator.c.porrò extr. de d.vortiis,c.veniens ad apoſtolicam, & c. cùm in Apoſtolica, extr. de ſponſalib.* Didac. Covar. *de ſponſalib.2.part.cap.7.§.ſexto.num.8.cap.8.§.duodecimo.num.*3. Petr. Nicol. Mozz. *de matrimonio,cap. de naturalibus matrimonii, num.*18. atque hæc canonica diſpoſitio petita videtur ex ſacris literis, *Matth.5. & 19.Paul.1.ad Corinth.6. & 7.2.Corinth.2.Petr.1.cap.*3.

De cauſa civili judex militaris non judicat, [a] neq; de cauſa privata Procurator Cæſaris. [b] 43

[a] *l.2.C.ſi a non competent.judice.* [b] *l.1.C.de Pedan.judic.*

Cauſas fiſcales coram judice Cameræ Imperialis agitari, & dijudicari abs eo convenit. 44

Ordinat. Camer. *Imperial.tit.*28. Andr. Geyl. *lib.1.obſerv.practicar.obſerv.*10. Quæ ſint cauſæ fiſcales vide *comm. in dict.ordin.ad dict.tit.*20. Quæ præterea cauſæ ad Cameralem pertineant judicem, docet Andr. Gayl. *lib.obſervat.pract.obſervat.1. & ſeqq.* Roding. *lib.1. pandect. Cameral.*

Cauſæ feudales, ſi lis ſit inter vaſallos, coram domino feudi, excutiendæ ſunt: [a] ſin inter dominum & vaſallum contentio fuerit, pares curiæ regulariter judices erunt. [b] 45

[a] *Tit.55.§.penult.tit.34. in princ.lib.2.feud.tit.18.in princ.lib.1.feud.c.ex tranſmiſſa,extr. de foro compet.c. caeterùm,extr.de judic.* [b] *tit.16. in princip.tit.20.in princ.tit.39. §.ſi inter dominum,dict.tit.55.§.penultim.verſ.ſi verò libr.2.feud.*

46 Judex datus in cauſa proprietatis, ſi non de proprietate, ſed de poſſeſſione judicet, ſententia ejus minimè proprietatis cauſæ nocet.

l.3.C.ſi à non competent.judic. Obſtare videtur *c.1. extr. de cauſa poſſeſſ. & proprietat.*

47 Sic judex datus ad actionem locati, ſi judicet de pecunia credita, ſententia ejus nulla erit.

l.1.C.ſi à non competent.judic.

48 Qui item judex ad certam quantitatem conſtitutus eſt, extra eam cognoſcere non poteſt. [a] Quod ſi tamen diverſis actionibus quis agat, quarum ſingularum quantitas legitimam ſummam non aſcendat, conjunctæ autem ſummæ efficiant juſtam quantitatem, nunquid admittenda eſt ea cauſa? Negamus. [b] Sortis tamen & cenſuum coacervatio in Camera admittitur. [c]

[a] *l.penultim.ff. de juriſdict. §.ſed hoc jure, Inſtit.de Attilian. Tutor. & Novell. 15.* Fürſtlich Württembergiſch New Landrecht / *part.1. titul.7.pag.47.* Index enim ſi de majori ſumma, quam eſſet ejus poteſtas judicat, ſententia nulla eſt. *Novell.15. cap.3. §.fin. & cap.6. §.1.* Gilhauſ. *in arbor.judic.civil.part.2.c.8.n.19.* Hinc exceptionem ſummæ non appellabilis in quacunq; judicii parte ſecundæ inſtantiæ opponere poteſt. Mynſing. *cent.3 obſ.89.* Quin & ipſe judex illam parte etiam non opponente attendit. Gail. *lib. 1. obſervat. 123. n.2.* [b] *l.ſi idem 11. in princip.ff.de juriſdict.* Præjudicia Cameralia *in verb.ſumma appellabilis.* At diſſentit Mynſinger. *centur.5.obſervat.83.num.4. &* Andr.Gayl. *lib.1.obſervat.123.n.3.* [c] Mynſing. dict. loco. Ruland. *de commiſſ. part. 4. lib. 8. cap. 13. num. 16.* Vide Græveum. *lib.1.pract.concluſ.123. num.4.*

49 Ut judex primæ inſtantiæ, ſic & appellationis judex de certa tantum quantitate, ſæpenumerò judicare poteſt. [a] Sic in Camera Imperiali appellationes regulariter non recipiuntur, ſi ſumma, quæ petitur, hodie ſit infra 300. florenos. [b] In Ducatus quoque Wirttembergenſis ſummo judicio cauſæ 50. minores non recipiuntur. [c]

[a] *Novell.31.c.1.§.3.verſ. & quia ſummo.* [b] Abſchied zu Speyr, in Anno 1600. gehaltenem Deputation Tag / *pag.8.* Olim erat ſumma 150. flor. *Receſſus Imperii Spirenſis de Anno 1570.* Andr.Gayl. *libr.1.obſervat. practicar.obſervat.123.n.1.* Mynſinger. *centur 4.obſervat.40. in fin. & centur.5.obſervat.83.n.ultim.* Matth.Stephani *de juriſdict.lib.2.c.1.part.1.membr.2.n.207* [c] Fürſtlich Württembergiſch Hoffgerichts Ordnung / *part.2.tit.2.§.* Die Sachen / & Landrecht / das Alte / *part.1.pag.129.§.* Würde aber / das New / *part.1.tit.59.pag.173.*

50 Ea tamen in re ſummam libello petitam ſpectamus, non quantum debitum, aut adjudicatum ſit in prima inſtantia, conſideramus.

l. penultim. & ultim. ubi Bartol. Bald. Ang. Jaſ. Dec. & alii, *ff.de juriſdiction.* Bald. *ad l. ſi per alium, in fine.ff.ne quis eum, qui in jus vocatur,* Mynſing. *C.5. obſervat.93. num.3.* Andræas Gayl. *dict.obſervat.123. num.3.* Fürſtlich Württembergiſch Hoffgerichts Ordnung / *pag.35. §. penult.* Vid. Dn.Beſold. *in diſput.1.ad Statut. Wurttemb. theſ.106.* Gilhauſen. *in arbor. civil. fol.598. num. 28.* Hodie in Camera Imperiali inſpicitur in quo appellans gravatum ſe ſentit. Dn.D.Beſold. *de appell.cap.7. num.17.* Dinaiſius *verb.appellatum.§.8.*

51 Licet autem pendente lite creverit valor rei, nihilominus Judex limitatam habens juriſdictionem de cauſa cognoſcere, & judicare poterit.

Mynſin-

Mynſinger. *cent.*3. *obſervat. ultim.*

Adhæc ut competens ſit Judex, deſideratur, ut juriſdictioni ipſius perſonæ inter quas judicat, ſint ſubjectæ, Sic judex Eccleſiaſticus inter Clericos judicat; judex ſecularis inter laicos. 52

c ſignificaſti, c. ſi diligenti. extr. de foro competent. l. cum clericis 25. & *l. omnes* 33. *Cod. de Epiſco.* & *Clericis.* & *Novell.* 123. *cap.* 21. *Si quis contra aliquem,* Andreas Gayl. *lib.* 1. *de pace public. cap.* 1. *num.* 14. 17. 18. & 19. Mynſinger. *cent.* 1. *obſervat.* 67. Fachin. *lib.* 1. *controv.* 44. Tuſchus *practicar. concluſ. lit. L. concluſ.* 8. & *ſeq.* Et Iudex Laicus ab Eccleſiaſtico inhiberi poteſt. Cavalcan. *deciſ.* 9.

Quandoque tamen judex aliquis cognoſcendi & judicandi poteſtatem ſortitur inter eos, in quos juriſdictionem ratione ſubjectionis nullam habet, vel non habet in partem alterutram: Id, quod variis contingit modis; Et primum quidem ratione domicilii, id eſt habitationis Rei conventi, qui ſolus juriſdictioni judicis eſt ſubjectus. Actor enim licet alienæ ſit juriſdictionis, forum tamen rei ſequi tenetur. [a] Et mariti forum ſequitur uxor ejus, non ſolùm quandiu nupta eſt, ſed & vidua facta, donec ſe alii viro junxerit. [b] Patroni item forum ſequuntur liberti, eorumq; filii [c] ac ſervus habitus ex ſervitutis poſſeſſione in libertatem proclamans, forum ſequitur domini. [d] 53

[a] *l.* 2. *C. de juriſdict. l. ultim. ubi vide Sichardum. C. ubi in rem act. c. cùm ſit generale, extr. de foro competent.* [b] *l. Filii* 22. §. 1. *ff. ad municip. l. exigere* 65. *ff. de judic. l. penult. in princ. ff. de juriſdict.* [c] *d. l. Filii, in princ. ff. ad municipal.* [d] *l.* 1. *C. ubi cauſa ſtatus ag. deb.* Vide Coler. *de proceſſib. executiv. fol. m.* 377. & *ſeqq.*

Quòd ſi poſtquam conventus eſt reus alibi forum habere cœperit, nihilominus prius forum retinet. 54

d. l. 2. *C. de juriſdict.* & *l. penult. in princ. ff. de juriſdict.*

Ratione quoque loci, ubi vel contractum, vel delictum commiſſum eſt, in contrahentes, vel delinquentes juriſdictionem judex adquirit. Ubi enim quis contraxit, vel deliquit, ibidem etiam judicem competentem ſortitur. 55

l. 1. *l.* 2. & *l.* 3. *ff. de reb. auctor. judic. poſſid. l. heres* 19. §. 1. & §. *proinde,* & *l. ſeq. ff. de judic.* Prosper. Farinac. *tract. criminal. lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 7. *n.* 1. & *ſeqq.* latè Vultejus *vol.* 1. *conſ. Marpurgenſ.* 18. *per tot.*

Loci quoque ratione, ubi res, quæ petitur, ſita eſt, judex efficitur competens, ſive de poſſeſſione ſive proprietate agatur. Et certè volente Reo, ſolum eo loco agendum erit. 56

l. & *l. ult.* utrobique Dn. Vultejus *C. ubi in rem act. l. quod* 38. *ff. de judic. cap.* 3. *extr. de foro competent. l. unic. C. ubi de poſſeſſ. ag.* Donell. *lib.* 17. *cap.* 17.

Hinc pluribus locis competentem quis habet judicem pro arbitrio ſcilicet actoris. [a] Sic fideicommiſſum non modò ubi hæres, aut fideicommiſſarius Trebellianus domicilium habet, etiamſi res ibi non ſit, [b] ſed & ubi hæreditas relicta dicitur, [c] peti poteſt. Quin etiam ubi ejus pars melior eſt. [d] 57

[a] *dict.l.heres* 19. *in fine.ff.de judic.l.*1.& *l.*2.*ff.de rebus autor.judic.poſsid.* [b] Hæres enim ſequitur forum defuncti.*l.heres* 19. *in princ.ff.de judic.* [c] *l.unic. C.ubi de fideicommiſſ.* [d] *l.ſi fideicommiſſum* 50. *ff.de judic.* vide Donell. *lib.*17.*commentar.cap.*15.

58 Hereditatis item controverſia terminanda eſt, non ſolùm ubi domicilium habet, qui convenitur; ſed & ubi res hæreditariæ ſunt ſitæ, ſi ibi reperiatur poſſeſſor.

l.ſi ſuſpecta 29. §. *ult.ff.de inoff.teſtamento,* & *l. unic.* ubi Vultejus *C. ubi de hered.agatur,* & *ibi* Cujac. *in paratit.*

59 Judicium quoque cœptum, atq; ita præventio, competentem efficit judicem, [a] non modò ſi lis jam conteſtata ſit, [b] ſed & ſi in jus vocatio aliquem occuparit. [c]

[a] *l.ubi* 30.*ff.de judic.* Andr.Gail.*lib.*1.*obſerv.practicar. obſerv.*32. *n.*6. [b] *l.penult. ff. de juriſdict.* [c] *l.ſi quis poſtea,quam* 7.*ff.de judic.*

60 Hinc, quo loco priùs de poſſeſſione actum eſt, quicunque is erit, eodem etiam loco de proprietate rei agi debet, etiamſi rebus integris reus ibi ſe defendere non cogeretur, puta, quia res alibi ſita eſt: ſiquidem continentia cauſæ dividi non debeat.

l. Nulli 10. ubi Sichard. *C.de judic. c.*1. ubi Iohan. Gœddæ. *num.*28. & *ſeqq. extr. de cauſa poſſeſſ.* & *proprietat.c.*1.§. *ſed judex.extr.de ſequeſtr.poſſeſſ.* & *fruct.* Menoch.*libr.*2.*de arbitr judic.centur.*4.*caſu* 371. & *ſeqq.* Andr.Gail.*dict.obſerv.*32.*num.*11.

61 Hinc item judicio accepto ſubjicitur actor reconventioni, ſive mutuæ petitioni Rei conventi in eo loco, in quo ipſe actor litem movit, quamvis priùs ibi judicium pati non cogeretur.

l. Qui non cogitur 22.*ff.de judic.* & *tot.tit.extr.de mutuis petit.* vide Donell.*lib.*17.*comment cap.*18.*pag.*18. & *ſeq.*

62 Unde Clericus ſi agat contra laicum coram judice ſeculari, ibidem etiam reconveniri à laico poteſt; niſi reconveniatur de cauſa ſpirituali, cujus ſit incapax judex ſecularis.

Mynſig.*poſt alios centur.* 2.*obſervat.*67.*num.*1.

63 Coram paribus autem curię mutua petitio ſive reconventio locum non habet, [a] ut nec coram arbitro. [b]

[a] Mynſing.*cent.*4.*obſerv.*90. Vultejus *lib.*2.*de Feud.cap.*3.*num.*9. Rudinger.*lib.*2.*quæſt.feudal.*47.*per tot.* Andr.Gail.*lib.*1.*obſerv.practicar.obſerv.*1.*n.*57. [b] Marant.*de ordin.judic.part.*4. *diſtinct.*6.*num.*12. Mynſing.*dict.centur.*4.*obſervat.*90. *verſ.ſic etiam vulgò receptum.*

64 Eſt & illud hic monendum, quod conventio & reconventio eadem ſententia terminari debent, ſi de utraq; pariter liqueat. [a] Non tamen eſt nulla ſententia, aut proceſſus, ſed appellari poteſt, ſi judex ſecus agat. [b]

[a] *c.*1. ubi Dd.*extr.de mutuis petit.* Mynſing.*centur.*1.*obſer.*10. [b] *l.*1. §. *ult.ff. Quæ ſententiæ ſi appellat.reſcind.* Marant *dict.diſtinct.*4.*n.*12.

65 Adhæc competens efficitur judex, conſenſu litigatorum; ut ſi litigatores ſubjiciant ſe volentes judici illi, cujus juriſdictioni aliàs ſubjecti non ſunt. Quod eſt prorogare juriſdictionem judicis: Id quod fit dupliciter; conventione, & re ipſa ac facto.

*l.*1.& *l.*2.*ff.de judic.l.ſi per errorem* 15. & *l ſi convenerit* 18.*ff. de juriſdict.l. Ille, à quo* 13 §. *penult.ff.ad Senatusconſultum Trebell.* & *l.inter* 28.*ff.ad municipal.*

Conven-

Conventio illa ſi nuda fuerit, licet alterutri mutare voluntatem,[a] non etiam ſi fuerit ſtipulatio.[b] 66

[a] *d.l.ſi convenerit 18.ff.de juriſdict.* [b] *arg.§.conſtituta,Inſtit.de actionib.*

Re & facto ſe ſubjicere juriſdictioni quiſq; intelligitur, qui vocatus ad judicem non competentem audientiam ejus elegit,[a] puta litem conteſtando & fori præſcriptionem omittendo.[b] 67

[a] *l.1.C.de juriſdict.omnium judic.* [b] *l.ſed etſi ſuſcepit 52. in princ.ff.de judic.l.4. C. de juriſdict.* Fori præſcriptio ante litis conteſtationem opponenda eſt, *l.ult.C. de except.* lite ſemel conteſtata repeti non poteſt, *l.Pomponius 40.§.ultim.ff.de procurat.* Qui autem ſaltem apud judicem ſibi genus actionis edi deſiderat, in judicem conſenſiſſe non videtur, *l. Non videtur 33.ff. de judic.*

Neceſſe tamen eſt, ut in quem conſenſerunt litigatores, juriſdictioni præſit. 68

d l.1.ff.de judic.& l.3.C.de juriſdict.

Duo autem ſunt, quæ hunc litigatorum conſenſum impediunt, error ſcilicet,[a] & vis magiſtratus.[b] 69

[a] *d.l.2.in princip.ff.de judic.& d.l.ſi per errorem 15.ff.de juriſdict.* [b] *d.l.2. in fin.principij, ff. de judic.*

Deniq; ex privilegio quoque actoris vel rei competens judex eſt. Pupillis etenim, viduis, infirmis, & qui perpetuo morbo laborant, licet adverſarios ſuos impetrato reſcripto evocare in aulam ſive comitatum Principis; quo etiam, ſi conveniantur, revocare poſſunt. 70

l.unic.C.quando Imp.inter pupill.

Imperatoris Romani competens & ordinarius Judex eſt Elector Palatinus. 71

Aurea bulla,tit. vom Rechten deß Pfaltzgraven/vnd Hertzogen zu Sachſen/*§.* vnd wiewol. Reinking. *de regim.ſecul.& Eccleſiaſt.lib.1.claſſ.2.cap.2.num.51.*

Habent & Principes, ac principali dignitate illuſtres immediatè Imperio Romano ſubjecti, ex privilegio quodam primæ inſtantiæ ſuum judicē, ſecundū der Außträg. Acturus etenim Princeps contra Principem ejuſmodi mittit ei libellum actionis, qua adverſus eum experiri cogitat, ſimulque ipſum requirit, ut ſe judicio ſubmittat. Requiſitus intra quatuor ſeptimanarum ſpacium, à die requiſitionis computandum acturo nominare debet quatuor Principes, qui cum imperio ſunt, eoſq; partim Eccleſiaſticos, partim ſeculares, non tamen ex una domo, ſive familia natos. Ex his quatuor Principibus Actor eliget unum itidem intra quatuor ſeptimanas, Electus Princeps, qui commiſſarius Cæſaris appellatur, etiam invitus recipere in ſe judicandi officium tenetur, niſi excuſationis cauſas habeat graviſſimas. Quòd ſi Princeps reus, ita ſemel requiſitus intra prædictum tempus nullum nominet, tum Princeps actor in Camera Imperiali citationem, alioſq; proceſſus impetrare poteſt. 72

Cammergerichts Ordnung /*part.2.tit.2,* Mynſing.*centur.1. obſervat.91.* latiſſimè Gilhauſen *in arbor.civil.cap.1.part.1.§.8 fol.51.* adde Dn. Beſold. *in theſaur.practic.lit.A. num.78. in verb* Außträg.

73 Quòd ſi Prælatus, Comes, civitas Imperialis, aut nobilis immediatè Imperio ſubjectus, judicio cõvenire velit Principem aliquem, petere ab hoc, ſine tamen oblatione libelli actionis, in ſcriptis tenetur, ut per ſuos conſiliarios de controverſia judicet. Quo facto Princeps ille intra menſis ſpacium actori ſuis ſumptibus judicium novem conſiliariorum, nó ſuſpectorum una cum citatione decernet, quorum quinque ſint ex nobilitate, & quatuor ex Juriſconſultis, remiſſo illis, quantum ad libertatem ex æquo & bono judicandi pertinet, ſolenniter omni juramento, & fidelitate, qua Principi ſint obligati.

Cammergerichts Ordnung *part. 2. tit. 4.*

74 Liberum tamen eſt actori de novem illis conſiliariis intra terminum præfixum, eligere quinque aut ſeptem, coram quibus hoc judicium expediatur.

Cammergerichts Ordnung/ *d. tit. 4. §.* Zum andern.

75 Poteſt quoq; Princeps reus ita requiſitus, actori nominare tres Principes non ſuſpectos, ex quibus actor unum, quem voluerit eligendi poteſtatem habeat, quem ita elegerit actor, is judex erit, & cognoſcendi pronunciandi jus habebit.

dict. tit. 4. §. Zum dritten.

76 Integrum quoque eſt actori per libellum ſupplicem à Cæſarea Majeſtate petere, ut ea commiſſarium deſignet, qui cauſæ cognitionem in ſe ſuſcipiat, eumque non ſuſpectum, & qui vel ex ſupremis ſit Prælatis, vel Comes aliquis.

dict. tit. 4. §. Zum vierdten.

77 Liberum & illud eſt acturo, ut novem integræ famæ, & exiſtimationis viros ipſi Principi reo nominet, ex quibus Princeps duos eligat. Quo caſu viciſſim Princeps novem de ſuis Conſiliariis, ex quibus actor prioribus illis duobus tres adjungendos eligat, ut ita hi quinque cauſam, examinent, & ſententia ſua dirimant.

dict. tit. 4. §. Zum fünfften.

78 Eſt & alia via, qua uti contra Principem talis actor poteſt, hæc ſcilicet, ut duos non ſuſpectos, & graves, ac ſapientes, ac totidem etiam ipſe Princeps ex conſiliariis ſuis, vel aliunde adſcitos deputet, coram quibus quatuor in cauſa ipſa procedatur: qui quatuor, ſi in terminanda lite diſſentiat, jus habent optandi quintum, einen Obmann/ ex voluntate tamen & conſenſu litigatorum, qui ſi diſſentiant in optione quinti, negocium refertur ad Imperatorem, qui commiſſarium non ſuſpectum quatuor illis electis adjungat.

dict. tit. 4. §. Zum ſechſten.

79 Integrum eſt & illud contra Principem acturo huic, ut quinq; de conſiliariis ipſius Principis eligat, qui controverſam diſceptent cauſam, & ſua ſententia dirimant. Quòd ſi Princeps tot non habeat Conſiliarios, ex ejus Præfectis officialibus, aut vaſallis nobilibus eum numerum ſupplere poteſt.

dict. tit. 4. §. Zum ſiebenden.

Deniq; poteſt Princeps ab uno prædictorum conventus novem nominare conſiliarios, juramento Principi dato, quo ad eam litem ipſis remiſſo, quorum quinq; nobiles eſſe oportet, à quibus novem deputatis cauſa cognoſci, & executio fieri debet. Atque coram his partes in ſcriptis procedere, & ſinguli quidem litigatores quatuor ſaltem ſcripta, eaque dupla, non plura edere jubentur, & unumquodq; intra ſeptimanas 4. In tertio autem pars quælibet omnia ſua jura, omnes exceptiones, & defenſiones: In quarto ſolam concluſionem, nihil verò novi proponere debet. 80

dict. tit. 4. §. Zum achten. & §. *ſeq.*

Quòd ſi è contra Prælatus, Comes, Baro, eques auratus, vel nobilis Imperio immediatè ſubjectus, conveniatur ab aliquo Principe, duplex propoſita eſt via. Una, qua ipſi Principi actori permiſſum eſt, ſui ſtatus commendarium, non ſuſpectum, nec à rei domicilio ultra duodecim miliaria diſſidentem, à Cæſarea Majeſtate impetrare, coram quo vigore ordinationis procedatur. 81

Cammergerichts Ordnung *part.* 2. *tit.* 3.

Altera via eſt, qua prædictus aliquis Reus, debitè requiſitus, ipſi Principi actori, tres Principes nominare tenetur, ex quibus Princeps actor ſibi unum, coram quo actionem proponat, eligere poſſit. 82

dict. tit. 3. *verſ.* Oder ſoll der Churfürſt.

Civitas verò vel ſubditus, ſi ei lis moveatur, etiam à Principe ſuo, in Camera Imperiali conveniri poteſt. 83

Mynſing. *centur.* 5. *obſerv.* 1. Andr. Gail. *lib.* 1. *obſerv. pract. obſerv.* 1. *nu.* 18.

Contrà verò, ſi ſubditus, vel alius quidam privatus non immediatè imperio ſubjectus, Principem imperii convenire volet, non poteſt Princeps cogere actorem, ut coram ejus conſiliariis litiget, ſed liberum eſt actori unam ex illis eligere viis, quas ſupra theſi 66 & aliquot ſeqq. propoſuimus; niſi Princeps pro ſe conſuetudinem contrariam habeat. 84

dict. part. 2. *tit.* 4. *§. ult.* Mynſing. *dict. centur.* 5. *obſerv.* 1. Gail. *dict. obſerv.* 1. *nu.* 15. Vide Me *de* [illegible] 1. *nu.* 75. Dn. D. Beſold. *in delibat. jur. ex lib.* 2. *ff. num.* 16. *in princ.*

Si Prælatus aliquis, vel Comes, vel Baro, vel eques auratus, vel nobilis immediatè imperio ſubjectus conveniatur ab alio ejuſdem ordinis, uno ex [illegible] modis competens eſt judex, quorum alterum actor eligere poteſt. [illegible] hic eſt, ut Reus ad requiſitionem actores tres Principes non ſuſpectos, neque à domicilio actoris ultra duodecimum lapidem diſſitos nominet, e quibus actor, quem volet, eliget, coram quo vigore ordinationis[a] in cauſa procedatur.[b] 85

[a] *Part.* 2. *tit.* 3. & *tit.* 4. §. Zum dritten/daß der Churfürſt/ & *dict. part.* 2. *tit.* 2. §. darauff/ *dict. part.* 2. *titul.* 5. *in princip.* Quòd ſi reus ad requiſitionem actoris non tres, ſed unum, vel [illegible] Princeps nominaverit, abſque ulteriore requiſitionis neceſſitate, decurſo men-[illegible] cauſa recto tramite ad Cameram devolvitur, ita, ut ſupplicanti de legitima requiſi-[illegible] proceſſus, puta citatio decernatur, Gail. *libr.* 1. *obſervat. pract. obſervat.* 1. *num.* 35. & *ſequent.*

Alter

86 Alter modus hic eſt, ut actor ab Imperatore commiſſarium, minimè ſuſpectum, nec ultra duodecim miliaria à domicilio Rei diſſitum, impetret, ſub quo ſecundum ordinationis formam, [a] cauſa ventiletur, & decidatur. [b]

[a] *part.2.tit.3.& tit.4.§.* Zum vierdten/ *& §.* Zum achten/ [b] *dict.part.2. titul.5.Verſ.* Oder wo ihme.

87 Quòd ſi prædictorum aliquis conveniatur ab eo, qui mediatè Imperio eſt ſubjectus, Camera Imperialis competens judex eſt, etiamſi actor ſubditus ſit Rei, licet item actor ſit nobilis.

Pertext. *in ordinat.part.2.tit.27.& notatur ad tit.4.§.ult.ac docet etiam* And. Gail. *lib.1.obſerv.pract.obſerv.1.nu.17.& nu.46.* Mynſing. *centur.1.obſerv.89.*

88 Hinc etiam civitas Imperialis, ſi cöveniatur à ſubditis ſuis, vel aliis privatis, Camera Imperialis judex competens eſt: niſi ex privilegio, vel longiſſimi temporis præſcriptione ſingulares judices (beſondere Außträg) & ſic alibi primam inſtantiam habeat, ut Argentina, Ratisbona, Memminga, Noriberga, Wormacia, Eslinga, Reitlinga, Schvveinfurt, Dünckelſpiel.

Andreas Gail. *dict.obſervat.1.numer.20.* Vultej. *ad dict.l.1.numer.47.Cod. ubi Senator.vel clariſſ.*

89 Eſt & illud hîc notandum, quòd executio ſententiæ à Commiſſario Cæſaris, vel à judicibus ordinationis, der Außträg latæ, competentem habet judicem ipſam Cameram Imperialem.

Andr. Gail. *dict.obſervat.1.num.52.& ſeq.*

90 Adhæc ex privilegio competens judex ſtudioſorum eſt Rector Univerſitatis.

Auth.habita C.ne filius pro patre, ubi vide Sichard. *num.16.& ſeqq.Cod.ne filius pro patre.* Et licet ſcholaris tres habere dicatur judices, Rectorem Vniverſitatis, Epiſcopum loci, & Præſidem loci, ut probant ex dict. Auth. *& §.ultim.proœmij ff.* attamen hoc habet privilegium, ut coram alio, quam Rectore invitus conveniri non poſſit. Sichard. *dict.loco,* & Vult. *ad l.1.num.127.C.de juriſdict.* adjunge Hunn. *in tract.de privileg.ſtudioſ.cap.2.q.3.& ſeq.* Friſch. *reſolut.quæſt. competatne Rectori merum Imperium.* In Leydenſi Academia id privilegii habent ſtudioſi, ut ipſis etiam agentibus Rei quamvis exteri teneantur ſequi forum Rectoris, ut refert Donell. *lib. 17. comment.cap.20.*

91 Hactenus de judice competente. Forum competens eſt locus ille, in quo judex competens de cauſa inter litigatores ſuæ juriſdictionis cognoſcere, & pronunciare poteſt. Atq; hic locus dicitur territorium in judice municipii cujuſque, [a] & terminus urbis in judice Romę, [b] & in præſide provinciæ terminus provinciæ. [c] Intra quos fines tantùm quiſq; magiſtratus, ſive judex exercere juriſdictionem poteſt, extra illos privatus eſt. [d]

[a] *l.ult.ff.de juriſdict.* [b] *l.ultim.ff.de offic.præfect.urbi.* [c] *l.10.& l.16.Cod.Theod de accuſat.* Cujac. *in lib.1.Pauli ad edictum, in princip.* [d] *l.3.ff.de offic.præſid.dict.l.ult.ff.de juriſdict.l.ult.ff.de offic proconſul.& dict.l.ult.ff.de offic.præfecti urbis, & l.nullı 28.§.Quòd ſi in vico 4.C.de Epiſcop.& cler.*

92 Quia verò judex ſuam exercet juriſdictionem inter perſonas ſuæ juriſdictioni ſubjectas, idcirco forum cujuſq; judicis, dicitur quoq; forum actorum, & forum rei.

... & l. 2. *In criminali §. in princ. C. de jurisdict.*

Inter Principes Imperii orta lite, forum competens eſt, ex ordinatione 93
der Außträg/Civitas aliqua, Commiſſario Cæſaris, judici electo ſubdita, &
ab ipſo partibus nominata.

Cammergerichts Ordnung/*part. 2. tit. 2. §. 1.* De Auſtragis vide Gilhauſen. *in arbor. civil. ... 1. part. ... §. quomodo 8.*

Si contra Principem judicio experiri velit prælatus, Comes, Civitas Im- 94
perialis, aut nobilis imperio immediatè ſubjectus, ex ordinatione der Außträ-
ge/ quò ad primam & ſecundam viam [a] forum competens eſt aula Prin-
cipis Rei. [b]

[a] *De quibus ſupra theſi 73. & 74.* [b] Cammergerichts Ordnung/*part. 2. tit. 4. in princip. ibi,* ... dem Hofe/ & §. Zum andern.

Tertia ordinationis via ſi fuerit electa [a] forum competens eſt territoriū 95
Principis judicis electi. [b] Si quarta placuerit via, [c] forum competens erit
...er ipſius Commiſſarii Cæſaris conſtituti judicis territorium. [d]

[a] *De qua in theſi 75.* [b] *dict. tit. 4. §.* Zum dritten, *Vult. ad l. 1. n. 37. C. ubi Senatores vel clariſſ.* [c] *De qua theſi 76.* [d] *d. tit. 4. §.* Zum vierdten/ ... vor welchem.

Quintam quod attinet viam, [a] licet judicii locus ordinatione definitus 96
non ſit, rationem tamen ſi ſpectes, forum competens eſſe videtur territo-
rium Principis conventi.

[a] *De qua theſi 60.* [b] Vt ſentit etiam Vult. *ad dict. l. 1. num. 39. Cod. ubi Senator. vel clariſſ.* ...rpzov. *in Capitul. Cæſar. cap. 9. num. 20.*

In ſexta, ſeptima, & octava via, [a] ſimiliter judicii locus deſignatus non 97
eſt, attamen & hic Principis Rei territorium competens eſſe forum judi-
camus.

De quibus in theſi 60. 63. & 64. [b] Regulariter enim actor forum Rei ſequitur. *dict. l. 2. & ... princip. Cod. de juriſdict.* De his vius vide Matth. Stephani *de Iuriſd. libr. 2. part. 1. cap. 3. ... 3.*

Quod ſi primi ordinis quiſquam puta Princeps aliquis convenire velit 98
aliquem prædicti ſecundi ordinis, [a] forum competens eſt territorium Prin-
cipis electi judicis, [b] & quidem ex uſu das Hofgericht/ oder Cantzley. [c]

[a] ... *ſupra theſ. 64. & ſeq.* [b] Cammergerichts Ordnung / *ibi,* doch dem Antwörter vber ... Theil nicht entlegen. [c] Vult. *ad dict. l. 1. n. 45. C. ubi Senator. vel clariſſ.*

Quòd ſi viri ordinis ſecundi inter ſe litigare velint, ſimiliter forum cō- 99
petens eſt territorium judicis electi.

Cammergerichts Ordnung/*part. 2. tit. 5. ibi,* vnd dem Kläger vber zwölff Meil nicht entſeſ- ... Oder wa jhme/*ibi,* vor demſelbigen.

Sequitur de judice ſuſpecto. Suſpectus judex eſt, quem alterutra litigan- 100
tium pars juſta ex cauſa rejicere poteſt. Et primùm recuſare quis poteſt, ut
ſuſpectum judicem, quem ſibi inimicum eſſe affirmat.

... *pariter, in fin. princip. ff. de liberali cauſa, & c. ſecundò requiris, 41. §. Tertiò poſtulas. extr. de appellat. can. quod ſuſpecti, 3. q. 5.* Marant. *part. 6. Rubr. de appellat. n. 35.* Cauſæ ſuſpitionis quæ ... vide Motlani *in Empor. part. 1. tit. 2. in præmiſſ. nu. 199.* Lancell. *de offic. prætor. in cauſ. civil.* ... *nu. 1... & ſeqq.*

Poteſt & ille ut ſuſpectus recuſari, què altera pars nominatim petiit: niſi 101

hoc ſpecialiter à Principe ad verecundiam petiti judicis reſpiciente permittatur.

l. obſervandum, 47. ff. de judic.

102 Recuſari quoque ut ſuſpectus poteſt is, qui adverſario eſt conſanguineus, vel amicus, vel affinis, vel ejus ſocius. [a] Item recuſari poteſt Judex Auſtrëgarum. [b]

[a] *c. poſtremò 36. extr. de appellat. c. Inſinuante, extr. de offic. & poteſtat. jud. delegat. & c. argument. l. 3 ff. de teſtibus, & c. accedens 4. extr. Ut lite non conteſtat.* Lanfranc. *in aurea pract. cap. 3. num.* 10. Marant. *part. 6. Rubric. de appellat. num.* 29. & 38. [b] Mynſing. *cent. 2. obſer.* 53. Rutger Ruland. *de commiſſ. part. 2. lib. 3. cap. 5 num. fin.*

103 Poteſt quoque judex amoveri ut ſuſpectus, ſi adverſarii dominus fuerit.

c. cauſam quæ, extr. de offic. & poteſt judic. deleg.

104 Ut & ſi penè conſimilem habeat cauſam, ut metus ſit, fore eum favorabiliorem illi parti, quæ conſimilem cauſam agendo, vel defendendo tuetur.

c. cauſam quæ, 18. extr. de judic. Lanfr. *dict. cap. 3. num.* 10.

105 Non ex prædictis tantùm cauſis, ſed & quavis alia juſta cauſa recuſare judicem litigator poteſt.

dict. c. Poſtremò, ibi, vel ex alia juſta cauſa ſuſpectus, extr. de appellat. Plures cauſas proponit Marant. *dict. part. 6. Rubr. de appellat. nu.* 26. & *multis ſeqq.* Plebſt. *diſp. 1. theſ.* 5.

106 Sed quæſtio eſt controverſa, poſſitne ut delegatus, ſic & ordinarius judex ſuſpectus recuſari? Ajenti parti noſtrum calculum addimus, ut canonico, [a] ſic & civili [b] jure moti.

[a] *c. Suſpicionis. extr. de offic. & poteſt. judic. deleg. c. cum ſpeciali, extr. de appellat.* Lanfranc *in aurea practica, cap. 3. num.* 3. Mynſinger. *cent. 4. obſervat.* 59. Donell. *libr. 17. commentar. cap.* 25. *pag.* 106. Gabriel. *lib. 2. concluſ. tit. de judic. concluſ.* 5. Zanger. *de except. p. 2. cap. 4. n* 23. [b] Per *l. Qui juriſdictioni* 10. *ff. de juriſdict.* Donell. *dict. libr. 17. cap. 21. in princip. & cap. 25. pag.* 106. At diſſentit præter alios etiam Lanfranc. *in aurea pract. cap. 3. nu. 3. per Novell. 86. cap. 2. & Auth. ſi vero contigerit. C. de judic.* vide etiam Menoch. *de Retinenda poſſeſſ. Remed. 3, nu.* 192. Brunchorſt. *cent. 1. travr. aſſ.* 66. & Dn. D. Beſold. *in delibat. ff. ad lib. 5. ff. q.* 14.

107 Quæritur & illud, ſitne jure neceſſum, ut cauſa ſuſpicionis exprimatur, ac doceatur ab ea parte, quæ contra judicem ut ſuſpectum excipit? Jure civili cauſæ expreſſionem & probationem ut ipſi ſuſpecto judici fiat, haud eſſe neceſſariam dicimus; Canonico [b] autem jure, & de conſuetudine [c] ſecus eſſe ſtatuimus.

[a] *l. apertiſſimi 16. ubi Dd. C. de judic.* Mynſinger. *centur. 3. obſerv.* 63. Donell. *lib. 17. commentar. cap.* 25. Qui autem dedit Judicem Magiſtratui *exponi debet. l. ſi pariter 9. in princip. ff. de* [illegible] *cauſ.* Niſi ille abſit longiſſimè ut ſi ab Imperatore ſit datus. *l. apertiſſimi ön. & l. ult. Cod. de judic.* [b] *c. cum ſpeciali. extr. de appellat. c. ſecundò requiris, §. ult. & c. ſuſpicionis, extr. de off. & poteſt. deleg.* [c] Mynſing. *cent. 3. obſer.* 63. Vide Morlam *in Empor. part. 1. tit. 2. in præmiſſ. nu.* [illegible] Seſſe. *deciſ.* 41. *vol.* 1.

108 Regulariter autem recuſationis exceptio coram judice recuſando in ſcriptis opponenda eſt ante litis conteſtationem, & quidem ante dilatorias cæteras: [a] Niſi poſt litem conteſtatam inciderit. [b]

[a] *d. l. apertiſſimi* 16. ubi Dd. *C. de judic. c. Inter monaſterium 20. extr. de ſent. & c.* [illegible] Mynſing. *cent. 4. obſerv.* 59. Quòd in ſcriptis opponenda ſit hæc exceptio patet ex [illegible] *ſimi, ibi, libello recuſationis ei porrecto,* & docet poſt gl. Mynſing. *ad c. Quia* [illegible] *judicat.*

[illegible] Dn. D. Beſold eleganter *in d. diſſ. ad lib. 5. ff. q. 15. ubi late.* Vide Dn. Plebſt. *diſſ. 1. ad ſta-* [illegible] *ttenb. the. 9.* [b] *l. Iulian. 17. ff. de judic.* Myning. *d. cent. 4. obſer. 59.* Donell. *d. c. 25. p. 106.*

Cognoſcit autem de cauſa ſuſpicionis arbiter ad hoc datus: [a] & interim 109
ſuſpenditur juriſdictio judicis, ut pendente recuſationis cauſa non poſſit
ad aliquem actû procedere. Sin proceſſerit, pro nullo habetur proceſſus [b]

[a] [illegible] *ſuſpicionis cauſa, extr. de offic. & poteſt. deleg. d. c. cum ſpeciali, & d. c. ſecund. requiris, §.* [illegible] *ti. de appell.* Mynſing. *c. nt. 3. obſ. 63.* De judicis, vel adieſſoris recuſatione hodie cognoſcūt [illegible] *aſſeſſores, qui arbitri illius loco ſunt.* [b] Mynſing. *cent. 4. obſ. 59.* Ide Mynſing. *ad c. Quoniā* [illegible] Non deſunt tamen, qui contrarium ſentiunt, ut oſtendit Mynſing. *d. loco.* Vide etiam Scac- [illegible] *jud. li. 1. c. 66 n. 13.* Raiger. *diſſ. 1. ad proceſſ. th. 25.* Vmm. *diſſ. 1. n. 52.* Cach. *deciſ. 15. per tot.*

Supereſt ut diſpiciamus, quibus modis judex eſſe deſinat. Deſinit autem 110
quis judex eſſe, primùm lege dationis; Ut ſi juſſus ſit inter certum tempus
judicare, litemq; dirimere. Eo enim tempore elapſo licet non judicaverit,
judex tamen eſſe deſinit: Niſi litigatores conſenſu juriſdictionem ejus
prorogaverint: [a] modò tamen prorogatio iſthæc non excedat lege defini-
tum tempus, [b] id eſt triennium, intra quod ab accepto judicio cauſæ civi-
les determinari debent [c]

[a] [illegible] *ſi & judex. ff. de jud.* Rosbach. *in proceſſ civil. t. 72. n. 12.* Hiltrop. *in proceſſ. part. 1. t. 7.* [illegible] [b] *l. ſi judex 32. ff. d. t.* [c] *l. properandū 13. §. 1. C. eod. t.* quem locū jure canonico, *ſc. c. pen. extr.* [illegible] correctū putat, ut Donell. *lybr. 17. comm. c. ult. in fin. ſic.* & alii, quos memorat. Mynſing. [illegible] *obſ. 48.* Id tamen rectè negat Cujac. *ad d. c. pen.* cæterùm in Camera Imperiali, & aliis ju- [illegible] propter cauſarum multitudinē hodie lapſu triennii inſtantia non perit. vide Mynſing. *d.* [illegible] *& cent. 1. obſ. 51.* Vide Trentacinq. *Var. reſol. libr. 2. t. 1. concl. 4. & t. de ſent. concl. 5.* Myn- [illegible] *obſer. 44.* Vant. *de nullit. cap. 9. nu. 112.* Vide Marant. *in ſpecul. part. 5. nu. 58.* Theſaur. [illegible] *per tot.*

Deinde etiam ſolvitur judicium vetante eo, qui judicare juſſerat: vel 111
etiam eo, qui majus imperium in eadem juriſdictione habet: vel etiam, ſi
ipſe judex ejuſdem imperii eſſe cœperit, qui judicare juſſit: [a] cum par in pa-
rem imperium habeat nullum, ut cogi hic ab illo judicare non poſſit. [b]

[a] [illegible] *ium 58. ff. de judic.* [b] *l. 3. & ſeq. ff. de recept. arb. & l. de qua re 74. ff. de judic.*

Si quoq; unus ex pluribus delegatis judicibus moriatur, ſolvitur ipſum 112
judicium: Niſi aliud in delegatione fuerit expreſſum.

[illegible] *uno delegatorum, extr. de offic. & poteſt. judic. deleg.*

[illegible]te autem delegantis magiſtratus non expirat judicis dati officium. 113

[illegible] *or 49. §. ult. ff. de jud.* ſed obſtare videtur *l. & quia 6. ff. de juriſd. & l. meminiſſe 10.* [illegible] *Procons.* Vide Me *de Iuriſdict. c. 6. 59.* Wurmbſer. *pract. obſervat. tit. 2. obſ. 3. & tit. 6.* [illegible] Vide Moſium *in Empor. part. 1. dict. tit. 2. in præmiſſ. nu. 92.*

Adhæc finitur judicium, ſi judex datus deprehendatur eſſe minùs ido- 114
neus, ut ſi furere cœperit: [a] vel in eam inciderit valetudinem, ut ſuis rebus
ſupereſſe non poſſit, [b] vel neceſſaria quædam profectio, aut rei familiaris
[illegible] obſtet judici, quo minùs judicare queat. [c]

[a] *l. Iudex 46. ff. de judic.* [b] *l. Prætor 13. in princip. ff. de vacat. & excuſat. muner.* [c] *l. ſi longius* [illegible] *princ. ff. de judic.*

Etſi verò prædictis modis perſona judicis ſubducatur, judicium tamen 115
non mutatur, ſed idem manet quod prius, & in ſubducti judicis locum
alius ſubſtituitur.

[illegible] *mortuo 60. l. Proponebatur 76. ff. de judic. & facit Novell. 134. ut nulli jud. c. 6.*

Yy 2 CLASS.

CLASS. VI. DISPUT. III.

DE ASSESSORIBUS, TABELLIOnibus, & Apparitoribus Iudicij.

THESIS I.

DIſpiciendum nunc de judicii adſeſſoribus, tabellionibus, & apparitoribus.

2 Adſeſſores judicii ſunt juris prudentes, qui conſiliis ſuis judices adjuvant. [a] Iidem etiam Conſiliarii appellantur, [b] item conſiliorum judicialium participes, [c] tum etiam Comites, [d] & portio judicum. [e] Vocantur germanicè Beyſitzer. [f]

[a] *l.Velut.7.C.de aſſeſſorib.* Specul.*lib.1.tit.de aſſeſſor.§.1.* aſſeſſor, ait, eſt is, quem ille, qui judicandi poteſtatem habet, ſibi aſſociat, ut ſibi in cauſæ cognitione aſſideat, vel aſſiſtat, & re[ct]è ad decidendum cauſam inſtruat. Vid. perelegantem tractat. Antonii VVintheri *de offic. Aſ[ſeſ]ſor.part.1.& 2.* Hiltrop.*in perelegante proceſſ.fol.m.109.* [b] *l.penultim.ff. de offic.aſſeſſor.l. . l in Conſiliariis 10.& duabus ll.ſeqq.C.de aſſeſſor.& Novell.17.cap.15.§.feſtinabis. Novell.6 . cap. 2.& Novell.82.cap.2.judices itaque.* [c] *l.1.C.de aſſeſſor.* [d] *l.4.ff. de aſſeſſor.* [e] *l.omnes C. Theod. [de h]is, qui adminiſtr. vel off.pub.ger.* Cujac.*ad l.1.in prin.ff.de juriſdict.& ad leg.2.ff. Quod quis jur.in al.ſtat.& in parat.C.de aſſeſſor.& in lib.3.Pauli ad edict.pag.35.& libr.4.obſerv. 21.* Keyſ.Cammergerichts Ordnung *part.1.tit.3.4.5.6.7.& 8.* Fürſtl.Württemberg.Hoffgerichts Ordnung *part.1.tit.3.*

3 Circa aſſeſſores autem conſideramus, tum qui judices publico ſalario adhibere Conſiliarios hoſce queant, & qui eligendi ſint aſſeſſores, tum quomodo conſtituantur aſſeſſores, & quod horum ſit officium; tum etiam quæ aſſeſſorum ſint præmia; quæ item pœnæ ipſorum, cum in officio delinquunt.

Vide omninò Everhard.Speckan.*cent.2.claſſ.4.quaſt.38.*

4 Adhibere aſſeſſores publico ſalario poſſunt illi tantum judices, qui magiſtratus ſunt, quales olim erant præfecti prætorio, præſides, proconſules, prætores: [a] hodie verò Principes, Comites, Barones. [b] Dati autem judices aſſumere aſſeſſores publico ſalario nequeunt, niſi à Principe ſint dati. [c]

[a] *l.4.ff.de offic.aſſeſſ.l.1.l.2.d.l.Velut.7.l.in conſiliariis,10.l. non minus 11.& l.ſeq.l ultim. [ne]c ſit conceſſum Cod. de aſſeſſor.* interdum etiam præſidibus à Principe dabantur aſſeſſores *[l.] abeſſe 32.ff.ex quibus cauſis major.* [b] Hi enim hodie ſunt loco præſidum provinciarum. *[No]vell.60.cap.2.* ubi Cujac.*& Novell.82.in princ.* & ibi Cujac. Donell.*lib.18.comment. cap.2 pag. 112.in princ.& pag.115.lin.36.& ſeqq.*

5 Quod ſi ergò Judex delegatus aſſeſſorem ſibi adjungat, de propriis ſuis pecunia ſalarium ei dare jubetur: niſi verè egeat adſeſſore, quo caſu partibus non ſuſpectum aſſumere poteſt, moderato ei conſtituto & à partibus præſtando ſalario,

[illegible] *ſtatutum.11. §.aſſeſſorem*, ubi gloſſ. & Canoniſt. *tit. de reſcript. in* 6. Ex quo loco intelligi- [illegible] quod quidem Iudex omnis, qui magiſtratus non eſt, ſed delegatus, vel datus judex, ad- [illegible] in conſilium poſſit aſſeſſores, vel non, pro ſuo arbitrio, modo ex ſuo proprio marſupio [illegible] illis præſter. Id quod de arbitrio judicis docet etiam Specul.. *lib.* 1. *tit. de aſſeſſore §.* 2. [illegible] B[illegible] proque ad *Auth. ad hac. num.* 2. *C. de judic.* notat, quod judices quoque de legati [illegible] & conſiliarios habere poſſunt.

Et licet hodie civitatum magiſtratus ſuos habeant aſſeſſores, puta ſena- 6 [illegible]tores judiciales, attamen ex ſtatuto, vel moribus ſuper lite dubia juriſperi- [illegible] quibus acta judiciaria domum mittunt, conſulere ſolent.

[illegible]m Wirtembergicum hac *de re extat in* Fürſtl. Württemberg. new Landrecht / *part.* 1. [illegible] von Bey und Endortheiln *pag.* 156. *in pr.* Debet autem judex omnia acta ad conſulto- [illegible] te[illegible], ut tradunt Dd quos collegit Aſin. *in praxi judiciorum §.* 25. *c.* 23. Sed ad quid te- [illegible]ex, qui ſecutus eſt conſilium ſapientis, & malè judicavit, vide Hartman. Piſtor. *obſer-* [illegible]

Quin etiam ipſi litigatores quibuſdam in locis de conſuetudine petunt 7 à judice, ut in cauſa controverſa non ſuſpectorum Juriſconſultorum judi- cium exigat; alicubi etiam ipſæ partes nominant juriſperitos, puta Scabi- [illegible] Saxonia, quos conſultos volunt. Sed an conſuetudo hæc valeat nec [illegible]bium vocatur? Speculator non valere ſcribit; [a] alii verò eam con- ſuetudi[n]em probant, [b] quos & nos ſequimur. [c]

[a] [illegible] 2. *tit de requiſit. conſilii.* [b] quos refert & ſequitur Aſin. *in praxi jud. §* 25. *cap.* 1. *nu.* 1. [c] [illegible] *judices* 8 *ff. de jud* & *l. ſi convenerit* 26. *ff. de re jud. ſed obſtare videtur text. in cap. ad* [illegible] 3. *ext. de conſuetud.* & *in Nov.* 124. *cap.* 1.

Quid vero ſi ſtatutum vel conſuetudo permittat judici, ut in cauſa liti- 8 gioſa juriſperitos conſulat, nunquid integrum eſt judici, ut etiamſi inter- [illegible]toria tantum ferenda ſit, juriſprudentis conſilium petat? Alii negant, alii affirmant. [a] Nos affirmantium ſententiam, quæ communior eſt, ſequi- mur. [b]

[a] [illegible] collegit Aſin. *in praxi judic. dict. §.* 25. *c.* 3. [b] *argument. cap. cauſſam matrimonii.* 16. [illegible] *recens extr. de offic.* & *poteſt.* & *l.* 2. *ff. de juriſdiction.*

Quæritur & illud, ſi ſtatutum vel conſuetudo permittat litigatoribus 9 [illegible] à judice, ut JCtorum judicium de lite ſua deſideret, an etiam poſt [illegible] concluſionem à judice id petere poſſint? Et licet non pauci id ne- [illegible], [a] nobis tamen affirmantium opinio arridet. [b]

[a] [illegible] refert & ſequi videtur Aſin. *in d. §.* 25. *cap.* 5. [b] tum quia allegationes & informatio- [illegible] puta Dd. conſilia etiam poſt concluſionem exhiberi poſſunt, Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſerv.* [illegible] v. 1[illegible]7. *n.* 13. tum etiam per text. *in l.* 1. *verſ. Sed nec, ad nos C. de relat.* ſed obſtare vi- [illegible] *t. in cap. cum dilectus* 9. *ibi, exhibere ante, quam ſit in cauſa concluſum, ext. de fide in-* [illegible]

Judex tamen conſilium JCti ſequi neceſſariò non tenetur; [a] niſi ſtatu- 10 [illegible] requirat nominatim, ut ſapientis conſilium ſequatur, quo caſu, ſi ju- [illegible] ſecundum illud non pronunciet, ſententia ipſo jure nulla eſt. [b]

[a] [illegible] *text. in cap. cū olim.* 7. *ext. de arbitr.* & *l.* 1. *§. ſolent. verſ. magis, ff. Quando appelland. ſit l.* [illegible] *§. mando* 24. *verſ. ultim. ff. de leg.* 2. *l.* 2. *§. ult. ff. mand.* & docent Dd. quo recenſet, [illegible] *in d. §.* [illegible] *cap.* [illegible] [b] per text. *in l. impuberibus* 7. *in princ. ff. de ſuſpect. tutor.* & *in §. impu-* [illegible] 1[illegible]. *dict. tit. cap. cum in veteri* 52. *extr. de elect. cap. cum dilecta, extr. de reſcript. cap. ve-*

 rabili

nerabilis 37. §. ult. extr. de offic. & poteſt.: judic. deleg. l. ſi expreſsim 19. ff. de appell. l. 1. §. Item cum contra 2. ff. quæ ſententiæ appellat. reſcind. l. 2. C. Quando provoc. non ſit neceſſ. & cap. cum inter 13. ext. de ſentent. & re jud. & docet Sebaſt. Vant. *poſt alios, de nullit. ſentent. ex defectu juriſdict. ord. n. 152. §. ſi verò fuerimus.* Aſin. *d. §. 25. c. 10. verſ. limitatur præcedens regula, & c. 11*

11 Petit autem judex conſilium ſapientis cum illo eget, utriuſque partis expenſis, [a] niſi ab unà tantum parte fuerit petitum, altera contradicente, quo caſu deſiderantis tantum expenſis petitur, [b]

[a] *per d. cap. ſtatuta, 11. §. aſſeſſorem de reſcript. in 6.* [b] ut communiter Dd. ſentiunt, quos citat & ſequitur Aſin. *in d. §. 25. c. 29.*

12 SEQUITUR qui eligendi ſint aſſeſſores Aſſumi autem in aſſeſſorum numerum debent juris, ac morum, ſive conſuetudinis forenſis periti, [a] fama & exiſtimatione integra: nec refert liberti ſint, vel ingenui. [b]

[a] *l. 1. ff. de offic. aſſeſſor. & l. 1. C. de aſſeſſor. l. 2. ff. quod quiſque jur. in al. ſtat.* Sic Papinianus Iuriſconſultus cum Præfectus prætorio eſſet, aſſeſſores in ſuo auditorio habuit Paulum, Ulpianum alioſq; Iuriſconſultos, ut arguit *l. lecta 40. ff. de rebus cred.* [b] *l. 2. ff. de off. aſſeſſor.*

13 Ordinatio Cameræ Imperialis non modò juriſperitiam & exiſtimationem illæſam in aſſeſſoribus omnibus deſiderat, ſed & ut duo ſint generoſi Comites vel Barones, cæteri vero nobiles, juris tamen periti & practici, aut Doctores ſive Licentiati, qui publica aliqua in univerſitate à Cæſarea Majeſtate confirmata, vel jura aliquandiu docuerint, vel ut minimum juris ſtudio integrum quinquennium inſumpſerint, & præterea tractandis cauſis forenſibus ſe prius alicubi exercuerint.

Kåyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 3.* Dergleichen ſollen. Licet autem eadem ordinatio *t. 1. §.* nemlich wollen/ requirat & illud, ut Cæſarea Majeſtas nomine hereditariarum provinciarum ſuarum, quas in Imperio Romano poſſidet, duos præſentet aſſeſſores nobiles, item ut aſſeſſorum, quos præſentant Principes Electores ſex, & ſex circuli, pro parte dimidia Equites ſint, pro parte dimidia Doctores vel Licentiati juris; attamen iſthæc diſpoſitio de Equitibus non ita præcisè obſervatur, ſed loco nobilium præſentantur & recipiuntur etiam Doctores & Licentiati, ut notatum legimus ad *dict. titul.* 1. Quin etiam nobiles illi antiquæ ſint familiæ vel novitii, non admodum attenditur, ut ad eundem *tit.* 1. *commentarii nuper editi* arguunt.

14 Præterea eadem ordinatio Cæſarea & illud exigit, ut aſſeſſores legitimè ſint nati, graves item, & benè morati.

Cammergerichts Ordnung/ *part. 1. dict. tit. 3. §.* Dergleichen ſollen/ *Anno* 1556. *Menſe Julio* quidam non admiſſus dicitur, quod patrem illegitimè natum habuit, ut refert autor commentariorum *ad dict. tit. 3. ad verb.* ehelicher Geburt.

15 Requirit eadem ordinatio, ut aſſeſſores Camerales ſint natione Germani, [a] item Pontificiæ, vel Auguſtanæ Confeſſionis. [b]

[a] *dict. tit. 3. §.* Deßgleichen ſollen/ *ibi*, auß Teutſcher Nation geboren / Mynſinger. *cent. obſerv.* 31. Ioach. à Beuſt. *ad leg. 3. num. 37. pag. 142. in fin. de jurejurando.* [b] *d. t. 3. §.* Und beſonderheit.

16 Etſi verò jure Juſtinianeo in patria ſua, vel in ea provincia, ex qua oriundus erat, adſidere aliquis prohibebatur, [a] attamé ſi provincia poſtea fuerit diviſa, & ſub duobus præſidibus conſtituta, ex altera ortus, in altera adſidere poterat. [b] Poterat etiam aliquis quatuor menſes in ſua provincia adſidere, [c] ut & civis in conſilio curatoris Reipub. civitatis ejuſdem. [d] Quin

etiam ſpeciali beneficio Imperator permittebat aliquando, ut in ſua provincia aliquis adſideret. [e]

[a] *leg. in Conſiliariis 10. C. de aſſeſſor.* [b] *l. 3. C. de offic. aſſeſſor.* [c] *dict. leg. in Conſiliariis 10. C. de aſſeſſor. & l. hi qui in provincia 37. ff. ex quibus cauſis major.* [d] *l. ultim. ff. de off. aſſeſſor.* [e] *dict. [illegible] in provincia 37. ff. ex quibus cauſis major. & dict. leg. in Conſiliariis 10. C. de aſſeſſor.* [illegible] & cæteri eum ſecuti vulgò Interpp. non hanc novam exceptionem faciunt, ſed conditionem & temporamentum exceptionis ſecundæ.

Quod vero de Clerico ſentiendum, nunquid hic in ſeculari judicio aſſeſſor eſſe poteſt? Negamus. 17

[illegible] *in cap. 1. verſ. in placitis cap. non magnoperè, verſ. undè, & cap. ſeq. & cap. clericis [illegible] prin. & verſ. jubemus. cap. ſententiam 9. in pr. & verſ. nec quiſquam, & verſ. ſeq. cap. ult. [illegible] ibi, ad audiendum leges, ext. ne cler. vel monachi. Specul. lib. 1. tit. de aſſeſſore §. debet au[illegible], num. 3.*

VIDEAMUS modum adſcribendi aliquem in ordinem aſſeſſorem. In Camera Imperiali ex ejus ordinatione jus nominandi & præſentandi adſeſſores eſt penes Cæſaream Majeſtaté, Principes Electores, & ſex ſtatuum circulos. Cæſarea Majeſtas ut ipſum judicem Cameralem ordinat ex principibus Eccleſiaſticis vel ſecularibus, vel minimum ex Comitibus aut Baronibus Imperii, ita quoque tanquam Imperator nominat etiam aſſeſſores Comites vel Barones duos, & totidem juris Doctores vel Licenciatos, tum etiam nomine ſuarum provinciarum hereditariarum, quæ ſub Imperio ſunt [illegible] nobilitate ſimiliter duos, vel ex conſuetudine, ut & ſupra meminimus, Doctores vel Licenciatos duos. Sex principes Electores nominant adſeſſores ſex, atque ità ſinguli unum. Circuli verò illi ſex præſentant ac nominant duodecim, ſinguli minimum duos, tam ex ordine Equeſtri, quam Doctoribus & Licentiatis Juris. 18

[illegible] Cammergerichts Ordnung, *part. 1. tit. 1. & ibi autor commentariorum ad eandem or[dinatio]nem.*

Quod ſi jam hujus vel illius ſtatus aut circuli aſſeſſorum aliquis vel mo[rte] [illegible] vel aſſeſſuram [a] deponat, tunc judex Cameralis confeſtim ſcribere [illegible] ad eum ſtatum, aut circulum, à quo aſſeſſor ille nominatus & præ[ſentatus] fuit, eique mandare, ut intra menſes ſex in deficientis aſſeſſoris lo[cum] alios præſentet, qui intra prædictum tempus duos aut tres aliòs idoneos mittere ac præſentare judicio Camerali cogitur; quo facto Judex & [aſſeſ]ſores ex illis magis idoneum eligunt. Quod ſi illorum neminem inve[niant] [illegible] habilem, alios præſentari jubent, quod niſi intra prædictos illos [illegible] ſex menſes fiat, poteſtas eſt penes Cameralem judicem & adſeſſores [ad]ſcribendi aliquem ex diſtrictu ejuſdem ſtatus aut circuli, in quo nemine [illegible] idoneus ſit, ex proximi ſtatus aut circuli ditione virum aſſeſ[ſorem] [illegible] in ſuo ordini adſcribunt. [b] 19

[a] A[ſſeſ]ſura eſt officium aſſeſſorum, *leg. ultim. ff. de proxenet.* [b] Käyſerlich Cammergerichts [Ordnung] *part.* [illegible] *tit. 4 §.* Wo auch alſo *& §§. ſeqq. ubi in § ult.* diſponitur, quod ſi ſtatus aut [illegible] duntaxat præſentet, hunc etiam ſi idoneus fuerit, cooptari in ordinem aſſeſſorum poſſe.

[illegible] verò ſub uno quoq; circulo plures & varii ſtatus ſint, [a] attamen judex Ca- 20

dex Cameralis non ad eos omnes ſcribit. Quod enim ad primum attinet circulum, ſi ejus defecerit aſſeſſor, ſcribitur duntaxat Wurzeburgenſi, Eiſtetenſi & Brandeburgenſi. In ſecundo circulo, ſi aſſeſſor præſentatus defecerit, ſcribitur ſolummodo Salzbrugenſi & Bavaro. In tertio circulo ad Auguſtanum & Wirttembergenſem. In quarto ad Argentinenſem, Fuldenſem & Lotharingicum. In quinto ad Monaſterienſem & Juliacenſem. In ſexto ſcribitur tantum Magdeburgenſi & Saxonico. Additur tamen in literis, ut prædicti cæteri etiam judicare illud velint. [b]

[a] Ut oſtendit ordinatio Cameralis *dict. part. 1. tit. 2.* [b] *ut teſtatur commentarius ad eundem tit. 2. nuper editus.*

21 Cæterùm quia circuli cujusque Principes diſcordare facilè poſſunt in præſentandis novis aſſeſſoribus, iccirco inter primi ordinis Principes ita tranſactum eſt, ut Eccleſiaſtici hac vice, altera autem vice ſeculares præſentent.

Ut arguit dictus commentarius *ad eundem tit. 2. part. 1.*

22 Ad modum adſcribendi aſſeſſores & illud pertinet, quod priuſquam aſſidere in judicio poſſunt, jurisjurandi religione ad juris & legum obſervationem aſtringi jubentur, non modò ex ordinatione Cameræ Imperialis [a], & locorum ſtatutis, [b] ſed & communi, uti remur, jure, [c] quamvis nonnulli diſſentiant. [d]

[a] Cammergerichts Ordnung/ *part. 1. titul. 57.* [b] velut ex ſtatuto Wirttembergico, in der Hoffgerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 9. pag. 19.* [c] tum quia aſſeſſores ſunt quædam judicis portio, dicta *leg. omnis Cod. Theod. de his, quæ adminiſtrat. trad. ſunt*, & chartis judicũ ſigna ſua imponunt, *l. ult. C. de aſſeſſor.* Quemadmodum ergò judices jurare tenentur, *l. rem non novam 14. C. de judic. & Novell. 8. cap. ult.* ita aſſeſſores, tum quia & advocati jurare neceſſe habent. *d. leg. rem non novam 14. §. Patroni autem C. de judic.* multò magis ergò aſſeſſores; tum poſtremo, qui magiſtratus per aſſeſſorum præſentiam complere judiciorum partem dicuntur, *in Novell. 82. in pr. Verſ. noſtris enim.* [d] Donell. *lib. 18. comment. c. 2, pag. 115, lin. 40.*

23 Proximum nunc eſt, ut de officio aſſeſſorum diſpiciamus. Omne autem officium aſſeſſoris eſt explicare judici, cui aſſidet, ea quæ ex legibus deſcendunt, & ad jus pertinent, [a] atq; ita judicem juvare conſiliis ſuis: [b] & conſiſtit ferè in cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis. [c]

[a] *Novell. 82. in princ. Verſ. noſtris enim.* [b] *l. Velut. 7. C. de aſſeſſor.* [c] *l. 1. ff. de offic. aſſeſſor.*

24 Cognitio quidem judicis maximè eſt, non aſſeſſoris: [a] verùm quid in unaquaq; forenſi quæſtione & diſceptatione pecuniaria vel criminali, publica vel privata, ex juris præſcripto cognoſcendum ſit, judicem aſſeſſor docet. [b]

[a] *l. 3. §. cognoſcit. ff. de offic. præf. Vigil. L. ubicunque 195. ff. de reg. jur.* [b] *d. l. Velut. 7, C. de aſſeſſor. & d. Novell. 82. in pr. Verſ. noſtris enim.*

25 Poteſt tamen hodie magiſtratus jubere aſſeſſores ſuos cognoſcere cauſas, modò apud ipſum litis conteſtatio & ſententiæ publicatio reſervetur: itemq; ultima cognitio, id eſt, cauſæ concluſio coram eo peragatur.

Novell. 16. c. 2. & Auth. ad hæc C. de jud. ultima cognitio eſt, cum allegationibus & approbationibus finem litigatores imponunt. Cujac. *ad d. Novell. 60.* & Donell. *lib. 18. comment. cap. 2. pag. 116. in princ.*

Idem

Idem etiam de Principis & Papæ delegatò ſentiendum.

d. Nov. 40. c. 2. & cap. ſuper quæſtionem in pr. verſ. quòd ſi delegatus à nobis. ff. de offic. & po- 26
teſt. deleg.

Quandoq; etiam aſſeſſores ipſi juriſdictionem habent, puta, ſi à popu- 27
lo, [a] vel ſtatuto, aut conſuetudine iſthæc eis data ſit, [b] vel à magiſtratu
delegata. [c] Quibus tamen caſibus aſſeſſores propriè non ſunt, ſed judi-
ces. [d]

[a] Specul. *libr. 1. tit. de aſſeſſore. §. officium. numer. 1. & ibi* Iohan. Andr. *in addit.* [b] Bart. *ad l. præcipimus. 32. §. quòd ſi à duce. verſ. idem de aſſeſſore Cod. de appellat. ad dict. leg. 1. n. 3. ff. de offic. aſſeſſor.* Donell. *lib. 18. commentar. cap. 2. pagin. 115. lin. 47. & ſeqq.* [c] Bart. *ad dict. leg. 1. num. 3. ff. de off. aſſeſſor.* Iohan. And. *ad Speculat. tit. de aſſeſſore §. officium.* [d] Weſembec. *in parat. ff. de off. aſſeſſor. verſ. ſolent.*

Qualiſcunque autem fuerit aſſeſſor, conſiliis ſuis juvare debet judicem, 28
non ex propria opinione & imaginario ſuo judicio, ſed ſecundum conſci-
entiam probationibus fundatam, & legibus ac juri moribusque probatis
informatam.

§. 1. Inſtit. de off. judic. Novell. 115. cap. 2. in fin. Auth. jubemus in fin. C. de judic. Novell. 82. c. 13. omnis autem Iudex l. non quicquid 40. §. 1. ff. de judic. Clement. ſæpè. §. verùm. & §. ſententiam verò definitivam, ext. de verb. ſignific. & cap. paſtoralis §. quia verò, ubi vide omnino Felin. ext. de off. & poteſt jud. de leg. l. illicitas, ubi Coſtal. ff. de off. præſid. Käyſerlich Cammergerichts Ordnung / *part. 1. tit. 13. in princ. & tit. 57.* Fürſtlich Würtembergiſch Hoffgerichts Ordnung *part. 1. tit. 3. §.* Am Hoffgericht / *& tit. 9. & part. 3. tit. 24. §.* Unſer Hoffrichter und Beyſitzer.

Quia autem aſſeſſoribus, poſteaquam à partibus in cauſa concluſum eſt, 29
univerſa acta ad referendum Judex dare ſolet uni vel duobus (in Camera
Imperiali plerunque in gravioribus cauſis duobus ut minimum commit-
tuntur, referenti & correferenti) [a] operæ pretium fuerit, cognoſcere mo-
dum ac methodum referendi in qualibet cauſa.

Käyſerlich Cammergerichts Ordnung / *part. 1. tit. 13. §.* Und damit deſto dapfferer. De methodo referendi & vota concipiendi vide Herman. Eliam Roſencorb. *in ſyſtem. pract. obſer. c. 2.*

Modus referendi in judicio cauſas ſimplicis querelę, id eſt, primæ inſtan- 30
tiæ, hic eſt. Primò indicatis litigatorum perſonis, conſideranda eſt legiti-
matio perſonarum, & diſpiciendum, ante principalis cauſæ relationem, u-
trum ipſi litigantes habuerint perſonam ſtandi in judicio, aut eorum Pro-
curatores perſonas ſuas ſufficientibus mandatis legitimarint, nec ne.

Specul. *tit. de actore & tit. ſeqq.* Vant. *tract. de nullit. proceſſ. & ſentent. rubric. ult. num. 3. & rubr. 2. de nullitate ex defectu inhabilitatis. ſeu mandati comparentium.* Fürſtl. Würtembergiſchen Hoffgerichts Ordnung / *part. 3. tit. 1.* daß die Partheyen vor allen dingen legitimirt ſeyn ſollen. De modo referendi vide etiam Winter *de Aſſeſſor. part. 2. cap. 9. num. 28. & ſeqq.*

Deinde videndum, an proceſſus debito ordine, vel ordine inverſo ſit 31
ſervatus; ſiquidem ex proceſſus & ordinis defectu nullitas etiam gene-
ratur.

Ut latiſſimè deducit Sebaſtian. Vant. *d. tract. de nullit. proceſſ. ſentent. rubr. 2. de nullitate ex defectu proceſſ.* Mynſinger. *Reſponſ. 2. num. 2. & ſeqq. & Reſponſ. 8. num. 2. & 3. Decad. 1.*

32 Tertiò ubi nullus in perſonarum legitimatione defectus apparet, & proceſſus judiciarius legitimè obſervatus eſt, proindeq; à nullitatis vitio defendi poteſt, tunc univerſi facti ſpecies ſeu caſus, ſuper quo lis eſt, & ſententia ferri debet, quantum fieri poterit, planè, breviter, & ſummariè judici & aſſeſſoribus ex libelli narratis exponendus eſt.

Cum enim ex facto jus oriatur, & in ipſo facto conſiſtat & poſitum ſit jus, *l. ſi ex plagis 52. §. in clivo. ff. ad leg. Aquil.* atque ex factorum diverſitate diverſæ oriantur actiones, Andr. Geyl. *lib. de Arreſt. cap. 5. num. 5.* certè ante omnia de facto conſtare oportet. *leg. Divus 24. ibi, utiq; prius conſtare oportet teſtamentum factum eſſe, ff. de teſtam. milit. l. 1. §. Divus Adrianus, ibi, & ex re conſtituendum hoc, nam ſi gladium ſtrinxit, & c. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* Vid. Roſencorb. *in practic. obſerv. dict. cap. 2. in princ.*

33 Cognito & expoſito facto, referendum eſt, quanam actione experiatur actor. [a] Id quod partim ex ſpecie facti, partim verò, & quidem inprimis ex libelli concluſione & petitione cognoſci & animadverti poteſt. [b]

[a] Nemo enim ſine actione experiri poteſt in judicio, *l. ſi pupilli 6. §. videamus, ff. de negot. geſt. l. qui ſervandarum 14. §. in fin. ff. de præſcript. verb. & dict. l. ſi ex plagis 52. §. in clivo, verſ. nam ſi mul ones, & verſ. ſed ſi mula. & verſ. illud quidem, ff. ad legem Aquiliam,* & niſi competenti actione agatur, non tenet actoris intentio, *l. 1. in princ. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. l. 1. ff. de æſtimat. l. partis. 10. in fin. l. permiſiſti 16. §. ultim. l. Titius 24. verſ. Titius, juncto verſ. Quare Titius. ff. de Praſ. verb.* [b] Ioh. Schneid. *ad §. omnium. num. 117. & ſeq. Inſt. de act.* Andr. Gayl. *lib. 1. obſervat. pract. obſerv. 61. num. 13. & ſeq.* Mynſing. *Reſponſ. 7. num. 3. Decad. 1. & reſponſ. 83. num. 1. Decad. 9. & Reſponſ. 18. n. 4. 5. & Decad. 2.* Hartman. Piſtor. *lib. 1. q. 45. n. 22.* Martin Coler. *de aliment. lib. 3. cap. 8. num. 2.* Schrader *in tract. Feudal. 2. part. 9. part. princ. ſect. 8. n. 8.*

34 Quintò cum de actione jam conſtat, diſpiciendum, utrum actor intentionem ſuam probaverit nec ne, qua in re propoſitæ actionis ſubſtantialia requiſita quæ ſint, cognoſcendum erit, & videndum, an ea per actorem ſint probata, & quomodo, ut inde appareat, utrum competat actori intentata actio, nec ne.

Vide Mynſing. *reſp. 4. n. 8. & reſp. 10. num. 2. 3. & 4. Decad. 1. reſponſ. 11. num. 5. & 6. reſponſ. 12. num. 4. Decad. 2.* Exempli cauſa. Actionis injuriarum verbalium duo ſunt requiſita ſubſtantialia. I. verba injurioſa. II. animus injuriandi. Rei vindicationis requiſita ſimiliter duo ſunt. I. Poſſeſſio ex parte rei. II. dominum ex parte actoris. Actionis legis Aquiliæ itidem requiſita duo ſunt. I. damnum ex parte actoris. II. Culpa vel dolus ex parte adverſarii. Hujuſmodi requiſita an ſint probata ex actis referenti animadvertendum erit.

35 Sextò aſſeſſor referens de rei defenſione advertere diligenter debet, ac diſpicere, num per rei defenſionem & probationem eliſa ſit intentio actoris nec ne.

Ita arguunt varia reſponſa Mynſingeri.

36 Poſt quid pronunciandum & judicandum in cauſa putet, & an pars altera in expenſas condemnanda ſit, vel compenſari expenſæ debeant, quaq; forma concipiendam ac publicandam ſententiam exiſtimet aſſeſſor referens, palam indicare debet.

De hac referendi methodo vide quoq; commentarium *in ordinationem Cameræ Imperialis ad tit. 13* Roſencorb. *dict. c. 2. &* vide Symphorem. *ſupplic. in præmiſſo tractat. method. proceſſ. Camer. Imperial. fol. mihi. 71.*

37 Cæterùm modus referendi in cauſis appellationum hic eſſe nobis videtur, ut primò referens ſimiliter exponat, qui ſint litigatores, ad quos cauſa pertinet

pertinet,& an hi legitimè comparuerint in judicio hoc appellationis, per ſe, vel procuratores ſuos, necne.

Vide Fürſtlich Württembergiſch Hoffgerichts Ordnung / *part.3.tit.1. & authoris. theſi 28. adſcript.*

38 Poſtea conſiderabit referens tum appellationis formalia, tum materialia cauſæ. Formalia appellationis, quæ primùm inſpiciet, conſiſtunt in eo, utrùm debito tempore & modo à jure præſcripto ſit appellatum, & fatalia introducendæ appellationis à parte appellante ſervata ſint, necne.

Andr. Gayl. *lib.1.obſerv.pract. obſer.119. & aliquot ſeqq.* Fürſtlich. Württemberg. Hoffgerichts Ordnung/ *part 3.tit.3.* Alt Landrecht/ *part.1.pag.128.§.* Wann aber/ *pag.131. & §.1. & pag.133.tit.* in welcher Zeit/ *& pag.137. ſed hac de re infrà ſuo loco latè dicetur.*

39 In formalibus appellationis cum nihil deſideratur, referens materialia expendit, diſpiciendo, quod & quale ſit in judicium deductum negocium, ubi tam nullitatem proceſſus & ſententiæ prioris judicis, itemque ſuper ea cauſa juriſdictionem judicis appellationis, quàm iniquitatem ſedulò inſpicit: [a] quamvis interdum omiſſa nullitate, quando ea circa jus poſitivum, non naturale jus, aut circa defectum juriſdictionis commiſſa eſt, iniquitatem ſolummodo examinet. [b]

[a] Andr.Gail. *lib.1. obſer.pract.obſer.77. & obſer.42.n.8. & ſeqq.* Mynſing. *cent.1.obſerv.20.* Fürſtl. Württemb. Hoffgerichts Ordnung/ *part.3.tit.5.* [b] Andr.Geil. *d.lib.1.obſerv.75. n.5. & ſeqq.* Mynſing. *cent.1.obſerv.27.* Eſt quoque maximè attendenda nullitas, & ſuper ea pronunciandum, cum omnia ſunt confuſa, totus nimirum proceſſus inordinatus, acta manca & imperfecta, ita ut judex appellationis ex iiſdem animum ſuum informare ſatis non poſſit. Andr. Geil. *lib.1.obſ.pract.dict.obſer.42.n.6.7. & ſeqq.*

Quod ſi cauſa vel ratione ſummæ, quæ petitur, vel alia ex cauſa ad appellationis judicem non pertinet, memorare illud aſſeſſor referens debet. 40

Per ea quæ tradit Andr. Geil. *lib.1.obſer.pract.obſerv.119.n.7.* Fürſtl. Württemb. Landrecht / *part.1.pag.188.*

Excuſſa nullitate, & cognito, quod ſuper eâ appellationis causâ juriſdictio judicis appellationis fundata ſit (aliàs enim cauſa non recipitur: [a]) merita litis referens ita examinabit, ut diſquirat, non modò ex actis prioris inſtantiæ, ſed & ex novis deductis, [b] num Judex prior benè an malè judicârit. Id quod alia ratione inveſtigare commodè non poterit, quàm ſi & hîc ſecundum intentatę actionis requiſita [c] probationes primum partis agentis, deinde etiam defenſiones rei fideli trutina juſtitiæ libret. [d] 41

[a] Sondern würdt erkennt/ daß die Sach dahero nicht erwachſen/ deßwegen nicht anzunehmen/ꝛc. [b] non enim in inſtantia priori deducta, hîc deduci poſſunt, *l. eos autẽ 6. §. ſi quid autem, & l. in offerendis 35. §. ult. C. de appellat. l. per hanc 4. in princ. C. de tempor. & reparat. appellat.* [c] Illud enim obſervare judex debet, ne aliter judicet, quàm legibus, conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt, *Inſtit. de offic. judic.* [d] *l. judices 9. C. de judic. l. 3. §. ejuſdem. verſ. ult. l. ob carmem 21. §. ultim. ff. de teſtib. l. illicitas 6. §. veritas, ff. de offic. præſid. cap. 1. tit. de ſent. & re judic. in 6. can. nullum 30. quæſt. 5. Can. Deus Omnipotens. 2. quæſt. 1. Can. ſummopere 11. quæſt 3.*

Deniq; referens ſuum addit votum, & indicat, quid judicandum putet, tum ſuper nullitate, ſi ea attendenda ſit, tum etiam de cauſa principali, 42

 itemq;

itemq; expenſis appellationis, & quâ formâ ſententiam concipiendam & publicandam exiſtimat, palàm profatur.

Vide comment. *in ordinat. Cameræ Imperial. ad tit.* 13.

43 [a] EXPOSITO hactenus aſſeſſoris officio, quod in cognitionibus conſiſtit, videndum nunc de eo, quod poſtulationibus continetur. [a] Ipſi quidem aſſeſſores poſtulare, id eſt, advocati eſſe minimè poſſunt: [b] verùm quando apud judicem poſtulationes fiunt, debent aſſeſſores videre, ne quid contra ordinem & edictum de poſtulando in ea re fiat, deque eo, ſi opus fuerit, magiſtratus monere. [c]

[a] In quibus etiam, ut prius dictum, aſſeſſoris officium conſiſtit *d. l.* 1. *ff. de offic. aſſeſſor.* [b] *l. ult. in prin. C. & de aſſeſſor. & fac. l. quiſquis* 6. *in princ. ff. de poſtul.* [c] *per text. in l. nec quicquam* 9. *§. obſervare* 4. *& ſeq. ff. de off. proconſ. & l. quos prohibet* 7. *ff. de poſtul.* Specul. *dict. lib.* 1. *tit. de aſſeſſore §. officium in prin.* Donell. *lib.* 18. *comment. c.* 2. *pag.* 116. *lin.* 10. *& ſeqq.*

44 Conſiſtit quoque, ut dixi, aſſeſſorum officium in libellis, [a] ut ſcilicet videant aſſeſſores, apte vel ineptè agentium & accuſantium libelli ſint concepti, & ſi inepti fuerint, moneant judicem, ut eos reſpuat, rejiciatque. [b]

[a] *leg.* 1. *ff. de offic. aſſeſſor.* [b] *per c.* 1. *& ult. ext. de oblat. lib. cap. exceptionem* 12 *verſ. ult. ext. de except. l.* 3. *§. quod ſi libelli, ff. de accuſat.* Specul. *dict. tit. de aſſeſſore, §. officium.* Donell. *lib.* 18. *comment. c.* 2. *pag.* 116. *verſ. tertio loco & verſ. ſeq.*

45 Quod verò attinet libellos dimiſſorios, quos Apoſtolos appellamus, ut qui appellanti dantur ad judicem appellationis vel principem, [a] licet in illis cõcipiendis aſſeſſores juvare judicem debeant, attamen judex per ſe eis ſubſcribere debet, non per aſſeſſores, niſi id à Principe fuerit permiſſum.

[a] *l. un. in princ. ff. de libell. dimiſſor.* [b] *l.* 2. *C. de aſſeſſor, & Novell.* 126. *c.* 3. *ibi, cum propriâ ſubſcriptione.* In ſupremâ curiâ Wirtembergenſi libellis ſupplicibus, itemque rei cujuſdam expoſitoriis, ad Illuſtriſſ. Principem, tum etiam mandatis judicialibus ſubſcribunt & ipſe Præſes, & aſſeſſorum unus atq; alter.

46 Habuerunt tamen & aſſeſſores ſua ſigilla, quibus certis in negotiis & actibus judicialibus utebantur.

l. ult. §. nec callidis C. de aſſeſſor.

47 Juvant quoque aſſeſſores magiſtratum cui aſſident in proponendis de jure dicendo edictis, itemq; in interponendis decretis, cum bonorum poſſeſſiones dandæ ſunt, cum tranſactiones de alimentis fiunt, cum prędia minorum ſunt alienanda, &c.

d. l. 1. *ff. de off. aſſeſſor.* Specul. *dict. tit. de aſſeſſore §. officium* & Donell. *lib.* 18. *comment. cap.* 2. *pag.* 116. *verſ. Quarto loco, & verſ. ſeq.*

48 In componendis quoq; & dictandis Epiſtolis aſſeſſores juvare tenentur judices, [a] puta ſi ad Principem vel alium ſuperiorem ſit ſcribendum, [b] vel ad præſidem alterius provinciæ, veluti examinandorum, vel evocandorum teſtium cauſa, [c] aut rei mittendi nomine, [d] &c.

[a] *d. l.* 1. *ff. de offic. aſſeſſor.* [b] Specul. *dict. tit. de aſſeſſore, §. officium.* Cùm ſæpè quid incidat, de quo conſulendus eſt Princeps vel ſuperior. [c] *l.* 3. *in f. ff. de teſtib. & cap. præſentium, tit. de teſtib. in* 6. [d] *Novell.* 134. *c.* 5. *ſi verò quis, & l.* 1. *§. præſid. ſ, verſ. ſed & literas, ff. de requirend. vel abſent. damnand.*

49 Convenit & illud aſſeſſorum officio, ne duobus magiſtratibus uno eodemq; tempore aſſideant, vel in judiciis alio quam aſſeſſoris munere, puta advocati fungantur. *l. ult.*

Digitized by Google

l.ultim.C.de aſſeſſor.obſt.l.pen.in fin.ff.de offic.aſſeſſor.& Novell.60.cap.2.§.1.verſ.conſiliarijs autem.

Etſi verò aſſeſſuræ officium ſemel depoſuerit aliquis, attamen magiſtratibus eundem ſecundò, ac tertiò, & ſæpius ſibi adjungere licet. 50

l.licet 1.2.C.de aſſeſſor.ſed obloqui videtur l.nemo.5.C.d.t.

Proximum nunc eſt, ut quæ aſſeſſorum præmia ſint paucis oſtendamus. Labor ipſorum cum mereatur, ut eis quædam proponantur præmia, [a] juris auctoritate cautum eſt, ut in dignitate ſint poſiti, [b] ut liberi ſint & immunes à tutelis, & ab omni indictionum ac munerum onere, non ſolum dum in officio ſunt, ſed & depoſito officio, [c] ut reſtituantur in integrum, ſi dum hujus officii cauſa in provinciis abeſſent, læſi fuerint, damnum acceperint in patria: [d] Item ſi filiifam.ſint, ut res eorum in aſſeſſurâ acquiſitæ jure peculij Caſtrenſis cenſeantur, [e] & poſtremò, ut ex publico eis, qui magiſtratuum aſſeſſores ſunt, Salarium tribuatur. [f] 51

[a] *l.1.C.de aſſeſſor.* [b] *d.l.1.C.d.t.& l.2.ff.de offic.aſſeſſor.facit quod magiſtratuum portio ſunt, d.l.omnis,C.Theod.de his,quæ admin.trad.ſunt.* [c] *l.non ſolum 10.§.ſimiliter ff.de accuſat. l.non minus 11.C.de aſſeſſor.l legato 12.ff.de vacat. Muner.* [d] *l.hi qui in provincia 37.& leg.ſeq.ff. Ex quib.caſ.major.* [e] *l.velut.7. Cod.de aſſeſſor.* [f] *l.4.& l.ult.in fin.ff. de offic. aſſeſſor.& l.4.ff.de var.& extraord cognit.ſed obſtare videtur,l.1.§.proinde 5.& §.ſed & ſi comites 8.ff. dict. tit.* Vide VVinther *in tract.de Aſſeſſor.part.1.*

In aſſeſſorum ſalario annuo illud conſtitutum antiquitus, ut defuncto judice, aſſeſſoribus ſalarium præſtitum reſidui temporis ſolvatur, ſi poſtea cum alio judice tempore illo reſiduo non fuerint. 52

l.ſi addes 19.§.ultim.ff.locati l.4.ff.de offic.aſſeſſor.de quâ lege ut difficili & controverſiâ, vide Cujac.*in lib.4.reſponſ.Papin pag.145.&* Donell.*lib.10.commentar.cap. 2.pag.118.in fin. & pagin.ſequent.*

Quod ſi vero præſes ante tempus, id eſt, præmaturè ſucceſſorem acceperit, reſidui temporis ſalarium aſſeſſoribus non debebatur. 53

d.l.4.in fin.ff.de offic.aſſeſſor.

RELIQUUM eſt, ut de pœnis aſſeſſorum in officio delinquentium aliquid aſpergamus. Et primum ex Pauli JCti ſententiâ definimus, ſi aſſeſſoris imprudentiâ jus aliter dictum ſit, quam oportuit, hoc ipſum non magiſtratui, ſed ipſimet aſſeſſori officere. 54

l.2.ff.Quod quiſq; Iur.in al.ſtatuer. Vide Winther *de aſſeſſ.part.2.cap.fin.*

Quomodo autem id officiat aſſeſſori variant Interpp. Donellus putat, [a] aſſeſſorem hunc pœna edicti, *quod quiſq; juris,* non teneri: ejus tamen nomine teneri ipſummet magiſtratum actione in factum. [b] At alii, inter quos etiam Cujac. [c] arbitrantur, ex eo edicto puniri etiam hunc aſſeſſorem: cui ſententiæ & nos ſubſcribimus. [d] 55

[a] *lib.18.comment.capit.2.pag.* 120. Ratio ejus eſt, quod edictum illud dolum puniat, non imperitiam, quodq; edictum illud jus dicentem duntaxat coerceat, aſſeſſorem autem jus non dicere, ſed jus dicentem conſiliis ſuis juvare. [b] *in comment.in lib.3:Pauli ad edict.pag.36.* [c] *per text.in l.1.verſ.ſi quis apud eum,& in dict.l.2.ff.quod quiſque jur.in al.um ſtat, &c.* Non excuſatur aſſeſſor, quando judex injuſtè judicat, niſi apud acta proteſtetur, & contradicat, *in l. Dum functo,ff.de offic.adſeſſ.* Bald.*in l.Quoniam judices 21.C.de appellat.* Quod enim à judice

ſit, ex conſilio aſſeſſorum fieri cenſetur, Alex. *in d. l. Diem functo.* Proinde adſeſſores pati non debent, ut judex contra rationem juris exorbitet, Lucas de Penna *in l. Omnes C. de Decurionib. libr.* 10.

56 Quod ſi judex conſilio aſſeſſoris appellationem recipere recuſaverit, Jure Juſtinianeo pœnâ triginta auri librarum aſſeſſor punitur.

l. Quoniam judices 21. C. de appellat.

57 Si abſente judice magiſtratu, vel à Principe dato aſſeſſor apud ſe litis conteſtationem & ultimam cognitionem fieri patiatur, ſi advocatus ſit, ex collegio advocatorum rejicitur, ſi non fuerit advocatus, cingulo privatur, & decem librarum auri pœna caſtigatur magiſtratus aſſeſſor: aſſeſſor verò judicis à Principe dati, proprio cadit honore, & inſuper ex civitate pellitur.

Novell. 6. cap. 2. §. 1. & §. 2.

58 Aſſeſſor qui libellis ſubſcripſit, cum id judex ipſe facere debuerit, exilio punitur.

l. 2. C. de aſſeſſor.

59 Ex ordinatione Cameræ Imperialis, aſſeſſor qui aſſeſſuræ & officio ſuo impar aut malitioſè in ſingularibus opinionibus abſque probabili ratione defendendis pertinax ſemper reperitur, removeri ex ordine aſſeſſorum poteſt ac debet.

Kayſ. Cammergerichts Ordnung / *part.* 1. *titul.* 5. & *titul.* 13. §. So auch der Cammer-Richter.

60 DE ASSESSORIBUS hactenus. Sequitur de Tabellionibus & apparitoribus judicum. Tabelliones [a] judicum ſunt ſcribæ judicii, quos jura noſtra Cancellarios, [b] item exceptores [c] tum etiam tabularios & Notarios [d] appellant, vulgò Secretarii hodiè dicuntur, germanicè Gerichtſchreiber. [d] Horum fides etiam jurisjurandi religione adſtringitur, cum opera eorum conducitur. [e]

[a] Quorum fit mentio *in l. moris 9. §. 4. ff. de pœn. l. jubemus 14. §. his tabellionibus C. de SS. Eccleſ. l. 1. Cod. ut nemo ad ſuum patrocin. ſuſcipiat ruſtican. lib.* 11. [b] *l. 3. & l. nemo 5. Cod. de aſſeſſor.* Hodiè verò in Aulis Principum Cancellarij appellatio aliud denotat officium. Conzen. *libr. 7. Politicor. capit.* 25. [c] *l. ultim. Cod. de Caſtrenſianis libr.* 12. [d] *l. Scripturas 11. C. Qui pot. in pig. hab. c. Statutum, §. Notarium, Tit. de Reſcript. in* 6. In Camera tamen Imperatoris alii ſunt ſcribæ judicii, alii ſecretarii, alii ingroſſiſtæ, alii copiſtæ, ut vocant. Cammergerichts Ordnung / *part. 1. tit.* 59. & 79. [e] Kayſ. Cammergerichts Ordnung / *part. 1. tit.* 59. der Gerichtſchreiber vnnd leſer Eyd. Fürſtl. Würtemberg. Hofgerichts Ordnung / *part. 1. titul.* deß *Secretarij* Eyd.

61 Eſt autem tabellionis officium univerſa judicii acta conſcribere, videlicet citationes, dilationes, recuſationes, exceptiones, petitiones, reſponſiones, interrogationes, confeſſiones, teſtium depoſitiones, inſtrumentorum productiones, interlocutiones, renunciationes, concluſiones, ſententias, appellationes, & cætera, quæ occurrunt competenti ordine conſcribenda, loca deſignando, & tempora & perſonas, atq; eorum omnium, quæ conſcripſit, originalia in judicii ſcrinio & Camera conſervare, ut ſi

ſuper

ſuper proceſſu judicii fuerit ſuborta contentio, per hoc poſſit veritas declarari.

Cap. Quoniam. §. ſtatuimus ext. de probat.

62 Eſt & illud hic notandum, quod ſcriba judicii acta ſine conſenſu judicis publicare non poteſt. [a] Nec copiam actorum dari partibus, niſi de mandato judicis. [b] Neque teſtes abſque juſſu judicis recipere. [c]

[a] Bald. *in addit. ad Speculat. Rubric. de inſtrument. edit. verſ. Acta per publicum.* [b] Bald. & Dd. *in l. 2. Cod. de edend. & in l. præcipimus 32. §. In his, Cod. de appellat.* [c] Bald. *in dict. l. præcipimus, & ad l. 2. Cod. de edend. & in addit. ad Speculat. Rubr. de teſtibus verb. Teſtium juramenta.* Sine tamen judicis ſpeciali mandato poteſt judicii ſcriba à litigatoribus recipere libellos, exceptiones, inſtrumenta, &c. Baldus *in Authent. Quæ ſupplicatio, Cod. de precibus Imper. offer.*

63 Apparitores judicii ſunt miniſtri judicum, qui ipſorum juſſa in negociis judicii extra judicium exequuntur. ut ſunt viatores, ſive nuncii, die Gerichts Botten/ magiſtri nunciorum, Bottenmeiſter/ Pedelli, Gerichts Pedellen/ Hofgerichts Knecht.

Keyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 32. 34. 47. 80. 82. & ſeqq.* Fürſtl. Würtemb. Hofgerichts Ordnung/ *part. 1. Tit. 5. &* 6. new Landrecht/ *part. 1. Tit. 7. &* 8.

64 Horum officiũ eſt litigatores in jus vocare, & reliquos judiciales actus, ſibi commiſſos exequi. [a] Quod niſi fecerint rectè, ſuis ſumptibus propriis denuò expedire negocium illud jubentur, [b] & à judice de malè geſtis puniuntur. [c]

[a] *l. Omnes 31. §. Executoribus, C. de Epiſcop. & cler. l. In ſacris 12. C. de prox. ſacr. ſerm. lib. 12.* [b] Andr. Gayl. *lib. 1. obſervat. 54.* [c] Specul. *Rubr. de execut.*

65 Et quia executio eorum, quæ apparatori commiſſa ſunt, pars eſt ſubſtantialis actorum, ita ut ſi non reperiatur, proceſſus vitietur. [a] Iccirco relationem facere tenetur, quæ actis inſeri debet. [b]

[a] *l. Hæc autem §. 1.* ubi Alex. *ff. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur,* & ibi Bart. *num. 1. &* 2. [b] Mynſing. *cent. 1. obſerv. 79.*

66 In dubio autem credendum eſt apparitori, ut jurato, expedita ab ipſo eſſe, quæ ei commiſſa ſunt à judice.

Alciatus *de præſumpt. Reg. 3. præſumpt.* 41. Afin. *in praxi, de ord. judic.* §. 9. *capit. 2. &* 3. Menoch. *de arbitr. judic. libr. 2. caſu* 112. Ang. Imol. Alexand. *in l. Qui bona. §. Qui damni, ff. de damno infect.*

67 Et ut fideles ſint, & diligentes ſuo in officio apparatores jura deſiderant, [a] Non iniqui, & cupidi lucrorum, [b] à quibus ut abſtineant, judex eis definire debet, quid quantumq; ſportularum, & mercedis nomine pro quovis negocio exigere debeant. [c]

[a] *Novell. 82. §. His qui litis, l. Per Illyricum, 9. Cod. de cohortalibus, lib. 12.* [b] *l. 1. & ſeqq. C. de lucris advocat. libr. 12. c. Statutum, §. Notarium,* ubi gloſſ. *in verb. officium, tit. de reſcript. in 6. & tot. tit. C. de fructib. & lit. expenſ.*

CLASS.

CLASS. VI. DISPUT. IV.
DE LITIGATORIBUS,
Actore & Reo.
THESIS I.

Litigatores ſive litigantes ſunt, qui in judicio de quadam controverſa cauſa, ad eam judicis autoritate dirimendam diſceptant, [a] quorum ſi plures fuerint, ab una vel altera parte, vel etiam utrinque conſortes litis appellantur. [b]

[a] *l. inter litigantes.62.ff. de judic.* [b] *t.t.C. de conſortib. ejuſdem litis.*

2 Sed quæritur, ſi unus conſortium, cæteris abſentibus litem movere alicui velit, an adverſarius etiam invitus, eum admittere teneatur? Et dicimus, ſi qui unus ex pluribus etiam diverſi fori agit, pro ſua tantum parte conveniat adverſarium, audiendum eum eſſe, non obſtante partis exceptione.

l.1.C. de conſortib. ejuſdem lit. l. in executione.85.ff. de verb. obligat. l.4.§. ſi fundus.3.ff. ſi ſervitus vindic. l.1. & l.2. C. ſi unus ex pluribus hered. l. ea qua 6. Cod. Famil. herciſc. l. pacto 26. C. de pact. l. ſapè 63. in princ. verſ. nam ſcientib. & verſ. cur. autem, ff. de re judic. Atque ita judicatum meminimus.

3 Quid ſi ex debitoribus pluribus, unus atq; alter in judicio conveniatur, nunquid hic tueri ſe poteſt, exceptione hac, quod habeat conſortes? Negamus ſi pro ſua tantùm parte conveniatur.

d. l.1. C. de conſort. ejuſd. lit.

4 Poteſt etiam communi nomine conſortium unus in ſolidum agere, ſine conſortium mandato, oblatâ ſatisdatione de rato: Item defendere oblatâ ſatisdatione judicatum ſolvi; ſive cæteri, qui modo abſunt litem conteſtati ſint, vel eam ſaltem ordinarint, ſive ſolus ipſe litem conteſtari velit.

l.2. C. d. t. Cujac. *in paratit.*

5 Appellatur autem litigator partis unius, actor; alterius partis reus. [a] Quandoq; etiam his ſe adjungit, quiſpiam pro ſuo intereſſe, [b] quem intervenientem appellamus. [c] De his omnibus igitur ordine agemus.

[a] *Auth. litigioſa, C. de litigioſ. cum ſimilib.* [b] *l. principaliter cauſam.19. C. de liberali cauſa. l. ſi perluſorio 14. ff. de appellat.* [c] ita à practicis vocatur, Andr. Gayl. *lib.1. obſervat.69.70.71. & 72.* Mynſing. *cent.3. obſerv.73.*

6 Actor eſt, qui in judicio à parte adverſa ſibi quid dari vel fieri, aut tradi, reſtituivè intendit, & ad hoc à Judice eum condemnari petit. Unde etiam petitor in jure noſtro appellatur & agere dicitur, Germanicè Kläger.

l. in trib.13. & l. inter litigantes 62 ff. de judic. l. quinquaginta 12. & l. verius 21. ff. de probat. §. omnium autem, verſ. namq; agit, Inſt. de act. l.1. ff. de except. l.1. ff. de edendo. §.1. verſ. ubi gratia, ibi, actio qua intenditur dare te oportere, Inſtit. de except. §. retinendæ, verſ. commodum autem, Inſt. de interdict.

7 De actore autem hæc in jure noſtro proponitur regula: Nemo invitus

agere

agere poteſt. [a] Quâ tamen regula abutitur actor, qui poſt litem conteſtatam contendit, non debere ſe compelli ad perſequendam litem. [b]

[a] l. un. C. ut nemo invitus agere vel accuſare cog. Sed obſtare videtur. l. Julianus. 13. §. pen. ff. de act. empt. l. cùm in plures 60. §. meſſem 5. ff. locati. l. ſi tibi 8. §. fin. ff. de opt. leg. l. ſi ſic legatum 75. §. ult. ff. de leg. 1. & l. 2. ff. ad L. Rhod. de iactu. [b] Nov. 112. cap. 3. in princ. Hiltrop. in proceſſ. judic. fol. mihi 113. & ſeqq.

Reus eſt, qui in judicio convenitur, [a] Sive lite pulſatur, [b] & à quo quid petitur [c] atq; hic in jure noſtro etiam pars fugiens appellatur, [d] & cum eo agi dicitur, [e] Germanicè, Beflagter item Antworter. 8

[a] l. 3. ff. de Probat. [b] l. fruſtra 8. C. d. t. [c] l. non eſt novum 5. & l. ſeq. C. de edendo. [d] l. properandum 13. §. 2. & 3. C. de judic. l. ult. §. ubi autem 3. C. de bon. quæ liber. quia judicium in invitum datur, l. inter ſtipulantem. 83. §. 1. ff. de verb. obligat. [e] l. 3. in princ. ff. de jurejur. & §. 1. verſ. ſæpè enim Inſt. de except.

Sed cùm in tribus illis judiciis, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, & finium regundorum, par omnium cauſa eſt, quæritur quis actor intelligatur, & quis item reus? Et magis placuit eum videri actorem, qui prior in judicium contra partem adverſam provocavit. [c] 9

l. 2. §. 1. ff. com. divid. l. in trib. 13. ff. de judic.

Et licet in interdicto uti poſſidetis uterq; & actor & reus eſſe dicatur, [a] eo quod uterq; ſe poſſidere dicit: [b] attamen iſthoc in judicio eum quoq; actoris partes obtinere putamus, qui prior ad judicium provocavit. [c] 10

[a] l. 3. §. 1. ff. uti poſſid. [b] Donell. lib. 15. comment. cap. 32. pagin. 479. Cujac. in libr. 63. Pauli ad edict. pag. 118. [c] per text. theſi præcedenti adſcriptos.

Idonei autem ut ſint actor & reus, qui in judicio jure conſiſtere poſſint, neceſſe eſt, modo ſententia valere debeat. Et eſt idoneus actor, qui jure nõ prohibetur: cùm generaliter quicquid legibus nominatim prohibitum non eſt, hoc permiſſum & conceſſum videatur. 11

l. nec non 28. §. quod ejus, ff. ex quib. cauſ. major. l. mutus 43. §. 1. ff. d. procur. l. 1. §. 1. ff. de poſtul.

Prohibetur autem actor eſſe ſervus: [a] quippe cum jure civili ſervus pro nullo habeatur, [b] unde etiamſi pro libero ſe gerat, judicium tamen nullum eſt. [c] 12

[a] l. quotiens 13. ff. ſi quis caut. in judic. ſiſt. cauſa fact. l. ſervus 6. & l. ſeq. Cod. de judic. l. 3. §. ſi ſervus 8. ff. de peculio. [b] l. quod attinet 33. de Reg. Iur. [c] ut patet ex text. ſub lit. A. adductis, innuit. l. non dubium 5. C. de LL. & ſcribit Duar. in comment. ad tit. ff. de judic. cap. qui poſſint agere vel convenire, &c. Sed obſtare videtur l. 3. de offic. prætor. & l. 2. C. de ſent. & interlocut. vide Cujac. in lib. 2. Reſp. Papin. pag 54.

Et licèt per procuratorem egerit ſervus, qui ſe pro libero geſſit, attamen reus abſolvi oportet: quæ res domino quandoque propriam litem inferenti non obſtabit. 13

l. non idcirco 44. §. 1. ff. de judic. Vant. de nullitat. cap. 11. num. 48.

Sunt tamen caſus nonnulli, quibus & ſervus actoris partes obtinere, & agere in judicio poteſt. 14

l. ult. C. Ubi cauſa fiſc. l. 1. C. ſi per vim vel alio modo. l. ult. C. qui legitimam perſon. in jud. hab. vel non. l. vix. 53. ff. de jud. l. nullo 7 ff. ad l. Corn. de falſis.

Quæritur de Monacho, an aliquem in judicio convenire, & cum eo 15

gere poſſit, nec ne? Dd. communiter negant, [a] quos & Duaren. ſequitur: [b] nos verò affirmandum putamus, ſi Monachus propria vel communi actione experiri velit. [c]

[a] Quos refert, & probat. Sebaſt. Vant. *de nullit. ſentent. ex defectu inhabilit. nu. 47. pag. 433.* [b] *In comment. ad h. t. de judic. cap. Qui poſſunt agere vel convenire, circa fin.* [c] per text. *in Clem. religioſus, ibi, niſi pro ſuo in eadem lite conſorte, tit. de Procurat. & l. jubemus 37. §. omnes praetere.a, C. de epiſc. & cler.* Sed obſtare videtur, *can. placuit, ibi, quia mundo mortuus eſt 16. quaeſt. 1.* Hiltrop. *in proceſſ. part. 1. tit. 13. num. 16.*

16 Bannitum quod attinet, huic agendi licentiam jure denegatum cùm Dd. [a] dicimus, cùm non habeat ea, quae juris civilis ſunt, [b] ut eſt actio. [c] Idem quoque de excommunicato affirmamus. [d]

[a] Vant. *de nullit. ſent. ex defectu inhab. n. 51. pag. 434. & ſeq.* Caroc. *de remed. adverſ. ſentent. praejud. except. 86.* [b] *l. ſunt quidam 17. §. 1. ff. de poenis.* [c] *l. 2. §. deinde ex his legibus 6. ff. de orig. jur.* [d] *c. per tuas. 7. & ibi,* Cujac. *ext. de ſent. excommunic. cap. 2. c. cùm inter 5. §. ult.* ubi Cujac. *ext. de except.* Gail. 2. *obſ. 86. nu. 9.* Coler. *de proceſſ. execut. & ibi ſubjuncto comment. de except. ad cap. 3. num. 3.*

17 Filiusfam. de Caſtrenſi, [a] & quaſi Caſtrenſi [b] peculio, omniq; cauſa inde nata, ſuo jure, ſuoq; nomine, adverſus omnes rectè agit, etiam ignorante & invito patre. [c] Quin etiam adverſus ipſummet patrem ſuum, [d] cum in peculio pro patrefam. habeatur, [e] nec pater in eo quicquam juris habeat. [f]

[a] *l. 4. §. 1. ff. de Caſtr. pecul.* [b] *per l. eum oportet 6. §. cum autem 3. verſ. exceptis. C. de bonis quae lib. l. 1. §. nec Caſtrenſe 15. ff. de collat. l. ult. C. de inoff. teſt.* Iohan. Vaud. *lib. 1. var. quaeſt. 48.* [c] *d. l. 4. §. 1. ff. de Caſtr. pecul.* Diff. Bart. *in tract. different. inter jus canonic. & civile, num. 177.* [d] *l. lis nulla 4. ff. de judic.* [e] *l. ult. C. ad Senatusconſultum Maced. & l. 2. ff. d. t.* [f] *l. erat. 3. C. de Caſtrenſi pecul. milit. libr. 12. & l. ex nota Marcelli 10. ff. de Caſtrenſi pecul.* Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 17. num. 39.*

18 De adventitio peculio, ejuſq; cauſa, pater fructuarius ſuo nomine agere poteſt, ex conſenſu tamen filii, niſi is adhuc minor ſit, aut longè abſit, quibus caſibus licet ſoli patri ſine exceptione agere.

l. ult. §. ubi autem. C. de bon quae libr. Obſtat, quod hujus peculii proprietas ad filium pertinet; proprietario autem ipſi directa in rem actio competit, *l. in rem in princ. ff. de rei vind.*

19 Quòd ſi tamen pater abſit, aut furioſus fuerit, nec curator agat, integrū eſt filiofam. non exſpectato conſenſu, aut mandato patris de hoc peculio agere, dummodo caveat, patrem rem ratam habiturum.

Argumento l. ſi cum dotem 22. §. ſi patri 4. & §. ſi ſoluto. 10. ff. ſolut. matr. Donell. *libr. 17. com. cap. 4. pag. 9. verſ. ſi de pecul. adventitio.*

20 Matrimonio quoque, vel divortio, vel morte mariti ſoluto, actione de dote repetit pater dotem ſuae filiaefam. & profectitiam & adventitiam, ſed conſentiente filia.

l. Titia 34. ff. ſolut. matrim. l. Titia 34. §. quae invita. ff. de leg. 2. l. pater filiam. 14. in princ. ff. ad l. Falcidiam l. poſt nuptias 28. ff. de jure dot. l. un. §. & hoc ex rei uxoria. C. de rei uxor. act. & l. ultim. §. item. ff. quae in fraud. cred. Hottom. *libr. 9. obſerv. cap. 2.* Generaliter enim exercitium actionum, ex cauſis tam profectitiis quàm adventitiis, patri conceditur. *l. ult. §. & filius & §. ubi autem, C. de bon. quae libr. Novell. 97. c. 6. illud quoq; §. ſin autem ſub poteſtate.* Iohan. Vaud. *lib. 2. variar. quaeſt. quaeſt. 31.*

21 Adventitio autem peculio ad filiumfamil. pleno jure pertinente; ſi ejus uſum-

uſumfruct. pater habere potuiſſet, ſi voluiſſet, filius ipſemet ejus peculii nomine agit, patre tamen conſentiente, qui ad eum conſenſum per judicis officium compelli poteſt, [a] puta, vel multæ dictione, vel pignoribus capitis. [b]

[a] *l. ultim. §. 1. Cod. de bon. quæ liber. l. ſi infanti* 18. *§. ultim. Cod. de jur. delib.* Obſtare videtur *l. 1. C. qui admitti ad bon. poſſ. poſſ. ubi dicitur:* quod filiusfam. patre ignorante *bonorum poſſeſſionem petere poſſit.* [b] *l. 1. §. 1. ff. de ventre inſp. &c.* Donellus *libr. 17. commentar. capit. 4. pagin. 10. in princip.*

22 Quod ſi adventitii peculii uſumfruct. pater vendicare ſibi planè non poſſit, etiamſi velit [a] quæritur an hujus peculii nomine filiusfamil. etiam ignorante & invito patre experiri poſſit? Ajenti Donello, [b] noſtrum addere calculum nihil dubitamus. [c]

[a] Vt in caſu *Authent. excipitur & duabus ſeqq. l. ultim. §. 1. in fin. Cod. de bon. quæ lib.* [b] *libr. 17. commentar. cap. 4. pag. 10. lin. 7. & ſeqq.* [c] tum quia filiusfam. hujuſmodi peculium invito quoque patre alienare poteſt, *l. ultim. §. filius autem. Cod. de bon. quæ lib.* tum quia pater, licet hoc peculium habere velit, id tamen habere non poteſt, proindeque nec repudiare illud poterit. *l. qui poteſt facere. §. quod quis. ff. de reg. juris.* Et ſi non repudiare neque ſua recuſatione detrahere filio vel peculium ipſum, vel actionem ejus nomine competentem, quocirca nec opus hic patris conſenſu: Tum poſtremò quia ſupervacuum eſt, expectare voluntatem, ubi etiam ea non adjecta idem futurum eſt, *l. Cornelius. 69. ff. de hered. Inſtitut.* Sed obſtare videtur quod filiusfamil. ne quidem teſtari de hoc adventitio peculio poteſt. *l. penultim. & ultim. Cod. qui teſtament. fac. poſſ. & argumento l. Imperator* 50. *ff. ad Senatusconſultum Trebellian.* Vigl. *ad §. 1. tit. 16. Inſt. Quibus non eſt permiſſ. fac. teſtament.* Cujac. *ad Novell.* 117. *c.* 1. Balduin. *in Iuſtiniano pag.* 126. Donell. *libr. 6. comm. cap. 5. ſi non teſt. ict.* Ergo nec conſentiente patre, ejus nomine agere. *argumento tit. Inſtit. de L. Fuſia Canin. tollend.* Refragari item videtur *text. in l. 1. §. ult. C. de annali except.* ubi Iuſtinianus definit & in maternis rebus, & in cæteris quæ patri non adquiruntur, filiumfam. actionem movere non poſſe, quamdiu eſt in poteſtate patris. Vid. Schradet. *de Feud. part. 10. ſection. 17. num.* 39. Ioh. Del Caſtillo. *quotid. quaſt. tract. de uſufruct. cap. 3. num. 14. ubi multi allegati.*

Quod attinet profectitium peculium, licet id pleno jure patris ſit, proindeque ſolus pater, de eo regulariter agat; quandoque tamen filius quoq; famil. ſuo nomine experiri de illo peculio, ejuſque cauſa poteſt; ut ſi in hoc peculio, cum aliquo contraxerit filiusfamil. pater autem in provincia ſit, ipſe verò forte Romæ vel alibi ſtudiorum cauſa, aut alia juſta ex cauſa degat: hoc enim caſu, ne futurum ſit, ſi ei non detur actio ut impunè fraudem patiatur, & egeſtate Romæ vel alibi laboret, viaticulo ſuo non recepto quod ad ſumptum ei pater deſtinaverat, ſuo nomine agere filiusfamil. poteſt, utili ſaltem judicio, [a] quod etiam extraordinarium judicium, [b] item actio in factum appellatur. [c] 23

[a] *l. ſi longiùs. 18. §. 1. verſ. unde ego. ff. de judic. l. filiusfamil. 9. ff. de obligation. & act.* [b] *l. cùm filiusfamil. 17. ff. de rebus credit.* [c] *l. in factum 13. ff. de obligat. & act.* quæ lex cum lege proximè citata ejuſdem eſt Iuriſconſulti Vlpiani *ex eodem lib. 1. diſputat.* proindeq; in factum actiones in ea ſunt actiones utiles. Sic quæ utilis eſt actio *in l. quidam 46. ff. de heredit. Inſtitut.* eadem in ſpecie eadem in factum dicitur actio, *in l. ſi verò 12. §. ſi filiofam. 6. ff. mandati,* & quæ dicitur utilis *in l. qui mortis 30. ff. de mort. cauſa donat. & in l. ult. §. ult. ff. de religioſ.* ea appellatur in factum actio *in l. ſi heres rem 63. ff. de leg. 2.* & notum eſt, quòd actio præſcriptis verbis, modò ap-

dò appellatur utilis modo in factum actio, *ut oſtenſum in theſi 29. diſputat. 13. ſub claſſe 2.* Donellus tamen *lib. 10. comment. cap. 4. pag. 11. lin. 45. & ſeqq. in d. l.* in factum; actionem in factum putat eſſe actionem prætoriam ex maleficio, quæ in factum actio dicitur. *l. quia 5. ff. de præſcript. verb.*

23 Similiter ſi filiusfamilias in hoc peculio furtum vel damnum injuriâ, aut vim paſſus ſit, ita demùm permittitur utili judicio ei agere, ſi pater abſit, nec ſit alius, qui patris nomine agat; ne dum pater exſpectatur, impunita ſint maleficia; quia pater venturus non eſt, vel dum venit, ſe ſubtrahit is, qui noxam commiſit.

d. l. ſi longius 18. §. 1. ff. de judic. & d. l. filiusfam. 9. ff. de oblig. & act.

24 Si quoq; injuriam, id eſt, contumeliam paſſus ſit filiusfamilias, experiri injuriam utili actione ſuo nomine poteſt, ſi fortè neque pater præſens ſit, nec patris procurator experiri velit.

l. filiusfam. 8. in prin. ff. de procur. & d. l. filiusfam. 9. ff. de oblig. & act. l. 4. §. in lege. ff. de injur.

25 Ad hæc pupillus ſine tutoris autoritate, & adoleſcens abſque conſenſu curatoris ſui agere volens, non auditur.

l. 1. & l. 2. C. qui legit. perſon. ſtand. in jud. hab. vel non. Gail. *libr. 2. obſ. 108. nu. 1.* Trentacinq. *var. reſolut. lib. 2. tit. 1. reſol. 6. n. 9. & ſeqq.*

26 Actio tamen momentariæ poſſeſſionis exerceri poteſt, etiam per pupillum, qui intellectum habet, & adoleſcentem ſine tutore & curatore.

l. ult. C. d. tit. ubi gl. Balduin. & alii, & ibi Cujac. *in paratit.* Specul. *lib. 1. rubric. de actore, nu. 1.* Donell. *libr. 17. comment. cap. 4. pag. 12.* At dicendum videtur, quod pupillus ad agendum admittatur, etiamſi intellectum non habeat, *per l. ſervum 6. ff. rem pupilli ſalv. fore.*

27 Eſt autem momentaneæ ſive momentariæ poſſeſſionis actio omne interdictum recuperandæ poſſeſſionis, per vim vel ſine vi amiſſæ: [a] ita dictũ, ut quidã putant, quod per id victor poſſeſſionem momento quaſi obtinet: nempe eo uſq;, donec judicii petitorii ſententia eam reſtituere jubeatur, [b] vel potiùs quòd per hoc interdictum momentaria, hoc eſt, celeri reformatione & ſine cunctatione agenti ſuccurritur. [c]

[a] *l. Momentaria. 8. C. unde vi, ubi Cujac. in paratit. & l. un. C. ſi de moment. poſſeſſ. appell. fuer. & l. ſi coloni 14. C. de Agricol. & cenſit. lib. 11.* Cujac. *libr. 1. obſervat. cap. 20.* Idem tamen Cujac. *in paratit. Cod. tit. ſi de momentar. poſſeſſ. & ad d. l. ſi coloni. 14. Cod. de agric. & cenſ. libr. 11.* item Donell. *libr. 17. comment. cap. 4. pag. 12. lin. 31. & ſeq.* actionem momentaneæ poſſeſſionis putant eſſe, non modo recuperandæ, ſed & adipiſcendæ & retinendæ poſſeſſionis interdictum, *in dict. l. momentanea 18. C. unde vi.* Verum hanc impedit opinionem, quòd ſententiæ de momentaria poſſeſſione dictæ executio non ſuſpenditur interpoſita appellatione *l. unic. Cod. ſi de moment. poſſeſſ.* ſecus vero eſt in poſſeſſione non momentanea. *c. cum teneamur 17.* ubi Cujac. *extr. de appellat.* Andr. Geyl. *lib. 1. obſ. pract. obſ. 7. nu. ult. & obſ. 147. n. 9.* Quod item quilibet admittitur ad momentiactionem inſtituendam, *l. ult. C. qui legit. perſ. ſtand. in jud. hab. vel non. & l. 1. C. ſi per vim vel alio modo*, non etiam ad agendum interdicto alio. Quod poſtremò interdictum momentariæ poſſeſſionis, ſummariam duntaxat cauſæ cognitionem, aliud verò interdictum plenariam cauſæ cognitionem deſiderat, *d. l. ſi coloni 14. Cod. de agr. & cenſ. libr. 11.* Andr. Geyl. *lib. 1. obſer. pract. obſer. 7.* Vnde exceptio in momentariæ poſſeſſionis interdicto locum non habet, *§. recuperandæ. Inſtit. de interdict.* [b] Andr. Geyl. *lib. 1. obſerv. pract. obſervat. 7. num. 6.* Donellus *ad d. l. momentaria 8. nu. 1. C. Vnde vi*, quam tamen legem idem Donell. *ibidem. nu. 2.* intelligit tantùm de interdicto, unde vi, ſed malè, ut verba legis arguunt hæc: quòd non ſemper ad vim publicam pertinet, vel privatam. Et momentariam poſſeſſionem dici

omnem

Digitized by Google

omnem eam poſſeſſionem, ad quam recuperandam interdicto agitur, ſine vi, ſive abſque vi quis ea deciderit, putat ex eo, quod recuperandæ poſſeſſionis interdictum pertinet etiam ad eam poſſeſſionem, quæ errore aut injuria domini uſurpatur, *l. in Vaſor.* 5. *C. unde Vi*, item ad poſſeſſionem vacantem, abſente domino ſine judicis autoritate occupatam ab eo, qui ſciebat, rem neque ſuam eſſe, neque ſibi debitam, *l. ult. C. d. tit.* tum etiam ad poſſeſſionem, quam qui ſub ſpecie reſcripti Principis, vel præſcripti judicis, rem exigere, arripere, accipere, jubentis occupavit, *l. meminerint* 6. *C. d. tit. & l.* 2. *C. ſi per Vim Vel alio modo:* cum tamen reſcripto non intelligatur remiſſus ordo juris, argum. *l. ſi quando, in princ. C. de inoff. teſtamento,* ſicut nec conventione debitoris, *l.* 3. *C. de pign.* tum ad poſſeſſionem coloni bona fide poſſeſſi, fugientis & neceſſitatem propriæ conditionis declinantis, *l. ſi coloni* 14. *&* ibi Cujac. *C. de agricol. & cenſit. libr.* 11. Idem Cujac. *in par. C. tit. unde Vi.* Hermann. Vult. *ad §. recuperanda. num. ultim. Inſt. de interdict.* [c] *per dict. leg. ſi coloni* 14. *C. de Agricol. & cenſit.* Cujac. *d. lib.* 1. *obſer. c.* 20. ubi Iſidor. *lib.* 5. *Etymolog.* citat, qui, momentum, inquit, dictum eſt, à temporis brevitate, ut tam citò, quàm ſtatim ſalvo negocio reformetur, nec in ullam noctem produci debeat quod repetitur.

Priſco Romanæ Reipubl. ſtatu adhuc durante, actione aliqua experiri non poterat etiam magiſtratus dum tempore ſui magiſtratus cum imperio erat.[a] Quod porrigere etiam hodie poſſumus ad omnes omninò magiſtratus, qui uſquam juriſdictioni cum imperio, ad tempus breve, puta annum vel biennium præſunt.[b] 28

[a] *l. pars literarum* 48. *ff. de judic.* Qua in lege quis intelligatur magiſtratus, variant interpretes, Alciat. *libr.* 4. *diſput. c.* 6. hos magiſtratus interpretatur magiſtratus Athenienſes, quod vix patitur textus in *§. ſed jus quidem, & §. ſine ſcripto, Verſ. & non ineleganter, Inſt. de jure naturali, gent. & civili.* Anton. Auguſtinus *in commentar. ad Modeſtinum, Verbo magiſtratus, in d. l.* omnis magiſtratus provinciales ſignificari exiſtimat: quam interpretationem probare videtur, textus in *l. Senatuſconſulto.* 16 *ff. de offic. præſid.* Duaren. *autem in commentar. ad tit. ff. de judic. cap. qui poſſint agere, Vel conVeniri, in fin.* & Donell. *lib.* 17. *comment. cap.* 4. *in fin.* ad omnes magiſtratus populi Roman. qui cum imperio ſunt, tam urbanos, quā provinciales *dict. leg. pars.* pertinere autumat. Et rectè quidem loquitur enim ea lex de magiſtratu temporario, qui cum imperio erat: talis autem magiſtratus fuit quoque urbanus magiſtratus, ut convincitur *ex l.* 2. *ff. de in jus Voc. junct. l. nec magiſtratus* 32. *ff. de injur.* Et certè quod de magiſtratibus municipalibus reſcriptum eſt, id ad Prætorem, alioſq; in urbe, jus qui dicunt, rectè transferri, *l.* 1. *§ damus. ff. de ſuſpectis tut.* [b] Exemplo ſcilicet magiſtratuum populi Rom. temporariorum, *per l. nam ut ait Pedius* 13 *ff. de legib.* Idq; ſentit etiam Donell. *d. lib.* 17. *comment. c.* 4. *pag.* 12. *lin.* 50. adde Schrader. *de feud. part.* 10. *ſect.* 17. *n.* 37.

Videamus quis idoneam Rei perſonam in judicio ſuſtinere dicatur, vel non. Primò ſervus in judicio nec ut reus intereſſe poteſt, & ſi condemnatio aliqua in perſonam ſervi ſit facta, quod ſtatutum eſt, non ſubſiſtit. 29

l. Servus 6. *& l. ſeq. C. de judic. & l.* 3. *§ ſi ſervus* 8. *ff. de peculio.* Sed obſtare videtur, quod in judicio contrahitur, *d. l.* 3. *§. idem ſcribit.* 11. *Verſ. nam ſicut. ff. de pecul.* ſervus autem contrahere poteſt & ex contractibus naturaliter obligatur *l. ſervi* 14. *ff. de obligat. & act.* ejusq; obligationis nomine dominus de peculio tenetur. *§. actiones autem. Inſt. de action.*

Filiusfamil. cum ex omnibus cauſis, tanquam paterfamil. obligetur, certè ob id etiam cum eo, tanquam cum patrefam. tam ex contractibus, quàm ex delictis, agi poteſt. 30

l. filius fam. 39. *ff. de oblig. & act. & l. tam ex contractibus* 57. *ff. de judic.*

Mortuo tamen filio poſt litis conteſtationem transfertur judicium in ejus patrem, duntaxat de peculio, & quod in rem ipſius patris verſum eſt.[a] 31

Qui enim cum filiofamil. contraxit, duos habet debitores; filium in ſolidum, patrem duntaxat de peculio, & de in rem verſo. [b]

[a] *dict. leg. tam ex contractibus 57. ff. de judic.* [b] *l. ſi quis cum filiofamil. 44. ff. de peculio.*

32 Quòd ſi filiusfam. quaſi Procurator alicujus judicium acceperit, mortuo eo transfertur judicium, vel judicati actio in eum, quem defenderit.

d. l. tam ex contractibus ff. dict. tit.

33 Si non in perſonam; ſed in rem agatur, eaq́; res peculii ſit adventitii, cujus uſusfructus ad patrem pertineat, ipſemet pater eam ſuis ſumptibus ſuſcipit actionem, conſenſu tamen filii, niſi is adhuc in prima ætate ſit conſtitutus, vel longè abſit.

l. ultim. §. ubi autem C. de bonis, quæ lib.

34 Si adventitium peculium filiifam. ſit, ex repudiatione patris pleno jure, conſtitutum eſt à Juſtiniano, ſic poſſe hoc caſu filiumfamil. de hujus peculii rebus conveniri, ut tamen non poſſit, niſi conſentiente patre. [a] Nolente autem patre has filii res gubernare, curator ei, ſi adhuc minor ſit, dari debet. [b]

[a] *d. l. ult. §. 1. C. de bon. quæ liber.* [b] *d. l. ult. §. 1. verſ. nolente autem. C. d. tit. juncto §. item inviti. Inſt. de Curat.*

35 Pupillus abſque tutoris ſui autoritate conveniri in judicio non poteſt, neq; adoleſcens ſine curatoris ſui conſenſu, [a] etiamſi cauſa criminalis ſit, [b] vel momentariæ poſſeſſionis. [c]

[a] *l. 2. C. qui legit. perſon. ſtand. in jud. h. vel non d. §. item inviti. Inſt. de Curat. l. acta 45. §. ultim. & l. contra pupillum 54. ff. de re judic. l. 4. in princ. C. ſi adverſus rem judic. l. in univerſit. 11. C. qui dare tutores vel cur. poſſ.* Fürſtlich Württembergiſch new Landrecht / *part. 1. tit. 18. §.* Item die Minderjärige / *pag. 101.* [b] *l. 4. C. de autor. præſt.* [c] *l. ultim. C. qui legit. perſon. ſtand. in jud. h. vel non.*

36 Et quia Reſpublica minorum jure uti ſolet: [a] ideoq́; adverſus eam indefenſam dicta ſententia non valet. [b]

[a] *l. 4. C. quibus ex cauſis maj.* [b] *l. 1. C. de jure Reipub. lib. 11.*

37 Jure Wirttembergico, pupilli, & minores, & his ſimiles, neque agere, neque conveniri in judicio poſſunt, niſi eorum tutores & curatores à magiſtratu etiam mandatum judiciale protulerint, & judici exhibuerint.

Fürſtlich Württembergiſch Hoffgerichts Ordnung / *part. 1. tit. 8. §.* Inſonderheit aber. Quod ſtatutum an locum quoque habeat, in caſu, quo minorennis matre mortua patrem ſuperſtitem habet, dubitatum in ſuprema curia Wirttembergica memini, eo, quod hic minorennis in poteſtate patris ſui adhuc conſiſtit. Sed deciſum *Anno* 1591. 15. *Martii*, & poſtea aliquoties, quod ſic. *At Anno* 1593. *die* 3. *Iunii*, in quadam appellationis cauſa, dominis Aſſeſſoribus contrarium placuit, ſed in caſu, quo pater nondum tranſierat ad ſecunda vota, & needum facta erat diviſio bonorum inter patrem & liberos, ipſiq́; liberi cum patre ſententiam prioris judicis pro ſe habebant, & præſumptio erat ſententiam illam confirmatum iri. Minorum quoque forenſium pater exeraneus abſque tutorio, vel curatorio admittitur in judicio, ex nova Ducis Illuſtriſſimi declaratione juri communi conſona. Quinetiam ex novo jure Wirttembergico etiam pater ſubditus ſuorum liberorum etiam minorennium nomine ſine tutorio, vel curatorio auditur in judicio. Fürſtlich Württembergiſch new Landrecht / *part. 1. tit. 16. pag. 82. in princ.* Quid verò, ſi minorum patrem ſuperſtitem non habentium conſortes offerant ſe ad præſtandam cautionem judicatum ſolvi, nunquid in caſu deficientis ejuſmodi mandati, magiſtratus ad proceſſum admitti, & audiri debent? Deciſum ſcio quod non, puta in cauſa appellatio-

pellationis à Nürtingen *Anno* 1594. *die decimo nono Novembr. & eodem Anno, die vigeſimo Novembr. in cauſa appellationis à* Euſtertingen.

Quid verò, ſi actori vel reo, minorennitatis exceptio objiciatur, num quid in dubio præſumitur aliquis minor, an verò major? [a] Alii negant, alii affirmant: [b] nos patri neganti adſtipulamur, aſſerentes, cum hic ad impediendum futurum actum, puta judicium, minor ætas objiciatur, probandam hanc eſſe ætatem ab eo, qui eam detulit, [c] niſi faciei & ſtaturæ aſpectus, pro minore ætate arbitrio judicis præſumptionem faciat. [d] 38

[a] *d. l. licet* 24. ubi Dd. *C. de procur.* Vant. *de null. ſent. ex defect. mand. num.* 83. Qui enim in aliquem tanquam procuratorem conſentit, perſpicuum eſt, eum in illum, ſi procurator non ſit, non conſenſiſſe: quippe cùm error conſenſum non habeat, *l.* 2. *in princ. ff. de jud.* Et tradunt Dd. quòd uſq; ad mille annos hoc caſu exceptio opponi poſſit. Vant. *de nullit. d. rubr. n.* 32. *& ſeq.* [b] *l. licet* 56. *ff. de jud.* Andr. Geyl. 1. *obſ.* 47. [c] *l.* 3. *§. ult. ff. rem rat. hab.* vid. Mynſing. *cent. obſ.* 44.

46 Placuit tamen eum, qui ſibi mandatam eſſe actionem dicit, id autem incertum ſit, admittendum eſſe, quamvis mandatum non probet, ſi modò ſatiſdet, dominum rem ratam habiturum, [a] etiam in caſu (quod notandum) quo ſpeciale mandatum requiritur. [b] Procurator tamen abſentis heredis fideicommiſſarii, petens ab herede fiduciario, ut hereditatem adeat & reſtituat, ſi fiduciarius heres ſuſpectam dicat hereditatem, & incertum ſit, an is procurator mandatum habeat, non admittitur, quamvis de rato cavere paratus ſit. [c]

[a] *l.* 1. *C. de procur.* [b] *l. quòd ſi* 26. *in princ. ff. de minor.* Bald. *ad l. ſi maritus C. Mand. l.* 3. *§. ultim. ff. rem rat. hab.* Quod ſi omninò conſtet, quod ille, qui ſe procuratorem alicujus dicit, non habeat mandatum, tunc ne quidem cum ſatiſdatione admittitur. *§. ſin autem, Inſtit. de ſatiſd.* Wurmbſer. *libr. pract. obſervat. tit.* 5. *obſerv.* 18. Incertum autẽ eſt & dubium, an revera mandatum habeat, ſi doceat mandatũ per teſtem unum, vel præſumptio ſit de mandato. Wurmbſer. *d. obſerv.* 18. [c] *l. qui ita* 66. *§.* 1. *ff. ad Senatuſc. Trebell.*

47 Inprimis autem ſub cautione de rato admitti quis debet procurator, ſi inſtrumenta ad cauſam pertinentia judici proferat. [a] Quo caſu in Camera ejuſmodi procurator in præparatoriis judiciorum ſub cautione illa admittitur uſque ad litis conteſtationem, ut interim tamen de ratificatione prius actorum, & ad totam cauſam de procuratorio ſibi diligenter proſpiciat, quod niſi fecerit, expenſas & damnum litis de ſuo præſtare cogitur, & ad ulteriorem in cauſa principali proceſſum abſq; judicis licentia non admittitur. [b]

[a] Cammergerichts Ordnung/ *part.* 1. *tit.* 21. *§.* Weiter ſetzen. Alciat. *de præſumpt. Reg.* 1. *præſumpt.* 33. Eman. Soaretz. *in theſauro recept. ar. ſent. ſub lit. M. num.* 26. Andr. Gayl. 1. *obſerv.* 133. *num.* 4. Si tamen probet ſic procurator ea inſtrumenta à domino ſibi tradita eſſe, neceſſariam non eſſe eam cautionem, quidam docent. Lud. Rom. *ſing.* 643. *& conſil.* 446. *verſ. Quo ad ſecundum.* [b] Cammergerichts Ordnung/ *dict. tit.* 21. *§.* Weiter ſetzen.

48 Sunt nonnullæ perſonæ, quæ licet fateantur nullum ſe habere mandatum, attamen admittuntur ad agendum, ſi ſatiſdent, dominum, cujus nomine agunt, ratum habiturum, eumq; boni viri arbitratu defendant. Ejuſmodi perſonæ ſunt liberi in cauſa parentum, parentes in liberorum cauſa, fratres in cauſa fratrum & ſororum, adfines in negocio adfinium, libertus in cauſa patroni, [a] & maritus in cauſa uxoris: [b] modò apertè non repugnet domini voluntas. [c]

^a *l.3.§.3.ff.jud.ſolv.l.ſed & hæ 35.in princ. ff.de procurat.de liberis & libertis eſt quoque textus in l.exigendi* 12.*C.dict.tit.* Iure tamen Wirttembergico pater mortuâ matre, ſine magiſtratus mandato, liberorum ſuorum nomine agere non poteſt, per generalem text. in der Hoffgerichts Ordnung/ *pagin.*18. *illud correctum in* newen Landrecht/ *fol.*82. Atque ita ſenſerunt etiam Domini adſeſſores in cauſa appellationis von Schorndorff/ *Anno &c.*91.15. *Martii, & aliàs aliis in cauſis ſæpè.* Sed *Anno* 93. 3. *Iunii* placuit contrarium in quadam cauſa, eò quòd pater nondum ad ſecunda tranſierat vota, & nondum bonorum diviſio erat facta, atque pater & liberi ſententiam ex prima inſtantia pro ſe habebant. ^b *l.maritus* 21. *C.eodem tit.* Andr. Gayl. *d.obſerv.*133.*in princ. & num.*5. Mynſing: tamen *cent.*3.*obſerv.*53. ſcribit, quod maritus in receptitiis opus habeat ſpeciali mandato: Sed obſtare videtur *l. Maritus.* 21. *C.de procurat.* Fürſtl. Württemberg. alt Landrecht/ *pag.*66. New Landrecht/ *part.*1.*tit.*16.*pag.*85 *& ſeq. &* Hoffgerichts Ordnung/ *pag.*18. ſimpliciter & ſine diſtinctione hoc jus marito tribuit. ^c *l.Pomponius* 40.*§.ultim.ff.hoc tit* Umm.*in proceſſ.diſp.*3.*th.*6.*n.*32. Bronchorſt.*cent.*1 *miſcell.aſſert.*26. & 27. Ioſeph. Ludov. *deciſ.Peruſ.*49. & 110. Trêtacinq. *var.reſol.lib.*2.*reſol.*9. Wurmſer.*pr.obſ.tit.*5.*obſ.*18.

Quin etiam maritus nomine Paraphernorum & dotalium bonorum 49
uxoris actionem movere poteſt, nulla rati habitione ab eo exigenda.

l.ult. C.de pact.convent. & l.de his.ibi mariti ſuis eſſe actionem.C.de jure dot. And.Gayl.*lib.*1. *obſ.*133.*n.*6. & 7. & Mynſing.*cent.*3.*obſ.*53. Ioan. Lopez.*tr.de Lucris mariti & uxor. c.*12. *n.*16.

Conſors quoque litis, ſi ſuo & conſortium nomine agere velit, ſub cau- 50
tione de rato admittitur, ^a non ſolùm poſt litis conteſtationem, ſed & ante, lite tamen ordinata. ^b

^a *l.2. C.de conſort. ejuſd.lit.* ^b *l. Pomponius* 40.*§.pen.ff.de procurat. & d. l.* 2. *C. de conſort. ejuſd. lit.* Quo loco litem ordinare eſt præparare & conſtituere perſonam actoris, & rei, & judicis, ac ſe præmunire, *l.Papinianus.*8.*§.*1.*ff.de inoff.teſt.l.ſi quis* 20.*ibi, quo primùm lis ordinaretur, ff.de probat. & l.liberis* 6. *§.ult.ff.de lib. cau.* Cujac. *in paratit.C. tit.de conſort.ejuſdem lit.* At Donell.*lib.*18.*comment.c.*12.*pag.*192. *verſ. cauſarum genera.* arbitratur ante litem duntaxat conteſtatam, unum ex conſortibus admitti ſub cautione de rato, eò quòd per litis conteſtationem plures litis conſortes fiant. Sed ut jus, ita & Dd. autoritas ei reclamat, vide Mynſing. *reſponſ.*87.*n.*1. Et litis nomen etiam actionem ſignificat. *l.litis, ff. de verb. ſign.* Iure Wirttembergico poſt litis ſolum conteſtationem conſors litis agere cauſam conſortium poteſt præſtitâ cautione de rato. New Landrecht/ *part.*1.*tit.*86.*§.* Item ein Ehemann/ & *§.ſeq.*

Is item, qui dum in aliena eſſet poſſeſſione, ut colonus, inquilinus, ami- 51
cus, de ea dejectus dicitur, agere nomine abſentis poteſt etiam ſine mandato, atque adeò ſine ulla cautione.

*l.*11. *& ibi* Donell. *n.*3.*C.ſi per vim vel alio mod.* ubi Cujac. *in parat.* *Donell.libr.*18.*comment. cap.*12.*pag.*292.*in fin.*

Tutor quoque & curator non expectata voluntate pupillorum, aut ado- 52
leſcentum ſuorum ultrò eorum nomine agere poſſunt, etiam ſine cautione de rato. ^a Jure tamen Wirttembergico à magiſtratu, cujus juriſdictioni minorennes ſubjecti ſunt, mandatum judici producere tenentur. ^b Quinetiam tutores, & curatores unâ cum magiſtratu procuratorē litis conſtituere jubentur, aut ſaltem à magiſtratu tutorium vel curatorium procuratori à ſe conſtituto præſtare. ^c

^a *l.1.§.ultim. l.vulgò* 23.*ff. de admin. & pericul. tut.* ^b Fürſtlich Württembergiſch Hoffgerichts Ordnung/ *part.*1.*pag.*18. *in princip. facit quoq; text.* in der Landsordnung/ *pag.*28. *verſ.* damit auch & *pagin.*87. *verſ.* dergleichen auch. ^c Fürſtlich Württemberg. new Landrecht/ *part.*1.*tit.*16.*§.* vnd wa Minderjärige. Dn. D. Beſold.*part.*1.*delibat.ex lib.*3.*ff.q.*12. Quomodo autem tutorium vel procuratorium illud concipi & formari debeat, *vide ſub eodem tit.*16. *pag.*93.

Si

Si minor uxoratus & rerum ſuarum adminiſtrator ſit, ſufficit ſi judex coram quo, videlicet das Fürſtliche Hoffgericht ipſi curatorem ad litem adjungat. Mynſing. 1. *obſ.* 87. Ita judicatum in Dycaſterio den 18. *Febr.* & 16. *Novembris Anno* 1594. & hactenus quam ſæpiſſime.

53 Ut quibuſdam caſibus ei, qui alieno agit nomine, opus non eſt mandato, ita & qui alium abſentem defendit, mandato non eget, ſed illud ſaltem ab eo, etiamſi locupletiſſimus ſit, exigitur, ut de Reo defendendo, judicato ſolvendo, & dolo malo ſatiſdet.

l. judicatum 6. ff. judic. ſolv. dict. leg. exigendi 12. Cod. de procurat. l. qui proprio 46. §. qui alium. l. Minor. 51. in fin. & *duab. ll. ſeq. ff. hoc tit.* & *l. rectè defend. 63. ff. de judic.* & *l. 1. §. 1. ff. ut legator. ſeu fideicommiſſ. ſervand. cauſ. caveat. §. ſi verò reus, I. ſt. de ſatiſd.* Fürſtlich Würtembergiſch alt Landrecht/ *part. 1. pag. 67. Verſ.* ob auch/ Hoffgerichts Ordnung/ *part. 1. pag.* 18. New Landrecht/ *d. tit. 16. pag 87. in princ.* Quibus locis tria defenſor rei cavere jubetur, daß er genugſam Beſtand vnd Sicherheit thue. 1. Der Sachen außzuwarten. 2 Den Beklagten zu beſchirmen. 3. Dem erlangten Rechten gnug zuthun.

54 Mandatum autem quod procuratori ad litem regularirer neceſſarium diximus, dupliciter datur: in judicio, vel extra judicium. In judicio, cùm litis dominus actor vel reus apud judicem declarat, quòd hunc vel illum ſuum procuratorem eſſe velit; & ſi actor ſit, ſe ratum habiturum quidquid ille egerit, promittat ac caveat. Sin reus, ſatiſdationem judicatum ſolvi præſtet. [a] Quo modo procuratore conſtituto, Notarius, ſive ſcriba judicii, actis inſinuare diligenter debet, quod ſub actorum teſtificatione hic vel ille procurator conſtitutus ſit, ab hoc actore vel reo, contra illum reum vel actorem, in hac vel illa cauſa. [b]

[a] *§. Sin autem Inſtit. de ſatiſdict.* & *l. un. C. de ſatiſdand.* & *l. procuratorem 65 de procurat.* Fürſtenthumbs Württemberg Hoffgerichts Ordnung/ *modum conſtituendi procuratorem in judicio exponit part. 1. pag. 17. Item* alt Landrecht/ *part. 1. pag. 64. Verſ.* Welchen dann/ New Landrecht/ *part. 1. tit. 16. §.* So dann einer/ *pag* 81. [b] *c. quoniam contra falſam extr. de probat.* Cammergerichts Ordnung / *part. 1. tit. 20. §.* Im fall aber / Fürſtlich Württembergiſch alt Landrecht/ *part. 1. pag. 64. Verſ.* welchen dann.

55 Extra judicium conſtituitur procurator, cùm quis alibi quàm in judicio, cauſam ſuam controverſam alicui agendam vel defendendam mandat, cujuſmodi mandatum ſcripto comprehenſum non modo continere debet, domini conſtituentis, procuratoris conſtituti, & judicis nomen, cauſam item ad quam facta eſt conſtitutio, quodque ipſe conſtituens dominus, judicatum quod fuerit, gratum & ratum habere velit, ſed etiam aut corroboratum & confirmatum eſſe debet, ſi non cujuſdam viri egregii, attamen ipſiuſmet domini conſtituentis ſigillo, aut à Notario quodam approbato confectum.

Mynſing. poſt alios *cent. 1. obſerv. 46. 4. obſervat. 99.* & *5. Obſ. 84. Noe* Mäurer/ *in formularib.* Cammergerichts Proceß *part. 7. num. 2.* & *ſeqq. pag. 155.* & *num. 53. pag. 160. ubi formulam procuratorii proponit* Weſembec. *in paratit. ff. de procurat. num.* 7. Fürſtl. Würtemb. Alt Landrecht/ *pag.* 65. New Landrecht/ *part. 1. Tit. 16. §.* So dann einer/ *pag.* 81. adde Speculator. *de procurat. §. ratione autem formæ. num.* 20. Vant. *de Nullitat. ex inhab.* & *defect. mandat. n.* 140. Ayrer. *in proceſſ. judic. cap. 4. obſerv.* 5. Rosbach. *tit. 20. n.* 18.

56 Etſi autem in mandato exprimi ſoleant judicii actus, ad quos conſtitui-

tur

tur procurator, attamen id neceſſum duntaxat eſt in his qui ſpeciale deſiderant mandatum: [a] alioqui enim uno atque altero actu expreſſo, ſufficit adponi generalem clauſulam, Vnd alles anders vermög rechtlichen Ordnung zu handlen. [b]

[a] *c. Qui ad agendum, & c. ſeq. tit. de procurat. in* 6. [b] Mynſinger. *dict. centur.* 4. *obſervat.* 99. Actus autem illi qui ſpeciale deſiderant mandatum, expoſiti ſunt, *ſub Claſſ.* 2. *Diſput.* 6. *theſ.* 17.

In Camera autem Imperiali [a] ut & quibuſdam aliis in judiciis [b] procurator ad totam cauſam conſtituendus eſt. Sed qui alium ſine mandato defendit, ei jure communi liberum eſt vel ad unam rem defendere, niſi ad agendum procurator conſtitutus fuerit. [c] 57

[a] Cammergerichts Ordnung/ *part.* 1. *tit.* 21. §. Weiter ſetzen/ *ibi*, vnd fürder Gewalts zu den gantzen Sachen. Mynſing. *cent.* 5. *obſerv.* 84. [b] Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung/ *part.* 1. *tit.* 8. §. 1. *pag.* 17. [c] *l. qui proprio* 46. §. 1. *ff. de procurat.*

Cæterùm & qui univerſorum bonorum procuratorem ſe conſtitutum probat, ad litem quoq; legitimè conſtitutus intelligitur procurator, exceptis cauſis, quæ ſpeciale deſiderant mandatum. 58

l. 3. §. 2. *ff. jud. ſol. c. qui generaliter tit. de procurat. in* 6. Wurmbſ. *lib. pract. obſerv. tit.* 5. *de procur. obſerv.* 2. vide Iohan Vaudum *lib.* 1. *Var. quæſt. jur. quæſt.* 47.

Quod attinet modum conſtituendi procuratorem univerſitatis cujuſdam, in civitate procurator vel lege civitatis datur, vel ceſſante lege ab ordine, cùm ejus partes duæ adſunt, vel ampliùs quàm duæ. [a] Collegia verò cæteraq; corpora ipſa ſibi procuratorem conſtituunt. [b] 59

[a] *l.* 3. *& ſeq. ff. quod cujuſq; univerſ. nom.* [b] *l.* 1. §. *quibus autem ff. d. tit. vide ſupra theſ.* 17. *& in fundament.*

Dicitur autem procurator univerſitatis, Syndicus, item actor. [a] Sed actor propriè qui ad certam cauſam movendam datus; Syndicus, qui ad omnes cauſas, tàm præſentes vel futuras conſtituitur. [b] 60

[a] *d. l.* 1. §. 1. *l.* 2. *l.* 6. §. *actor. & l. ult. ff. d. t. & c. un. extr. de ſynd.* [b] *l. ult.* §. *defenſores, ff. de munerib. & honor. & d. l. item* 6. §. 1. *& d. l. ult. ff. quod cujuſq; univerſ. nom.*

Quid verò ſi univerſitatis Syndicus ad negocia maximè conſtitutus, in judicium prodierit, univerſitatis ſuæ nomine cauſam moturus, numquid audietur etiamſi mandatum confeſtim non probaverit? Sic ſanè remur, ſi interponat cautionem de rato, quando dubitatur de mandato. 61

d. l. item 6. §. *ult. ff. d. t.* Eſtq; notandum hoc juris pronunciatum, eò quòd non ignoramus aliquando dubitatum in judicio de eo fuiſſe, an ſyndicus non habens ad manum procuratorium ſcriptum audiri debuerit nec ne.

Eſt & illud hic generaliter monendum, quod procurator alicujus ad agendum conſtitutus, vel lege ſine mandato permiſſus, etiam defendere dominum tenetur, ſi reconveniatur in judicio, [a] etiamſi Syndicus ſive actor univerſitatis fuerit. [b] 62

[a] *l. ſervum* 33. §. *aut Prætor &* §§. *ſeqq. & l. ſed & hæc* 35. *in princ. ff. de procur. ſed obſtare videtur text. in l. invitus* 17. *verſ. nec defenſionem. C. d. tit.* Fürſtl. Würtemb. New Landrecht. *part.* 1. *tit.* 16. *pag.* 87. §. Vnd iſt hierbey. vide Donell. *lib.* 18. *com. cap.* 16. *pag.* 239. [b] *d. l. item* 6. §. *ult. ff. Quod cujuſq; univerſ. nom.*

63 Hactenus de procuratoris conſtitutione. Sequitur nunc de modis, quibus procuratoris conſtitutio finitur; ut ſunt tùm cauſæ, ad quam datus eſt procurator, conſummatio & revocatio procuratorum; tum renunciatio & mors.

64 Cum enim procurator expedivit & conſummavit cauſam ſibi commiſſam, finem ipſum mandatum accepiſſe dubitari non debet. Siquidem id ſolùm exequi teneatur, quod procuratio emiſſa præſcripſit: [a] nec fines mandati excedere poſſit. [b]

[a] *l. invitus 17. & l. maritus 21. verſ. ult. C. de procurat. §. mandatum non ſuſcipere, Inſt. de mandato. l. ſi mandavero 22. §. ult. & l. ſi mandavero 27. §. mandatum, ff. Mand.* [b] *l. diligenter. 5. ff. d. t. & §. is qui exequitur, Inſtit. de mandato, l. ſi procurator 10. C. de procur.*

65 Hic nodoſa quæſtio ſe nobis offert, an procurator ad litem datus, ut latâ, contra eum, vel dominum ſententiâ, appellare tenetur, vel impeditus dominum, ut ipſemet provocet, monere, [a] ita quoq; interpoſitam appellationem proſequi cogatur? Negativa nobis, veritati juris propior videtur. [b] niſi procurator ſit omnium vel univerſorum bonorum. [c]

[a] *d. l. invitus 77. C. de procurat. c. pen. extr. eod. l. ſi procuratorem 8. Quod & ad actionem 8. verſ. igitur, ff. mandati.* [b] *d. l. invitus 17.* ubi gloſſ. Balduin. & Sichard *nu. 4. & ſeqq. C. de procurat. d. c. penult.* ubi gloſſ. & Canoniſtæ, *extr. eod. tit. & l. ſi actor. 10. C. de appellat.* Wurmbſ. *lib. pract. obſerv. 139. nu. 9. & 11.* Guid Papæ *de appellat. nu. 75.* Eman. Soarez. *in theſaur. recept. ſentent. in lit. P. nu. 361. & ſeq.* diſſentit poſt Placentinum Donell. *lib. 18. comment. cap. 16. pag. 234. in fin. & pag. ſeq.* cujus rationes ponderis habent multum: inprimis autem ejus ſententiam juvat textus *in l. 2. ff. an per alien. cauſ. appell.* ad quem ſi ex Bartoli aliorumq; interpretatione reſpondere velimus, deteriorem certè calculum reportaverimus. [c] *l. 2. ff. an per alium cauſæ appellat.* Panormitan. *in c. non injuſtè. extr. de procur.* Sed videtur, *d. l. 2. ff. an per alium, &c.* obſervari. Et non deſunt rationes repugnantes, de quibus vide Iuſtum Zinzerling. *diſput. Baſilienſ. de Appellat. theſ. 26. in fundament. ſub lit. C.* vide inſuper Thuſcum. *tom. 6. practic. concluſ. lit. P. concluſ. 838.* Hilliger. *in* Donell. *enucleat. lib. 18 cap. 16. lit. D. & E.*

66 Sed nunquid procurator appellare tenetur, ſi inter agendum deprehenderit dominum malam habere cauſam, & rectè adverſus eam eſſe judicatam cognoverit? Cum Donello [a] negamus. [b]

[a] *d. lib. 18. comm. cap. 16. pag. 238.* [b] *per l. ſi fidejuſſor. 29. §. quadam. ff. mandati. & facit. l. quotiens 9. §. nec utique, 6. ff. admin. & peric. tutor.*

67 Revocatione procuratorii finitur procuratoris conſtitutio, ſi dominus re adhuc integra, id eſt, ante litem conteſtatam, removeat procuratorem; id quod liberè, id eſt, ſine cauſa facere poteſt. [a] Poſt litis verò conteſtationem mutare procuratorem non poteſt, niſi cauſa cognita. [b]

[a] *l. ante 16. ff. de procurat l. 3. C. mandati. c. 2. de procurat. in 6.* Sed obſtare videtur, *l. is cujus nomine 64. ibi, cauſa cognita, ff. d. t.* vide Cujac. *in comment. in lib. 8. Pauli ad edict. pag. 115.* [b] *l. poſt litem 17. ff. eod. & c. Mandato 13. extr. de procurat.* quæ autem ſint juſtæ cauſæ, ob quas dominus poſt litem conteſtatam removere procuratorem poteſt, exponitur *in d. l. poſt litem, §. ult. & aliquot ll. ſeqq ff. h. t.*

68 Renunciatione finitur procuratoris conſtitutio, ſi procurator tempeſtivè dominum certioré faciat, abdicare ſe quod velit procuratoris ſuſcepto officio. [a] Tempeſtivè, id eſt, judicio nondum præparato, ut ſi dominus nondum pro conſtituto procuratore judicatum ſolvi cautionem expoſuerit. [b]

a l. ſi

[a] *l. ſi manda vero.22.§.ult.* & *l. ſi quis.27.§.qui mandatum,2.ff.mand. §. mandatum non ſuſcipere Inſtit.de Mand.* [b] *l.filiusfa.8.§. procuratorem 3.ff.de procurat.l.ſanè.23.* & *ll.ſeqq ff. mandat.* Quomodo verò procurator mandato renunciare poſſit tractat Gail. 1.*obſervat.*46. Vult. *lib.2.jur. Rom.c.30. nu.48.* & *ſeqq.*

Quòd ſi dominus pro ſuo procutatore conſentiente judicatum ſolvi 69
caverit,non niſi ex juſta cauſa procurator renunciare poterit.

dict. §. Mandatum non ſuſcipere. verſ. nam niſi, Inſtitut. de mand.ar. & *d. l. filiusfamil. 8. §. procuratorem 3.* & *l. ſi defunctus.15. ff. de procurat.* quæ autem juſta ſit illa cauſa, ex qua renunciare procurator, & hoc caſu ſuſcepto mandato poſſit, exponitur *in dict. l. 8. §. 3.* & *legib. ſeqq.*

Quin etiam poſt litis conteſtationem cauſâ cognita procurator renun- 70
ciatione deſerere ſuſceptam procurationem poteſt.

l. Mutus 24. junct. l. poſt litem 17. ff. de procurat. Donell. *lib.18. comment. cap.16. pag.238. lin.43.* & *ſeqq.*

Eſt & mors,ut dixi, modus finiendæ conſtitutionis procuratoris, ſi pro- 71
curator moriatur, aut vivus civitatē amittat captivitate vel deportatione. [a] Quòd ſi defunctus ſit dominus ante litis conteſtationem, judicatum tamen ſolvi ſtipulationem pro ſuo procuratore ſciente, & non contradicente dederit, compellendus eſt procurator ad judicium accipiendum. [b]

[a] *l. poſt litem, in princ. ibi, à vivo procuratore vel in civitate manente, ff. de procur.* [b] *l. ſi defunctus 15. ff. d. t.*

Reſtat actio, quæ inter dominum & ejus procuratorem naſcitur. Eſt au- 72
tem actio mandati; directa, quæ ipſi domino competit adverſus procuratorem; contraria, quæ datur procuratori in dominum.

l. filiusfamil. 8. §. ult. l. qui proprio 46. §. Item contra. 5. ff. de procurat. & *tot. tit. ff. mand. vel contr.*

Directa illa mandati actio competit domino in procuratorem variis ex 73
cauſis,ſi officium ſuſceptum exequi nolit; [a] ſi quid damni in officio procuratoris,ſuo dolo vel culpa levi,aut leviſſima domino intulerit: [b] Si cum adverſario,ut abſolveretur,colluſerit. [c] Item ut procurator procurationis ſuę rationem reddat, [d] &c.

[a] *l. filiusfam. 8. §. ult. ff. de procurat.* [b] *leg. procuratorem 11. l. à procuratore 13. l. in re mandata 21. C. mandati leg. contractus 23.* ubi Cujac. & Petr. Fab. *ff. de Reg. Iur.* [c] *dict. l. ſi procuratorem 8. §. 1. ff. Mand.* [d] *l. qui proprio 46. §. procurator. ff. de procur.*

Contraria mandati actio competit procuratori in dominum, maximè 74
hoc nomine, ſi quid in utilitatem domini ex mandato impenderit.

d. l. qui proprio 46. §. litis, ff. de procur.

Quòd ſi abſq; mandato ad defenſionem alicujus acceſſerit quiſpiam, ſi- 75
militer quidem mandati judicio locus eſt ex ratihabitione domini: [a] aliâs verò negociorum geſtorum actio competit. [b]

[a] *l. ſemper qui prohibet 60. §. 1. ff. de reg. jur. c. ratihabitionem, de reg. jur. in 6. l. ſi fundus 16. §. 1. ff. de pignor.* [b] *l. ſi autem 8. in prin. ff. de negoc. geſt. l. de qua re 74. §. ult. ff. de judic.*

Non eſt hoc loco omittendum, quòd ſi procurator ad litem datus ſuâ 76
negligentiâ quid omittat, puta terminum probatorium præterlabi patiatur, vel à ſententia intra decendium non appellet, dominus in integrum reſtitui poteſt, cùm procurator ille ſolvendo non eſt.

Digitized by Google

Hartman Piſtoris *lib.1.quaſt.jur.quaſt.36.n.7.& ſeqq.* And.Gail.1. *obſerv.pract.45.nu.6.& ſeqq.& obſerv.139.nu.9.& obſerv.143.nu.6.* Dn. D. Beſold. *de appellat.cap.5.num.52.& ſeq.* Vmmius *diſput.3.ad proceſs.judic.theſ.8.nu.50.* Alexand. *conſ.95.incip.viſis proceſsib.nu.7.vol.2.* Grævæ. *concluſ.pract.45.nu.7.* Aufrerius *deciſ.Toloſan.quaſt.101.*

CLASS. VI. DISPUTATIO VII.

DE ADVOCATIS.

THESIS I.

VT procuratorum, [a] ſic & advocatorum officium vitæ hominum neceſſarium eſt. [b] Sunt autem advocati qui cauſis agẽdis quoquo ſtudio ſine mandato litigantis operantur; [c] ut qui cauſarum patrocinium profitentur, [d] deſiderantibus idem præſtant, [e] jurgantibus præbent [f] ipſorum cauſas orando, [g] agendo, [h] & negocia perorando, [i] cauſarumque ambigua facta dirimendo, [k] non modò apud ordinarium, [l] ſed & delegatum, [m] quin etiam pedaneum judicem. [n]

[a] *l.1.§.pen.ff.de procurat.* [b] *l.4.in princ.C.de advocat.diverſor.judicior.* [c] *l.1.§.advocatos,ff.de extraord.cognit.* [d] *l ſi quis 9.C.de advocat.diverſor.judicior.* [e] *l.2.Cod.de poſtul.* [f] *l.quiſquis 6.§.1.C.d.t.* [g] *d.l.9.& l.petitionem 13.C.de advocat.diverſor.judicior.l.6.§.apud urbem 5.C.de poſtul.* [h] *l.penult.ff.d.tit.* [i] *l.nemini 11.in fin.C.de advocat.diverſor.judicior.* [k] *l.advocati 14.C.d.tit.* [l] *l.1.§.poſtulare ff.de poſtul.* [m] *c.1.extr.de offic.judic.* [n] *l.1.§.removet,verſ.Item Senatuſconſult.facit l.4.§.hoc autem ff.de damno infect.* vide Magonii *Cynoſur.Advocator.* Hiltrop. *in proceſs.tit.19.* Dn. D. Beſold. *part.1.delib.ex lib.3.ff.quæſt.1.* Arum. *lib.1.deciſ.10 & lib.2.deciſ.11.nu.62.* Camil. Borel. *in ſumm.deciſ.tom.1.tit.65.* Advocati an ſint utiles. vide Dn. D. Beſold. *de præm.pœn.& leg.cap.8.nu.11.fol.171.* Grævæ. *lib.1.concl.43.*

2 Olim quidem differentia erat inter advocatum & patronum. Patronus dicebatur in judicio, qui orator erat, advocatus verò qui amico in cauſa aderat officii gratia, & jus ſuggerebat tantum, nõ etiam perorabat. [a] Verum hodiè & ipſe patronus nominatur advocatus: [b] Idemque etiam cauſidicus appellatur. [c] Vocatur item rogatus, & officium ejus toga. [d]

[a] Aſcon. Pædian. *comment. in Cic. divinat.* qui defendit, *inquit*, alterum in judicio, aut patronus dicitur, ſi orator eſt, aut advocatus, ſi jus ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico. [b] *l.4.& l.6.in princ.C.de poſtul.l.1.C.de advocat.diverſor.judicior.* Et rectè quidem abolita eſt differentia iſthæc: ſiquidem non minus patroni, quam advocati, in conſilium advocentur, [c] *d.l.quiſquis 6.in princ.& l.ſeq.C.de poſtul.l.2.& l.ult.C.de advocat.diverſor.judic.* [d] *l.5.l.6.l.7.l.8.§.1.C.d.t.*

3 A procuratore tamen advocatus, & cauſæ patronus multum differunt. Ille cum mandato conſtituitur, hic ſine mandato aſſumitur. Unde ille ſi malè cauſam adminiſtret, actione mandati tenetur, [a] quod de advocato nuſquam legimus. Procurator poſt litem conteſtatam dominus efficitur litis, advocatus non item. [b]

[a] *l.1.ſi procuratorem 8.in princ.ff.Mandati, cum ſimilibus* [b] *l.1.C.de errore advocat.* Honded. *Vol.1.conſ.81.* Eberhard. Speckhan. *cent.1.quaſt.69.*

4 Eſt autem advocatorum, qui oratores ſunt, poſtulare, quamvis & ipſe litigator poſtulare poſſit, quippe cum poſtulare ſit deſiderium ſuum, vel

amici

amici ſui apud judicem exponere, vel alterius deſiderio contradicere.

l.1. §.2. ff. de poſtuland.

Circa advocatos autem & patronos cauſæ quadruplex inſpectio incurrit. Prima quis poſſit eſſe advocatus, & de modo amittendi aliquem ad officium advocationis. Secunda de ipſo officio & munere advocatorũ, itemque de dolo & errore ipſorum, quem in advocatione admittunt. Tertia de advocatorum præmiis, ac privilegiis. Quarta de advocatorum ab officio advocationis remotione. 5

Advocatus eſſe poteſt, qui jure nominatim non prohibetur. [a] Prohibetur autem minor 17. annis, [b] Item mulier, [c] cæcus, [d] infamis. [e] De muto, quin & hic patronus orator eſſe nequeat, licet ſcripto animi ſenſa exhibere poſſit, dubium eſt nullum. [f] Similiter & ſervus ab advocationis officio arcetur. [g] Prohibetur item cauſarum patronus eſſe, qui Chriſtianus non eſt, [h] tum etiam in foro & cauſa ſeculari Clericus, & Monachus. [i] Libertus verò in prohibitorum numero non eſt. [k] 6

[a] *arg. l. Mutus 43. §.1. ff. de procurat. l. cum prætor. 12. in pr. ff. de judic. & l. qui accuſare 8. ff. de accuſat.* [b] *l.1. §. initium de poſtul.* Ex quo loco docent interpretes juris, quod ille, qui 17. complevit annos, promoveri doctor juris poſſit, vide Sichard. *ad rubr. C. de procur. nu. ult.* [c] *l.1. §. ſecundo loco. ff. de poſtul. facit l.1. & d. l. cum prætor. 12. §.2. verſ. moribus ff. de judic. l.2. ff. de reg. jur. l. maritus 21. C. de procur.* [d] *d. l.1. §. ſecundo loco, verſ. caſum, ff. de poſtul.* [e] *l.1. §. ait prætor. 8. & §. de qua 10. verſ. pro qua ſententia ff. d. t.* Eſt enim advocatorum officium honorabile & laudabile *l.4. in pr. C. de advocat. diverſo. judicum. & l. advocati 14. C. de advoc. diverſ. judicior.* [f] In Oratore enim facundia deſideratur. [g] *l. ſervus 6. C. de judic.* [h] *l. ult. de poſtul.* Facit quod hæreticus magiſtratum gerere nequit. *l. probatorias 9. C. de diverſ. offic. lib. 12. l. nemo militet. 20. C. de Epiſcopal. audient. l. Manichæi 12. & l. Quæ de Samaritis 18. C. de hæretic.* [i] *c.1. c.2. & c. ult. extr. de poſtul. l. conſulta 23. C. de teſtament.* [k] *l.2. C. de poſtul. & confert huc. l.2. C. de officiis adſeſſ.*

In Camera etiam Imperiali in numerum advocatorum nemo conſociatur, niſi qui Pontificiæ vel Auguſtanæ confeſſionis eſt. 7

Cammergerichts Ordnung/ *part.1. tit.18. junct. tit.3. §. ult.*

Pro ſe tamen poſtulare poteſt fœmina, item cæcus, & infamis: [a] tum etiam clericus in foro civili. [b] 8

[a] *l.1. §. ſecundo loco, & §. ſeq. ff. de poſtul.* [b] *dict. c.1. & c. ult. extr. d. t.*

Poſtulare item poteſt non pro ſe tantùm, ſed & pro conjunctis & miſerabilibus perſonis, ut infamis, [a] ſic & Clericus. [b] Unde tutor & curator pro pupillis & adoleſcentibus ſuæ fidei commiſſis poſtulare non vetantur. [c] 9

[a] *l.1. §.1. §. ut initio 6. & §§. ſeqq. l.2.3.4. & ſeq. ff. de poſtuland.* [b] *d. c.1.2. & ult. ext. eodem tit.* [c] *l.1. §. removet 5. verſ. ſed eſt æquiſſimum & l.6. in princ. ff. d. t.*

Sed an pro hæretico poſtulare quia poſſit in dubium vocatur? Nos id præciſè negamus. 10

c. ſi adverſus 11. extr. de hæretic. l.4. in princ. C. de hæretic.

In Camera Imperiali neque is advocatus eſſe poteſt, qui legitimè natus non eſt. 11

Cammergerichts Ordnung/ *part.1. tit.18.*

Adhæc advocatus eſſe prohibetur, cujus animus juris peritia imbutus non eſt. [a] Siquidem turpè fuerit cauſas oranti, jus civile, in quo verſaturus ſit, ignorare. [b] 12

[a] *l. Nemini* 11. §. 1. *verſ. Iuriſperitos, C. de advocatis diverſor. judicior.* [b] *l. 2. §. Servius* 43. *ff. de orig. jur.* Et eſt profectò res non indigna reprehenſione, ſolos linguæ operarios tribunalia fatigare, & juſtitiæ legem, quam minimè norunt, judici velle perſuadere, ut Zaſius *dicto loco* ſcribit. Imperitos illos juris loquaculos, & blaterones ſtatutum Wirtembergicum Entenmeyer appellat. Alt Landrecht/ *part.* 1. *tit.* von Fürſprechern vnd Redner. §. die Entenmeyer. Vnde ita nominentur vide Dn. Beſold. *in theſaur. pract. in verb. Advocat.*

13 In Camerali quoq; judicio in advocatorum numerum non admittitur, qui Doctoratus vel Licentiæ inſignibus decoratus non eſt.

Cammergerichts Ordnung/ *part.* 1. *tit.* 18.

14 In ſuprema curia Wirtembergica aſſumuntur & illi, qui trienniûm aut quadriennium juri operam ſedulò dederunt, & Anteceſſores ſtudioſè audiverunt.

Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung/ *part.* 1. *tit.* 7. *in princ.*

15 Præterea Juſtinianeo jure & illud in advocato cauſarum oratore requiritur, ut diſertus, & facundiæ ſtudiis ſit eruditus. Siquidem in libris juris noſtri hoc perpetuo decorêtur epitheto cauſarum patroni, ut dicantur diſertiſſimi, & facundiſſimi viri, facundia item conſpicui, & clariſſima eloquentiæ lumina. [a] Quin etiam glorioſæ vocis munimen iiſdem tribuitur. [b] Quod tamen non ita exaudiendum eſt, quaſi jura ad agendam cauſam multa verborum lenocinia, aut orationis calamiſtra ac fucos deſiderent, [c] cum duo ſæpe verba, ut dicitur, ſufficiant, ſed quod neceſſum ſit, ut negocium ipſum oratione explanetur judici diſerta, atque argumentis fulciatur idoneis, teneatq́ue advocatus rationem ſolidè occurrendi ſophiſmatis adverſarii. [d]

[a] *l. petitionem* 13. *C. de advocatis diverſ. judic. l. ult. C. de in offic. teſtam. l. petitiones.* 5. *& l. ſeq. l. per hanc* 7. *& l. ult. C. de advocatis diverſor. judic.* [b] *l. advocati* 14. *C. de advocatis diverſ. judicior.* [c] *arg. l. 1. §. 1. ff. de Inſt. & jure l. 1. C. de formulis, & impetrat. act. ſublatis, & l. 1. §. 2. ff. de dolo. malo.* Hi enim qui ſtudent Caninæ facundiæ & mutuis ſeſe latratibus impetunt, fora venenant, judices ludificantur, quin etiam Deum ipſum fatigant, atque juſtitiæ oculos verſutiis ſuis fruſtrari conantur, Zaſ. *ad l. 2. §. His legibus latis* 5. *& §. poſt hos quoque Tucero,* 46. *ff. de orig. jur.* [d] Donell. *lib.* 18. *comment. cap.* 3. *pag.* 135. *in fin.*

16 Quod ad modum attinet conſociandi juriſperitum in advocatorum ordinem, is primum tribus hiſce continetur rebus. Una, quod exhibendum eſt Rectoris provinciæ, ex qua oriundus eſt, qui advocationis munus deſiderat, teſtimonium, quo doceatur, cujus ille conditionis ſit, cohortalis, ob quam rejicitur, nec ne: [a] nativitatis item legitimæ, vel illegitimæ, ſi in Camera Imperiali in advocatorum numerum recipi cupiat: [b] infamis vel honeſtæ conditionis. [c] Altera, quod juris Doctores ſub geſtorum teſtificatione jurati deponere debent, eum, qui in advocatorum conſortium ſe conferre vult, peritia juris inſtructum eſſe. [d] Tertia, quòd ſi ad ſtatutos aggregandus ſit, in matriculam inſeri debet. [e]

[a] *l. Nemini* 11. §. 1. *C. de advocatis diverſor. judic.* [b] Hic enim ut legitimè natus ſit, neceſſe eſt, ut ſuprà fuit dictum. [c] Infamis enim non recipitur advocatus. [d] *dict. l. nemini* 11. §. 1. *verſ. juriſperitos, C. de advocatis diverſ. judic.* [e] *l. petitionem* 13. *in princ. C. d. tit. l. 1. & l. ult. C. de advoc. diverſ. judic.* Alii advocati ſunt ſtatuti, alii ſupernumerarii etiam in Camera Imperiali.

Statuti,

Statuti, qui ſunt intra certum ac definitum numerum, quales in ſupremo Imperii judicio advocati procuratores, Cammergerichts Ordnung *part. 1. tit. 18. & ibi, comment.* Supernumerarii dicuntur, qui ultra eum ſunt numerum, *d. l. nemini* 11. *§. 1. in fin. & d. l. petitionem* 13. *in princ. C. de advoc. diverſ. jud.*

Etſi verò judicium aliquod conſtitutos habeat advocatos certos, attamẽ ſi litigator per propriũ advocatum ſuã agere cauſam cupiat, audiri debet.

Cammergerichts Ordnung / *part. 1. titul.* 26. Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung / *part. 1. titul. 7. §.* ob einiche Parthey. Multò magis ergò ipſi litigatores, ſi idonei fuerint, admitti debent: ut admittuntur jure Wirtembergico, Hoffgerichts Ordnung / *dict. loco* Alt Landrecht *pag. 67. titul.* von Fürſprechern und Redner. New Landrecht / *part. 1. Tit. 17. in prin. pag.* 94.

In ſuprema quoq; Imperii curia nemo, priuſquam à judice & adſeſſoribus de ſua doctrina, juriſperitia, honeſtate, legitima nativitate, vitæ conditione, de loco, item ubi gradum adſumpſerit, probè examinatus & probatus fuerit, in conſortium advocatorum ſtatutum admittitur. 17

dict. part. 1. tit. 18.

Quòd ſi etiam judex, & adſeſſores ſupremi judicii Wirtembergici dubitent, utrum juris ſtudioſus, qui ſe in advocatorum numerum recipi petit, integrum triennium, aut quadriennium juris ſtudio inſumpſerit ipſoſque anteceſſores diligenter audierit, nec ne, deſideranda eſt ab eo hujus rei probatio. 18

Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung / *part. 1. tit. 7. in fin. princip.*

Deinde & illud in novicijs advocatis Cameræ Imperialis, aliorumq; illuſtrium quorundã judiciorum exigitur, ut ſolenne & legitimum jusjurandum præſtent, quod omni virtute ſua, omniq; ope id, quod verum & juſtum exiſtimaverint, clientibus ſuis inferre procurabunt. &c. 20

Keyſ. Cammergerichts Ordnung / *part. 1. tit. 64* Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung / *part. 1. pag. 12. §.* Deß Hoffgerichts Advocaten / & *pag. 21. tit.* Der Advocaten und Redner Eyd. *Iure quidem Iuſtinianeo exigitur etiam a patronis cauſarum jusjurandum, ſed lite in cauſa, quam agunt, conteſtata, l. rem non novam 14. §. patroni, C. de judic.*

Sequitur de munere & officio advocatorum, quod eſt, ut litigatoribus clientulis ſuis, à quibus advocati ſunt, adſint, [a] & eorum deſiderium apud judicem exponant, & alterius adverſarii ſcilicet, deſiderio contradicant. [b] 21

[a] *l. 6. §. 1. & l. ult. ff. de poſtul.* [b] *l. 1. §. poſtulare 2. ff. d. t.*

Antè omnia autem advocati ita præbere jurgãtibus patrocinia debent, quod verum & juſtum eſſe exiſtimaverint, procurent, atq; ad id nihil ſtudii reliquum faciant. [a] Prævaricatores ergò non eſſe debent. Si prævaricatus quis ſit pro temeritate commiſſi extra ordinem punitur, & de cauſa principali denuò cognoſcitur. [b] 22

[a] *d. l. rem non novam, §. patroni C. de jud.* Cammergerichts Ordnung / *part. 1. tit.* 46. Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung / *part. 1. pag. 21. tit.* der Advocaten und Redner Ayd. Nevizan. *in ſylva Nuptiali pag. 209 fac. 2. col. 2.* [b] *l. 1. C. de advocat. diverſ. judic. l. 1. §. 1. ff. de prævaricat.* Prævaricator quis ſit, vide *in l. 1. §. prævaricatorem 6. ff. ad SC. Turpil.* Nicol. Reuſner. *Vol. 2. conſil.* 22. Gilhauſ. *in arbor. crimin. cap. 2 tit.* 31.

Quòd ſi ab initio ſtatim, vel in progreſſu certaminis cognoverint, clientis, 23

tis ſui cauſam improbam eſſe, vel penitus deſperatam, & ex mendacibus allegationibus compoſitam, tunc certè ſcientes, prudenteſq; mala conſcientia ei non patrocinari, ſed à cauſa recedere debent. Quo facto non licebit ei, qui malam & iniquam cauſam fovet, ad alium patronum recurrere, ne melioribus contemptis, improba advocatio ſubrogetur.

d.l. rem non novam 14. §. patroni verſ. non autem credita ſibi, & duob. verſ. ſeqq. C. de jud.

24 Si plures ſint ejuſdem cauſæ patroni, quorum aliquibus juſta, quibuſdam verò iniqua ea cauſa videatur (ut ſunt varia hominum judicia) tunc illi, quibus juſta putatur cauſa, in patrocinio perſeverare poſſunt: Quibus autem injuſta & iniqua videtur, eam deponere debent; in quorum tamen locum alii ſurrogari non debent.

d.l. rem non novam 14. §. patroni verſ. ſin autem pluribus. C. d.t.

25 Pertinet præterea ad patronorum officium & illud, ne ipſi prorumpant in conviciandi licentiam, & maledicendi temeritatem, ſed potius agant, quod cauſæ utilitas expoſcit & ipſa lis deſiderat, ab injuria temperent, nec derelicto negocio in adverſarii contumeliam pergant.

l. quiſquis 6. §. ante omnia C. de poſt. Keyſerl. Kammergerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 11. §.* Nach dem auch/ & *tit. 52.* Fürſtlich Würtembergiſch Hoffgerichts Ordnung/ *part. 1. pag. 12. §.* Die Advocaten/ & *pag. 21. dict. tit.* der Advocaten vnd Redner Ayd. Ad quod eos etiam movere meritò debet, quod pravi advocati, ſine loquela mori dicuntur, *gloſ. ad §. item ſurdus in verb. amittant. Inſt. quibus non permiſſ. fac. teſtament.* Neviz. *in ſylva nupt. pag. 210. fac. 1. colum. 1.* ubi addit, quod Paduæ, uno peſtis anno, ſeptem advocati mortui ſint, qui omnes ſine lingua fuerint inventi.

26 Cavebit quoque advocatus, ne litem conſulto & data opera protrahat, atque protelet. [a] Id quod legum quidam contortores & pecuniarum extortores, togati vultures, & pecuniæ accipitres, facere audent. [b]

[a] *d.l. quiſquis 6. §. nemo ex induſtria C. de poſt.* Keyſ. Kammergerichts Ordnung/ *d. part. 1. tit. 64.* Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung/ *pag. 13. §.* da beneben wöllen wir/ ꝛc. & *pag. 21. tit.* der Advocaten vnd Redner Ayd. [b] Tyraquell. *de nobilit. c. 29.* Zaſ. *ad l. 2. §. poſt hos quoque Tubero. ff. de orig. jur.* Ioh. Borcholt *in comment. ad tit. de pact. c. 5. nu. ult.* Donell. *lib. 18. comm. cap. 3. pag. 141. verſ. preterea univerſi lin. 18. & ſeqq.*

27 Adhæc non debet cauſæ patronus, cum cliente ſuo, pedente lite, de parte aliqua ejus ſummæ, quæ in lite verſatur, ſive de ſocietate futuri emolumenti pactionem inire, (ut Quintilianus vocat) piraticam: [a] quin etiam nullam aliam pactionem, vel contractum, cum clientulo ſuo, pendente lite, facere debet [b]

[a] *l. ſi quis 5. C. de advoc. d. verſ. judicior. l. 1. §. ſi cui cautum. 12. de Var. & extraord. cog. l. ſumptus 53. ff. de pact. l. Salarium 7. C. mand. & l. litem 15. C. de procurat.* Keyſerlich Kammergerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 64.* Fürſtlich Württembergiſch Hoffgerichts Ordnung/ *part. 1. pag. 21. tit.* der Advcaten vnd Redner Ayd. [b] *l. quiſquis 6. §. preterea 2. C. de advocat. d. verſ. jud.* proindeque nec de ſalario Kammergerichts Ordnung/ *part. 1. titul. 46. in princip.* Hujus probationis duplex videtur eſſe cauſa: una, quod metuendum fuit, ne in fraudem ejus juris, quod eſt de parte litis, contractus alius ſimulatè interponeretur. Altera ne feneſtra aperiretur advocatis ad vexandos, & concutiendos miſeros clientes ſuos, à quibus per occaſionem ſuſceptæ cauſæ quidvis facilè extorquerent, Donell. *dict. libr. 18. comment. cap. 3. pag. 141. in fin.* vide Dn. Beſold. *ad lib. 3. ff. delibat. quaeſt. 5.* Everhard. Speckhan. *cent. 2. claſſ. 4. quaeſt. 45.*

Præterea

Præterea advocati officium eſt, obtemperare judici, cum præcipit, ut huic vel illi parti patrocinium præſtet: quod facit maximè judex cum quis advocatum invenire nequit vel machinatione, aut ambitione adverſarii, vel ob paupertatem, &c. [b] aut invenit quidem advocatum, ſed infirmiorem & minus exercitatum. [c] 28

[a] *l. providendum 7. C. de poſtul.* [b] *l. ait prætor. 4. ff. dict. tit.* & *l. nec quicquam 9. §. advocato 5. ff. de offic. proconſ.* Cammergerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 19. §. ultim.* Fürſtlich Württembergiſch Hoffgerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 2. §.* So die Advocaten / Andreas Gaylius *libr. 1. obſervation. practic. obſervat. 43. num. 1. 10.* & *ſeq.* Mynſinger. *cent. 4. obſerv. 32.* [c] *dict. leg. providendum 7. in princ. C. de poſtul.* Fürſtlich Württembergiſch Hoffgerichts Ordnung *dict. tit. 3.* Wann er auch vermercke.

Et ex illa jure Juſtinianeo muneris advocatorum portio quædam, ne ultra biennium ſine commeatu, vel cum commeatu, ultrà quinquennium à loco judicii abſint. 29

l. ult. C. de advocat. diverſ. judic. obſt videtur *l. per hanc 7. §. hoc etiam 2. ibi, ultra trium annorum ſpacium C. d. t.* Commeatus eſt libera proficiſcendi licentia, Cujac. *ad l. in ſacris 9. C. de proxim. ſacror. ſcrinior.*

Et & illud hic monendum, quod cauſarum advocati, in peragendis cauſis ſtare debent, non ſedere. 30

l. quiſquis 6. §. ult. C. de poſtul.

Quod attinet dolum advocati, quem in advocatione ſua per colluſionem admiſit, is adeò clienti non nocet, etiam præſenti, ut colluſione comperta liceat victo de re eadem denuò agere. 31

l. 1. C. de advocat. diverſ. judic. & *l. divus 33. ff. de re judic.*

Neque etiam error advocatorum nocet litigatoribus abſentibus: præſentibus quidem nocet, ſi intrà proximum triduum, non revocaverint eum errorem, vel poſt ſententiam, appellationis remedio, errorem non emendaverint. 32

l. 1. ubi Sichard. *l. ult. C. de error. advocat.* quæ loca de utroq; facti & juris errore intelligimus, cum Donell. *lib. 12. comment. c. 5. pag. 149.* & *ſeq.* Chriſtinæ *vol. 2. deciſ.* 104.

Non tamen dubitandum eſt, quin judicem deceat, ſi quid à litigatoribus vel advocatis minus fuerit dictum, ſupplere, & proferre, quod legibus, & juri publico convenire ſciat. 33

l. un. ubi Sichard. & Cujac. *C. ut quæ deſunt. Advocat.* Obſtare videtur *l. illicitas 6. §. veritas, ff. de offic. præſid.* & *l. quiſquis 6. in pr. C. de poſtulat.*

Succedunt præmia, & privilegia advocatorum. Præmia advocatorum appellant jura, honorarium, ſalarium, ſtipendium, ſolatium, ſummam honorariam, & interdum etiam palmarium. [a] Qua in re ita verſari judex debet, ut pro modo litis, pro advocati facundia, & fori conſuetudine, æſtimationem adhibeat. Quin etiam, quod litigator libero offert arbitrio, patronus cauſæ licitè accipere poteſt. [b] Supra tamen aureos centum pro ſingulis cauſis accipere non debet. [c] 34

[a] *l. 1. §. in honorariis 10. ff. de var.* & *extraord. cognit.* [b] *d. l. quiſquis 6. l. nemo 4. C. de poſtul.* [c] *d. l. 1. §. ſicuti autem 12. ff. de var.* & *extraord. cognit.* Suillus tamen quidam licet cujuſdã clientis ſui jura nequiſſimus prævaricator fuerit, ab eo tamen, quadraginta millia nummorum, pro honorario accepiſſe dicitur, Zaſ. *ad l. 2. §. poſt hos quoq. in verbo, nec obſcurus, ff. de orig. jur.*

35 Imperialis quoque Cameræ advocati laborum ſuorum æſtimationem, à judice, & aſſeſſoribus expectare jubentur: [a] Id quod juri Juſtinianeo conſonum arbitramur. [b]

[a] Cammergerichts Ordnung / *part.1.tit.46.* Andr. Gayl. *lib.1.obſer.pract.obſerv.44.num.4.* [b] *d.l.1.§.in honorariis, ff.de extraord.cognit.* Vide Treutler. *conſil.*87.

36 Similiter jure VVirttembergico ſupremæ curiæ, advocatorum opera ſcriptis comprehenſa, judicis & aſſeſſorum taxationi committitur. [a] Oretenus vero, ſi in cauſa coram ejuſdem tribunalis judice procedatur, in ſingulos dies pro ſuo labore advocati crucigeros exigere poſſunt ſexaginta. [b] Pro audienda autem ſententia, ſuperiori tempore in cauſa concluſione facta, crucigeros viginti, [c] & totidem etiam ſi in judicio, producendorum ſaltem ſcriptorum cauſa, clientulis ſuis adſint. [d]

[a] Fürſtl. Würtembergiſch Hoffgerichts Ordnung / *part.1.tit.7.§.* Wann dann die Sach / *pag.*15. [b] *dict.tit.7.§.* Damit auch das Hoffgericht / *pag.14.& ſeq.* [c] *dict.tit.7.pag.15.§.* So aber zu vorgehenden / [d] *dict.tit.7.§.* Wann dann die Sach / *pag.eadem.*

37 Debetur autem honorarium advocato, non ſolum quando vincit, & obtinet, ſed & cum ipſe ſuccumbit & vincitur.

Argum.l.ſed an ultrò 10.§.1.ff. de neg.geſt. Vide Speckhan. *cent.1.q.21.* *Quin etiam ſi Martiali lib.8. Epigram.* fidem habemus, amiſſa cauſa plus debet clientulus advocato, quàm ſi vicerit: Siquidem victoria non minima ſit pręmii portio; amiſſio verò cauſæ pudor ſit advocato.

Verba Martialis hac ſunt:

Egi Sexte tuam pactus duo millia cauſam
Miſiſti nummos quot mihi? Mille quid eſt?
Narraſti nihil inquis, & à te perdita cauſa eſt;
Tanto plus debes Sexte, quòd erubui.

38 Cæterùm quæritur, poſſit ne advocatus in cauſa propria ſalarium advocationis, ab adverſario petere? Communiter autem id negatur;. Niſi interim advocatus operam ſuam aliis præſtare potuiſſet, aut cauſam cum alie communem egiſſet.

Mynſing. *cent.1.obſerv.2.* Andr. Gayl. *in lib.1.obſ.151.num.16.17.18.& 19.arg.l.28.in fin.ff.de locat.conduct.* Diſſent. Dn. Beſold. *in delib.ff.lib.3.q.4.fol.*260. Boer. *deciſ.210.n.3.* Chriſtinæ. *Vol.2.deciſ.*102.

39 Fiſci advocatis ſingulis (attributi autem fuerunt præfectis prætorio bini, aliis verò præfectis ſummis, in provincia qui erant, unus [a]) ſalaria de publico conſtituta erant in ſingulos annos ad ſummam aureorum ſexcentorum. [b] In ordinatione verò Cameræ Imperialis, advocato fiſci aſſignatur ſalarium florenorum trecentorum. [c]

[a] *l. Binos 10.l.ſancimus 12.& l.poſt duos 15.C.de advoc.diverſ.judicior.* [b] *l.per hunc 7.§.ſexcenti C.de advoc.diverſ.judic.* Kayſ. Cammerg. Ord. *p.1.tit.45.*

40 Si advocatus ſit filiusfamilias, quicquid ex profeſſione advocationis, ejuſve occaſione quæſierit, id ſibi præcipuum pro quaſi Caſtrenſi peculio habet.

l.fori,4.& l.cum advocatio 8.Cod.de advocat.diverſ.judic.l.24.C de inoff.teſtamen.

41 Advocato, qui certum ſalarium anni habuit, defuncto, totius anni ſalarium ad heredes ejus pertinet etiam extraneos.

l.poſt duos 15.§.1.C.de advoc.diverſ.judicior.l.3.l.5.§.ult.C.de advocat.diverſ.judic. Andr. Gayl.

Gayl. *lib.1.obſervat.44.n.12.* ſed obſt. *l.petitionem* 13. *verſ. quando autem C. de advocat. diverſ. judic. vide ſupr. Claſ.2. diſp.4. theſ.*30. Hackelman. *illuſtr. quæſt. diſp.*11. *theſ.*12. *lit.B.* & *D.* Menoch. *lib.3.præſumpt.*85.*num.*17. Maſcard. *de probat. concluſ.*990.*n.*2. Hunn. *in Treutler. vol.* 1. *diſp.*8. *quæſt.*22.

Petit autem advocatus ſalarium vel extra ordinem implorato officio judicis, ſi nullum eſt promiſſum,[a] aut pollicitatione, duntaxat aliquod promiſſum eſt.[b] vel conditione ex lege, ſi pacto nudo cautum ſit ſalarium;[c] vel actione ex ſtipulatu, ſi ſtipulatione ſit promiſſum.[d] 42

[a] *l.1.§.in honorariis* 10.*ff.de var.* & *extraord.cognit.* [b] *l.1.in fin. Codic.mandat.* [c] *per dict.leg.* 1 *§ ſi cui cautē* 12.*ff.de extraord.cog.junct.l.un.ff.de cond.ex leg.gloſſ.ad l.un.in verb.conſtrinxerint.C.de ſuffrag.* [d] *per l. inter ſtipulantem,*83. *§.ſi rem* 6.*ff.de verb. oblig.gl. ad dict.leg. un.in verb.conſtrinxerint.C.de ſu*[illegible]. Andr.Gayl. *lib.1.obſervat.*44 *n.*3.

Donantur etiam advocati onerum perſonalium immunitate, ut nulla penitus ſolicitudo actus publici ipſis injungatur, aut ingeratur invitis nulla inſpectio, nulla peræquatio, nulla operis extructio; nulla diſcuſſio, nullum etiam eis imponatur ratiocinium, nullum deniq; aliud mandetur illis munus præter arbitrium, id eſt, judicandi munus in eo loco, ubi advocationis officium exercent. 43

l. ſancimus 6.*l.petitionem* 13.*in fin.C.de advocat.diverſor.judicior.lib.3. §. ultim. l.petitiones §.ultim.C.de advocatis diverſor.judicium.* In ordinatione quoque Cameræ Imperialis ut aliis Cameræ Cæſareæ ſubjectis perſonis, ſic & advocatis privilegia quædam tribuuntur, *part.*1. *tit.*49.

Et ut primates advocati jure Juſtinianeo ad gradum & officium patroni fiſci provehi ſolebant,[a] & advocati comitis rerum privatarum, proconſulis item Aſiæ, hoc donabantur præmio, ut clariſſimis connumerarentur,[b] atque rectores provinciæ, ſive exconſulares moderatores creabantur contemplatione exhauſtorum laborum:[c] Ita æquum eſt, ut & hodie periti ac primates advocati præ cæteris in aſſeſſorum numerum conſocientur, aliaſque ad dignitates promoveantur.[d] 44

[a] *l.2. C.de advocatis diverſor.judicum.* [b] *l.1.C.d.t.* [c] *l.ſi quis.*9. & *l.petitionem* 13. *C.de advocatis diverſor. judiciorum.* [d] *arg.dictar.legg.*

Eſt & illud ſtatutorum advocatorum privilegium aliquod, quod ipſis mortuis filii eorum cauſas agentes cæteris ſupernumerariis & extraneis ſine ulla ſuffragii prſtatione aut ſumptu prferuntur: dum tamen & ipſi juſto tempore juri operam dederint, & facundia præditi ſint. 45

l. nemini 11. *§.1.verſ. Filios autem, Codic. de advocatis diverſor.judic. l.3. §.* & *filios l.petitionem* [illegible] *§.* & *filios* 5. & *l.per hanc* 7. *in princip.C. de advocatis diverſor.judicum.*

Reſtat advocatorum ab officio advocationis remotio. Removetur cauſæ patronus, vel ipſo jure vel interdictione expreſſa. 46

Ipſo jure cum ei exilium irrogatur,[a] vel quod quaſi prævaricator clientis ſui cauſam prodidit, extra ordinem punitur,[b] vel quod adeo procax eſt, ut non ratione, ſed probris, non doctis dictis, ſed maledictis certandum putet, ignominia notetur.[c] 47

[a] *l Imperator* 8. *verſ.divus quoque,ff.de poſtuland.* [b] *l.1.in fin.ff.de prævaricat.* & *l.aut facta* 16 *in princ. ibi,* & *inſidia advocationes,ff.de pœnis,* & *facit l.1. C.de advocatis diverſ.judicior.* [c] *l quiſquis* 6. *§.ante omnia C. de poſtul.*

48 Interdictione expreſſa arcetur ab advocatione, quem magiſtratus nominatim poſtulare prohibet. Quod ſit vel in perpetuum, ut cum alicui foro interdicitur, [b] aut de matricula penitus deletur: [c] vel ad tempus duntaxat, veluti cum in quinquennium removetur. [d]

[a] *d.l. Imperator 8. ff. de poſtul. l. moris 9. in pr. & §§. ſeqq. ff. de pœnis.* [b] *d.l. moris 9. §. nonnunquam 4. ff. d. t.* [c] *l. ult. C. de advocat. diverſor. judicium, & l. ult. verſ. ſi quis etenim C. de aſſeſſoribus.* [d] *d. l. Imperator 8. ff. de poſtul.* Ad tempus ab advocando remotus, an poſtea admittatur. Dn. D. Beſold. *p. 1. delib. ex lib. 3. ff. quæſt. 3.*

49 In perpetuum advocare prohibitus ſi non adpellaverit, placitis obtemperabit, & cauſis agendis perpetuò abſtinebit: [a] niſi à Principe fuerit reſtitutus. [b]

[a] *l. 1. C. de poſtul.* [b] *l. 1. §. deinde adjicit. ff. dict. tit.* An prohibitus advocare poſſit domi conſulere. Dn. D. Beſold. *dict. loc. quæſt. 2.*

50 Cauſa autem remotionis in omiſſo advocationis officio poſita eſt; ut ſi clientis ſui cauſam quaſi prævaricator prodat, [a] ſi negocio derelicto in adverſarii ſui contumeliam aut palam pergat aut ſubdolè, [b] ſi pendente lite conventionem aliquam cum cliente ſuo faciat. [c]

[a] *d. l. 1. §. ult. in fin. ff. de prævaricat. & d. l. 1. C. de advocatis diverſor. judic. & d. l. aut facta 16. in pr. ff. de pœnis.* [b] *d. l. quiſquis 6. §. 1. in fin. C. de poſtuland.* Quandoque tamen advocatus hujuſmodi in Camera Imperiali floreno tantum, quandoque etiam durius multatur, Käyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 52. in pr. & §. 1.* [c] *l. 5. & d. l. quiſquis 6. §. præterea, C. d. t.*

51 Ut & ſi à juris peritia; & facundiæ ſtudiis inſtructus non ſit, aut æquo negligentior in officio, aut quadam alia ex cauſa ineptus reperiatur, veluti ſi nimis ſit verboſus & prolixus in allegando. [*]

Gl. *ad l. ex ea 9. ff. de poſtul. & ad l. quiſquis 6. §. nemo. C. eod. tit.* Iaſ. *ad l. Gallus 29. §. quidam rectè, num. 5. ff. de liberis & poſthum.* Cammergerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 18. & dict. tit. 52. §. 1.* Fürſtlich Württembergiſch Hoffgerichts Ordnung / *part. 1. tit. 7. §.* Darneben wollen wir.

52 Adhæc ſi advocatus ſine probabili cauſa patrocinium ſuum alicui deneget, tunc ipſi foro in perpetuum interdicitur, nec unquam ad agendum admittitur.

l. providendum 7. C. de poſtul. Fürſtl. Württemberg. Hoffgerichts Ordnung / *d. part. 1. tit. 7. §.* Wann einer Parthey.

53 Præterea ſi ultra præſcriptum tempus à loco judicii abſuerit patronus, veluti jure Juſtinianeo (ut ſupra monuimus) ultra biennium ſine commeatu, vel ultra quinquennium cum commeatu, à matricula penitus deletur.

l. ult. C. de advocatis diverſor. judicum.

54 Denique in Camera Imperiali, & ſupremo judicio Brunſuicenſi, aliiſq; in dicaſteriis quibuſdam advocati quandoque ob culpam ſuam gradus ſtationis ſuæ mutatione plectuntur, & in locum inferiorem rejiciuntur.

[a] Käyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 52.* Und uber das.

CLASS. VI. DISPUT. VIII.

DE INFAMIA ET INFAmibus.

THESIS I.

CVM infames ad munus judicandi, adſeſſuræ, & advocationis non admittantur, [a] diſpiciendum nobis, quid ſit infamia, & qui infames.

[a] *In ſuperioribus oſtenſum eſt diſputationibus.*

Infamia (unde infames) eſt læſæ exiſtimationis ſtatus. [a] Eſtque alia juris, alia facti infamia. [b] 2

[a] *l.5 §.exiſtimatio.ff.de variis & extraord.cognit.*Bart.*ad l.1. C. ex quib. cauſis infam. irrogatur, vide eundem ad l.1.ff.dict.tit.* [b] *l. 2.ff. de obſeq.parentibus & patron. præſtand. l.ea quæ 13.C.ex quibus cauſis infam.irrog.gl.ad d.l.1.in verb.notatur.ff. de his, qui notantur infam. & l. nullam 14. §.infamiam.Cod.ex quibus cauſis infam. irrog.* Diſſentit Donellus *libr.18.comment. cap.6.pag.154.*

Juris infamia eſt, quam ipſum jus alicui irrogat. 3

d.l.2.ff.de obſeq.parentib.& patron.præſt.d.l.ea quæ 13. Cod. ex quibus cauſis infamia irrog. Franciſcus Vivius *in communibus opinionibus in lit.I.*

Irrogatur autem juris infamia tripliciter; Primò ob ſolum aliquod delictum: Deinde ob delictum & condemnationem: Tertiò ob delictum, & pactum de eo remittendo interpoſitum. 4

Ob ſolum delictum notantur infamia, qui artis ludicræ cauſa in ſcenam prodeunt; [a] qui lenocinium faciunt; [b] quæ fœmina defuncto marito ſuo intra tempus luctus (quod anni ſpacio concluditur) alteri nubere feſtinat; [c] qui defuncto genero filiam viduam, quam in poteſtate habet intra idem tempus in matrimonium collocat; [d] qui viduam intra luctus tempus ſciens non juſſu patris, in cujus poteſtate eſt, uxorem ducit, [e] qui filium ſuum, quem in poteſtate habet, uxorem ducere patitur viduam, quæ nondum plenè defunctum virum luxit: [f] qui, quæve ſuo nomine, non juſſu ejus, in cujus poteſtate eſt, bina ſponſalia, binasve nuptias eodem tempore conſtitutas habet: [g] qui ſponte muliebria paſſus eſt: [h] qui operas ſuas, ut cum beſtiis pugnet, locat: [i] quæ palam corpore ſuo quæſtum facit: [k] quę in adulterio deprehenſa: [l] qui venere propoſtera ſe polluit: [m] qui major 25. annis contra pactionem jurejurādo firmatam agere conatus eſt: [n] qui fidei Catholicæ, & Apoſtolicæ Symbolis Apoſtolicis comprehenſæ obſtinatè adverſatur: [o] & denique tutor itemque curator, qui pupillam, vel adultam quondam ſuam ſibi vel filio ſuo uxorem duxit. [p] 5

[a] *l.1.§.qui artis,l.2.§.ait prætor,& ll.ſeqq.ff.de his.qui not.infam.* [b] *dict.l.1.verſ.lenocinium 4.§ ait prætor 2.ff.d.tit.l.penultim.C.ex quibus cauſis infam.irrog.* [c] *l.decreto 15.C.dict.tit.l.2.C de ſecundis nupt. Iure tamen Canonicè hæc mulier ob id infamiam non incurrit, c.penult. & ultim.extr.de ſecund.nupt.* [d] *l.1.verſ. qui enim l.genero 8.ff de his, qui not. infam.* [e] *dict.leg.1.verſ. eamve ſciens, & l.liberorum 11.§. ultim.ff.dict.tit.* [f] *dict. l.1. verſ. & qui eum, l. qui juſſu*

Digitized by Google

12. & *l.ſeq.in princ.ff.dict.tit.* [g] *l.1.in fin.* & *l.quid ergo* 13. *§.1.* & *§§.ſeqq.ff.eodem tit.* [h] *l.1.§.removet autem,6.ff.de poſtul.* [i] *dict.l.1.§.removet.verſ.* & *qui operas,ff.dict.tit.* [k] *l.probrum* 41. & *l.palàm* 43. *in princ.* & 4. *§§.ſeqq.ff.de ritu nupt.* [l] *dict.leg.palam* 41. *§.quæ in adulterio* 12. & *§.ſequent.ff.dict.tit.* [m] *l.cum vir,*31. *C.ad l.gem Iul. de adulter.* [n] *l.ſi quis* 41. ubi Donell.*numer.2.Cod. de tranſactionibus.* Sed obſtare videtur, quod in eadem lege textus habet verbum notetur,non notatur.. [o] *l.1.§.1.C.de SS.Eccleſ.* [p] *l.ſi tutor* 7. *C. de interdict.matrimon.inter pupillum* & *tutor.* Dn.D.Beſold.*part.1.delibat.ex lib.3.ff.quæſt.6.* & *ſeqq.*

5 Ob delictum & condemnationem ipſo iure infames ſunt, qui civili vel criminali judicio famoſo ob dolum ſuũ ſententia judicis condemnati ſunt. Civili,ut qui condemnatus eſt actione pro ſocio, depoſiti, mandati, tutelæ directâ: [a] item qui furti,vi bonorum raptorum,injuriarũ, [b] vel doli [c] actione, ſuo nomine condemnatus eſt: ut & mulier in poſſeſſionem ventris nomine miſſa,cum de ea, quod calumniæ cauſa in poſſeſſionem miſſa ſit, pronunciatum eſt. [d]

[a] *l.1.verſ.qui pro ſocio,l.4.§.fin.l.furti* 6. *§.mandati,* & *§.ſeq.l. in actionibus* 7. *ff.de his, qui not.infam.* De actione pro ſocio eſt etiam text.*in l.ult. C.ex quibus cauſis infam. irrog.* [b] *d.l.1.verſ.qui furti l.1.§.fin.l.furti* 6.*in prin.* & *§.1.* & *§.2.ff.d.tit.l.infamem* 7.*ff.de pub.judic.* De actione furti eſt etiam text.*in l.ſi furti* 8.*C.d.t.* & de actione injuriarum eſt quoque text. *in l.5.* & *l.injuriarum* 10.*C.eod.tit.* [c] *d.l.1.verſ.qui furti.ff.d.tit.* & *l.non debet* 11.*§.ibi,cum ſit famoſa.ff.de dolo* [d] *l.notatur* 15. & 4.*leg ſeq.ff.de his,qui not.infam.*

6 Criminale judicium ex condemnatione famoſum vel publicum eſt, vel extraordinarium, vel militare. Et quidem omne judicium publicum ex condemnatione famoſum eſt.

d.leg.infamem 7.*ff.de publ.jud.* & *l.Quid ergo* 13. *§.ult.ff.de his,qui not.infam.*

7 Criminale judicium extraordinarium, accedente condemnatoria ſententia, famoſum, eſt judicium prævaricationis, & calumniæ judicium, [a] itemque judicium tergiverſationis, [b] in judicio publico adhibitæ factæ ve, expilatæ hereditatis, [c] ſepulchri violati, [d] ſuſpecti tutoris, [e] furti injuriarum,vi bonorum raptorum. [f]

[a] *dict.leg.1.verſ.qui in judicio publico,* & *l.4.§.penult.ff.de his,qui not.infam.l.4.ff. de prævaricat.* quis prævaricator ſit,exponitur *in l.1.ff.dict.tit.* & *in dict.l.4.§.penult.de his, qui not.infam.* & *in l.1.§.prævaricationem,6.ff.ad SC.Turpill.* quid calumniari, *in d.l.1.§.1.ff d.tit.* [b] *l.ſpurtis 6.§.qui judicij,3.ff.de decurionibus,* & *l.1. Cod.ut intra certum tempus criminalis quæſtio terminetur.* Eſt autem tergiverſatio deſiſtere ab accuſatione publica, *l.3.§. ult.ff. de prævaricat.l.1.§.ſi quis 7.ff.ad SC. Turpill.* Quod ſi quis accuſationem deſerat extraordinariam, non notatur infamia.*l.ſi quis 5.§.1.ff.ad SC.Turpill.Cujac.in lib. 1.reſponſ. Papin.pag.32.* [c] *l.ſi te 12.Cod.ex quibus cauſ.infam.irrog.* [d] *l.1.ff.de ſepul.violat.* [e] *§.ſuſpectus autem remotus, Inſtit.de ſuſpectis tutorib.junct.l.infamem 7.ff.de pub.judic.l.1.§.ſuſpecti tutoris,11.ff.ad SC.Turpill.* & *l.1.§.ſolent.7.ff.de offic.præfect.urbi.* [f] *d.l. infamem 7.ff. de public.judic.junct.l. ult.ff.de furt.* & *l.ult.de injur.*

8 Ingens concertatio eſt de judicio ſtellionatus, an infamiam reo irroget nec ne [a]? Nos ei condemnato omni caſu infamiam irrogari intrepidè affirmamus. [b]

[a] vide Duaren.*lib.1.diſp.cap.42.* Cujac.*libr.1.reſponſ.Papin.pag.15.* & *lib.10. obſerv.cap.26.* & *in paratit.Cod.de crimine ſtellionat.* Iohan.Robert.*lib.4 ſentent.jur. cap.17.* Weſembec.*in paratit.ff.tit.ſtellionat.* Pac.*cent.2.enantioph. ad titul.de his, qui notat.infam.* Anton.Fabr.*libr.4.conjecturar.cap.2.* Donellus *libr.18.commentar.cap.8.pag.156.* & *ſequent.* [b] *d.l.quid ergo 13.*

§.ult.

§. ult. in ff. de his, qui not. infam. obſtat *l. 2. ff. ſtellionat.* Vide Dn. D. Beſold. *dict. loc. quæſtion. 6.*

Quæritur ſimiliter de eo, qui improbum fænus exercet? Nos ei extra or- 9
dinem [a] accuſato, & damnato infamiam irrogari concludimus. [b]

[a] Hunc criminaliter extra ordinem accuſari, & damnari, oſtendit ex aliorum ſententia Iohan. Boicholt. *in comment. de uſuris, cap. 5. num. 9. & ſeq.* [b] *per l. improbum, 20. ibi, irroganda. C. ex quibus cauſ. infam. irrog.* Donell. *verò libr. 18. comment. cap. 7. pag. 155.* ob ſolum fœnus, abſque ſententia infamiam huic irrogari autumat. Argumenta, quibus utitur, quæ ſint, videri ibi poſſunt.

Qui autem ex aliis cauſis, quàm quæ jure jubentur eſſe famoſæ, damna- 10
tus eſt inter infames non habetur. [a] Nam fuſtibus ob calumniam cæſus, eſt famoſus, [b] at cæſus ob cauſam non famoſam jure infamis non eſt.

[a] *l. ictus fuſtium 22. ff. de his, qui infam. not.* [b] *l. fuſtibus 16. C. ex quibus cauſis infam. irrog. d. l. illud fuſtium 22. ff. d. tit.*

Hinc etiam infamię detrimentum alicui non adfertur ob id ſolùm, quòd 11
in carcerem conjectus eſt, vel ei vincula ſunt injecta, [a] vel quod plus debito nomine debitorum exegit, in duplum à judice condemnatus eſt. [b]

[a] *l. 1. C. dict. tit.* [b] *l. 2. C. eodem.*

Ut autem cauſam jure famoſam hic deſideramus, ſic & illud requirimus, 12
ut qui condemnat, judex ſit, non arbiter compromiſſarius: [a] & condemnatio fiat ſententiâ definitivâ, non interlocutione: [b] tum etiam ne à ſententia ſit appellatum, [c] neve condemnatus in integrum reſtitutus. [d]

[a] *l. quid ergo l. 13. §. ex compromiſſo 5. ff. de his, qui not. infam.* [b] *l. verbum 17. & l. interlocutio 19. C. ex quibus cauſ. infam. irrog.* [c] *l. furti 6. §. 1. ff. h. tit.* [d] *l. 1. §. deinde adjicit prætor 9. & §. ſeq. ff. de poſtul.*

Quòd ſi etiam judex corporalem pœnam legitima corporali vel pecu- 13
niaria graviorem irroget condemnato, ceſſat infamiæ macula.

l. 4. Cod. ex quibus cauſis infam. irrog. d. l. quid ergo, 13. §. pœna 7. ff. de his qui not. infam. l. ordine 15. in princ. ff. ad municipal. l. ad tempus verſ. ad tempus autem. ff. de decurionib. l. in ſervorum 10. §. ult. ff. de pœnis. l. 4. §. ad tempus. 4. ff. de re mil. vide Cujac. *in libr. 1. reſponſor. Papin. p. 18. & ſeqq. & in lib. 2. quæſt. Papin. pag. 22. & ſeqq.* Donell. *lib. 18. comment. c. 8. pag. 160. & ſeq.* Dn. D. Beſold. *dict. loc. quæſt. 8.*

Quid ſi judex in cauſa famoſa leviorem legitimâ imponat reo pœnam, 14
nunquid damnatus ſimiliter infamiæ pœna liberatus intelligitur? Negamus.

[a] *l. ordine 15. in princ. verſ. minoribus, ff. ad municipalem l. 3. in princip. & d. l. ad tempus 5. in princ. ff. de decurionib.* Sed obſtare videtur *l. 4. §. 1. junct. §. 2. ff. de ſuſpectis tutoribus & l. 3. §. 1. ff. de decurionib. & l. 3. C. ex quibus cauſis infam. irrogatur, & l. Imperator 8. ff. de poſtul. & l. 1. C. de his, qui in exilium dati.* Ad has leges aliter reſpondent veteres, aliter Cujac. in *lib. 2. quæſt. Papin. pag. 24. & in libr. 1. reſponſor. Papin. pag. 20. & ſeq. & ad l. 1. C. de his, qui in exil. dati, vel ordine moti ſunt.* Aliter item Donell. *libr. 18. comment. cap. 8. pag. 171. & ſeqq.* Nos ſimiliter alia conciliandi ratione utimur.

Militare judicium, adverſus milites conſtitutum, unum eſt famoſum, ut 15
quo miles ab exercitu ignominiæ cauſa ab Imperatore, eove, cui ea de re ſtatuendi poteſtas eſt, dimittitur; veluti cum is, qui mittit, aut addit nominatim ignominiæ cauſa ſe mittere, aut militem exauctorat, id eſt, inſignia militaria ei detrahit.

leg. 2.

Digitized by Google

l.1. & l.2. §.2. ignominia, ff. de his, qui not. infam.

16 Eſt & illud hic monendum, quod infamia, quæ delicto & ſententiâ irrogatur, vitari poteſt, ſi reus judicio per procuratorem contendat; [a] item ſi cum adverſario, cum id licet, tranſigat, aut paciſcatur. [b]

[a] *l. furti 6. §. ſi quis alieno 2. ff. de his, qui notantur infam.* [b] *l. in actionibus 7. ff. d. tit.*

17 Reſtat modus tertius, quo juris infamia alicui irrogatur ut eſt pactum de famoſo delicto, non ingerente mortis pœnam, [a] precio interveniente, ſine judicis juſſu interpoſitum. Qui enim delicti reus ita paciſcitur, ne ſecum agatur, infamis efficitur: ſiquidem intelligatur fateri crimen. [b]

[a] *l. tranſigere, Cod. de tranſact.* vide Mynſinger. *cent. 6. obſervat. 22.* [b] *l.1. verſ. qui furti l. 4. in fin. l. 5. l. 6. §. pactus q; ff. de his, qui not. infam. l. non damnato. 8. Cod. ex quibus cauſis infam. irrog.*

18 Effectus infamiæ juris hi ſunt, quod hac infamia notatus pro alio, ut ſupra diximus, regulariter poſtulare nequit, [a] quod in perpetuum omni honore, & dignitate privat, quod caret ſenatu, curia equite, militia, roſtris. [b] Proindeq; nec judex eſſe, aut dari judex poteſt. [c] neq; in conſilio magiſtratibus adſidere, [d] neq; teſtimonium dicere, [e] quodq; publico judicio infamis hic accuſare non poteſt, [f] neque actione populari agere, [g] quod denique ſeverius punitur hic infamis, ſi quid deliquerit, quam integræ frontis homo. [h]

[a] *l.1. §. removet 6. & §§. seqq. ff. de his. qui not. infam.* [b] *l. ſed honore 8. ff. de interdict. & rel. l.4. §. ad tempus, ff. de re milit. l.3. C. d. t. lib. 12. l. quisquis 5. §. filii, C. ad leg. Iul. majeſtat. l.2. C. de dignit. lib. 12. l. infamia 8. C. de decurionib. lib. 10. l. 1. ff. ad l. g. Iul. De vi privat.* [c] *l. cum prætor 12. §. non autem 2. verſ. lege, ff. de jud. & l. 2. ff. de ſenatorib.* [d] *l. 2. ff. de offic. adſeſſ.* [e] *d. l. 2. ff. de ſenatorib.* Gigas *de crimin. læſæ Majeſt. fol. m. 246. & 249.* Infamis an contra infamem Teſtis eſſe poſſit, vid. Petr. Auguſt. Morlam *in Empor. Iur. part. 1. tit. 11. q. 13.* [f] *l. qui accuſare 8. verſ. alii propter delictũ. ff. de his, qui not. infa.* [g] *l. 4. ff. de popul. act.* [h] *l. capitaliũ 28. §. Non omnes 2. ff. de pœnis*

19 Reliquum eſt, vt de facti infamia diſpiciamus. Facti infamia eſt, qua opinione tantum bonorum & gravium hominum [a] pudor alicujus ob proprium turpe factum oneratur. [b] Id quod ei contingit, qui delictum aliquod commiſit, ex eo tamen condemnatus non eſt, & qui per procuratorem famoſum judicium accepit, tum etiam ei, qui bonis ceſſit, ſi ſuo non fortunæ vitio, patrimonium decoxit. [d]

[a] *leg. 2. ff. de obſequiis, parent. & patr. & l. 2. Cod. de dignitatib. lib. 12.* [b] *l. ob hæc verba 20. ff. de his, qui not. infam.* [c] *l. furti 6. §. ſi quis alieno 2. ff. dict. tit. & d. l. ob hæc verba 20. ff. eod. tit.* de qua lege vide Fabr. *lib. 6. conjectur. c. 6.* [d] *Novell. 4. cap. 3. verſ. ſi enim non ſit,* ubi Cujac. *& Novell. 135. & ibi Cujac.*

20 Huic infamiæ Dd. [a] quatuor tribuunt effectus: I. quod repellat à dignitate; [b] II. quod attenuet teſtimonium; [c] III. quod repellat à querela inofficioſi teſtamenti: [d] IV. quod inducat querelam. [e]

[a] *Addit. ad deciſ. 174. capel. Tholoſ.* [b] *c. infamibus, tit. de reg. jur. in 6.* [c] *l. 3 ff. de teſtib.* [d] *l. in arenam 11. & l. ſi filiam 19. C. de inoffic. teſtam.* [e] *l. fratres 27. C. d. t.*

21 Præter juris & facti infamiam eſt adhuc levis quædam macula, qua apud graves homines aliquis non ob propriam turpitudinem, ſed ob factum alterius aut vitæ, & abjectum vitæ genus ſuum laborat; [a] qualis eſt, quem pater tuo

ter ſuo teſtamento increpavit, [b] item ſpurius, [c] cadaverum excoriatores, carnifices. [d]

[a] *d. l. fratres 27. C. de inoffic. teſt. & d. l. 2. C. de dignitat. lib. 12.* Ferdinand. Vaſq *lib. 1. de teſtam. ... ſucceſſ. §. 10. num* 68. [b] *l. ea quæ 13. C. de his, qui not. infam.* [c] Hic neq; juris, neq; facti notatur infamia, *l. 2. §. in filiis, 2. verſ. in avo, & §. penult. l. 3. § ſpurios. & l. ſpurii 6. in princ. ff. de decurion.* [d] *l. niſi 10. § perſonæ extr. de renunciat. can. 1. diſtinct. 56. l. ſi avus 33. §. legis autem, verſ. hoc iniquum, Cod. de inoffic. teſtam. & l. pen. §. exiſtimatio, ff. de variis & extraord. cognit.* Vide ... h. *de noth. & ſpur.* Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt.* 30. Thoming. *deciſ. 48. nu. 20. & ſeqq.* Laborant enim alieno, parentum ſcilicet vitio, *l. 71. C. de natur. lib. ...* Et injurioſum eſt, aliquem ... appellare ſpurium *l. ſi qua illuſtris 5. C ad SC. Orphit.* Et ſacerdotis filius defectus laborare dicitur nota, *c. accedens, extra de purgat. can.* Confert eodem text. in *Deuter. cap. 23. verſ. 2. Eccleſiaſtic. cap. 23. circa finem, ſapient. cap. 3. verſ. filii autem.* Et quod jus canonicum ſpurios appellet degeneres & ignobiles, *can. ſi gent. diſtinct. 56. & c. per venerabilem, in fin. extr. qui filii ſint legit.* Non deſunt qui hos facti infamia notatos exiſtimant, quos citat Iohan. Preuder. *diſſert. ... ſilienſ. decad. civil. 1. theſ. 2.* [b] Ioan. Fabr. *ad § ſoror, Inſtitut. de inoffic. teſtam.* & Iohan. ... *ad § non autem liberis, num. 17. Inſtit. d. t.*

Hujus infamiæ, quæ levis eſt maculæ nota, effectus eſt, quod locum facit fratribus & ſororibus conſanguineis ad inofficioſi querelam: [a] quodq; ad ſacros ordines hac notâ laborans non admittitur: [b] quòd item illi, qui hac aſperſus eſt labe, integræ opinionis homo in muneribus præfertur. [c] 22

[a] *d. l. fratres 27. C. de inoffic. teſtam.* Sed vide poſt alios And. Fachinæ. *lib. 4. controverſiar. jur. ...* [b] *dict. c. accedens, extr. de purgat.* [c] *can. l. 3. §. ſpurios 2. ff. de decurionib.*

Juvat & illud hic aſpergere, quod noſtro judicio Textus in l. 4. Cod. ex quibus cauſis infam irrogatur, à Cujacio [a] & Donell. malè corrigantur. 23

[a] *ad l. ... C. de iis, qui in exilium dati ſunt, lib. 10. & in lib. 1. reſponſ. Papin. p. 19.* [b] *libr. 18. commentar cap. 8. pag. 175. uterq; cenſet in d. l. 4. C. ex quibus cauſis infam. irrogatur, pro* relegatum *legendum eſſe* relegandum, *& pro* damnandum, damnatum.

Perperam item Anton. Faber, libr. 6. conjecturar. cap. 6. corrigit text. in l. ob hæc verba, 20. ff. de his, qui notantur infam. 24

Autumat. Anton. Faber in ea lege pro mandatoris, legendum eſſe damnatoris, verùm nulla neceſſitate cogente. Eſt autem ex eadem lege obſervandum, aliud eſſe inſtigare, aliud mandare. Inſtigare eſt exhortari, non calumniari, non mandare alteri, ut calumnietur. Mandantis quidem eadem eſt pœna, quæ calumniatoris, eadem infamia, ſicut mandatoris & homicidæ, *l. non ideo 5. C. de accuſatoribus.* Sed non eadem conditio eſt calumniatoris, quæ hortatoris, ſeu inſtigatoris ad calumniam alteri faciendam, Cujac. *in lib. 1. reſponſor. Papin. p. 12.*

Nullam tamen eſſe pugnam inter dict. l. ob hæc verba, & l. 1. §. incidit, ff. ad SC Turpillian. oſtendemus. 25

Etſi quibuſdam videatur ad publicas functiones, & honeſta in Collegia recipiendos non eſſe textores, chirurgos, paſtores ovium, molitores, tibicines, balneatores, aut horum filios, attamen eorum error ex Carolina conſtitutione Imperiali evincitur abundè, Reichs Abſchied zu Augſpurg/ de Anno 1548. ſub rubr. von Handtwercks Söhnen/ Geſellen vnd Lehrknaben/ in princ. ſecundæ partis, von Reformation guter Policey/ pag. 67. 26

CLASS. VI. DISPUT. IX.
DE ACTIONIBVS.
THESIS I.

HActenus de perſonis Judicii: Videamus nunc de qua re in judicio diſceptetur: qualis eſt cum primis actio, & exceptio.
Vide Diſput. 2. theſ. 8.

2 Actio eſt Jus perſequendi in judicio civili ordinario, quod actori debetur, [a] ſine qua competente & apta nemo in judicio experiri poteſt. [b]

[a] *§. 1. Inſtitut. de actionibus & l. nihil aliud 51. ff. de obligationibus & actionibus.* Debetur autem actori, vel datio, vel factum, vel poſſeſſionis & detentionis ſolius præſtatio. Datio vel factum ex obligatione, *l. 3. in princip. ff. d. tit.* Poſſeſſionis, aut detentionis ſolius præſtatio in re, quæ ad actorem jure dominii pertinet, *l. officium 9. ff. de rei vindic.* vide Coraſ. *libr. 6. miſcell. cap. 5.* De Actionis definitione vide Everh. Bronchorſt. *cent. 4. ἐναντιοφ. aſſ. 20.* & Christian Kremberg. *in eleganti tract. de action. ad pr. Inſtit. eod.* [b] *l. ſi pupilli 6. §. ultim. verſ. Quoniam ff. de negoc. geſt. l. quæ ſervandarum 14. §. ultim. ff. de præſcript. verb. Nec poteſt ferri ſententia ubi nulla actio competit*, gloſſ. *ad §. 1. in verb. ſecundum, in fin. Inſtit. de obligat.* Marant. *part. principal. part. 3. & ult. quæ continet deciſoria judicij, nu. 66. & ſeq. pag. 537.* unde Iudex ex officio repellere debet agentem ſine actione apta, condemnando eum in expenſas, reſervato tamen ei jure agendi ex cauſa apta, ſi quam habeat, gloſſ. & Dd. *in l. ubi partum 40. C. de transact.* Vant. *tit. de nullitate ex defect. proceſſ. num. 18. & ſeqq. uſq; ad nu. 26. præſertim vero, num. 22.* Sed quid ſi judex de facto talem actionem admiſerit, numquid refundere expenſas ac intereſſe ſuo tenebitur. Diſtinguendum cenſeo cum Menoch. *lib. 1. arbitr. caſ. 16.* Rutg. Ruland. *de commiſſ. lib. 2. part. 3. c. 1. n. 36. & ſeqq.* Diſſentientem vide Chaſſan. *conſil. 68. nu. 26.*

3 De eo multi ſolicitè agunt: Utrum actio juris ſit civilis, an verò juris gentium? Juri civili omnem actionem, quò ad formulam ejus priſcam, acceptam referimus: [a] Verùm hodie, quo ad jus agendi vel juris eſt civilis, ſi contineat præſtationem civilem, [b] vel juris gentium, ſi naturalem præſtationem habeat, qualis eſt actio ex delicto, [c] & de dote actio. [d]

[a] *l. 2. §. Deinde ex his legibus 6. ff. de origine Iuris, tit. Cod. de formul. & impetrat. act. ſublat.* Accedit inſcriptio *l. Eadem 19. ff. de hypothec. act.* [b] *l. 2. in princ. & §. 1. item §. 4. & l. Eas 8. tot. tit. ff. de capit. minut.* [c] *Per d. l. 2. §. Nemo 3. l. Tutelas 7. §. Injuriarum, & l. ſeq. ff. d. tit. l. Rerum quidam 25. verſ. ult. ff. rer. amotar.* [d] *l. Eas obligationes 8. ff. de cap. minut.* Sed de hac quæſtione vide Zaſ. Thom. Lin. Schneid. & alios *ad §. 1. Inſtit. de actionib.* Hunn. *libr. 4. var. reſolut. part. 1. tr. 1. quæſt. 3.* Gail. *2. de Pac. Publ. cap. 12. nu. 2.* Coraſ. *lib. 2. miſcel. cap. 16. nu. 9.* Arum. *exercit. Juſtin. 18. theſ. 2.* Dn. D. Beſold. *ad leg. 5. tit. 1. lib. 1. ff. num. 7.*

4 In actione autem generaliter conſiderantur tum ejus ſpecies: tum etiam concurſus & cumulatio actionum.

5 Actionis ſpecies tres conſtituimus: una eſt actio ita ſpecialiter, & propriè dicta: Altera interdictum: [a] Tertia petitio reſtitutionis in integrum. [b]

[a] Eſt quidem & interdictum actio *l. actionis verbo 37. in princ. verſ. Interdicta quoq; ff. de obligat. & act. l. 2. in princ. ibi, Interdictum dabo ff. Ne quid in loco publ. immut. l. 1. in princip. ibi, judicium dabo, ff. de vi & vi armat.* Verùm ſpecie differt interdictum ab actione *l. 1. §. ... igitur, verſ. Reſtituta, ibi, aut interdicto experitur, aut per actionem, & §. Interdictum 6. ... ut poſſidet. l. non ſolùm 39. in princ. ibi, in actionib. & Interdictu, ff. de procurat. l. Theſaurus 11, ...*

inter-

me dictum, vel judicium, ff. ad exhibendum, l. ult. Cod. de act. empt. & vendit. [b] *per l. 1. §. ait Prator. 4. junct. §. Idem Pompon. 6. ff. de dol. mal.* Facit quod in judicio reſtitutionis in integrum, qui eam petit, actor dicitur, *l. penult. in princ. & §. ult. C. de temp. in integ. reſtit.* quodque ... conteſtatione opus eſt in hoc judicio, *l. ult. in fine principij. C. d. tit.* Iulius item Paul. *libr. 1. ſent. tit. 7. in princ.* definit reſtitutionem in integrum, quod ſit redintegrandæ rei vel cauſæ actio.

Actio ita ſpecialiter dicta, eſt jus, quadam alia juris parte, quàm prætoris interdicto tributum perſequendi in judicio id, quod communi & ordinario jure nobis debetur, aut noſtrum eſt. 6

Interdictum, actio illa, eſt ex prætoris edicto, quod interdictum appellatur; Sed actio ita ſpecialiter dicta, eſt vel ex alio Prætoris edicto, vel quadam ex alia Iuris civilis parte, ut oſtendi... *ſub Claſſe 5, diſputat. 23. theſ. 5. & 7.* Verbis, quod communi & ordinario jure, diſtinguimus actionem hanc a reſtitutione in integrum, quæ eſt extraordinaria perſecutio, contra jus commune competens *l. 24. §. ult. ff. de minorib.* Vide Iohan. Gœdd. *ad l. Actionis 34. §. ultim. ff. de verbor. ſignificat.*

In actione autem potiſſimum hîc ſpectamus, tùm differentiam, quâ una actio ab alia diſtinguitur, & cujuſque conditio explicatur; tùm plurium actionum concurſum. 7

Differentia actionum ex diviſione earum cognoſcitur. Dividitur autem actio tùm ab ejus alio atque alio autore, itemque à forma & modo proponendi eam: Tum ab effectu ſuo: tùm etiam à ſubjecta re, quam actione perſequimur, & ab adjuncta ejus rei quantitate: tùm poſtremò ab adjuncta actionis natura, & adjuncto etiam tempore, ipſi actioni definito. 8

Actio quævis ratione autoris ſui vel Civilis eſt, vel Prætoria. Civilis actio eſt, quæ ab aliqua juris civilis parte ex legitimis & civilibus cauſis deſcendit. 9

§. Sed iſte quidem. Inſtit. de act. juncto princ. tit. Inſt. de perpet. & tempor. actionib. & l. actionum ... §. ult. ff. de oblig. & action.

Ejuſmodi actio eſt rei vindicatio, item confeſſoria & negatoria, actiones, [a] actio ad exhibendum, [b] actio ex ſtipulatu, [c] & omnes ex contractu aliæ actiones, [d] actio præjudicialis, per quam quæritur, an aliquis liber ſit, [e] & actio injuriam ex lege Cornelia. [f] 10

[a] *d. §. Sed iſte quidem, junct. §§§. praced. Inſt. de act.* [b] *arg. l. 1. ff. ad exhibend. & l. 1. C. d. t.* Olden... rp. *Claſſ. 3. act. 1.* [c] *§. De conſtituta, Inſtit. de act.* [d] *per text. in §. omnium autem, verſ. Civiliones, Inſtit. de obligat. & d. §. ſed iſta, juncto §. omnium autem, verſ. nam unusquisque Inſtitut. de act.* [e] *§. prajudiciales Inſtitut. de action.* [f] *per §. ſed & lex Cornelia Inſtit. de injur. l. 5. ... junct. prin. Inſtit. de perpet. & temper. act.* De requiſitis in actione confeſſoria utili, vide ... D. Beiold. *vol. 2. conſil. 75. in fin.*

Prætoriæ actiones, quę & honorarię [a] dicũtur actiones, ſunt, quas prętor ex ſua juriſdictione cõparatas habet: [b] ut ſunt Publiciana in rẽ actio, [c] actio reſciſſoria, [d] Serviana & quaſi ſerviana (quæ etiam hypothecaria vocatur) actiones, [e] actio item de cõſtituta pecunia, [f] actio de peculio, [g] actio de albo corrupto, [h] actio in factũ, quæ tribuitur vocato ſine venia in jus, [i] actio in factum, quæ competit adverſus eum, per quem factum eſt, quo minus in judicio ſiſtat, [k] actio in factum, comparata contra eum, qui magiſtratui ex- 11

tui extremum in juriſdictione exequenti non obtemperat, [l] actio furti manifeſti, [m] & actio vi bonorum raptorum, [n] actio Pauliana, [o] Falviana & Calviſiana, [p] actio item ſuperficiaria, [q] & actiones præjudiciales, excepta ea, per quam quæritur, an aliquis liber ſit, [r] tùm etiam injuriarum actio ex edicto prætoris, [ſ] & actio ex jurejurando, [t] &c.

[a] *l. actionum 25. §. ult. ff. de oblig. & act.* [b] *§. ſed iſta quidem, Verſ. alia autem, Inſtit. de act. d. § ſed iſta, Verſ. ut ecce, & Verſ. namq; Inſtitut. d. t. l. 1. in princip. ff. de publ. in rem act.* [d] Hujus actionis ſpecies duæ ſunt, de una text. eſt *in §. Rurſus Inſtit. d. t. juncta, l. Nec non 28. §. pen. & ult. ff. ex quib. cauſ. maj.* De altera eſt text. *in §. Item ſi quis in fraudem, Inſt. de act.* [e] *§. item S... Vian. t, Inſt. d. t.* [f] *§. de conſtituta Inſt. d. t.* [g] *§. actionum autem Inſtit. eod. tit.* [h] *§. Pœnales In... h. t. l. ſi quis 7. §. 1. ff. de albo corrupt.* [i] *d. §. pœnales Inſtitut. de act. l. 4. §. 1. ff. de in jus Voc.* [k] *d... Pœnales, Verſ. item adverſus Inſt. h. t. l. 1. in princip. ff. ne quis eum qui in jus Voc.* [l] *l. un. §. pen. & ultim. ff. ſi quis jus dicenti, &c.* [m] *§. Furti quoque manifeſti Inſtit. de perpet. & temp. act... Inſtit. de Vi bon. rapt. in pr. & l. 2. ff. eod. tit.* [o] *l. 1. & l. ait prætor 10. ff. Quæ in fraud. credit... l. 1... princ. ibi cognoſcet Prætor, juncto. §. ſi plurib. 11. ff. quid in fraud. patr.* [p] *l. Prætor 75. ff. de rei Vind... juncta l. tutor. 16. §. ult. ff. de pig. act. l. 3. §. pen. ff. de Nov. oper. nunciat. l. 1. §. 1. in fin. & §... autem, ff. de ſuperficieb.* [q] *§. Præjudiciales Inſtit. h. t.* [r] *§. Pœna autem, Verſ. ſed poſtea, & Ver... d pœna Inſt. de injur.* [t] *§. Item ſi quis poſtulante Inſt. h. t.*

12 Prætorias autem actiones ſic exaudiri oportet, ut in his etiam contineátur actiones Aedilitiæ, ut quę ab Aedilium Curuliũ juriſdictione veniunt.

l. Cum autem 23. §. ſi ſervus ff. de adil. edict. juncto §. Prætorias autem, Inſt. de diviſ. ſtip. & § Prætorum quoq;, Verſ. proponebant & adiles, Inſt. de Iure N. G. & C.

13 Utraq; autem actio, civilis & prætoria, vel directa eſt, vel utilis. Directa actio eſt, quæ expreſſis legis vel edicti verbis datur utilis, quę ſimiliter quidem lege, aut edicto datur, at non legis vel edicti verbis expreſſis, ſed tantùm ſententia & mente illius, ad exemplum ſcilicet directæ actionis.

§. Ceterùm placuit Inſtit. de l. Aquilia l. actio 47. §. 1. ff. de neg. geſt. l. actionis 37. ff. de obligat. & act. & l. ult. C. de pact. convent. Iohan. Gœdd. *ad l. nominis 6. §. 1. n. 16 ff. de Verbor. ſignif.*

14 Dicitur autem directa, quod ipſis verbis dirigitur in aliquem: [a] utilis quod cauſa utilitatis, id eſt, æquitatis, ex ſententia & mente legis, vel edicti producitur. [b] Utraque tamen, ut dixi, rectè ex lege, vel ex edicto eſſe dicitur. [c]

[a] Donell. *in comment. ad tit. ff. de præſcript. Verb. cap. Quid ſit actio in factum,* [b] *per l. cum qui 5. §. penult. ff. de conſtit. pec. & l. Alterius 20. in fin. princ. ff. de tutel. & rat. diſtrah. l. actionum 11. in fin. ff. præſcript. Verb.* Cujac. *tract. ad African. 2. in explicat. l. quidam 46. ff. de hered. inſtituend. & in Notis ad Inſtitut. tit. de man. in Verb. ſtrictam,* [c] *d. l. Nominis 6. §. 1. ff. de Verber. ſignificat.*

15 Directa actio dicitur quoq; vulgaris actio; [a] Utilis, etiam in factum actio ſæpè appellatur. [b] Non tamen omnis in factum actio eſt actio utilis. [c]

[a] *d. l. Quidam 46. in fin. ff. de hered. inſtit.* [b] *l. Qua actione 7. §. proinde 3. & §. Celſus, l. item ſi 9. §. 1. & 2. & l. item Mela 11. §. ſed ſi ſervus ff. ad l. Aquil.* [c] *l. actionum 25. §. 1. ff. de O. & A. & l. actionum 11. ff. de præſcript. Verb.*

16 A forma & modo proponendi actionem, quęvis actio, vel in rem eſt, vel in perſonam, [a] vel eſt mixta, partim in rem, partim, & maximè quidem, in perſonam. [b] Quę eſt in rem, vindicatio dicitur, in perſonam actio, uno nomine, condictio appellatur.

[a] *§. Omnium*

[a] *§ Omnium autem, Inſt. de act. & l. actionum 25. in princ. ff. de O. & A.* Vid. Everhard. Bi[illegible]gchorſt. *cent. 4. cnarr. aſſert. 31.* [b] *§. Quadam actiones, Inſt. d. t.* [c] *§. Appellamus Inſt. h. t. d. l. actionum 25. in prin. ff. de O. & A. & l. 1. C. de donat. qua ſub modo, &c.*

In rem actio eſt, qua actor rem, de qua experitur, ſuam eſſe intendit.[a] Unde etiam lis dominii appellatur.[b] Eaque competit, vel non poſſidenti, adverſus poſſeſſorem rei controverſæ, ſi ea corporalis ſit; vel etiam poſſidenti, contra eum, qui non poſſidet, ſi res ſit incorporalis, ut ſervitus, & libertas vel.[b] 17

[a] *[illegible] actionum autem 25. in princ. Verſ. In rem actio eſt, ff. de O. & A. l. Non alias 24. §. ult. ibi, [illegible] præſentis poſſeſſione hac actio eſt, ff. de judic. §. omnium autem, Verſ. aut cum eo agit, & §. ſic [illegible] diſcretis in fin. Inſt. h. t.* [b] *l. & victis agris 18. ff. de uſuris.* [c] *d. §. omnium, Verſ. aut cum eo [illegible] & §. Æque, Verſ. Quod genus actionis Inſtit. d. t. Vide Coraſ. lib. 6. miſcel. c. 5.*

Eſt autem in rem actio ſive vindicatio, vel de rerum univerſitate, vel de ſingulis rebus. De univerſitate rerum vindicatio eſt, querela in officioſi teſtamenti, & petitio hereditatis. 18

De utraque diſſeruimus *ſub Claſſe 5. De illa diſput. 24. de hac, diſput. 25.*

Vindicatio rerum ſingularum, eſt rei ſive directa vindicatio, aut vindicatio utilis. De rei vindicatione egimus ſub *diſput. 26.* De vindicatione utili eiuſque ſpeciebus ſingulis, tradidimus *diſput. 27. d. Claſſe 5.* 19

Vindicationibus ſive in rem actionibus aggregamus quoque præjudiciales actiones:[a] licet aliis ſecus videatur.[b] 20

[a] *§. Præjudiciales Inſt. h. t. l. 1. §. per hanc, ff. de rei vind.* [b] Donell. *ad d. §. præjudiciales. n. 10. [illegible] & lib. 20. comment. c. 8.* Vult. *lib. diſcept. ſcholaſt. c. 3. & ſeq.*

In perſonam actio, ſive condictio eſt, qua actor intendit aliquid dare aut facere oportere adverſarium, quē obligatum habet.[a] Nec ullum alium [illegible]endi in perſonam modum agnoſcimus.[b] 21

[a] *§. Omnium autem, Verſ. Namque agit, & d. §. ſic itaque diſcretis, & §. appellamus autem, [illegible] t. l. actionum 25. in princ. Verſ. In perſonam ff. de O. & A.* Quibus autem modis unus alteri obligetur, expoſuimus *Claſſ. 2. diſp. 2. th. 42.* quos modos omnes ordine perſecuti ſumus [illegible] d. *diſput. & diſput. ſeqq. eiuſdem Claſſ.* tùm etiam ſub *tota Claſſ. 3. & Claſſ. 4. à prima [illegible] uſq. ad diſputat. 9. excluſivè, & poſtea à diſput. 17. uſq. ad 19. excluſivè.* [b] Nam omnium [illegible]ionum ſubſtantia in eo conſiſtit, ut quid fiat, aut detur actori, *l. 3. in princ. ff. de O. & A.* [illegible]ll *ad d. §. omnium, num. 13. 15. Inſt. h. tit.* diſſentit. Cujac. *in notis ad Inſt. d. loco, & ad d. l. [illegible]um 25. ff. de O. & A. ut ad l. metum 9. §. ult. ff. Quod met. cauſ.* per text. *in d. §. omnium, [illegible] & aliis quibuſdam modis, Inſtit. de act.* Diſſ. item. ſed diverſimodè, Vult. *lib. diſcept. ſchol. [illegible] circa fin. & cap. 4.*

Rem ſuam quis hac actione perſequi non poteſt,[a] niſi de eadem etiam obligatum Reum habeat.[b] Odio tamen furum, quò magis pluribus teneantur actionibus, effectum eſt, ut rei etiam recipiendæ nomine condictiones [illegible]tiva conveniantur.[c] 22

[a] *d. §. Sic itaque diſcretis Inſt. h. t.* [b] ſic legatarius rem ſibi ex teſtatoris patrimonio legatam, [illegible] perſonali actione ex teſtamento perſequi poteſt, per tex. adſcriptos, *theſ. 130. diſp. 8. Claſſ. [illegible]* Et poteſt quis ſuam rem alii commodatam, locatam, vel depoſitam, apud alium actione commodati, locati, depoſiti repetere, à commodatario, conductore, depoſitario. Donell. *quoq. ad l. certi 9. §. competit. hac actio, ff. de reb. cred.* & Cujac. *in comment. in lib. 12. quæſt. Papin. [illegible]* [illegible] ſcribunt, quod quis poſſit rem ſuam condicere, ſi non condicat ut ſuam, puta ſi non intendat adverſarium, dare eam oportere, [c] *d. §. Sic itaque diſcretis, Verſ. plane odio furum, Inſt. de act. & d. l. certi 9. §. 1. de reb. cred.*

23 Atq; hujus in perſonam actionis hæc conditio eſt, quod nulli alii competit, quàm cui adverſarius eſt obligatus.

d. l. actionum 25. in pr. verſ. in perſonam, & verſ. ſeq. ff. de O. & A. l. deniq; 19. ff. de jure fi[illegible]

24 Quod ſi tamen creditor alii perſonalem ſuam præſtet [a] actionem, ab hoc etiam contra debitorem moveri hæc actio poteſt: ut ſi creditor vendat alii actionem ſuam, [b] vel eam leget, [c] vel inſolutum det. [d]

[a] Quod eſt præſtare ſuam actionem alii, *in l. cùm is 36. ff. de fidejuſſor. l. ſi plures 38. in fin. ff. de adminiſtr. & peric. tutor. l. 3 in prin. ff. pro ſocio, id alibi eſt, ſua actione alii cedere, in l. patr. 27. §. 1. ff. de minor. l. ut fidejuſſor. 39. ff. de fidejuſſor. l. Modeſtinus 76. ff. de ſolut. l. ſi a bona fide[i] verſ ſi verò, ff. de rei vend.* Alibi mandare ſuam actionē, *l. 1. C. de oblig. l. ſi Sticho 53. ff. de pecul. [l.] ult. C. Quando fiſcus vel privatus, l. Emptor. 5. C. de hæredit. vel act. vendit. l. 1. & l. 3. C. de ſolut. l. ex legato 18. C. de legat.* [b] *l. 1. l. emptor 5. & poſtquam 7. C. de heredit. vel actione vend.* [c] *d. l. ex legato 18. C. de legat.* [d] *d. l. ult. C. Quando fiſc. vel privat.*

25 Verùm actio duntaxat utilis eſt, quā experitur is, cui à creditore præſtita, ceſſa, mandata eſt; Directa apud creditorem manet, qua etiam experiri poteſt, donec res integra fuerit, & lis nondum cum ceſſionario conteſtata.

d. l. 1. C. de oblig. & act. d. l. 3. verſ. Quamvis creditori C. de Novat. & l. 3. C. mandati. Obſtare videtur *d. l. ex legato 18. C. de legatis & l. 4. C. Si certum pet. per quas tamen* Hotoman. *lib. 6 obſer. cap. 16.* ſenſit, quod ceſſa, mandata, & præſtita actio competat directa ceſſionario. Vendita actione, aut legata, aut inſolutum data, ſimiliter utilis competit actio ei, cui vendita, legata, in ſolutum data eſt, etiam antequam mandata fuerit, *d. l. poſtquam 7. C. de hered. vel act. vend. d. l. ex legato 18. C. de legat. d. l. 4. ſi cert. pet. & d. l. ult. C. Quando fiſc. vel privat* At mandata actio cōpetit ex perſona creditoris mandantis, *d. l. ult. C. d. t.* Ita ut is, cui mandata eſt, utatur eodem Iure, & privilegio, quo creditor ipſe, *d. l. emptor 5. C. de hered. vel act. vend. & d. l. ex legato 18. C. de legat.* Donell. *ad l. 3. n. 6. & 7. C. de Novationib.*

26 Quemadmodum in perſonam actio ei ſoli competit, qui ſibi adverſarium obligatum habet: ſic & contra eum ſolum datur, qui obligatus eſt actori, non etiam adverſus non obligatum.

d. l. actionum autem 25. in princ. verſ. in perſonam, ff. de oblig. & act.

27 Hinc emptor, vel legatarius perſonali actione, ex empto, vel ex teſtamento, convenire non poteſt eum, cui fundus emptus, vel legatus, pignori datus eſt, ſed ſolum venditorem & heredem.

l. 1 §. ſi heres 16. ff. ad SCtm. Trebell. l. ult. §. ult. ff. de contrah. empt. vendit.

28 Et contra juris formam debitor, qui mutuam accepit pecuniam, poſtulare dicitur, ut creditor ſuus conveniat eum, cui ipſe debitor eandem pecuniam credidit.

l. Non adverſus 15. C. ſi certum petatur.

29 Sed nunquid prædicta regula vitiatur in actione, quod metus cauſa? Eſt & hæc in perſonam actio, quæ licet competat etiam adverſus eum, qui non intulit vim, & metum, lucrum verò inde percepit; [a] attamen & hîc prædictam regulam locum habere dicimus. [b]

[a] *l. Metus 9. §. ult. l. item ſi 14. §. in hac actione 3. & §. aliquando 5. verſ. Pedius ff. Quod met. cauſa l. ſed & ex dolo. 15. §. ult. ff. de dolo malo.* [b] Eſt n. actori obligatus ſimiliter ex delicto, quod eo continetur, quod metum ab alio illatum probat, dum rem metu extortam, paſſo metum non reſtituit. Donell. *ad dict. §. Omnium autem n. 9. Inſtit. de act. & libr. 15. comment cap 38. pag. 511.* Sic actio ad exhibendum contra poſſeſſorem tantùm competit. Eſt tamen in perſonam

actio.

a ... *l. . §. eſt autem perſonalis, ff. ad exhibend.* ſcilicet ex quaſi contractu, ut contra Donell. oſtendimus *diſputat. 19. theſ. 29. claſſ. 3.*

Porrò in perſonam actio, ex contractu vel quaſi contractu utrinque obligatorio, directa eſt vel contraria: & quidem vel utrinque directa, vel una directa, altera contraria Utrinque directa eſt actio ex empto vendito, actio locati conducti, actio pro ſocio. Sed actio commodati, depoſiti, pignoris, mandati, negotiorum geſtorum, tutelæ, ab una parte directa eſt, ab altera contraria. 30

C... *lib. 6. miſcell. cap. 6.* Cujac. *lib. 9. obſerv. c. 2.*

Dicitur autem hic directa actio, quæ principalis eſt, ut quæ competit rei domino aut poſſeſſori, cujus gratia directò & principaliter negotium contractum geſtumve eſt. Contraria actio vocatur, quod quaſi ex oppoſito directam actionem reſpicit. 31

C... *in parat. D. commod.* At Coraſ. *d. c. 6. in* 5. putat contrariam dici actionem, quòd contra primam contractus naturam concedatur.

Sed quæſtionis eſt, an etiam in contrariis actionibus in litem juretur? Accurſ. modò negat, [a] modò aſſirmat, ſi de fide rupta agatur in contrario judicio. [b] Negata ſententia, quam etiam Coraſius tenet, [c] nobis probatur [d] 32

[a] *Ad l. eos apud quem 5. in princ. in verb. Non juratur, ff. depoſiti* [b] *ad l. ſi pignore 22. §. ſi poſt, in verb. Tenetur, ff. de pign. act.* [c] *dict. lib. 6. miſcell. cap. 7.* [d] In illis enim bonæ fidei actionibus juratur in litem, quibus agitur ad reſtitutionē rei, quæ à nobis profecta & tradita, jus noſtrum non minuitavit, item quibus actor rem ſuam nunc primùm ſibi tradendam perſequitur: Non etiam quibus agit aliquis rem ſibi debitam, *vid. infra diſp. 15. theſ. 104. & ſeq.*

Differunt & hoc directa & contraria actio, quòd damnatus ſuo nomine tutelæ mandati, depoſiti, directa actione, infamia notatur, non etiam damnatus judicio contrario. 33

... verſ. 6. §. mandati. 5. & §§. ſeqq. ff. de his qui notantur. infam.

Eſt præterea condictio ſive in perſonam actio duplex: certi, vel incerti. Condictio certi eſt, qua perſequimur certum aliquid, puta quantitatem, vel certam ſpeciem certam, ut quæ, qualis, & quanta ſit, certa demonſtratione oſtenditur. 34

... rerum 6. & l. certi condictio 9. l. ſi quis certum 24. ff. de reb. credit. l. in duob. 28. §. exceptio. ff. ... ur. l. ſi concubina 17. §. non ſolùm, ff. rer. amotar.

Incerti condictio eſt, quâ perſequimur debitum ex obligatione incertum, puta ſi petatur jus aliquod, vel poſſeſſio. 35

... ff. de uſufr. leg. l. ſi bonarum 35. ff. de ſervit. præd. urban. l. 3. ff. de condict. ſine cauſa. l. 2. §. ... ff. de donat.

Mixtam obtinet cauſam, tam in rem, quam in perſonam, actio familiæ erciſcundæ, communi dividundo, & finium regundorum. 36

... Quædam actiones, Inſt. de act. De actione famil. erciſcundæ, & communi dividundo actione egimus *claſ. 3. diſp. 18.* De finium regundorum actione egimus *ſub ead. cl. ... 3. diſp. 19. ... & ſeqq. uſque ad theſ. 26.* Actiones has in perſonam eſſe vel hinc patet, quod ſunt ex ... contractu. Eaſdem quoq; in rem eſſe, inde conſtat, quod cõpetunt adverſus poſſeſſorem hereditatis communis, *l. . § 1. ff. famil. erciſc.* Donel. tamen, *ad §. omnium. n. 8. & d. § Quadam actiones. n. 7. & 8* & ibidem etiam Vult. *n. 2. Inſt. de act.* has actiones in perſonam duntaxat, atq; ita ſimplices, non mixtas oſtendere conantur, ſed fruſtra.

Ab

37 Ab effectu ſuo actio vel famoſa eſt, vel non famoſa.[a] Famoſa actio dicitur ex qua condemnatus reus efficitur infamis.[b]

[a] *l. furti 6. §. 1. ff. de his qui not. infam.* [b] *l. 1. ff. de d. tit.* & *§. Ex quibuſdam, Inſt. de pœnis temer. litigant.*

38 Sequitur diſtributio actionis ex ſubjectis rebus, quas actiones perſequimur, quę hæc eſt: Actionum aliâ perſequimur rem, aliâ pœnam, aliâ utrumque, rem & pœnam.

§. ſequens, Inſtit. hoc titul.

39 Actio rei perſecutoria eſt, qua perſequimur quod ex patrimonio noſtro nobis abeſt:[a] puta quod noſtrum eſt, ab alio autem detinetur: Item quod nobis ex contractu, quaſi contractu, pacto, vel pollicitatione legitima debetur.[b]

[a] *l. in honorariis 35. in princ. verſ. illa autem. ff. de oblig. & act.* [b] Quod noſtrum eſt, in noſtro eſſe patrimonio conſtat, *tit. Inſt. de rer. diviſ. in pr.* quod ſi ab alio detineatur, abeſt a nobis. Similiter quod nobis ex dictis cauſis debetur, in noſtro eſt patrimonio ſive bonis noſtris, *l. bonorum appellatio. 49. § Æquè bonis. ff. de V. S.* Verùm quia nondum nobis præſtitum eſt, ex patrimonio noſtro abeſt.

40 Eſt ergo rei perſecutoria omnis in rem actio, ſive vindicatio; tum etiam condictio certi, ex mutuo, actio ex ſtipulatu, actio commodati, depoſiti, mandati, pro ſcio, exempto, vendito, locato, conducto[a] &c.[b]

[a] *§. ſequenſ. verſ. res perſequendæ & verſ. ſeq. Inſtit. hoc titul.* De condictione certi ex mutuo egimus *claſſ. 2. diſput. 7.* De actione ex ſtipulatu *d. claſſ. 2. diſp. 15.* De actione commodati, *eadem diſputat. 9.* De actione depoſiti *diſput. 10.* De actione mandati, *diſput. 6.* De actione pro ſocio, *diſputat. 5.* De actione exempto, vendito, *diſput. 3.* De actione ex locato conducto, *diſp. 4.* [b] ut ſunt condictio ex lege, pollicitatione legitima facta, item condictio ex lege, pacto legitimo habito. De pollicitatione diſſeruimus ſub *d. claſſ. 2. diſput. 1. de pacto, diſp. 2.* Sunt & plures aliæ actiones rei perſecutoriæ. Quæcunque enim actio pœnæ perſecutionem, non continet, eam rei perſecutoriam eſſe neceſſe eſt.

41 Ab harum actionum conſortio malè ſegregantur[a] præjudiciales actiones.[b]

[a] Per Dominum Vult. *ad §. ſequens num. 3. Inſt. de act.* [b] His enim quis perſequitur jus aliquod ſibi competens, quod eſt res in hiſce actionib. Non omni actione agimus ad rei reſtitutionem, ſed quandoq; etiam ad juris, quod habemus, conſervationem; ut cum agimus confeſſoria, vel negatoria actione: Item cùm agimus interdicto retinendæ poſſeſſionis.

42 Actio pœnæ perſecutoria eſt, qua legitimam, vel arbitrariam ex privato delicto, pœnam ſolum petimus; cujuſmodi eſt actio furti manifeſti, & non manifeſti. Quadruplum enim quod actione furti manifeſti perſequimur, item duplum, quod perſequimur actione furti non manifeſti, ſola pœna eſt.[a] Injuriarum quoque actio duntaxat pœnalis eſt.[b]

[a] *§. ex maleficiis, verſ. Pœnam tantùm, Inſtit. hoc tit.* de actione furti diſſeruimus *claſſ. 4. diſputat. 1.* [b] *§. Pœna, Inſtit. de injur.* De injuriarum actione egimus *d. claſſ. 4. diſput. 4.*

43 Actio rerum amotarum, licet ſit ex delicto, eſt tamen rei perſecutoria, non pœnalis:[a] ut & condictio furtiva,[b] quæ & ipſa ex maleficio.[c]

[a] *l. ſi mulier 21. §. pen. ff. rer. amot.* [b] *l. ſi pro fure 7. §. ult. ff. de condict. furt.* [c] *l. ſi ambo 10. §. quotiens 2. ff. de compenſat. d. l. ſi mulier 21. §. hac actio. ff. rer. amot.* Diſſent. Vult *ad d. §. ex malefic. num. 3. Inſt. de act.*

Quan-

Quandoq; etiam legis Aquiliæ actio, licet ex delicto ſit, rei tantum perſecutione continetur, ut ſi res eo tempore, quo damnum datum eſt, ſit pluriſſimi, neque unquam ante pluris fuit. 44

Per text. in d. §. ex maleficiis, verſ. ſed & legis, ubi Hottom. Inſt. de act.

Miſta actio, qua rem & pœnam perſequimur, eſt actio depoſiti in duplum, ſi tumultus, incendii, ruinæ, naufragii cauſa depoſitum ſit, & cum depoſitario, vel herede ejus de dolo agatur. 45

Sequens. verſ. Planè ſi depoſiti, Inſt. de action. l. 1. §. 1. cum ſeqq. & l. de eo, quod tumultus 18. ff. depoſiti.

Eſt item bonorum raptorum in quadruplum miſta actio. In quadruplo enim, quod intra annum utilem peti poteſt, rei perſecutio ineſt: Pœna duplum eſt. 46

§. Vi bonorum raptorum, Inſtit. de act. l. 1. l. 2. §. in hac actione 13. ff. vi bonorum rapt. & tit. Cod. de vi bonor. raptor. in pr. & §. quadruplum, a. De hac actione egimus *claſſ. 4. diſput. 1. theſ. 98 & 99.*

Similiter legis Aquiliæ actio miſta eſt, non ſolùm ſi adverſus inficiantem in duplum agatur, [a] ſed & ſi in ſimplum quiſq; agat, & res, in qua damnum datum eſt, pluris fuit tempore ſuperiori, quam quo damnum eſt illatum. Ex primo enim capite l. Aquiliæ tanti fit æſtimatio rei, quanti eo anno plurimi fuerit. Ex tertio item capite æſtimatur damnum, quanti in diebus triginta ſuperioribus res plurimi fuerit. [b] 47

[a] §. ſed & legis, & §. omnes autem, verſ. in duplum, & §. ſed furti quidem, Inſt. de act. l. 2. l. Inde Neratius 23. §. hac acti 10. ff. ad l. Aquil. [b] *d. §. ſed & legis, Inſt. de act. l. 2. l. ait lex 21. dict. l. inde Neratius 23. §. idem Iulianus, l. ſi ſervus 27. §. Tertio l. quemadmodum 29. §. ult. ff. ad l. Aquil. & §. His autem verbis & §. capite. 3. Inſtit. dict. tit.* de actione, l. Aquil. plura vide *claſſ. 4. diſp. 2.*

Eſt item ex teſtamento actio miſta. Siquidem in duplum contra eos, qui relicta S. S. Eccleſiis, vel aliis venerabilibus locis, legati vel fideicommiſſi nomine, inficiantur, aut dare ad judicium uſque diſtulerunt. 48

§. in duplum, verſ. item ex legato. §. item miſta & §. ſed furti, verſ. ſed illa, Inſt. de action.

Uſus autem hujus diviſionis actionum in heredibus potiſſimum ſpectatur. Actio enim rei perſecutoria perſonalis ex contractu in heredes tranſit, ita ut eo nomine conveniantur, non tantùm in id, quod ad eos pervenit, ſed etiam in ſolidum, licet defuncti dolus arguatur. 49

l. in dea 159. §. ultim. l. Hoc jure 152. §. ultim ff. de regulis jur. l. Ex depoſiti 12. ex contractibus ff. de oblig. et & action. l. 1. C. de hered. tutor. l. 2. Cod. de magiſt. conveniendis.

Aliquando tamen ex dolo defuncti actio hæc in heredem non datur, ſi nihil ex eo dolo ad ipſum pervenit: [a] ut ſi depoſiti agatur eo nomine, quòd tumultus, incendii, ruinæ, naufragii cauſa depoſitum ſit, nec ipſemet heres dolo arguatur. 50

[a] Aliquando tamen Inſtit de perpet. & temp act. de quo §. vide Cujac. *libr. 13. obſerv. c. 39. & ne. & lib 31. c. 2.* Fab. *lib. 1. conject. c. 12.* Balduin. & Weſembec. *in Inſtit. dict. tit.* [b] *§. Planè ſi depoſiti agatur. Inſt. de act.* Ex quo §. communiter Interpp. poſt Theophil. explicant *d. §. aliquando.* Theophil. ſequitur quoq; Cujac. *in notis ad Inſt. ibid.*

Sed quæritur de actione rei perſecutoria ex delicto? Hanc regulariter non dari in heredes dicimus. Actio enim de eo, quod judicii mutandi cauſa fa- 51

ctum fuerit, quæ ex delicto eſt, [a] licet non pœnalis, ſed rei perſecutoria ſit [b] in heredem tamen dari negatur, eò quòd ex delicto eſt. [c]

[a] *l. Quia pertinet 7. ff. de alien. jud. mut. &c.* [b] *l.4. §. ult. & d.l.7.ff.d.t.* [c] *l.6. & ſeqq. ff dict. tit.*

52 Similiter condictio, ſive actio rerum amotarum, quæ ex delicto eſt, ſed rei perſecutoria, [a] contra heredes non datur, niſi in quantum ad eos pervenit. [b]

[a] *l. ſi mulier 21. §. pen. ff. rerum amotar.* [b] *l. ult. C. dict. tit. ſecundùm quam intelligenda l. contra 6. §. item heres. ff. dict. tit.*

53 Condictione tamen furtiva, quæ & ipſa rei perſecutoria eſt, heres furis tenetur, non in quantum ad eum pervenit, ſed in ſolidum.

l. ſi pro fure 7. §. 2. verſ. ſed etſi, ibi, vel non apud ipſum. l. in condictione 9. ff. de condict. furt. Diſſentit. Cujac. *lib. 7. obſerv. cap. 37. & lib. 13. 37.*

54 Actio pœnæ perſecutoria, ut rei perſecutoria, heredibus competit, excepta injuriarum actione, [a] actione item ingrati adverſus donatarium, [b] actione in factum contra eos, qui temerè & ſine venia parentem, aut patronum in jus vocârunt, [c] actione in factum de calumniatoribus, [d] actione populari, [e] & actione in factum, quæ datur prohibito mortuum inferre. [f]

[a] *§. Non autem. verſ. Sed heredib. Inſt. de perpet. & temp. act. l. injuriarum. 13. in princ. ff. de injur.* [b] *l. 1. l. his 7. §. Caeterùm. Cod. de revocand. donat.* Diſſentit. Donell. *lib. 14. Comment. cap. 27. & ſeq.* [c] *l. pen. ff. d. in jus vocand.* [d] *l. 4. ff. de calumniat.* [e] *l. 5. §. hac autem, ff. de his, qui dejec. vel effud.* [f] *l. liberum 9. verſ. unde miror. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Accurſ. obſtare putat *l. ſi filiusfam. 31. §. ult. ff. dict. tit.* & videtur refragari *l. is, qui 7. ff. eod. m.*

55 In heredes autem ex certiſſima juris regula hæc actio non tribuitur; veluti furti, & injuriarum actio.

d. §. Non autem, verſ. Eſt enim, Inſtit. de perpet. & tempor. act. l. pupillum 111. §. ultim. ff. de regulis juris.

56 Idem quoque dicimus de actione miſta, ut quæ partim rei, partim pœnæ perſecutionem continet.

l. Neratius 23. §. hanc actionem. ff. ad leg. Aquil. l. hac actio 13. ff. de ſervo corrupt. l. 2. ff. vi bonor. rapt. & l. furti. 7. §. ult. ff. arb. furt. caſar.

57 Etſi verò nonnullæ actiones pœnæ perſequendæ cauſa comparatæ heredibus denegentur, neque ulla ejuſmodi actio contra heredes competat, lite tamen cum defuncto actore, vel Reo, conteſtata, & heredibus actoris, & contra heredes Rei tribuitur talis actio.

§. Pœnales autem, Inſtitut. de perpet. & tempor. action. & l. unic. Cod. ex delictis defunct. l. Nemo 87. l. Omnes. 139. l. Pœnalia. 164. ff. de regulis juris, l. Omnes. 26. l. conſtituitenibus 33. & l. ſciendum 58. ff. de obligat. & action. l. ultim. in fin. ff. de fidejuſſ. tutor. Nam litis conteſtatione quaſi contrahitur cum adverſario *l. 3. §. idem ſcribit. ff. de peculio.*

58 Similiter licet ex delicto rei perſecutoria, itemq; miſta actio contra heredes non tranſeat, ſi tamen ex ea re ad hos quid pervenerit, ejus quoque nomine tenentur.

l. ultim.

l. ultim. C. rerum amotar. l. heredibus 13. in princ. l. ſi plures 17. §. 1. l. in heredem. 26. ff. de dolo malo. l. 1. §. ultim. & l. 2. ff. de vi & vi armat. l. Iulianus 16. junct. l. praced. in fin. ff. de judic. l. ſicuti 38. ff. de reg. jur. l. in heredem. 5. in princ. ff. de calumniator. l. un. C. ex delictis defunct. l. Quod diximus 16. §. ultim. ff. quod metus cauſ. l. 4. §. ult. ff. de incend. ruina, naufrag.

Actio tamen vi bonorum raptorum in heredem non datur, ne in id quidem, quod ad eum pervenit. 59

l. 2. §. ult. ff. vi bonor. raptor.

Quòd de actione ex delicto hactenus dictum eſt, exaudiri quoque debet de actione ex quaſi delicto. 60

l. Si verò 5. §. Hac actio 5. ff. de his, qui effud. vel dejec. l. ultim. §. hæc judicia. ff. Nautæ caupon. ſtab. & fac. dict. l. Iulianus 16. junct. l. praced. in fin. ff. de judic. & l. ultim. ff. de variis. & extraord. cog. & tradit Cujac. *in paratit. C. tit. ex delictis defunctor.*

Eſt & illud hic notandum, quòd heres, cùm ex delicto defuncti, cum quo lis conteſtata eſt, tenetur, in ſolidum conveniri poteſt, ſi ex aſſe heres ſit; ſi verò pro parte heres ſit, pro ea tantum parte, pro qua heres eſt. 61

l. in condictione 9. ff. de condict. furt. & l. 2. in fin. ff. de prætor. ſtipulat.

Succedit diſtributio actionis ab adjuncta rei, quæ petitur, quantitate, quæ hæc eſt: Omnis actio vel in ſimplum concepta eſt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum. 62

§. Omnes autem, Inſtit. de action.

In ſimplum actio, eſt omnis in rem actio, item actio ex contractu nata, puto ex ſtipulatione, ex mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato, &c. 63

§. in ſimplum, Inſtit. dict. tit.

Eſt item in ſimplum actio pœnalis ea, cujus pœna ita lege comprehenſa eſt, ut ſine reſpectu & comparatione ſimpli conſtituatur: veluti in quinquaginta, in decem, in viginti aureos, &c. 64

l. ſi quis id. 7. in princ. ff. de juriſdict. l. pen. ff. de in jus vocand. §. 1. & ſeq. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſc.

In duplum eſt actio furti, nec manifeſti, damni injuriæ ex l. Aquilia, item depoſiti miſerabilis, propter inficiationem ſervi corrupti, pii legati. 65

§. in duplum. Inſtit. hoc tit. De actione furti nec manifeſti eſt quoque textus in *§. Pœna, Inſtit. de obligat. ex delict.* De actione legis Aquiliæ, *in §. Sed & legis, Inſtit. hoc tit. de act. & l. inde Neratius §. Hac actio. ff. ad l. Aquil.* De actione depoſiti miſerabilis eſt textus *in l. 1. §. 1. depoſiti.* De actione ſervi corrupti egimus *claſſ. 4. diſput. 2. theſi. 57. & ſeqq.* De actione pii legati eſt quoq; textus in *§. item miſta. Inſt. de action.*

Eſt quoque duplum actio in factum de effuſis & dejectis. [a] Item actio in factum ex edicto Nautæ, caup. ſtab; [b] ut & actio rationibus diſtrahendis; [c] Item etiam actio in factum, quæ competit ei, cui ignoranti liber homo pro ſervo dolo malo venditus eſt. [d] 66

[illegible] *Inſtit. d. oblig. que ex quaſi delict. l. 1. in princip.* & *§. Hæc in factum actio* [illegible] *effuder. vel dejec.* [b] *l. ult. in. §. 1. ff. Nauta caup. ſtab.* [c] *l. Tres Tutores 55. §. 1. ff. d. ad-miniſtrat.* & *peric. tut. l. 2. §. ult. in. ff. de tutelis & rationibus diſtrah.* [d] *l. in tantùm 18. l. 20.* & *l. 21. l. 22. in princ.* & *§. ultim. ff. de liberali cauſa.*

67 Sed nunquid his actionibus addere licet redhibitoriam actionem, quando condemnationem in duplum habet? Affirmamus.

l. Redhibitoria 45. ff. de ædilit. edict. Diſſentit Donell. *ad §. in duplum agimus, nu. 4. Inſt. de act.* Non obſtat quod hæc actio, non in duplum ab initio eſt concepta, ſed per accidens re[illegible] duplum condemnatur. Nam eadem eſt conditio actionis quod metus cauſa *§. item actio* [illegible] *eo, Inſt. de actionibus*, quæ nihil minus quadrupli actionibus accenſetur *in d. §. Quadrupli. Inſt. d. t.*

68 In triplum actio eſt condictio ex lege, qua reus experitur adverſus actorem, qui majorem vera æſtimatione quantitatem in libello conventi[illegible] inſerit, ut ex hac cauſa viatores, id eſt, litium executores, ampliorem ſummam à Reo exigerent, & exacta ſit ab eo ſumma major, ad repetendam ſcilicet eam ſummam in triplo.

§. Tripli verò, Inſt. de action. quo §. ut & *§. item ex lege*, Iuſtin. Imp. per hyppallogen ex le[illegible] condictitia conſtitutionem ſuam emanare & oriri dixit, pro legem condictitiam emanare [illegible] oriri ex ſua conſtitutione. Cujac. tamen, Hotoman. & Donell. quos ſequitur Vultejus, emendant utrunque locum.

69 Quadrupli actio eſt furti manifeſti, item actio quod metus cauſa, [a] tum etiam condictio ex lege, in litium executores comparata, qui ultra legitimum modum ſportulas à Reis exegerunt. [b]

[a] *§. Quadrupli autem, Inſtit. de actionibus.* De actione furti manifeſti vide ſub *claſſ. 4. diſp. 1. theſ. 64.* & *ſeqq.* De actione quod metus cauſa egimus *claſſ. 4. diſp. 6. theſ. 23.* & *ſeqq.* Quod attinet tertiam illam in factum actionem, ſcribit Mynſing. *ad d. §. quadrupli, num. 26.* eam dari etiam adverſus eos, qui officiis præſunt, & exigunt aliquid præter morem & officium ſuum.

70 His actionibus adjicitur quoque actio civilis in factum ex edicto de calumniatoribus, quæ competit mihi adverſus eum, qui vel à me, vel ab alio pecuniam accepit, ne in judicio meo calumniaretur, vel ab alio accepit pecuniam, ut me calumniaretur in judicio.

Dict. §. quadrupli, Inſtit. de act. l. 1. in princ. l. 3. in fin. & *l. ſi quis 7. in prin. ff. de calumniatorib.* Eſt autem in judicio calumniari aliquem, actione aut accuſatione experiri, vel ut [illegible] ptione adverſus innocentem temere, ſcienter, & doloſè, ut eum vexet, vel aliquid extor[illegible] Iul. Paul. *lib. 1. recept. ſentent. tit. 5. in princ. l. 1. 2. 3.* & *l. penult.* & *tot. tit. ff. de calumniat.* & *tot. eodem tit. C. l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. l. ſi calumniator 233. in prin. ff. de verb. ſign.* Hæc actio here[illegible] in quadruplum non datur, ſed competit ei actio de ea tantùm pecunia, quam defunctus dedit, *l. 4. ff. de calumniat.* In heredem verò conceditur in id, quod ad eum pervenit, *l. in heredem 5. in prin. ff. d. tit.* Si Titius dederit Mævio pecuniam, ne mihi faceret negotium [illegible] proprio motu dedit, non mandante, vel ratum habente me, ipſemet ſimplum repetit [illegible] verò in quadruplum, *d. l. 7. in princ. ff. d. tit.* Cujac. *lib. 8. obſervat. cap. 24.* & *in commentin lib. 10. Pauli ad edictum, pag. 152.* Sed obſtat *l. 3. §. ult. ff. Nauta, caup. ſtab.* Comparata ſunt & alia in calumniatorem juris remedia, & pœnæ, de quibus ſub *claſſ. 4. diſp. 9. theſ. 3* [illegible] & *ſeq.*

71 Prædictæ verò actiones non omnes pari jure duplum, triplum, vel quadruplum competunt. Furti nec manifeſti actio, & actio ſervi corrupti omnimodò,

[illegible]modò, id eſt ab initio dupli eſt; ſed actio l. Aquiliæ, & depoſiti miſerabi[illegible] ex eventu ſolùm, id eſt inficiatione (ut dixi) duplicatur, in confitentem eſt in ſimplum. Ex teſtamento item actio de legato piis locis relicto non ſolùm inficiatione duplicatur, ſed & ſi heres diſtulerit relicti ſolutionem, uſque quo juſſu magiſtratus conveniatur; In confitentem ve[illegible], & antequam juſſu magiſtratus conveniatur, ſolventem ſimpli redditur. [a] Eſt item in actione illa furti nec manifeſti totum duplum pœna, [b] [illegible] actione ſervi corrupti, [c] & l. Aquiliæ actione, [d] duplo ſimplum dam[illegible] eſt.

[a] *[illegible] furti quidem, Inſtit. de action.* ubi in verſ. in confitentem, poſt particulam (verò) in[illegible] cum Hotomanno reor, vocem (&) propter verſ. præcedentem. [b] *§. furti actio, Inſtit. [illegible] ex delict. & §. Pœnam tantùm, Inſtit. de act.* [c] *l. ut tantùm 14. §. in hac actione, ff. de [illegible] corrupt.* [d] *§. Sed & legis. Inſtit. de action.*

In tripli quoque actione ipſi triplo etiam ſimplum connumeratur. 72

Dict. §. Tripli Inſtit. hoc tit.

Actio item quòd metus cauſa eſt quidem intra annum utilem in quadruplum, ſed quadruplo ſimplum ineſt. [a] Et in quadruplum condemnatur reus, ſaltem ex eventu, ſi juſſu judicis actori non reſtituerit ſimplum. [b] 73

[a] *Latem 14. §. 1. & ſequens. ff. Quod metus cauſa.* [b] *§. item actio de eo, Inſtit. de act.*

Similiter actio vi bonorum raptorum intra annum utilem in quadruplum competit, ſed quadruplo illo continetur quoque rei perſecutio. 74

[illegible] de vi bonor. rapt. in princ. & §. 1. l. 2. §. In hac actione, ff. Vi bonor. rapt. & §. Si autem, Inſt. de act.

Sed actio furti manifeſti omnimodò in quadruplum eſt, nec quadruplo ſimplum ineſt. [a] Quadruplum item in actione in factum ex edicto de calumniatoribus totum pœna eſt aliquando, [b] quandoque verò quadruplo [illegible] perſecutio ineſt. [c] 75

[a] *dict. § item actio, in fin. Inſtitut. hoc tit. §. furti actio, Inſtit. de obligat. quae ex delict. naſ. l. ſi [illegible] 54. §. cùm furti, ff. de furtis.* [b] *ut in caſu l. ſi quis, 7. in princip. verſ. Si autem, ff. de ca[illegible]* Cujac. *libr. 8. obſervat. cap. 24. obſtat. l. 3. §. ultim. ff. Nautæ, caup. ſtab.* [c] *l. in heredem 5. §. 1. [illegible] Quare, ff. dict. titul.* Cujac. *dict. cap. 24. & in comment. in libr. 10. Pauli ad edict. pagin. 152. [illegible]*

Ultra quadruplum autem nulla actio extenditur, [a] ne quidem in pœna conventionali. [b] Quantumcunque enim eſt, quòd pœnæ nomine ſtipulamur, ſimplum eſt, non duplum, non triplum, aut quid amplius. [c] 76

[a] *[illegible] Omnes autem. Verſ. Ulterius, Inſtit. de action.* [b] Refragari videtur, quod licet pœnam in [illegible] tum ſtipulari, ſupra quam noſtra interſit, *l. Stipulatio iſta 38. §. alteri, ff. de verbor. oblig.* [c] *[illegible] in ſimplum, ibi, veluti ex ſtipulatione, Inſtit. de act.*

Uſus autem hujus actionum diviſionis in actione rectè & ſine periculo inſtituenda conſiſtit. Si quid enim amplius, quàm quod nobis debetur, petamus, in pœnam plus petentium incidimus; quæ olim quidem erat cauſæ totius amiſſio: [a] ex Juſtiniani verò conſtitutione, ſi ex ea re quid damni ſenſerit Reus, id ab actore in triplo repetere poteſt. [b] 77

[a] *§ ſi quis agens, Inſt. de actio.* [b] *§. Sed hæc quidem antea, verſ. ſin autem quantit. ite junct. §. Tripli verò, Inſt. d. t. & l. 2. §. ult. C. de plus petitionib.* ubi Cujac. *in paratit.* Idem Cujac. *libr. 12. [illegible] 21.*

78 Quin etiam & hodie ſi quis à debitore ſuo dolo malo cautionem exegerit majoris quantitatis, quam eſſet in debito, & ex ea cautione egerit, litemque conteſtatus fuerit, etſi poſt litem conteſtatam paratus ſit minuere petitionem, & agnoſcere bonam fidem, jus tamen crediti amittit.

l. ultim. C. de plus petit.

79 Si tamen minus intentione ſua complexus fuerit actor, quàm ad ſe pertineat; veluti ſi cum ei decem aurei deberentur, quinque ſibi dari oportere intenderit; aut ſi totus fundus ejus eſſet, partem dimidiam ſuam eſſe petierit, ſine periculo tamen agit. In reliquum enim nihilominùs judex adverſarium eodem judicio ei condemnat.

§. Si minus, Inſtit. de actionib.

80 Eſt & alia actionum diviſio, ab adjuncta rei ſubjectę, quæ petitur, quantitate, quæ hæc eſt: Actionum quibuſdam ſolidum, quod nobis debetur, perſequimur, quibuſdam verò ſolidum, vel minùs.

§. Sunt præterea. Inſtit. de actionib. Dominus Vult. hîc non agnoſcit diviſionem, ut nec alias præter unam actionum diviſionem admittit.

81 Quæ autem actiones illæ ſint, quibus ſolidum perſequimur, ex aliarum enumeratione intelligetur. Harum autem tria ſunt genera: Aut enim peculium facit, quò minùs actione ſemper ſolidum cõſequi poſſimus; aut beneficium Reo tributum; aut mutua obligatio creditoris.

82 Actio de peculio eatenus conſtituta eſt, quatenus eſt in peculio Si enim tantùm in peculio eſt, quantum actori debetur à filiofam. vel ſervo in ſolidum pater, vel dominus condemnatur: Sin minùs inveniatur, eatenus condemnat judex, quatenus in peculio eſt: [a] Si nihil ſit in peculio rei judicandæ tempore, non tenebit actio; unde & abſolutio ſequetur. [b]

[a] *d. §. Sunt præterea, Inſtit. de actionib.* De hac actione latè egimus *ſub Claſſe 3. diſput. ult.* [b] *l. Quæſitum 30. in princ. ff. de peculio.*

83 Beneficium reo tributum, ut non in ſolidum teneatur, ſed in tantùm, quantum facere poteſt, partim ob cauſam, ex qua agitur, ei tributum eſt, partim ob ejus perſonam.

Donell. *ad d. §. Sunt præterea, num. 3. Inſtit. de act.* In verbis beneficii id animadvertendum, ita concipi illud à Iuris autoribus, ut dicantur Rei modò conveniri in id, quod facere poſſunt, *l. Sunt qui 16. & l. ſeq. ff. de re jud. §. Sed etſi, verſ. ult. Inſtitut. de act.* Modò condemnari in id, quod facere poſſunt, *§. ſi dote, & §. ult. Inſtit. d. tit. l. Non tantùm 20. & leg. ſeq. l. Et exheredatum 49. ff. de re jud. l. Maritum 12. & l. alia 14. & leg. ſeqq. ff. ſolut. matrim.*

84 Ob cauſam tributum eſt hujuſmodi beneficium donatori: qui ex donationis cauſa convenitur in tantum duntaxat, quantum facere poteſt.

§. Sed etſi quis, verſ. ult. Inſtit. de act. l. Qui 12. l. Qui id, 33. in princip. ff. de donat. l. Inter 19. §. ult. ff. de re jud. l. Divus Pius 28. ff. de reg. jur. De actione donatario adverſus donatorem competente, vide *ſub Claſſe 2. diſput. 19. theſ. 32. & tres ſeqq.*

85 Ob perſonam Rei tributum hoc beneficium eſt, vel propter conjunctionem inter litigatores conſtitutam, vel propter reverentiam Reo debitam; vel propter meritum; vel denique propter miſerationem.

Donell. *ad d. §. Sunt præterea, num. 3. Inſtit. de actionib.*

Con-

Conjunctio, propter quam ejuſmodi beneficium Reo tributum eſt, vel ſanguinis eſt, vel affinitatis, vel ſocietatis. Propter ſanguinis conjunctionem condemnantur in id, quod facere poſſunt parentes, & liberi, ſi illi adverſus hos, vel hi contra illos actione conſiſtant. [a] Idem quoque de fratribus, ſi unus contra alium actione experiatur, jure definitum cenſemus. [b] 86

[a] *§. Sed & ſi quis, Inſtit. de action. l. Sunt qui* 16. *& l. ſeq. ff. de re judic.* [b] *arg. l. Verum* 63. *in princ. ff. pro ſocio*, Balduin *num.* 37. & 38. Mynſing. *nu.* 3. & Donell. *n.* 3. *ad d. § ſed & ſi quis. Inſtit. de act.*

Propter affinitatis conjunctionem condemnatur maritus uxori, & hæc illi, in id tantùm, quod facere poteſt, non ſolùm ex cauſa dotis, [a] ſed & aliis ex contractibus. [b] Quod etiam receptum eſt inter maritum & uxoris parentem, item inter uxorem, & mariti patrem. [c] Siquidem ſocer parentis locum obtineat. [d] 87

[a] *§ Item ſi dote, Inſtit. de act.* [b] *l. Patronos.* 17. *& l. Non tantum* 20. *ff. de re judic.* [c] *l. Sicut autem.* 21. *ff. d. tit. l. Rei judicata* 15. *§. ult. l. filiaſam.* 53. *ff. ſolut. matr.* [d] *l. Quia* 16. *ff. d. t.*

Quid verò ſi mulieris pater ex promiſſione dotis à marito conveniatur, 88 nunquid idem honor ei ſoluto matrimonio haberi debet? Juſtum quidem & æquum id eſſe videtur: [a] Atqui jus aliud receptum eſſe conditores juris ajunt. [b]

[a] *l. Ex diverſo* 17. *in princ. ubi Duaren. ff. ſolut. matrim. & d. l. Sicut autem* 21. *ff. de re jud.* [b] *d. l. Sicut* 21 *ff. d. t.* Soluto enim matrimonio ſolutum cenſetur vinculum affinitatis. Quam rationem ſpectaſſe videntur ICti, arguit. *l. Sicut de dote*, 84. *verſ. Caterùm, & verſ. ſeq. ff. de jure dot.* Sed vide Anton. Fabr. *libr.* 2. *conjectur. ar. c.* 14. ubi emendendam putat, *d. l. Sicut autem*, & legendum: Sed alio & alio jure utimur.

Societatis quoque conjunctio efficit, ut ſocius à ſocio conventus in id 89 tantùm condemnetur, quod facere poteſt: non tantùm ſi univerſorum bonorum ſocii ſint, ſed & ſi rei unius ſocii fuerint.

§. Sed et ſi, verſ. Item ſi ſocius, Inſt. h. t. d. l. Verum 36. *ff. pro ſocio, l. Sunt qui* 16. *ff. de re jud.*

Quid ſi non actione pro ſocio, ſed qua alia actione ſocius ſocium con- 90 venerit, nunquid idem honor habendus eſt ſocio? Balduinus negat; [a] Contrà verò & Mynſing. [b] in ſocio omnium bonorum rectè [c] affirmant.

[a] *ad d. §. Sed et ſi, num.* 40. *Inſtitut. de act.* [b] *Ibidem.* [c] Per text. in *d. l. Sunt qui* 16. *ff. de re jud.* Sunt tamen caſus, quibus hoc beneficio ſocius non gaudet: unus, ſi is, qui convenitur, erogaverit bona ſua in fraudem futuræ actionis, *l. Nemo* 68. *ff. pro ſocio. Alter ſi ſe ſocium eſſe negaverit d. l. Si unus* 67. *in fin. ff. d. t. Tertius ſi agatur adverſus ſocij fidejuſſorem dict. l. Verum* 63. *§.* 1. *ff. dict. tit.*

Reverentia & honor hoc idem præſtat patrono ejusq; uxori, liberis, & 91 parentibus, ne ultra quod facere poſſunt, à libertis conveniantur.

§. Sed & ſi quis. Inſtit. de act. d. l. Sunt qui 16. *junct. l. ſeq. ff. pro ſocio.*

Ob meritum in Rempubl. idem beneficium eſt tributum militi, qui ſub 92 armata militia ſtipendium meruit.

l. Item miles 18. *ff. de re judic.*

Ob miſerationem eodem gaudet beneficio ille, qui bonis ceſſit, ſi quid 93 poſtea adquiſierit: [a] Item filius exheredatus, ut & qui paterna ſe hereditate abſtinuit. Siquidem ex contractu ſuo conveniantur. [b]

[a] *§. ult.*

[a] *§.ult.Inſt.de act.l.Qui bonis 6.ff.de ceſſ.bon.* [b] *l.Et exheredatum 20.ff.de re judic.l.3.l.4.§.1.ff.Quod cùm eo,qui &c.* Non tamen hoc competit perſonis illis beneficium,ſi ex delicto conveniantur. *l.l.4.§.1.ff.d.tit.* Neque etiamſi contrahendo in ſe dolum adverſarii induxerint;ut nec ſi dolo fecerunt, quo minùs ſolvere poſſint ſolidum. *l. Etiam 18.§.1.ff.ſolut.matrim.l.ſumma 21.ff.de pecul.*

94 Quòd ſi judex ignorantia Juris lapſus condemnaverit in ſolidum aliquem horum,cui tributum eſt beneficium,ut in illud tantùm conveniatur & condemnetur, quod facere poteſt, in ipſa executione judicati, exceptio doli objici poteſt.

d.l.ex diverſo 17.§.ult.ff.ſolut.matr.

95 Quibus perſonis hoc beneficium non eſt tributum, illæ quamvis ſolvendo non ſint, non ſolùm tamen in ſolidum conveniuntur, ſed & condemnantur in ſolidum; quod cùm propter inopiam præſtare nequeunt, poſtulante creditore in carcerem detruduntur,donec bonis ceſſerint, vel creditor ſponte eos dimitti petierit.

l.1.C.Qui bon.ced.poſſ.

96 Quin etiam hoc beneficio qui non fruuntur Rei, in his ita fit condemnatio in ſolidum, ut nihil eis relinquatur; ne id quidem quod ad vitam pertinet. Cùm tamen eorum, quibus ejuſmodi beneficium tributum eſt, ita habeatur ratio,ne egeant.

l.In condemnatione 173.ff.de R.I.l.Inter 19.& l.cùm ex cauſa 30.ff.de re jud.& l.Qui bonis, ff.de ceſſ.bon.

97 Reſtat mutua creditoris,ejuſdemq; actoris obligatio,id eſt,ſi quid viciſſim actor reo debeat. Mutuum hoc debitum efficit, ne ſemper reus in ſolidum & præciſè condemnetur. Id quod conſequitur vel per compenſationem,vel per rei petitæ retentionem.

98 Compenſatio minuit condemnationem, ſi ut reus actori, ſic & actor Reo viciſſim quantitatem ejuſdem generis debeat. Compenſato enim eo, quod actor viciſſim reo debet, in reliquum reus actori condemnandus eſt.

§.In bonæ fidei,verſ.in quo & §.Compenſationes,Inſt.h.t. De compenſatione plenè egimus *ſub Claſſe 4.diſput.19.theſ.66.& aliquot ſeqq.*

99 Retentionem rei petitæ quod attinet,ſi actor qui fundum aut aliam ſpeciem à Reo petit, ipſi reo viciſſim pecuniam debeat, hoc caſu placuit, ad eam uſque quantitatem fundum à Reo retineri poſſe, ut ſi actor rem ſuam conſequi velit, ſatisfacere primùm Reo pecuniæ illius nomine condemnetur.

l.Quod dicitur 5.in princ.ff.de impenſ.in res dot.fact.

100 Retentio autem hæc duobus in caſibus locum habet: Unus etiam caſu impenſarum, quas reus in rem ab actore petitam facit [a] Si tamen res illa dotalis ſit, retentioni locus non eſt, [b] licet neceſſariæ impenſæ dotis quantitatem minuant.

[a] *l.Sin autem 27.§.ultim.l.In fund.38.l.ſumptus,48.ff.de rei vindic.& §.Ex diverſo,Inſtit.de rer.diviſ.* [b] *l.unic.§.Taceat,verſ.ſed nec ob impenſas,Cod.de rei uxor.act.l.1.§.2.& dict.l.5.in princip.ff.de impenſ.in res dot.fact.* Sed obſtat. *d.l.5.in princip,verſ.5.Manebit igitur,ff.d.t.*

Alter

Al[illegible] caſus eſt in cauſa pignoris: ut ſi reus rem, quæ petitur, obligatam [illegible] ſua pecunia liberavit. [a] Item ſi pignus in ſummam aliquam ab acto[illegible]ceptum, in aliam ſummam, quam ipſi actori poſtea ſine pignore reus [illegible] retineat [b] 101

[a] l. [illegible] inc. ff. Quib. mod. pig. vel hypoth. ſol. [b] *l. unic. ubi Cujac. in parat. C. Etiam ob Chyro[illegible] pe[illegible] teneri.*

[illegible]ximum nunc eſt, ut diſpiciamus de actionis diviſione ab adjuncta [illegible] natura; quæ hæc eſt: Actio alia bonæ fidei eſt, alia arbitrarii, alia ſtri[illegible] juris. 102

[illegible] Actionum autem, juncto §. praeterea quaſdam, Inſtit. de actionib. l. In act. 5. in princip. ibi. [illegible] l. §. ult. ff. de in litem jurando & l. 3. §. 1. ff. de uſuris, l. In bona, 7. ff. de eo quod cert. loc. [illegible] is locis intelligimus, arbitrariam actionem ſpecie diſtingui à bonæ fidei & ſtricti juris [illegible]us. Quod ſentit etiam poſt Duar. Donell. ad *d. §. Actionum autem, Inſt. de act.* Obſta[illegible] huic diſtributioni, *l. Placuit, C. de jud. & l. Bonam, C. de obl. & act.* Et pleriq; volunt [illegible] actionem bonæ fidei, aliam ſtricti juris eſſe, quos probat etiam Everhard. Bronchorſt. [illegible] *4. [illegible] aſſ. 32.* Vide inſuper Vultej. *in l. unic. C. ubi conveniatur qui cert. loc. promiſſ. nu. 35.*

A[illegible]io bonæ fidei eſt, cui ea à lege [a] eſt tributa natura, ut ea intentata Ju[illegible] poteſtas ſit, ex bono & æquo æſtimandi, quantum actori præſtare [illegible]entus reus debeat. [b] 103

[a] Nulla eſt bonæ fidei actio, quam quæ nominatim à lege bonæ fidei eſſe jubetur, ut arguit [illegible] *§. actionū autem, verſ. Quamvis enim, & §. Fuerat, Inſtit. h. t.* [b] *§. In bonæ fidei, Inſtit. [illegible] §. ult. Inſtit. de oblig. ex conſenſu, l. Quaero 54. in princip. verſ. Vſuræ enim, ff. locati, l. Eas, [illegible] dote actio in æquum & bonum concepta eſt, ff. de capit. dimin. l. 2. in fine, & l. ſi quis 5. in [illegible] ff. de oblig. & act.* Propter liberam illam Iudicis poteſtatem, ad normam æquitatis dire[illegible] judicia bonæ fidei conditoribus juris paſſim arbitraria dicuntur, & judex in his datus ar[illegible]tur, *l. arbitrium 43. l. In judicio, l. ult. ff. famil. erciſc. l. Cohered. 17. C. d. t. l. pro ſocio 38. ff. [illegible]o.* Libera autem poteſtas eſt laxa, & latè patens poteſtas; Verum non in infinitum libe[illegible] libera ex bono & æquo, id eſt, quatenus jus, quod eſt æquum & bonum, *l. 1. in princip. [illegible] autem, & l. pen. ff. de juſt. & jur. permittit, §. 1. Inſtit. de offic. judic. Auth. Iubemus, in [illegible] judic.* Dicitur quidem actio bonæ fidei ex bona fide deſcendere, *in l. Domus 57. §. ult. [illegible] judicio quod ex bona fide deſcendit, ff. de contrah. empt. & vendit. & l. un. §. ſed etſi, ibi. [illegible]m non ex bona fide deſcendere, Cod. de rei uxor. act.* Verum hiſce locis per bonam fidem [illegible]s bonæ fidei ſignificatur, atque ita ſubjectum ex ſuo adjuncto per metonymiam [illegible].

Cum autem Judex liberam ſuam poteſtatem ad normam boni & æqui, [illegible], Juris de hiſce actionibus conſtituti dirigere teneatur, diſpiciendum, [illegible] rebus hæ actiones ex Juris diſpoſitione contineantur, ut ſciamus, [illegible] Judex in cognoſcendo advertere animum debeat. 104

Earum autem rerum genera ſunt duo: Unum continet ea, quæ ex parti[illegible] conventione hiſce actionibus inſunt, ſi ex conventione actio hujuſ[illegible] aliqua ſit nata: Alterum verò quæ citra conventionem naturæ ha[illegible] actionum ipſo jure tributa ſunt. 105

[illegible] Quia 7. de negoc. geſt. l. ſed celſus 6. §. 1. verſ. in emptis enim, ff. de contrah. empt. & vendit. [illegible] 7 ff. depoſiti l. Quod ſi nolit 31. §. aſſidua 17. ff. de Aedil. edict. Vtriuſque generis res, [illegible] in ſingulis ſingulorum contractuum & quaſi contractuum actionib. bonæ fidei ex[illegible]um eſt *ſub Claſſe 2. & 3. partim etiam Claſſ. 5 diſput. 24. & 25.*

106 Inprimis autem bonæ fidei actionum natura continet uſuras, [a] itemque fructus à tempore moræ. [b]

[a] *l. Mora 32. §. In bona, ff. de uſur. l. In bona 13. C. d. t.* & *l. Vſura 2. C. depoſiti,* [b] *l. 3. in princ. de uſur. l. fructus 13.* & *l. pen. C. de act. empt.*

107 Et uſuræ non tam ex obligatione, quam officio Judicis debentur in hi judiciis. [a] Unde ſi judex uſurarum rationem in condemnatione non habeat, nulla earum ſupereſt petitio. [b]

[a] *l. Quæro 54. in princip. Verſ. Vſuræ enim, ff. locati,* & *l. Qui per colluſionem 49. §. 1. ff. de act. empt.* [b] *l. ſi depoſita 4. C. depoſiti. l. in bonæ fidei 13. C de uſur.*

108 Continet item bonæ fidei actionum natura exceptiones omnes, ut quæ illis ipſo jure inſunt, id eſt, ipſo jure tutum reddunt reum, ut ei neceſſe non ſit ab initio litis eam conteſtari, ſed quandocunq́, poſtea ante ſententiam ſine periculo allegare poſſit.

l. 3. §. Ind. ff. de reſcind. Vend. l. ſed & *21. in fin. ff. ſolut. matr. l. Hujuſmodi, 84. §. Qui ſervum 5. ff. de leg. 1. l. Iurisgentium 7. §. Adeo 6. ff. de pactis, l. Prædia 28. de act. empt. l. 1. §. ſi libertatis. Quar. rer. act. non dat.* Cujac. *in lib. 12. qu. Papin. pag. 314. col. 2.*

109 Continet & illud bonæ fidei actionis natura, quòd creditor, cui in diem aliquid debetur, actione ſua bonæ fidei experiri poteſt, etiam ante diem, ad cautionem ſibi præſtandam.

l. In omnib. 41. de jud. l. pro ſocio 38. ff. pro ſocio. Cujac. *in libr. 11. quæſt. Papin. pag. 264.* & *ſeqq.* & *in lib. 12. quæſt. pag. 312.*

110 Ut & illud quod in actionibus bonæ fidei, in litem juratur.

l. In actionib. 5. in prin. ff. de in litem jurand. & *l. 3. §. In hac, ff. commod.*

111 Sunt autem bonæ fidei actiones hæ: Actio ex empto, vendito, locato, conducto, negociorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutele, commodati, pignoratitia, familię erciſcundæ, communi dividundo, præſcriptis verbis, quæ de æſtimato proponitur, & ea, quę ex permutatione competit, Petitio hereditatis, & actio ex ſtipulatu de dotibus exigendis, mulieri vel ejus parenti cõpetens. [a] Cæterę actiones vel arbitrarię ſunt, vel ſtricti juris. [b]

[a] *§. Actionum autem,* & *§. Fuerat, Inſtit. de act.* Et quia harum actionum quædam directæ ſunt, quædam contrariæ, item utiles, hæ omnes bonæ fidei ſunt, ut Cujac. *in poſterioribus notis ad Inſt. d. loc.* ſcribit. [b] Dd. ad *d. §. actionum autem, Inſtit. dict. tit.* Cujac. *lib. 11. obſ. cap. 38. in fin.* affirmat hanc actionum bonæ fidei enumerationem eſſe perfectiſſimam. Diſſ. tamen Cujac. *ad d. §. actionum autem.* & obſtare videtur, *l. 2. §. 2. in fin. ff. de precar.* De ſingulis hiſce actionibus alibi egimus. De actione ex empto vendito *ſub diſp.* 3. de act. ex locato conducto *diſp.* 4 *Claſſ. 2.* De negoc. geſt. actione. *diſp.* 18. *Claſſ.* 3. De act. mandati *diſp.* 6. De act. depoſiti *diſp.* 10. De act. pro ſocio *diſp.* 5. *Claſſ.* 2. de actione tutelæ *diſp.* 16. *Claſſ.* 3. de act. Commodati *diſp.* 9. de act. pignorat. *diſp. 12. theſ. 37.* & *ſeqq. Claſſ.* 2. de familiæ erciſcundæ, & communi dividundo *act. diſp. 18. th. 4.* & *ſeqq. Claſſ.* 3. De præſcript. verb. *act. diſput.* 13. *Claſſ.* 2. De pet. hered. *diſp.* 21. & 22. *Claſſ.* 4. De act. ex ſtipulatu, de dotibus exigendis *diſput.* 20. *theſ.* 59. & *ſeqq. Claſſ.* 2. De act. quâ maritus perſequi dotem poteſt, dictum eſt, *ead. illa diſputatione theſi 43.*

112 Connanus quidem, [a] & Donell. [b] his actionibus connumerant quoque actionem ex emphyteutico contractu, verùm Dd communiter ab illarum conſortio eam planè rectéque ſegregant. [c]

[a] *Lib. 7. com. c. 12.* [b] *ad d. §. actionum autem n. 39. Inſt. h. t.* [c] *poſt alios* Bald. *n. 8. in d. l. 1.* & Alex. *in lect. 2.* Iaſ. *n. 76.* Sichard. *n. 6. ad l. 1. C. de jur. emphyt.* Iohan. Ferrar. *ad Rubr. C. d. t.*

Sed

S[illegible]d nunquid actio præſcriptis verbis ex precario, & funeraria actio, bo- 113
[illegible] fidei [illegible]tionibus adponenda? Negamus.

[illegible] e[illegible] à Iuſt. Imp. *in d. §. actionum autem, Inſtit. de act.* accenſentur hiſce action. hæ duæ [illegible]. Ejuſdem tamen ſocietatis, & has eſſe actiones arguere videtur, *l. 2. §. 2. in fi. ff. de pre-* [illegible] *& [illegible] E[illegible] 14. §. Hac actio 16. ff. de relig. & ſumpt. funer.* & ſentit Cujacius quo ad priorem [illegible]em in notis poſterioribus ad *d. §. actionum autem.* & de utraq; hac actione, Dn. Vultej. [illegible] *nu.* [illegible] licet quoad funerariam actionem aliud ſentire videatur *ibid. n. 9.* vide Cujac. *in lib.* [illegible] *ad edict. p. 176. col. 2. & pag. ſeq.*

Non deſunt, qui aliam etiam præſcriptis verbis actionem, quàm quæ de [illegible]timato & ex permutatione competit, bonæ fidei contractibus accenſen-[illegible]m putant, [a] ſed malè. [b]

[a] Q[illegible]bus ſuffragari videtur Africanus ICtus *in l. pen. ff. de præſcr. verb.* Ubi ex pacto contra[illegible]o ut facias adjecto uſuræ debentur, cùm tamen in ſtricti juris contractibus non niſi inter[illegible] ſtipulatione Uſuræ veniant. *l. Uſura 121. ff. de V. S. l. 3. C. de uſur.* Sed prædictum contra[illegible] innominatum, *in d. l. pen.* non proponi oſtendemus, [b] *argum. d. §. actionum autem, In-* [illegible] *act.*

Sunt autem bonæ fidei actiones, vel generales, quibus univerſitas bono- 115
[illegible] petitur, ut actio pro ſocio, cùm certa eſt ſocietas omnium bonorum, [illegible] negociorum geſtorum, tutelæ actio; vel ſpeciales, quibus agitur de re [illegible]ri, veluti mandati, commodati, depoſiti, &c.

[illegible] *ſocio 38. in princ. ff. pro ſocio,* Cujac. *in lib. 11. quæſt. Papin. pag. 264.*

Non eſt omittenda hoc loco quæſtio hæc; An ſtricti juris actiones per 116
[illegible]itam doli exceptionem, vel replicationem bonæ fidei efficiantur [illegible]tiones? Poſt Doroth. Cujac. affirmat, [a] & hunc Vultejus quoq; ſequitur: [b] Verùm hanc ſententiam haud ferendam cenſemus. [c]

[a] *Lib. [illegible] obſ. c. 17. & in comment. in lib. 13. Reſponſ. Papin. p. 552. tùm etiam in comment. in lib.* [illegible]*ſt. Papin. p. 265. col. 1.* [b] *ad § actionem autem, nu. 14.* [c] *Nam in l. Seia 42. in prin. verſ. Bonæ* [illegible] *de mortis cauſ. donat. & l. 3. Cod. de except.* bonæ fidei judicium alio ſenſu accipitur, *ac in* [illegible] *[act]ionum autem, Inſtit. de act.* Siquidem bona fides ibi opponatur dolo. Dolo agit qui vin[illegible]rem, quam vindicare æquitatis ratione non poteſt. Hunc dolum repellit exceptio doli [illegible]. Remoto igitur dolo ab ea actione, efficitur ea bonæ fidei actio. Dolo enim malo cō[illegible] eſt [b]ona fides, *l. 3. in fin. ff. pro ſocio,* & excluſio unius contrarii, eſt poſitio alterius. Sed bo[illegible] actio, *in d. §. actionum autem, Inſt. h. t.* non dicitur reſpectu malæ fidei. Alioquienim [illegible] juris actio, item actio arbitraria eſſent bonæ fidei actiones. Quin etiam ea, quæ pro[illegible] bonæ fidei actionum, communicari cum ſtricti juris actione propter doli exceptio[illegible] haud credo quenquam facile affirmaturum. Denique hanc Cujac. opinionem vitioſam [illegible] etiam, *d. l. 3. Cod. de except.* quippe cum agatur ibi de tutelæ actione, quæ per ſe bonæ [illegible] actio eſt, ut ipſa hanc naturam ex doli exceptione vel replicatione capere neceſſe minimè [illegible].

Adhuc de actione bonæ fidei. Arbitraria actio eſt, quæ ex arbitrio iudi- 117
[illegible]s ita pendet, ut ei ex bono & æquo ſecundum rei, de qua agitur, naturam [illegible]m[illegible]ndum ſit, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat.

[illegible] *P[r]æterea quædam, in princip.* ubi Donell. & *verſ. in his enim, Inſtitut. de act.* Nota illud [illegible]modum ad differentiam bonæ fidei actionis, in qua judex diſpicit quantum Actori [illegible]ndum. Nota item quod dicimus ex bono & æquo, id eſt, ex juris diſpoſitione, *§. 1. In-* [illegible] *de offic. jud.*

118 Pendet autem arbitraria actio bifariam ex arbitrio judicis. Primò in hac integrum eſt judici ſuo arbitratu ante ſententiam definitivam jubere adverſarium actori ſatisfacere, niſi condemnari velit, [a] quod hujus actionis proprium eſt. [b] Deinde ſi non pareat reus judicis arbitrio, liberũ eſt judici pro ſuo arbitrio ſententiâ ſua, ex ęquo tamen & bono, reum condemnare. [c]

[a] *d. §. Præterea, ubi* Donell. & Hotom. *Inſt. h. t.* [b] *l. Item 14. §. hac autem actio, ff. Quod met. cauſ. & l. 4. §. 1. ff. de eo quod certo loco,* [c] *d. §. præterea verſ. in quib. & verſ. in his enim, Inſt. h. t.* Quòd igitur Accurſ. & Hotoman. annotârunt, duas hic quodammodo ſententias intervenire, malè reprehendit Cujac. *ad l. Item ſi cum 14. §. Hac autem actio, ff. Quod met. cauſa.*

119 Qui actiones arbitrarias natura ſive origine ſtricti juris eſſe, at ex cauſa ſuperveniente ſive accidente arbitrarias fieri contendunt, [a] errore ducti arbitramur. [b]

[a] Ita veteres ſentiunt Interpretes, quos ſequuntur & Cujac. *in comment. in lib. 12 quæſt. Papin. pag. 312. col. 2. in fin.* Weſemb. *ad d. §. Præterea quaſdam n. 4. Inſt. de act.* & Vult. *ad §.* [illegible] *num autem. nu. 15.* [b] Nam ut ſupra oſtendimus, arbitrariæ actiones ſpecie differunt, ut à bonæ fidei, ita & ſtrictis actionibus.

120 Inter judicia bonæ fidei, & arbitraria, hæc etiam notanda eſt differentia, quod in actionibus bonæ fidei is, cujus dolo res abeſt, ſi ſolverit litis æſtimationem, actor cogitur ei cedere actionem ſuam. [a] In arbitrariis verò actor non tenetur reo actionem cedere, ſi ejus dolo res amiſſa ſit, nō culpa. [b]

[a] *l. In depoſiti, 12. ff. de re jud.* [b] *l. ſi culpa 63. & l. Is qui dolo 69. ff. de rei vind.* Cujac. *in comm. in lib. 12. quæſt. Papin. pag. 312. col. 2.* Atq; hoc modo in concordiam reduci poſſunt *d. l. 12. & d. l. Is qui dolo,* de qua antinomia vide quoque Duaren. *ad d. l. In depoſiti.*

121 Differunt & hoc à bonæ fidei actionibus arbitrariæ, quod in his non inſunt ipſo jure exceptiones, proindeque periculo Rei omittuntur.

l. Papinianus 14. in fine & §. pen. ff. de publ. in rem act. Cujac. *in d. libr. 12. quæſt. Papin. pag. 312. col. 2.*

122 Similiter in arbitraria actione non agitur ante diem ad cautionem interponendam, cum hoc actionis tantùm bonæ fidei proprium ſit.

l. In actionibus 41. ff. de judic. Illis enim verbis, In omnibus bonæ fidei, &c. ſignificatur, aliud eſſe in arbitrariis, & ſtrictis actionibus. Alioqui enim id fruſtra diceretur. Cujac. *in dict. libr. 11. quæſt. Papin. pag. 264. & in libr. 12. pag. 312. col. 2. circa finem.* Ad leges quæ obſtare videntur huic pronunciato, reſpondet Cujacius *in dict. libr. 11. quæſt. Papinian. pag. 166. & ſequentibus.*

123 Et licèt in bonæ fidei actione fructus veniant etiam percepti ante litem conteſtatam: [a] In arbitraria tamen actione non veniunt ante litem conteſtatam, niſi extent. [b]

[a] *l. Videamus 38. §. pen. ff. de uſur.* Cujac. *in lib. 2. quæſt. Papin. pag. 53.* [b] *l. 2. C. de petit. hered.* Cujac. *in lib. 11. quæſt. Papin. pag. 266. & in lib. 12. quæſt. Pap. pag. 312. col. 1.*

124 Sunt autem arbitrariæ actiones, tàm in rem, quàm in perſonam. In rem veluti rei vendicatio. [a] Publiciana in rem actio, Serviana & quaſi Serviana, ſive hypothecaria, [b] Item in quibuſdam ſervitutibus, actio confeſſoria. [c]

[a] *Per l. qui reſtituere 68. ff. de rei vindic.* Cujac. *in notis ad §. Præterea quaſdam Inſt. de act.* [b] *d. §. Præterea verſ. ſed iſta, Inſt. t. d. t. & l. ſi fundus 16. §. In vindicatione, ff. de pignor.* [c] *Harum 7.* ubi Cujac. *in com. ad eam legem, ff. ſi ſerv. vindic.* De rei vindicatione late e[illegible]

Jus

*ſub. Claſſ.5. diſp.*26. de publiciana in rem actione, tractavimus ſub *dict. Claſſ.5. diſp.*27. item de ... & quaſi ſerviana, tùm etiam de confeſſoria actione diſſeruimus *ſub ead. Claſſ.5. diſp.*28.

125 In perſonam actiones arbitrariæ ſunt, actio, quid vi metusvè cauſa, actio doli mali, actio de eo, quod certo loco, actio ad exhibendum, [a] actio Pauliana, [b] Faviana, [c] rerum amotarum, [d] Finium regundorũ, [e] actio in factum, de alienatis judicii mutandi cauſa, [f] & rationibus diſtrahendis actio, [g] & denique actio noxalis. [h]

[a] *§. Præterea quaſdam, verſ. In perſonam, Inſtit. de actionibus.* [b] *l. ait Prætor* 10. *§. per hanc actionem. ff. Quæ in fraud. credit.* [c] *l. tenetur, 5. ff. ſi quid in fraud. patroni,* [d] *l. ſi cùm dos* 8. *§.* ... *l. Rerum.* 26. *ff. rer. amotar.* [e] *l.* 4. *§. ſed etſi quis,* 3. *ff. finium regunder.* [f] *l.* 4. *§. ult.* ... *arbitrio Judicis, l. Ex hoc* 8. *in prin. ff. de alienat. judic. mutand. cauſ. facta,* Cujac. *lib.*12. ... *ad edictum pag.*180. *col.*2. [g] *l.* 2. *§.* 1. *ff. de tutel. & rationib. diſtrah. & ibid.* Cujac. *in pa*... *idem* Cujac. *in poſterioribus notis ad §. Præterea quaſdam. Inſt. de act. & lib.*8. *obſervat. c.* ... [h] *d. §. Præterea quaſdam Inſt. h. t.* De arbitrariæ actionis ſpeciebus hac & præcedente theſi ... itis, aliiſq; vide quoque Menoch. *de arbitrar. jud. quæſt. lib.*1. *quæſt.*5.

126 Sunt autem harum actionum genera quatuor, ſi judicis juſſum, qui condemnationem præcedit, ſpectes: Siquidem eò tendant, ut judex reum vel reſtituere rem, vel exhibere eam, vel quid ſolvere, vel ex noxali cauſa ſervum dedere jubeat.

[a] *§. Præterea quaſdam, in princ. Inſt. de action.*

127 Ad reſtituendum pertinent actiones hæ, quæ in rem ſunt; [a] Item in perſonam actio quod metus cauſa, [b] actio doli mali, [c] actio Pauliana, [d] Faviana, [e] rerum amotarum, [f] finium regundorum, [g] rationibus diſtrahendis actio, [h] & actio in factum redhibitoria, qua agitur, ut reddatur emptori precium & acceſſio ei ſolvatur, & interceſſor liberetur. [i]

[a] *l. Qui reſtituere,* 68. *ff. de rei vind.* [b] *l. ſed & partus,* 12. *in prin. ff. Quod metus cauſ.* De hac actione dictum eſt ſub *claſſ.*4. *diſputat.*6. [c] *l. arbitrio* 18. *in prin. de dolo malo.* Expoſita eſt hæc ... *d. diſputat.*6. *theſ.*39. *& ſeqq.* [d] *l. ait prætor.* 10. *§. per hanc actionem,* 20. *& l.* 14. *ff. Quæ in fraud. cred. & tot. tit. C. de revocand. his quæ in fraud. cred. alien. ſunt.* Enucleata hæc actio *di*... *claſſ.*4. *diſput.*7. [e] *l.* 1. *§. ſi pluribus* 11. *& §. Quamvis* 21. *l. Tenetur, l.* 5. *ff. ſi quid in fraud. pa*... De hac actione *vide d. diſp.*7. *theſ.*56. *& ſeqq.* [f] *l. ſi. cùm dos,* 8. *§.* 1. *ff. rerum amotar.* Hæc ... o quando locum habeat, exponit Marcianus Iuriſconſultus *in l. rerum quidem,* 25. *ff. dict.* ... de ea eſt *theſ.* 77. *& ſeq. ſub diſput.* 1. *claſſ.*4. [g] *l.* 4. *§. ſed & ſi* 3. *ff. finium regundorum,* ubi ... ere arborem, & domum deponere eſt etiam reſtituere, argument. *l.* 20. *§. ait prætor,* 3. *de* ... *novi nunc.* de actione finium regund. vide *ſub claſſe* 2. *diſputat.*18. [h] *dict. leg.* 2. *§.* 1 *ff. de tu*... *& rationibus diſtrah.* De hac actione vide ſub *claſſe* 3. *diſput.*16. *theſ*8. *&* 11. [i] *l. Quod ſi* 21. ... *tum* 17. *& l. redhibitoria,* 45. *ff. de ædil. edict.* Donell. *ad §. Præterea quaſdam, num.* 11. ... *hoc tit.*

128 Ad rem exhibendam pertinet actio ad exhibendum, de qua alibi latè.

*ſub dict. claſſ*3. *diſp.*19 *theſ.*29. *& ſeqq.*

129 Ad ſolvendum aliquid arbitraria actio comparata eſt, actio de eo, quod certo loco; quæ eſt in perſonam actio, [a] quâ quod certo loco juxta conventionem dari ex ſtricti juris contractu [b] debuit, alio loco idoneo tamen petitur, facta commemoratione ejus loci, ubi dari debuit. [c]

[a] *§. Præterea quaſdam, verſ. in perſonam, Inſtit. de act.* [b] *l. in bonæ,* 7. *ubi Donell. ff. de eo quod* ... *loco* ... *petitur, Inſtit. de act.* ubi pura dicitur intentio. & pura actio, qua debitum ... conventio petitur; arbitraria, quæ alio petitur loco: loco, inquam, idoneo, puta ubi domi-

cilium reus habet, *l. heres abſens.* 19. *§. ultim. ff. de jud.* Duaren. *ad tit. ff. de eo quod certo loco, cap.* 4.

130 Hanc actionem arbitrariam eſſe, ex duabus evincitur rebus: Prior continetur arbitrio ſive juſſu judicis, definitivam ſententiã præcedente. Quod ſi enim reus alio loco conventus dicat, quod pecunia loco conſtituto oblata ſit actori, quam ille recuſarit accipere; vel dicat, quod pecuniam ad ſolutionem depoſuerit loco conſtituto, cùm ibi creditorem non invenerit: vel dicat, quod pecunia ibi, ubi dari promiſſa eſt, ex facili ſolvi poſſit, ut puta, ſi equo curſorio ſe primo tempore illuc conferre queat, & inſtitori, vel alii, cui creditor voluerit debitam pecuniam ſolvere, proindeq; his caſibus, paratus ſit conſtituto loco ſolvere debitum, ex officio judicis eſt, ut jubeat reum pecuniam loco conſtituto ſolvere, & eo nomine actori pri[illegible] cavere, cui arbitrio ſi non pareat reus, condemnat eum.

l. 4. *§.* 1. ubi Donell. *ff. de eo quod certo loco. l. un.* ubi Cujac. *in paratit. C. ubi conven. qui cert. loc. dare promiſit.*

131 Poſterior conſiſtit in judicis arbitrio de utilitate loci conſtituti. Judicis enim arbitrio æſtimatur, quanti actoris interſit, ſuo loco pecuniam ſolvi, id eſt, loco condicto, conventoque, ſi per reum mora fuerit, quo minùs ſuo loco ſolverit; vel quanti interſit rei, ſi per eum mora non fuerit, vel ſi per actorem mora fuerit, quo minus loco convento oblatam pecuniam acciperet.

l. 2. *in princ. & §. ult. l.* 3. *& l. centum,* 8. *l. ult. ff. de eo quod cert. loc.*

132 Quæ in loco adjecto contrahentium conventio eſt, ut ejus loci utilitas ſervetur, eadem eſt in tempore quod ſolutioni adjicitur, ut ſervetur utilitas ejus temporis. [a] Sed quæritur qua actione, utrùm purâ, an arbitrariâ? Poſterius Cujacio placet, [b] prius Donello, [c] cui omnino ſubſcribendum putamus. [d]

[a] *l. Quod Epheſi* 4. *ff. de eo quod cert. loc.* [b] *Tract. ad Afric.* 3. *in explicatione l. centum,* 8. *ff. d. tit.* [c] *ad d. l. centum,* 8. *n.* 4. [d] Tum quia nuſquam in jure noſtro cautum, ut arbitraria a[illegible]e utilitas illa ſervetur; Tum quia alia loci, quàm temporis conditio. Conſtituto loco adhuc pecunia peti & ſolvi poteſt; at tempore conſtituto ut quod præteriit ſolutio fieri nequit. Vide alia argumenta apud Donell. *d. loc.*

133 Quartum quod attinet genus, eſt illud, ut dictum, in actione noxali. Noxalis actio eſt qua dominus ex ſervi ſui delicto vero & privato civiliter convenitur, & in æſtimationem litis condemnatus, vel ipſum ſervum noxæ dedere, vel litis æſtimationem præſtare tenetur.

l. Quid ſit, 17. *§. noxæ accipere,* 18. *ff. de ædilit. edict. & tit. Inſtit. de noxal. act. in pr. & §. Sunt autem, & tot. tit. ff. de noxal. act.* Et quia ſervorum conditio nec dum in orbe Chri[illegible]o exolevit, ſed adhuc in his, qui ex Turcico populo, hoſte Chriſtiani orbis, capiuntur [illegible] vi-get, poteſt & hodie noxalis actionis eſſe uſus, licet à quibuſdam id negetur.

134 Etſi verò judex reum ex hac actione ita condemnet, ut litis æſtimationem præſtet, aut pro ſuo arbitrio ſervum noxæ dedat, [a] attamen poteſtas illa [illegible]ta eſt, prius jubere ipſum reum dedere ſervum, ſi condemnari in litis æſtimationem nolit, quacunque ex cauſa noxali actione agatur. [b]

[a] *§. ideoq; ſi noxali, Inſt. de off. jud. & l. Miles* 6. *§.* 1. *Inſt. de re jud.* [b] *d. §. præterea qu[illegible] princ.*

princ. Inſt. de act. Diſſent. Donell. *ad d. §. præterea, n. 12. Inſtit. d. tit.* Ubi autumat certo tantùm [illegible] no[illegible]alem actionem eſſe arbitrariam, ut cum delicto ſervi res actori ablata, ad ipſum reum [illegible] dominum pervenerit, *ex l. quòd diximus, 16. §. 1. ff. quod met. cauſ.*

Habet illud commune arbitraria actio cum actione bonæfidei, quod ut in hac, ita & in illa juſjurandum in litem deferri poteſt. 135

l. in actionibus 5. in pr. ff. de in lit. jur. & l. qui reſtituere 68. ff. de rei Vind.

Et tantu etiā de actione arbitraria. Stricti juris actio, quæ & ſtrictum judicium,[a] uté judicii ſtricti actio appellatur,[b] eſt, in qua judicis poteſtas anguſtæ admodum cōdemnationi aſtricta eſt. In hanc etenim actioné ea tantum veniunt, de quibus nominatim inter contrahentes convenit:[c] & præterea etiam quædam alia pauca naturæ ejus ſtrictim à jure tributa.[d] 136

[a] [illegible] *in hac ff. commodati.* [b] *l. in actionib. 5. §. ult. ff. de jurejur. in lit.* Theoph. vocat actionē ſtrictam, *§. actionum autem, Inſt. hoc tit.* Iuſtinian. Imp nominat actionē ſtricto jure vallatam [illegible] *n. § ſed et ſi 2. C. de rei uxor. act.* [c] *l. Quia tantundem 7. ff. de negot. geſt. l. quicquid aſtringendæ 99 in pr. & l. ſi ita ſtipulatus. 126. §. Chryſogonus* 2. *Verſ. Plerumq; enim, ff. de Verb. oblig.* [d] [illegible] *ff. de reb. cred. & l. ſemper in ſtipulationib. 34. ff. de reg. jur. l. 4. §. fin. ff. de pactis, l. interdum* [illegible] *& d. l. ſi ita 126. §. Chryſogonus, Verſ. plerunque.* ubi Cujac. *ff. de V. O.* Nimis ergo anguſtè vulgo definitur ſtricti juris actio, in qua veniunt ea tantum, de quibus expreſsè & nominatim inter contrahentes convenit.

Ejuſmodi eſt actio ex ſtipulatu,[a] omnisq; alia actio, quæ neq; bonæfidei eſt, neq; arbitraria.[b] 137

[a] *dict. l. un. § ſed et ſi 2. C. dict. tit.* [b] puta certi condictio ex mutuo, & plerunque aliæ in rem a[illegible]es, quibus perſequimur non rem vel jus noſtrum, ſed ſolam quantitatem debitam.

Quod autem in ſtricti juris actionibus ſtricta fiat condemnatio patet quoq; ex eo, quod uſuræ ex mora extrajudiciali his actionibus non continentur,[a] ut nec fructus fundi ex ſtricto negotio, ſtricta actione continentur,[b] niſi judicio per litis conteſtationem accepto.[c] 138

[a] *l. 3. C. de uſur. l. ſi pupilli 6. in fin. junct. l. ſeq. ff. de negot. geſt. & facit. l. Mora 32. §. in bonæfidei [illegible] de uſur. l. in bonæfidei 13. C. dict. tit. & l. uſuræ 2. C. de poſiti.* [b] *l. Videamus 38. §. ſi actionem [illegible] ff. de uſur. & l. ſi filiusfam. §. 1. ff. de Verbor. oblig.* [c] *d. l. 3. de uſuris, l. cùm fundus 31. in princ. ff. de [illegible] cred. l. ſi homo 8. ff. de re judic. & d. l. Videamus. 38. §. 7. ff. de uſuris.*

Sed dubia quæſtio eſt, an uſuræ ex litis conteſtatione ſaltem, in ſtricti juris actionem veniant nec ne? Negativa ſententia communiter eſt recepta:[a] at neoterici quidam affirmanti ſententiæ inhærent:[b] nobis verò commune Dd. placitum minimè diſplicet.[c] 139

[a] [illegible] ſcribit Mynſing. *in comment. ad §. actionū autē, n. 16. &* Lud. Gomez. *n. 1. Inſt. hoc tit.* cōmunem ſententiā ſequitur etiam Cujac. *in com. in lib. 57. Pauli ad edictū pag. 90. & lib. 14. obſ. c.* [illegible] *&* Donell. *ad §. actionū autem, n. 31. Inſt. hoc tit.* [b] Coraſ. *lib. 2. miſcell. c. 7.* Eguin. Baro & Ga[illegible] Mudæus, *ad d. §. actionū autē, Inſt. de act.* Weſemb. *in parat. ff. de uſur. n. 3.* Iul. Pac. *in notis ad* [illegible] *ſtata 35. ff. de uſur. & hos ſecutus* Dn. Vult. *ad d. §. actionū autem, n. 20. Inſt. hoc tit. per* [illegible] *te 35 ff. de uſur.* [c] Tum per text. *in l. 1. Verſ. uſuras autem C. de condict. indebiti,* ubi Anton. Imp. reſcribit, quod in condictione indebiti, quæ ſtricti juris eſt, uſuræ ne quidē poſt litē conteſtatā debeantur: Tum etiā text. *l. 4. C. de cond. ob turpē cauſ.* Tum quod generaliter traditū eſt, [illegible]s ex ſtrictis negociis citra ſtipulationis vinculū nō deberi, text. *ad theſ. præced. adſcript. ſub* [illegible] Tum poſtremò, quod nulla lege nominatim & expreſsè cautū eſt, lite conteſtata in ſtricti [illegible] uſuras deberi. Nā Paul. Iuriſconſultus *lib. 57.* ad edictū, ex quo deſcripta eſt *dict. l. lite* [illegible] *uſur.* Intelligendus & explicandus eſt *ex l. 1. Cod. de jud.* Id quod arguit etiā verbū currunt [illegible] *lite,* quod idem ſignificat, quod deberi pergunt, ut teſtatur text. *in l. Novatione 18. ff. de Novat.*

cilium reus habet, *l. heres abſens.* 19. *§. ultim. ff. de jud.* Duaren. *ad tit. ff. de eo quod certo loco, cap. 4.*

130 Hanc actionem arbitrariam eſſe, ex duabus evincitur rebus: Prior continetur arbitrio ſive juſſu judicis, definitivam ſententiã præcedente. Quod ſi enim reus alio loco conventus dicat, quod pecunia loco conſtituto oblata ſit actori, quam ille recuſarit accipere; vel dicat, quod pecuniam ad ſolutionem depoſuerit loco conſtituto, cùm ibi creditorem non invenerit: vel dicat, quod pecunia ibi, ubi dari promiſſa eſt, ex facili ſolvi poſſit, ut puta, ſi equo curſorio ſe primo tempore illuc conferre queat, & inſtitori, vel alii, cui creditor voluerit debitam pecuniam ſolvere, proindeq; his caſibus, paratus ſit conſtituto loco ſolvere debitum, ex officio judicis eſt, ut jubeat reum pecuniam loco conſtituto ſolvere, & eo nomine actori prius cavere, cui arbitrio ſi non pareat reus, condemnat eum.

l. 4. §. 1. ubi Donell. *ff. de eo quod certo loco. l. un.* ubi Cujac. *in paratit. C. ubi conven. qui cert. loc. dare promiſit.*

131 Poſterior conſiſtit in judicis arbitrio de utilitate loci conſtituti. Judicis enim arbitrio æſtimatur, quanti actoris interſit, ſuo loco pecuniam ſolvi, id eſt, loco condicto, conventoque, ſi per reum mora fuerit, quo minùs ſuo loco ſolverit; vel quanti interſit rei, ſi per eum mora non fuerit, vel ſi per actorem mora fuerit, quo minus loco convento oblatam pecuniam acciperet.

l. 2. in princ. & §. ult. l. 3. & l. centum, 8. *l. ult. ff. de eo quod cert. loc.*

132 Quæ in loco adjecto contrahentium conventio eſt, ut ejus loci utilitas ſervetur, eadem eſt in tempore quod ſolutioni adjicitur, ut ſervetur utilitas ejus temporis. [a] Sed quæritur qua actione, utrùm purâ, an arbitrariâ? Poſterius Cujacio placet, [b] prius Donello, [c] cui omnino ſubſcribendum putamus. [d]

[a] *l. Quod Epheſi* 4. *ff. de eo quod cert. loc.* [b] *Tract. ad Afric.* 3. *in explicatione l. centum* 8. *ff. d. tit.* [c] *ad d. l. centum,* 8. *n.* 4. [d] Tum quia nuſquam in jure noſtro cautum, ut arbitraria actione utilitas illa ſervetur; Tum quia alia loci, quàm temporis conditio. Conſtituto loco adhuc pecunia peti & ſolvi poteſt; at tempore conſtituto ut quod præteriit ſolutio fieri nequit. Vide alia argumenta apud Donell. *d. loc.*

133 Quartum quod attinet genus, eſt illud, ut dictum, in actione noxali. Noxalis actio eſt qua dominus ex ſervi ſui delicto vero & privato civiliter convenitur, & in æſtimationem litis condemnatus, vel ipſum ſervum noxæ dedere, vel litis æſtimationem præſtare tenetur.

l. Quid ſit, 17. *§. noxæ accipere,* 18. *ff. de ædilit. edict. & tit. Inſtit. de noxal. act. in pr. & §. Sunt autem, & tot. tit. ff. de noxal. act.* Et quia ſervorum conditio nec dum in orbe Christiano exolevit, ſed adhuc in his, qui ex Turcico populo, hoſte Chriſtiani orbis, capiuntur, plane viget, poteſt & hodie noxalis actionis eſſe uſus, licet à quibuſdam id negetur.

134 Etſi verò judex reum ex hac actione ita condemnet, ut litis æſtimationem præſtet, aut pro ſuo arbitrio ſervum noxæ dedat, [a] attamen poteſtas illa data eſt, prius jubere ipſum reum dedere ſervum, ſi condemnari in litis æſtimationem nolit, quacunque ex cauſa noxali actione agatur. [b]

[a] *§. ideoq. ſi noxali, Inſt. de off. jud. & l. Miles* 6. *§.* 1. *Inſt. de re jud.* [b] *d. §. præterea quaſdam in prim.*

princ. Inſt. de act. Diſſent. Donell. *ad d. §. præterea, n. 12. Inſtit. d. tit.* Ubi autumat certo tantùm noxalem actionem eſſe arbitrariam, ut cum delicto ſervi res actori ablata, ad ipſum reum [illegible]do [illegible]m pervenerit, *ex l. quòd diximus, 16. §. 1. ff. quod met. cauſ.*

Habet illud commune arbitraria actio cum actione bonæfidei, quod ut 135
in hac, ita & in illa jusjurandum in litem deferri poteſt.

l. in actionibus [illegible], in pr. ff. de in lit. jur. & l. qui reſtituere 68. ff. de rei vind.

Et tantũ etiã de actione arbitraria. Stricti juris actio, quæ & ſtrictum ju- 136
dicium, [a] itẽ judicii ſtricti actio appellatur, [b] eſt, in qua judicis poteſtas an-
guſtè admodum cõdemnationi aſtricta eſt. In hanc etenim actionẽ ea tan-
tùm veniunt, de quibus nominatim inter contrahentes convenit: [c] & præ-
terea etiam quædam alia pauca naturæ ejus ſtrictim à jure tributa. [d]

[a] *l. [illegible] §. in hac ff. commodati.* [b] *l. in actionib. 5. §. ult. ff. de jurejur. in lit.* Theoph. vocat actionẽ [illegible]am, *§. actionum autem, Inſt. hoc tit.* Iuſtinian. Imp. nominat actionẽ ſtricto jure vallatam *in l. un. §. ſed etſi 2. C. de rei uxor. act.* [c] *l. Quia tantundem 7. ff. de negot. geſt. l. quicquid aſtringendæ 99. in pr. & l. ſi ita ſtipulatus 126. §. Chryſogonus 2. verſ. Plerumq; enim, ff. de verb. oblig. [illegible] ff. de reb. cred. & l. ſemper in ſtipulationib. 34. ff. de reg. jur. l. 4. §. fin. ff. de pactis, l. interdum [illegible]7. & d. l. ſi ita 126. §. Chryſogonus, verſ. plerunque.* ubi Cujac. *ff. de V. O.* Nimis ergo anguſtè vulgo definitur ſtricti juris actio, in qua veniunt ea tantum, de quibus expreſsè & nominatim inter contrahentes convenit.

Ejuſmodi eſt actio ex ſtipulatu, [a] omnisq; alia actio, quæ neq; bonæfidei 137
eſt, neq; arbitraria. [b]

[a] *dict. l. un. §. ſed etſi 2. C. dict. tit.* [b] puta certi condictio ex mutuo, & plerunque aliæ in rem actiones, quibus perſequimur non rem vel jus noſtrum, ſed ſolam quantitatem debitam.

Quod autem in ſtricti juris actionibus ſtricta fiat condemnatio patet 138
quoq; ex eo, quod uſuræ ex mora extrajudiciali his actionibus non conti-
nentur, [a] ut nec fructus fundi ex ſtricto negotio, ſtricta actione continen-
tur, [b] niſi judicio per litis conteſtationem accepto. [c]

[a] *l. 3. C. de uſur. l. ſi pupilli 6. in fin. junct. l. ſeq. ff. de negot. geſt. & facit. l. Mora 32. §. in bonæfidei [illegible] de uſur. l. in bonæfidei 13. C. dict. tit. & l. uſura 2. C. de poſitis.* [b] *l. Videamus 38. §. ſi actionem [illegible] ff. de uſur. & l. ſi filiusfam. §. 1. ff. de verbor. oblig.* [c] *d. l. 3. de uſuris, l. cùm fundus 31. in princ. ff. de reb. cred. l. ſi homo 8. ff. de re judic. & d. l. Videamus 38. §. 7. ff. de uſuris.*

Sed dubia quæſtio eſt, an uſuræ ex litis conteſtatione ſaltem, in ſtricti ju- 139
ris actionem veniant nec ne? Negativa ſententia communiter eſt recepta:
[a] at neoterici quidam affirmanti ſententiæ inhærent: [b] nobis verò com-
mune Dd placitum minimè diſplicet. [c]

[a] [illegible] Mynſing. *in comment. ad §. actionũ autẽ, n. 16. &* Lud. Gomez. *n. 1. Inſt. hoc tit.* cõ[illegible] ſententiã ſequitur etiam Cujac. *in com. in lib. 57. Pauli ad edictũ pag. 90. & lib. 14. obſ. c. [illegible] &* Donell. *ad §. actionũ autem, n. 31. Inſt. hoc tit.* [b] Coraſ. *lib. 2. miſcell. c. 7.* Eguin. Baro & Gabriel Mudæus, *ad d. §. actionũ autẽ, Inſt. de act.* Weſemb. *in parat. ff. de uſur. n. 3.* Iul. Pac. *in notis ad l. lite conteſtata 35. ff. de uſur. & hos ſecutus* Dn. Vult. *ad d. §. actionũ autem, n. 20. Inſt. hoc tit. [illegible] lite 35 ff. de uſur.* [c] Tum per text. *in l. 1. verſ. uſuras autem C. de condict. indebiti*, ubi Anton. Imp. reſcribit, quod in condictione indebiti, quæ ſtricti juris eſt, uſuræ ne quidẽ poſt litẽ conteſtatã debeantur: Tum etiã text. *l. 4. C. de cond. ob turpẽ cauſ.* Tum quod generaliter traditũ eſt, uſuras ex ſtrictis negociis citra ſtipulationis vinculũ nõ deberi, text. *ad theſ. præced. adſcript. ſub lit. a.* Tum poſtremo, quod nulla lege nominatim & expreſsè cautũ eſt, lite conteſtata in ſtrictis judiciis uſuras deberi. Nã Paul. Iuriſconſultus *lib. 57.* ad edictũ, ex quo deſcripta eſt *dict. l. lite [illegible] ff. de uſur.* Intelligendus & explicandus eſt *ex l. 1. Cod. de jud.* Id quod arguit etiã verbũ currunt *in dict. l. lite*, quod idem ſignificat, quod deberi pergunt, ut teſtatur text. *in l. Novatione 18. ff. de Novat.*

Novat. quæ lex eſt ejuſdem Pauli Iuriſconſulti ex *eod. lib. 57. ad edictum*; Ex quarum legum conjunctione diſcimus, quod facta novatione voluntaria, deſinere currere uſuras, quæ ante debebantur, *d.l.18.ff.d.t.* At neceſſaria novatione facta puta per [illegible] conteſtationem, uſuras quæ prius deberi cœperunt, puta ex mora vel pacto in bonæfidei negotiis, vel ex ſtipulatione, in ſtricto negotio, haud deſinere currere *d.l lite.ff.de uſur.*

140 Sunt tamen nonnullæ ſtricti juris actiones, quę actiones bonæfidei, quo ad uſuras, imitantur: ut eſt actio ex teſtamento. Hæc enim licet ſtricta ſit actio, [a] ex mora tamen extrajudiciali, in eam etiam uſuræ veniunt: [b] Condictio item certi ex mutuo, quamvis ſtricti juris ſit, ex pacto tamen in continenti adjecto etiã uſuræ civitatibus in ea debentur: [c] ut & ex pecunia argentariorum, [d] item pecunia trajectitia, [e] tùm etiam frumento, oleo, hordeo, [f] ſi in continenti mutuo adjectum ſit de uſuris pactum.

[a] *l.3.C.in quibus cauſ. in integr. reſtit. neceſſ. non eſt. l.5. in fin. & l.ſeq.ff.de in litem jur.* [illegible] [b] *l.3. in prin. & l. uſura.ff.de uſur. & d.l.3. C. in quib.cauſ.in integ. reſtit. neceſſ. non eſt,* [c] [illegible] *iam 30.ff.de uſur.* [d] *Novell.136.c.4.* [e] *l.in quibuſdã 9.ff.de naut.fœnor.* [f] *ſi uments 12.C.de uſ*[illegible]

141 Differt & illud à bonæfidei actione actio ſtricta, quod ante diem creditor ne quidem ad cautionem interponendam hac experiri poteſt.

Per l.in omnibus, 41.ff.de jud. Cujac. *lib.17. obſerv.cap.37.*

142 Poſtremò eo etiam à bonæfidei & arbitraria actione ſejungitur actio ſtricti juris, quòd in hac non juratur in litem.

d.ſt.l.in actionib.5.§.ult. & l.ſeq. ff.de in lit.jurand.

143 Reſtat actionum diſtributio ad adjuncto tempore, quo actio quælibet concluditur; quæ hæc eſt; Actionum quædam temporales, ſive temporariæ, quædam perpetuæ ſunt.

Tit.Inſt.de perpet. & temp.act.l.hac actio 13. in pr.ff. de ſerv.corrupt.l. Nam.9.§.3.ff. de jurejur.l.ſi ſervum 91.§.nunc videamus 4.ff.de verb.oblig.

144 Temporales actiones ſunt, quæ ad triginta annos ſe non extendunt, ſed breviori temporis ſpatio terminantur, [a] ut quas excludit præſcriptio anni, quales ſunt Prætoriæ ferè omnes, [b] vel biennii, ut de dolo, [c] vel uſucapio triennii, quæ rei mobilis vindicationem excludit, [d] vel quadriennii præſcriptio, quæ fiſco actione de bonis vacantibus aufert, [e] vel longi temporis uſucapio aut præſcriptio, quæ vindicationem de re immobili tollit. [f]

[a] Cujac.*lib.18. obſerv.cap.29.* Diſſ. Henric. Schilbock. *in comment. Inſt. ad princ. tit. de perpet. & temp.act.* [b] *Inſt.de perpet. & temp.act.in princ.* Sic annalis eſt injuriarum actio, *l.* [illegible] *C. de injur.* actio quod met.cauſ.in quadruplum, *l.item 14.§.1. & §.ſeq.ff. quod metus cauſa,* a vi bonorum raptor.in quadruplum, *Inſtit.de vi bonor.raptor.in princ.l.2.§.13.ff.vi bonor.* [illegible] & aliæ plures quas omnes collegit Cujac. *in com.in tit.ff.de divers.temp.præſc.cap.20.* [c] *l.* [illegible] *C.de dolo.* [d] *l.un.C.de uſucap.transfor. & tit.Inſtit.de uſucap.in princ.* [e] *l.1.C.de quadr.pr.*[illegible] *l.1.§.Divus,ff.de jure fiſc.l.intra 10.in prin.ff. divers. temp. præſc.* [f] *d.l. un.C.de uſucap.transform. & d.t.Inſt.de uſucap.in prin.*

145 Perpetuæ actiones ſunt quæ non niſi præſcriptione 30. annorum vel longiori temporis ſpacio excluduntur. Et quidam vulgariter perpetuæ dicuntur, quæ intra annos 30. vivunt, quibus emenſis perimuntur, [a] ut ſunt actiones perſonales, itemq́; mixtæ. [b]

[a] *l.3. verſ. hæ autem actiones C.de præſcript.30.vel 40. ann.* & patet ex eo, quòd actiones, quæ 30. annis terminantur, ſimpliciter perpetuò dari dicuntur, ut actio furti manifeſti *§.furti* [illegible] *de perpet.*

... & tempor.act. & actio ſervi corrupti, *l.hac actio 17. in pr.ff.de ſerv. corrup.* [b] *l.3. C.de præſcript. 30. vel 40. ann.l.1. §.adhac. C. de annali except. l.pen. C.in quib.cauſ.ceſſ.long.temp. ...*

... verò exceptio præſcriptæ actionis non fuerit objecta, ex actis au-... appareat, in pronunciando tamen Judex animum attendere ad eam ...et. 146

... C.de præſcript.30.vel.40.annor. Mynſing.*cent.3. obſerv.28.*

Non eſt hoc loco omittendum, quod actiones temporales, litis conteſta-... perpetuantur, [a] id eſt in annos 30. extenduntur. [b] 147

...m 9.§.3.ff.de injur.l.ultim.in fin.ff.de fidejuſſ.tutor.l.aliam 29.de Nov.ai.l.1.§.2.& l. ... l.1.§. ult.ff. de jure fiſc. & l.omnes 139.ff.de regulis jur.l.ordinata 24.in fin.princ. ...el cauſ. [b] *l. ultim. C.de præſcript.30. vel 40.ann.* Cujac.*lib.18. obſerv. cap.29. & in ... in tit.ff de diverſ.temp.præſcript.cap.ultim.*

...litis conteſtatio, ſic & alia judicii exercitia, poſt omiſſa, ab ultima co-...ione, quâ lis omiſſa eſt porrigit actionem perpetuam, id eſt 30. annis ...nſcriptam, uſq; ad annos 40. ſive perſonalis ſive realis ſit actio. 148

...im.C.de præſcript.30. vel 40. ann.& l.1.§. adhac, Cod.de annali except.ubi Cujac.in pa-...m Cujac. *d.lib.18.obſerv.cap.29.*

...u. de actione ita ſpecialiter & propriè dicta: De interdicto, altera ...nis ſpecie, diſſeruimus alibi. 149

... 5. diſputat.23.

Clas. VI. Disputat. X.

De Restitutionibus in integrum.

Thesis I.

TERTIA actionis ſpecies eſt reſtitutionis in integrum petitio, quæ differt ab ipſa in integrum reſtitutione.

... ſupra diſputat.9. theſ. 5. Et quia de interdictis, ſecunda actionis ſpecie, *egimus ſupra ... diſput.23.* Idcirco hic proximè ſubjicimus ſpeciem tertiam, de petitione Reſtitutionis in integrum. Vide Mauritium & Sfort.oddum. *in tractat.de hac materia.*

Petitio reſtitutionis in integrum eſt actio, [a] quâ quis cauſæ læſæ inte-... 2
...ionem fieri, [b] à judice [c] petit. [d]

[a] *l non ſolùm 39.§.eſt & caſus 6. De procur.l.1.§. ait prætor.4. juncto §. idem Pomponius, D. de ... mal.* Don. *ad §. 1. num.15.& ſeq. Inſt.de act. & lib.21.comment.cap.4.obſtare videtur ... ult.ext.de offic.jud.* [b] *l.2. C.in quibus cauſ. in integr. reſtit.neceſſ. non eſt, l.in cauſa 11.de ...* [c] *l.3.& tot.tit.C.ubi & ap.quem cogn.in integr.reſt.ag.* Don. *lib.21.com.c.4.* [d] quod alicu-... ere, id alio loco deſiderare, alio poſtulare, alio implorare in integrum reſtitutionem di-...

Reſtitutio verò in integrum eſt ipſa cauſæ læſæ redintegratio, quæ fit à judice cauſa cognita. [a] Eſtq; extraordinarium juris remedium, quod con-...a commune, & merum jus civile competit. [b] 3

[a] *l.2.C. in quib.cauſ.in integ.reſt.tot.tit.1.ubi & apud quem cogn.l.quod ſi minor.24 §.ult.de minor.l.1. ibi,in integrum reſtituam D. ex quib. cauſ. maj.* Unde Iulius Paulus *l.b.1.ſent.tit 7* quando reſtitutionem in integrum definit, redintegrandæ rei vel cauſæ actionem ſignificat, non jus perſequendi in judicio, ſed ipſum judicis factum, quo cauſam redintegrat, ut in *l. 3. §. pen.ff.de donat.inter vir. & uxor.* Diſſentit Cujac. *ad dict.tit.7. quem ſequitur* Weſembec *in paratit.ff.de in integr.reſtitut.* [b] *l.16.ff.de minoribus* Dd.*in l.3.§.1.ff.de novi oper.nunciat.* Diſſentit Zaſ.*in ſingular.intellect.cap.20.vide* Sfort.Odd. *de reſtitut.in integr.part.1.quaſt.1.artic.* 13. Vide Dn. D. Beſold.*part.1.delibat.ex libr.4.ff.quaſt.1.*

4 Quod ſi quis læſus non fuerit, ſed rem ſuam & cauſam adhuc integram habeat, ceſſat reſtitutio in integrum.

*l.2.verſ.impleta C.in quibus cauſ.in integ.reſt.nec non eſt,l.verùm 11.§. ſciendum.3. & l. in cauſſa 16.in pr.de minor.*vide Donell *lib.21.cap.9.*

5 In reſtitutione autem in integrum ſpectamus tùm ejus genera, tùm reſtitutionis cujusque generis communia.

6 Genera reſtitutionis in integrum duo ſunt: eſt enim alia majorum 25 annis; [a] alia minorum, [b] & his ſimilium, puta Eccleſiæ, [c] & Reipub. [d]

[a] *tit.ff.ex quibus cauſis maj.in integr.reſt. & tit.C.quibus ex cauſ.* [b] *toto tit.de min.25.an. & tit.C.de integr.reſtit.min.* [c] *c.1.2.& 3.extr.de in integr.reſt.* [d] *l.4.C.ex quib.cauſ.maj.l 1. C.de off.ejus,qui vicem alicjud.* Menoch.*conſ.80.n.24.*

7 In reſtitutione in integrum majorum duplex inſpectio incurrit. una eſt in re, in quâ quis læſus eſt; altera de læſionis illius cauſa.

8 Res, in qua quis leſus dicitur, eſt vel ea res, quam uſucapione, aut preſcriptione, aut non utendo, [a] aut ſententia judicis, [b] quis amiſit; vel ea, in cujus poſſeſſionem quis miſſus eſt; [c] vel hereditas, aut bonorum poſſeſſio, quam heres vel bonorum poſſeſſor intra legitimum tempus non adquiſivit, [d] vel res debitoris obligatæ à creditoribus diſtractæ; [e] vel res ea, quam per contractum aliquem metu aut dolo circumventi alienavimus, remiſimus, aut alteri promiſimus; [f] vel actio in perſonam, quam capitis diminutione debitoris minima amiſimus; [g] vel denique res noſtra, quam ejus poſſeſſor judicii mutandi & durioris adverſarii objiciendi causâ alienavit.

[a] *§.Rurſus ex diverſo, Inſtit.de action.l.1.§ 1.l.denique 19.cùm 2.ſeqq.l.ait Prætor 23.in princ. §.1.& ſeqq.l.ſed etſi 26.§.quotiens, l.cùm miles 30.D.ex quibus cauſ.maj.l.2.3.& 5. C.de reſtitut.mil.l.1. & 2. C. de ux. mil.* [b] *l.cùm miles 30.§.ultim.in fin.ff.ex quibus cauſ.maj.l 1 & C.dict.tit.& l. Divus 7. in princ.de in integr. reſtit.* [c] *l.ab hoſtibus 15. §.ſi damni, ff. ex quibus cauſ.maj.l.4.C.de reſtit.mil.* [d] *l.1. C.dict.tit.* [e] *l.6. C.dict.tit.* [f] De alienatis, remiſſis, promiſſis metu, eſt textus *in l. metum 9. §. Sed quod prætor & §§.ſeqq. l. illud verum 10.in princ. §.1.& l.ſeq. ff. quod metus cauſ.* De alienatis, remiſſis, promiſſis dolo, eſt textus *in l. ubi,ſive calliditate & l. Divus 7.§.1. De in integr. reſtit. l.1.§. idem Pomponius refert.6. De dolo malo* [g] *l. 2. in princ.& §.penultim.de cap.min.l.2.de reſtitut.in integr.* [h] *l.3.§.ex quibus cauſ.de alien. jud. mut.cauſ.fact.& l.un.Cod.dict.tit.*

9 Cauſam læſionis quod attinet, eam oporret eſſe talem, quæ in iniquam læſionem faciens, ipſam reſtitutionem juſtam ſuadeat.

d.l. Divus 7. in princ. de in integr. reſt.l.1.§. item ſi qua alia & §.fin.ff.ex quibus cauſ. maj. in integr.reſt. Itaque qui reſtitutionem in integrum petit, læſionem probare debet. Dn. D. Beſold.*vol.2.conſil.75.*

10 Non autem unius eſt generis cauſa leſionis: Aut enim cum facto noſtro,

qu-

quo læſi ſumus, conjuncta eſt, ut metus, dolus & juſtus error; aut poſita eſt in quodam impedimento, quo factum, quò minùs rem, vel actionem ſalvam retinere potuerimus; aut continetur caſu, quo actionem amiſimus; ut eſt alienatio rei noſtræ, ab ejus poſſeſſore facta judicii mutandi & durioris adverſarii objiciendi cauſa; aut denique alia quævis cauſſa reſtitutione arbitrio judicis digna.

11 Metus reſtitutionis cauſa eſt,[a] ſi talis ſit, qui non in vanum, ſed conſtantiſſimum hominem cadere poteſt;[b] qualis eſt metus mortis, cruciatus corporis,[c] puta verberum,[d] vinculorum,[e] carceris,[f] ſervitutis,[g] deportationis,[h] ſtupri,[i] non etiam infamiæ metus.[k]

[a] *l. 1. de in integr. reſtit.* [b] *l. metum 9. ff. quod metus cauſ.* Oddus. *de reſtit. in integr. part. 1. q. 7. a. tit. 9.* [c] *l. ſi per vim. 4. l. ſi donationis 7. C. de his, quæ vi metuſve cauſ. l. interpoſita 13. de tranſact. l. ſi voluntate 8. C. de reſc. vend. l. 3. l. nec timorem 7. §. 1. ff. quod met. cauſ.* [d] *l. 3. in fin. ff. d. tit.* [e] *dict. l. nec timorem 7. §. 1. ff. dict. tit.* [f] *l. Qui in carcerem 22. & l. ultim. §. 1. ff. eodem tit.* [g] *l. 4. juncta l. iſti quidem 8. §. 1. ff. dict. tit.* [h] Eſt enim inſtar ſervitutis & mortis *§. cùm autem, Inſtit. quibus modis jus patr. pot. ſolv. l. 1. §. penultim. de bon. poſſ. contra tab.* [i] *d. l. iſti quidem 8. §. quod ſi 2. ff. quod metus cauſ.* [k] *l. nec timorem 7. in princ. ff. d. tit.* Hilliger. *in Donell. enucl. lib. 15. cap. 9. lit. N.* Hunn. *in reſol. ad Treutl. vol. 1. diſp. 11. q. 25.* Diſſentit Faber *in rational. ad l. nec timorem. ff. quod met. cauſ.*

12 Ejuſmodi ergò metu coacti ſi quid alienavimus, debitum remiſimus, hereditatem vel legatum repudiavimus, dare vel facere quid promiſimus, auxilium reſtitutionis nobis jure comparatur.

dict. l. metu 9. §. ſed quòd Prætor. & §§. ſeqq. l. illud 10. l. ſi mulier 21. §. ult. ff. quod metus cauſ.

13 Dolus[a] item juſta reſtitutionis cauſa eſt. Unde ſi adverſarii dolo inducti aliquid prædictorum fecerimus, reſtitutionem in integrum implorare poſſumus;[b] licet Donellus id neget.[c]

[a] De dolo diſſeruimus plenè ſub *claſſe 4. diſput. 6. theſ. 39. & ſeqq.* [b] *per l. 1. ibi ſive calliditate inciderunt in captionem, l. Divus 7. §. 1. ibi, maximè ſi fraus ab adverſario intervenit, ff. de in integr. reſtit.* & docet Iul. Paulus *lib. 1. ſentent. tit. 7. §. 1.* ubi integri, ait, reſtitutionem Prætor tribuit ex his cauſis, quæ per metum, dolum *&c.* [c] *lib. 21. comment. cap. 5. pag. 66.*

14 Juſtus quoque error locum reſtitutioni facit:[a] non tamen ubique. Si enim venditor pretii partem errore ductus compenſaverit, ſine reſtitutione in integrum actione venditi eam pretii partem petere poteſt.[b]

[a] *l. 2. De in integ. reſtit.* [b] *l. 2. C. de act. empt. & vend.*

15 Si item indebitum per errorem quis ſolverit, competit ordinarium juris remedium condictio indebiti.

Tot. tit. ff. & C. de condict. indeb.

16 Similiter ſi quid per errorem promittamus, exiſtimantes nos debere illud, cùm tamen omninò non debeamus, comparata nobis eſt jure communi & ordinario exceptio doli, vel in factum exceptio.

l. ſi quis cum aliter 36. de V. O. juncto §. 1. Inſt. de except.

17 Tres autem nobis occurrunt caſus, in quibus error juſtus, ſive juſta ignorantia facit, ut auxilium reſtitutionis in integrum locum habeat.

18 Primus eſt, ſi quis falſo tutore autore bona fide cum pupillo contrahat, vel judicio agat, & interim, dum agit, actionem ſuam tempore amittat, ignorans falſum eſſe tutorem.

l.1.§. ultim.l.junct.l.ſeq. & *l.ſi falſo, 10.ff.quod falſo tutor aut geſt.* Hunc unicum caſum de juſto errore in reſtitutionis materiâ agnoſcit Donell. *lib.21.commentar.cap.5.*

19 Sed quæritur contra quem ex hoc errore in integrum reſtitutio competat? Cujac. exiſtimat [a] adverſus tutorem falſum hanc fieri reſtitutionem. Accurſ. verò in pupillum dari eam non putat:[b] quam ſententiam & Donell. probat.[c] Nos autem contra utrumque reſtitutionem fieri arbitramur. Adverſus pupillum, ſi negotium geſtum ratum Prætor habeat:[d] contra falſum tutorem, ſi non ſit ratum habendum negotium.[e]

[a] *in comment. in lib 12. Pauli ad edict pag.187.col.1. per l.noviſſimè 7.ff.quòd falſo tut.* [b] *paſſim ad d.tit.ff.* [c] *lib.21.comment.cap.5 pag.485.* [d] *l.1.§. idem Pomponius 5.ff.d.tit.* [e] Nam hoc caſu in factum actio, quæ contra falſum tutorem competit, reſtitutoria actio appellatur *in l. noviſſimè 7.§.3 ff.d tit.*

20 Secundus caſus eſt, quo poſt annum, quo opus clàm factum eſt, interdictum quod vi aut clàm, quod intra annum, non pòſt competit, reſtituitur propter ignorantiam actoris juſtam, puta quod opus factum fuit in loco, qui facilè non aditur, veluti in ſepulchro, vel in abdito loco alio, aut ſub terrâ. ſub aquâ vel cloacâ; ut juſtè ignorare potuerit, factumnè ſit opus aliquod, nec ne.

l. ſemper 15.§.ſed ſi, 5.ff.quod vi aut clàm &c. Cujac. *ad l.2.in verbo juſtum errorem, ff.quib. met.cauſ.*

21 Tertius eſt caſus, cùm quis in judicio ex errore, qui in conſtantiſſimum cadere poteſt, plus petierit: veluti ſi totum legatum teſtamento relictum, petierit, poſt deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta ſit, aut quibuſdam aliis data ſint legata, quæ efficiunt, ut plus petiiſſe videatur petitor, quam dodrantem, atq; ideò lege Falcidia minuantur legata.

§. Si quis agens, Inſtit.de action. Cujac. *ad dict.leg.2. in verbo, juſtum errorem. De in integr. reſtitut.*

22 De impedimento ut nunc agamus, poſitum illud eſt vel in perſona, quæ reſtitutionem deſiderat, vel in perſonâ illius, contra quem poſtulatur reſtitutio in integrum, vel in judicis perſonâ.

23 Impedimentum in perſona poſtulantis reſtitutionem in integrum quod eſt poſitum, continetur tùm juſtâ abſentiâ, ut ſi Reipublicæ causâ ſine dolo malo vel juſti metus causâ, puta timoris, aut cruciatus vel teſtimonii, cognitionis, appellationis, vel ſtudiorum, aut mercaturæ, aut honeſti alicujus artificii diſcendi gratiâ,[a] vel dolo adverſarii,[b] abſens fuerit, quando rem ſuam uſucapione, præſcriptione aut non utendo amitteret: tùm etiam vinculis, ut ſi in vinculis fuerit, dum rem ſuam uſucapione præſcriptione vel non utendo amitteret.[c]

[a] *l.1.§.2.l.2.§.1.l.4.l.5.l.ſed etſi 26.§.ult.l.nec non 28.in prin.* & *l. ſeq.ff.ex quibus cauſis major. ſeſt.* & *tot.tit.C.de reſtit.mil.* & *eor.qui Reip.cauſ.abſ.l.1.* & *l.2.C.de uxor.mil.* [b] *l.cum propon. nas 3.C.de naut.fœn.l.qui officii 62. §.ult. De contrah.empt.l.1.§. ſi reus* & *l ult. De eo, per quem f. eſt.* [c] *d.l.1.§.1.* & *l.ſuccurritur 9.* & *l.ſeq.ff.ex quib.cauſ. maj.l.2. C.d.t.* Reſtitutio qualiter ex cauſa abſentiæ detur vide Dn. Berlich. *vol.2.concluſ.10.* Cavall. *quæſt.48.*

24 Et quorum abſentia neceſſaria & repentina eſſe probatur, qualis eſt eorum, qui Reip. cauſa abſunt, aut ab hoſtibus vel latronibus ſunt detenti. Hi

ſine ulla exceptione in integrum reſtituuntur:[a] at quorum abſentia voluntaria fuit, aut antè prævisa, & cognita; quales ſunt, qui ſtudiorum cauſa abſunt, eatenus illi reſtituuntur, quatenus procuratorem domi reliquerunt, per quem agere potuerunt, etiamſi ille non egerit.[b]

[a] Ita verba primæ clauſulæ edicti arguunt *in l. 1. §. 1. ff. ex quib. cauſ. maj.* & patet *ex l. ab hoſtibus in princ. ff. d. t.* ac docet etiam Donell. *lib. 21. commentar. c. 5. pag. 486. lin. 42. & ſeq.* & Cujac. *lib. 7 obſervat. cap. 31.* Quid ſi læſus carcere ſit detentus, nunquid reſtituetur, licet procuratorem non conſtituerit? Duaren. *ad tit. Cod. de uxor. milit.* notat, quod ab Illuſtriſſ. Haſſiæ Landgravio vinculis conſtrictus, an adverſus rem judicatam reſtitui poſſit, reſponderit poſſe.
[b] *l. ſed et ſi 26. §. 1. & l. nec non 28. in princip. ff. ex quibus cauſ. maj.* Obſtare videtur *l. Is qui 39. ff. de d. tit.*

In perſona ejus, contra quem poſtulatur reſtitutio in integrum, poſitum diximus impedimentum, ſi is, dum uſucaperet, aut præſcriptione acquireret noſtram rem, ſine defenſore abfuerit, ut cum eo, vel qui defendere eum præſente agere non potuerimus, atque ita impedire uſucapionis vel præſcriptionis curſum. Neq; refert, neceſſaria, probabilis, ſive voluntaria abſentia fuerit, cùm contra omnes abſentes, qui non defenduntur, edicto in integrum reſtitutio promittatur. 25

l. Item ait 21. §. 1. ff. ex quib. cauſ. maj. Donell. *lib. 21. com. cap. 5. pag. 487. & ad §. rurſus, num. 3. Inſt. de act.*

Quod ſi nemo ultrò ſe offerat abſentis defenſioni, ut locum habeat reſtitutio, neceſſum eſt, ut actor ultrò interpellet abſentis amicos, & interroget eos, num abſentem defendere velint. 26

dict. l. item 21. §. ultim. & leg. ſequent. l. ſed et ſi 26. §. deinde ff. ex quibus cauſ. maj. in integr. reſtitut.

Et abſens ille non defenſus, ſive per ſe, ſive per ſubjectas ſibi perſonas uſu adquiſierit rem, aut jus præſentis, in integrum reſtitutio locum habet. 27

d. l. item ait 21. §. hac autem, ff. ex quib. cauſ. maj. Captus tamen ab hoſtibus non per ſe, ſed per ſervos ſuos, & quidem ex re tantùm peculiari uſucapere poteſt. *l. ait Prætor 23. §. his planè, ff. d. t. l. in libello 12. §. facti. & l. pen. De capt. & poſt l. rev. l. cùm heredes 23. §. 1. De acquir. vel amitt. poſſ. l. ſi quis 16. l. juſto 44. De uſuc.* Weſemb. Hottoman. & Donell. *ad d. §. rurſus Inſtit. de act.* Cævall. *in ſpecul. commun. opin. quæſt. 738.*

Similiter in perſonâ rei poſitum eſt impedimentum, ſi dum adquireret actoris rem, invitus in jus vocari non potuit. 28

l. Sed et ſi 26. §. 2. ff. ex quib. cauſ. maj.

Ejuſdem quoque generis eſt impedimentum, cùm heres per aliquod tempus in ea fuit cauſâ, ut cum ipſo interim agi non potuerit; proindeque dies actionis exierit. Quòd accidit, cùm extraneus aliquis heres ſcriptus eſt, emancipato præterito. Quamdiu enim pendet, an emancipatus bonorum poſſeſſionem petat, cum neutro utiliter agi poteſt; ut proinde, interim die actionis exeunte, æquum ſit, amiſſam actionem reſtitui. 29

l. qui cum herede 15. ubi Cujac. *De O. & A.*

In judicis perſonâ poſitum eſt illud impedimentum, ſi ejus facto peremptа ſit actio, puta ſi ejus copia non fuit, aut per dilationes ab ipſo datas actionis dies exierit, aut per gratiam, vel ſordes, aut propter ferias repentinas jus non dixerit, 30

l.1.§.1.d.l.ſed etſi 26.§.ait Prætor 4. & §.ſi ſerva ff. ex quib.cauſ.maj.

31 Caſum quod attinet, quo noſtram amiſimus actionem, is triplex eſſe videtur. Primus eſt, ſi aquæ ductus, qui ex vicino fonte jure competebat, amiſſus ſit, quòd fons ille exaruit, & poſtea denuò fluere cœpit. Etſi enim ſervitus ſemel amiſſa, ſummo jure non poſſit ampliùs vicino invito revocari,[a] attamen cùm non negligentiâ, aut culpâ amiſſus ſit aquæ ductus ille, actio ad eum recuperandum reſtituenda eſt.

[a] *Argum.l.Mævius 66.§.duorum,1.De leg.2. & l.qui res 93.§.arcam.De ſolut.* [b] *l.& Atticinus 35.De ſerv.præd.ruſt.*

32 Altera cauſa eſt, ſi noſter ex contractu vel quaſi contractu debitor, minimam capitis diminutionem patiatur, puta ſi arrogetur ab aliquo, aut à patre emancipetur. Cùm enim hac capitis diminutione quaſi novus homo fiat, aut non is, qui fuit contractus vel quaſi contractus tempore, jure civili amittitur actio, quæ reſtituitur in capite minutum.

l.2.De in integ.reſtit. & text.in l.2.in princip. & §.pen.De cap.min. Diſſentit Donell.*lib.21.comment.cap.5.pag.*490.& quoad emancipationem Weſemb. *in paratit. De cap.min.num 6.in fin.* verùm neutrius ſententiam probamus.

33 Tertius caſus eſt, ſi mulier alienam obligationem per novationem in ſe receperit, atque ita liberatus prior debitor, ipſa autem mulier conventa ex illa interceſſione ſuâ beneficio SC. Vellejani ſe tueatur. Hoc enim caſu creditori actio in priorem debitorem reſtituitur.

l.Si mulier 16.in fin.l.debitrix 24.§.ultim ff.ad SC. Vellejan. Cauſa hujus reſtitutionis ipſa æquitas eſt, quæ non patitur, ut cuique beneficium in alterius injuriam tribuatur *l. nec avus 4. C.de emancip.liberor.*

34 Eſt & alienatio, ut præmiſimus, judicii mutandi causâ facta reſtitutionis in integrum juſta cauſa:[a] veluti cùm poſſeſſor rei alienæ dolo malo eam alienat hoc animo, ut domino volenti eam vindicare duriorem adverſarium ſuo loco ſubſtituat.[b]

[a] *l.3.§.ex quibus. De alien.jud.mut.cauſ.fact. & l.un.C.eod.* [b] *toto tit.ff. & Cod. de alienat. jud.mut.* De hac alienatione latè diſſeruimus *ſub Claſſe 4.diſſ.6.theſ.77. & ſeqq.*

35 Ultimum genus continet cauſas reſtitutionis arbitrarias. Ultra prædictas enim certas cauſas, pollicetur in ſuo edicto Prætor reſtitutionem in integrum ex quavis alia juſta cauſa, ſi evidens æquitas poſcat, & leges non prohibeant his verbis: *item ſi qua alia mihi juſta cauſa eſſe videbitur, in integrum reſtituam: quod ejus per leges, Plebiſcita, SCta, Edicta, decreta Pp. licebit.*

l.1.§.ult. & l.nec non 28.§.quod ejus juncta l.ſi cui 38.in princip.ff. ex quibus cauſ.maj. Inſtantia quoque & deſertæ appellationis proſequendæ jus per reſtitutionem reparari poteſt. Mynſing.*cent.5.obſervat.98. & cent 3.obſervat.54.* Vbi ſcribit, quod ita decerni ſoleat: Daß die *fatalia* auß fürgebrachten Vrſachen auff N. Monat hiemit erſtreckt. Vide eundem Mynſinger. *Reſſponſ.86. decad. 9.* Sed quid de interponenda appellatione intra decendium om[illegible] In judicio provinciali Wirtembergico appellatio & reſtitutio denegatur; etiam ruſticis. Ita [illegible] ctum *Anno 609.21.Junij.*

36 Sed quæritur, utrum major 25 annis ad lucra etiam reſtituatur? Affirmamus quò ad lucra, quæ ſine alterius damno obveniunt; ut ſunt hereditas & legatum;[a] non etiam quò ad ea, quæ cum damno alterius obveniunt; ut adquiſitiones quæ per uſucapionem fiunt.

l.&

[a] *l.* & *ſive 27. ff. quib. ex cauſ. maj. l. aut 9. §. hodiè, De min.* [b] *l. ſciendum 18. ff. quibus ex cauſ. maj.* Cujac. *in lib. 12 Pauli ad edictum pag.* 183.

Succedit minorum 25. annis in integrum reſtitutio; in qua ſpectamus 37
tùm quis minor ſit 25 annis; tùm negotium, quo minor læſus, & adverſus quod reſtituitur; tùm cauſam reſtitutionis, tùm etiam quid beneficium reſtitutionis in integrum excludat.

Minor 25. annis in hac reſtitutionis materia eſt, qui annum 25. nondum 38
complevit. Et licet extremum illius anni diem attigerit, attamen ante eam horam, qua natus eſt, minor habetur; cùm à momento ad momentum, id eſt, ab horis ad horas tempus illud computetur: [a] Nam primùm poſt hoc tempus compleri virilem ætatem conſtat.

[a] *l. 3 §. minorem, De minor.* Cujac. *ad tit. De diverſ. tempor. præſcript. cap.* 1. Donell. *libr. 21. comment. capit. 7.* Obſtare videtur *l. à qua ætate. De uſurp. & uſucap. l. 1. De manum.* & *l. ad Remp. 8. ff. de mun. & hon. l. 5. ff. qui teſtament. fac. poſſ.* & *l. anniculus non ſtatim. De verb. obligat.* [b] *l. 1. §. 2. De minor.* Minorum jure in reſtitutionibus utitur quoque Reſpub. ut oſtendi *ſupra theſ. 6.*

Quod autem de minorum reſtitutione jura diſponunt, non ſolùm de 39
adoleſcente maſculo, ſed & fœmina intelligendum: [a] Nec ſolùm de patre, ſed & filiofam. modò ipſe quid amiſerit; [b] tùm etiam de nondum nato minore. [c]

[a] *d. l. 3. §. ergò etiam 5. ff. De min.* [b] *d. l. 3. §. ſed utrùm 4. De min. tot. t. C. de filiofamil. min.* Donell *libr. 21. comm. c. 7. pag. 494. verſ. quid ſi minor & pag. ſeqq.* Obſtare videtur *l. placet. De acquir. vel amit. hered.* & *l. cùm mandata 23. in princ ff. h. t.* [c] *l. etiam 45. ff. h. t. junct. l. qui in utero. De ſtat. hom.*

Quin etiam juris Doctor & Licentiatus minor 25. annis, ſi extra ſuam 40
artem [a] lapſus fuerit, in integrum reſtituitur. [b]

[a] In arte ſua ſi lapſus fuerit, non gaudet beneficio reſtitutionis in integrum. *per l. 2. §. Servius de orig. jur.* & *l. 1. Cod. qui & adverſ. quos* &c. Coſtal. *ad l. 6. §. ſicuti modico. De offic. præſ.* [b] *l. Cod. qui adverſ. quos in integr. reſtit. non poſſ.* Donellus *libr. 21. comment. capit. 10. pagin. 514. & ſequent.* Fachin. *libr. 3. controverſ. 5.* Maurit. *de reſtitut. in integr. capit. 223.* Rebuff. *de privileg. ſcholar. privileg.* 119. Oddus *part. 1. quæſt. 23. num. 24.* Dn. D. Beſold. *p. 1. delibat. ex libr. 4. ff. quæſt. 16.*

Probatur autem ætas teſtibus vel inſtrumentis, [a] veluti tabulis profeſſionum. [b]

[a] *leg. 2. Cod. de his qui ven. æt. impetr.* [b] *l. 2. De excuſat. tutor.* & *leg. 1. Cod. ſi min. ſe maj. dix.* 41
De probatione minoris ætatis vide latè diſſerentem Maſcardum *de probation. volum. 2. cond.* 106. & Menochius *libr. 2. de præſumpt. præſumpt. 50.* & *ſequent.* & *libr. 2. de arbitr. judic. cent. 2. caſu* 117. De libro Plebani vel Tauffbuch quod probet ætatem tenet Sfortias Odd. *de reſtitut. in integr. part. 1. quæſt. 27. num* 83. Probatur itidem ex libro paterno. Gothofr. *ad l. 1. Cod. ſi min. ſe maj. dixer.* Franciſcus Vivius. *deciſ.* 443.

Negotia, adverſus quæ minor reſtituitur, varia ſunt: [a] quæ tamen com- 42
modè ad tria reduci genera poſſunt: Aut enim quod habuit minor amiſit; aut quod adquirere potuit, omiſit; aut ſe oneri, quod non ſuſcipere licuit, obligavit. [b]

[a] *l.*

[a] *l.1.§.1.ibi geſtum erit.l.ait Prætor 7.in princip.* & *§§.ſeqq. De min.* Quò pertinet etiam quod Cajus *in l.neceſſarijs 57.§.1. De adquir.vel om.her.* Prætoris edictum de reſtituendis minoribus generale edictum appellat. Obſtare videtur *l.Labeo 19.De V. O.* [b] *l.non omnia 44* & *l.minoribus 6.De min.*

43 Amittit minor quod priùs habuit, rem alienando; puta donando, [a] vendendo, [b] in dotem dando, [c] pignori obligando, [d] dividendo, [e] indebitum per errorem juris ſolvendo, [f] in arrogationem ſe dando, [g]

[a] *l.2.C.ſi adverſ.donat.l.4.C.de inoffic.donat.* [b] *l.1.* & *2. Cod.ſi adv.vend.l.ait Prætor.7.§ 1. De minor.* [c] *l.ſi ex cauſa 9.§.in dotis*, ubi Cujac. *De minor.l.un.C.ſi adverſ.dot.* Ad quam legem vide *l.4.C.de jur.dot* quæ videtur obſtare, [d] *tot.tit.Cod.ſi adverſ.vend.pignor.* [e] *l.1. C.ſi adver. tranſact.vel diviſ.* & *l.pen.C.com.divid.* [f] *l.2. C.ſi adverſ.ſolut.* Adde *l.pen. C.de in int. reſtit. min.* & *l.5.ff.ad l.Cornel.de falſ.* [g] *l.3.§.ſi adverſus 6. De min.*

44 Amittit item minor actiones ſuas remittendo, & debitoribus liberandis, liti renunciando; [a] item tranſigendo, [b] novando, [c] ſolutam pecuniam ſine curatore vel decreto Prætoris à debitore accipiendo, quam poſtea perdidit. [d]

[a] *l.Papinianus 20.§.1.* & *l.ſeq. De minor.* [b] *l.1.* & *2.Cod.ſi adv. tranſact.* [c] *l.minor 40 De min.* [d] *ait Prætor 7.§.2.ubi* vide Cujac.*ff.d.t.l.1. C.ſi adv.ſolut.l.pupillo 15.De ſolut.* Eſt autem neceſſarium decretum judicis, ſi debitor ex cauſa fœneratitiâ, vel aliis ſimilibus cauſis ſolutionem tutori vel curatori minoris facere velit, non etiam, ſi ex reditibus vel penſionibus vel aliis habendi cauſis, *l.ſancimus 25.C.de admin.tut.vel curat.*

45 Amittit quoque minor, cùm res ſuas uſucapi aut præſcribi prius cœptas tempore conſtituto à poſſeſſore uſucapi, [a] aut præſcribi ſinit, non repetendo eas ante completam uſucapionem, vel præſcriptionem.

[a] *l.un.C.ſi adv.uſucap.* [b] *l.ult.in fin. C.in quib.cauſ.in integ.reſtit. neceſſ.non eſt*, gloſſ *in l. ſicut in verbo,ſervanda Cod.de præſcript.* Schurff.*conſil.27.num.11.cent.1.* Dico uſucapi aut præſcribi cœptas: Nam contra minorem pupillum non inchoatur uſucapio, *l. in bona fides 48. in princip verſ.nec intereſt,De adquir.rer.dom.l.ult.C.de uſucap.pro empt.l.nunquam 31.in princ. De uſurp.* & *uſucap.* vide Cujac.*lib.24 obſervat.cap.14.* Nec inchoatur contra eum præſcriptio longi aut longiſſimi temporis, *l.3.verſ.quæ ergò.ibi,ſed pupillari ætate duntaxat, l. cùm notiſſimi 7.in princ.ibi,aut ſi ætas impubes excipienda C. de præſcrip. 30. vel 40.ann.* ut nec inchoatur longi temporis præſcriptio adverſus puberem minorem *l.ult. C.in quib. cauſ.in int. reſtit. neceſſ.non eſt*: longiſſimi temporis præſcriptio contra minorem puberem & inchoatur & currit quidem: At contra hanc præſcriptionem fit reſtitutio in integrum *dict. l.ultim.in fin.Cod.dict. tit.* Vſucapio quoque inchoata contra eum, cui pupillus aut minor pubes ſucceſſit, currit contra utrumque, ſed uterque adverſus eam reſtituitur, *d.l.un.Cod.ſi adv.uſucap.* & *l.etiam 45 De minor.*

46 Omittit minor lucrum, quod adquirere poterat, puta delata non adquirendo, ut hereditatem, bonorum poſſeſſionem, legatum, optionem delatam intra conſtituta tempora non adquirendo.

*Tot.tit.C.ſi ut omiſſ.hered.*ubi Cujac.*in parat.* & *pertinet huc text.in l.ait Prætor 7. §.hodie 7.De min.* & *in l.cum quidam 17.§.ſi pupillo 3.De uſurp.*

47 Eſt quoque hujus generis lucrum amiſſum, cùm minor in emptionem penes ſe collatam adjectione ab alio ſuperatur, ſi ejus intereſſe, emptam ab eo rem fuiſſe, adprobetur; veluti quòd majorum ejus fuiſſet. Unde implorans in integrum reſtitutionem audietur; ita tamen, ut id, quod ex licitatione acceſſit, ipſe venditori offerat.

l.ſi m

[illegible] in emptionem 35. ff. De min. adde *l. libertus 36. verſ. veluti ſi prædia. ff. De bon. libertor.*

[illegible] quoq; minor & allegationem in judicio, cum, quod pro ſe alle- 48
[illegible] poterat ad victoriam, imperitia vel injuri[illegible]non allegat, & ob id vinci-
tur. Proindeque omiſſam hujuſmodi allegationem per integrum reſtitu-
tionis auxilium repetere poteſt.

[illegible] nor. 36. De minor.

Item ſi non provocavit minor intra legitimum tempus, ſubvenitur ei, 49
[illegible] o rocet: ut & in eremodiciis, ſi ſe doceat juſta ex cauſa abfuiſſe.

[illegible] Prætor 7. aliàs. Et ſi ſine dolo, §. pen. & ult. ff. De minorib.

Quod attinet onus, quod in ſe minor ſuſcepit, continetur illud obliga- 50
[illegible] qua vel contrahendo, vel quaſi cõtrahendo, vel quaſi delinquendo
[illegible] obſtrinxit minor.

Contrahendo; puta ſine curatore conſtitutus per ſe, aut habens curato- 51
[illegible] per eum promittendo, mutuam pecuniam accipiendo, minoris rem
[illegible]endo, pluris emendo, tranſigendo. [a] Quaſi contrahendo, veluti here-
ditatem adeundo, quo ſe legatariis & æri alieno obligavit minor, [b] aut le-
[illegible] agnoſcendo, ut ſervum ſuum manumittat, [c] aut judicium ſuſcipi-
[illegible]. [d] nam & judicio quaſi contrahitur [e] &c. delinquendo, ut ſi abſq; do-
[illegible]o, ſaltem culpa damnum injuria dederit. [f]

[illegible] miſſione eſt *text. in l. minor 48. in pr. & l. in cauſa 13. in pr. & l. ult. ff. De minor. & [illegible] ad verſ. vend.* De acceptâ mutua pecuniâ *l. ait Prætor 7. §. 1. & l. patris 27. §. 1. De min.* De [illegible] *l. ult. C. ſi adverſ. vend. l. 3. C. de in integ. reſtit. min. d. l. ait Prætor 7. §. 1. d. l. patris 27. [illegible] item ex diverſo l. tutor 47. & l. ſeq. §. 1. cum l. pen. De min.* De emptione *eſt textus in d. [illegible] §. 1. verſ. prædium ff. d. tit. Obſtare videtur l. in cauſa 13. §. pede. ff. eod.* De tranſactione [illegible] *in l. 1. & 2. C. ſi adverſ. tranſact.* Prædictis modis decepto minori eſt etiam doli exce-[illegible] in factum jure comparata *l. ſi quis cum aliter 36. de V. O. & l. pen. Cod. de inutil. ſtipul.* [illegible]tem non eſt munitus minor ipſo jure his remediis, & plenius eſt beneficium in inte-[illegible] reſtitutionis, quo uti licet adverſus omnem poſſeſſorem, ideireò & hoc uti poteſt, *l. in [illegible] in fin. ff. h. t.* [b] *l. in integrum 22. l. ſi mulier 31. De minor. juncto, §. heres Inſtitut. de oblig. [illegible] ex contr. naſc. & l. more 8. De adquir. hered.* [c] *l. ſi minor. 33. De min.* [d] *d. l. ait Prætor 7. [illegible] in, & l. ſeq. l. etiamſi 29. §. 1. De min. & tot. tit. C. ſi adv. rem judic.* Excipitur res judi-[illegible] libertate, *l. ult. C. ſi adv. libert.* Sed quò minus adverſus rem judicatam reſtitutio lo-[illegible]habere videatur facit *l. ſervo §. cum Prætor ff. ad SC. Trebell.* Reſtituitur autem minor ad-[illegible] quamcunque ſententiam, Mynſing. *cent. 4. obſerv. 21.* [e] *l. 3. §. idem ſcribit. De pecul.* vide [illegible] *3. diſput. 19. theſ. 26. & 2. ſeqq.* [f] *l. 1. & 2. C. ſi adv. delict.* verùm contra verum delictum [illegible] non reſtituitur, ut citatæ modò ll. item text. *in l. ſi ex cauſa, 9. §. 2. & l. auxilium 39. §. 1. [illegible] in delictis. De minor.* Sfort. Odd. *de reſtit. in integr. part. 2. q. 81. art. 2.*

Sequens inſpectio eſt de cauſa reſtitutionis in integrum minorum. Ea 52
autem vel communis eſt cum majoribus, vel minorum propria eſt. Com-
munis illa cauſa, eſt omnis cauſa, ob quam majores in integrum reſtitui ſu-
pra diximus: [a] cùm enim majores ex illis cauſis in integrum reſtituantur,
æquum eſt, ut & minoribus hic eædem proſint. [b]

[a] *l. non omnia 44. ibi, vel ab aliis circumventi vel ſuâ facilitate decepti. ff. De min. junct. l. 1. [illegible] reſtit. l. 1. De dol. mal.* [b] Donell. *lib. 21. comment. cap. 5. pag. 663. lin. 49. & ſeqq. & cap. [illegible] prin ip.*

Cauſæ reſtitutionis in integrum minorum propria eſt lubricum ætatis, [a] 53

 id eſt,

id eſt, inconſulta facilitas, animi ſimplicitas, imbecillitas & infirmitas conſilii ætatis, [b] qua minor læſus eſt.

[a] *l. Verum* 11. *§. ſi locupleti* 5. [illegible] *q; enim ætatis. De min.* & *l.* 2. *C. ſi adv. del.* & *l.* 1. *C. de* [illegible] *fiſcam. min.* [b] *d. l. Verum* 11. *§.* [illegible] *non reſtituitur,* 4. *l.* 1. *in prin. l. ait Prætor* 7. *§.* 5. *in fin. De* [illegible] & *l.* 2. *C. qui & adv. quos in int. reſtit. non poſſ.*

54 Quod ſi caſu, ſive quodam fato minor læſus fuerit, non gaudet beneficio reſtitutionis in integrum. [a] Multò minus, ſi dolo ſuo in damnum [illegible] familiaris inciderit, [b] cùm nemini ſua militia debeat eſſe lucroſa, alteri d[illegible]mnoſa, [c] & deceptis non decipientibus jura opitulentur, [d] ac judicii in[illegible]mitas, non calliditas auxilium mereatur, [e] nec animi infirmitas ex [illegible] malorum mores, [f] & malitia ætatem ſuppleat. [g]

[a] *d. l. Verùm* 11, *§. item non reſtituetur* 4. *De min.* [b] *l. ſi ex cauſa* 9. *§. nunc videndum* 2 [illegible] *l.* 1. *in prin. De dol. mal. l. non fraudantur* 134. *§.* 1. *De Reg. Iur.* [c] *l.* 2. *§.* 3. *ff. ad SC. Vellejan.* & [illegible] *C. ſi min. ſe maj. dix.* [e] *d. l.* 2. *§.* 2. & 3. *ff. ad SC. Vellejan.* [f] *l.* 1 *C. ſi adverſ. del.* [g] *l.* 3. *C. ſi mi*[illegible] *dix.* Volunt tamen interpp. quòd locus ſit reſtitutioni, ſi minor delictum curatore [illegible] Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 2. *caſ.* 268. *num.* 3.

55 Unde ſi minor contrahere volens alterius circumveniendi cauſa ſe majorem dixerit, & ex aſpectu, id eſt, ex conformatione & figura corporis per[illegible]ſuaſerit adverſario ſe eſſe majorem, ut quia longiorem geſtarit barbam, quam pro ætate, aut quia rugæ aliquæ in ejus vultu, aut cani aliqui [illegible] in capite apparuerint, reſtitutionis in integrum non meretur auxilium.

l. 2. & 3. *C. ſi min. ſe maj. dix.* & *l. minor* 32. *De min.* Dico, alterius circumveniendi [illegible] Nam ſi minoris dolus abſit, ut ſi per errorem, aut fraudem adverſarii major probatus [illegible] non immeritò poſtulat auxilium *l.* 1. 3. & 4. *C. d. t.*

56 Videamus modò quid beneficium reſtitutionis, minori tributum, excludat. Sunt autem tria genera eorum, quæ minoris reſtitutionem impediunt. Primùm continet res, quarum gratia in integrum reſtitutio petitur. Alterum conſiſtit in perſona ejus, contra quem poſtulatur reſtitutio in integrum. Tertium in minoris facto poſitum eſſe dicimus.

Donell. *lib.* 21. *comment. cap.* 12. *in princ.*

57 Primum quod attinet genus, libertas eſt in rebus hiſce, quarum nomine reſtitutio non datur. Cùm enim ſemel jure data ſit, aut pro ea, quòd competat, judicatum, adverſus eam reſtitutio nulla habere locum poteſt.

l. 1. 3. *§. ult.* & *toto tit. C. ſi adv. libert. l. ſi ex cauſa* 9. *§. ultim.* & *l. minor.* 48 *§.* 1. *De min.* [illegible] *lud* 9. *De appell.* Ex magna tamen cauſa etiam adverſus libertatem minor reſtitui poteſt. *l. niſi ex magna* 10. *De minor.* ut ſi inconſultò actorem & diſpenſatorem bonorum ſuorum manumiſerit, cujus damnum ad totius ſuæ domus everſionem pertineat, ut ait *l. ultim. De offi.* [illegible] quo exemplo *ad dict. l.* 10. *De min.* utitur poſt Græcos Cujac. *in comment. in libr.* 11. [illegible] *edict. pag.* 168 & *in parat. Cod. ſi adv. lib.* Donellus verò *lib.* 21. *comm. cap.* 12. *pag.* 522. m[illegible] cauſam ſic interpretatur, ſi duo concurrant, ſcilicet ut & ſervus in hoc circumſcripſerit [illegible] eum manumitteret, & dominus à manumiſſo damnum ſarcire non poſſit. Quod ſi ex magna ejuſmodi cauſâ non reſtituatur à Principe minor, habet tamen adverſus m[illegible]miſſionem de dolo vel in factum actionem, *l. Verum* 11. *in princip. De min.* & *l.* 2. *Cod. ſi* [illegible] *libert.*

58 Similiter ſi minor 25. annis liber homo, major tamen 20. annis ſe in ſer-

[illegible]tem venire paſſus ſit, & pretium participaverit, non gaudet reſtitutionis in integrum beneficio.

a l. ſi ex cauſ. 9. §. Papinianus 4. ff. de minorib.

59 Sunt & præſcriptiones nonnullæ temporales, adverſus quas minor in integrum non reſtituitur. Una eſt præſcriptio 60. dierum, in quibus jure mariti ſine calumnia vir accuſare mulierem adulterii poteſt.[a] Alia eſt præſcriptio, quæ objicitur poſt quinquennium agenti de ſtatu defuncti.[b] Eſt quoque ejuſmodi præſcriptio triennij, quo lis à minore per tutores vel curatores inſtituta peracta non eſt, ſi minor jacturam, quam ita paſſus eſt, à tutoribus vel curatoribus ſuis ſarcire poſſit.[c]

a l. auxilium 37. §. 1. ff. de min. *b l. ſi mater 6. C. ne de ſtat. defunct.* *c l. properandum 13. §. ult. C. de jud.*

60 Eſt quoque executio pœnarum in hiſce rebus, quarum nomine reſtitutio minori denegatur. Ideoq; injuriarum judicium ſemel omiſſum repeti non poteſt.

l. auxilium 37. in princip. ff. de min. Minori tamen confeſſo delictum, de quo aliter non [illegible] reſtitutio conceditur, Mynſing. *cent. 3. obſer vat. 81.*

61 Quòd ſi etiam tutori vel curatori minoris reditus & annuæ penſiones ſolutæ ſint, ceſſat reſtitutio in integrũ adverſus debitorem; ut & ſi res debitæ ſolvãtur minori, vel tutori, vel curatori ejus ex ſententia & juſſu judicis.

l. jancimus 25. C. de admin. & peric. tut. Donell. *lib. 21. com. cap. 12. pag. 525.*

62 Fiduciarius quoq; heres, ſi minori hereditatem tutore auctore, vel curatore conſentiente reſtituerit, pleniſſimam ſecuritatem conſequitur.

l. pen. in princ. C. ad SC. Trebell.

63 Res item minoris, ſi ob publicas penſitationes non ſolútas à fiſco diſtractæ ſint, modò ceſſantibus minore, ejuſque tutore vel curatore, ſolenniter ſint diſtractæ, adverſus eam venditionem minor reſtitui non poteſt.

l. 1. & 2. Cod. ſi propter publ. penſit. l. 1. & ult. C. ſi adv. fiſc. l. 2. & ult. Cod. de fide & jur. haſt. fiſcal.

64 Si quoque pignora ſint capta ex cauſa judicati adverſus minorem condemnatum, eaque ſolenni more ſint diſtracta, quod pecunia judicati non ſolveretur, ceſſat reſtitutio in integrum, niſi ex ea re minor magno detrimento afficiatur.

l. 1. C. ſi adverſ. vendit. pign. & l. ſi ex cauſa 9. in prin. De minor.

65 Non poteſt etiam minor in integrum reſtitui in ea cauſa, in qua jam antè petita reſtitutione in integrum repulſam eſt paſſus; niſi novas proferat defenſiones.

Tit. tot. C. ſi ſæp. in integr. reſtit. poſtul. ubi Cujac. *in paratit.*

Quòd ſi quoque minor delatam ſibi hereditatem omiſerit, aut repudiaverit, eamque ſubſtitutus vel heres ſequens adierit, & poſt diſtracta ſit ea hereditas, adverſus eam minor,[a] niſi ſuus ſit heres,[b] in integrum reſtitui non poteſt.

66 *a l. ſed ſi minor 24. §. Scævola 2. De minor.* *b l. ultim. in fin. Cod. de repud. hered.* quæ lex cùm pugnare videatur cum *dict. §. Scævola*, alii aliter eam explicant. Quidam, ut Cujacius *ad §.*

extraneis, in verbo niſi minor, Inſtit. de hered. qual. & diff. ajunt. Scævolam loqui de minore impubere: Iuſtinianum verò in d. l. ult. de minore impubere. Duarenus in *comment. ad tit. De* [illegible] *quir. vel amitt. hered. cap.* 10. *verſ. hic reperitur antinomia*, & Balduinus *in Iuſtinian.* [illegible] 394. *& ſeqq.* ſcribunt *per d. l. ultim.* correctum eſſe, *§. Scævola:* Giphanius autem *ad d.* [illegible] cei eam legem eſſe de minore ſuo herede, *at §. Scævola* loqui de extraneo herede. Idem [illegible] Donell. *lib. 21. com. c. 12. verſ. est. Voetsam pag. 527. in princ.*

67 Proximum eſt ut diſpiciamus, quomodo perſona ejus, contra quam [illegible] titur reſtitutio in integrum, ipſam reſtitutionem excludat, ut & facta [illegible] noris. Et primum minor contra minorem non reſtituitur, ſi ambo l[illegible] fuerint.

l. Verum 11. *§. pen.* ubi Cujac. & *l. ſi minor* 34. ubi Cujac. *ff. De min.* & *l. 1. C. ſi ma*[illegible] *fact.* [illegible] *hab.* Pac. *cent. 2. quæſt.* 97. Vide Did. Covarr. *ad c. poſſeſſor part. 2. §. 2. num. 4. tit. de reg.* [illegible] Bart. *in Auth. quas actiones C. de SS. Eccleſ.* & *ad l. ſi milites in princ. De excuſ. tut.* Mo[illegible] 9. *nu.* 2. & *ult.* Sfort. Odd. *de reſtit. p. 1. quæſt* 18. *art.* 4. & 5. Privilegiatus contra æq; p[illegible] tum non utitur beneficio. Vide Dn. D. Beſold. *vol. 2. conſil.* 75.

68 Neque liberi adverſus parentes ſuos, neq; liberti contra patronos [illegible] reſtitutionem in integrum rectè poſtulant. [a] Adverſus matres tamen [illegible] ſecundas contraxerunt nuptias liberi in integrum reſtituuntur. [b]

[a] *l. ult. C. qui & adv. quorum &c.* [b] *Novell.* 155. *ubi* Cujac.

69 Factum minoris excludit reſtitutionem, ſi is veniam ætatis, id eſt, [illegible] legitimæ ætatis ab Imp impetraverit, ut abſque curatoribus bona ſua admi- niſtrare & liberè contrahere cum aliis poſſit.

l. 1. & 2. in princ. & §. ult. l. 3. & ult. C. de his, qui ven. æt. impetr. ubi vide Duarenum. ad[illegible] Paul. Chriſtinæ. *vol. 2. deciſ.* 132.

70 Ut autem hoc jus conſequatur minor, quinque deſiderantur. Primum eſt, auctoritas Imp. à quo impetranda eſt venia ætatis.

dict. tit. Cod. de his qui ven. æt. impetr. l. ea quæ 5. in prin. C. de temp. in integr. reſtit. l. 3. in [illegible] *cip. De min.* Diſſentit Leo Imp. *in Novell.* 28. In Camera Imperiali quoque hoc jus im[illegible] poteſt.

71 Deinde requiritur, ut mas viceſimi anni metas ætate ſua impleverit, fœmina verò octavum & decimum egreſſa ſit annum.

l. 2. in prin. & §. 1. C. de his qui ven. æt. impetr.

72 Tertiò & illud hic exigitur, ut adoleſcens, mas & fœmina, animo ſit pro- bo, mente ſolerti, & moribus honeſtis.

d. l. 2. in princ. & §. 1. C. d. tit. Vide Me *de regalib. cap. 2. n.* 131. & *ſeqq.* Dn. D. Beſold. *p*[illegible] *delib. pag. m.* 37.

73 Quartò, jura hîc deſiderant, ut adoleſcens, mas & fœmina poſt impetra- tam ab Imp. ætatis veniam apud ſuum quoque magiſtratum, puta Princi- pem, Comitem, Baronem, probet prædictam ſuam ætatem, animi probita- tem, ſolertiam mentis, & morum honeſtatem. Et mas quidem annorum numerum probabit per ſcripturam, cætera verò per teſtes idoneos. Fœmi- na autem, & ætatis annos & reliqua vel quinque teſtibus, vel inſtrumentis probare jubetur.

d. l. 2. in prin. §. 1. & 2. C. dict. tit.

74 Exigitur quintò & illud, ut adoleſcens, ſi mas fuerit, ipſemet per ſe, non per procuratorem, apud prædictum ſuum magiſtratum impetratam ætatis veniam

veniam alleget, & probanda probet; fœmina verò iſthæc miſſo procuratori præſtet.

[illegible] *in princ. verſ. ita ut poſt,* & *§.1. verſ. ſed eat C. d. tit.*

Impetrata ætatis venia licet adminiſtrationem rerum ſuarum adoleſcens habeat liberam, immobilia tamen neque alienare neque hypothecæ dare ſine decreto poteſt: [a] niſi Princeps etiam nominatim illud ei permiſerit, [b] aut ex parentis conventione fundus aliquis venditori ſit revendendus. [c] 75

[a] [illegible] *n. C. de his qui ven. æt. imp.* & *l. ult. C. ſi maj. fact. alien. fact. ſine decreto rat. hab.* Fürſtl. Würtemb. Landrecht/ *part. 2. tit. 27. fol* 314. Ubi Dn. D. Beſold. *theſ.* 146. Gœdd. *ad l. 21. num.* 5. [illegible] *verb. ſignific.* [b] *l. 2. C. quando decr. op. non ſit.* [c] *l. 1. C. dict. tit.* Simoncell. *de decretis lib.* 3. [illegible]. Tyraquel. *de Nobilit. cap. 20. n.* 42.

Aliud minoris factum, quo reſtitutio excluditur, illud eſt, ſi major factus [illegible] probavit, ſeu ratum habuit id, quod minor geſſit. 76

[illegible] *de min.* & *toto tit. C. ſi maj. fact. rat. hab.* ubi vide Duarenum, & Cujac. *in paratit.*

Approbat autem major, quod geſſit minor, & tunc, quando negotium in minore ætate cœptum major factus pleniſſimè perficit, ut ſi ante legitimam ætatem adverſario ſtipulanti argentum promiſerit; aut ei rem vendiderit, poſtea autem major factus numeraverit pecuniam, aut rem tradiderit: niſi adverſarii calliditate negotium impletum & perfectum fuerit. 77

[illegible] *§. 1. ubi Cujac. ff. de minor. facit l. 2. C. de his, quæ vi met. cauſ.* & *l. liberis 7. §. 1. de libe-* [illegible]*.*

Si tamen minor hereditatem adierit, vel miſcuerit ſe, Ulp. exiſtimat re[illegible] eum poſſe, licet major factus debitores hereditarios exegerit. 78

[illegible] *§. ſcio etiam, ff. de minor.* non tàm enim animo retinendæ hereditatis, quā neceſſitate [illegible] hereditatis, ne quid interim de ea, cùlpa ſua pereat, à debitoribus exigere debitum he[illegible]um cenſetur.

Eſt & aliud factum, quo puberis minoris reſtitutio excluditur, ut ſi dolo [illegible] ſe majorem falsò dixerit: item ſi jurejurando ſponte ſua caverit, nihil ſe facturum adverſus ea, quæ geſta ſunt. [b] 79

Toto tit. C. ſi min. ſe maj. dix. & *ibi* Duarenus, *item* Cujacius *in paratit.* Mynſinger. *cent. 4.* [illegible] *20. ubi vide* [b] *l. 1. juncta Auth. ſacramenta puberum, C. ſi adv. vend.*

Sed quid de impubere juramento ſuo conventionem roborante ſentiendum, nunquid & hic reſtitutionis in integrum beneficio deſtituitur? Negamus. 80

[illegible] *d. Auth. Sacramenta puberum C. d. tit.* quæ conſtitutio loquitur ſaltem de pubere non impubere Facit *l. qui juraſſe 26. in pr. verſ. quamvis pupillus ff. De jurejur.* Don. *lib. 21. com.* 13. [illegible] objicit. Sed vide *c. ex litteris ex de ſponſ. c. 1. ext. de del. puer.* Alciatus *ad c. cùm contin-* [illegible] *xt. de jurejur.* Did. Covar. *ad c. de ſponſal. part. 1. c. 5. §. 1. n.* 4. Gomez, *lib. 2. reſol. cap.* 14. [illegible] Dn. D. Beſold. *dict. part. 1. delibat. ex lib. 4. ff. quaſt.* 13. Honded. *vol. 1. conſult.* 17. Gail. 2. [illegible] Cævallos *in ſpecul. quaſt.* 171.

Quid verò ſi minor impubes autoritate tutoris ſui, vel pubes conſenſu curatoris ſui contraxerit negotium, nunquid ceſſat in integrum reſtitutio? Non ceſſat, etiamſi tutor vel curator ſolvendo fuerit, & ab his minor conſequi ſuum actione perſonali poſſit. 81

l. 2. & *tot. tit. C. ſi tut. vel cur. interv.* ubi Cujac. *in parat.* & *l. in cauſa 13. §. ult. de min.* Don. *lib. 21 comm. c. 10. pag. 136. in fin.* & *pag. ſeq.* Maurit. *de reſtitut. in integr. cap. 143.* & *cap. 147*

82 Et licet decreto Magiſtratus prædium minoris diſtractum ſit, minor tamen hac venditione læſus in integrum reſtituitur: [a] ut & adverſus rem judicatam; quamvis autoritas illius magna ſit. [b]

[a] *l. 2. C. de fidejuſſ. min. l. ſiquidem* 11. *C. de præd. & al. reb. min.* [b] *l. 1. l. 4. & ult. & tot. tit. C. ſi adv. rem jud.* Raudenſ. *deciſ.* 11. Cævall. *quæſt.* 42.

83 Quanquam & fiſci favor præcipuus ſit, attamen & adverſus eum minor læſus reſtituitur: niſi res minoris diſtractæ ſunt à procuratore fiſci eo caſu, de quo dictum ſuprà. [b]

[a] *tot. tit. C. ſi adv. fiſc.* ubi Cujac. *in paratit.* [b] *theſ.* 62.

84 Sequuntur reſtitutionis in integrum communia: quæ continentur tùm perſona, quæ præter eam, quæ læſa eſt, reſtitutionem in integrum petit: & adverſus quam ea poſtulatur; tùm ipſa re, cujus nomine petitur reſtitutio, tùm rei controverſæ conditione, qualis eſt poſtulatâ jam in integrum reſtitutione; tùm etiam temporibus integrum reſtitutionis; tùm poſtremò ipſa forma & proceſſu judicii reſtitutionis in integrum.

85 In integrum reſtitutionem petere poteſt etiam ejus, qui læſus eſt, Procurator, ad hoc ſpeciale habens mandatum: [a] non etiam minoris cognatus vel adfinis, cui id mandatum non ſit; niſi proprium quoque intereſſe prætendat, quod pater minoris poteſt; niſi item minor ſit prodigus. [b]

[a] *l. un. C. etiam per procur. cauſ. reſt. in integr. agi poſſ.* ubi Duaren. & Cujac. [b] *l. patri* 27 *in prin. de min.* Duaren. *ad dict. tit. C. etiam pro procur. &c.* Diſſentit Cujac. *ibidem in paratit.*

86 Quid ſi reſtitutionis quæſtio incidat in judicium, ad quod procurator mandatũ habet, nunquid ſine ſpeciali mandato hoc reſtitutionis punctum procurator ille tractare poteſt, communiter rectè affirmari videtur.

Cùm n. procurator ille principalem cauſam peragere citra reſtitutionis capitulum nequeat, videtur ad illud quoque ſpeciale mandatum accepiſſe, argum. *l. ad legatum* 62. *& l. ad rem mobilem* 56. *de procur. & l. 2. de juriſd.* Wurmbſ. *libr. pract. obſ. tit. 5. obſ. 9. & tit. 25. obſ. 2.* Myn-ſing. *cent. 2. obſ.* 26. Diſſ. Dn. Beſold. *diſp. 1. ad I. W. theſ.* 39.

87 Heredibus quoque tàm minorum, quàm majorum reſtitutio integrùm tribuitur.

l. non ſolùm 6. *de integr. reſtit. l. 3. §. Pomponius adjicit* 9. *& l. minor* 18. *§. ult. de min.* Mynſing. *cent. 4. obſ.* 19. Schurpf. *conſ. 27. n. 4. cent.* 1. Oddus *part. 1, q.* 48. *&* 50. Eſt ergò reſtitutionis beneficium reale & nonperſonale, per text. *in l. in omnibus* 68. *l. privilegia* 196. *de reg. jur. l. maritum* 12. *& l. ſeq. ſol. matrim.* Mynſ. *d. loco*, Maurit. *tract. de reſtit. in integr. c. 12. n. 2. & ultim. idem tamen* Mynſ. & Mauritius *dictis locis* mixtum hoc dicunt beneficium. Cujac. perſonale tantum aſſerit, *ad l. 13. ff. de minoribus.* Paul. Chriſtin. *Vol. 2. deciſ.* 120. *& ſeq.*

88 Nunquid etiam fidejuſſoribus reſtitutionis beneficium competit? Majorum fidejuſſoribus tribui illud nihil dubitamus. [a] Quod minorum fidejuſſores attinet, his etiam illud tribui cenſemus, ſi minorib. competat ex cauſa, ob quam etiam majores reſtituuntur, puta ob metum vel dolum adverſarii. [b] Quòd ſi lubrico ætatis læſus ſit minor, non prodeſt fidejuſſori ejus in integrum reſtitutio; [c] niſi minor is eſſe idoneè non poſſit, pro quo fidejuſſor intercedere voluit. [d]

[a] *l. ex perſona* 32. *de fidejuſſ.* [b] *l. exceptiones* 7. *§. 1. verſ. idem dicimus. de except. & l. 1. & l. 2. C. de fidejuſſ. min.* [c] *l. Stichum* 95. *§. quod vulgò de ſolut. l. in cauſa* 13. *in princ. De min.* [d] *l. C. de fidejuſſ.*

fid[illegible]uſſ.min.l.exceptiones 7.§.1.Verſ.ultim.de except. [d] *l.minor 51.in prin. De procur.l.ſi pu[illegible] hereditate 89. De acquir. vel omitt. hered.* Don.*lib.21.com.cap.14.pag.550.* & *ſeq.* At C[illegible] *in paratit.C.de fidejuſſ.min.aliter accipit modò citatas ll.*

Qu[illegible]d ſi fidejuſſor ignoraverit minorem eſſe, pro quo intervenit, nunquid reſtitutio minoris proderit ipſi fidejuſſori? Ita cum Cujacio [a] putamus. [b] 89

[a] [illegible] *paratit. C.de fidejuſſ.min.* Vide eund. Cujac.*in lib.10.quæſt. Papin. pag.262.* & *ſeq. col.1.* [illegible] *obſerv.c.23. in fin.* [b] *per l.ſi Titius 48.§.1. de fidejuſſ.facit quoque l.in cauſa,13.§.1.in* [illegible] *min.*

Poſtulatur beneficium hoc adverſus patrem quoque, itemq; dominum, cujus filiusfam. vel ſervus aliquem circumſcripſit, & quidem de eo, quod [illegible] ipſum pervenit, peculii ſaltem nomine. 90

l.quod ſi 24. §.ſervus 3 de min.

Poſtulatur quoque interdum reſtitutio in integrum adverſus rei, in qua læſus eſt, poſſeſſionem, licet qui circumſcriptus eſt, nihil cum eo contraxerit. 91

l.in cauſa 13. §. interdum, de min. & *l.metum 9.§.ul. ff.quod met.cauſ.*

Petitur autem in integrum reſtitutio de re agenti amiſſa; [a] modò ea non ſit admodum minima, nec rei majori præjudicet. [b] 92

[a] *l.2. C. in quibus cauſ. in integr. reſtit. nec non eſt, d.l. quòd ſi minor.24.§. reſtitutio, ff.de minor.* & *l.un.C.de reputat.quæ fiunt in judic.* [b] *l.4.* ubi Bart. & Cujac. *de in integr. reſtit.l.ſi proprietarium 22.in fin.de damn.infect.* Schurf.*conſil.27.n.3.cent.1.*vide Iaſon.*ad Auth.qui rem* [illegible] *S. Eccleſ.* & *ad l.ſciendum 15.ff.qui ſatiſdat.cog.* Cævall.*quæſtion.658.*

Sed dubium eſt, poſſitne reſtitutio à minore poſtulari adverſus tres conformes ſententias? Hic vota interpretum, ut & præjudicia Cameralia variant [a] Nos in ajentem ſententiam proniores ſumus. [b] 93

[a] Vide Mynſing. *obſervat. cent.3. obſervat.* 84. [b] Tum quia & hic reſtitutionis cauſæ, læſio & [illegible] unicum ætatis adſunt; Tum quia etiam minor adverſus ipſam rem judicatam reſtitui in integrum poteſt, nec diſtinguitur, ſemel an ſæpius ſententia conformis adverſus eum ſit [illegible]nunciata.

Circa rem, cujus nomine fit reſtitutio, & illud notandum, quod petenti reſtitutionem in integrum imputari quædam ſolent, ut ea vel reddat, vel compenſet. Exempli gratia, ſi reſtitutus adverſus venditionem & traditionem fundi deſideret etiam fructus ſibi reſtitui, quos emptor percepit, cum fructibus compenſare debet uſuras, vel precium reddere cum uſuris, & ſumptibus meliorati fundi. Sic reſtitutus adverſus emptionem recipit precium cum uſuris, & fundum reſtituit cum fructibus. Reſtitutus item adverſus tranſactionem reddit, quod accepit ex tranſactionis cauſa, & viciſſim, ipſi redditur, quod dedit cum acceſſionibus & omni cauſa. 94

[illegible]*.C.de repu.l.patri 27. §.1.Verſ.prædium quoque de min.l.ſive herede 32. §. interpoſito de* [illegible]*.* & *p.ric.tut.l.prædiorũ 10.C.de præd.* & *al.reb.min.*Sed obſtare videtur *l.pen.C.de his,* [illegible]*,metuſve cauſ.*

Similiter reſtitutus abſtinendi gratia reddit id omne, quod ex hereditate percepit, aut dolo malo fecit, quo minus percipere poſſet. 95

[illegible] §.ſed & cum minor. C.de repu.d.l. ait prætor 7.§.ſed et ſi hereditatem, Verſ.plane qui [illegible] *5.de minor.*

Eadem

96 Eadem ratione ſi minor, qui pro alio novandę obligationis gratia intervenit, reſtituitur adverſus creditorem, reſtituitur quoque ipſi creditori vetus actio in veterem debitorem.

d.l.un.§.ſed ſi interceſſit C.de reput.

97 Quod attinet conditionem poſtulata ejus nomine in integrum reſtitutione, conſiſtit ea in hoc, quòd omnia in ſuo ſtatu manere debent, donec controverſia finiatur. Unde executio ſententiæ impeditur, modò in continenti reſtitutionis cauſa doceatur.

l.un.ubi Cujac.C.in integr.reſtit.poſtulat.ne quid novi fiat. Mynſing.*cent.1.obſ.48.* & *cent.6.obſ.80.* Wurmbſ.*lib.pract.obſervat.tit.25.obſervat.1.* Anton.Capic.*deciſ.53.* per totum

98 Si tamen præſumptiones adſint, quòd malo animo, & cauſa impediendi effectum ſententiæ reſtitutio petatur, ante omnia executioni ſententia mandari debet, recepta tamen à victore idonea cautione, ſe univerſa, quæ occaſione ſententię medio tempore perceperit, reſtituturum, ſi in cauſa adverſarius prævaluerit.[a]

c.ſuſcitata,ubi Panorm.*ex.de in int.reſt* Mynſ.*cent.1.d.obſ.48* & *cent.4.obſ.80.*

99 Iteratò autem in una eademq; cauſa reſtitutionis in integrum auxilium peti non poteſt:[a] ut nec ſi denegatum ſemel fuerit, niſi defenſiones novæ prætendantur à minore.[b]

[a] *l.ult.C.ſi ſap. in integ. reſt. poſt.* Paul.*lib.1.ſent.tit.7.§.integri,ubi integri,ait,* reſtitutio non plus ſemel eſt decernenda. Maurit.*de in integr.reſtit.cap.132.* [b] *l.1. C.ſi ſap. in integr.reſt.poſt.* *c.ult.ext.de reſt.min.* Mynſing.*cent.1.obſ.52.*

100 Tempora reſtitutionis in integrum definiuntur quadriennio continuo intra quod agenda & peragenda eſt reſtitutionis in integrum cauſa.

*l.ultim.*ubi Dd. *C.de in integ.reſt.l.ult. C.de repud. hered.c.1.* & *c.2.tit.de reſtit. in int. in 6.gl. in c.1.ext.eod.tit.* Bart.*ad l. Remp. C. de I. Reſpub.* Wurmbſ.*lib.1.obſ.pract. tit.* ... Hartm.Piſtoris *lib.quæſt.jur.quæſt.37.n.62.* Mynſing.*cent.1.obſerv.54.* Hoc tamen ... mera Imperiali non obſervatur, ſed & longo poſt quadriennium intervallo lis agitatæ ... tionis deciditur, ut notat idem Mynſ.*d.obſ.51.* Quærunt autem *Dd.* an læſio minoris ... enormiſſima, ut vocant, quadriennium longiùs producat ad ſpacium 30. annorum ... nel. *ad l.2.C.de reſcind.vend.p.2.c.4.num.14.* & *ſeq.* Covarr.*lib.1.var.reſol.cap.3.n.10.* ... *lib.2.controv.illuſtr.* Quadriennium autem & hic definitum communiter ſentiunt Dd. ... Matthæ.de Afflict.*deciſ.175.* Hartman. Piſtor.*lib.1.quæſt.jur.quæſt.37.num.62.* Et ... hanc ſententiam judicatum in ſuprema Curia Wirttembergenſi, *Anno* 1606.*die 9.Decem.*

101 Sed nunquid idem tempus præſtitutum reſtitutioni, quæ ob dolum deſideratur? Ita putamus.

Per generalem textum *d.l.ultim.verſ. quod non ſolùm C. de temp. in integ. reſt* & *l. ult. verſ. Sin autem vel minor, C. de repud.hered.* Sed obſtare videtur *text.in l.ult.C ... mal.*

102 Prædictum autem quadriennii tempus numeratur minoribus ex die primo anni 26. in diem extremum anni 29.[a] vel ex die, quo inſinuaverunt ætatis veniam.[b] Militibus verò, ex die miſſionis,[c] & aliis abſentibus Reipublicæ cauſa ex die reditus.[d]

[a] *d.l.ult.§.ult.C.de temp.in integ.reſt.* Schurpf.*conſ.27.n.5.cent.1,* & *conſ.14.n.7.cent ... quæ,5. C.dict.tit.* [c] *l.1.C.eod.* [d] *d.l.ult.in princ.ibi,numerari ex eo die, quo annus utilis ...* & *§.ult.ubi gl.in verbo non abſimilis.C.d.t.* & *l.3.C.de reſt.mil.*

Sed

Sed vetus [illegible] eſt, cùm quis eſt læſus in [illegible] plù modici temporis, an 103
habeat ille [illegible] totum ad ſui reſtitutionem? Et ferè obtinuit, ſa-
[illegible] è læſo, [illegible] reſtitutionis intra quadriennium peragere, ſed incho-
[illegible] intra illud temporis ſpacium, quo læſus eſt.

[illegible] plus reſtitutio adfert, q[illegible]am læſio abſt[illegible], *l. ſed et ſi. 26. §. ſi feriæ*, ubi Coſtal. *ff.* [illegible] *maj. Clem. un.* ubi Cardinalis, *tit. de in integr. reſtit. l. ult. de min.* vide gloſſ. *in l.* [illegible] *ff. ex quib. cauſ. maj.*

Et quia, ut ſuprà diximus, heredibus quoq; in integrum reſtitutio com- 104
[illegible], non ineptè hoc loco quæri poteſt, quod in horum perſona reſtitutio-
[illegible] obſervandum ſit tempus? Mynſingerus ſic demum ad heredes reſtitu-
[illegible]is beneficium tranſmitti ſcribit,[a] ſi à defuncto intra quadriennium pe-
[illegible] reſtitutio fuerit. Si non ſit poſtulata à defuncto reſtitutio, nec ejus he-
[illegible] eam tribui exiſtimat.

[a] *Cent. 4. obſerv. 19. in fin.*

Verum enimverò quæſtionem hanc non ſine diſtinctione quiſquam re- 105
[illegible] expediet. Minor ſi minori heres exiſtat, heres ex ſua non defuncti per-
ſona in integrum reſtitui poteſt, ſi ex defuncti perſona ſe reſtitui omiſerit.

[illegible] *interdum, 19. de min. l. ex qua 5. §. ſi quando, C. de temp. in int. reſt.* Iul. Paul. *lib. 1. ſent. tit.* [illegible] *ſi minor minori*, ubi Cujac. Idem Cujac. *ad l. 6. de in integ. reſt.*

Si minor majori nondum completo legitimo tempore, (puta menſis 106
[illegible] ſupererat) ſucceſſerit, heredi poſt legitimam ætatem non datur to-
tum quadriennium, ſe ex perſona defuncti id duntaxat tempus, quod de-
functo ſupererat, puta menſis tantùm ei datur.

d. l. interdum, 19. verſ. planè ſi defunctus de min. d. l. ex qua 5. quod ſi major 2. C. de temp. [illegible] *reſtit. l. ultim. in fin. C. ſi maj. fact. alien. fact. ſine decr. rat. hab.* Cujac. *ad d. l. 6. de in integ. reſtit.* & ad Iul. Paulum *lib. 1. ſent. tit. 9. §. ſi minor minori* & *in parat. C. de temp. in* [illegible] *reſtit.*

Quod ſi verò major ſucceſſerit minori, ſtatim ab adita hereditate heredi 107
datur quadriennium ex perſona defuncti. Unde ſi vicenario major ſucceſ-
ſerit non anni novem, ſed quatuor ſucceſſori ad reſtitutionem dabuntur.

[illegible] *5. §. ult. C. de temp. in integ. reſt. l. minor autem 18. §. ult.* & *l. ſeq. de min.* & *l. 4. de in* [illegible] *l.* Cujac. *ad l. 6. de in integ. reſtit.* & *in parat. C. de temp. in integr. reſtit.*

Sin major majori ſucceſſerit, ſtatim ab adita hereditate id tempus here- 108
[illegible], quod defunctus habuit.

Accurſ. *in d. l. ex qua, 5. §. ultim. in verbo, ſupputentur. C. de temp. in integr. reſtit.* Cujac. *in parat.* [illegible] *od. tit.*

Reliquum eſt, ut de forma & proceſſu judicii petitionis reſtitutionis in 109
integrum videamus. Reſtitutionis in integrum petitio inſtituitur coram
judice illius, contra quem poſtulatur reſtitutio:[a] ſive ordinarius ille fuerit,
ſive ei delegata ſit hujus cauſſæ cognitio.[b] Coram judice autem compro-
miſſario vel arbitro peti non poteſt.[c]

[a] *l. 2. Cod. ubi* & *apud quem cogn. reſt. in integr. ag.* Quandoque tamen non in foro Rei [illegible] in conſiſtorio Principis petenda eſt in integrum reſtitutio, puta ſi poſtuletur ea adverſus [illegible]em, *l. niſi 10. juncto §. ult. l. præcedentis, ff. de min.* vel adverſus rem judicatam à Procu- [illegible] Cæſaris, *l. 1. C. ubi* & *apud quem,* &c. vel ab eo qui vice ſacra judicat, veluti vicario aut præfecto urbi, *l. 3. C. ſi adv. rem judic.* vel à judice dato à Principe, *l. minor, 18. §. pen. de min. c.*

pen. ext. de in integr. reſtit. [b] *l. ult. C. ubi & apud quem, &c.* [c] *d. l. ult. Verſ. ſed ne quis, C. d. tit. & d. c. pen. ext. de in integr. reſtit. & argu. l. 2. C. de juriſd.* Quid ſi incidenter petatur reſtitutio in integrum? Non poteſt coram compromiſſario, vel arbitro jure fieri, *d. l. ult. in.* ubi Bald. contra Bart. *C. ubi & apud quem, ubi allegatur l. 1. C. ſi adverſ. libert.*

10 Et deſideratur etiam ad hanc litem ordinarius proceſſus, puta citationes, [a] libellus, [b] litis conteſtatio [c], probatio, [d] & cauſæ cognitio. [e]

[a] *l. in cauſa 13 in princ. Verſ. cauſa enim de minor. l. un. ibi, præſente adverſa parte, C. aut dot. Auth. ſi omnes, ibi præſentes ſunt, item ibi, à judice vocentur, item ibi, ſolenniter à judice citentur, C. ſi min. ab hered. ſe abſt.* Mynſing. *cent. 1. obſerv. 49.* [b] Capella Tholoſ. *deciſ. 55. nu.* Mynſing. *d. obſerv. 49.* [c] *l. ult. ibi ad interponendam conteſtationem C. de temp. in integr. reſtit.* Mynſing. *d. obſerv. 49.* [d] Minor autem duo probare tenetur, ætatem ſcilicet minorem, & læſionem, *l. intra 39. in princ. de minor. l. nam poſteaquam, 9. §. ſi minor, de jurejur.* Dd. tamen tria minori probanda eſſe tradunt, quidam addunt quartum. Vide Mynſing. *cent. 4. obſerv. 16. & 21.* Quæ probare teneatur, ſi contra appellationem omiſſam reſtitui velit, docet idem Mynſing. *cent. 4. obſerv. 17.* Civitas quoque hac in parte jure minoris quæ utitur, ſimiliter læſionem probabit. Hartman. Piſtoris *libr. 1. quæſt. 37. nu. 56.* ut & Eccleſia, *toto titul. extr. de in integr. reſtitut.* Major item & læſionem & cauſſam læſionis probare planè cogitur, *l. interpoſitas 1? C. de tranſact.* Mynſing. *cent. 1. obſerv. 49.* [e] *l. 3. l. ult. de in integr. reſtit. l. 4. C. de his quæ vi metuſve cauſ. l. 2. C. de dolo mal. l. ea qua 11. C. de temp. in integ. reſt.*

CLASS. VI. DISPUTATIO XI.

DE CONCURSU ET CUMULATIONE ACTIONUM.

THESIS I.

EXpoſitis cognitisque actionum ſpeciebus, proxima inſpectio erit de concurſu & cumulatione actionum.

De qua materia videndi ſunt Cujac. *lib. 8. obſer. cap. 24.* Hotoman. *illuſtr. quæſt. 29.* Donell. *lib. 21. comment. cap. 3.* Fachin. *lib. 9. controv. 2.* Krembergk. *ad §. cæterum. 6. Inſtit. quod cum eo qui in alien. poteſt. pag. m. 676. & ſeqq.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 3. de continent. cauſ. cap. 10. & 11.* Althuſ. *lib. 3. dicæolog. cap. 20. & alij.*

2 Cum enim jus civile, ut concurſum actionum, [a] ſic & (licet quibuſdam ſecus videatur,) [b] actionum quarundam cumulationem [c] admittat, non abs re fuerit, utriuſque conditionem hic ſeorſim inſpicere.

[a] *l. qui ſervum 34. ff. de oblig. & act. & l. ſi quis 88. ff. de furt. cujus utriusq; legis inſcriptionem inſpice.* [b] Dn. Obrecht. *in explicatione quæſt. de pluribus concurrentibus actionibus, & de cumulatione actionum.* [c] *l. ſi idem 11. in princ. ff. de juriſd. l. ult. C. de annali except. l. heredes 2. §. de pluribus. 5. ff. famil. erciſc. & l. cum duobus 25. §. ſi plures. 14. ff. pro ſocio.*

3 Concurſus actionum eſt, cùm plures actiones, circa rem eandem jure proditæ ſunt, de quibus quæritur, an iis omnibus, & quatenus uti liceat, nec ne?

l. nemo ex iis 43. §. 1. l. nunquam 130. ff. de reg. jur. §. ult. Inſt. ſi quadr. pauper. feciſſ. d. l. qui ſervum 34. in princ. & l. nunquam 60. ff. de O. & A. cum ſimilibus. Conſil. Marpurg. 30. Plebſt. *ſibeſ. 72. diſſ. 1. ad jur. Württ.* Beſold. *ibid. theſ. 50.*

Dico autem: CIRCA EANDEM REM, non dico, EJUSDEM REI NOMINE. Per hunc enim poſteriorem loquendi modum ſignificatur res una eademq;, quæ actione alia atq; alia peti poteſt, [a] cùm tamen actiones quædam concurrant, quarum unâ perſequimur hanc, alterâ verò illam, atque ita aliam & diverſam rem, quæ & ipſæ circa eandem rem, quæ tamen ſæpè non petitur, concurrunt, & concurrentes actiones dicuntur; veluti ſi ſervus alienus injurioſè verberatus & vulneratus ſit. Circa hunc enim ſervum duæ actiones concurrunt, una legis Aquiliæ, altera injuriarum, ipſe tamen ſervus non petitur. [b] 4

[a] *l. nemo ex his, 43. §. 1. ff. de reg. jur.* [b] *d. l. qui ſervum 34. in pr. ff. de O. & A.* Dn. Obrechto tamen placet hic alter ille loquendi modus.

De concurrentibus autem actionibus notanda eſt diſtinctio hæc: Actiones, quæ circa rem eandem concurrunt, aut diverſarum rerum obtinendarum nomine competunt, aut competunt uniùs ejuſdemque rei ſive pecuniæ nomine. 5

Primi generis actiones primùm ſunt illæ, quarum una rei perſecutoria eſt, altera tantùm pœnæ perſecutoria, puta actio furti, & condictio furtiva, circa rem furto ablatam concurrentes: actio item furti & actio commodati, ſive pro ſocio actio, circa rem commodatam aut in ſocietatem deductam concurrentes. 6

Harum actionum ea eſt conditio, ut non modò una alteram non conſumat, ſed nec alia alii ita obſtet, quo minus cum una egerimus, liceat etiam altera experiri. 7

l. Si pro fure. 7. §. 1. ff. de condict. furt. l. rei communis 45. & l. ſi actione 50. ff. pro ſocio. Sed obſtare videtur *l. ſi is cui 71. in prin. ff. de furt.*

Deinde primi generis actiones ſunt illæ, quarum una rei perſecutoria eſt, altera miſta, tàm ejuſdem rei, quàm pœnæ perſecutoria. 8

Quòd ſi miſta actio arbitraria fuerit, tollitur ea omnimodò per rei perſecutoriam actionem, & hæc per illam. Actio enim rationibus diſtrahendis, quæ miſta eſt in duplum, & arbitraria tollitur per tutelæ actionem, ut & per condictionem furtivam, & hæ etiam tolluntur per illam. 9

l. 1. §. in tutela 21. & l. 2. §. 1. ff. de tut. & rat. diſtr.

Similiter ſi rei perſecutoria actio arbitraria cõcurrat cum miſta actione arbitraria, una aliam tollit. Nam per rei vindicationem, item per doli actionem tollitur actio. Quod metus cauſa, & per hanc etiam abſorbentur illæ. 10

l. metum 9. §. licet l. item ſi cum 14. §. Eum qui 13. & l. ſi mulier 21. §. ult. ff. Quod met. cauſ.

Quòd ſi verò actio rei perſecutoria concurrat cum miſta actione, quæ arbitraria non eſt, tunc per illam hæc non tollitur omnimodò: In id namq; ſupereſt, quòd amplius in ea eſt. Per condictionem enim furtivam non tollitur omninò actio vi bonorum raptorum, [a] nec legis Aquiliæ actio, [b] neque per commodati actionem abſumitur omninò actio legis Aquiliæ. [c] At priùs mota actio miſta tollit actionem rei perſecutoriam. [d] 11

[a] *l. pen. ff. vi bon. rapt.* [b] *l. 2. §. quaſitum, ff. de privat. del.* [c] *l. unde 7. §. ult. ff. commod. l. qui ſervum 34. §. ult. ff. de O. & A.* ubi Donell. *lib. 21. comment. cap. 3. pag. 658. & ſeq.* legendum

 putat

putat non remanere. In fine autem ejuſdem §. negationem retinet. Cujac. verò *lib. 3. obſerv. cap. 25.* & Hotoman. *lib. quæſt. illuſtr. quæſt. 29.* eodem loco Florentinam lectionem probat, ſed in fine ejuſdem §. Cujac. rejiciendam putat negationem, & legendum, locum habet. Nos utrobiq; Florentinam lectionem retinendam ducimus, *per text. in d. l. unde 7. in fin. ff. commodati, d. l. qui ſervum, §. ult. ff. de O. & A.*

12 Sed nunquid idem dicemus, ſi locati actio concurrat, cum actione arborum furtim cæſarum, aut legis Aquiliæ actione? vel cum eadem actione legis Aquiliæ concurrat pignoratitia vel depoſiti actio? ſic ſanè, quamvis utroque caſu textus quidam obſtare videantur.

De caſu priore *eſt text. in l. ſi colonus 9. ff. arbor. furt. cæſar. & l. vulneratus 43. ff. locat.* De caſu poſteriore *in l. in rebus 18. §. ſive autem pignus, in fin. ff. commod,* vide Cujac. 8. *obſervat. cap. 24.*

13 Quòd ſi mixta actio in factum ex edicto, de calumniatoribus in quadruplum concurrat cum condictione ob turpem cauſam, licèt Ulpianus alterutram ſufficere actionem ſimpliciter ſcribat,[a] attamen ita exaudiendus eſt, ut ſi priùs egero in quadruplum, non amplius condictione ob turpem cauſam experiri poſſim. Sin condictione illa priùs egero, ut etiam non agam pòſt in quadruplum, ſed in triplum duntaxat, quod plus eſt in ea in factum actione.[b]

[a] *l. in heredem 5. §. 1. ff. de calum.* [b] *Arg. d. l. unde 7. in fin. ff. commod. & d. l. qui ſervum 34 §. ult. ff. de O. & A.* Cujac. *d. lib. 8. obſerv. cap. 24.*

14 Adhæc primi generis concurrentes actiones ſunt perſonalis actio ad exhibendum, & vindicatio. Harum autem prior non tollit poſteriorem, cùm illa hujus ſit præparatoria.

l. 1. & l. 2. l. 3. §. 3. ff. ad exhib.

15 Denique primi generis concurrentes pœnales actiones ſunt, quæ ex diverſis factis, diverſiſq; delictis naſcuntur, quarum conditio hæc eſt, ut una intentata aliam non conſumat.

l. 2. in prin. ff. de privat. delict. l. 60. ff. de O. & A. & l. nunquam 130. ff. de R. Iur. & §. ult. Inſt. ſi quadr. paup. fec.

16 Qui igitur hominem ſurripuit & occidit, quia occidit, Aquiliâ, quia ſurripuit furti tenetur, neque alteram altera conſumit.

d. l. 2. §. 1. ff. dict. tit.

17 Idem dicendum, ſi quis animal idem vi rapuit, & poſtea occidit. Nam & vi bonorum raptorum & Aquiliâ, tenebitur.

d. l. 2. §. 2. ff. de privat. delict. Cujac. *lib. 8. obſerv. cap. 24. verſ. pœnales actiones voce.* Diſſent. Donell. *lib. 21. comment. cap. 3. pag. 659. verſ. Quòd ſi plures.*

18 Si quis item rem eandem ſurripuit, modò manifeſtò, modò nec manifeſtò, actio furti manifeſti non conſumit actionem furti nec manifeſti.

l. vulgaris 21. ff. d. furt.

19 Similiter ſi quandam rem tutor in gerenda tutela abſtulerit, & ſurripuerit, duo facta & duæ obligationes intelliguntur tutelæ adminiſtratio & furtum, & ex utraque actor ſolidum conſequitur.

l. 1. §. in tutela, junct. §. ſeq. & l. 2. ff. de tut. & rat. diſtr.

20 Et ſi quis feram beſtiam ibi habuerit, ubi vulgò iter ſit, & nocuerit beſtia

ſta tranſeunti, actio ædilitia non tollet actionem de pauperie.

§. ult. Inſtit. ſi quadr. paup. feciſſ. dic.

21 Secundi generis concurrentes actiones, ut quæ unius rei nomine competunt, aut omnes ſunt rei perſecutoriæ, aut omnes ſunt pœnales.

22 Si omnes rei perſecutoriæ fuerint, diſpiciendum, utrùm ex una vel diverſis cauſis natæ ſint.

23 Ex una cauſa omnes ſi deſcendant, una alteram conſumit, proindeq; unâ tantummodò uti, eaq; contentus eſſe actor debet.

l. Plura 53. in pr. verſ. Nam ſi ex una ff. de O. & A. & l. nemo 43. §. 1. ff. de R. I.

24 Hinc ſi ſervus permittente Domino negocietur, & in merce peculiari contrahat, tenetur ſervi Dominus creditor, & tributoria & de peculio actione, at una inſtituta non datur regreſſus ad alteram.

l. quod in herede 9. §. 1. ff. de tribut. act.

25 Similiter ſi is, cui rem commodavero, eam ſurripuerit, ex hoc uno facto tenebitur quidem & commodati actione, & condictione furtiva, ſed altera actio alteram perimit.

l. qui ſervum 34. §. 1. ff. de O. & A. & l. ſi is 71. in pr. ff. de furt. ubi furti actio eſt condictio furtiva, gloſſ. ibid. Donell. 21. *comment. cap. 3. pag. 656. & ſeq.* Cujac. *lib. 8. obſerv. cap. 24.*

26 Si quoque colonus ex conducto fundo aliquid ſubtraxerit, ex una hac cauſa tenetur ex locato & condictione furtiva, at hæ actiones inter ſe miſcentur, ut una inſtituta altera ceſſet.

d. l. qui ſervum 34. §. 2. ff. de O. & A.

27 Socius quoque ſi rei communis furtum admiſerit, ex uno hoc facto & condictione furtiva & pro ſocio tenetur, ſed una harum intentatâ altera ceſſat.

l. Sed ſi 47. in princ. & l. ſed actione 50. ff. pro ſocio.

28 Quod ſi tamen ita ſint comparatæ hæ actiones rei perſecutoriæ, ex una cauſa deſcendentes, ut in altera quid pluris ſit, non impeditur actor, ſi prius leviorem egerit, alteram quoq; poſtea movere, ad conſequendum id quod in ea plus continetur.

l. ſi quis 11. cum duab. leg. ſeqq. & d. l. ſed ſi 47. in princ. ff. pro ſocio, & l. prædia 28. ff. de act. empt. & d. l. l. qui ſervum 34. in pr. verſ. ſed & hæc ſententia. ff. de O. & A.

29 Cùm paris ſunt quantitatis hæ actiones, tunc priùs inſtituta, ut diximus, alteram (ſi per priorem illam res exacta ſit) perimit, vel ipſo jure, vel per exceptionem.

d. l. qui ſervum 34. §. 1. ff. de O. & A.

30 Ipſo jure perimitur poſterior actio, ſi ea bonæ fidei fuerit: Per exceptionem verò ſi poſterior illa actio ſtricti juris ſit.

Per l. ſi is cui 71. in prin. ff. de furt. Donell. 21. *comment. cap. 3. pag. 656.*

31 Ex diverſis cauſis natæ ſi fuerint plures ejuſdem rei actiones, una in judicium deducta, altera nihilominus integra remanet, ſive cauſæ illæ ſimiles ſint, ſive diſſimiles.

32 Is enim, qui venditorem obligatum habet, ſi heres exiſtit ei, qui eundem venditorem obligatum habebat, duas actiones habet, unam propriam, al-

teram hereditariam: atq; hac utraq; uti poteſt, propria ante aditam hereditatem, hereditaria, poſt hereditatem aditam. Quòd ſi antequam propriam inſtitueret actionem, adierit hereditatem, unam quidem movere actionem poteſt, ſed ita, ut per eam utriuſq; contractus ſentiat commodum.

l. non eſt noVum, ff. de act. empt. & V. nd.

33 Si item is, qui Stichum dari ſtipulatus fuerat, heres extiterit ei, cui ex teſtamento idem Stichus debebatur, ſi ex teſtamento Stichum petierit, non conſumet ſtipulationem. Et contra, ſi ex ſtipulatu Stichum petierit, actionem ex teſtamento ſalvam habebit.

l. Si is qui Stichum 18. ff. de O. & A.

34 Similiter ſi quis velit ex alia cauſa adverſus dominum tributoria agere, ex alia cauſa de peculio, audiendus erit.

l. Quod in herede 9. §. 1. de tribut. act.

35 Quòd attinet plures actiones pœnales ejuſdem rei nomine competẽtes, naſcuntur hæ, vel ex uno facto, quod plura continet delicta, [a] vel ex uno facto, quod unum duntaxat delictum continet. [b]

[a] *l. plura delicta, 53. ff. de O. & A.* [b] *l. cùm ex uno 32. ff. d. t.*

36 Unum factum plura continet delicta, ſi quis ſervum alienum injurioſè verberaverit, [a] aut ancillam alienam, virginem immaturam ſtupraverit. [b] Ex unoquoq; enim ejuſmodi facto & injuria committitur & damnum.

[a] *l. qui ſerVum 34. in princ. ff. de O. & A.* [b] *l. inter liberos 6. in prin. ff. ad l. Iul. de adulr. & l. ſi ſtuprum 25. ff. de injur.*

37 Similiter ſi quis rem alterius rapuerit, unum factum eſt, ſed duo delicta, furtum ſcilicet & rapina.

l. 1. in prin. & §. dixerit aliquis, & §. Et reſtituendi 4. Verſ. unde, ff. de public. & tit. Inſt. Vi bon. rapt. in princ.

38 Etſi autem plura hujuſmodi delicta, plures admittant actiones, non tamen omnibus uti poſſumus, [a] niſi in una quid ampliùs ſit, quàm in altera. Hoc enim caſu ſi priùs leviori ſit actum, non prohibemur poſtea uti & altera ad conſequendum id quod in ea eſt amplius. [b]

[a] *Plura 53. in princ. ff. de O. & A.* [b] *l. qui ſerVum 35. in princ. ff. d. t.*

39 Unum factum continens unicum duntaxat delictum, plures antè actiones producens eſt, ſi quis alienas arbores furtim ceciderit. Nam ex facto iſthoc & legis Aquiliæ & arborum furtim cæſarum naſcitur actio.

l. 1. junct. l. furtim 7. §. 1. ff. de arbor. furtim cæſar.

40 Harum autem actionum eadem eſt conditio, quippe cum iis omnibus experiri quidem permiſſum ſit; [a] ſed ita ut judex in poſteriore deducat id quod actor ex prima conſecutus eſt, & in reliquum condemnet reum. [b]

[a] *l. cum ex uno 32. ff. de O. & A.* [b] *l. 1. ff. arbor. furt. cæſar. & l. quotiens 41. §. 1. ff. de O. & A. ubi pro* id conſequatur *legendum,* nil conſequatur. Cujac. 3. *obſerV. cap. 25.* & Hotom. *lib. quæſt. illuſtr. quæſt. 29.*

41 Sequitur de Actionum cumulatione; quæ eſt coacervatio pluriũ actionum ab eodem adverſus unum vel plures eodem in judicio propoſitarum jure riteq; facta.

l. Si idem

l. Si idem 11. in prin. ff. de juriſd. & l. 1. §. quia autem, ff. Quod legator, Novell. 4. cap. 2. verſ. contra, l. fundum 16. & l. fundi 18. ff. de except. Bart. *ad l. edita, num. 13. Cod. de edend.* definit in hæc verba: Cumulatio eſt unius actionis cum alia coadunatio, Bald. vero *ad l. 1. nu. 25. ff. de fideicom.* hoc modo: Cumulatio eſt plurium actionum ſeſe contingentium in uno vel pluribus libellis conjunctio. Oldendorp. *in Enchirid. except. cap. de exceptione inepta cumulationis in princ.* Cumulatio, ait, eſt coacervatio ſeu conjunctio plurium actionum, una atque eadem editione apud eundem judicem ab eodem facta, gratia minuendarum litium permiſſa. Cumulatio itidem Actionum regulariter permiſſa eſt, niſi inveniatur prohibita. Ferrar. *in form. libell. in action. real. num. 14.* & Votor. Cameral. *tom. 2. part. 2. Vot. 43.* Gravæ. *concluſ. practicab. 63. lib. 1.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. vol. 2. deciſ. 154.* Hiltrop. *in proceſſ. fol. m. 275.* Obrecht. *de libell. cap. 24.*

In cumulatione autẽ actionum ſpectamus, tùm quæ actiones rectè coacerventur; tùm modum & formam conjungendarum actionum: tùm denique officium judicis in proferenda ſententia de actionibus conjunctis. 42

Rectè autem cumulantur actiones illæ, quæ & ſpecie, & re, quæ petitur, & cauſa petendi planè ſunt diverſæ.[a] Petitio ergo ſortis & uſurarum rectè eodem in judicio conjunguntur.[b] 43

[a] Bart. *ad l. edita nu. 15. & 16. C. de edend.* Iohan. Petr. Ferrar. *in pract. aurea in forma libelli in act. reali in verb. ſalvo jure addendi, nu. 11.* Zaſius *ad §. ſi minùs, Inſt. de act.* Eberhard. Speckhan. *cent. 1. quæſt. 66.* Hotoman. *illuſtr. quæſt. 29.* [b] Mynſing. *cent. 1. obſerv. 57. & cent. 5. obſerv. 83. nu. 5.* Andr. Geil. *lib. 1. obſerv. 123. nu. 4.* Compilator *deciſ. dub. Camer. Imp. tit. Act. cumulat. pag. 9. verſ. Sors. cum uſur.* & Petr. Frid. Mind. *3. de continent. cauſ. c. 11. nu. 22.* Plebſt. *diſp. 1. ad Stat. Würtemb. theſ. 139.*

Actio item ex vendito in decem, & certi condictio ex mutuo in viginti, & actio depoſiti in triginta, rectè eodem in judicio, ab eodem actore contra eundem reum ſimul cumulantur. 44

l. Si idem 11. in pr. ff. de juriſdict. Bart. *ad l. edita nu. 16. C. de eden. & ibid. etiam Alciatus verſ. Quid de cumulatione dicendum, Mind. lib. 3. de continent. cauſ. c. 11. concluſ. 6.*

Actiones quoque pœnales ex pluribus delictis, alio atq; alio facto commiſſis rectè ſimul conjunguntur, cum alia aliam nõ conſumat,[a] ut eſt actio furti, & actio legis Aquiliæ competentes contra eum, qui eundem hominem ſurripuit & occidit.[b] 45

[a] *l. penult. ff. de O. & A. l. nunquam 136. ff. de R. I. & §. ult. Inſtit. ſi quadr. paup. fec. dic.* Ferrar. *in forma libelli in actione hypothecaria, in verb. Ex memoratis cauſis, nu. 10. verſ. Tertia regula eſt,* Petr. Frid. Mind. *lib. 3. de contin. cauſ. cap. 10. nu. 9.* [b] *l. 2. in princ. & §. 1. ff. de privat. delict.*

Coacervatur quoq; rectè cum poſſeſſorio petitorium, id eſt, interdictum adipiſcendæ, vel recuperandæ poſſeſſionis, cum vindicatione:[a] quamvis nonnulli diſſentiant.[b] 46

[a] *c. 2. & c. paſtoralis, & c. cùm dilectus, extr. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. l. cùm fundum 18. §. ult. ff. de vi & vi armat. & l. 3. ibi, orta proprietatis & poſſeſſionis lite, C. de interdict. & l. 1. Cod. de appell.* Facit. *l. Et an eadem 14. in fin. ibi, quoniam in interdicto poſſeſſio, in actione proprietas vertitur, ff. de except. rei jud. & l. naturaliter 12. §. 1. & l. ſi quis 17. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* Cujac. quoq; hanc cumulationem probat in comment. *in lib. 26. quæſt. Papin. ad l.* 41. ubi reſpondet ad *l. pen. in pr. ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* [b] vide Lanfranc. *ad tit. extr. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. cap. 4. num. 12. & ſeqq.* Ex Neotericis haud levibus argumentis

impugnat

impugnat hanc cumulationem Donellus *ad d.l.3.n.4. & ſeqq. C. de interdict.* De hac cumulatione vide Matth. Weſenbec. *conſ.*169. Paul Chriſtin. *Vol.2.deciſ.*154. Cravett. *conſ.*943.

47 Sed nunquid idem de interdicto retinendæ poſſeſſionis ſentiendum? Cum hoc interdicto vindicationem purè conjungi poſſe non putamus, ſiquidem illo qui agit, ſe poſſidere intendit:[a] Hac qui experitur, adverſarium non poſſidere dicit:[b] Duo autem contraria ſimul proponi non poſſunt.[c]

[a] *l.1.§. Eſt igitur, & tot.tit. ff.uti poſſid.* [b] *l.un. C.de alien. judic. mut. cauſ. fact. §.1. ibi, poſſideat quis. Inſt.de act.cum ſimilib.adſcriptis theſ.2. ſub lit. E. diſput.23. Claſs.5.* [c] *l.hæc verba, ille aut ille, §.2.ff.de V.S. & l.ubi repugnantia, ff.de Reg.Iur.* Et eſt communis ſententia, quod cum hoc interdicto vindicatio regulariter cumulari non poſſit, ut oſtendit Menoch. *de re. ad. poſſ.rem*3.*nu*512. *& ſeqq.nu.*526. *& ſeqq.& nu.*531. & Vincent. Honded. *conſult.22.num.*16 *part.2.Vol.2.* vide quoque Fachin. *lib.8.controv.cap.6.* ubi rationes Bartoli pro negata ſententia memorat, ſed pleraſq; rectè refutat. Ipſe autem Fachinæus d.loco admittit hanc cumulationem per *l.naturaliter* 12. *§.1. ff.de adq. vel amit. poſſ.* Cujac. *quoq; lib.7. obſerv.c.*38. exiſtimat, quod & de retinenda poſſeſſione per interdictum uti poſſidetis, & vindicatione ſimul agi poſſit, ſi modò non conſtet actorem poſſidere.

48 Quid verò ſi adverſarius rem detineat ſaltem, actor autem poſſideat, rectènè cumulatio interdicti retinendę poſſeſſionis & vindicationis fieri poteſt? Dd. adfirmant,[a] ſed non video quo caſu locus eſſe poſſit interdicto uti poſſidetis, ubi reus ſaltem detineat, non autem reverà ſe poſſidere intendat, ſiquidem in hoc interdicto, uterque ſe poſſidere dicat.[b] indeq; duplex hoc interdictum dicatur,[c] ut in quo uterq; litigator & actor reus eſt.[d]

[a] Quos refert & ſequitur Menoch. *de ret.poſs. remed.*3.*nu.*522. *& ſeq.* idem ſentire videtur Weſemb. *conſil.7.nu.2.* [b] *l.1.§. inter litigatores 3. ff.uti poſſid. & §. retinendæ poſſeſſionis Inſt. de interd.* [c] *l.2.in prin. ff.de interd.* [d] *l.3.§.1. ff.uti poſſid.*

49 Sub alternatione tamen, ſive ſub proteſtatione rectè cumulantur uti poſſidetis interdictum & vindicatio.

Per l.1.§.Quia autem, ff.Quòd legator. & l.contra, C.de inoffic.teſtam. Cujac. *in comment in lib.26.quaſt. Papin. pag.41. & ſeq.*

50 Actionum injuriarum cum legis Aquiliæ actione rectè cumulari praxis oſtendit.[a] Verùm id probandũ judico, ſi ex diverſis factis, ambæ illæ actiones deſcendant, ut ſi illa ex verbali injuria, hæc ex vulneratione oriatur. Quòd ſi ex uno facto concurrant, putà ſi quis injurioſè verberatus & eodẽ facto in corpore læſus ſit, ceſſare cumulationem harum actionum puto.[b]

[a] Mynſin. *cent.1.obſerv.*25. Andr.Geil. *lib.1.obſerv.*63. [b] Cùm enim utraque actio in factum illud cõcipiatur, & illud à reo negarum non probetur per actorem, certè abſoluto reo ab actione una, ſtatim ei naſcitur exceptio rei judicatæ, quo ad alteram actionem, quo caſu cumulationem haud rectè fieri Dd. tradunt, ut poſt dicetur.

51 Etſi verò plures actiones, & ſpecie & re, quæ petitur, & cauſa petendi, ſint diverſę, attamen ſi per unam actionem alteri præjudicium fiat, ut ſi abſolutoria ab una actione productura ſit exceptionem rei judicatæ quò ad actionem alteram, cumulatio fieri nequit. Vindicatione enim fundi connecti non poteſt petitio viæ ad eundem fundum per Rei vicinum prædium, ſiquidem ſuccumbente actore in vindicatione fundi, ceſſet altera ſervitutis actio,[a] cum ſervitutem vindicare nemo poſſit, niſi qui Dominus eſt prædii cui ea debetur.[b]

[a] *l.fun-*

[a] *l.fundum* 16.*ff.de except.* [b] *l.2.§.1.ff.ſi ſervitut.vind.* & *l.1.in princ.* & *l.5.§.1.verſ. Nam & ſi fundo ff. ſi uſuſfr.pet.* Petr. Frider. Mind. *libr.3. de contінent.cauſ.cap.* 10 *num.*25. Actio tamen familiæ erciſcundæ cum petitone hæreditatis cumulari poſſe probat Iohann. Schneidevv. *ad §.quadam actiones.Inſt.de action.cap.de famil.erciſc.action.*

Cum vindicatione quoque partis fundi, quem reus totum dicit ſuum, cumulari non poteſt communi dividundo judicium, eò quod judicium hoc poſterius non competit, priuſquã de proprietate conſtet, unde ſi non probet dominium actor, ſit præjudicium alteri actioni, proindeque cùm à vindicatione abſolvatur reus, obſtat actori exceptio rei judicatę. Eadem eſt ratio vindicationis fundi & condictionis fructuum ex eodem fundo perceptorum. 52

l.fundi 18.*ff.de except.* Mind.*lib.3.de contin.cauſ.c.*10.*num.*14.

Quid ergo, nunquid cum actione perſonali haud rectè cumulatur hypothecaria actio? Doctores plerique cumulationem harum actionum admittunt [a] praxis eandem confirmat, [b] neque nos improbamus, ſi ſub alternatione concipiantur ambæ, [c] non etiam purè, [d] niſi de debito planè conſtet. [e] ut ſi debitor reus fateatur debitum. 53

[a] Guid. Papæ. *deciſ.*108. Neguſant. *tractat.de pign.* & *hypothec.part.princ.*8. *memb.1.n.9.* & *memb.2.num.*6. Marant. *diſput.6.n.4.* Ferrar. *in forma libelli action. hypoth.in verbis: Ex memoratis cauſis,num.*9. & *in formâ in actione reali,in verbis; ſalvo jure addendi n.*12. Zaſ. *ad §. ſi minus, Inſt.de act.* Petr. Frider. Mind. *lib.3. de contin.cauſ.cap.11.num.*21. Putant autem Bart. & eius aſſeclæ hoc ſpecialiter in hiſce actionibus eſſe receptum per *Novell.4.cap.2.* vide Zaſ. *d. loco* & Alciat. *ad l.edita,C.de eden.* [b] Mynſing. *cent.1.obſerv.cap.*58. [c] *per text. in l.2. ibi, vel ut totum debitum reddant, vel eo, quod detinet, cedant, C.ſi unus ex plurib.hered.* & *l.ſi fundus* 16. *§.in vindicatione pignoris, ibi. Et aut pecuniam ſolvat, aut rem reſtituat, ff. de pign.* & *hypothec.* Forma igitur hujus cumulationis eſt talis. Peto adverſarium mihi condemnari, vel ad ſolvendum debitum, vel ad traditionem hypothecæ, Andr. Geil. *lib.1.obſerv.num.*8. Mynſing. *cent.1. obſer.*58. qui ambo tamen paulò aliter libellum concipiendum putant. [d] Nam lata ſententia abſolutoria in perſonali actione facit præjudicium in hypothecaria per text. *in l.ſi deferente* 13. *ff. Quib.mod.pign.vel hypothec.ſol.* Et quia pignus ſive hypotheca eſt acceſſio ad aliquam principalem obligationem, *l.4.l.5.ff.de pign.* & *hypotec.* certè non exiſtente principali nec ſubſiſtit acceſſio. [e] Zaſ. *ad §. ſi minus, Inſt. de act.* ubi hoc ſenſu intelligit *text. in Novell.4.cap.2.* Vide Nicol. Reuſner. *vol 2. conſil.*1.

Adhæc, ſi ex diverſis cauſis res eadem petatur, actionibus ſpecie diverſis cumulatio regulariter admittitur. Actio enim ex empto quâ perſequor fundum, quem ipſemet emi ab adverſario, & actio præſcriptis verbis ex permutatione, quâ eundem perſequor fundum quod ei, cui heres extiti, ex permutatione debebatur ab eodem adverſario, rectè ſimul conjunguntur. 54

Per l.non eſt novum 10.*ff.de act.empt.* & *vend.junct.l.ſi is qui* 18.*ff.de O.* & *A.*

Actio item ex ſtipulatu, quâ perſequor fundum, quem mihi dari ab adverſario ſtipulatus ſum & actio ex teſtamento, qua eundem peto fundum, quod heres extiti ei, cui ex teſtamento fundus ille ab eodem adverſario debebatur, rectè coadunantur. 55

per text.in d.l.ſi is qui 18.*ff.de O.* & *A.* & *l.non quocunque* 82.*in fin.pr.ff.de legat.*1.

Rectè quoque conjunguntur actio tutelæ & furti actio de re pupillari, quam tutor ſubtraxit. 56

l.1.§.hunc tamen 22.ff.de tut. & rat. diſtrah.

57 Quod ſi tamen cauſæ illæ diverſæ ita ſint comparatæ, ut ſolutio ex una cauſa facta ad utramque obligationem perimendam proficiat, cumulatio actionum ex cauſis illis de eadem re, quæ competunt, ceſſat.

58 Ejuſmodi ſunt primùm plures cauſæ lucrativæ, puta donationes, aut legata.[a] Siquidem plures lucrativæ cauſæ in eundem hominem & rem eandem, id eſt, corpus idem concurrere non poſſunt:[b] proindeq; ex una cauſa ſolutione facta liberatio obtinet cauſa.[c]

[a] Oldendorp. *in Enchirid.except.rubr.de except. inepta cumulat.num.4. & compilator deciſ dubiorum Cameræ Imp. in lit. A. ſub tit. actionum cumulat.num.9.* [b] *l.omnes 17.ff. de O. & A. §.ſi res aliena, verſ. Nam traditum eſt. Inſt. de legat.* [c] *l. Mævius 66. §.duorum 1.ff. de leg.ii.2.*

59 Sunt item hujus generis cauſę, quarum una principalis eſt, altera in idem debitum acceſſoria, veluti mutuum & conſtitutum. Qui enim ex mutuo centum debet & in eandem ſummam ſe poſtea ex conſtituto obligat, duabus quidem actionibus tenetur, una principali ex mutuo, altera acceſſoria ex conſtituto. Verùm quia ſolutio ex una cauſa facta, principali vel conſtitutoria ad utriuſque cauſæ obligationem dirimendam proficit,[a] ambæ illæ actiones cumulari non poſſunt.[b]

[a] *l. item illa verba 18. §.ult.ff.de conſtit.pecun.* [b] Et hoc velle videntur Dd. quando tradunt, cùm unius actionis executio parit exceptionem rei judicatæ adverſus aliam actionem, non eſt locus cumulationi, Oldend. *in Enchirid.except.cap. Exceptio inepta cumulationis n.6.* Compilator deciſ.dubior. Cameræ Imper. *tit. actionum cumulat.n.6. per l.ſi mater. §. Eandem cauſ. l. cum quæritur & l. ſeq.ff. de except. de rei jud. l.in duob. §. Exceptio.ff. de jurejur. l. fundum, & l. fundi, ff. de except.* item quando ſcribunt, quod cumulari non poſſint actiones illæ, quarum una ad executionem perducta, debitorem prorſus liberat, *per l.1. in fin.ff. ſi fam. furt.fec. dic.* Idem Oldend. *d.c.n.2.* Et Compilator *deciſ.dubior. Cameræ Imp. tit. act. cumul.n.7.*

60 Hujus quoq; generis cauſæ ſunt locatio, & rei locatæ furtum. Item commodatum & rei commodati furtum. Priori enim caſu actio locati & condictio furtiva cumulari non poſſunt; neq; poſteriori caſu commodati actio & condictio furtiva, ſiquidem ubiq; rei perſecutionem contineant omnes, & inter ſe miſceantur, proindeque illarum altera per alteram perimatur.

l. qui ſervum 34. §. ſi is cui rem & §. ſeq.ff. de O. & A. & l. ſi is cui 71.ff. de furt. quo poſteriori loco furti actio, ut & ſuprà monuimus, eſt condictio furtiva.

61 Similiter non procedit cumulatio actionum, de eadem re, ſpecie & cauſa petendi diverſarum, ſi contrariæ fuerint, & inter ſe pugnantes:[a] ut ſunt querela inofficioſi teſtamenti, & actio qua teſtamentum dicitur falſum,[b] vel non jure perfectum, aut irritum, ruptumve.

[a] Oldendorp. *in Enchirid.except.cap. Except. inepta cumulationis n.1.* Compilator deciſ. dubior. Cameræ *Imp. tit. actionum cumulatio, pag. 8. nu. 4. & pag. 9. verſ. cauſam teſt. ... & duob. verſ. ſeqq.* Pulchrè Mindan. *lib.3. de contin. cauſ. cap. 10. n.3. & ſeqq.* [b] *l.2.ff. de inoff. teſt. l. Paulus 221.ff. de V.S. addità quoq; l. Eum qui 14. C. de inoff. teſtam.* [c] *l. contra 16. C. d. t. & l.1.ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſt. & l.2. §.1.ff. teſt. quemad. aper.*

62 Quoties tamen quis dubitat, quænam ex pugnantibus ſive contrariis competat actio, poteſt ea ſub alternatione & proteſtatione cumulari.

l.1.§. Quia autem, ff. quod legat. Gayl. *1. obſerv. 62. n.4. & ſeqq. & obſerv. 63. n.3.* Petr. Frid. Mind. *d. lib.3. de contin. cauſ. c.10. n.9.10.* & 11. De querela inofficioſi teſtamenti & actione quæ dicitur

citur teſtamentum nullum, idem docet etiam Sichard. *ad d. l. eum qui 14. n. 8. & 9. C. de inoff. teſt.* Hinc etiam rei vindicatio & publiciana rectè eo modo cumulantur. Andr. Geil. *d. obſerv. 62. n. 5.* Modeſtin. Piſtor. *conſ. 27. n. 18. & ſeqq.*

Rectè quoque uſus eo modo cumulationem nullitatis & reſtitutionis in integrũ admittit,[a] tùm etiam vindicationis & reſtitutionis in integrum.[b] 63

[a] *c. conſtitutus. ext. de reſtit. in integr.* Mynſing. *cent. 2. obſerv. 25.* Pet. Frid. Mind. *dict. lib. 3. de continent. cauſ. cap. 11. n. 23. & ſeqq.* Schurpff. *conſ. 64. cent. 3. num. 5.* Decius *ad l. 43. ff. d. Reg. Iur. n. 3.* [b] Mynſing *dict. cent. 2. obſ. 25.*

Quòd ſi autem & actiones & res ſint diverſæ, cauſa verò petendi eadem, actionum cumulatio non procedit, cum in unum idemq; factum omnes illæ concipiendæ ſint actiones. 64

Zaſ. ad §. ſi minus. Inſtit. de act. Oldendorp. *in Enchirid. except. tit. Exceptio inepta cumulat. n.* . Compilator deciſ. dubior. Cameræ Imp. *tit. actionum cumulatio. pag. 9.*

Ejuſmodi ſunt actio furti, & condictio furtiva. Cùm enim utraque actio in furtum concipiatur, certè ſi reus neget ſe furtum feciſſe, præcipuè in quæſtionem venit, an furtum fecerit reus nec ne, ut fruſtra ſimul altera actio, tractetur, ſi furtum non probatur, proindeque à furti actione reus abſolvatur. 65

Huc quoq; referimus actionem rei perſecutoriam, & actionem miſtam arbitrariam. Tutelæ enim actio, & actio rationibus diſtrahendis non rectè cumulantur, cum unâ inſtitutâ conſumatur altera. 66

l. 1. §. in tutela 21. & l. 2. §. 1. ff. de tut. & rat. diſtrahend.

Hujus quoq; ſortis ſunt actio in factum ex edicto de publicanis, & actio furti ex facto publicani, quo quid alii abſtulit. Item actio furti manifeſti, & actio vi bonorum raptorum, ſi adverſarius rem quandam vi rapuit. Tùm etiam actio injuriarum & legis Aquiliæ actio, ſi reus injurioſè hominem verberaverit. Ut & actio legis Aquiliæ & actio arborum furtim cæſarum. Et denique actio injuriarum & legis Aquiliæ actio, ſi reus virginem immaturam ſtupraverit. Cùm enim omnibus hiſce caſibus actiones illæ omnes in unum concipiantur factum, certè non probato illo facto, proindeq; reo ab una actione abſoluto, naſcitur ei exceptio rei judicatæ adverſus actionem alteram. Etſi par ſit quantitas in utraque hujus generis actione, certè alterutrâ tantùm uti poſſumus, & ut ſuprà oſtendimus. 67

Quid verò ſi actionum ex uno facto concurrentium una plenior ſit altera, nunquid ambæ cumulari & hoc caſu nequeunt? Sic contra quoſdam[a] putamus. Pleniore enim actione mota, conſumitur altera levior. Leviori autem inſtituta actione cum ea cumulari plenior ideò non poteſt, quòd fruſtra levior ſimul tractatur actio, cum ejus quantitatem contineat etiam actio plenior. 68

[a] Fachin. *n. l. b. 9. controv. c. 2. pag. 466. in prin. verſ. quod ego verum puto,* Zaſ. *ad dict. §. ſi minus, Inſt. de act. pag. 291.*

Cæterùm de actione injuriarum ad Palinodiam. & de injuriarum actione æſtimatoria quid cenſendum? Praxis harum cumulationem admittit, quamvis ambæ in unum idemque factum concipiantur. 69

Mynſinger. *cent. 2. obſerv. 98.* Andr. Gayl. 1. *obſerv. pract. 65. num. 3. & ſeqq.* Compilator

 deciſion.

Digitized by Google

Quidam verò diſtinguunt inter actionem civilem & criminalem ex eo- 79
dem facto,ſive causâ eadem deſcendentes,& eas,quæ ex diverſis & ſeparatis factis ſive cauſis naſcuntur.

Hac diſtinctione utitur Dyn. *referente quoque.* Bartol. *ad l.2.§. hoc edicto, num.1.ff. vi bon. rapt.* Natta *conſil.138.num.4.& poſt alios* Fachin.*lib.9.controv.cap.2.verſ. Primus eſt, & duobus verſ.ſeqq.*

Civilis & criminalis actio ex facto, ſive cauſa eadem deſcendentes, cu- 80
mulari (ut volunt) principaliter non poſſunt. [a] Cum ipſa tamen actione criminali judice permittente,conjungi civilis actio poteſt ſaltem incidenter, puta implorato officio judicis ad reſtituendas res ablatas & expenſas refundendas. [b]

[a] In hanc ſententiam allegant, *d.l.2.§.1.ff. vi bon.rapt. & l.interdum 4.ff. de publ.judic.* [b] per text.adſcriptos *theſi ab hoc pronunciato quinta.* quibus addi etiam poteſt *text. in l. 3. C.de ord.judic.quem tamen* Cujac.20.*obſ.25.* intelligit de civili & criminali actione ex eadem causâ natas,ſed noſtro judicio malè. In eadem autem lege obſervandum, quod Impp.ajunt, poteſt In lex. Ex eo enim cognoſcimus, quòd in arbitrio ſit judicis, vel utramque commiſcere & cumulare actionem, vel de una priùs de altera poſt cognoſcere alio judicio. Cujac. *in parat. C. de ord. jud.& d.lib.20.obſ.cap.25.& lib.7.cap.38.*

Quòd ſi verò civilis & criminalis actio oriantur ex diverſis & ſeparatis 81
factis,cumulationem earum admitti putant.

Per l.rerum amotarum 27.ff.rerum amotar. Zaſius poſt alios *ad §.ſi minus.Inſtit. de act.* Fachin.*lib.9.controv.cap.2.*

De primo diſtributionis membro, ſententiam probamus tum textu ju- 82
ris, [a] tùm etiam hoc fundamento, quod cum utraq; actio in unum idemq́, factum, unde actio utraque nata eſt,concipiatur, eo negato ab adverſario, nec probato ab actore, confeſtim præjudicium fit alteri actioni, ut de ea proinde fruſtra ſimul tractetur.

[a] *l.adulterij 33.C.ad l.Iul.de adult.l.un.C.quand.civil.act. criminali præjud. l.4.ff.de publ. jud.& l.2.§.1.ff.vi bon.rapt.*

Et ſi verò non poſſint principaliter cumulari actio civilis & criminalis 83
actio,ex eodem facto deſcendentes, una tamen poſt aliam rectè movetur: [a] Nec refert,civilis primò inſtituatur.vel ei præponatur criminalis. [b]

[a] *l.inde Neratius 13.§.ſi dolo 9.ff.ad l.Aquil.* [b] *l.un.C.quand.civil.act. criminal.præjudicet, l.4.ff.de pub.jud.& l.2.§.1.ff.vi bon.rapt.* Sunt tamen nonnullæ quæſtiones privatæ, quæ criminali cauſſæ anteponi jubentur.*l.quoniam.Cod.ad l.Fab.l.pen.C.de falſ.* Cujac. *in parat.C.de ord.jud.& lib.20.obſerv.25.*

Per civilem autem actionem intelligimus eam, quæ ad rem familiarem 84
pertinet, [a] non eam quæ ad vindictam ſpectat. Hæc enim cum criminali judicio non concurrit. [b]

[a] *d.l.4.in fin.ff.de pub.jud.* [b] Qualis eſt actio injuriarum, quæ cum criminali non concurrit,cum utraque ad vindictam pertineat. Cujacius *in paratit.Cod. quando civil. act. criminali præjudic.*

Quod attinet diſtributionis alterum membrum,de actione civili,& accuſatione publica, (Hæc enim nobis hic criminalis eſt actio. [a]) Vix de eo prædictam ſententiam jure ſuſtineri poſſe remur. [b]

[a] *per text.in d.l.un.C.quand.civil.act.criminali præjud.ubi Cujac.in parat. & lib.20.obſer.* 85
cap.26.

*cap.*26. [b] Tùm quia regulariter criminale judicium, ut majus, privato judicio tanquam minori præfertur, *l. ult C. de ord. jud.* & *l. adulterij* 33. *Cod. ad l. Iul. de adult.* Et quod iſthæc regula ſit, patet *ex d. l. ibi, interdum. ff. de pub. jud.* & *d. l. ult. ibi*, ſæpè fit, *C. de ord. jud.* De his quæ ſæpius fiunt regulæ juris conſtituuntur. Cujac. *lib.* 20. *obſ. c.* 25. Idem quoq; evincitur ex *d. l.* 2. *§.* 1. *ff. Vi bon. rapt.* ubi quidam ex ea regula caſum ibi propoſitum, de civili & criminali judicio ex eodem facto natis æſtimare voluerunt. Tùm quia jure Iuſtinianeo cauſæ criminales intra biennium, civiles verò intra triennium judicio finiri jubentur, *l. properandum* 13. *in princ.* & *§.* 1. *C. de jud.* & *l. ult. C. ut intr. cert. temp. criminal. quæſt. ter.* Cum ergò uno tempore terminari non poſſint, fruſtrà cumulantur: quippe cùm actionibus cumulatis judex ſententias non diverſo, ſed uno & eodem tempore proferre debeat. Andr. Geyl. 1. *obſerv.* 62. *num.* 1. & *ſeqq.* Et quia ex diverſis ac ſeparatis ſunt cauſis actio civilis & criminalis, cauſæ continentia hic nulla fingi poteſt. Tùm poſtremò quia textus in *d. l. rerum amotarum* 27. *ff. rerum amotar.* qui unus probare videtur ſententiam illam de membro diſtinctionis allatæ ſecundo, non eſt neceſſario intelligendus de civili & criminali cauſa, eodem in judicio cumulanda, quamvis præter alios id patet Zaſ. *ad d. §. ſi minus. Inſt. de act.* Et Fachin. *d. lib. contr. cap.* 2.

86 Succedit modus cumulandi actiones plures, quem duabus aut tribus quæſtionibus expediemus. Prior hæc eſt: An omnes uno libello, vel ſingulæ ſingulis libellis proponi debeant? In hac quæſtione Dd. variant. Bartolus, [a] diſtinguit inter actiones ſpecie differentes, & eas, quæ non ſpecie, ſed numero tantùm differũt. Illas in diverſis libellis, has uno in libello cumulari docet. At Paulus de Caſtr. [b] & alii [c] tradunt etiã ſpecie differentes actiones uno in libello rectè cumulari; quam ſententiam & nos probamus. [b]

[a] *ad d. l. edita in fin. C. de edend.* [b] Felin. *ad c. pen. nu.* 22 *extr. de libell. oblat.* Bald. *ad l.* 1. *nu.* 25. *C. de fideicommiſſ.* Lanfr. *ad tit. extr. de cauſſ. poſſ.* & *propriet. c.* 4. *nu.* 19. Zaſ. *ad §. ſi minus. mihi pag.* 292. *in fin. Inſtit. de act.* Andr. Gayl. 1. *obſerv.* 63. *nu.* 1. & 2. [d] *per l. ſi idem* 11. *in princip. ibi*, Coacervatio, *ff. de juriſdict.* Et quia nulla lege eodem in libello cumulari prohibentur, ſanè permiſſa earum cumulatio videri debet.

87 Singulæ tamen actiones non minùs ſeparatim proponi debent, ac ſi diverſis libellis eodem in judicio cumularentur. Unde licet omnes commune exordium cum uſitatis cantelis habere poſſint, ſingulis tamen ſeorſim propria concluſio ſubjici debet, ut cujuſque vis & natura melius percipi, melius quoque ſingulæ actiones probari, & commodiùs ſuper illis ſententia ferri poſſit.

Per l. ſcire 29. *in princ. ff. de verb. obligat.* & *l.* 2. *§. prius autem* 4. *ff. de vulg. ac pup. ſubſt.* & *docet poſt* Paul. de Caſtr. Felin. *ad dict. c. penult. n.* 12. Andr. Gayl. 1. *obſeru.* 63 *nu* 3. & 4. Dn. Obrecht. *diſput. de concurſ.* & *cumulat. act. theſi* 262. & 5. *ſeqq.*

88 Quod ſi actiones cumulentur titulo eædem, ex diverſis cauſſis titulo ſimilibus, ut duæ actiones famil. erciſc. hereditatum diverſarum, vel duæ actiones pro ſocio diverſarum ſocietatum; ita cumulatio rectè fiet, ſi res diverſæ ponantur ſeorſim, & concluſio communis ſubjiciatur.

De hujuſmodi actionibus eſt *tex. in l. heredes* 25. *§. de pluribus* 3. *ff. fam. erciſc.* & *l. cum duobus*, 52. *§. ſi plures* 14. *ff. pro ſocio.* Et in hiſce actionibus communem ſufficere concluſionem ſentit etiam Dn. Obrechtus *diſput. de concurſ.* & *cumulat. act. theſ.* 268. & *ſeqq.* hac ratione in *theſi* 274. propoſita, quòd una tantùm actio hic revera inſtituatur, id quod nobis minimè verum videtur. Arbitramur autem ideò hic communem ſufficere concluſionem, quòd ad eandem finem & effectum, diviſionem ſcilicet prædictæ actiones tendunt.

89 Altera quæſtio de modo cumulandarum plurium actionum eſt. Poſſitne

cum

cum actione prius intentata poſt litis conteſtationem alia cumulabilis (ut ita loquamur) actio conjungi? Adfirmativa Dd. placet [a] neque nobis diſplicet. [b]

[a] Bart. *ad l. edita. C. de edend.* Zaſ. *ad §. ſi minus. pag. 296. in fin. & pag. ſeq. & ibid.* Iohan. Schneid. *num. 20. Inſtit. de act.* [b] *per l. naturaliter. 12. §. 1. ff. de adquir. vel amittend. poſſ. l. 4. §. ſi detracta. 3. ff. de nox. al. act. l. edita. de eden. §. ſi minus. Inſtit. de act. Quid verò, nunquid hic opus proprio libello?* Bartol. Zaſ. & alii affirmant. Nos priorem libellum mutari, & omnes actiones conjungi poſſe putamus, per textus proximè allegatos.

Quæritur & illud, an ſuper actione cumulata juramentum quoque calumniæ ſit præſtandum nec ne? Bart. negat. [a] Nos verò cum gl. & Azone intrepidè adfirmamus. [b] 90

[a] *Ad d. l. edita. nu. 24. C. de edend.* Bart. ſequitur Zaſ. *ad §. ſi minus. pag. 295. Inſtit. de act. per Auth. hoc ſacramentum. C. de jurejur. propter cal.* [b] *per l. 2. verſ. neceſſarium duximus. C. de jurejur. propter calum.*

Eſt & illa multum juxta Bartol. [a] ſubtilis quæſtio hoc loco excutienda; utrùm cumulatio actionum, quæ jure conjungi nequeunt, ſi reus non excipiat (id quod regulariter ante litem conteſtatam facere debet, pòſt non auditur) ipſo jure nullum efficiat judicium nec ne? Communiter autem ſentiunt Dd. [b] & rectè quidem, [c] ipſum judicium hac ex cauſa non vitiari, niſi tales ſint actiones, quæ nulla ratione ſe invicem patiantur. [d] 91

[a] *ad d. l. edita nu. 23. C. de edend.* [b] Bart. *d. loco.* Bald. *ibid. nu. 79. & aliquot ſeqq. C. dict. tit.* Felin. *ad c. pen. nu. 23. extr. de libelli oblat.* Compilator deciſion. dubior. Cameræ Imperat. *ſub tit. Actionum cumulatio, p. 7. verſ. exceptio inepta cumulationis & pag. 9. in prin.* [c] Quia ſaltem exceptione impediri inepta cumulatio poteſt. *l. fundum* 16. *& l. fundi* 18. *ff. de except.* ſed quod attinet exceptionem, quo tempore opponi debeat? diſtinguit Ang. Aret. *ad §. ſi minus. n.* 18. *Inſt. de act.* inter exceptionem dilatoriam & peremptoriam; illam ante litis conteſtationem, hanc etiam poſt uſq; ad ſententiam poſſe opponi docet. [d] Bart. & Bald. *dd. locis*, Ang. Aretin. *ad d. §. ſi minus, nu. 18. Inſt. de act.* Quales ſunt ſecundùm Zaſ. *ad ſi minus. pag. 295. Inſtit. de act.* actiones, quarum una electa, altera perit, item quæ contrarietate ſe invicem excludunt, & quæ omnes ex cauſis lucrativis deſcendunt. Vide quoq; de hac quæſt. Ang. Aretin. *ad d. §. ſi minus, n. 19. Inſt. de action.* & Zanger. *de except. part. 2. except.* 19.

Reſtat, ut de officio judicis circa actionum cumulationē pauca adſpergamus. Et primùm judex diligenter ſingulas actiones perpendere, & quid quacunque actione in qualibet probatum ſit, diſpicere, & ſententias ſuper actionibus ſingulis, uno & eodem, non diverſo tempore, proferre debet. 92

Andr. Gayl. 1. *obſerv. 63. nu. 63. nu. 3. 4. 5. &* 8. compilator deciſion. dubior. *Cameræ Imp. pag. 9. verſ. Nota in Camera, confer t l. de qua re, ff. de judic.*

Si tamen judex in una vel altera actione adhuc aliquid in facto deſideret, proindeque reſciſſa ex officio concluſione ulteriorem probationem injungat, in cæteris tamen, in quibus nihil deſiderat, licitè ſententiam ferre poteſt. quin etiam debet. 93

Zaſ. *ad d. §. ſi minus, pag. 295. Inſtitut. de action.* & Andr. Gayl. *dict. obſervat. 65. num. 6. facit. l. etiam 29.* & ibi gloſſ. *§. 1. & leg. intra. 37. in princip. ff. de minor. & l. non ideirco. 44. ff. de judic.*

CLASS.

Digitized by Google

CLASS. VI. DISPUT. XII.
DE EXCEPTIONIBUS ET INficiationibus forenſibus.
THESIS I.

DE actione, ejuſque ſpeciebus & actionum concurſu, & cumulatione diſſeruimus proximè; Succedit modò exceptio; itemque inficiatio intentionis actoris nudæ.

De qua materia omnino videndus Zanger. *in tract. ſuo ſingulari.* Camill. Borell. *in ſumm. decis. tom. 1. tit.* 48. Paul. Chriſtinæ. *deciſ. Belgic. vol. 4. deciſ.* 174.

2 Exceptio eſt defenſio rei, qua actio jure conſtituta, æquitatis ratione [a] excluditur, [b] vel differtur, [c] durch welche die Clag nidergelegt/oder zuruck geſtellt wirdt. Eadem quoque præſcriptio dicitur; [d] itemque conditio. [e]

[a] *§. 1. Inſtitut. de except.* [b] *l. 2. in princip. & §. 1. & l. 5. §. 2. ff. eodem tit.* [c] *dict. l. 2. §. ultim. ff. dict. tit.* [d] *rubric. Cod. de except. ſeu præſcript. l. judicata, ff. de except. rei judicatæ. l. ſi debitor 91. ff. de ſolut.* [e] *in l. 22. ff. de except. junct. l. 7. §. penultim. ff. de dolo,* vide Cujac. *libr. 5. obſervat. capit.* 34.

3 Quæritur autem, quo jure comparata ſit exceptio? Alii eam juri civili acceptam referunt, alii juri naturali. [a] Nos quaſdam eſſe juris civilis, ut ſunt quæ temporis curſu acquiruntur, [b] quaſdam juris naturæ ſive gentium dicimus, ut quæ ex pacto juris gentium liberatorio natæ ſunt, aliæque ſimiles. [c]

[a] Vid. Matth. Coler. *ad rubr. extr. de except. num* 7. *& tract. de proceſſ. execut. part. 4. cap. 1. num. 7. &* 34. Eſt enim præſcriptio juris civilis, *§. ultim. tit. Inſtit. de uſu & habitat. junct. tit. ſeq. de uſucap. & longi tempor. præſcript. in princip.* Quidam dicunt propter formam ſuam exceptiones juris eſſe civilis: propter materiam vero juris naturæ, Coler. *proximè citatis locis*, quod improbamus. [c] *Per l. juris gentium 7. in princip. ff. de pact. & §. 1. verſ. ſæpè, ibi, tamen iniqua & verſ. verbi gratia, ibi, ſed iniquum eſt, & §§. ſeqq. Inſtit. de except.* Poſſumus tamen & has exceptiones juris civilis dicere, propter comprobationem juris civilis, *argumento. §. omnium autem, verſ. civiles, ibi, aut certè jure civili comprobata, Inſtit. de oblig. & §. venditæ vero, Inſtit. de rer. diviſ.* Iacob Ayrer. *in proceſſ. Iur. part. 1. c. 6. obſ. 2.*

4 In quæſtionem vocatur & illud, vocabulo actionis, an etiam exceptio contineatur? Id quod negamus ſtrictè & propriè accepto actionis nomine: [a] alioqui impropriè & is, qui excipit agere videtur. [b]

[a] *l. verbum oportebit. 8. §. 1.* ubi Gœddus *ff. de verbor ſignif.* Everhardus Bronchorſt. *cent. 4. ἐναντιοφ aſſert. 26.* [b] *l. 1. ff. de except. l. 1. in princip. ff. de edend. l. amplius. 15. in fin. ff. rem ratam habet.*

5 Cæterùm exceptionis inſpectio generalis triplex eſt: una de ejus qualitate, altera de uſu exceptionis: tertia de exceptionis cujuſque excluſione.

6 Qualitas exceptionis ex ejus diviſionibus cognoſcitur. Primò autem exceptio alia eſt civilis, alia prætoria. Civilis exceptio eſt, quæ ex legibus,

vel

vel iis, quæ legis vim obtinent, deſcendit, qualis eſt exceptio Senatuſconſulti Maced & exceptio Senatuſconſulti Vellejani: Prætoria, quæ ex ipſius prætoris juriſdictione promanat.

§. Alioqui. Inſtit. hoc tit.

Deinde exceptio alia eſt peremptoria, quæ & perpetua dicitur, alia dilatoria, quæ etiam temporalis appellatur exceptio. 7

§. Appellantur, Inſtit. hoc tit. & l. 3. ff. eod. tit.

Peremptoria exceptio eſt, quæ agenti in cauſa principali obſtat, eamq; perimit: qualis eſt exceptio doli mali, & quod metus cauſa factum eſt, & pacti conventi, cùm ita convenerit, ne omninò pecunia peteretur. 8

d. §. appellantur, Verſ. perpetuæ, Inſt. h. t. & d. l. 3. ff. eod. Sed exceptio doli perpetua eſſe non videtur; cùm doli actio ſit tantùm inter biennium continuum inſtituenda, *l. ult. C. de dolo*, vide *l. purè 5. §. ult. ff. de doli mali & metus except.* Zanger. *de except. part. 3. cap. 1.*

Eſt autem in duplici differentia hæc exceptio: aut enim initio naſcitur Reo ex iis cauſis, quę jam tùm in re gerenda intervenerunt: aut re initiò rectè conſtituta, exiſtit poſtea novis de cauſis. 9

Donell. *lib. 22. comment. cap. 2. pag. 561. in fin & cap. 3. pag. 568. in fin. & ad rubr. C. de except. ſeu præſcript. nu. 14.* Goldſtein. *in pract. cap. 36.*

Quæ naſcitur ab initio partim ex re ſola eſt, partim maximè ex perſona ejus, cui tribuitur; prioris generis eſt exceptio metus, doli, [a] in factum ex errore promittentis [b] pecuniæ non numeratæ, [c] & onerandæ libertatis cauſa propoſita: [d] tùm etiam exceptio juſti dominii. [e] Poſterioris generis eſt exceptio Senatuſconſulti Macedoniani, [f] exceptio Senatuſconſulti Vellejani, [g] & exceptio propoſita minoribus per in integrum reſtitutionem. [h] 10

[a] *§. 1. Verſ. Verbi gratia. Inſt. h. t. & tot. tit. ff. de doli mali & metus except.* [b] *d. §. 1. Verſ. Verbi gratia, ibi, aut errore lapſus. Inſtitut. h. t. & l. ſi quis cùm aliter, 36. ff. de V. O.* [c] *§. idem juris eſt, Inſt. h. t. & t. t. C. de non numerata pecunia,* [d] *l. exceptio 16. ff. de pub. in rem act.* [e] *l. 1. §. quæ onerandæ, & §. ult. ff. quarum rerum actio non datur,* [f] *tot. tit. ff. & Cod. ad Senatuſconſultum Maced.* [g] *tot. tit. ff. & Cod. ad Senatuſconſultum Vellejanum.* [h] *l. exceptiones 7. in fin. ff. de except.* Gilhauſ. *in arbor. civil. de except. num. 86.*

Exceptio metus, ſive quod metus cauſa eſt, qua is, qui metu coactus aliquid promiſit ſtipulanti, aut quovis alio modo obligationi, qua prius non tenebatur, ſe ſubjecit, metu compulſus, in integrum reſtitutus defendere ſe poteſt adverſus eum, à quo vim ſuſtinuit, ſi is ex obligatione ea metu extorta, in judicio egerit. 11

l. metum 9. §. ſed quod prætor 3. Verſ. ſed ex facto. ff. quod metus cauſa. Gilhauſ. *in arbor. crim. de except. num. 109. & ſeqq.*

Doli exceptio eſt, quæ competit adverſus eum, qui dolo malo quid petit quovis modo: [a] eſtque duplex ſpecialis & generalis. [b] 12

[a] *l. 1. l. 2. §. item quæritur & § & generaliter. & l. dolo. ff. de doli mali except.* [b] *d. l. 2. §. & generaliter, 5. & l. 4. §. pen. ff. d. t.* Donell. *lib. 22. cap. 6. in prin.* Gilhauſ. *dict. arbor. civil. de except. num. 104. & ſeqq.*

Specialis exceptio doli eſt, quæ naſcitur ex eadem cauſa, ex qua actio de dolo: [a] Ut, quæ hanc unam cauſam habet, ſi quid ab initio geſtum ſit dolo malo & ſtatim ab initio in re gerenda, ex hoc ipſo dolo naſcitur. [b] 13

Digitized by Google

[a] *d.l.2.in pr.ff.de doli mali & metus except.* [b] Donell.*d.c.6.in pr.*

14 Generalis exceptio doli eſt, quæ competit ex omni cauſa, propter quam quoquo modo quid dolo petitur, quamvis res ab initio non contracta dolo, proindeque accommodatur omnibus negotiis, omnibus judiciis.

d.l.2.§.& generaliter.l.4.§.penult.& l.qui æquitate 12.ff.de doli mali except. ubi Cujac. *in par.tit.* Idem Cujac.*in libr.3.Pauli ad edictum pag.78.colum.1.in fin.* Donell.*lib.22.comment.cap.6.* Vbi prolixè diſſerit de cauſis, ex quibus hæc competat exceptio.

15 Doli exceptio contra ſucceſſorem autoris, qui dolo fecit, non competit, ſi ex cauſa onerosâ rem ab autore accepit. puta ex emptione, ſolutione, permutatione: ac ſi ex cauſa lucrativa puta legati, aut donationis rem acceperit, ab autore, pati hanc quoque exceptionem tenetur.

l.4.§.de autoris 27.& §§.ſeqq.ff.de doli & metus except.l.ſi rem 6.ff.de except.

16 Exceptio in factum ex errore promittentis eſt, quæ competit Reo, qui ſiue cauſa aliquid per errorem promiſit, dum cauſam promittendi exiſtimabat ſubeſſe, quæ nulla erat. ad actionem impugnandam, qua jure civili tenetur ex promiſſione ſua ipſe Reus.

§.1.Verſ.Verbi gratia Inſt.h.t. Donell.*lib.22.comment.cap.6.pag.485.*

17 Non numeratæ pecuniæ exceptio dicitur, quę comparata eſt ei, qui dū ſperat, ſe pecuniam mox accepturum, ſcripto cavit, ſe accepiſſe, quam non accepit, ad elidendam actionem, qua intra biennium Reus de ea pecunia convenitur.

§.Idem Iuris Inſtit.h.t.& tit.Inſtit.de literar.obligat.l.2.l.in contractibus & tot.tit.Cod.de non numerata pecunia. Sed hæc exceptio non videtur eſſe perpetua, id quod ſentit etiam *Zaſ ad l.exceptio §.fin.Verſ.ulterius quærit ex gloſſa.* Vtrum exceptio hæc locum habeat, ubi quis ante chirographum confeſſionis ſe pecuniam accepiſſe profeſſus fuit, vide Fachinæ. *libr.2.controverſiar.cap.*83. Wetenbec.*conſil.*52. Eundem vide *cap.ſeq.* de eo, qui coram teſtibus confeſſus fuit, ſe accepiſſe pecuniam, cujus chirographum meminit. Similiter locus ſit exceptioni huic inter mercatores: & ſi juramento firmata ſit confeſſio, vide eundem Fachinæ.*ead.libr.cap.*86. adde Nebelkrē.*deciſ.*22. Paul. Chriſtin.*Vol.3.deciſ.*37.

18 Sed quæri hoc loco poteſt, quę ſit illa actio, ad quam elidendam compoſita hæc eſt exceptio? Dd. [a] condictionem ex lege putant eſſe. Nos eam opinionem rejicientes, dicimus ante biennium actionem competere ejus negotii, quòd contractum inter ipſum actorem & reum hunc dicitur, puta condictionem certi ex mutuo, vel actionem ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio ſit interpoſita: [b] poſt biennium verò condictionem eſſe ex lege. [c]

[a] *Ad tit.Inſtit.de literarum obligat.* ubi Schneid.*nu.9.* [b] *ut arguit.§.1.Verſ.hoc enim ſæpiſſimè,ibi,ceſſante ſcilicet Verborum obligatione,Inſtit.dict.t.* [c] *per d.§.1.ibi,& ex ea naſcitur condictio,juncta l.unica,ff.de condict.ex lege.* Sed hujus actionis cauſa, ſcilicet obligatio, civilis ſit tantum, vel etiam naturalis, quæſtio dubia eſt: de qua vide Fachinæum *libro 2.controverſiar.capit.87.*

19 Eſt & illud nodoſæ quæſtionis, An Reus audiatur, ſi poſt biennium exceptionem hanc opponere velit, & paratus ſit probare, nihil ſibi numeratum vel datum eſſe ab actore? Interpretes communiter affirmant; [a] Nos autem cum Donello [b] negaudum putamus. [c]

[a] *Ad d.t.Inſtit.de literarum obligat.* Vbi Schneid. *num.11.* Matth. Coler. *de proceſſ.execut.* part-

part.1.cap.10.n.195. & Hermannus Vultej. *nu.7.* [b] *lib.14.commentar.cap.38.* [c] per textum *in §.1 ibi: poſt multum temporis exceptionem opponere non poteſt, Inſtit. de literarum obligationibus,* & *l.ſi intra 8. in fin.* & *l. in contractibus 14. §.illo 3. ibi, in his nec juſiurandum offerre liceat C. de non numerata pecunia.* Vide Fachinæ. *lib.2.controverſ. jur.cap.81.* Sed nunquid confirmat veterum ſententiam quod exceptio hæc perpetua eſt? Quid jure canonico de hac ſentiendum ſit quæſtione vide Fachinæ. *d.lib.4.c.82.* Cævallos. *q.39.* Dn. Harprecht. *tom.3.fol.705.nu.9.* & *12. non certat.*

Sed dubia quæſtio eſt, renunciare an poſſit exceptioni huic debitor, nec ne. Azo affirmat, Felinus negat: cujus ſententiam veriorem putamus. 20

Per ea quæ tradit Coler. *d.cap.10. n.199.* & *aliquot ſeqq.* Quid ſi lege municipali caveatur certas duntaxat exceptiones contra chirographum confeſſionis opponi poſſe, nunquid exceptio hæc excluſa videri debet? De hac quæſtione vide Fachinæ. *dict.lib.2.cap.84.* Cævallos. *in ſpecul.commun.opin.quæſt.165*

Exceptio onerandæ libertatis cauſa eſt, quæ propoſita eſt liberto adverſus patronum agentem de eo, quòd ipſi ſtipulanti libertus onerandæ libertatis cauſa promiſit. 21

l.1.quæ onerandæ & *§§.ſeqq.ff.quarum rerum actio non datur.*

Exceptio juſti domini opponitur Publicianæ actioni. 22

l.pen.ff.de Public.in rem act. & *l.mandatum 57.Verſ. Publician.ff. Mandati. Sed obſtare videtur, l.ſi is, cujus 31.ff.de Publiciana in rem act.*

Senatuſconſulti Macedoniani exceptio comparata & filiofamiliàs ejuſque parenti, in cujus poteſtate eſt, ad impugnandam actionem, qua creditor petit, pecuniam ipſi filiofam. improbè mutuo datam. [a] Ita dicta, non à prodigo adoleſcente, ut Theophylus exiſtimat. [b] Sed ut Ulpianus oſtendit, à Macedone fœneratore improbo, qui filiisfam. pecuniam credebat nominibus incertis, id eſt, ſub grandi & illicito fœnore tacito. [c] Unde ſæpè onerati filiifamil. ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxum conſumebant, vitæ parentum inſidiabantur. [d] 23

[a] *l.Item ſi 7. §.Mutui* & *tot. tit.ff.* & *C.ad SCtum Macedon.* & *§.Illud propriè Inſtit. Quod cum eo, qui in aliena poteſtate,* &c. Sed videtur filiusfam. & pater ejus ipſo jure tutus: Siquidem denegari dicatur actio ipſi creditori in dicto *§. Illud propriè,* & *non dari ei actio petitioque dicitur in l.1.ff.d.tit.* & *l.ſed ſi pater 9.§.Hoc SCtum ff. ad SCtum. Macedon.* [b] *in d.§.Illud propriè Inſtit. Quòd cum eo qui in aliena poteſtat.* &c. [c] *d.l.1. in princ.ff.ad SCtum Macedon.* [d] *§. Illud propriè. Verſ. Quæ ideò, Inſtitut. Quòd cùm eo, qui in aliena poteſtate.* Chriſtinæ *Volum. 3. deciſ.35.*

Sed quia pater pecuniam mutuam à filiofam. creditori ſolutam vindicare poteſt, ſi extet, [a] difficilem nodum iſthæc habet quæſtio, An pater conſumptos à creditore condicere nummos poſſit, nec ne? Marcellus enim negare videtur, [b] Julianus verò affirmare: [c] At conciliandi rationem non deeſſe, oſtendemus. [d] 24

[a] *l.Si filiusfamil.14.ff.de rebus creditis.* [b] *dict.l.14.Verſ.Marcellus ait.ff.dict.tit.* [c] *l.ſed ſi 9. §.1.ff.ad Senatuſconſultum Macedon.* [d] Cujac. *libr.14. obſerv. cap.35.* hic Antinomiam agnoſcit. Quidam diſtinguunt inter conſumptionem bona fide factam, & eam, quæ facta eſt mala fide, Coſtal. *ad dict.l.Si filiusfamil.14.ff.de rebus creditis.* Alii verò *d.l.14.* accipiunt de condictione ex conſumptione: At dictam legem *ſed ſi 9 §.1.* de condict. furtiva. Donell. 9. *ad d.l.14.ff.de rebus creditis.* Pac. *centur.3.antinomiarum conciliatione antinomia 66.*

25 Vocatur in quæſtionem & illud: Poſſitne renunciare filiusfam. huic exceptioni? Dd. communiter negant, [a] & rectè quidem. [b]

[a] Addit. *ad ſpeculat tit. de ſentent. §. Vt autem num. 5. in verbo, procedendum* Panormitan. *ad c. cùm contingat, num. 12. extr. de jurejurando.* Petr. Nic. Mozz. *tract. de Mutuo, quomodo deficiat, ſeu quomodo reſolvatur, & finiatur, num. 19.* Barth. Socin. *in Fallentiis regul. ſub reg. 419. verſ. octavo fallit.* Sichard. *ad Rubr. Cod. ad SCtum. Maced. numer. 8. & 9.* Weſembec. *in ſupplemento comment.* Schneid. *ad tit. Inſtitut. quod cum eo, qui in aliena poteſtate. §. penult. num. 9.* Everhardus Bronchorſt. *cent. 2. ἐναντιοφ. aſſert. 40.* Vultejus *ad §. penult. n. 14. Inſtit. Quod cum eo, qui in aliena poteſtate,* Iohan. Gœdd. *ad d. l 3. numer. 43. ff. de V. S.* [b] Tùm, quia non favore filiiſfam. ſed in odium fœneratoris introducta eſt hæc exceptio, *l. qui except. 40. in princip. ff. de condict. indeb.* Cùm tamen iis tantùm renunciare poſſimus, quæ in favorem noſtrum ſunt recepta, *l. ſi quis in conſcribendo 51. Cod. de Epiſcop. & Cler. & l. pen. Cod. de pact.* Non etiam his, quæ in tertii favorem ſunt admiſſa. C. ſi diligenti *§. 1. ubi gloſſa extr. de foro compet. & c. contingit 36. §. 1. extr. De ſententia excommunicat.* Vide inſuper Enenckel *de privil. parent. & liber. privileg. 11. cap. 1. & 2.*

26 Exceptio SCti Vellejani eſt, quæ datur mulieri, ex interceſſione ſua obligatæ.

l. 2. §. 1. l. 6. l. 7. l. quamvis 8. §. 2. ff. ad SCtum Vellejanum, & l. ſi paternam 8. & ſeq. Cod. d. t. ſed obſtare videtur. Quod ipſo jure tuta dicitur mulier hæc, *in l. Antiqua. 23. §. ultim. Cod. d. t. & Novell. 134. cap. 8. verſ. & illud verò.* Vide ſub *Claſſe 2. diſput. 17. theſ. 34. & ſeqq.* Chriſtinæ. *vol. 3. deciſ. 136.* Mulier intercedens pro marito, & una cum illo ſumens mutuo pecuniam, an & quomodo teneatur. Vide Honded. *vol. 1. conſil. 45.* Hartm. Piſtor. *obſ. 133.*

27 Juvat hoc loco & illam proponere quæſtionem, poſſitnè mulier renunciare Vellejano beneficio, nec ne? & licèt de hac quæſtione Dd. Judicia admodum varient, aliis ſimpliciter id negantibus, [a] alijs diſtinguentibus inter renunciationem, quæ fit tempore interceſſionis; & eam, quæ fit poſt interceſſionem, quarum illam non nocere, hanc valere ajunt: [b] Quibuſdam etiam ſentientibus renunciationem Judicialem eſſe ratam, extrajudicialem non item: [c] Attamen eorum ſubſcribimus ſententiæ, qui volunt, etiam extra judicium, [d] & tempore interceſſionis [e] facta renunciatione hoc beneficio non juvari mulierem, modò de iſthoc ſuo jure priùs certiorata fuerit. [b]

[a] Bartolus *ad l. Interdum, ff. de minoribus.* Connanus *libr. 6. commentar. cap. 8. numer. 9.* Hieronym. Franc. *ad l. 2. num. 44. ff. de Reg. Iur.* Anton. Faber. *de erroribus pragmat. Decade 7. Errore 8.* Hujus opinionis rationem hanc adferunt, quòd mulier, eadem facilitate renunciat, qua intercedit. Adferunt quoque argumentum textus *in l. Quamvis §. Interdum ff. ad Senatuſconſultum Vellejanum.* Vbi dicitur. Quod mulier ex interceſſione ſolvens habeat ſoluti condictionem. Si ſolvendo ſibi non præjudicat: Ergo nec renunciando. [b] *ad l. Si convenerit, ff. de re judicata, & l. ultim. §. penultim ff. ad Senatuſconſultum Vellejanum.* [c] Hos refert & ſequitur Sichardus ad Rubric. *Cod. dict. titul. numer. 14. verſ. Ideo ſequor.* [d] *per textum in l. ultim. § penultim. Ibi, cavere debebit, exceptione ſe non uſuram, & ſic ad Iudicem ire, ff. ad Senatuſconſultum Vellejanum.* [e] Vt convincitur abundè ex textu proximè allegato *& l. Quamvis 8. §. Si mulier 10. & l. penultim. ff. ad Senatuſconſultum Vellejanum.* Confert etiam generalitas textus *in l. Iubemus 20. Ibi, per conſenſum proprium renunciare Cod. d. tit. & in l. ſi quis in conſcribendo 51. Cod. de Epiſcopis & Clericis, & l. ſi quis in conſcribendo 29. Cod. de pactis.* [f] Laurent. Kirchovius *centur. 3. commun. opin. concluſ. 10.* Andreas Gail. *libr. 2. obſervat. pract. obſervat. 77. num. 2. & ſeqq.* Bronchorſt. *cent. 2. ἐναντιοφ. aſſertat. 40.* Vide Theſaur. *deciſ. 222.*

Quid

Quid ſi mulier non certioretur de ſuo Jure, ſed juramento interpoſito 28
renunciaverit, nunquid valebit renunciatio? Ajentem ſententiam amplectentibus calculum noſtrum addimus.

Per text. in c. ex reſcripto & c. cùm contingat. extr. de jurejurando. Laurentius Kirchov. *d. con: luſ.* 10. Andr. Gail. *d. obſer. 77. n.* 10. *& ſeqq.* De SCto Vellejano plura vide ſub *Claſſe 2. diſp. 7. theſ. 33. & ſeqq.* Theſaur. *deciſ.* 223. Schæffer. *lib. 3. q. 9. &* 36.

Exceptio propoſita minoribus per in integrum reſtitutionem ea eſt, qua 29
minor excludit actionem, quam lapſus infirmitate Judicii quodam negocio in ſe conſtituit.

l. Exceptiones 7. in fin. ff. de except.

Referimus quoque ad hunc exceptionum ordinem exceptionem divi- 30
ſionis.

Per text. in l. fidejuſſor 10. §. 1. C. de fidejuſſ. Zaſ. *ad l. Exceptio in fin. ff. de except.* Sed obſtare videtur *l. liberum 16. C. de fidejuſſoribus.*

Sequitur de exceptionibus peremptoriis, quę poſteà novis de cauſis exi- 31
ſtunt, ut ſunt exceptio debiti remiſſi, exceptio jurisjurandi, exceptio doli in actione inſtituenda adhibiti, & exceptio tempore quæſita.

Exceptio debiti remiſſi duplex eſt. Exceptio pacti conventi, ne omninò 32
pecunia petatur, [a] & exceptio ex Teſtamento, quo teſtator debitori remiſit debitum. [b]

[a] *l. 3. ff. de except. §. præterea, & §. appellantur verſ. perpetuæ. Inſtit. de except.* Sed obſtare videtur, quod contrario conſenſu obligatio tollitur ipſo jure *§. hoc amplius, Inſtit. Quibus modis tollitur obligatio, & l. 3. ff. de reſcindenda vendit. & l. ab emptione 54. ff. de pactis.* [b] *l. 3. §. Nunc de effectu, ff. de liberat. legat.*

Exceptio jurisjurandi eſt, quæ competit Reo, qui deferente actore jura- 33
vit: nihil ſe dare oportere: vel juravit, eam rem ſuam eſſe, quam actor petit; [a] quæ exceptio etiam locum habet, quando delatum jusjurandum Reo eſt remiſſum. [b]

[a] *§. Æquè ſi debitor. Inſtit. h. t. de except.* Sed obſtare videtur textus *in l. 2. l. Nam poſteaquam 9. in princ. & l. jusjurandum 27. ff. de jurejur.* [b] *d. l. Nam poſteaquam §. 1. ff. d. t. & l. quod ſi 21. ff. de dol.* vide Cujac. *lib. 22. obſer. cap. 15.* Mynſing. *cent. 4. obſ. 14.*

Rei judicatæ exceptio eſt, quæ tribuitur Reo, pro quo judicatum eſt ad 34
perimendam actionem, qua actor de eadem re denuò experitur. [a] Eadem quoque exceptio vulgaris rei judicatæ dicitur. [b]

[a] *§. Item ſi in judicio Inſtit. de except. & tot. tit. ff. de except. rei judicat.* Sed ipſo jure videtur liberatus, qui judicio abſolutus eſt per text. *in l. Eleganter 23. §. 1. ff. de condict. indebiti. l. Servus 20. §. ult. ff. de dolo.* Vide Cujac. *lib. 22. obſerv. cap. 15. De hac quæſtione* vide Donell. *lib. 22. comment. cap. 5.* Goldſtein, *in practic. c. 153.* [b] *l. 3. ff. de popul.*

Exceptio doli in actione inſtituenda adhibiti ea eſt, quæ tunc primùm 35
naſcitur Reo, quando actor inſtituendo actionem dolo agit, ut ſi quid occaſione quidem Juris civilis, ſed contra naturalem æquitatem petat.

l. 1. §. 1. & l. 2. §. & generaliter, ff. de doli mali & metus exceptione.

Hujus generis exceptio eſt, quæ opponitur illi, cui quid non rectè ſolu- 36
tum eſt, ex ipſa tamen ſolutione factus eſt locupletior: ut ſi pupillo ſine tutoris autoritate ſolutum ſit, ex quo ipſe factus eſt locupletior.

l.4.§.ſi quis 4.ff.de doli mali & metus except.l.in pupillo 47.ff.de ſolut.

37 Si quoque debitor ſolvat creditori creditoris ſui, huic agenti exceptionem doli hanc rectè objicit.

l. Si opera 6. & l.ſi debitor 16.ff.de doli mali except.ipſo jure non liberat ſe, qui alii invito creditore ſolvit.l.Invito Cod de ſolut.

38 Eadem quoque exceptio prodeſt ei, qui duabus actionibus ex uno facto natis tenetur eadem de re, ſi una judicatus, altera, quæ ſtricti Juris eſt, ſimiliter conveniatur.

l. Qui ſervum 34.§.1.ff.de obligat.& act.

39 Tempore quæſita exceptio eſt, qua Reus ſubmovere poteſt actionem temporis curſu infirmatam: Eaq; multiplex eſt & varia pro diverſitate ſcilicet temporum, quibus actioni cuiq; præſcribitur.

40 Eſt enim Exceptio annalis, biennii, triennii, quadriennii, quinquennii, decennii, vicennii, tricennii, annorum quadraginta, quinquaginta, centum, & temporis immemorialis.

De hiſce Exceptionum temporalium ſpeciebus latè agit Cujac. *in comment. ad tit.ff. de diverſis temporum præſcript. cap.* 20. *& ſeqq.* Ubi oſtendit, quibus actionibus ſpacii unius anni, quibus alio longiori tempore præſcribatur.

41 SUCCEDUNT EXCEPTIONES DILATORIÆ. Dilatoria Exceptio eſt, quæ ad tempus nocet, & hujus temporis dilationem tribuit,[a] ejusq; genera duo ſunt. Aut enim opera debitoris quæritur, aut ipſo Jure tribuitur.[b]

[a] *§. Temporales Inſtit. de except. & l 3.ff.eod.tit.* [b] Donell.*lib.22.comment. cap.9. in princ.* Coepen.*lib.2.obſ.*101. *& ſeq.* Berlich.*Volum.1.concluſ.*11. Everhard.*Volum.1.conſ.*33.

42 Prioris generis eſt temporalis Exceptio pacti conventi, & præſcriptio moratoria. Exceptio pacti temporalis eſt, cùm ita convenit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium.

d.§. Temporales, Inſtit.h t.& d.l.3.§.temporales,ff.eod.tit.

43 Moratoria præſcriptio eſt, quæ competit debitori dilatione ſolvendi ad aliquod tempus à Principe impetrata.

l.2.Cod.de precibus Imp.offer. Vide abſolutum tractatum Excellentiſſ. Dn. Guilh. d. Antonii *de reſcript. morator.*

44 Non aliter tamen reſcriptum Principis de præſtandis dilationibus hiſce valeat, quàm ſi fidejuſſio idonea ſuper debiti ſolutionem præbeatur.

l.4.Cod.d.t.

45 Quæ ipſo jure tribuitur exceptio, ea vel ex litigatoris perſona comparata eſt, vel ex perſona Judicis, vel de juriſdictione ſive foro competente, vel ex perverſa actionis, vel alterius cauſæ inſtitutione.

§. Præterea etiam ex perſonæ, Inſt.de except. Donell.*ad l.8.& 9.n.9.Cod.de except.& lib.22. Comment.cap.9.pag.*598.*Verſ. quæ legitima ſunt.*

46 Ex perſona litigatoris comparata eſt exceptio, ſi is legitimam ſtandi in judicio perſonam non habeat:[a] vel procurator idoneus non ſit, cui, quæ opponitur, procuratoria dicitur exceptio.

[a] *De hoc egimus diſput.4.* [b] *d.§.præterea Inſtit. de except.* Ex qua autem ratione rejici procurator poſſit, expoſitum eſt ſub *diſput.6.* De hac exceptione agit quoq; Andreas Gail. *lib.1. obſer.pract.47.*

Ex ju-

Ex judicis perſona comparata eſt exceptio recuſationis, qua Reus judicem recuſat, quòd ejus perſona idonea non ſit, puta propter ſuſpicionem, vel quam aliam cauſam alibi expoſitam. 47

Sub diſput. 2. hujus Claſsis 6. De hac exceptione vide And. Geil. *lib. 1. obſ. pract. obſer.* 33. & Mynſing. *cent. 2. obſerv.* 52. & *cent. 4. obſer.* 59.

De juriſdictione ſive foro competente, introducta eſt exceptio, quæ præſcriptio fori appellatur, qua forum dicitur incompetens. 48

l. ult. Cod. de except. & *l. pen. in prin. C. de pactis.* Et ſtatutum omnes rejiciens exceptiones, hanc tamen non rejicit. Caroc. *de remed. adverſ. ſent. præjud. except. 22. cap. 1.* Petr. Weſenbec. *conſ. 5. n.* 18. & *ſeq.*

Ex perverſa actionis inſtitutione variè producitur exceptio. Et primùm quidem exceptio generalitatis ſeu obſcuritatis libelli. 49

Wendelin. Schelling. *in except. forenſ. explanat. cap. Exceptio generalitatis & incertitudinis libelli, verſ. Exceptio generalitatis, pag.* 345. Andr. Geil. *lib. 1. obſer.* 62 *num.* 11. & *obſer.* 66. *nu.* 6. Quandoque tamen libellus propter ineptitudinem ipſo Iure nullus eſt, Oldendorp. *in Enchirid. except. cap. Exceptio inepti libelli pag.* 53. *fac.* 2. Wendel. Schelling. *d. c. exceptio generalitatis pag.* 346. *in prin.* Nicol. Reuſner. *Vol. 2. conſ.* 8. Goldſtein. *in pract. cap.* 25.

Tùm plerunque exceptio ineptæ cumulationis. 50

Per text. in l. quòd in herede 9. §. 1. *ff. de tribut. act. l. cùm filius* 76. §. *Varius* 8. *ff. de legatis* 2. Oldendorp. *in Enchirid. except. cap. exceptio inepta cumulat.*

Eſt item hujus generis Exceptio continentiæ non dividendæ. 51

l. Multi 10. *C. de Iudiciis* & *l. 2. ff. de quibus cauſis ad eundem Iudicem eatur c. inter Monaſterium extr. de re judic. ita.* Oldendorp. *in Enchirid. except. cap. exceptio litis pendentis, pag.* 50. Mynſing. *cent. 1. obſer.* 97. Petr. Frider. Mindan. *tract. de continent. cauſar.*

Ut & exceptio vel replicatio litis pendentiæ, ſive præventionis, quę tunc competit, cùm actor cauſam uno Judicio cœptam ad aliud judicium trahit, [a] aut Reus, pendente in uno judicio lite alterius fori eſſe cœperit, proindeque fori præſcriptione utatur. [b] 52

[a] *l. Ubi acceptum* 30. *de Iudiciis*, [b] *l. ſi quis poſteaquam* 7. *d. t.* Oldendorp: *d. cap. Exceptio litis pendentis in fin. pag.* 51. Andr. Geil. *lib. 1. obſerv.* 29. *n.* 7.

Similiter hujus ordinis eſt exceptio cedendarum actionum, quæ competit fidejuſſori contra creditorem, qui ab illo debitum judicatum exigit ad hoc, ut ipſi fidejuſſori ſolventi debitum actiones ſuas creditor adverſus principalem debitorem & confidejuſſores cedat. 53

l. Si mandatũ 13. *l. cùm is* 36. *l. ut fidejuſſor* 39. *l. ſi fidejuſſores* 41. §. 1. *ff. De fidejuſſor l. cùm alter* 11 & *auth. præſente. C. d. t.* Wendel. Schelling. *in except. forenſ. explanat. cap. exceptio cedendarũ act. pag.* 488. Coler. *de proceſſ. execut. p. 4. c. 1. n.* 78. & *ſeq.* Hartm. Piſt. *lib. 1. q.* 48. Cocpen. *deciſ.* 51.

Eadem exceptio competit quoque tutori, à quo exigitur ſolutio ejus, quod ex cauſa tutelæ debet ad cedendam actionem adverſus contutores. 54

l. Modeſt. 76. *ff. de ſolut.*

Sed quæſtio anceps eſt, An ejus etiã partis nomine, quæ ipſum ſolventẽ contingit cedenda ſit actio fidejuſſori, aut tutori: Ita, ut eandẽ à confidejuſſoribus, vel contutoribus repetere poſſit, an v. ceſſio ſaltẽ, quod attinet ad partes reliquorum, fieri debeat? Poſterius, ut veritati propius defendemus. 55

Per ea quæ tradit Hartm. Piſtor. *lib. 1. quæſt. Iur. quæſt.* 48. *n.* 5. & *ſeqq.*

Movetur & illa quæſtio, An actio in ſolidum contra quemlibet ipſorum, 56

An verò

An verò pro rata cujuſque cedi debeat? Et in ſolidum cedendam eſſe actionem cum Bart concludimus.

Creditor enim tale jus tenetur cedere, quale apud eum eſt. *l. Stichum 95. §. Creditor ff. de ſolut. l. 2. Cod. de fidejuſſor.* Fidejuſſores autem creditori in ſolidum ſunt obligati *l. inter 26. ff. de fidejuſſ.* Vide Hartman. Piſtor. *d. quæſt. 48. num. 10. verſ. Hiſce ita firmatis & nu. ſeqq.*

57 Eſt & illa quæſtio frequens, An ceſſio actionis, poſt factam ſolutionem fidejuſſori ſolidum ſolventi fieri poſſit? Nobis ajentium opinio placet.

Per l. Cùm is, 36. ff. de fidejuſſ. ſed obſtat. l. Modeſt. 76. de ſolut. Hartm. Piſtor *obſerv. 157.*

58 Hujus item Claſſis eſt exceptio excuſſionis, quæ competit fidejuſſoribus conventis à creditore, antequam principalis debitor fuerit excuſſus.

Novell. 4. cap. 1. Wendelin. Schelling. *in explanat. except. forenſ. pag. 281.* & Oldendorp. *in Enchirid. Except. cap. except. excuſſ.*

59 Diſceptant autem Dd de ea quæſtione, Poſſintnè fidejuſſores exceptioni huic renunciare? Alii negant, alii affirmant. [a] Ajentium opinio nobis arridet. [b]

[a] Vaſq. *libr. 1. Illuſt. controv. quæſt. quæſt. 33.* [b] *per l. pen. C. de pactis, Gail. libr. 2. obſer. pract obſer. 27. num. 21.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. p. 1. c. 10. num. 336.* Subſcribunt huic opinioni, & ſecundum eam judicant Scabini Lipſenſes, *quæſt. 121. in Reſolut. quæſt. inſign. ubi hæc quæſtio latè examinatur.*

60 Ejuſmodi quoque Exceptio eſt, quæ objicitur ei, qui famoſam intendit actionem, cùm non famoſam movere debuerit: quod facit, qui deceptus doli actione experitur, cùm aliam Juris ſui perſequendi causâ actionem haberet. [a] Ut & ille, qui deceptus aliis deficientibus remediis famoſa actione utitur adverſus parentem patronumvè. [b]

[a] *l. 1. §. Ait prætor. ff. de dolo malo,* [b] *l. non debet 11. ff. d. t.*

61 Eſt quoque hujus generis exceptio, qua differtur actio illius, qui plùs tempore vel loco petit, [a] qualis etiam eſt, qui judicati actione experitur ante quadrimeſtre tempus. [b]

[a] *§. Si quis agens verſ. Tempore & verſ. ſeqq. juncto §. ſed hæc quidem Inſtit. de action. juncto §. Temporales verſ. Ergò iis, & verſ. Hodiè autem Inſtit. de except. & tit. Cod. de plus petit* [b] *l. ult. Cod. de uſuris rei judicatæ.*

62 Adhæc dilatoria Exceptio hujus conditionis eſt, quæ adverſus ſolidi petitionem competit perſonis, quæ in id tantùm conveniuntur, quod facere poſſunt: quo in numero ſunt parentes, patronus, patrona, maritus in dotis exactione, ſocius, donator, & alii.

l. Except. 7. in princ. ff. de except. l. ſunt qui 16. & ll. ſeqq. uſque ad l. Sciendum 25. ff. de re judicata. Exceptio hæc dilatoria eſt, quia donec ad meliorem pervenerit fortunam Reus, in id tantùm quod facere poteſt, tenetur, *l. unica, §. cùm autem, 7. Cod. de rei uxoriæ action.* Donell. *lib. 22. comment. cap. 9. pag. 598. verſ. Poſterius genus.*

63 Et item hujus Claſſis exceptio loci non tuti.

Andr. Gail. *lib. 1. obſer. pract. obſer. 52. num. 3.* Mynſing. *cent. 2. obſerv. 73.* Wendelin. Schelling. *in Except. forenſ. Explan. cap. Exceptio loci non tuti, pag. 412.* Oldendorp. *in Enchirid. except. cap. Exceptio loci non tuti pag. 48.*

64 Ad ſalvum tamen conductum judicis pars citata comparere tenetur, dum modò in loco tales literæ ſervari ſoleant, [a] cujuſmodi ſalvus conductus ad acceſſum datus, etiam ad receſſum èxtenditur. [b]

[a] Andr.Geil. *lib.1. obſerv. pract. obſerv.52. num.4.* Grævæ. *lib.1. concluſ.52. conſid.1. quæſt.2.* de ſalvo conductu latè Arum. *tom.2. diſcurſ.5.* Dn. Mart. Rimelin *part.1. ad Aur. Bull. diſp. 2. theſ.1. & ſeqq.* Borcholt. *vol.2. conſ.2.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part.4. cap.1. nu.170. & ſeqq.* [b] *per textum in l.1.* ubi Bart. *C. de Navicul. lib.11.* And. Geil. *d. obſerv.52. nu.5.* Mynſin. *cent.1. obſerv.82.*

Quia verò ſalvus conductus fragilis eſt cautio,[a] ſolet procurator vel excuſator ad locum non tutum mitti ad allegandum de loco non tuto.[b] 65

[a] *Per text. in l. Qui ita 66. §.1. ff. ad SCtum Trebell.* Afflictus *deciſ.289. nu.23.* [b] *per text. in c. cùm dilecti. ubi gloſſ. in verbo. Reſponſalem extr. de dolo & contumacia.* Andr. Geil. *dict. obſerv.52. nu.7.*

Eſt autem quæſtionis: An violetur ſalvus conductus in eo, qui ob maleficium aliquod fuit captus? Id, quod negandum cenſemus, ſi maleficium fuerit notorium,[a] Affirmandum verò, ſi nondum omninò conſtet de crimine.[b] 66

[a] *Per text. in Novell.17. cap.7. Neque autem* Mynſing. *cent.1. obſerv.82.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part.4. cap.1. nu.186.* [b] *argumento l.2. C. de exact. tribut. lib.10. c. Accedens ad ſedem extr. ut lite non conteſtata,* Coler. *d. cap.1. num.186.* Cujus ſit magiſtratus Reis ſalvum conductum indulgere. vide Heig. *lib.2. quæſt.22.* Georg. Everhard. *vol.1. conſ.9.*

Similiter hujus ordinis eſt exceptio præjudicialis, quę opponitur actori, qui prius alia actione experiri tenetur, antequam movere actionem propoſitam poſſit. 67

l. Si poſt 13. l. Fundum 16. & l. fundi 18. ff. de except. l. rei majoris 21. l.1. §.1. ff. famil. erciſc. Wendel. *in except. forenſ. explanat. pag.466.* Oldendorp. *in Enchirid. except. cap. Exceptio præjudicij. pag.63.*

Eſt & alia exceptionis diviſio, qua diducitur in perſonalem & realem. Perſonalis exceptio eſt, quæ perſonæ cohæret, proindeq; ſucceſſori vel fidejuſſori non competit, qualis eſt exceptio, quam habet ſocius in id, quod facere poſſit, vel parens, patronusve, & maritus dotis nomine. 68

l. Exceptiones 7. in princ. ff. de except. & l. Sciendum 45. ff. de re judicata, l. Maritum 12. juncta ſeq. ff. ſoluto matr. Sic jus perſonale, quod mulier habet in dote, non tranſit ad heredes mulieris, aut cæteros ſucceſſores, *l. unica C. de privileg. dotis* privilegium pupilli non tranſit ad ſucceſſores pupilli *l. Dabimus 19. §.1. ff. de rebus, aut. jud. poſſid. & l. ex pluribus 42. ff. de adminiſt. & peric. tut.*

Ea quoque exceptio, quæ jure extraordinario per in integrum reſtitutionem minoribus competit, ob id, quod minor deceptus ſit in re ſolùm ſine dolo adverſarii, perſonalis eſt. 69

d. leg. exceptiones 7. in fin. ff. de except. & l. in cauſa 13. in princ. ff. de minorib.

Similiter exceptio, quæ comparata eſt his, qui bonis ceſſerunt, perſonalis eſt, & fidejuſſoribus, aut ſucceſſoribus non competit. 70

§. ult. Inſtit. de except.

Eadem eſt conditio præſcriptionis moratoriæ. 71

Per l.1. ff. de conſtit. prin. & l. quia.13. ff. ſoluto matrim. Baldus *ad l.2. C. de precibus Imp. offer.* Wendel. Schelling. *in except. forenſ. explanat. ſub diviſ.3. pag.275. &* Oldendorp. *in Enchirid. except. pag.6.* Donell. *lib.22. comment. cap.9. pag.599.*

Realis exceptio eſt, quæ rei cohæret, proindeque etiam ſucceſſoribus & fidejuſſoribus, cæteriſq; acceſſionibus competit, qualis eſt exceptio rei judicatæ, doli mali, jurisjurandi, quod metus causâ, pacti conventi, ne pecunia 72

Google

nia petatur, Senatuſconſulti Vellejani, Senatuſconſulti Macedoniani, & quæ minori 25. annis circumſcripto competit.

§. Exceptiones autem. Inſtit. de replicat. d. l. exceptiones 8. *§.* 1. *l. omnes* 19. *ff. de except. l. defenſiones* 11. *C. eodem tit. l. & heredi* 21. *§.* 1. *ff. de pactis, l.* 4. *§. de auctoris dolo* 27. *ff. de doli mali & metus except. & l. ex perſona* 33. *ff. de fidejuſſor.* vide Eberhard. Bronchorſt. *cent.* 4. *[illegible] aſſert.* 56. *& ſeq.*

73 Quòd attinet ſucceſſores ejus, adverſus quem exceptio competit, his etiam ſive univerſales, ſive ſingulares fuerint, exceptio rei cohærens nocet, ut contra eos etiam opponi poſſit.

l. ſi intra 8. *C. de non numerata pecun. & d. l.* 4. *§. de autoris dolo* 27. *ff. de doli mali & metus except. & l. exceptio* 28. *ff. de except. rei judic.* Donell. *libr.* 22. *comm. cap.* 3. *pag.* 568. *& ſeq.* Cujac. *in lib.* 27. *quaſt. Papiniani. pag.* 62.

74 Verùm exceptio ex delicto comparata, quia perſonæ cohæret, non rei, adverſus ſingularem ſucceſſorem non competit, ut & exceptio doli, quæ emptori non nocet.

d. l. 4. *§. de autoris* 27. *& l. ſeq. ff. de doli & met. except.*

75 DICEMUS NUNC DE RECTO USU EXCEPTIONIS, in quo duo ſpectamus: Exceptionum proponendarum numerum, & tempus objiciendi exceptionem.

Donell. *lib.* 22. *comment. cap.* 8. de recto uſu exceptionum, in Camera Imper. vide deciſiones, ſeu præjudicia dubiorum, ſeu quæſtionum Camer. Imper. *in verbo, exceptiones.*

76 Primam quod attinet inſpectionem, juris eſt certiſſimi, quòd nemo prohibeatur pluribus exceptionibus uti, quamvis ſint diverſæ.

l. is qui dicit. 5. *& l. Nemo.* 8. *ff. de except. c. nullus.* ubi Peccius *tit. de reg. jur. in* 6. Boër. *deciſ.* 43. *nu.* 11. *&* 12. Covarruv. *lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 2. *nu.* 2. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 42. *nu.* 6. Zanger. *de exceptionib. part.* 3. *cap. ult. nu.* 336. *& ſeqq.* Speckhan. *cent.* 2. *claſſ.* 4. *quaſt.* 2. *nu.* 8. Pluresautem exceptiones illæ ſimul ſunt proponendæ, *l. ſcire oportet.* 13. *§. Scire autem.* 8. *& §. oportet.* 10. *ff. de excuſat. tut. cap. paſtoralis* 4. *extr. de except.* Speculator *tit. de except. § Nunc videndum, nu.* 1. *& §. dicto, nu.* 4. Cammergerichts Ordnung/ *part.* 3. *tit.* 24. *§. ult. & tit.* 27. *§ ult.* Fürſtlich Württembergiſch Landrecht/ das alt/ *pag.* 82. *in princ. & pag.* 83. *in princ.* Das New/ *part.* 1. *tit.* 23. *pag.* 110. *verſ.* Solch/ ꝛc. *& pag. ſeq. verſ.* vnd ob wol/ ꝛc. Hoffgerichts Ordnung/ *part.* 3. *tit.* 21. *§.* da der Appellat. Obſtat, quòd nemo pluribus experiri de re eadem actionibus poteſt, *l. nemo ex his §.* 1. *ff. de reg. jur.* Speckhan. *dict. quaſt.* 2. *nu.* 5. *&* 6.

77 Quod attinet tempus objiciendæ exceptionis idoneum, diſtinguendum hic inter peremptorias & dilatorias exceptiones. In peremptoriis exceptionibus alia conditio eſt bonæ fidei judicii, alia ſtricti juris.

78 In judiciis bonæ fidei non eſt neceſſe exceptionem initio conteſtari: quandocunque ante ſententiam objicere eam ſatis eſt, ut ea probata ex officio judicis ſit, Reum abſolvere.

l. emptio. 3. *verſ. Iulianus. ff. de reſcindenda vendit. l. hujuſmodi.* 84. *§. Qui ſervum.* 5. *ff. de legatis.* 1. *l. planè.* 38. *& l. ult. in fin. ff. de petit. heredit. l. ſed etſi.* 21. *in fin. ff. ſoluto matrim.* Donell. *lib.* 22. *comment. cap.* 8. *& lib.* 24. *cap.* 2. *& ad l. creditori.* 5. *&* 9. *num. ult. C. de except.* Sed obſtare videtur. *l. ut fundus* 18. *ff. communi dividi.* vide Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 26. *num.* 32. Andr. Gerhardi. *decad.* 18. *quaſt.* 10.

79 In ſtrictis judiciis ab initio exceptionem conteſtari oportet, alioqui poſtea

ſtea objicietur fruſtrà, probari tamen debet, poſteaquam intentionem ſuã actor implevit, & quidem probari priuſquam ſententia feratur, poſt condemnationem regulariter objici non poteſt.

l. emptor. 9. C. de præſcript. longi temp. l. præſcriptionem. 8. & l. ſeq. ubi Donellus num. 6. & ſequent. C. de except. l. Scire oportet. 13. §. ſcire autem & §. oportet. ff. de excuſat. Idem Donellus *lib. 12. comment. cap. 3. in fin. & lib. 22. cap. 8. pag. 595. lib. 24. cap 2. & ad l. Vinum 22. nu. 26. ff. de rebus creditis,* Sed obſtare videtur, *l. 2. C. ſententiam reſcindi non poſſe, & d. l. præſcriptionem, 8. ibi, objicere quandoque C. de except.* & omni tempore poſt litis conteſtationem uſque ad ſententiam definitivam proponi primùm poſſe peremptoriam exceptionem, licet ea ab initio conteſtata non ſit, ſentiunt communiter Interpp. etiam Neoterici plerique, & inter hos Cujac. *lib. 18. obſerv. cap. 34. in fin.* Eberhardus Bronchort. *cent. 4.* [illegible] *Aſſert. 27.* & Vult. *ad tit. Inſtit. de except. num. 19.* Arumæ. *exercitat. Juſtin. 19. theſ. 8.* Treutler. *Vol. 2. diſput. 26. theſ. 8.* Paul. Berens. *diſput. 17. ad Inſtit. thom. 1. quæſt. 5.* Zanger. *dict. part. 3. cap. 26. nu. 29.*

Nonnullæ exceptiones peremptoriæ ex jure Canonico, & recepto uſu 80
etiam ante litem conteſtatam in vim dilatoriarum opponi & executi poſſunt: ut exceptio rei judicatæ & tranſactionis exceptio.

c. 1. & 2. de litis conteſtatione in 6. Cammergerichts Ordnung / *part. 3. tit. 24.* Fürſtlich Württembergiſch alt Landrecht / *pag.* 82. Vide Termineum in *proceſſu juris cap. 27.* De peremptoriis exceptionibus, ubi aliarum quoque hujus generis exceptionum meminit: quibus addi poteſt exceptio non ſoluti precii, item exceptio non traditæ mercis. Andr. Gayl. *lib. 2. obſerv. 17. nu. 1. & 2.*

Sed ut exceptiones hujuſmodi ante litis conteſtationem rectè objiciantur & excutiantur, neceſſum eſt, ut in continenti poſſint probari: [a] Puta ex inſtrumento indubio, vel confeſſione partis. [b] Alioqui ſi altiorem requirant indaginem, reſervatur earum excuſſio poſt litis conteſtationem: id quod in arbitrio judicis poſitum volunt. [c] 81

[a] Butr. & Abbas *ad c. ſuper literis,* ubi vide quoque Decium, *extr. de reſcriptis.* Felinus *ad c. exceptionem. num. 36. extr. de except.* [b] Marc. Ant. Blanc. *de except. impedient litis ingreſſum. in princ. num. 2. & 3.* [c] Menoch. *lib. 2. de arbitr. jud. cent. 1. caſu. 20.* Marc. Ant. Blanc. *dict. loc. nu. 3.*

Cæterùm dubitatio haud levis eſt, quomodo in continenti exceptio probari dicatur. [a] Obtinuit autem probationem hanc fieri debere intra modicum intervallum, quod diſcretioni & arbitrio judicis committendum ſit. [b] 82

[a] Vt oſtendit Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 4. cap. 2. nu. 3. & ſeqq.* ubi ſcribit, quoſdam ſentire, probationem hanc fieri debere illo ipſo die & tempore, quo objicitur, puta per exhibitionem inſtrumenti: aliquos verò, intra triduum: nonnullos intra decennium. Non deſunt etiam, qui tempus octo dierum cenſent ſtatuendum, [b] ut ſcribit Menoch. *lib. 2. de arbit. jud. cent. 1. caſu 18. nu. 4.* Blancus *quoque dicto loco. nu. 4.* tradit; ad octo uſque dies vel plures expectandum eſſe.

At quia judicis arbitrium omninò liberum eſſe non debet, ſed cum juſta quadam moderatione conjunctum, quæri ſolet, quid ſpectare judex hic debeat, ut juſtũ tempus probandi huic exceptioni definiatur? Communis autem Dd. concluſio eſt, illud hic conſiderandum eſſe tempus, intra quod 83

expediretur cauſa principalis, ſi non fuiſſet oppoſita exceptio illa.[a] Quamvis nonnulli,[b] tradant, ſecundum quantitatem & qualitatem cauſæ, magnam vel parvam dilationem eſſe dandam, ad probandam eam exceptionem: quam poſteriorem ſententiam abſolutè ſequitur etiam Menoch.[c]

[a] Vt oſtendit Matth. Coler. *d. cap. 2. num.* 10. Vnde ſpacium triennii eſſet dandum Reo, quod tempus inſtantiæ definitum eſt, *l. properandum* 13. *§. 1. ff. de judic.* Quòd ſentire quoq; videtur Coler. *d. cap. 2. nu.* 11. [b] Vt ſunt Panorm. & alii quos recenſent Coler. *d. n.* 18. & Menoch. *libr. 2. de arbitr. jud. caſu* 18. [c] *d. caſu* 18. *in princ.*

84 Sunt item quædam exceptiones peremptoriæ, quæ etiam poſt condemnationem ad impediendam executionem opponi poſſunt: qualis primò eſt exceptio Senatuſconſulti Vellejani, maximè ſi originem ſuam habuit poſt ſententiam, aut priùs opponi non potuit, quàm in termino petitæ executionis.

l. tamen 11. *ff. ad Senatuſconſultum Macedon.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 4. cap. 1. nu.* 136. *& ſeqq.*

85 Talis eſt quoque exceptio Senatuſconſulti Macedoniani, quæ indiſtinctè executionem impedit.

d. l. tamen 11. *ff. ad SCtum Macedon.* Coler. *d. cap. 1. nu.* 32.

86 Ejuſdem etiam conditionis eſt exceptio, quæ competit ei, qui ultrà, quàm facere poteſt, non tenetur.

l. Neſennius 41. *§. ult. ff. de re judicata & l. qui id, quod* 33. *ff. de donat. & l. ex diverſo* 17. *§. ult. ff. ſoluto matrim.*

87 Diſceptant Dd.[a] de exceptione diviſionis ex Epiſtola D. Adriani: An & illa poſt ſententiam oppponi poſſit, ut executionem impediat? Nobis negata ſententia placet.[b]

[a] Vide Matth. Coler. *d. cap. 4. nu.* 76. *&* 78. [b] *per text. in l. fidejuſſores* 10. *in fin. C. de fidejuſſ.* Gail. *lib. 2. obſerv.* 17. *nu.* 8. *&* 9. Decius *conſ.* 119. *num.* 2. Sed obſtare videtur *l. inter eos* 51. *§. ultim. ff. de fidejuſſ.* vide Everhardum Bronchorſt. *cent.* 4. ἐναντιοφ. *aſſert.* 28. *verſ. malè quidem.*

88 Similiter controvertunt Dd.[a] de eo, poſſitne etiam exceptio non traditæ mercis, vel non ſoluti precii opponi executioni? Ajens ſententia nobis veriſſima videtur.[b]

[a] Vt oſtendit Matth. Coler. *d. cap. 1. nu.* 78. 80. *&* 83. [b] *Per text. in l. Iulianus* 13. *§. offerri. & l. qui pendentem* 25. *ff. de actionibus. empt. l. purè* 5. *§. ſi ſervus. ff. de doli exceptione*, Andr. Gayl. *lib. 2. obſerv.* 16. *nu.* 8. *&* 9. Cujac. *lib.* 23. *obſer. cap.* 15. ubi docet, ejus eſſe priùs implere contractum, qui priùs agit.

89 Milites quoque poſt ſententiam objicere peremptoriam exceptionem poſſunt.

l. 1. C. de juris & facti ignorantia.

90 Quod ſi opponatur ante litis conteſtationem exceptio ad merita cauſæ reſpiciens, non examinatur, niſi lite conteſtata.

c. 1. tit. de litis conteſt. in 6. Mynſing. *cent. 1. obſerv.* 24.

91 Etſi vero poſt ſententiam regulariter opponi non poſſit peremptoria exceptio[a]: attamen ſi appellatio interponatur in judicio appellationis, rectè ea objicitur.[b]

[a] *dict. l. 4. dict. l. praſcriptionum* 8. *Cod. de except.* [b] *l. 2. C. ſententiam reſcindi non poſſe.* Fürſtlich Würtenbergiſch Hoffgerichts Ordnung/ *part.* 3. *tit.* 5. *§. ult. & tit.* 21. *Verſ.* da der Appellat/ *pag.* 82.

Quod attinet exceptionem dilatoriam, ea regulariter ante litis conteſtationem opponenda, excutienda, & diſceptanda eſt, poſtea objici non poteſt. 92

l. penult. §. ult. C. de except. Obſtat vehementer *text. in l. exceptionem* 19. *C. de probat.*

Primò omnium autem opponi debet exceptio recuſationis judicis, itemq́, fori præſcriptio. 93

l. penult. & l. ult. C. de except. l. ſed etſi ſuſcepit. 52. *in prin. ff. de judiciis.* Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſerv. pract. obſerv.* 33. *nu.* 11. Mynſing. *cent.* 4. *obſerv.* 59. Matth. Coler. *ad c. Olim* 7. *nu.* 32. *extr. de except.* De fori autem præſcriptione cognoſcit judex ipſe, cujus forum declinatur *l. 2. §. ſed ſi dubitetur, & l. ſi quis ex aliena.* 5. *ff. de judiciis. l. 2. ff. ſi qui in jus vocatus non ierit.*

Exceptio quoque procuratoria ante litem conteſtatam objici debet, lite conteſtata non poteſt, etiamſi appellatio intercedat. 94

l. ita demum 13. *C. de procurat.*

Quòd ſi etiam ante litis conteſtationẽ ſatiſdatio à procuratore non exigatur, ſimul lite conteſtata non compellitur procurator ad cautionem. 95

l. Pomponius 40. *§. pen. ff. de procurat.*

Sunt tamen nonnullæ exceptiones dilatoriæ, quæ etiam poſt litem conteſtatam opponi poſſunt: ut eſt exceptio declinatoriæ pacto coarctata vel alterata; [a] Item exceptio dilatoria, quæ tractum habet ſucceſſuum [b], qualis eſt exceptio loci non tuti. [c] 96

[a] Mynſinger. *cent.* 4. *obſerv.* 27. [b] Idem Mynſinger. *cent.* 2. *obſervat.* 78. [c] Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſerv.* 52. *nu.* 3. Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part.* 4. *cap.* 1. *nu.* 169.

Exceptio quoque adverſus ſolidi petitionem, competens ei, qui tenetur in id tantùm, quod facere poteſt, poſt ſententiam quoq; rectè opponitur. 97

Per l. Rei judicata 15. *in princ. & l. ex diverſo.* 17. *§. ult ff. de ſolut.*

Quæritur etiam de exceptione excuſſionis, num etiam poſt litis conteſtationem opponi poſſit? [a] Negantium opinio nobis probatur. [b] 98

[a] Vide Andr. Gayl. *lib.* 2. *obſerv.* 27. & Zanger. *tractat. de except. part.* 1. *cap.* 10. *nu.* 3. & 4.
[b] Eſt enim dilatoria hæc exceptio, *Novell.* 4. *cap.* 1. quæ non niſi ante litis conteſtationem competit. *l. penult. cap. ult. C. de except.* Atque ita ſenſerunt Domini Adſeſſores ſupremi Tribunalis Wirttembergici *Anno* 603. *die* 26. *Martii.*

SEQUITUR DE EXCLUSIONE CUJUSQUE EXCEPTIONIS. Excluſio exceptionis in perſona actoris dicitur Replicatio, quæ actori prodita eſt ad reſolvendum jus exceptionis. 100

l. 2. §. 1. ff. de except. & tit. Inſt. de replicat. in princ.

Replicatio autem oppugnatur per Rei duplicationem. Evenit enim interdum, ut prima facie juſta videatur actoris replicatio, cùm tamen iniquè noceat, proindeq; Reo opus ſit allegatione alia, quæ duplicatio dicitur. 101

§. 1. Inſtit. de replicat.

Contra duplicationem actor juvatur triplicatione, & adverſus hanc Reus quadruplicatione. 102

l. 2. §. ſed econtra. ff. de except. & §. & ſi rurſus. Inſtit. de replicat.

In Camera autem Imp. progreſſus diſputationis in dilatoriis ultra du- 103

plicationem incluſivè non extenditur:[a] In peremptoriis exceptionib. progreſſus fit uſque ad triplicationem incluſivè,& in ea gradus ſiſtitur.[b] Ut & in ſuprema Curia Wirttembergica, [c] In judiciis tamen inferioribus duo tantùm producta partibus permittuntur.

[a] Cammergerichts Ordnung/ *part.3. tit.26.§.* wo aber. [b] *dict. part.3.tit.29.§.* wo aber ſolche. [c] Fürſtl. Württembergiſch Hoffgerichts Ordnung/ *part.3. tit.21.§.* Darauff ſoll [d] Fürſtlich Württembergiſch alt Landrecht/ *part.1. pag.83.§.* Zur Erörterung.

102 Modus tamen ille non ita præciſè obſervatur ſemper in omnibus cauſis, ſed judex quandoque vel ad petitionem partium, vel ex officio ſecundum cauſæ qualitatem, vel infra, vel ultra prædictum numerum admittere ſolet.

Cammergerichts Ordnung/ *dict. part.3. tit.38. cap.4. extr. de except. & facit l.2. ff. de re judicata.* Colleg. Argentoratenſ. *ad lib.44. ff. tit.1. theſ.3. in fin.*

103 Reſtat nudæ intentionis inficiatio, quę eſt, quâ negat Reus ullum intentionis jus cõpetere adverſario [a], ut ei proinde intentionis probatio incumbat [b]: Dd intentionis & facti exceptionem appellant; [c] ſed malè. [d]

[a] *§. ſed & legis, Inſtit. de actionibus. l. ex judicatum 16. ff. judicat. ſolvi. l. ſi quid. 7. ff. de ſolut. juncta l. inde Neratius 23. §. penult. ff. ad legem Aquil.* Cammergerichts Ordnung/ *part. 3. tit.25. ibi,* Nicht verneinen/ ſondern mit Replication/ *tit. 26. §. 1. ibi:* Exceptional Artickel nicht verneint/ ſondern dargegen *Replicatorios & §. 2. titul. 28. & tit. 29.* Ex quibus locis omnibus abundè convincitur, quod aliud ſit excipere, aliud negare, ſive inficiari. [b] *l. Cum de indebito 25. in princ. ff. de probation. & l.1. C. dict. tit.* [c] *gloſſ. ad l.2. in verbo intentionem. ff. de except.* Petrus Rebuffus *in exception. diviſion. num. 3. & 4. alii quos allegat* Weſenbec. *in ſuppl. ad Schneide. titul. Inſtit. de exception. nu.2.* [d] *per textum in §.1. Inſtit. dict. tit. & l.2. in princ. ff. eodem tit. & ibi* Zaſius, Cujac. *ad l. ſi tibi in verbo de pignore. ff. de pactis.* Donell. *ad rubric. Cod. tit. de except. num.5.6. & 7. & lib. 22. commentar. cap. 1. pag. 558. lin. 10. & ſq.* Matth. Coler. *ad rubric. extr. de except. num. 9. & 11.* ſed tueri hoc Interpp. enunciatum videtur. *l. qui ſervum 34. §.1. ff. de oblig. & act. l. ſi unus 27. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & l. non utique 9. de exceptionibus.*

104 Qui ergo ipſo jure liberatus eſt ab obligatione ſi conveniatur, non excipit, ſed negat, ſive inficiatur, ſe debere.

l. Siquidem C. de exceptionib. l. qui ſervum 34. §.1. ibi, aut ipſo jure, aut per exceptionem. ff. de obligationibus & actionibus. l. cum quis 38. §. 1. & l. qui decem 72. in princ. ff. de ſolutionibus. Donellus *lib.22. comment. cap.1. in princip. lib.24. cap.2. & ad rubric. C. de exceptionibus, nu.1. & 5.*

105 Is item qui negat, ſibi datam pecuniam mutuam, non excipit, ſed omninò contradicit actori ex mutuo condicenti, proindeq; actori huic ſimpliciter probatio incumbit.

d. l.1. C. de probationibus.

106 Quoties autem quis ſine actione experitur, contra eum qui nihil debet, intentioni huic opponendam exceptionem, tibi non competit actio, pragmatici docent.

Marianus Socinus *in cap.1. verſ.16.20. & 42. extr. de litis conteſtat.* Ang. *ad §. aquc. nu.11. Inſtitut. de exceptionibus.* Nevizanus. *conſil.30. nu.6.* Erneſt. Cothman. *Reſp. 47. num. 80. & ſeq. & Reſp. num.311. lib.1.*

Hujus quoque generis eſſe reor exceptionem, ut vocant, nullitatis [a], exceptio-

ceptionem non devolutæ appellationis [b], exceptionem libelli omninò incepti [c], exceptionem ſub& obreptionis [d], exceptionem falſi procuratoris. [e]

[a] *Per l.4. §.condemnatum 6. ff. de re judicata.* De hac exceptione agit quoque Menoch. *libr.2. de arbitr. judic.cent.1. caſu 9. nu.2.* ejusq; meminit etiam collector deciſionum Cameræ Imperial. *ſub verbo, exceptiones, verſ. Exceptio nullitatis ſententia, pag.*120. & *Commentator ad Ordin.ir. Camer. Imper. ad tit.22. §.1. verſ.* Ohne Vorzug! *parte 2.* [b] *Per c. Romana §. Si verò tit. de appellation. in 6.* De hac agit quoque Wendelin. Schelling. *in except. forenſ. explanat. tit. Neglecta forma exceptio. pag.* 482. Mynſinger. *cent.3. obſervat.* 89. [c] Eſt enim libellus omninò ineptus ipſo jure nullus, ut judicium quoque retrò nullum efficiat. Oldendorp. *in Enchirid. except. tit. exceptio inepti libelli, verſ. Exceptio autem pag.52. fac.2.* Wendelin. *in except. forenſ. explanat. titul. exceptio generalitatis libelli. pag.* 345. *verſ. judex ex officio, & verſ. ſeq.* Andr. Gayl. *libr.1. obſerv. pract. obſerv.*66 [d] De hac exceptione agit Andr. Gayl. *dict. lib.1. obſervat.*14. & collector. deciſ. Cam. Imp. *ſub verb. exceptiones, pag.* 117. [e] *per textum. in l. licet 24. C. de Procurator.*

CLASS. VI. DISPUTATIO XIII.

DE CITATIONE Judiciali.

THESIS I.

COGNITO, qua de re in judicio diſceptetur, actione ſcilicet, interdicto, & exceptione: proximum eſt, ut ipſum judicij proceſſum inſpiciamus; & primum quidem de citatione judiciali agamus.

Vide diſputat. 2. theſ.8.

Citatio judicialis eſt vocatio alicujus ad judicē, juris ab ipſo citante judice decernendi cauſa legitimè facta. Eaque fieri ſolet, vel controverſię cujuſdam cognoſcendæ & dirimendæ cauſa [a]: Germanis dicitur Citation/ Ladung/ Vorheiſchung/ vel in aliis cauſis juris reddendi gratia [b]. Verùm hîc de illa potiſſimum, non de hac in præſentiarum agemus. 2

[a] *l.1. ff. de in jus vocand. §. omnium. Inſtit. de pœn. tem. litig. l. Divus 7. de in integrum reſtitut. l. & poſt edictum 73. in princ. de judic. l. inter accuſatorem 10. ff. de public. judic. l. Senatus 15. §. Divus. de jure fiſc. l.1. §. in cauſis, & §. ult. & l. tutor pupillo 28. in princ. de adm. & peric. tut. l. 1. in princ. ibi, judicij ſiſtendi cauſa, in jus vocita ut eant. l. 3. in princ. ff. de eo per quem factum erit. l.2. §. Prætor. qui ſatiſd. cog. cap. præterea, ibi, reo ad judicium legitimè convocato. extr. de dilat. c. cum cauſa, & c. conſuluit extr. de off. & pot. jud. deleg. & Clem. Paſtoralis ç. præhabitis, & §. deſiperet. §. dici ne ergo, & §. cæterum defectus, tit. de ſent. & re judic.* Alii aliter definiunt. *Weſenbec in ſupplem. ad Schneid. tit. de pœn. temerè litig. §. ult. n.1.* Vult. *lib.2. Iuriſprud. Roman. cap.28. pag.401. fac.2. verſ. citatio eſt, &c.* Althuſ. *libr.2. Iuriſpruden. Rom. cap.17. pag.243. verſ. citatio eſt res.* Rosbach. *in proceſſ. civil. tit.22. nu.2.* [b] *l. nam ita 39. de adopt.* Cujac. *in lib.4. Paul. ad edictum. pag.94.* De citatione vide Borell. *in ſumm. deciſ. tom.1. tit.44.* Berlich. *vol.1. concluſ.7.* Ruland. *de commiſſ. lib.2. part.1. cap.5.* Gilhauſ. *in arbor. civil. cap.4. ram.1. de citat.* Scaccia. *de judic. lib.1. cap.32.* Goldſtein. *in pract. cap.1. & aliis.*

In citatione autem generalis inſpectio quadruplex incurrit: una, de ejus neceſſitate: altera de judice qui citat: tertia de modo citandi: quarta de citationis ſpeciebus & earum affectionibus. 3

Ad

4 Ad primam quod attinet inſpectionem, citatio, cùm ſpecies defenſionis ſit, proindeq; juris naturalis, regulariter omninò neceſſaria eſt, nec omitti in eo, cujus intereſt, cujuſq; cauſa agitur, ſine judicii & ſententiæ vitio poteſt, [a] ne quidem ex Principis reſcripto. [b]

[a] *c. caveant. c. abſente, c. abſens verò. 3. quæſt. 9. d. Clement. Paſtoralis. §. dicis ne ergo ſententia meruit. tit. de ſentent. & re judic. l. ea quæ 7. C. quom. & quand. jud. l. de unoquoque 47. in pr. ff. de re judic. l. nam ita 39. de adopt.* Marant. *part.* ● *rub. de citat. nu.* 3. Sebaſt. Vantius *poſt alios, de nullitate ſentent. ex defectu citationis, nu.* 34. 56. *& ſeqq.* Aſinius *in prax. judicior. §. 1. cap. 1. nu. 27. & §. 6. cap. 9. nu. 2. & cap. 13. nu. 1.* Mynſing. *cent.* 6. *obſerv.* 6. *nu.* 3. Hartm. Hartm. *tit* 15. *de teſtib. obſerv.* 6. *nu.* 2. *& tit.* 3. *de citat. obſerv.* 2. *per tot.* Honded. *vol.* 2. *conſ.* 25. *nu.* 25. Ruland. *de commiſſ. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 1. *part.* 1. Raiger. *diſp.* 2. *ad proceſſ. theſ.* 6. [b] *l. ult. ubi Dor. C. ſi per vim vel alio modo & c. l. pen. C. de precibus Imp. off. l. ult. C. ſi contra jus vel util. publ.* Mynſing. *d. obſerv.* 6. *nu.* 2. *&* 4. Thuſchus *pract. concluſ. lit. C. concl.* 270. Bocr. *deciſ.* 247. Gabriel *tit. de citat. lib.* 2. *concluſ.* 1. *nu.* 2.

5 Sunt tamen caſus nonnulli, quibus citatio neceſſaria non eſt. [a] Sed an his connumerari quoq; debeat caſus ille, quo citandus jam ante in judicio præſens eſt, non convenit inter Dd. [b] Et licet magni nominis JCti [c] arbitrētur, præſentem in judicio partem ſpecialiter citandam non eſſe; atque hæc opinio communiter recepta dicatur; huic tamen ſententiæ, ob rationes [d], quæ obloquuntur illi, non temerè ſubſcribendum putamus.

[a] Hos longo commemorat ſtylo. Aſinius *in praxi judicior. §. 7. cap. 5. quoſdam etiam recenſet* Mynſing. *cent.* 6. *obſerv.* 6. [b] ut oſtendit Marant. *d. part.* 6. *rubr. de citatione, num.* 17. Lanfranc. *ad c. quoniam, extr. de probat. cap.* 1. *de citat. nu.* 2. *& ibi additio.* [c] quos referunt & ſequuntur Marant. Lanfranc. & Mynſing. *dd. locis.* Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſerv.* 48. *nu.* 4. *verſ. ratio. & obſerv.* 51. *nu.* 8. *& obſer.* 58. *nu.* 5. Aſinius *in prax. judic. §. 7. cap. 5. limitat.* 90. Rationes quibus moventur hæ ſunt. I. Quòd non legitimè citatus, ſi compareat in judicio, denuò citandus non ſit. Mynſing. *cent.* 2. *obſerv.* 18. Andr. Gayl. *d. obſerv.* 58. *lib.* 1. II. Quòd citationis finis ſit comparitio, ut proinde fruſtra præſens citetur. Rosbach. *in proceſs. civil. tit.* 22. *num.* 8. III. Adducunt *l. etiam 29. §. ult. de minor. & l. de unoquoque 47. in princ. de re jud.* Limitant tamen hanc concluſionem, I. ſi is qui præſens eſt, non ob aliam cauſam ad ſe pertinentem in judicio præſtò ſit, *per l. 2. in fin. ibi: nec dum quis apud prætorem cauſam agit, de in jus voc.* Mynſing. *d. obſerv.* 6. *nu.* 9. Aſin. *d. §. 7. cap. 5. limitat.* 90. *nu.* 9. II. Si præſens pars per judicem non moneatur de actu, ad quem citari debuit, Marant. *d. part.* 6. *rubr. de citat. num.* 12. Aſin. *d. §. 7. cap. 5. limitat.* 90. *nu.* 10 *& ſeq.* III. Si præſens pars ſe non inſtructam dicat, & ad deliberandum tempus ſibi dari velit, Lanfranc. *d. cap.* 1. *de citat. nu.* 2. [d] Obloquitur enim text. *in Auth. ſi omnes, C. ſi minor. ab hered. ſe abſtin. item text. in d. l. etiam 29. §. ult. ff. de minor.* tum quod citationi cauſa eſt inſerenda, ut: vel inſtructus ad judicium venire, vel cognoſcere poſſit citatus, cedere an litigare debeat. *l. 1. de edend.* Mynſ. *cent.* 5. *obſerv.* 85. tùm etiam quod citato certum jure datum eſt tempus, quo venire in judicium, & adverſario reſpondere tenetur. *Novell.* 53. *cap. 3. §. ſancimus igitur,* ubi Cujac. *Auth. offeratur. C. de litis conteſt. Novell.* 82. *cap.* 10. *uper- tes, in fin.* Donell. *lib.* 23. *comment. Iur. civil. c.* 2. *circa finem.* Amplectitur quoq; poſt alios hanc contrariam ſententiam *Weſemb. in par. ff. de in jus vocand. nu.* 13. ubi addit, quòd communis praxis ita obſervet.

6 Citatio autem non niſi ex judicis commiſſione regulariter fieri poteſt, & Judex qui citat competens eſſe debet: alioquin ei citanti impunè non paretur, ſi notoriè incompetens fuerit, [b]

[a] *ut latè oſtendit* Andr. Geil. *lib.* 1. *obſerv. pract. obſerv.* 54. *nu.* 1. 2. *&* 3. Scaccia *de judic. tit.* 32. *nu.* 10. Honded. *vol.* 2. *conſ.* 26. *nu.* 21. Gravæus *concluſ.* 48. *nu.* 10. [b] *l. ult. ubi* Dd. *de Juriſd.*

Clem.

Clem. Paſtoralis, verſ. deſiperes igitur, tit. de ſentent. & *re judic.* Marant. *part.6. tit. de citat. nu.39.* Vant. *de nullit. ſentent. ex defect. citat. nu.27.* & *ſeqq.* Andr. Geil. *lib.1. obſerv. pract. obſerv. 48. nu.9.* Mynſing. 6. *obſerv. 7. nu.6.* Schrader. *de feud. part. 9. cap. 7. num. 37.* Borcholt. *vol.2. conſ.1. per tot.* Græværus *concluſ. 48. conſid. 2.*

Quod ſi dubium fuerit, competens ſit Judex nec ne, comparere citatus tenetur, & incompetentiam docere: de qua ipſe Judex citans cognoſcet. 7

l.5. ff. de Jud. l.2. in princ. ſi quis in jus voc. non ierit. Mynſing. *cent.6. obſerv.7.* Andr. Gail. *lib.1. obſer. pract. obſ.16. nu.3.* Plebſt. *diſp.1. ad jus Württ. theſ.19. lit. B. ex Graveo lib.1. concl.48. conſid.2. nu.1. Sed ultimo theſeos membro* obſtare videtur *l. qui juriſdict. 10. de juriſdict.* Vide Cujac. *in lib.1. Pauli ad edict. pag.11.* vide Georg. Everhard. *conſil.17. lib.1.* Coler. 9. *in c. olim. extr. de except. nu.21.*

Competentem autem judicem, qui citare poteſt, dicimus non ſolùm ordinarium, ſed & delegatum judicem. 8

Per l.2. ff. de juriſd. cap. præterea, & *cap. prudentiam, de off.* & *pot. jud. deleg.*

Sed an Judex delegatus citationi inſerere teneatur commiſſionem ſibi factam, variant Dd. [a] Nos eorum ſequimur ſententiam, qui copiam, ſive tenorem delegationis citationi inſerendum eſſe autumant. [b] Originale reſcriptum ſi cognoſcere deſiderat citatus, illud quando coram Judice comparet, ſibi exhiberi petere poteſt. [c] 9

[a] Vt oſtendunt Mynſing. *cent.3. obſerv.1. in princ.* & Geil. *lib.1. obſer. pract. obſer.48. nu.19.* & Henning Gœden. *in proceſſu ordinis judiciarij part.1. Rub.7. nu. ult.* [b] *per c. cùm in jure. extr. de offic.* & *pot. jud. del. c.2.* ubi Dd. *ext. de dilat.* & *d. l.2. in princ. ibi, in jus vocatus venire debet, ut hoc ipſum ſciatur, an juriſdictio ejus ſit, ff. ſi quis in jus vocat. non ierit. l. ſi quis in alien. 5. de jud.* Marant. *d. part.4. judicior. diſtinct.5. nu.55.* Aſinius *in praxi judicior. §.5. c.2. nu.3.* Mynſing. *cent.3. obſerv.1. verſ. verum communior,* & Andr. Geil. *d. obſerv.48. nu.17. 20.* & *21.* ubi Græværus *conſider.* 3. Maſcard. *de probat. concl.491. vol.1.* Etſi enim commiſſio, cùm facti ſit, non præſumatur, ex copia tamen, ſive exemplo ejus vel præſumitur, vel dubia efficitur proindeq; citatus venire tenetur, & cognoſcere originale delegationis reſcriptum, *arg. d. l. ſi quis 5. ff. de jud.* & *d. l.2. in princ. ſi quis in jus voc. non ierit.* [c] *per textus proximè citatos,* & poſt alios docet Mynſing. *d. obſerv.1. cent.3.*

Sed quæſtio hic ſe nobis offert dubitationis pleniſſima, poſſitne Judex ſuæ juriſdictioni ſubjectum in alieno commorâtem territorio ad ſui territorii judicium per nuncium, aut literas ad eum miſſas citare? Neganti concluſioni noſtrum accommodare votum dubitamus nihil. [b] 10

[a] De qua poſt alios Bart. *ad l.1. §. præſides, ff. de requirend. reis.* Ang. *ad l. ult. num.6. de juriſd.* & ibid. Iaſ. *nu.24.* Marant. *part.6. Rubr. de citat. nu. 40. mihi pag.368.* Lanfranc. *ad c. quoniam. ext. de probat. cap.1. de citat. nu.17.* & *ibi in annot. Wurmſ. lib. pract. obſerv. tit.6. obſer.9.* Geil. *lib.1. obſer. pract. obſer.56. ubi nu.2.3.* & 4. Berlich. *vol.1. concl.11.* Vmmius *diſp. 5. nu.60.* affirmatæ inhærent opinioni, cum quibuſdam aliis, qui moventur text. *in l. omnes 33. § executoribus 5. verſ. verùm ſi apparitor, C. de Epiſcop.* & *Cler. l. item veniunt 20. §. petitam 11. de petit. hered.* [b] *per text. in Clem. Paſtoralis §. ut illud, tit. de ſentent.* & *re jud. l. ult. de juriſd. l. pupillus 239. §. territorium, de V. S. l. nulli 28. §. quod ſi in vico, C. de Epiſc.* & *Cler. l.1. C. ubi cauſ. ſtat. agi deb. l.1. C. ubi quis de curiali, d. l.1. §. præſides autem, ff. de requir. reis.* Atque hanc ſententiam poſt Ang. tenet quoque Felin. *ad c. ult. nu.1. verſ. tu verò ſequere, ext. de for. compet.* ubi tamen quaſdam fallentias, ut vocant, proponit.

Et licèt Bart. [a] quem & Ang. ſequitur, [b] item Lanfrancus [c] ſcribat, valere eam citationem, ſi ejuſdem Principis ſit territorium judicis citantis, & illud, in quo commoratur ſubditus citatus, non item ſi territoria illa diverſorum 11

ſorum ſint Principũ, attamen hæc diſtinctio neutiquam nobis probatur.[d]

[a] *ad d.l.1.§.præſides, de requir.reis.*[b] *d.l.ult.num.6.ff.de Iuriſd.*[c] *ad cap. quoniam ext. de probat.cap.1. de citat.nu.17.*[d] Ex ea enim ſequeretur, quod in Imperio Romano inde quilibet ad ſui territorii judicium ex alieno territorio, quod ſimiliter eſt ſub Imperio Romano ſubditum ſuum citare poſſit, contra textus Iuris civilis ad *theſ.præcedentem ſub lit.b. adſcriptos.*

12 Jure tamen permittente Judex literas mittere poteſt ad judicem illius territorii, eumq; rogare, ut ſubdito illi citando futuram litem denunciet, jubeatq; eum abire, ac reſpondere ad libellum & intentionem adverſarii. Cujuſmodi citatio fieri quoque ſolet, ſi alienus ſubditus ſit citandus.

Clement.Paſtoralis,verſ.Verum eſt quidem,tit.de ſent. & re jud.l.1.C.ubi cauſ.ſtat. d.l.1.§.2.verſ.præſides.de requir.reis idq; in praxi obſervatur, quod & Maranta refert *d.rubr.de cita nu.40. & ſeq.* Michael Graſ. *lib.2. comm. opin. in verb. Citatio, quæſt.4.* Fürſtlich Württemb. Neẘ Landrecht/ *part.1.tit.11.pag.65. in princ.* Vbi Plebſt. *diſp.1. theſ.22.* & de hac Citatione ſubſidiaria vide latè Berlich. *tom.1. concluſ.pract.8. per tot.*

13 Cæterum Judex non proprio motu, ſed à parte imploratus citat ejus adverſarium, etiam in criminalibus. Alias citatio nullius erit momenti.

l.4.§.hoc autem,8.de damn.inf.l. ad peremptorium 68. de judic. l.4.ibi, ex una poſtulatione C.de accuſ.c.1. ibi, adverſarius ipſius eum petiiſſet ad concilium noſtrum introduci. ubi Felin. nu.1. & 2. extr.de judic. Fürſtlich Württembergiſch Landrecht das Alte/ *part.1.tit.* Von Citation *pag.53.in princ.* Das Neẘe/ *part.1.Tit.11.in princ.* Marant. poſt alios *d.part.6.t.de citat.nu.115.* Lanfranc. *ad d.c.quoniam,extr.de probat.c.1.de citat.nu.5. & 6.* Vant. *de nullit. ſentent. ex defectu citationis, num.44.* Aſinius *in praxi rer. crim. §.8. cap.1. num.4.* Andr. Gail. *lib.1 obſerv. pract. obſerv.50. num.3.4. & 5.* Speckhan. *cent.2. quæſt.8. claſs.4.* vide Menoch. *lib.2. præſ.23. num.1.*

14 Sed quæſtionis eſt, an in dubio ad petitionem partis citatio facta præſumatur, necne? Alii affirmant, alii negant.[a] Nos affirmantium partes ſequimur.[b]

[a] Quorum meminit Felin. *ad dict.c.1.nu.1. ext.de jud.*[b] tùm quia communiter non niſi partis inſtantia expediri citatio ſolet, ut proinde extrinſeca illa ſolennitas præſumatur: tùm quia citatio pertinet ad commodum & intereſſe partis, quæ ipſam fieri petit. Felin. *ad d. cap.1. nu.1.* & Sebaſtian. Vant. *de nullitat. ſentent.ex defectu citat.num.45.* Menoch. *d. præſumpt. 23. nu.1. & ſeq.*

15 Quibuſdam tamen caſibus valet citatio, nulla facta partis petitione: ut ſi pars citata compareat, nec contra citationem excipiat: Item, ſi Judex inſtantiam judicii perire viderit, proindeq; proprio motu citationem decreverit. Tum etiam ſi cauſa publicam utilitatem concernat.

Felin. *ad d.cap.1.nu.2.ext.de jud.* Andr.Geil. *lib.1.obſerv. pract:obſerv.c.50.nu.ult.* De tertio caſu eſt *l.1. in princ. Cod. de cuſtod. reor. l.ea quidem 7. C. de accuſ. cap. qualiter & quando 24. extr. de accuſ.* Duaren. *lib.1. diſput.cap.38.* vide quoque Iohan. Robert. Autel. *lib.4. ſent. jur. cap.12. & ſeq.*

16 Dubitatum meminimus & de hac quæſtione: An conſtitutus procurator, vel dominus pars principalis citari à Judice debeat? Poſt litis conteſtationem cum procuratore factam non dominum, ſed procuratorem, niſi hic abſens, aut venire impeditus fuerit, citandum eſſe, & jura Civilia arguunt,[a] & pragmatici docent.[b] Verùm antè litem conteſtatam diſtinguendum putamus inter procuratorem extra judicium conſtitutum, nondum à parte adverſa & judice admiſſum, & eum qui coram ipſo judice conſtitutus eſt,

eſt, ut ille non niſi domino abſente citandus ſit; [c] licet non ſpecialiter ad præſentem cauſam datus, ſed generalis ſit procurator omnium bonorum, [d] hic verò etiamſi dominus præſens ſit citari poſſit ac debeat. [e]

[a] *Per l.1. C. de ſent. & interloc. omn. jud. l. procuratoribus 22. & l. ſeq. C. de procurat. cap. 1. & c. ut qui d. tit. in 6.* [b] Iaſ. *ad l. furioſo, num. 10. de re judic.* Marant. *ad l. ſi actor, num. 6. de procur. & de ord. part. 3. judicior. diſtinct. 16. nu. 35.* Mynſing. *cent. 2. obſerv. 39.* Vant. *de nullit. ſentent. ex defect. citat. nu. 85.* Iure Canonico vel dominum, vel procuratorem citandum Dd. tradunt *ad d. l. 1. C. de ſentent. & interloc. omn. judic. & ad d. l. procuratoribus C. de procurat.* Gail. *libr. 1. obſerv. cap. 11. nu. 3.* Vant. *de nullit. ſentent. ex defectu citat. per c. licet ext. de probat.* ex quo tamen loco id quomodo probetur, non videmus, [c] *per text. in c. cauſam, extr. de dol. & contumac. l. 3. ibi, heredibus procuratoribusve. de alim. & cib. leg.* [d] *c. dilectus* & ibi Dd. *ext. de procurat.* Sebaſtian. Vant. *d. loco nu. 84.* Quod ſi abſente domino procurator hic non citetur, excuſatur dominus à contumacia, qui relinquendo procuratorem fecit id, quod facere debuit. Quid verò, nullane eſt ea ſententia, quam Iudex protulit contra abſentem, cujus procuratorem non citavit? Non eſt nulla, ſed appellare ab ea dominus, vel ejus procurator poteſt, *per dict. c. dilectus extr. de procur.* [e] Quicquid enim procurator hic agit, dominus in irritum conſtituere non poteſt, ut qui eum legitimavit ſuo non revocato mandato. Neque domini adverſarius, neque judex eum, cùm judicialiter ſemel ab ipſis admiſſus ſit, amplius repudiare poteſt: ſiquidem dominus legi ſatisfecerit, Bald. *ad l. 1. num. 20. C. de ſentent. & interl. omn. judic.* Nec poteſt hic procurator citatus contemnere citationem, & impunè non comparere, per text. *in l. filiusfamil. 8. §. procuratorem. 3. ff. de procurat.* Accedit huc, quod Bald. *ad d. l. 1. nu 20. C. de ſentent. & interl. omn. judic.* ex quo, ait, procurator ſemel fuit in cauſa, ipſe ſemper eſt citandus, & ſi dominus citaretur, non teneretur comparere, quia ſatisfecit legi adverſario conſtituendo idoneum procuratorem, niſi cauſa aliquam perſonalem requireret informationem.

Videamus de modo citandi, qui continetur tùm cauſa adjuvante, tùm forma citandi. Adjuvans citationis cauſa eſt vox nuncii privata, [a] literæ citatoriæ, [b] vox præconis. [c] edictum, [d] & apparitorum manus injectio [e] 17

[a] *l. 5. ibi, qui neq; denunciationibus, neq; edictis, de pæn. l. ea quæ 7. & l. ſeq. Cod. quom. & quand. jud. c. cùm dilecti §. ſcribat enim, ext. de dol. & contum.* [b] *Can. 1. ibi, literis evocatus, & c. 5. quæſt. 3.* [c] *l. Divus 7.* ubi Cujac. *de in int. reſt. & Nov. 113. cap. 3. in princ. verſ. jubemus enim, ibi, præconum vocibus, & verſ. ſeq.* [d] *l. & poſt edictum 73. de jud. c. gratum, extr. de off. & pot. jud. deleg. c. ult. ext. de dolo & contum. l. 2. C. ubi in rem act. exerceri deb. & d. Novell. 112. cap. 3. in princ. verſ. jubemus. ibi, propoſitis edictis, & §. ſi verò propoſitis edictis.* [e] *c. ſi clericos. tit. de ſentent. excomm. l. injuriarum 13. §. ſi quis, quod 2. de inj.* De his citandi modis vide Marant. *part. 6. de citat. nu. 50.* & Menoch. *lib. 2. de arb. jud. cent. 5. caſu 463.*

Non enim probamus [a] eorum [b] opinionem, qui verbo citandi eam tantum alicujus evocationem contineri putant, quæ fit in foro, & tribunali, vel coram Magiſtratu voce præconis. 18

[a] Nam, ut fundamenta præcedentis th. arguunt, fit citatio & aliis modis. [b] Duaren. *lib. 1. diſput. c. 7.* Govean. *lib. 1. lect. c. ult.* Arnold. de Haerſolte *in adverſariis de actionibus part. 1. art. 3. nu. 2.* vide Cujac. *ad l. Divus 7. de in int. reſt.* & Vult. *lib. diſcept. ſchol. c. 2.*

Privata nuncii voce fit citatio, cum viator judicis adit citandum, eumq; vel procuratorem illius coràm verbis ad judicium evocat. 19

c. cùm dilecti, §. expectantibus, verſ. ſcribebat enim, ibi, injunximus viva voce ut citaret eundem. ext. de dol. & contum. l. 1. §. 1. 2. & 3. de agnoſc. & alend. libr. d. l. ea quæ 7. ibi, denunciationibus conventos, C. quomodo & quando jud. ubi Cujac. *in parat. ibi, conventio fit in perſonam. l. de unoquoque 47. §. 1. de re jud.*

20. Quid verò ſi dubitet citatus de nuncij, quem jura apparitorem, viatorem & executorem appellant,[a] commiſſione, numquid eam probare nuncius tenetur? Ajens concluſio nobis potior eſt.[b]

[a] *§. Tripl, Inſt. de act. l. omnes* 33. *§. executoribus* 5. *C. de Epiſcop. & Cler. l.* 1. *l. omnibus* 3 *Cod. de Sportul.* ubi Cujac. *in parat.* [b] *arg. l. un. C. de mand. Pr. Vant. de nullit. ſentent. ex defect. citat. num.* 40. & 42. And. Geil. *lib.* 1. *obſerv. pract. obſerv.* 54. *nu.* 4. & 5. Mynſing. *cent.* 6. *obſerv.* 10. *nu.* 4. & 5. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 24. *nu.* 1. Scaccia *de judic. dict. cap.* 32. *num.* 7 Cala *de mod. artic, §.* 1. *gloſ.* 4. *nu.* 76.

21. Literis citatoriis fit citatio, quando Judex literis emiſſis aliquem privatim vocat.

l. conſentaneum 8. *ibi, ternis literis, C. quomodo & quando Iud. dict. Can.* 1. *ibi, literis evocatus* 5. *quæſt.* 3. Marant. *part.* 6. *nu.* 73. Vult. *lib. diſcept. Schol. c.* 2. *pag.* 33.

22. Eſt autem regulariter in arbitrio Judicis viva nuncii voce, an literis citare aliquem volet.[a] Sunt tamẽ caſus, quibus per literas citatio fieri debet. I. Si perſona citanda ſit illuſtris. II. quando bona fiſco delata ſunt capienda. III. Si judex citans ſit delegatus, cùm delegationis tenorem citationi inſerere teneatur. IV. Si apparitor ſit primò conſtitutus, non conſuetus. V. Quando citatio fit extra provinciam. VI. Cùm citatio fit denunciatione ad domum citando abſente, vel latitante.[b]

[a] *per d. c. cùm dilecti, §. expectantibus, verſ. ſcribebat, extr. de dol. & contum.* Marant. *d. part.* 6. *nu.* 74. [b] Hos caſus proponit Marant. *d. part.* 6. *nu.* 75. & *ſeqq.*

23. Quia verò citationis executori ſportulę debẽtur, dubitari ſolet, an actor etiam, ad cujus petitionem reus evocatur, eas præſtare teneatur, nec ne? Nos conventionis executori reum duntaxat eas debere concludimus.

Per text. in d. §. tripli, Inſt. de act. l. ult. C. de Caſtrenſianis & miniſter. & l. ult. C. de Principibus agent. in reb. lib. 12. *Vide* Cujac. *ad Novell.* 53. *pag.* 236. *Novell.* 123. *cap.* 28. & *Auth. Sed hodie nulli, C. de SS. Eccleſ. Vide quoque Novell.* 124. *cap.* 3.

24. Voce præconis fit citatio ad domum plerunq;, vel prędium partis citandæ, ſi abſit, vel latitet, vel ſua culpa alicubi carcere detineatur, adhibitis tamen certis quibuſdam ſolennitatibus.

c. ult. extr. de eo qui amit. in poſſ. l. 1. *§.* 1. & *ibi*, Bart. *n.* 3. *de agn. & alend. lib. l.* 4. *§. prætor* & ibi Bart. *nu.* 2. *de damn. inf.* Mynſin. *cent.* 2. *obſer.* 69. Tiraquell. *de utroque retract. §.* 9. *gl.* 2. *nu.* 2. & *ſeqq.* Chilian. König *in pract. part.* 2. *cap.* 3. *Weſemb. conſil.* 43. *nu.* 56. *part.* 2. Cammergerichts Ordnung/*part.* 3. *tit.* 42. & *ſeq.*

25. Cùm autem citatio per proclama, id eſt, vocẽ præconis ter fieri debeat,[a] & una ab altera diſtare ſpacio 30. dierum,[b] idque tempus Judex juſta ex cauſa minuere poſſit,[c] in quæſtionem vocatur, intra quod tempus terminum illum triginta dierum coanguſtare queat? Sed judicis arbitrio id relinquendum à noſtris traditum eſt.[d]

[a] *l. tres denunciationes* 9. *C. quomod. & quand. Iud. Novell.* 112. *cap.* 3. *in pr. verſ. ſi vero cauſam, ibi, tribus vocatur edictis, junct. verſ. ſeq. ibi,* non ſolùm præconum vocibus, Menoch. *lib.* 2. *de arb. Iud. cent.* 5. *caſ.* 463. *num.* 4. [b] *d. Novell.* 112. *cap.* 3. & *authent. qui ſemel C. quomod. & quand. Iudex.* [c] *gloſ. ad d. authent. qui ſemel. verſ. qui ſi cauſam. C. d. t.* Felin. *ad c. pertinentem extr. de accuſ.* Lanfranc. *ad c. quoniam extr. de probat. cap.* 1. *de citat. nu.* 10. Menoch. *d. caſu* 463 *nu.* 5. [d] Menoch. *d. caſu* 463. *nu. ult.*

26. Per edictum fit citatio, quando ſcriptura judicis maximè ordinarii publicè

blicè ibi affixâ, ubi qui vocatur domicilium habet, aut quam plurimùm verſari ſolet, aut cōmodiſſimè ad eum citationis notitia pervenire poſſit, ad Judicem evocatur. [a] Quòd ſi in alieno fiat territorio hæc citatio, magiſtratus loci illius priùs requirendus erit. [b] Quamdiu autem affixum eſſe debeat edictum, cùm jure definitum non ſit, Judicis relinquitur arbitrio. [c]

[a] *d. Novell. 112. cap. 3. auth. qui ſemel. C. quomodo & quando Iud. c. gratum. ibi, propoſito citationis edicto. extr. de off. & pot. Iud. del. c. ult. extr. de dol. & contum.* Marant. *pag. 6. nu. 82.* & Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 57.* Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 8. num. 113. & ſeq.* Hieron. Schurff. *conſ. 28. cent. 1. Chilian.* König *in pract. part. 2. cap. 32.* Weſemb. *in addit. ad Schneid. tit. de pœn. temp. litig. §. ult. n. 9.* Vant. *de nullit. proceſſ. ex defect. citationis. nu. 122. & ſeqq.* [b] *per l. ult. de Iuriſdict. Vide* Fürſt. Würtemb. New Landrecht. *part. 1. tit. 11. pag. 65.* [c] Marant. *d. part. 6. nu. 96.* Menoch. *lib. 2. de arb. jud. cent. 5. caſu 463. nu. 3.* exquiſitè Berlich. *d. concl. 8. part. 1. per tot.*

Cæterùm citationi per vocem præconis, perq; edictum (quæ utraq; citatio pari propemodum paſſu ambulat) [a] non omni caſu locus eſt. Primò enim citatio in perſonam fieri debet vel privata nuncii voce, vel literis citatoriis. Quod ſi propter abſentiam vel occultationem perſonæ citandæ ejuſmodi citatio fieri non poſſit, tùm demum ad hanc deveniendum eſt citationem. [b] 27

[a] Marant. *d. part. 6. de citat. nu. 95. Clement. 1. tit. de jud. c. quoniam §. porrò, ext. ut lit. non conteſt. Novell. 69. c. 3. Novell. 112. c. 3. in prin. verſ. jubemus enim l. 4. §. prætor, & §. totiens, de damn. inf. l. 1. §. permittitur,* & ibi Bart. *nu. 3. de agnoſc. & alend. lib.* [b] *c. cauſam, ext. de dolo & contum. & Clement. cauſam, tit. de elect.* Marant. *d. loco. nu. 82.* Vant. *de nullit. ſent. ex def. citat. nu. 83. 87. & ſeqq.* Wurmbſ. *lib. pract. obſerv. tit. 6. obſerv. 8* Andr. Gayl. *lib. 1. obſerv. 57.* Fürſtl. Würtemb. Alt Landrecht. *tit.* von *Citation verſ.* vnd ſoll das erſte/ *pag. 53.* New Landrecht. *part. 1. tit. 11. pag. 64. §.* Vnd wa man.

Eſt & illud hic notandum, quod licèt olim ante litis conteſtationem nihil opus erat citatione per proclama, vel per edictum; [a] hodiè tamē utramque etiam ante litis conteſtationem fieri poſſe. [b] 28

[a] *l. ſatisq. 19. & l. ſeq. de in jus voc.* Cujac. *ad Nov. 69. mihi pag. 267. in princ.* [b] *cap. Gratum ext. de off. & pot. jud. deleg. c. ult. ext. de dol. & contum. & l. 2. C. ubi in rem actio exerceri deb.*

Eſt autem ejuſmodi citatio omnis, vel dilatoria & ſimplex, vel peremptoria. [a] Dilatoria & ſimplex citatio eſt prima, itemq; ſecunda, ut & tertia ſeorſim facta citatio: [b] quarum quælibet olim quidem in ſe habebat dies decem; [c] novo autem jure dies triginta. [d] 29

[a] *l. ad peremptorium 68. & ſeq. de jud. l. conſentaneum 8. C. quomod. & quand. jud.* [b] *l. ad peremptorium 68. juncta l. & tertium de jud.* [c] *l. properandum 13. §. & ſiquidem 2. C. de jud. & l. per intervallum 69. ff. de jud.* [d] *Novell. 112. c. 7. auth. qui ſemel C. quom. & quand. jud.* Menoch. *lib. 2. de arbit. jud. cent. 1. caſu 52. num. 3.* Cujac. *ad Novell. 69. mihi pag. 267. verſ. & ex Nov. & ad l. edictum 55. & l. ſeq. ff. de jud. pag. 101. col. 1.*

Peremptoria citatio eſt, quæ adverſarium ultrà non patitur tergiverſari, ſed dilationem omnem perimit; [a] ut qua comminatur Judex, etiam adverſa parte abſente, cogniturum ſe & pronunciaturum. [b] 30

[a] *l. & tertium 70. de jud.* [b] *l. in peremptorio 71. d. tit.* In quatuor autem caſibus peremptoriam requiri citationem docet Wurmbſ. *in pract. obſer. tit. 6. obſ. 1.*

Hujuſmodi autem citatio peremptoria ex judicis arbitrio quandoque fit poſt tres citationes ſimplices; [a] quandoq; poſt primam aut ſecundam dilatoriam 31

 latoriam

latoriam citationem; interdum ſtatim ab initio, quæ vocatur una pro tribus, vel omnibus.[b]

[a] *d. l. & tertium 70. & l. nonnunquam. 73. de jud.* Falſum eſt ergo quod Wurmbſer. *lib. pract. obſerv. tit. 6. obſer. 2.* poſt alios ſcribit, quod tertia citatio facta ad eundem actum ſemper ſit peremptoria, etiamſi hoc non exprimatur. [b] *d. l. nonnunquam 73. de jud. & l. contumacia 53. §. 1. de re jud.* Lanfranc. *ad c. quoniam extra de prob. cap. 1. de citat. nu. 11.* ubi dicit, quod interdum ſufficiat una citatio: ſi addatur peremptoriè, vel Iudex comminetur, ſe proceſſurum uſque ad ſententiam, niſi veniat.

32 Quin etiam interdum judex contentus eſt tribus dilatoriis citationibus voce nuncii privata, vel literis citatoriis tranſactis, ad arguendam ſc. citati contumaciam.

l. 2. l. conſentaneum 8. C. quomodo & quando jud.

33 Manu injecta citatio fit per capturam perſonæ, & quidem regulariter in cauſis criminalibus: in Civilibus non niſi certis caſibus, veluti ſi reus de fuga ſit ſuſpectus, &c.

l. injuriarum 13. §. ſi quis, de injur. Novell. 52. cap. 5. Marant. *part. 6. Rubr. de citat. nu. 58. & ſeqq.* Andr. Geil. *lib. 2. pract obſerv. 44.* Sichard. *ad d. l. conſentaneum 8. num. 22. & ſeqq. C. quomodo & quando Iudex.*

34 SUCCEDIT MODUS CITANDI, qui citationis forma continetur. Hic modus conſiſtit, tùm in citationis conceptione, tùm in conceptæ citationis expeditione.

35 Conceptio citationis ſex continet partes I. Nomen & cognomen Judicis citantis, ut poſſit citatus videre an Judex ſit competens.[a] II Nomen & cognomen ejus qui citatur.[b] III. Nomen & cognomen adverſarii, ad cujus petitionem decernitur citatio.[c] IV. Expreſſio cauſæ, ob quam citatur.[d] V. Locus judicii, ut ſcire poſſit citatus ubi comparere debeat, & an judex territorii ſui fines excedat, & an locus ille ſit tutus.[e] VI. Dies & terminus comparendi congruus.[f] Valetne ergo citatio ſine termino? Alii negant, alii affirmant, alii, quos ſequimur, concordando diſtinguunt inter hujus citationis effectum, affirmantes valere eam ad hoc, ut citatus puniri poſſit tanquam contumax: non autem valere ad hoc, ut Judex ulteriùs procedere in cauſa poſſit[g]

[a] Latè Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 48. nu. 6. 7 & ſeqq.* [b] Gail. *d. lib. 1. obſ. 49.* ubi Græværus *concl. 49.* [c] Gail *d. libr. 1. obſ. 50.* Gilman. *lib. 1. rer. judicat. deciſ. 46. nu. 110.* [d] Geil. *d. lib. 1. obſer. 51.* Mynſ. *cent. 5. obſ. 85.* Speculat. *de citat. §. 1. nu. 11.* Et quidem generalis debet eſſe citatio ad totam cauſam, Mynſ. *cent. 4. obſ. 33.* vide And. Geil. *d. obſ. 51. n. 11. & ſeq.* [e] Geil. *obſ. 52.* [f] Geil. *d. lib. 1. obſ. 53.* [g] Lanfr. *ad c. quoniam, ext. de prob. cap. 1. de citat. nu. 13.*

36 Quod ad citationis expeditionem attinet, ejus partes tres ſunt. Una commiſſio Judicis; altera executio, id eſt, inſinuatio commiſſæ citationis facta per apparitoré; tertia relatio executoris judici facta actis adponenda.

Mynſing. *cent. 6. obſerv. 10.* & And. Geil. *lib. 1. obſerv. pract. obſer. 54.* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 32. nu. 7.* Berlich. *Vol. 1. concl. 10. nu. 25.*

37 Quid verò ſi executor ſive viator, cui citationis inſinuatio commiſſa eſt, alii eam exequendam committat, num quid valet ea per alium facta executio? Negamus.

Mynſing. *cent. 1. obſerv. 77.*

Etſi.

Etſi verò executio apparitoris impedita fuerit, attamen ſi ipſa citatio in 38
notitiam citandi devenerit, arctat eum.

And. Gail. *lib. 1. obſer. pract. obſer. 55.* Et poteſt ac debet viator citationem ad ædes citandi proponere, ſi occultet ſe, qui citari debet, aut abſit, nec ejus familia recipere citationem velit, *l. 4. §. totiens*, ubi Bart. & *alij. ff. de damn. inf.* Raiger. *diſput. 2. ad proceſſ. theſ. 22.* Borel. *vol. 1. deciſ. 44. nu. 21. & ſeq.*

Eſt & illud hic notandum, quòd licèt illegitimè facta ſit executio cita- 39
tionis, ſi tamen venerit vocatus contra eam excipere non poteſt.

Mynſing. *cent. 2. obſer. 28. & cent. 3. obſerv. 90. & cent. 4. obſer. 54.* Gratian. *tom. 1. diſcept. 156.* Geil. *d. obſerv. 48. nu. 3.* Portius *conſ. 155. nu. 6.*

Sequuntur ſpecies citationis, quæ duæ ſunt: Vocatio in jus, & citatio in 40
judicium ita in ſpecie dicta.

Iure Iuſtinianeo aliud eſt in jus vocatio, aliud in judicium citatio. De in jus vocatione *eſt tot. tit. ff. & C. de jus voc. & §. omnium, Inſt. de pœn. temp. litig.* quam à Iuſtiniano Imp. uſquam appellari citationẽ haud putamus. De citatione eſt, *l. Divus ff. de in int. reſtit. l. & poſt edictum 73. in princ. de Iud. l. inter accuſatorem 10. ff. de publ. jud. l. Senatus 15. §. Divus. ff. de jur. fiſc.* In jus vocatio olim fiebat ab ipſa etiam parte actionem movere volente, nullo præeunte ſpeciali Magiſtratus juſſu: Hodiè autem fit à Iudice ante litis conteſtationem. At citatio, ita ſpecialiter dicta, fit ſimiliter à Iudice, ſed poſt litem conteſtatam, per vocem Præconis, per literas citatorias, vel per edictum, ut ex locis proximè citatis evincitur, & docet Cujac. *in comment. in lib. 1. comment. Paul. ad edict. pag. 101. col. 1. & ad l. Divus 7. de in integ. reſtit.* Iure autem Canonico ipſa quoque in Ius vocatio dicitur citatio, *d. Clem. Paſtoralis, tit. de ſent. & re judic. c. cum cauſa, ibi, ad primam citationem, extr. de off. & pot. jud. deleg.* Vnde citatio genus eſt, ejus ſpecies ſunt in jus vocatio, & citatio quævis alia. Atque has ſpecies confundendas non eſſe arguit illud, quod ante litis conteſtationem Iudicium propriè non eſt, ſed jus eſt, *l. amplius 15. ff. rem rat. hab. & l. un. C. de lit. cont.* litigatores tamen controverſiæ cauſa ad Iudicem vocantur. Sed vide Vult. *lib. diſc ſchol. cap. 2.*

In jus vocatio eſt ea citatio, qua lite non conteſtata Judex denunciat ali- 41
cui, ut ſe judicio ſiſtat, actionem adverſarii excipiat, & ad eam ipſi reſpon-
deat.[a] Eadem quoque largo modo vocatio in judicium dicitur.[b] Eſtque, ut
opinamur, de proceſſu non minùs quàm citatio in judicium.[c]

[a] *§. Omnem, Inſt. de pœn. tem. lit. & l. 1. ff. de in jus voc.* Quia ante litis conteſtationẽ judicium propriè cœptum non dicitur, *d. l. amplius 15. rem rat. hab. & d. l. un. C. de lit. cont.* Andr. Geil. *lib. 1. obſer. pract. obſerv. 74.* Idcircò qui ad judicem controverſiæ cauſa vocatur, ante litem conteſtatam in jus, non propriè in judicium vocari dicitur. [b] *l. 1. §. in cauſis, & §. ult. l. tutor pupillo 28. in prin. ff. de adm. & peric. tut. l. 3. in prin. de eo per quem fact. erit. l. 2. §. Prætor. qui ſatiſd. cog. & l. 1. in princ. ibi*, judicio ſiſtendi cauſa, *ff. in jus voc. ut eant.* [c] *per §. omnium autem Inſt. de pœn. tem. litig.* Ang. & Bart. *ad l. 1. de in jus voc.* Lanfranc. *in d. c. quoniam, extr. de probat. cap. 1. de citat. nu. 1.* Donell. *lib. 23. comment. 1. pag. 2. & ſeq.* Sed obſtare videtur, quod judicium à litis conteſtatione incipiat.

In vocatione autem in jus ſpectamus tùm modum vocandi; tùm qui vo- 42
cari in jus non poſſint: tùm quis effectus ſit vocationis in jus: tùm etiam
quæ pœna ſit eorum, qui vocati in jus non comparent.

Olim ipſimet acturo poteſtas erat: auctoritate quoque privata Jure 43
conceſſa adverſarium ſuum in Ius vocandi: quem etiam ſi confeſtim non
ſequebatur, neque judicii ſiſtendi cauſa cavebat, manu injecta rapere in
jus poterat.

l. quamvis 11. l. ſatiſq. 19. verſ. ſed ſi aditum, l. ſed & is 21. de in jus vocand. tot. tit. ff. in jus voc. ut eant, & c. l. 4. in princip. ne quis eum qui in jus vocatus l. ſolutum 48. ubi Gœdd. *num. 1.*

Digitized by Google

de Verb. ſignif. Duaren. *lib. 1. diſput. cap.* 1. Cujac. *lib: 7. obſerv. cap.* 16. & *lib.* 10. *c.* 10. & *in comment. in lib.* 1. *Pauli ad edictum, pag.* 8. & *ſeq.* & *in lib.* 4. *Pauli ad edictum pag.* 93. & *ſeq.* Donell. *lib.* 13. *comment. cap.* 2. *pag.* 5. Vult. *lib. diſcept. ſchol. cap.* 2. *part.* 5. Diſſent. Robert. Aurel. *lib.* 3. *ſentent. jur. c.* 1. *Vide quoque* Ioh. Vaudum *lib.* 2. *quæſt.* 24.

44 Verùm hæc poteſtas, cum parum tutum ac humanum videretur, rem tantam privati cujuſdam libini adverſus privatum civem permittere, poſtea in uſu eſſe deſiit; [a] non quidem jure Pand. aut Cod. licet Donellus id exiſtimet, [b] ſed primum jure Novell. conſtitutionum; quo actor convenire & in jus vocare ſuum reum poteſt, vel per judicem competentem, vel per ejus officium, vel per executorem: [c] Deinde jure Can. [d] & receptis moribus: [e] quorum inſtituto ſolius judicis authoritate quis hodie in jus vocatur.

[b] Vt poſt álios oſtendit And. Gayl. *lib.* 1. *obſerv. pract. obſerv.* 54. *nu.* 1. & 2. [b] *ad l. Vinum* 22. *nu.* 3. *ff. ſi cert. pet.* & *lib.* 23. *comment. cap.* 2. *pag.* 5. *per l. cùm proponas. C. de bon. auct. jud. poſſ. l. ſi quis ex aliena* 5. *de jud. l.* 2. *in princ. ſi quis in jus voc. non ierit.* & *l. diffamari.* 5. *C. de ingen. manum. l. properandum* 13. §. 2. *C. de judic. Sed ad dict. l.* 5. *de jud.* & *d. l.* 2. *ff. ſi quis in jus voc. non ierit. peti reſponſio poteſt ex l. ſatisq;* 19. *de in jus vocand.* Nec deeſt quod ad alias reſpondendum eſt leges. [d] *Novell.* 112. *cap.* 2. §. *ſi verò non hac.* [d] *Clem. Paſtoralis tit. de ſentent.* & *re jud. cum ſimilibus juris Can. text.* [e] Quos judiciorum tribunalia ubique ſatis ſuperque arguunt.

45 Vocari in jus poſſunt omnes, qui ſpecialiter nō excipiuntur; ut ſunt Senatores & judices dùm publicis conſiliis & judiciis interſunt, aut ab illis procedunt: item qui alterius cujuſdam litis cauſa jam ante in judicio ſunt, & de ea lite diſceptant: tam etiam conjuges die nuptiarum.

l. 2. *de jus voc.* Fürſtenthumb Württemberg Landrecht / das alt / *part.* 1. *tit.* Wann vnd zu welcher zeit / *pag.* 54. *in princ.* & §. 1. das new / *part.* 1. *tit.* 11. *pag.* 67.

46 Et qui funus familiare ducit juſtaq; mortuo parenti, aut conjugi facit, dum tranſigit hoc negotium, & intra novem dies luctus in jus vocari non poteſt.

d. l. 2. *in fin.* & *l. ſeq. ff. de in jus vocand. Novell.* 115. *cap.* 5. §. *meminimus. verſ. ſancimus itaque.* Fürſtlich Württembergiſch Landrecht / das alt / *d. pag.* 54. *verſ.* Item den jhren / ſo jhrer. Das new / *part.* 1. *tit.* 11. *pag.* 67.

47 Neque in hos decerni poteſt in jus vocatio, qui furore corripiuntur, aliove ſontico tenentur morbo, vel adhuc in infantia ſunt conſtituti: [a] ut nec in impuberes.

[a] *l.* 4. *in pr. de in jus vocand.* Fürſtenthumbs Württemberg Landrecht / das alt / *d. pag.* 54. *verſ. ult.* Das new / *d. tit.* 1. *pag.* 67. *in fin.* [b] *l. neq; impuberes* 22. *de in jus vocand. l. hac autem* 5. §. 1. *quibus ex cauſis in poſſeſſ. eat.* Mynſing. *cent.* 2. *obſerv.* 35.

48 Puberes autem minores ſi præſentes fuerint, rectè in jus vocantur; ipſis abſentibus vocantur curatores eorum.

l. 1. §. *in cauſis.* & *l. tutor pupillo* 29. *in pr. de adm.* & *peric. tut.* Minoribus autem comparentibus in proceſſu, curator dandus eſt, Bald. *in l. ult.* §. 1. *de adminiſt. tutor.*

49 Sunt nonnulli, qui quidem in jus vocari poſſunt, at non niſi prius impetrata à competente judice venia: veluti parentes utriuſque ſexus in infinitum, etiam naturales: item patronus ejuſque liberi.

L. 4. §. 1

l.4.§.1.& ſeq.l. adoptivus 8. & ll.ſeqq. de in jus voc. Fürſtl. Würtembergiſch Landtrecht/ das alt/*part.1.tit.* Wann vnd zu welcher Zeit/&c.*verſ.ult.pag.*55. Das New/*dict.tit.11.pag.*68.§. Es ſeyn auch etliche.

Idem quoq; dicimus de marito, quem uxor niſi prius petita venia in jus 50
vocare non poteſt. [a] Sed an idem de noverca dicendum ſit, contentio inter Dd. non eſt exigua. Nos affirmantium voto adhæremus. [b]

[a] *per l.alia cauſa 14.in fin.ſolut.matr.junct.l.generaliter 13.de in jus vocand.Cujac.lib.*10. *obſ.cap.*10.*circa fin.verſ.ad quam exemplum.* [b] *per l.1 C.de in jus voc.* Facit, quod noverca matris loco eſt. *§.ſocerum quoque & novercam.Inſtit.de nupt.* Atque hanc opinionem communiter approbatam ſeribit Curt.Iun. *ad l.1.nu.*3. & 7. *C de in jus voc.* & de jure veriorem dicit Cacheran.*deciſ.Pedemont.*31.*n.*5. Oldendorp.*claſſ.*1.*act.*4. Roſbach.*in proceſſ.civil.cap.*22.*nu.*10. Cæterùm Alciat diſſentit *ad d.l.1.nu.*11.*C.de in jus vocand.* & Emanuel Soaretz.*in comm.opin. lit.N.nu.*65. & Vult.*lib.diſcept.ſchol.cap.*1.*part.*30.

Quæritur etiam de feudi domino, an ſi hunc Vaſallus in jus vocari ve- 51
lit, prius à judice impetrare veniam cogatur? Nos id affirmandum putamus.

*Per text.in tit.*22.*verſ.curia autem, ibi.ſalva reverentia, & tit.*23. *verſ.quomodo enim Vaſallus,lib.*2.*Feud.junct.l.generaliter* 13.*ff.de in jus voc.* Atq; hanc amplectuntur ſententiam, quos adſcripſimus *theſi* 12.*diſp.*8.*ſub claſſe* 4. ubi quoq; eorum, qui diſſentiunt, meminimus. & de his videndus Georg.Everhard.*conſil.*39.*nu.*5.& *ſeqq.vol.*2.

Qui ſcribunt, [a] nihil hodie nos indigere petitione veniæ, eò quod ho- 52
die qui in jus vocantur, amplius vi, & obtorto collo non ducantur, eos errore duci planè remur: quippe cùm olim quoq; aliud eſſet vocatio in jus, aliud item ipſe raptus vocati; [b] ut de uno ad aliud arguere non poſſimus.

[a] Cujac.*lib.*10.*obſ.cap.*10.Vult.*lib.diſcept.ſchol.cap.*1.*pag.*38.*fac.*2. [b] *l quamvis* 11. & *l.ſatisq;* 19.*verſ.ſed ſi l.ſed & ii.*21.*de in jus vocand.*

Pœna autem eorum, qui ejuſmodi aliquem ſine petitione veniæ in jus 53
vocant, jure ſcripto eſt quinquaginta aureorum, ſive ſolidorum pœna. [a] At jure Wirttembergico arbitraria eſt pœna. [b]

[a] *l.libertus* 12.*l.pen.& ult.de in jus voc.* [b] Fürſtlich Württemberg.Landrecht/das alt/ *pag.*55. Das New/*part.*1.*tit.*11.*in fin.pag.*48.

Effectus vocationis in jus primò hic eſt, quod operatur juriſdictionis 54
præventionem. [a] Unde ſi quis à duobus judicibus paribus citetur ad eundem terminum, ſed unius judicis vocatio alterius vocationem præceſſerit, præventioni per citationem locus eſt. [b] Quòd ſi uno eodemq; tempore ab ejuſmodi judicibus fiat vocatio, ſed ad diverſos terminos, tunc vocatus alteri præ altero gratificari poteſt; niſi una cauſa gravior ſit altera, vel moram non patiatur. [c] Sic vocatus quis ad eundem diem à judice majore, & minore judice, coram ſuperiore comparere tenetur: [d] ſi immediatè majori ſubjectus fuerit, ut abſque via appellationis in ejus judicio de cauſa eadem diſceptare poſſit. [e]

[a] *per l.cùm quædam* 19.*ff.de juriſdict.c.propoſuiſti,ubi* Socinus & alii,*extr.de for.comp.cap.gratum.extr.de offic.& pot.jud.del.*Iaſ.*ad dict.l.ſi domus* 74.*§.in pecunia legata num.*10.& *ſequent.ff.de leg.*1.Chilian.König *in pract.part.*1.*cap.*43.Andreas Gayl.*libr.*1.*obſervat.*11.*in princip.*& *obſerv.*74.*nu.*18. [b] per jura prius citata: & docet Gayl. *d.libr.*1.*obſervat.*29.*num.*4. [c] *l.ſi quis in gravi.*3.*§.ſi cùm omnes.*4.*ff.de Senatuſc.Silan.*Sebaſt.Vant.*de nullit.ſentent.ex defectu*

Digitized by Google

juriſdict. ordin. nu. 163. Mynſing. *cent.* 6. *obſerv.* 8. *nu.* 6. [d] *per l. contra pupillum* 54. §. 1. *de re jud. c. ſi duobus* 7. *extr. de appell. l.* 2. *de in jus vocand* Mynſing. *d. obſerv.* 8. *nu.* 6. & 7. Vant. *d. loco nu.* 162. [e] Mynſing. *poſt alios d. cent.* 6. *obſerv.* 8. *nu.* 3.

55 Eatenus tamen liber eſt à pœna citatus, ſi exceptionem declinatoriam inſinuaverit judici, in cujus judicio ob præventionem comparere non tenetur.

l. ſi quis 5. *ff. de jud. l.* 2. *ff. ſi quis in jus voc. non ierit.* Vant. *de nullit. ſent. ex defectu juriſd. ord.* Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſerv.* 29. *nu.* 6. & 7.

56 Quid verò ſi procuratorem ad alterum mittere judicem poſſet in jus vocatus, id autem non fecerit, ſed excuſatorem tantùm miſerit, numquid exceptione præventionis excuſabitur? Dd. negant, [a] quibus & nos adſtipulamur. [b]

[a] quos refert & ſequitur Vant. *d. tract. nu.* 163. [b] Cùm enim non niſi per exceptionem ſibi conſulere poſſit, ut præcedens theſis habet, ad opponendam hanc exceptionem non excuſatorem nudum, ſed procuratorem mittere tenetur, per text. *in c. cùm dilecti, verſ. ſed contra. extr. de dol. & contum.*

57 Eſt deinde hujus citationis & hic effectus, quod longiſſimi temporis præſcriptionem interrumpit: [a] actionem verò tempore breviore perituram, puta actionem annalem prætoriam, non perpetuat, ſed ad hoc litis conteſtatione opus erit. [b]

[a] *l. ſicut* 3. ubi gloſſ. *l. cùm notiſſimi & ibi gloſſ. & l. fin. C. de praeſcr.* 30. *annor.* Cujac. *ad tit. de diverſ. temp. præſcr. cap.* 31. Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſerv.* 74. *nu.* 20. & Mynſing. *cent.* 4. *obſerv.* 26. *verſ. habet etiam alium effectum.* [b] *l.* 1. §. *ult.* & *l.* 3. *ff. de fer. l.* 3. *in prin. ff. de eo per quem factum erit. l. ult. in fin. ff. de fidejuſſ.* & *nomin. tut. l. nam* 9. §. *ſi is* 3. *de jurejur. l. aliam* 29. *ff. de novat. l.* 1. §. *cauſæ* 4. *ff. de jure fiſc. l. omnes* 139. *l. non ſolet.* 86. *l. nemo enim* 87. *ff. de reg. jur.* Cujac. *lib.* 18. *obſ. cap.* 29. & *in lib.* 1. *quæſt. Pauli pag.* 8. *col.* 2.

58 Ad hæc, in jus vocatio litis pendentiam inducit, ſi legitimè facta fuerit, & ex ea plenè cognoverit vocatus, qua de re futura ſit controverſia, atque apparitor eam debito modo ac ſufficienter inſinuaverit.

Mynſinger. *cent.* 4. *obſerv.* 26. Gayl. *de obſerv.* 74. *nu.* 17. Menoch. *de arb. jud. quæſt. lib.* 2. *caſu* 202. *nu.* 5.

59 Inducit etiam vitium litigioſi; [a] & juriſdictionem judicis delegati perpetuat, ita ut delegante poſt factam citationem mortuo, ea non expiret. [b]

[a] *Novell* 112. *cap.* 1. ubi Cujac. *Auth. litigioſa res. C. de litig.* ubi Cujac. *in part.* Gayl. *dict. obſerv.* 74. *nu.* 16. [b] *c. gratum extr. de off. & pot. jud. deleg. Clem.* 2. *tit. ut lit. pend.* Gayl. *d. obſerv.* 74. *num.* 17.

60 Pœna ejus, qui in jus legitimè vocatus non comparet, vel ſe vocari non patitur, puta ſi latitet, nec defendatur ab aliquo, pœna, inquã, ejus hæc eſt, quod actor in illius poſſeſſionem bonorum cuſtodiæ cauſa mittitur.

l. ſatisq; pœna 18. *de in jus vocand.* & *l. cùm proponas* 9. *C. de bon. aut. jud. poſſ. l.* 2. *quibus ex cauſ. in poſſ. eat. cap. ult.* & *tot. tit. extr. de eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſerv.* Fürſtlich Württembergiſch alt Landrecht/ *part.* 1. *tit.* von Ungehorſamb deß Antworters/ *verſ. ult. pag.* 38. New Landrecht/ *part.* 1. *tit.* 12. De Pœna contumaciæ vide Theſaur. *deciſ.* 265. Quid ſi Reus in judicio quidem compareat, ſi tamen reſpondere & litem conteſtari nolit, pro contumace habetur, vide Rauchbar. *lib.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 7. ubi tradit quomodo hoc in caſu, contra eum procedendum; Ibidem etiam invenies, quid faciendum ſi ſe per literas excuſet. Quid ſi in cauſa civili, contra Reum carceri incluſum emiſſa ſit citatio, an non mittens procuratorem reputetur.

reputetur contumax? Affirm, Lacellat. *de attent. part. 2. cap. 4. limit. 23. nu. 25.* Quod & ego autumo ſi carcer ad longum tempus ſit duraturus & res differri non facile poſſit, vel ſi carcer ſit perpetuus. Si Reus non habeat bona, in quæ miſſio fieri poſſit actor petere poteſt, ut in contumaciam lis pro conteſtata accipiatur, & ipſe ad probandum admittatur: Atque ita ſenſit collegium facultatis noſtræ Iuridicæ *Anno* 1609. *menſe Decemb.* vide Félin. *in cap. 3. nu. 2.* & ibid. Panormitan. *num. 4. extr. ut lite non conteſtat.* Speculat. *lib. 2. tit. de primo decreto. §. reſtat videre. num. 27. & ſeqq.*

Et quidem ſi realis ſit, quæ intenditur, actio, mittitur actor ex primo decreto in rei petitæ poſſeſſioné, ut tædio affectus reus veniat reſponſurus: qui ſi venerit intra annum, judicio ſiſti præſtita cautione, præſtitis item actori expenſis, recuperet poſſeſſionem. Sin neglexerit cautionem offerre intra annum, actor poſt annum ex ſecundo decreto verus cõſtituitur poſſeſſor, ſuper proprietate duntaxat adverſæ parti defenſione legitima reſervata. Sin autem ſuper perſonali actione quis conveniatur, mittendus eſt actor in poſſeſſionem mobilium vel immobilium, ſi fortè reus mobilia nõ habeat, pro modo debiti declarati. Quòd ſi reus venerit intra annum, vel poſt annum, audietur ſecundum diſtinctionem caſus ſuperioris. 61

c. Quoniam. §. in aliis verò caſibus, ubi Panorm. *nu. 42.* & Cujac. *extr. ut lit. non conteſt. non proced. c. penult. extr. de dol. & contum. & tot. tit. extr. de eo qui mittitur in poſſeſſ.* Speculat. *tit. de primo decreto. §. videre.* Fürſtenthumb Württemberg Landrecht/ das Alt/ *part. 1. tit.* Von erſter vnd zweyter Einſatzung/ *pag. 58. & ſeq.* Das New/ *d. tit. 12.*

Quòd ſi aliquis nomine alterius quolibet modo rem immobilem poſſideat, ejuſque rei nomine actione in rem conveniatur, debet ſtatim in judicio dominum nominare, certo dierum ſpatio à judice finiendo, eoque ad ejus notitiam perducendo, ut vel ipſe veniens, vel idoneum procuratorem mittens, actoris intentionem excipiat. Si verò poſt ſignificandi tempus id noluerit adimplere, tanquam lite, quæ ei ingeritur, ex eo die, quo poſſeſſor ad judicium vocatus eſt, ad interrumpendam longi temporis præſcriptionem, conteſtata, dominum poſſeſſionis judex tribus edictis legitimis evocabit, & tunc in eadem voluntate eo manente, negotium ſummatim diſcutiens, in poſſeſſionem ipſarum rerum actorem mittere nõ retardabit, omni allegatione abſenti ſuper principali quæſtione reſervata. 62

d. c. ult. §. in aliis verò. verſ. quod ſi ſuper rebus, extr. ut lite non conteſt. & l. 2. C. ubi in rem actio exerceri debeat. Sed Novell. 69. c. 2. certum tempus ſtatuit pro locorum intervallis, ex eoque lis agitur cum eo, qui abſentis nomine prædium poſſidet. Verùm ſanctio Canonica *in d. c. ult. §. in aliis prætulit d. l. 2. C. ubi in rem actio exerc. deb.* prætulit inquam, *d. Nov. 69.*

In Camera Imperiali contra reum verè contumacem, ut qui omninò non comparuit, facto proclamate, & ſex juridicis elapſis, tribus modis procedi poteſt. Primò ad pœnam damni: deinde ad immiſſionem bonorum ex primo decreto, ſecundum naturam intentatæ actionis, de qua antea. Et miſſio illa fit per interlocutoriam, ſuper qua executoriales decernuntur. Tertiò actor procedere poteſt in cauſa principali uſque ad definitivam, & cauſæ deciſionem. Ex his tribus remediis optare actor poteſt quod volet. Et licet unum, puta tertium elegerit, attamen variare & ante, & poſt litis 63

conteſtationem poteſt, & viam banni eligere, ad quam tamen reum citari curabit. Declarato reo in bannum poteſtas data eſt actori coram Cameræ judicio nominandi bona & facultas rei, petendiq; in eas ſe immitti. Quòd ſi actor repudiata prima & ſecunda via tertiam arripuerit, fieri ad ejus inſtantiam proclama poteſt in Cam. Imp. & elapſis ſex juridicis lis in contumaciam pro conteſtata habetur, data poteſtate actori articulatum producendi libellum, probandi eundem, & ulteriùs in cauſa procedendi.

Cammergerichts Ordnung/*part.3.tit.*43.§.1. Andr. Geyl. *lib.1.obſerv.pract.obſerv.*60. Mynſing. *cent.4.obſerv.*66.

Sed controverſæ quæſtionis eſt, an Reus contumax, lite in contumaciam pro conteſtata habita, & actore ad probandum admiſſo, citandus ſit ad videndum jurare teſtes. Negamus.

Vid. Rutger. Ruland. *in abſoluto tract. de commiſſar. & commiſſ. lib.2. cap.13. nu.22. & ſeq. Ubi* Subjicit, in receſſu diſputationis *Spirenſis Anno* 1600. §. Jedoch auff ſolchen Fall / receptam eſſe ajentem ſententiam.

64 Quòd ſi alicui ob publicā pacem fractam per mandatum reſtitutio ſub pœna injuncta ſit, is autē contumax fuerit, quæritur, an priùs in illam pœnam pecuniariam condemnari, & poſt in bannum declarari debeat? Præjudicium Cameræ Imper. arguit ſufficere hic bannum, nec opus eſſe pecuniariæ pœnæ condemnatione, cùm major pœna minorem abſorbeat.

Vide Commentarios in Cameræ ordinat. *part.3.tit.*43.§.1.

65 Quinetiam ſi in jus legitimè vocatus reus non ierit, ex cauſa à competenti judice multa pro juriſdictione judicis damnari poteſt.

l.2.§.1.ff.ſi quis in jus voc. non ierit.

66 Quòd ſi ipſemet actor contumax extiterit, nec in jus vocatus unquam venerit, decretam poſt partis citationem, reus contumaciam ejus accuſare, & proclamate facto tribusq; juridicis ſive audientiis effluxis abſolutionem à vocatione in jus, vel ab ipſa inſtantia judicii cum refuſione expenſarum petere poteſt. [a] Et licet pòſt compareat actor, cauſasq; abſentiæ alleget, attamen citatio non reviviſcit, ſed nova erit opus citatione. [b]

[a] Cammergerichts Ordnung/*part.3.tit* 42.§.1. Gayl. *lib.1.obſerv.*59.*nu.*1. Mynſing. *cent.4.obſerv.*65. [b] Gayl *dict.obſerv.*59.*nu.*2. Mynſing. *cent.5.obſerv.*87.*nu.*2.

67 Quòd ſi actor ſemel in judicio comparaverit, & libellum exhibuerit, deinde lite nec dum conteſtata cōtumax fuerit, in arbitrio rei erit poſt factum ex Cameræ Imperialis ordinatione proclama & tres ſequentes juridicas elapſas, aut petere abſolutionem à citatione, vel à judicii obſervatione, aut in contumaciam actoris litem negativè conteſtari, & demum in cauſa principali procedere. [a] Quod poſtremùm de jure Juſtinianeo procedit, ſi actor tribus edictis ſingulis 30. dierum ſpatio concluſis, evocatus, & poſt edicta illa annum expectatus fuerit. [b]

[a] *c.cauſam*, ubi Panorm. *n.*17 & *alij, extr. de dol. & contum. Novell.*53.*c.*1. Cammergerichts Ordnung/*part.3.t.*42.§.2. Wo aber/Geyl. *d.obſ.*59.*n.*4. Mynſing. *cent.4.obſ.*65. [b] *Nov.c.3.§.1.ſi verò apud judicem & ſeq. auth. qui ſemel. C. quom. & quand. jud.* VVurmbſ. *in pract. obſ. tit.7. obſ.*2. Cujac. *ad d.c.ult. extr. ut lite non conteſt.* Excipitur caſus *d. Novell.* 53.*c.*1. quo actor diebus tantum decem exſpectatur, nec edictis evocatur, cum ſc. ipſe actor non eſt ſecutus forum rei. Et notandum, quod per *d. Nov.*112.*c.*3. corrigitur *l. properandum. §. hujuſmodi. C. de jud.* ubi actor

actor ad finem triennii expectari jubetur, *Sed ex Nov. 112.c.3.* poſt tria illa edicta expectari jubetur annum tantummodo.

Reus ab inſtantia abſolutus ſi fuerit, actori ad agendum quidem etiamnum via patet, ſed prius reo expenſas, & ſumptus litis refundere [a] tenetur. Sententia autem in cauſa principali, caſu prædicto lata, reoque ab actione inſtituta abſoluto, actor amplius non auditur, eidemque ut contumaci ad appellandum via præcluditur. [b] 68

[a] *l. ſancimus* 15. *C. de jud. d. Nov.* 112. *c.* 3. *§. ult.* & *Auth. qui ſemel ubi Caſtr.* Bald. & alii *Cod. quom.* & *quand. jud.* VVurmbſ. *d. tit.* 7. *obſ.* 2. *in fin.* Fürſtl. Würtemb. alt Landrecht/ *part.* 1. *rub.* Von deß Klägers Ungehorſame/ *verſ.* Und ſoll durch ſolch/ *p.* 56. *in fin.* & *pag. ſeq.* New Landrecht/ *part.* 1. *tit.* 12. [b] *l.* 1. *C. quor. app. non recip.* Soc. *reg.* 104. & *ſeq.* Gayl. *lib.* 1. *obſ.* 132. *nu.* 7.

Quid verò ſi neutra pars, neq; actor neq; reus compareat in primo termino, vel poſt eum terminum intra tres, vel ex novo decreto ſex proximas juridicas, numquid terminus circumducitur? Ex ordinatione Cam. Imp. eum circumduci conſtat: [a] juſta tamen abſentiæ cauſa excuſat tàm à contumacia, quàm à pœna: [b] Sin actor poſt elapſum terminum venerit, reus verò non, tunc ad actoris proceditur petitionem in contumaciam rei ad proclama, fitque deinde ulterior progreſſus uſque ad definitivam. [c] 69

[a] *part.* 3. *tit.* 12. *§. ult. verſ.* Würden aber/ & *ibi, in addit.* Mynſing. *cent.* 5. *obſer.* 87. *ille tamen §. ult. in cauſis appellationum locum non habet, cùm in illis propter fatalium majus periculum ſubſit.* Mynſing. *cent.* 5. *obſer.* 86. *in fin.* Gayl. 1. *obſerv.* 59. *nu.* 3. [b] Mynſing *cent.* 5. *obſ.* 87. *in fin.* [c] *d. part.* 3. *tit.* 12 *§. ult.* Mynſing. *cent.* 4. *obſ.* 33. & *cent.* 5. *obſ.* 86.

Sequitur de citatione in judicium: quæ eſt, quâ litigatores lite conteſtata ad judicem controverſiæ ſuæ cauſa evocantur. 70

l. Divus 7. *de in integ. reſt. l.* & *poſt. edictum* 73. *in prin. de jud. l. ſenatus* 15. *§. Divus. de jure fiſc. l. inter accuſatorem* 10. *de pub. jud. l. conſentaneum* 8. *C. quomodo* & *quand. jud. l. ſancimus* 15. *C. de jud. l.* 2. ubi Cujac. *C. de pr. agent. in reb. lib.* 12. quæ loca omnia, ut opinamur, exaudienda ſunt de vocatione ad judicem, judicio per litis conteſtationem jam cœpto.

Hac citatione legitimè facta, ut ſi actor, itemq; reus vel denunciatione, vel literis citatoriis ad ipſas miſſis, citati fuerint, actor contumaciter emaneat, liberum eſt comparenti reo poſtulare à judice, ut moneat actoré vel per ſe, vel per procuratorem ad judicium venire: quo facto ſi non compareat actor, poteſt eum judex tribus propoſitis edictis per ſingula intermiſſo 30. dierum ſpacio, in judicium vocare. Vocatus eo modo actor ſi non venerit, ſed litem conteſtatam deſeruerit, elapſo anno poſt edicta illa ad præſentis rei petitionem judex cauſæ cognitionem ſuſcipit, & ſententiam pro eo, quem meliorem habere cauſam perſpexerit, proferet: & licet contra reum ſententia feratur, attamen non condemnatur in expenſas. Sin nihil ſufficiens actitatum fuerit, ex quo poſſit termino cauſæ certa fieri conjectura, tunc reus non ſolùm ab obſervatione judicii relaxatur, ſed etiam in omnes expenſas juramento probatas actor ei condemnatur. 71

Novell. 112. *cap.* 3. *in princip. Verſ. ſi verò cauſam proſequi, junct. §. ſi verò propoſitis, junct. l. properandum* 13. *§.* & *ſi quidem pars Cod. de judic.* Specul. *tit. de cont. §. nunc nobis videndum occurrit.* Cammergerichts Ordnung/ *part.* 3. *titul.* 42. *§. ultim.* Fürſtlich Würtembergiſch alt Landtrecht/ *part.* 1. *titul.* Von deß Klägers Ungehorſame/ *Verſic. ultim. part.* 57. New Landtrecht/ *part.* 1. *titul.* 12. *Cujac. ad cap. ultim. in fin. extr. ut lite non conteſt.* Facit eodem quo ad

Digitized by Google

expenſas, quas reus victus non præſtat, *Nov. 49. cap. 1. verſ. ſive namque obtineat.* Vide quoque comment. *in ord. Cam. d. tit. 42. §. ult.*

72 Sin reus lite conteſtata abfuerit, & ſimilis ejus proceſſerit requiſitio, quemadmodum de actore jam diximus, judex præſentem actorem audiet, & cum omni ſubtilitate cauſam examinabit, & pro eo, cujus cauſam viderit juſtam, ſententiam promet.

d. l. properandum 13. §. ſin autem reus 3. C. de jud. & l. conſentaneũ 8. C. quomod. & quand. jud. ubi vide Cujac. *in paratit. c. prout,* ubi Canoniſt. *extr. de dol. & contum.* Fürſtlich Würtembergiſch alt Landrecht/ *part. 1. rubr.* Von erſter und zweyter Einſatzung/ *verſ.* Wann aber der Antworter/ *& verſ. ſeqq. pag.* 60. New Landrecht/ *part. 1. tit.* 13.

73 Si accuſator contumax inveniatur, edicto admonetur, ut ad cauſam agendam veniat; qui ſi non adfuerit, non ſolum extra ordinem æſtimatione judicis punitur, ſed etiam ſumptus, quos in eam rem, & circa ipſum iter ad litem vocatus reus fecerit, dependere cogitur. [a] Ejus tamen vices judex ſuplet.[b]

[a] *l. 3. C. de his qui accuſ. non poſſ.* [b] Iul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. final. quæſt. 51. num. 9. &* 11. Crimen enim non extinguitur accuſatore ceſſante agere cauſam. *l. 3. §. ultim. de accuſat. l. ſed maritus. ff. qui & a quibus man. l. penult. de publ. judic. Et poteſt ex officio,* ac debet judex in delinquentes animadvertere, *l. 1. §. quies. de off. præf. urbi l. 4. ad l. Iul. pecul. l. 3. l. congruit de off. præſid.* Duaren. *lib. 1. diſp. cap.* 38. de pœna contumaciæ vide latiſſimè. Dn. Rutger Ruland. *de commiſſ. lib. 2. cap.* 13.

CLASS. VI. DISPUTATIO XIV.

DE ACTIONIS, INSTRUMENTORUM, & rationum editione, ubi etiam de poſitionibus.

THESIS I.

AD proceſſum judicialem pertinet quoq; actionis editio. Æquiſſimum enim eſt, ut qua actione quis agere velit, eam adverſario edere teneatur, ut ſciat, utrum cedere, an contendere debeat.

l. 1. in fin. ff. de edend. & l. 3. C. eodem tit.

2 Eſt autem edere, copiam rei cujuſdam alicui facere.

l. 1. §. 1. l. ſi quis 6. §. edi. 7. ff. ad edend. l. 1. C. de ſentent. ex peric. recitand. Cujac. *in parat. C. de edend. & lib. 10. obſerv. 14. in fin.*

3 Jure antiquo is actionem edere dicebatur, qui poteſtatem deſcribendi libelli actionem continentis, adverſario ſuo faciebat, vel ejuſdem exemplum dabat, quin & qui dictabat, vel adverſarium ducebat ad album Prætoris, & ex quo edicto acturus eſſet, demonſtrabat.[a] Quæ editio, utrùm ante vocationem in jus, vel poſt fuerit facta, ambigitur.[b]

[a] *l. 1. §. 1. & d. l. ſi quis 6. §. edi. 7. ff. h. t.* vide Alciat. *lib. 8. parerg. cap. 7. & lib. 2. diſpunct. cap. ultim.* Duaren. *lib. 1. diſputat. anniverſ. cap.* 13. & Vult. *c. 6. diſcept. ſcholaſt.* [b] Cujac. *lib. 10. obſervat.* 10. ante vocationem fuiſſe factam ſcribit: cujus ratio hæc eſt, quod in jus vocatus,

Ratio

ſtatim ſequi vocantem debuit: cui conſentit. Dn. Vult. *lib. 2. juriſprud. Rom. cap.* 26. Idem tamen Cujac. *in parat. C. de edend.* non facilè conſtitui poſſe dicit, editio vocatione, an vocatio editione tempore prior fuerit. Donell. *autem ad tit. C. de in jus vocand. & lib.* 23. *comment. cap.* 3. & Dn. Obrecht. *diſput. de form. act. & libells, theſi* 46. autumant, quod vocationem ſecuta fuerit actionis editio.

Hodie verò is, qui aliquem in judicio convenire vult, proceſſu à judice 4
competente impetrato, & executa citatione, actionem adverſario ſuo edere, & eidem libellum conventionis, quo ſpeciem futuræ litis cognoſcere, & qua de cauſa vocatus ſit, ſcire queat, in ſcriptis offerre debet.

Authent. offeratur, C. d. lit. conteſt. Novell. 53. *cap.* 3. §. 1. *& ſeq. Nov.* 112. *c.* 2. *& c. ſeq.* §. *ſi verò.* 1. *can. offeratur* 3. *quæſt.* 3. *cap.* 1. *& ibi* Panorm. *nu.* 1. 4. 10. *& ſeqq. & cat. CC. extr. d. lib. oblat.*

Cæterùm apud Dd. controverſum eſt [a] an propterea proceſſus quod 5
actor petitionem ſuam in libello ſive ſcriptis non edat, vitietur? verior autem & magis communis eorum eſt opinio, qui libellum de ſubſtantia judicii eſſe, & ſi is omittatur, proceſſum vitiari dicunt.[b] Hanc tamen conſuetudinem, itemq; ſtatutum, ut in judicio ſine libello litigatores omnia oretenus proponant, valere dicimus.[c]

[a] Vide Specul. *tit. de lib. concept.* §. *utrùm libellus.* 5. *&* §. *nunc videndum, nu.* 8. Iaſ. *in* §. *omnium nu.* 35. *Inſt. de act.* Iohan. Baptiſt. Aſin. *in prax. judic.* §. 4. *cap.* 3. *lim.* 40. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt.* 18. *nu.* 7. [b] *Novell.* 53. *c.* 3. §. 1. *ibi, modis omnibus offerri libellum. dict. auth. offeratur, C. d. lit. cont. c.* 1. *ext. de lib. oblat. Clem. ſæpè in pr. verſ. nec autem, ibi, neceſſariò libellum non exigat, de verb. ſign.* Bart. Bl. & Salycet. *in d. auth. offeratur.* Panorm. *in d. c.* 1. *nu.* 10. *& ſeqq. extr. de lib. oblat.* [c] Harm. Hartman. *tit.* 8. *obſerv.* 1. *verſ. quæſitum.* Statuto Wirtembergico cavetur, ut actio vel oretenus, vel in ſcriptis proponatur, Fürſtl. Würtemb. Landrecht das Alte/ *part.* 1. *pag.* 74. *tit.* Von Einbringung der Klag/ *verſ.* 1. das Newe/ *part.* 1. *tit.* 19. *in princ.*

Tradunt tamen Dd caſus nonnullos, in quibus ſolennis libellus non re- 6
quiritur, utpote ſi in cauſa ſummariè, de plano, & ſine figura judicii procedatur:[a] ſimiliter in cauſis brevioribus & vilium perſonarum:[b] Item in proceſſibus executivis, in quibus officium judicis imploratur:[c] in arbitrorum judiciis:[d] cauſis appellationum,[e] & ſimilibus: ubi ſufficit qualis qualis petitio, ſive in ſcriptis, ſive verbis judici inſinuetur.

[a] *d. Clem. ſæpè de verb. ſig.* Panormit. *in c.* 1. *nu.* 12. *extr. de libell. oblat.* Iaſ. *in* §. *præjudiciales, nu.* 35. *Inſtit. de act.* Roland. à Valle, *conſ.* 71. *nu.* 27. *lib.* 1. Aſin. *in prax. judic.* §. 4. *c.* 1. Zang. *Tract. de except. part.* 1. *c.* 2. *nu.* 4. Vide infra diſp. *de extraordinario judicio.* [b] *auth. niſi breves. C. de ſentent. ex peric. recit.* Aſin. *d.* §. 4. *c.* 3. *lim.* 39. [c] *l. à Divo Pio* 15. §. *ſi rerum* 4. *ff. de re jud.* Specul. *tit. de execut. ſent.* §. *breviter in pr.* Bart. *in l. inſi. c dies, ff. de re jud.* Aſin. *d.* §. 4. *c.* 3. *lim.* 2. Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part.* 3. *c.* 5. [d] Aſin. *d. c.* 3. *lim.* 80. Menoch. *de arb. jud. quæſt.* 18. Sed contrarium verius videtur, *per l.* 1. *& l. non diſtinguemus* 32. §. *item ſi quis* 9. *verſ. ſed hoc tale erit, & verſ. ſeq. ff. de arb.* [e] *c. per tuas* 58. *extr. de appell.* Aſin. *d. c.* 3. *lim.* 54. Specul. *verò tit. de libell. concept.* §. *nunc videndum nu.* 37. in appellatione à definitiva ſententia libellum requiri dicit; quem ſequitur Lanfranc. *in Clem. ſæpe de verb. ſign. libellus, n.* 9. Plures caſus, quib. libelli oblatio neceſſaria non eſt, recenſet Specul. *modò all. loc. &* Aſin. *d. c.* 3.

Cùm igitur regulariter in ſcriptis actio edi debeat; non abs re eſt, ut vi- 7
deamus, quomodo libellus conventionalis rectè concipiatur, ut quid actor petat, tùm Judici, tùm Reo conſtet.

Conti-

Digitized by Google

8 Continetur autem modus ille concipiendi rectè libellum, & partibus libelli,& qualitate ejus.

9 Partes libelli vel neceſſariæ ſunt, vel voluntariæ: Neceſſariæ, Exordium, Narratio,& concluſio.

Vide Specul. *tit. de lib. concept. §. quid libellus contineri debeat* 4. & Marant. *part. 6. memb. 3. de libell. oblat.*

10 In Exordio libelli primùm nomen Judicis proprium, ut Reo conſtet, coram quo conveniatur,& utrùm Judex competens ſit,necne, ponendum eſt: ſufficit tamen, & uſu receptum, ut nomen Magiſtratus ſeu dignitatis ſolummodò deſignetur.

Marant. *d. memb. 3. nu. 8. verſ. tertiò coram quo,* Fürſtl. Württemb. New Landrecht/ *part. 1. tit. 15. in princ.* Vid. Vmm. *in proceſſ. diſp. 6. nu.* 49. Mynſing. 2. *obſerv.* 9. Speckhan. *cent. 1. quaſt.* 64. *num.* 12.

11 Deinde, ut liqueat quis agat, rectè ſecundo loco ponitur nomen actoris, [a] quod licèt quis pro ſe agat, omitti non poteſt; quamvis enim qui ſuo nomine libellum in judicio producit, actor intelligatur, attamen ejus nomen Judici incognitum eſſe poteſt: ſin verò quis procuratorio nomine agat, ut exprimatur in libello actoris aut procuratoris nomen neceſſum omninò non eſt, cùm in ipſo mandato utriuſque nomen ſit comprehenſum. [b]

[a] Specul. *Rubr. de lib. concept. §. juxta propoſitionis ordinem, num.* 1. & Marant. *part. 6. Rubr. d. lib. oblat. numer.* 4 *&* 5. Fürſtl. Württemb. New Landrecht/ *part. 1. Tit. 19. in prin.* [b] Modeſt. Piſt. *conſil.* 34. *num.* 2. *&* 3. *Vol.* 1. Zang. *tractat. de except. part. 2. cap.* 13. *nu.* 11. Et quid obſervandum, ſi prælatus nomine Eccleſiæ, Syndicus Univerſitatis, tutor pupilli, agere velit, trad. Petr. Foller. *in addit. ad Marant. dict. memb. 3. num.* 5. Oldendorp. *in form. libell. fol. m.* 291.

12 Tertiò, nomen quoque Rei in libello collocandum eſt, maximè ſi contra perſonam certam dirigatur actio, [a] ut ſciri poſſit, contra quem actio inſtituatur: idque locum habet, ſive adverſus unum, ſive plures agatur: nec ſufficit ubiq;, ut unus nominetur, cæteri vocabulo, conſortium deſignentur. [b] Si verò contra univerſitatem agatur, nomina Præfectorum, ſive adminiſtratorum tantùm, exprimũtur: [c] non Syndici nomen, niſi ſecundum loci conſuetudinem per Syndicum cauſæ univerſitatis in foro explicari ſoleant. [d]

[a] Bald. *ad l. edita. num.* 36. *Cod. de edend.* Fürſtl. Württemb. New Landrecht/ *dict. tit* 19. *in princip.* [b] *l. ſcio §. 2. ff. de appell.* uſus fieri hanc deſignationem plerunq; admittit. [c] *per l. nls. in fin. ff. quod cujusq; univerſ. nom.* Bart. *in l. 1. Cod. de jur. reip.* [d] *l. item* 6. *§. 1. ff. quòd cujusq; univerſ. nom.* Diſſent. videtur Dn. Obrecht. *diſputat. de form. act. &* *libr. theſ.* 289. & de *libell. cap.* 11. *num.* 24.

13 Poſt Exordium ſubjicienda narratio, quæ cõtinere debet apertam, perſpicuam, & congruam facti expoſitionem: Et ſi in rem agatur, exprimere actor debet, utrùm totam, an partem petat: deſignanda quoq; res eſt, quæ ſi proprio nomine careat, vel id ignoretur, certa demonſtratione oſtendenda; & infectæ quidem materiæ pondus, ſignatæ numerus, factæ ſpecies, ut perſpicuum fiat, quid, quale,& quantum illud ſit, quod petitur, exprimenda eſt.

da eſt, [a] Præterea, ſi res immobilis petatur, ut fundus, ad minimum duo proximi vicini deſignandi ſunt. [b]

[a] *l. Nominatim* 34. *ff. de condit. & demonſt. l.* 6. *§.* 1. *ff. de rei vind. l.* 1. *§. ſi quis argentum* 40. *ff. depoſ. l.* 52. *§.* 52. *ff. de furt. vide diſp.* 26. *theſ.* 30. *& ſeqq. Claſſ.* 5. Fürſtl. Württemb. New Landtrecht, *dict. tit.* 19. *in princ.* [b] *l. forma cenſuali* 4. *ff. de cenſ. c.* 2. *& ibi gl. ext. de lib. oblat.* Marant. *in princ. part.* 6. *memb.* 3. *num.* 5. *verſ. ſecundò jud de libell. oblat.* Gail. 1. *obſ.* 61. *n.* 4. Obrecht. *de libell. cap.* 11. *num.* 54. conſil. Marpurg. *Vol.* 1. *conſil.* 15. *num.* 18. *& conſ.* 18. *n.* 7.

Inſuper quoque in cauſis ex maleficio deſcendentibus, quæ Juris vel facti infamiam irrogant, ut in actione injuriarum, & de dolo, tempus, puta annus & menſis; item locus perpetrati delicti, ob exceptionis metum, non omittendus eſt. 14

l. 3. *in princ. ff. de accuſ. l. Prætor edixit* 7. *ff. de injur. l. item exigit, ff. de dol.* Deciſ. Capell. *Tholoſ. q.* 21. *Gail. lib.* 1. *obſer.* 64.

Inprimis autem neceſſe eſt, ut cauſa apta & accommoda agendi, per quam, tanquam per medium, concluſio inferri poſſit, exprimatur. Et quidem in actione Reali cauſa communis & proxima, hoc eſt, dominium vel quaſi, non etiam neceſſariò cauſa ſpecialis & remota, id eſt, ipſum modum, quo dominium, vel jus in re acquiſivit, ut contractum, ſpecificare debet. [a] Quamvis & hunc adjicere, conſultius & utilius ſit. [b] 15

[a] *l. officium* 9. *ff. de rei vind. l. ſi mater* 11. *§. itaq;* 5. *& l. & an eadem* 14. *ff. de except. rei jud.* Et eo ipſo certior adverſarius fit, an contendere debeat: nam plures ejuſdem rei in ſolidum domini eſſe non poſſunt: nec dominium ex pluribus cauſis contingere poteſt, *l.* 3. *§.* 4. *&* 5. *ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* Gail. *lib.* 1. *obſ.* 61. [b] Zaſ. *in l. ſi mater* 11. *in prin. ff. de exception. rei jud.* Gothofr. *ad l.* 14. *§.* 2. *eod.* Licet enim cauſam ex qua egit non probet, poteſt tamen de eadem re, ex alia cauſa, de novo experiri, non obſtante exceptione rei judicatæ, *d. l. ſi mater* 11. *§.* 1. *& l.* 14. *§. actiones, ff. de except. rei jud.* Quod ei non licet, qui ſe dominum ſimpliciter, non expreſſa cauſa, eſſe ait: omne enim jus ſuum in judicium deduxiſſe videtur, & omnes cauſæ una petitione comprehenduntur, *d. l.* 14. *§. actiones,* ubi gloſſ. &. Dd. *ff. d. tit.* Aliquando tamen utilius eſt actori cauſam remotã in libello exprimere, veluti, ſi poſt litem conteſtatam alia cauſa acceſſerit, quæ dominium tribuit, ex generali illa cauſa obtinebit. *c. Abbate, §. porrò, verſ. caterùm, de ſent. & re jud. in* 6.

In perſonali actione cauſa ſpecialis, quam remotam vocant, contractus ſcil. vel quaſi contractus, delictum vel quaſi delictum, exprimenda eſt; ut, ajo te mihi decem aureos dare oportere, quos tibi mutuo dedi. [a] Non verò neceſſariò cauſa proxima, ſcilicet obligatio. [b] 16

[a] *c. fin. extr. de lib. oblat.* Ideò enim actor reo actionem edere debet, ut ſciat, qua de re ſibi lis futura, & utrùm cedere, an contendere debeat, hoc autem Reus ſcire non poteſt, niſi in hac actione obligationis cauſam adjiciat, Iaſ. *in §. omnium, Inſt. de act. num.* 120. Geil. *d. obſer. n.* 5. Zang. *tract. de except. part.* 2. *c.* 13. *n.* 9. [b] Iaſ. *in d. §. omnium, n.* 123. Ilmm. *in proceſſ. Diſp.* 6. *n.* 51.

Præterea quoque cauſæ remotæ qualitas, quæ ad victoriam neceſſaria eſt, in libello nominanda: ut, peto decem à pupillo, quæ ei tutore autore mutuo dedi. Si tamen qualitas hæc à Jure præſumatur, omitti poteſt. 17

Barr. *in l. cùm quid* 3. *ad fin. ff. ſi cert. pet.* Zaſ. *ad l.* 1. *n.* 44. *& ſeqq. ff. h. t.*

Sed quid, ſi omiſſa ſit cauſa remota in actione in perſonam, vel propinqua in actione in rem, nunquid propterea libellus tanquam vitioſus rejiciendus eſt? Nos ſi concluſio aptè ponatur, ut Judex intentionem actoris 18

inde intelligere poſſit, parte non opponente, eum ſuſtineri dicimus.

c. Abbate ſanè 3. §. porrò verſ. ſecus, de ſent. & re jud. lib. 6. Innoc. *in c. ſuper literis, de reſcript.* Donell. *lib. 23. comment. c.* 4. Zaſius *in l. 1. num. 51. ff. de edendo.* Libellus enim in favorem actoris tolerandus, & quantum fieri poteſt, admittendus eſt, *l. ſi quis intentione 66. ff. de judi.* & *l. in contrahenda 172. §. ult. ff. de reg. jur.* Gail. 1. *obſer.* 61. Diſſ. Vacon. à Vacun. *lib. 6. declar.* 89. *n.* 11. & Dn. Obrecht. *diſp. de form. act. & lib. theſ.* 379.

19 Non tamen idem de cauſa inepta in libello poſita, ſtatuendum. Hoc quippe caſu libellus, etiam parte non opponente, vitiatur, & Reus ab obſervatione Judicii abſolvitur, condemnando actorem in expenſas, reſervata tamen eidem poteſtate agendi ex alia cauſa apta in judicio.

l. Habebat 13. ff. de inſt. act. & ſent. Bart. *in l. edita. C. de edend.* Iaſ. *in l. 1. num. 38. ff. d. t.* & *in d. §. Omnium, num. 117. Inſtit. de act.* Paul. Picus *in d. l. edita, num.* 36. & Zaſ. *in l. 1. num.* 26. Si quiſpiam plures cumulare velit in libello actiones, non debet id confusè fieri, ſed diſtincte & ſingulis petitio peculiaris adponi, Fürſtl. Württemb. New Landrecht. *part. 1. Tit. 19. §.* Wa auch jemand.

20 Succedit conclusio, quæ in ſe petitionem rei, cujus gratia judicium eſt inſtitutum, continet; & apta ac propoſito negocio conveniens eſſe debet. & in reali quidem actione actor petit ſe declarari dominum: [a] in perſonali verò id, quod ſibi debetur, præſtari contendit. [b] Et in hac tota vis libelli conſiſtit, eaque præcedentia ampliat, & reſtringit: unde in civilibus nullo modo omittenda. [c]

[a] *§. 1. Inſtit. de act. l. officium 9.* & *l. & ex diverſo 35. §. 1.* & *l. qui reſtituere 68. ff. de rei vind.* [b] *§. ſic itaq; diſcretis, Inſt. de act.* [c] Iaſ. *in d. §. omnium, num.* 129. Geil. *lib. 1. obſerv. 61. num.* 1. Nonnunquam tamen concluſio omitti poteſt, Iaſ. *in d. §. omnium, n.* 135. & *ſeqq.* & *in l. 1. n.* 17. *cum ſeqq.* Zaſ. *in l. 1. num. 7. ff. de edicto:* Oldendorp. *de form. lib. n.* 159. & *ſeqq.* Fichard. *conſil.* 53. *nu.* 4. & 5. Speckhan. *cent. 1. quaeſt.* 64. Seſſe. *Vol. 1. deciſ.* 27. conſil. Argentor. *Vol. 2. conſ. 72. n.* 5. & *ſeq.* Fallentias vide apud Tuſchum *pract. concluſ. lit. L. concluſ.* 301. Obrecht *de libell. c.* 9 *num.* 79. Umm. *diſp. 6. n.* 52.

21 Sed nunquid petitio in concluſione ad Reum, an verò ad Judicem referenda? melius videtur, ut tam ad Judicem, quam ad Reum dirigatur, ut hoc modo formetur: Quamobrem petit actor Sempronium Reum veſtra ſententia ad præſtationem 10. aureorum condemnari.

Dn. Obrecht. *diſp. de form. act. & libelli. theſ.* 445. Iure Wirttembergico in concluſione jubentur expenſæ peti. Fürſtl. Württemb. New Landrecht / *part. 1. Tit. 19. §.* Und dieweil. Dn. Obrecht. *in tract. d. libell. c. 16. num.* 28.

22 Voluntariæ libelli partes ſunt de quadam utili proteſtatione, itemque clauſulis, quas ſalutares vocant. Proteſtatio illa ad Exordium pertinet: ut cùm in Exordio libelli actor dicit, proponere ſe hæc non in forma ſolennis libelli, ſed ſimplicis petitionis, reſervata ſibi poteſtate recedendi à probatione, & juramentum deferendi. Item quod ſe non aſtringat ſe ad ſuperflua & ſingula contenta probanda. Clauſulæ autem illæ ſalutares, ut quarum virtute omne remedium competens in judicium deductum videtur, in fine libelli plerunque adduntur. ut ſunt, ſuper prædictis petere ſibi jus & juſtitiam adminiſtrari. Item, ſalvo jure addendi, minuendi, declarandi, & quolibet alio juris beneficio, &c.

De his Dd. *in §. omnium, Iaſ. n. 139. Inſtit. de act.* Zaſ. *in l. 1. h. t.* Mynſing. *cent. 4. obſerv.* 56.

Gai-

Gail. *lib.1. obſer.61. n.11.* Aſin. *in prax. judic. §.4. c.4. n.3. & ſeqq.* Dn. Obrecht. *dict. diſp. de form. act. & lib. theſ.568. & ſeqq.* Symphorem. votor. & deciſ. Cameral. *part.3. Vot.6. n.73. pag.29. & Voto 13. num.30.* Bernhard. Grævæ, *lib.1. concluſ. practicab. concl.61. conſiderat.3.* Hartm. Piſtor. *obſervat.71.*

Sed quæritur, an libellus oblatus ut emendari, ſic & mutari [a] poſſit? Et 23
quod conceſſa ſit emendatio quidem libelli uſque ad ſententiam definitivam, mutatio verò ad litis conteſtationem tantùm, communis fert Dd. opinio. [b] Nos verò & emendationem & mutationem libelli uſq; ad ſententiam definitivam jure communi conceſſam eſſe arbitramur: Modò actor reo expenſas refundat. [c]

[a] Quid ſit emendare, quid mutare libellum, trad. in l. edita Bart. & Alcia. *C. de ed.* Donell. *comment. lib.23. cap.5.* [b] Dd. & Alc. *in d. l. edita. C. h. t.* Canoniſt. *in c. inter. extr. de fid. inſtr.* Zaſ. *in §. ſi minus Inſt. de act.* Gail. *1. obſ.74. nu.4. & ſeqq.* Fürſtl. Württemb. New Landrecht/ *part.1. tit.19. §.* Und mag der Kläger/ *pag.*103. Excipiunt quoſdam caſus, de quib. Alciat. *alleg. loc.* Ac volunt etiam, quod in continenti, poſt litis conteſtationem, mutatio libelli rectè fiat, Sichard. *ad l.2. n.7. C. de jurejur. propt. calum.* [c] *l. in delictis 4. §. ultim. ff. de noxal. act. l. edita, C. h. t. §. ſi minus 34. ubi* Thom. Linius, Gabr. Mudæus Weſemb. Cujac. Donell. & alii. *Inſt. de act.* Fulgoſ. *in l. edita, & ibid.* AEmil. Ferret. *nu.20. & ſeqq.* Vacon. à Vacun. *lib.6. declar. jur. Declar.89. &* Donell. *in d. l. edita, num.12.* Idem Donell. *com. lib.23. cap.25.* Molinæus quoque *conſ.10. num.1.* ſcribit, quod poſſit mutari libellus, ſed refundendas eſſe expenſas. Ius Wirtembergicum in ſuper deſiderat, ut actor denuò reum citari faciat, New Landrecht/ *part.1. Tit.19. §.* Und mag der Kläger. Dn. D. Beſold. *ad lib.2. ff. quæſt.11.* Obrecht. *de libell. cap.20.* Speckhan. *cent.1. quæſt.65.*

Qualitatem libelli quòd attinet, deſideratur primò, ut ſit clarus, quo Re- 24
us utrùm cedere, an contendere, & ad defenſiones ſe præparare debeat, deliberare poſſit: [a] non incertus, obſcurus & generalis: alioquin Reus in primordio litis contra illum excipere, & ut tanquam obſcurus à Judice rejiciatur, petere poteſt. [b] Si tamen Reus hac exceptione omiſſa, in cauſa procedat, ſuſtinetur libellus, modò ex ipſo quid actor ſibi velit, aliquo modo intelligi poſſit, & in progreſſu cauſæ declaretur. [c]

[a] *l.1. in princ. ff. h. l. edita. C. eod. l. certum, in prin. & §.1. ff. de confeſſ. cap.2. ext. d. lib. obl. et c. litera extr. de dilat. & c. cum clamor, d. teſt.* [b] Bart. *in l. exceptionem, n.7. C. de probat.* Iaſ. *in l.1. num.2. ff. de edend.* Zang. *tract. de except. part.2. c.13. in princip.* Fürſtl. Württemb. New Landrecht. *d. tit.19. in prin.* [c] *l. ſolemus 61. & l. ſi intentione 66. ff. de judic. l. inter ſtipulationem 83. §.1. de V. O. & l. quoties 12. ff. de reb. dub.* facit quoque *l.3. C. d. ſent. quæ ſin. cert. quant. profer. l. fin. C. de annal. except* Bart. Iaſ. & reliqui *in l.1. ff. de edend.* Alex. *conſ.121.* Diſſ. AEmil. Ferret. qui etiam parte opponente, generalem libellum valere putat. Dn. Obrecht. verò, generalem & oſcurum libellum, etiamſi contra eum nõ excipiatur, rejiciendum dicit, dict. diſput. *de form. act. & lib. theſ.379.* Gravett. *conſil 151. n.2.* Tuſchus. *lit. L. concl.313. & ſeq.*

Incertus tamen libellus admittitur, ſi actor juſtam rei habeat ignoran- 25
tiam, [a] ut in cauſa ſpolii, [b] petitione fructuum; [c] & in caſu quo incertitudo eſt in re non magni momenti, [d] vel ſi inde nihil detrimenti Reo inferatur. [e]

[a] *l. Quæ de tota 76. §. incerta 1. ff. de rei vind. arg. l.1. §. fin. ff. ſi pars hered. l.8. §.1. ff. com. div. l. ubi autem 75. §. qui illud 8. de verb. oblig.* Coſtal. *ad l.1. ff. h. tit.* [b] *c. dilectus, & ibi* Bald. *extr. de ord. cogn.* [c] *l. ex diverſo, §.1. & ibi* Bart. *ff. de rei vind.* Iaſ. *in l.1. ff. h. &* Zaſ. *ibid. n.32.* [d] *l. Gallus, §. ſi ejus,* ubi Bart. *ff. de lib. & poſt.* Bl. *in l.1. in 3. opp. ff. de furt.* Dd. *in c.2. ext. de lib. oblat.* [e] Bartol.

in l.3. §.1. de libert. agnoſcend. Vide Berlich. *tom.1. concluſ. practicab.12. per tot.* Mynſing. *cent. 4. obſ.11.* Grævæ. *concluſ.62. lib.1.*

26 In judiciis porrò univerſalibus puta in hæreditatis petitione, in familiæ erciſcundæ Judicio, actione ex teſtamento, & in actione exempto, hæreditatis venditæ nomine: & in judiciis generalibus in perſonam, puta in actione negotiorum geſtorum, pro ſocio, tutelæ, generalis libellus admittitur.

Bart. & Dd. *in l.1. ff. h. t.* Canoniſtæ, *in c.2. extr. d. libell. oblat.*

27. Attamen notandum, quod in judiciis univerſalibus in tantùm admittatur univerſalis petitio, ut, etſi nulla res poſt litem conteſtatam exprimatur, ſententia ferri poſſit. [a] In generalibus verò judiciis generalis libellus, modò tamen in progreſſu cauſæ ſpecies liquidentur, procedit. [b]

[a] *l. non poſſumus, ff. ſi pars her. pet.* [b] *l. licet C. de judic.* Specul. *in tit de act. & petit. §. ſequitur, verſ. ſed quæ eſt differentia*, Panormitan. *in c.2. n.20. ext. de lib. oblat.* Zaſ. *in l.1. num.22. & 28. ff. h. t.*

28. Deinde conceditur quoque univerſalis petitio, quando de legitima filii, & de peculio agitur: [a] quin & in judicio de dote, [b] cùm dos ſit quoddam univerſale, [c] admittenda eſt.

[a] *l. Si quis in ſuo, & ibi* Bald. *C. d. inoff. teſtam.* Iaſ. *in l.1. n.7. ff. de edend. & in §. curare 26. Inſt. de act.* [b] Bart. *in l. fin C. de ſent. quæ ſin. cert. quant. profer.* Iaſ. *in rub. ſol. matr. num.16. & ſeqq.* Alciat. *in l.3. C. h. t.* Coraſ. *ad l. qui liberos, n.29. de rit. nupt.* Diſſ. Specul. *in tit. de ſentent.* Zaſ. *in Rubr. ſol. matr. &* Gothofr. *in d. l. fin. C. de ſint. quæ ſin. cert. quant. profer.* [c] *l.5. in princ. ff. de impenſ. in res dot. fact. l.1. §.3. ff. de dot. præleg.* Dd. communiter in d. *Rubr. ſol. matr.* Weſemb. *in paratit. C. de inoff. teſtam.*

29. Secundò cavendum, ne libellus ſit coditionalis, aut alternativus: cujuſmodi à Judice rejicitur, [a] niſi quis probabiliter dubitet de remedio ſibi competenti: [b] veluti ſi quis alternativè rei vindicatione & Publiciana agat, proindeque ſe dominum vel quaſi declarari petat, [c] Item, ſi quis rem, ſi extet, vel ejus æſtimationem, ſi non extet, petat. [c] Inſuper alternativus libellus in iis caſibus, quibus cumulatio actionum alioqui conceſſa non eſt, admittitur.

[a] *l. Prætor edixit 7: §. quia autem, ff. de injur.* Et libellus alternativus quando admittendus, vel non, tradit Socinus *in c.2. num.74. ext. de lib. oblat.* Mynſ. *cent.2. obſ.42. & cent.4. obſ.11.* Gail *lib.1. obſ.62.* [b] *l.1. §. quia autem, ff. quod legat. Innocent. in c. conſtitutus, num.3. & 4. &* Panorm. *ibid. num.9: extr. de reſt. in integr.* [c] *c. Abbate 3. &* ibi gloſſ. magn. *de ſent. & re jud. in 6.* [d] Bart. *in l. & ex diverſo, §. ubi autem. num.8. ff. de rei vind.* [e] *d. l.1. §.4. ff. quod legat.*

30. Præterea libellus alternatim conceptus in actione hypothecaria conceſſus eſt; ut ſi quis dicat: peto illum condemnari, ut rem obligatam mihi reſtituat, vel ut debitum ſolvat.

l.2. C. ſi unus ex plur. hær. l. ſi fundus, §. in vindicatione: ubi Bart. *num.4. ff. de pign. & hypothec.* Iaſ. *in §. item Serviana, num.127: Inſt. de act.* Gail. *d. obſ.62. num.8.* Conſultius tamen eſſe dicit. Bart. *in d. l 2.* ut tali modo in hac actione libellus formetur: peto Titium mihi condemnari ad tradendam poſſeſſionem rei obligatæ, donec mihi ſatisfaciat.

31. Et denique in materia leg. 2. Cod. de reſcind. vend. libellus alternatim, ut ſcil. emptor. vel pretium ſuppleat, vel rem emptam reſtituat, concludere debet.

Dd. *in l.2. C. de reſcind. vend.* Bart. *num.16.* Mynſ. *cent.2. obſer.42.* Gail. *loc. all.* Si verò ſimpliciter

plicîter rei emptæ reſtitutio petatur, Iudex Rei arbitrio, an rem emptam reſtituere, vel pretium ſupplere velit, relinquere debet, Bart. *dict. loc.* & probatur. *l.1. Cod. ſi major. fact. alien. rat. hab.*

Ipſum tamen nomen & genus actionis ſpecificè in libello exprimi, neceſſum non eſt: [a] quamvis ex cauſa in eo contenta plures actiones competere poſſint. [b] Expreſſum autem niſi manifeſte ineptum, non vitiat libellum. [c] Iure tamen civili actionis nomen in libello neceſſarium eſſe concludimus. [d] 32

[a] *c. dilecti, ubi* pulchrè Panorm. *ext. de judic.* [b] Eam enim quæ utilior ei eſt, proponere voluiſſe intelligitur, *l. ſi quis intentione 6. ff. de jud.* ita quondā docuerunt Cyn. & Ang. *in l. edita, C. de edend. Vide diſſ. meam ad tres part. pandect. diſſ. 8. th. 6.* Diſſent. Alciat. *in l. edita, in Verbo actio, per l. ſi duo 93. in pr. ff. de ſolut.* Aemyl. Ferret *in Rub. C. de edend. nu. 11.* Geil. *lib. 1. obſ. 61. in fin.* [c] *l. 1. C. ſi menſ. falſ. mod. dix. c. examinata, ext. de judic.* & ita duas diverſas Dd. opiniones conciliavit Zaſ. *in l. 1. in pr. n. 52. & ſeqq. ff. h. t.* Vide Vacon. à Vacun. *libr. 6. declar. jur. decl. 88. n. 5.* [d] *l. 2. §. his legibus, ff. de orig. jur. l. 1. ff. de edend. l. non videtur 33. ibi, genus actionis, ff. de judic. l. 1. & 2. de praeſcript. Verb. l. 1. §. 1. ff. quod legator, l. 1. ibi, ſpecies actionis, C. de lit. conteſt. gl. magna l. 1. ff. h. t.* Donell. *in l. 3. C. h. t. & in comment. lib. 23. c. 4.* Vult. *lib. 2. juriſpr. Rom. c. 26.* Et per Theodoſ. Imp. Conſt. *in l. 2. C. de impetr. act. ſubl.* non actiones, ſed earum impetrationes ſublatæ. Diſſ. Duar. *ad tit. C. ſi cert. petatur.* Et aliter Vacon. à Vacun. *de declar.* 88. & Dn. Obrecht. *dict. diſſ. de form. act. & libell. theſ. 157. & ſeqq.*

Qualitas libelli conſiſtit quoque in ea facti narratione, quæ fit vel ſummariè, ſine articulis, vel per articulos: cujuſmodi articulatus libellus ad faciliorem expeditionem litium, ut poſt litis conteſtationem ſine alia dilatione, loco poſitionum & articulorum repetatur, admiſſus eſt. 33

Quinetiam hodiè in Camera Imp. niſi in primo termino libellus articulatus exhibeatur, non modo actori via articulandi poſtea præcluditur, [a] ſed & à citatione adverſarius planè abſolvitur. [b] 34

[a] Reichs Abſchid zu Speyr *in Anno* 1570. §. wiewol auch vermög Secus fuit olim ordinatione Cameræ, *part. 3. tit. 13. §.* Dargegen ſoll. *& ſeq.* Geil. *libr. 1. obſ. 79. nu. 3.* [b] *per generale decretum de Anno* 1585. 23. *Auguſt.* 1593. 13. *Decemb.*

In ipſis autem articulis concipiendis diligenter videndum, ne ſint multiplices, impertinentes, obſcuri, captioſi, negativi, Iuris, criminales. 35

Multiplices articuli ſunt, qui in ſe plura ſeparata continent, ut ſi quis dicat: verùm, quod Titius Sempronio fundum, centum aureorum precio, vendiderit, quodque tale precium receperit. Hic articulus duo ſeparata membra continet, ex quibus unum verum, alterum falſum eſſe; adeoque uno verbo reſponderi non poteſt. 36

Specul. tit. de poſit. §. ſeptimò videndum, num. 21. Ferrat. *in form. excipiendi compoſit. in Verb. multiplices,* Dn. Obrecht. *in d. diſſ. theſ. 648.*

Ambigitur verò, an articulus plura continens membra, partim vera, partim falſa, poſſit negari totus? Quidam [a] tenent, quod ob unius partis falſitatem poſſit ſimpliciter negari; quidam diſtinguunt inter poſitionem quæ continet quantitatem, & eam quæ qualitatem continet: hanc ſimpliciter negari poſſe autumant, illam verò non itē. [b] Sed æquius eſſe videtur, 37

ut adverſarius ſua reſponſione articulum dividat, & ſigillatim quodlibet membrum vel neget, vel confiteatur. [c]

[a] Specul. *d. tit. de poſit. §. ſeptimò & tit. de litis conteſt. at.* Iaſ. *in l. 1. §. ſi ſtipulanti, num. 10. ff. de ſtipul.* [b] Andr. Geil. *lib. 1. obſerv. 82. nu. 17. &* 19. [c] ita Bart. *in d. §. ſi ſtipulanti, quem alij communiter ſequuntur,* Mynſing. *cent. 2. obſerv. 55.* Atque ita etiam cautum ſtatuto Wirtembergico, in Ordinat. *Curiæ ſuprem. part. 3. tit. 10. pag. 62. §.* Da ein Articul.

38 Impertinentes porrò, & inepti dicuntur articuli, qui cauſam præſentem nihil omninò adjuvant, & licet probentur, tamen intentioni nullum præbent adminiculum: veluti, ſi quis in vindicatione fundi dicat, nummos ſuos fuiſſe, quibus adverſarius eum fundum emerit.

l. Adprobationem 12. Cod. de probat. l. ſi quis libertatem 7. in fin. ff. de hered. pet. l. ſi duo 13 §. idem Iulianus 2. in fin. ff. de jurejur. Bart. *in l. 2. §. quod obſervari, nu. 25. C. de jurejur. propt. calum. dand.* Dn. Obrecht. *ſæpè dict. diſſ. theſ. 709.*

39 Pro obſcuris & incertis habentur, qui ita concepti, ut intentio actoris inde colligi non poſſit. De quibus plura dicere neceſſarium non videtur, cum quibus caſibus admittantur, quibus non, ex iis quæ ante de obſcuro & incerto libello dicta, intelligi poſſit.

40 Captioſi articuli vocantur, qui ita ſunt conſcripti, ut quoquo ſe vertat Reſpondens, ſive neget, ſive affirmet, ſemper ſibi ipſi obſit, & infamiæ ac perjurii periculum incurrat.

Specul. *d. §. ſeptimò videndum, num. 20. 27. & 34.* Ferrar. *in pract. de form. excip. cont. poſit. §. detegentes perjurium,* Geil. *1. obſer. 82.*

41 Negativi verò ſunt, ſi quis ponat; Sempronium Titio non promiſiſſe decem: Item ſi ponat, ſibi pecuniam, quamvis in Chyrographo ſe debere ſcripſerit, numeratam non eſſe.

42 An talis articulus negativè conceptus admittendus, controvertebant olim Dd. Sed hodiè jure Canon. ad hunc omninò reſpondendum eſſe, deciſum.

c. 1. de confeſſ. in 6. Specul. *§. ſeptimò, num. 15.* Ferrar. *in form. excip. cont. poſit. §. ac negativa,* Vvurmbſ. *pract. obſer. lib. 1. tit. de poſit. obſ. 2. & 5.*

43 Poſitio Juris dicitur, cùm de Jure, & quid juris ſit, quæritur: ut ſi quis ponat, quod ad teſtamentum ſeptem teſtes requirantur: quod fidejuſſor non poſſit ſe in plus obligare quàm principalis debitor. Ad hujuſmodi poſitionem non eſt reſpondendum, niſi de jure non ſcripto concepta ſit.

Specul. *d. §. ſeptimò. num. 29.* Bart. *in l. ornamentorum, ff. de aur. & argent. legat.* Fürſtlich Württembergiſch Hoffgerichts Ordnung/ *part. 3. tit* 10. *pag. 62. in pr.* Andr. Geyl. *libr. 1. obſerv. 82. nu. 13. &* 14. Mynſing. *cent. 5. obſerv. 88. nu. 4. &* 5.

44 Quod attinet poſitionem actoris, quæ delictum ſive crimen ejus, contra quem producitur, continet, variant Interpp? Nos eam non rejiciendam cenſemus, ſi delicto illo diminutum ſit patrimonium actoris. [a] Quòd ſi vero poſitio contineat adverſarium eſſe infamem, adulterum, homicidam &c. non tenetur reus ad eam reſpondere. [b]

[a] *l. Marcellus 11. §. 1. ff. de act. rerum amot. l. quoties 21. §. Prætor.* & ibi Bart. *ff. de nox. act.* Bart. *in l. qui jur. aſſe. §. ſi pater. ff. de jurejur. & in l. 2. §. quod obſervari. num. 32. C. de jurejur. propt. cal. dand. & conſ. 194. incip. Cecus de Spoleto, n. 3.* [b] ita diſtinguit Bart. *d. §. quod obſervari.* Maranț.

Marant.*part.6 memb.7.rubr.de interrog.nu.7.8.* & 9.Mynſing.*cent.6.obſerv.92.* Nemo enim ſeipſum prodere tenetur, nec cogitur quis propriam detegere turpitudinem, *l.non magis 12.ff. de act.rerum amot.* Marant.*de rub.de interrog.nu.7.* & 9. Mynſing. *reſp.3.nu.13.decad.1.* Vid. Bernhard. Grævæ.*lib.1.concluſ.82.num.12.* & *ſeqq.*

Quamvis autem hi articuli, de quibus hucuſque agimus, jure communi non recipiantur: attamen in Camera Imp. omnes, ſola poſitione juris excepta, admittuntur. 45

Gayl.*dict.obſerv.82.n.11.* idq; optima ratione, alioquin ſemper Reus contra articulos, etiam rectiſſimè conſcriptos, exceptionem opponere, & litem calumnioſè differre poſſet.

Nihilominus tamen prudens judex hac in re, ut Gayl. ait, circumſpectus eſſe debet, ne quis præjudiciali aliqua reſponſione gravetur, ſi enim articuli adeò captioſè ſint concepti, ut pars ad illas ſine periculo perjurii reſpondere non poſſit, meritò eas rejiciet. 46

Edita actione, Reus diſpiciet, num dilatoriis uti exceptionibus, & quibus poſſit. 47

De hiſce exceptionibus egimus in præcedenti diſputatione, *de exceptionibus forenſibus.*

Atque hæc dicta ſint de actionis editione. Quia verò aliorum quoque ſcriptorum editio interdum deſideratur in judicio; puta inſtrumentorum, & rationum, iccirco de hac quoque hoc loco agemus. 48

Inſtrumenta actor regulariter edere debet; & primò ante litem quoque conteſtatam Reo deſideranti (quò inſtructus veniat in judicium, cognita actione & inſtrumento litis, & cedere an contendere porrò debeat, certior reddatur,) jure communi inſtrumenta litis, quibus apud judicem uſurus eſt, & in quibus ſe in libello fundavit, offerre debet. 49

l.1.§.edenda.ff.h.l.non eſt novum.5.C.eodem tit.l.poſtquam 5.§.ſi dies 2.ff. ut legat. ſeu fidei comm. Innocent.*id cap.1.extr.de probat.* Bart.*in l.edita.num.29.* & Iaſ.*ibid.* Alciat.*in rub. C.de edend.in fin.* & *in l.ult.C.dict.tit.* Zaſ.*in l.1.§.edenda.num.1.ff.h.* Aemyl.Ferret.*in l.edita.nu.107.* Cujac.*lib.10.obſerv 14.* Petr.Frid.*de mand.judic.lib.2.cap.48.num.4.* Diſſ.Donell.*libr.23.comment.cap.6.* Cui planè obſtat, quòd poſt litis conteſtationem nihil opus eſt, ut Reus deſideret ſibi inſtrumenta edi. Cum enim litis conteſtatione negarit ſe debere, actor, ſi obtinere velit, ſua ſponte inſtrumenta probationis edet.

Poſt judicium vero acceptum actor omnia inſtrumenta, quæ ad probandam adverſarii exceptionem pertinent, ut ſunt rationes actoris, licet ipſemet in judicio iis uti non velit, edere deſideranti Reo compellitur. 50

l.Non eſt novum.l.ſeq. & *l.ult.C.h.t.junct.l.1.ff.de fid.inſtrum.l.prætor.§.1.ff.h.tit. Alciat. in d.l.ult.C.h.t.* Diſſ.Donell.*ſup.dict.loc.*

Sed ita demum judex actorem inſtrumenta ſua edere jubebit, ſi adverſa pars non habeat eorundem exemplum. Unde, licet teſtamenta omnibus quicunq; deſiderant, ſint edenda; tamen ſi legata petantur, non æquum eſt, ut legatarii teſtamentum exhibeant, cùm heredes ſoleant habere teſtamenti exemplum. 51

l.6.§.penultim. & *l.2.* ubi Iaſ.*ff.h.t.* Bartol. *in l. edita numer.10.Cod.h.t.* Cujac. *in libr.3.* Paul. *ad edict.pagin.37.* Quidam tamen aliter interpretantur, *dict.leg.2.* quos ſequitur Zaſ. *ibidem.*

Et

52 Et hæc quidem editio ita facienda, ut judici integra inſtrumenta, adverſæ verò parti deſcriptum ſive exemplum ejus ſolùm capituli, quod ad cauſam facit, & ad inſtruendum aliquem pertinet, [a] item ſine die & conſule, [b] & hodie ſine Papa & Imperatore, [c] edatur.

[a] *c. contingit. ext. de fid. inſtrum. c. cum perſona. de privil. in 6.* Bart. *in rubr. de no*v*. op. nunc. n.* 7. Panorm. *in d. c. contingit.* Zaſ. *in l.* 1. *§. editiones. n.* 44 *ff. de edend.* Eman Soarez. *in theſ. recept. ſent. lit. E. n.* 31. Cujac. *in d. lib.* 3. *Paul. ad edict. p.* 37. Et ita in Camera obſervatur, ut teſtatur Gayl. *d. obſerv.* 106. Mindan. *lib.* 2. *de mand. c.* 48. *n.* 18. *& ſeq.* [b] *l.* 1. *§. editiones. ff. h. t.* [c] qui hodie inſtrumenta quæ conficiuntur, præponi jubentur, *Nov.* 47.

53 Eodem verò modo, & eadem æquitatis regula, Reus, qui de intentione actoris confeſſus, exceptione utitur, inſtrumenta ſua ad fidem exceptionis expediendam, edere compellitur.

Reus enim excipiendo actor fit. *l.* 1. *ff. de except. l. in exceptionibus. ff. de probat.* Deinde probatur per text. *in l. pen. §. ult. ff. ad leg. Falcid.* Donell. *ad l. ult. n* 7. *& ſeq. C. h. t. & lib.* 23. *comm. cap.* 7.

54 Edere præterea reus inſtrumenta, quæ ei cum actore ſunt communia, quemadmodum inſtrumenta hereditaria, & ſimilia, item inſtrumenta communibus ſumptibus à Notario redempta, rectè cogitur.

l. Procurator. 7. *C. h. t. l.* 4. *§.* 1. *ff. h. t. l.* 5. *ff. fam. herciſc. l. pupillus. §. ult. de verb. ſign.* Bart. *in ult. nu.* 4. *C. h. t.* Zaſ. *in l.* 1. *§. editiones. num.* 19. *ff. d. tit.* Gail. 1. *obſ.* 106. *num.* 4. Fürſtl. Würtembergiſch alt Landrecht/ *part.* 1. *rub.* von Fürbringung gemeiner Brieff/ *pag.* 94. New Landrecht/ *part.* 1. *tit.* 35. Compil. deciſ. *& præjud. Cam. Imp. ſub lit. E. in verb. editio. §. ult.*

55 Idem verò inſtrumenta ſua ad fundandam actoris intẽtionem, niſi idonea cauſa interveniat, edere non tenetur: cùm æquum non ſit, ut alienorum inſtrumentorum poteſtas actori fiat, qui ſuæ intentionis proprias afferre rationes, non eas ab adverſario petere debet.

l. 1. ubi Alciat. *l.* 4. *& l. ultim. Cod. de edend. l.* 10. *in princip. ff. h. t. l.* 7. *Cod. de teſt. l.* 23. *Cod. de probat. cap.* 1. *extr. de probat.* Idque communiter obſervatur, teſte Iaſ. *in l. ultim. num.* 1. *Cod. h. t.* Soarez. *th. recept. ſentent. lit. E. num.* 25. Diſſent. Aemil. Ferrott. *in rub. Cod. de edend. nu.* 35.

An autem ad replicationem ſaltem Actoris probandam, reus ea edere debeat, quæritur? & quamvis Dd communiter ita ſentiant, [a] juris tamen autoritas contrarium arguit. [b]

56 [a] Bartol. & cæt. *in l. ultim. Cod. h. t.* Panorm. *in capit.* 1. *num.* 15. *de probat.* Alciat. *in l.* 1. *& l. ultim. Cod. h. t.* [b] probant adducta in præcedenti *theſ. leg.* Et quia replicatione utitur manet actor. *l.* 2. *ff. de except.* Deinde, quia actor replicando id intendit, ut exceptionem rei excludat, & originem petitionis ſuæ fundet. Diſſentit Winterus *de Aſſeſſore part.* 2. *capit.* [illegible] *fol.* 239.

57 Sed ſi actor probaverit quidem reum ſibi debere, non verò conſtet quãtum debeat, an hoc caſu ad intentionem actoris jam fundatam adjuvandam, Reus edere debeat, non eſt expeditum: nos affirmativam ſententiam æquitati magis convenire putamus.

Is enim in manifeſto dolo eſſe videtur, qui quod debeat, confiteri cogitur, tamen inſtrumenta, & rationes, ut conſtet, quantum debeat, proferre recuſat. Probatur præterea hæc ſententia per text. *in l. prædiis* 91. *§. Titio.* 3. *ff. de leg.* 2. *l. Titius.* 48. *ff. de act. empt. l. ult. C. h. t.* Bart. *in l. fin. C. edend.* Panorm. *in c.* 1. *nu.* 15. *de probat.* Alciat. *in l.* 1. *& ult. C. h. t.* Zaſ. *in l.* 1. *§. editiones nu.* 27. *ff. h. t.*

Cauſa

Cauſa tamen juſta, ob quam judex officio reum cogere poteſt, ut edat, eſt favor fiſci, ſi nimirum fiſci procurator agat ex cauſa pecuniaria. 58

l.3 ff. hoc t. l.2. §. Divus Hadrianus, ff. de jur. fiſc. Alciat. *ad l.1. C. h. t.* & hoc obſervari in Cam. ſcribit Gayl. *d. obſerv. 106. num. 11. & obſerv. 21. n. 10. lib. 1.* Secus tamen, ſi ex crimine agatur, *dict. l. 2. §. item, ff. de jur. fiſc.* Decius *in l. 2. num. 41 C. h. t.* Iul. Clar. *in pract. crim. §. ultim. quæſt. 27. verſ. ſed hic incidenter.* Limitant tamen Dd. quod in iis caſibus qui cogatur contra ſe edere inſtrumenta, quibus ſervi contra Dominos torqueri poſſunt, Bart. in *dict. l. 3. §. Divus, ff. de jure fiſc.* Sed malè: hæ enim odioſæ diſpoſitiones nimium extendendæ non ſunt. Alciat. *in l. 1. & 2. C. hoc tit.*

Similiter Dd. volunt, ut in cauſis Eccleſiarum, hoſpitalium, libertatum, alimentorum, dotium, quæ omnes, utpote piæ res, favorem publicum merentur, reus propria inſtrumenta, quando alius modus probandi non adeſt, proferre cogendus ſit. 59

Speculat. *§. videndum, verſ. ex præmiſſis. tit. de inſtrument. edit.* Panormit. *in c. 1. n. 19. extr. de probat.* Alexand. Ripa, & Zaſ. *in l. 1. ff. h. t.* idem Zaſ. *in l. ne quiſquam. num. 3. ff. eod.* Eman. Soarez *theſ. recept. ſent. lit. E. num. 26.* Weſenbec. *in Parat. ff. de edend. n. 12.*

Præterea uſurarii, ſi de uſuris, vel cauſa uſuras reſpiciente, contra eos agatur: [a] nec non Judæi fœnus exercentes, [b] inſtrumenta proferre debent: Non tamen publicani, nautæ, caupones, ſtabularii, & ſimiles, qui pro odioſis perſonis habentur, ad edenda ea compelli poſſunt. [c] 60

[a] *Clem. 1. §. cæterùm, ubi gl. de uſur.* Alciat. *in l. 1. C. h. t.* Soarez. *lit. E. n. 23.* [b] quia ſtatuta Chriſtianorum regulariter habent locum in Iudæis, *l. ſpadonum 15. §. jam autem, ff. de excuſ. tut.* Et eiſdem uſuræ quoquo prohibitæ *in c. poſt miſerabilem extr. de uſur. gl. in d. §. cæterùm, in verb. cenſura.* Bl. *in l. 1. §. rationis, ff. h. &* Alciat. *in l. 1. C. h.* Gayl. *d. obſerv. 106. n. 1. 2.* vide quoq; Covarruv. *lib. 3. var. reſolut. c. 1.* Diſſent. AEmil. Ferrett. *in rub. C. de edend.* [c] *l. argentarius, 10. §. 1. ibi, neque alios ullos abſimiles eis. ff. h.* Et nova Pontificis conſt. *in dict. §. cæterùm,* non habet locum, niſi agatur de uſuris, quo circa ad publicanos non porrigenda, præſertim cùm ſit pœnalis. Deinde publicanorum & ſimilium officium non improbatum, ſed permiſſum & neceſſarium eſt. Denique hanc ſentent. probant. Aretin. *in c. 1. de probat.* Paul. Pic. *in l. 1. n. 37. & ibidem* Alciat. *ff. hoc.* Ferrett. *dict. rub. C. n. 47.* Diſſent. tamen Bl. *in l. diſſoluta. C. de condict. ex leg.* quem ſequuntur Dd. communiter, Felin. *in d. cap. 1.* Zaſ. *in l. 1. §. editiones, num. 4. ff. h.* Gayl. *d. obſerv. 106. num. 12.*

Sed an juſta cauſa ſit, ob quam Reus edere debeat, ſi is probationes aliter habere non poſſit, quæſtionis eſt? Nos negamus. 61

Aretin. & Felin. *in c. 1. d. probat.* Alex *in l. ſ. fallent. 16. C. h.* Diſſent. Alciat. *in l. 1. C. h.* ſecutus præceptorem ſuum Paul. Picum.

Is quoque, apud quem res agitur, acta publica civilia & criminalia, id eſt ſcripturas eorum, quæ in judicio civili vel criminali acta ſunt, ad inveſtigandam veritatis fidem, cum die & conſ. vel hodie cum Imperatoris nomine, [a] edere jubebit. [b] 62

[a] *l. 2. C. h. & N. 47. cap. 1.* [b] *d. l. 2. C. h. c. quoniam contra, & c. fin. extr. de probat.* Iaſ. *in l. 1. §. editiones, n. 2.* Gayl. *lib. 2. obſerv. 134.*

Non inconvenienter hic in quæſtionē vocatur, an allegationes juris, & conſilia judici oblata, ſimul cum actis edi debeant? Id quod affirmamus, ne judex falſis allegationibus circumveniatur. 63

Zaſ. & alii quos alleg. *in d.l.1.§.edenda.ff.h.* Diſſent. Ferret. *in rub. C.de edend.num.* 54.

64 Sed ei demùm acta publica edi debent, cujus intereſt ea proferri. Intereſt autem primò non ſolùm judicis, cujus juſſu & autoritate acta conſcripta ſunt; [a] ſed & ejus præcipuè, qui in locum primi judicis ſubrogatus eſt; hujus enim ſententia non inſpectis actis lata, ipſo jure nulla eſt. [b] Judici quoque ad quem provocatum eſt, judex primæ inſtantiæ omnia, quæ apud ſe acta ſunt, edere debet. [c]

[a] *l. properandum* 13. *§. & ſiquidem C. de judic. & l. illicitas, §. Veritas. ff. de off. præſ.* [b] Bart. *in l.2.num.5. &* Paul. Pic. *n.25. C.h.* [c] *l. eos qui 6. §. ſuper his verò. 3. l. ne cauſas 15. & l. a proconſulibus 19. C. de appellat. c. quoniam contra, & c. f. extr. de probat.* In Camera quoque decernuntur mandata compulſatorialia ſine clauſula, pro facienda copia actorum Cammergerichts Ordnung/ *part.2.tit.31.§.1. & part.3.tit.31.§.1.cum ſeq.*

65 Deinde litigatoribus quoque copia actorum, manente authentico penes actuarium ſive Notarium, fieri debet, puta, ſi diu abfuerint, & ea in abſentia eorum geſta, ſcire cupiant; item ſi velint advocatos de futuro litis eventu conſulere, & ſimilibus caſibus intereſſe habentibus, ſunt edenda.

d.l.2. & ibi Bart. C.h.t. Pet. Frider. *de mand. lib.2.c.47.*

66 Denique omnibus iis, quibus ſententiæ in eo judicio præjudicium allatura eſt, ut legatariis, cum de teſtamento agitur, & ſimilibus concedi debent.

Alciat. *in l.2.p.66. &* Donell. *ibid C.h.t.* Zaſ. *in l.2.n.7.ff.eod.*

67 Cæterùm hic quæritur, ſi Actuarius vel Notarius caſu, fortè ruina, vel incendio, amittat acta judicii, an Reus qui exemplum habet, edere debeat? & affirmativa ſententia æquitati magis conſona videtur.

Paul. Picus *in l.2.num.16. &* Donell. *n.8.C.h.t.*

68 Porrò ad acta publica referuntur quoque leges, conſuetudines, & ſtatuta, quæ omnia, is, cujus intereſt, ſibi nota fieri rectè petit.

Gayl. 1. *obſerv.* 106. *n.8. &* 14. Petr. Frid. *de mand. lib.2.c.47.n.20.*

69 Præterea emptor empti judicio conſequi poteſt, ut inſtrumenta, per quæ declarantur jura fundi, exhibeantur.

l. Titius 48. & l. creditor. 52. in princ ff. de act. empt.

70 Similiter is, qui ut emphyteuta, [a] vel vaſallus [b] poſſidet, domino petenti inſtrumentum emphyteutici contractus, vel inveſtituræ, niſi datæ fuerint literæ reverſales, [c] edere debet.

[a] *p.l.2. & ibi* Bl. *n.1.ff.h.t. & l.2.§.cùm lex. C. de præſc.30.annor.* Iaſ. *in l.2.num.8.ff.h.t.* [b] Bl. & Dd. *in c. Imperialem. §. illud. de prohibit. feud. alien. per Frider.* Alciat. *in l.1.C.h.t. &* Zaſ. *in l.3.ff.h.t.* [c] *per l.2. ubi* Zaſ. *num.4.ff.h.t.*

71 Inſtrumentum porrò fundi per fideicommiſſum vel legatum relicti, heres repræſentare & oſtendere tenetur.

l. Inſtrumenta 24. ubi Bart. *C. de fideicom.*

72 Miſſivam autem privatam nemo invitus edere cogitur.

Compilat. deciſ. *ſeu præjud. Cam. Imp. in verb. editio. §. miſſivam.*

73 Diximus hucuſq; de inſtrumentorum editione, conſequens eſt, ut tandem agamus de editione aliarum rationum.

74 Primò igitur actor Reo petenti, rationes ſuas, ad veritatis fidem inquirendam, oſtendere tenetur.

l. Non

l. Non eſt novum, & l. 6. C. h. t.

Id quod è contra Reus, niſi judici æquum viſum fuerit, facere non jube- 75
tur.

l. 1. 4. & ultim. C. h. t. l. nimis grave. 7. C. d. teſt. l. 13. C. de probat: Iudex verò ob eaſdem cauſas editionem rationum injungere, ob quas eundem inſtrumenta proferre cogere poteſt.

Præterea ad harum editionem argentarii quoque compelluntur, ſive a- 76
gant, ſive cum eis agatur; ſed etſi neque agant, neque conveniantur, ei tamen cujus mandato tractatæ ſunt rationes, cùm ad eum pertinent, eas edere neceſſe habet: ſi qui deſiderat, ſe non calumniæ cauſa petere, juret. Idq; eò, quod officium atque miniſterium argentariorum publicam habet cauſam, & hæc principalis eorum opera eſt, ut actus ſui rationem diligenter conficiant.

l. 10. §. 1. l. 4. §. 1. l. 6. §. exigitur. 2. & §. unde apparet. 5. & l. 9. §. pen. ff. h. t. l. boves. 89. §. 1. d. verb. ſign. Quæ ſit argentariorum profeſſio & officium explicat Cujac. *obſ. 14. lib. 10.* & Alciat. *in d. l. boves.*

Et hæc jura de argentariis, quorum hodie uſus nullus eſt, loquentia, Dd. 77
locum habere in tabellionis ſive publicis Notariis aſſerunt, cùm & hi contractibus præſint, & miniſterium publicum habeant.

gl. *in l. 9. §. nummularii,* & Iaſ. *in l. 4. num. 2.* & *ibid.* Zaſ. *h. t.*

Ad hoc verò, ut Notarius aliquid coram ſe officii ratione actum tenea- 78
tur edere, duo conjunctim requiruntur, ut mandato ejus qui petit inſtrumentum confectum ſit, & de intereſſe ejuſdem agatur.

l. prætor ait §. 1. l. ſi quis. 6. §. exigitur. §. ex hoc edicto, & §. ſeq. l. 9. §. cæterùm. & l. 10. §. 2. & 3. ff. h. t. Paul. Picus *ad l. 1. n. 24. & 27. C. h. t.* Alciat. *ad l. 1. C. de edend. &* Zaſ. *in dict. l. Prætor ait. num. 2. & ſeqq. ff. hoc tit.* Schurpff. *conſil. 85. cent. 2. &* Gayl. *lib. 1. obſerv. 106. in princ.*

Hoc tamen quod de argentariis conſtitutum, ad mercatores noſtros, 79
cum magna ſit inter eos diverſitas, producendum non eſt.

Per text. in l. 10. ff. h. t. Socin. *in l. 1. notab. ult.* Picus, *n. 43.* & Alciat. *C. h. t.* AEmil. Ferrett. *in rub. C. de ed. nd. n. 49.* Diſſent. Felin. *in c. 1. num. 13. & ſeqq. &* Dd. commun. *ext. de probat.* Gayl. *lib. 2. obſer. 20.* Maſcard. *de probat. Vol. 1. concl. 255.*

Porrò, ii quoque qui res alienas adminiſtrant, veluti procuratores, ſocii, 80
tutores & ſimiles, exhibere rationes actus debent: æquiſſimum quippe eſt, ut quiſque adminiſtrationis ſuæ rationem reddat.

l. quædam 9. in pr. ff. h. t. & l. 1. §. officio 3. ff. tut. & rat. diſtr. Picus *in l. 1. n. 56. C. h. t.*

Non tamen totum codicem rationum inſpiciendum, deſcribendumque 81
quis edere tenetur, ſed eam duntaxat partem, quæ ad negotium & cauſam pertinet.

l. Argentarius 10. §. edi autem, 2. ff. h. t. Fürſtl. Württeinb. Alt Landrecht/ *part. 1. tit.* vor fürbringung gemeiner Brieff vnd Vhrkunden *pag. 94.* New Landrecht/ *part. 1. tit. 35.*

Neq; etiam iterum poſtulanti edere aliquem judex compellit, niſi ex cau- 82
ſa, veluti ſi peregrè habere quod primum editum eſt, doceat, vel minùs plenè editum, vel ſi priùs editas rationes caſu majori quis perdiderit.

l. 6. in fin. & l. ſeq. h. t. l. 4. C. de fid. inſtrum. & arg. c. ultra tertiam. 55. extr. de teſt. Paul. Picus *in l. 1. num. 28. C. h. t. &* Coſtal. *in l. 7. ff. h. t.*

Remedia denique, quibus compelluntur, qui inſtrumenta & rationes e- 83

Digitized by Google

dere recuſant, pro varietate perſonarum varia ſunt. Et ii quidem, qui inſtrumenta & rationes ut privati confecerunt, officio judicis compelluntur. [a] Argentarii inſuper metu actionis in factum in id, quod intereſt, ſi Prætor, ut edant, decreverit, coguntur. [b] Procurator verò domino, ſocius qui ſocietatis negotia geſſit, ſocio, & tutor pupillo, actione mandati, pro ſocio, tutelæ, ad edendum adiguntur. [c]

[a] *l. pen. §. ult. ibi, ad officium judicis pertinere, ff. ad leg. Falcid. l. 1. & l. 2. C. h. tit.* Soarez. *theſaur. recept. ſentent. lit. E. n.* 30 *vide* Andr. Gayl. *lib. 1. obſerv. 106. n. 2. &* Cujac. *lib. 10. obſerv. 14.* [b] *l. 6. §. ex hoc edicto 4. l. 8. §. 1. & l. 9. in pr. l. 10. cùm autem. ff. de edend.* [c] *l. quadam 9. in pr ff. h. tit. num.*

Clas. VI. Disputat. XV.

De Dilationibus.

Thesis I.

EDITA actione, ſi reus confeſtim ad eam reſpondere nolit, illius copia, & dilatio peti poteſt, & concedi à judice ſolet: ut & ad quædam alia in judicio producenda. Eſt autem dilatio ſpacium [a] temporis, alicui ad faciendum [b] quidpiam aſſignatum, [c] certo termino [d] concluſum. Jura noſtra eodem ſenſu inducias quoque appellant. [e]

[a] Ut obligatio actus aliquis non eſt, ſed juris vinculum *§. 1. Inſtit. de obligat.* neque motum aut factum ſignificat in jure noſtro actionis nomen, ſed jus aliquod *§. 1. Inſtit. de act.* Ita & dilatio in libris noſtri juris non actionem, ſic actum ipſum denotat dandi & aſſignandi ſpacium temporis intra quod fieri quid debeat, ſed ſpacium temporis ipſum, ut evincitur non mod[o] ex eo, quòd dilatio dari, tribui & denegari dicitur *l. 1. l. 2. l. 3. & l. cùm à nobis 5. C. de dilat.* item indulgeri *in l. 4. Cod. dict. tit. & c. ultim. in fin. extra eodem tit.* ſed & quod ipſa dilatio diſertè ſpacium dicitur *in dict. l. 1. & l. ultim. C. dict. tit. & d. c. ultim. in fin. extr. eodem tit.* item induciæ *in cap. 2. & c. 3. extr. eodem tit.* unde non rectè cum Cujacio in *paratit. Cod. de dilat.* definiremus dilationem, quod ſit diei prolatio: neque cum Weſembeccio *in paratit. de fer. & dilat. num. 7.* quòd ſit aſſignatio certæ diei ſeu termini, *&c.* [b] Puta ad reſpondendum ad actoris libellum conventionis, ad producendum inſtrumentum, vel teſtes, ad excutiendum debitorem principalem, ad concludendum in cauſa & id genus alia. [c] *d. c. ultim. in princip. ibi, et terminum peremptorium aſſignavimus, ext. de dilat.* [d] *c. 1. & dict. c. ultim. in princip. extr. dict. tit. & Novell. 115. cap. 2.* [e] *c. 2. & c. 3. extr. eodem tit. & Novell. 53. c. 3. in princ. & §. 1.* De dilatione judiciali vide Fürſtlich Württembergiſch New Landrecht/ *part. 1. tit. 21.* Ruland. *de commiſſ. part. 1. lib. 2. cap. 7. & ſeq.* Borell. *tom. 1. deciſ.* 47 Gail. 1. *obſ.* 91. Goldſtein. *in pract. c.* 18. Hiltrop. *in proceſſ. fol. m.* 406.

2 In dilatione generaliter ſpectamus, & ſpecies dilationis, & dilationum communia. Species dilationis Speculator 25. numerat, [a] Lanfrancus [b] quatuor. Nobis autem dilatio alia eſt legitima ſive legalis, alia judici arbitraria, alia conventionalis.

[a] *lib. 2. rub. de dilat. in pr.* [b] *ad c. quoniam ext. de probat. c. 2. de dilat. in pr.* Gilhauſen *in arbor. civil. cap. 5. ramuſc. 7. num. 2.*

Legiti-

Legitima dilatio eſt, quæ ipſo jure alicui tribuitur, certo termino lege definito: cujuſmodi ex Juſtiniani Conſtit. eſt, quæ competit Reo in jus vocato poſt libelli conventionis oblationem, ad deliberandum, cedere an contendere, & an coram vocante judice litigare velit, necne. Huic enim jure Juſtinianeo viginti dierum induciæ tribuuntur. [a] Jure Canonico hæc dilatio judici arbitraria eſt: [b] quod & Camera Imperialis, [c] aliarumque provinciarum judicia [d] ſequuntur. 3

[a] *Novell. 53. c. 3. illud quoque antiquitùs & §. ſancimus, ubi Cujac. mihi pag 234. & Nov. 96. c. 2. § 1. & Auth. offeratur C. de lit. conteſt.* [b] *c. 1. ubi* Cujac. *extr. de dilat.* [c] Andr. Gayl. *lib. 1. obſ. pract. obſ. 53. n. 20.* [d] *Matth. de* Afflict. *ad conſt. Neapol. rubr. 17. num 3.* J. W. New Landrecht/ *part. 1. tit. 21. in prin.*

Eſt item legitima duorum menſium dilatio, ad litem conteſtandam Juſtiniani lege actori data, computanda à tempore oblati libelli conventionis: de qua litis intra eum terminum conteſtatione actor, priuſquam conventionis libellus offeratur, ipſi reo & executori cavere tenetur, atque inſuper illud promittere, niſi prædicto tempore litẽ conteſtatus fuerit, omne ſe damnum ipſi Reo præſtiturum in duplo, dummodo ea cautio 66. ſolidorum quantitatem non excedat. 4

Nov. 96. c. 1. ubi Cujac. *in Auth. libellum, C. de lit. conteſt.* Sed hac in re ſingulorum judiciorum mores ſpectandi erunt.

Similiter legitima eſt dilatio annalis, data actori tribus edictis ante litem conteſtatam in judicium vocato, antequam ob ejus contumaciam lis pro conteſtata habetur, & ad ſententiam definitivam proceditur. 5

Novell. 112. cap. 3. § 1. & 2.

Æquè legitima eſt dilatio annalis, quæ tribuitur Reo ante litem conteſtatam contumaci, in ejus poſſeſſionem bonorum actore ex primo decreto judicis miſſo, antequam ex ſecundo decreto civilis poſſeſſio decerni poſſit. 6

c. ult. §. in aliis v. caſibus, ubi Cujac. *ext. ult. lite non conteſt. l. pen. § pen. C. de præſcript. 30. vel 40. annor..*

Eſt quoq; ex lege Juſtiniani dilatio legitima, quæ poſt litis conteſtationem, in termino probationis inſtrumentorum, & perſonarum proferendarum cauſa competit. Si enim ex provincia, ubi lis agitur, vel perſona, vel inſtrumenta poſcantur, tres menſes jure indulgentur, ſi ex continentibus provinciis, ſex menſes tribuuntur. In tranſmarina autem dilatione menſes novem. [a] In Camera verò Imperiali, hoc quoque caſu dilatio judici arbitraria eſt, [b] ut & in aliis judiciis non paucis. [c] 7

[a] *L. 1. § ultim. C. de dilat. Novell. 65. cap. 2. c. induciæ 3 quæſt. 3.* [b] Andr. Gayl. *lib. 1. obſerv. pract. 91. n. 13.* [c] Quare ſtatuta & mores judiciorum hîc obſervandi erunt.

Adhæc legitima dilatio eſt in caſu, quo una pars allegationibus ſuis renunciat, altera verò dicit ſe habere, quod adjiciat. Huic enim ex lege Juſtiniani ad eam rem menſis datur unus, quo exacto, & parte hac à judice interrogatà, nunquid proponat, ſi ceſſet, alter adhuc menſis ei indulgetur. Si ne ſic quidem intra hunc menſem quicquam proponat, adjicit judex poſtremò ex lege menſem tertium. 8

Novell. 115. cap. 2. ubi Cujac. & Auth jubemus C. de judic. Ex quo loco & illud diſcimus, quòd licet pars una renunciarit dilationi ad producendum teſtes, nihilominus pars altera poterit producere alios: id quod docet etiam Abb. *ad c. 1. extr. de teſtament.* Bart. *ad l. 1. §. renunciatio Verſ. ſed nunquid C. de temp. in int. reſtit. & ad l. petenda C. d. t. & addit. ad* Lanfrancum *in c. quoniam extr. de probat. c. 2. de dilat. n. 6.* ubi additur cautela, quod cauti advocati nunquam renunciare dilationi debent, niſi & pars adverſa etiam renunciet.

9 Et deniq; omnem omninò dilationem, quam certam ipſa lex vel ſtatutum aliquod præbet, legitimam ſive legalem vocamus dilationem, ut quæ datur appellantibus & appellationem proſequentibus, &c. [a] Cujuſmodi dilatio miniſterium judicis non requirit: eſtq; peremptoria. [b]

[a] *Auth. hodiè C. de appell. c. quod ad conſultationem §. taliter extr. de ſentent. & re judic. l. 2. C. de tempor. & repar. Novell. 49. in pr. & cap. 5. extr. de appellat.* [b] *l. mancipiorum 6. de opt. leg. l. peremptorias 2. C. ſenten. reſcindi non poſſe,* Lanfranc. *d. c. 2. n. 8.* Quamvis terminus judicialis ſive ab homine, ſive à lege præfixus peremptorius regulariter ſit, *l. 1.* ubi Bartol. *C. de dilation. c. 2.* ubi gloſ. *extr. eod.* Mynſing. *cent. 1. obſerv. 71.* Theſaur. *deciſ. 22. num. 4.* Menoch. *conſil. 100. num. 271.* Surdus *conſil. 97. n. 19.* Gœdd. *conſil. 32. num. 79. Vol. 3.* Et lapſus terminus habeat vim renunciationis. *l. ſi ea. C. qui accuſar. poſſunt.* ubi Baldus, Attamen in omni Ducatus Würtenbergici judicio etiam ſupremo & inferiori, ſimplex terminus à judice producendis ſcriptis præfixus non habetur pro peremptoria, ſed pars quæ neglexit terminum punitur, & nihilominus in judicio auditur.

10 Dilatio judici arbitraria eſt, quam judex in caſibus permiſſis cauſa cognitâ tribuit. Cujuſmodi eſt jure Canonico (ut & ſuprà diximus) quæ vocato in jus indulgetur, [a] quæ datur interceſſori, ſponſori, mandatori ad principalem debitorem adducendum, [b] quæ item tribuitur in caſu, quo inſtrumenta litis apud eos eſſe dicuntur, qui Reipubl. causâ abſunt, [c] tùm etiam quo reus poſſeſſor alieno qui poſſidet nomine actione reali conventus nominat dominum abſentem, [d] & quo partis cognatus vel affinis defunctus eſt, aut ſimilis aliquis caſus intervenit, [e] quoque procurator generalis conventus actione quadam dominum abſentem de ea lite conſulere intendit, proindeq; dilationem petit. [f] &c.

[a] *c. 1. ubi Cujac. ext. de dilat.* [b] *Novell. 4. c. 1. Verſ. probet igitur interceſſorem.* [c] *l. interdum 36. de judic.* [d] *l. 2. C. ubi in rem act. exer. deb. Novell. 69. c. 2. ſi igitur fuerint, & c. ult. ext de lite nondum conteſt.* [e] *d. l. interdum 36 in princ. de judic.* [f] *c. dilectus extr. de procur.* quid in decernendis dilationibus Iudex debeat conſiderare. Vid. Everhard. junior. *conſ. 5. n. 27. Vol. 1.*

11 Circa hanc autem judici arbitrariam dilationem ſpectamus, tum quando judex dilationem dare, & quantam indulgere debeat; tum an ſemel data dilatio ſæpius poſtulari aut prorogari poſſit; tum etiam ubi à Judice tribuenda ſit dilatio, & ſi plures in dilationem dati ſint dies, an connumerati vel excepti intelligantur dies feriati? Tum poſtremò, quæ conditio ſit proceſſus judiciarii aut ſententiæ, ſi vel denegata ſit dilatio, vel data cùm dari non debuerit, vel nimis brevis aut longa ſit indulta, vel conceſſa ſit abſque cauſæ cognitione, vel denique loco non legitimo ſit tributa.

12 Quod ad primam attinet inſpectionem, nunquam judex dilationem dabit, niſi à parte fuerit petita dilatio: [a] niſi item neceſſitas rei gerendæ hoc exigat, [b] unde non niſi causâ cognitâ judex eam tribuere cuiquam poteſt; [c] neq; regulariter niſi parte citatâ, quæ contradicere poteſt. [d]

[a] *c. 3. ibi,*

[a] c.3. ibi, ad de liberandum petierunt judicias, extr. de dilat. c. cùm cauſam 62. ibi, inducias pe petiſſe: extr. de appellat. l.1. ibi, ſpacium poſtulatum dari conveniet, C. de dilat. Vant. poſt alios de nullit. ſentent. ex. defect. proceſſ. num. 49. [b] l.1. in princ. ibi, judex dilationem dare rerum neceſſitate cogatur, C. de dilat. [c] l.4. C. de iti. & l. petendæ 6. C. de temp. in integ. reſtit. l. oratione 7. & l. ultim. de fer. & dilat. Debet autem judex conſiderare negotii ac perſonarum qualitatem, ac diſtantiam locorum, Menoch. lib. 2. de arb. jud. cent. 1. caſu 52. n. 19. Alex. Stiaticus lib. pract. obſerv. c. 7. n. 17. Et Lanfrancus ad c. quoniam extr. de probat. c. 2. n. 4 & 5. ſcribit, primam dilationem dari cum levi cauſæ cognitione, quodq; tria copulativè requirantur, ut hæc dilatio tribui poſſit. 1. Conſideratio diſtantiæ loci. 2. An probatio relevet probantē. 3. An per calumniam poſtuletur dilatio. [d] Specul. lib. 2. Rubr. de dilat. §. nunc videamus n. 2. Maranta part. 6. Rubr. de dilat. n. 12. & 13. vide Lanfrancum ad c. quoniam extr. de probat. c. 2. de dilat. n. 4. & 7. Alex. Stiaticum libr. pract. obſer. c. 8. n.

Sed nunquid illa cauſæ cognitio poſt litem duntaxat conteſtatam, non etiam ante litis conteſtationem deſideratur? Ita quidem nonnulli exiſtimant: [a] verùm noſtro judicio malè. [b] 13

[a] Alex. Stiaticus lib. pract. obſ. cer. 7. n. 11. ubi etiam Baldum in hanc ſententiam allegat. [b] per c. 1. ext. de dilat. & c. dilectus extr. de procur. & l. penult. C. de dilat.

Sunt tamen cauſæ, in quibus etiam neceſſariam dilationem judex indulgere nequit: una eſt cùm quis reſcriptum Principis ad extraordinarium judicem reportavit: [a] alia eſt, quando intra certum tempus lege conſtitutum datur actio, & actor prope finem ejus temporis agens dilationem poſtulat, quæ tempus legitimum excedat. [b] In judicio quoque cognitionum Principis dilatio tribui non ſolet. [c] 14

[a] l. ſi quando 2. C. de dilat. Non autem extra ſuum forum in jus vocatur reus, niſi ei ſtipulanti actor promiſerit pœnam certam datis fidejuſſoribus, ſi judicio defuerit conſtitutâ die, vel non obtinuerit. Novell. 53. c. 1. & Auth. quod fieri, C. de dilat. [b] l. petendæ 6. C. de temp. in int. reſtitut. quæ lex quamvis loquatur de reſtitutione in integrum, attamen rationes in ea allatæ arguunt abundè, illius diſpoſitionem ad alias quoque actiones pertinere. [c] l. cùm à nobis 5. C. de dilat. & ibi Cujac. in paratit. obſtare videtur. l. in offerendis 37. in fin. C. de appellat. Ratio autem cur prædicto caſu dilatio non detur, hæc eſt; quia non niſi ad plenum inſtructa cauſa mittitur ad Principem l. 1. & 3. C. de relat. ubi Cujac. in paratit. l. 15. C. de appell. & l. inter pœnas de interd. & rel.

Non ſolùm autem neceſſitas dilationem poſtulat, ubi nulla lege tributa eſt dilatio, ſed & cùm jure quidem indulta eſt dilatio, at ſine temporis quantitate. 15

l. quæ interrogatur 5. ff. de interrog. in jur. faciend. l. 2. ubi Dd. ff. de re jud. l. mancipiorum 6. ibi, niſi jura tempus ab ipſo præfinitum, ff. de opt. leg. Cammergerichts Ordnung/ part. 2. tit. 30. §. Würde aber. & §. ſeq. Menoch. lib. 2. de arbit. jud. cent. 1. caſu 52. n. 5. 6. 7. & 8.

Et non tantùm in civilibus, ſed & criminalibus cauſis danda eſt dilatio [a], excepto adulterii crimine, in quo nulla danda eſt dilatio, niſi ut perſonę exhibeantur, aut judex qualitate negocii motus hoc cauſâ cognitâ permiſerit. [b] 16

[a] l. ult. de dilat. Ac volunt Dd. in criminalibus dilationem eſſe dandam, etiamſi crimen ſit notorium, Weſemb. in parat. de dilat. num. 12. [b] l. in crimine ff. ad l. Iul. de adult. Nec mirùm cùm & alia ſingularia in hoc crimine ſint recepta l. tranſigere C. de tranſact.

Adhæc quandoq; in caſu, quo à jure data eſt certi temporis dilatio, judex eam ex legis cauſâ & mente coarctare vel ampliare [a] poteſt: niſi lex neque longiorem, neq; breviorem dilationem expreſsè dari velit. [b] 17
[a] l. non-

[a] *l. nonnunquam 72. de judic. c. quod ad dilationem extr. de ſentent. & re judic. c. 5. ext. de appellat. l. 2. de re judic.* Maranta *part. 6. Rubr. de dilat. num. 16.* & exemplis docet poſt alios Menoch. *lib. 2. de arbit. judic. cent. 1. caſu 52. num 9. & ſeqq.* At Donellus ampliari juris dilationem à judice poſſe negat, coarctari quod poſſit affirmat *lib. 24. comment. cap. 6. pag. 58. lin. 7. & ſeqq.* [b] *l. per inter vallum 69. ibi, non minus decem dierum, de judic. d. l. 1. ibi, non amplius quam tres menſes C. de dilat.* Cammergerichts Ordnung / *part. 2. tit. 30. in princ. ibi,* vnd nicht darüber / Vide Baldum *ad tit. de mil. Vaſall. qui contumax eſt, n. 2. lib. Feud.*

18 Rectè autem faciet judex, ſi (ut Dd. volunt) cauſam exprimat, cur breviorem vel longiorem dilationem indulſerit.

Bald. *ad l. 1. num. 1. C. de dilat.* Menoch. *poſt alios d. lib. 2. de arbit. jud. cent. 1. caſu 52. n. 22.*

19 Tantam autem dilationem judex tribuere debet, quanta rei gerendę ſufficere poſſit.

c. 1. ext. de dilat. & l. 1. C. eod. tit.

20 Sequitur ut videamus, an ſemel data dilatio ſæpius dari poſſit. Et ſciendum eſt, quòd in civilibus cauſis non facilè amplius, quàm ſemel danda ſit dilatio; cauſâ tamen cognita iterum dari eam poſſe.

l. 1. in fin. Cod. de dilat. l. oratione 7. & l. ult. de fer. & dilat. Et quia regulariter non amplius, quàm ſemel dilatio datur, ideirco peremptoria dilatio, Mynſing. *cent. 1. obſerv. 71.* Author collectorum præjudiciorum Cameralium *in verb. Dilatio probandi, §. ult.* Secunda autem aliave ſequens dilatio magnam cauſæ cognitionem deſiderare ſcribit Lanfranc. *ad c. quoniam extr. de probat c. 2. n. 4.* Vide Gilhauſen *in arbor. civil. dict. cap. 5. ramuſc. 7. fol. m. 191. n. 6.*

21 Caterùm in cauſis criminalibus reo tres dilationes, accuſatori duæ dari poſſunt; poſſunt tamen & pauciores dari, ſed cauſâ cognitâ.

l. ult. de dilat. Biennium tamen concludere debet illas tres, & duas dilationes; ſiquidem intra biennium novo Iuſtinianeo jure finiendæ ſunt cauſæ criminales, *l. ult. C. ut intra certa temp.* Balduin. *in ſuo Iuſtinian. pag. 71.* Gilhauſ. *dict. loc. n. 9. & in arbor. crimin. cap. 5. ram. 3. n. [illegible] & ſeqq.* Gail. *lib. 1. obſ. 91. num. 15.*

22 Cur autem in pecuniariis negotiis iterum dilatio danda ſit, in cauſa maximè eſt caſus fortuitus, itemque juſta ignorantia, tum alia quædam juſta cauſa. Caſus fortuitus, puta ſi proficiſcentem ad teſtes quærendos, vel inſtrumenta, aut inde redeuntem valetudo, vel tempeſtas, vel hoſtium aut latronum vis impedivit; [a] ſi item is, penes quem inſtrumenta erant, poſtea Reip cauſâ abeſſe cœperit, vel cùm adeſſet in initio, diutiùs abfuerit, quàm ut ſufficeret dilatio, quæ primò ad eum expectandum data fuerat. [b] Si denique vel pater litigator filium aut filiam, vel uxor virum, vel filius parentem amiſit. [c]

[a] *l. 2. §. ſi quis in judicio ff. ſi quis caution. l. ſi quis 6. in fin. & l. ſeq. de edend.* [b] *l. interdum 36. in princ. de judic.* [c] *dict. l. interdum 36. ff. dict. tit. & facit. l. 3. de in jus vocand.*

23 Juſta ignorantia dilationem iterum dari poſtulat, ſi defuncto litigatori ſit data dilatio, id autem ejus ſucceſſor ignoret, proindeq; ea dilatione uſus non ſit. Tunc enim ei dilatio iterum danda erit, [a] cum juſta ſit ejus ignorantia, qui in alterius locum ſuccedit. [b]

[a] *d. l. oratione 7. de fer. & dil. tt.* [b] *l. qui in alterius 42. de Reg. Iur.* Mynſing. *cent. 1. obſ. 72. in fin.* Gail. *lib. 1. obſ. 91. n. 17.*

24 Alia juſta cauſa, quæ iterum dilationem dari ſuadet, eſt, ſi pars, cui indulta eſt dilatio, facto adverſarii impedita eſt, quò minus conceſſa dilatione fuerit

fuerit uſus, item ſi novæ litiganti ſupervenerint probationes, vel nova emerſerit in judicio exceptio, ſi judex uni parti, præſente & non contradicente alterâ, aliam dilationem tribuerit.

Iaſ. *ad l. ult. n.36. & ſeqq. uſque ad n.48. de dilat.* Maranta *part.6. Rubr. de dilat. n.5. & ſeqq.* Mynſing. *cent.1. obſerv.71.* Andr. Gail. *lib.1. obſer. pract. obſer.91. n.4. & ſeqq.*

Quòd ſi judicis vel commiſſarii facto quis impeditus ſit, non nova datur dilatio, ſed prius data ſuppletur. 25

Mynſing. *d. obſer.71. in princ. &* Andr. Geil. *d. obſ.91. n.7. & 8.*

Impedimentum autem illud, & nova probatio, item exceptio, ſi per teſtes probari nequeat, juramento locus erit. 26

c. paſtoralis, extr. de except. Mynſing. *cent.1. obſerv.71.* Andr. Gayl. *lib.1. obſerv. pract. obſerv.91. num.5.*

Sed nunquid etiam plures dari poſſunt dilationes, ſi in conſiſtorio Principis cauſa examinetur? Dd. quidem ita communiter ſentiunt; [a] verùm noſtro judicio haud benè. [b] 27

[a] Bart. *ad l. in offerendis num.4. C. de appellat.* Maranta *part.6. Rubr. de dilat. n.7.* Mynſing. *cent.1. obſer.71.* Andr. Gail. *d. obſer.91. nu.11.* [b] *per l. cùm à nobis 5. Cod. de dilat.* Sed videtur communem confirmare, *d. l. in offerendis in fin. Cod. de appellat.*

Datur autem ulterior dilatio reſpectu duntaxat temporis, in quo pars fuit impedita, & ad eam tantùm rem in quâ litigator fuit impeditus. Unde ſi fuit impeditus producere unum teſtem, datur dilatio nova ad producendum eum ſolùm teſtem & non alios. Similiter ſi duobus tantùm fuit impeditus diebus, dabitur illi nova dilatio ad illos duos dies. 28

per l. admonendi 31. ibi, quibus nunc ſolis uſurus ſit, & ibi Iacob. Butrig. *de jurejur.* Bart. & Ang. *ad l. ult. de fer.* Lanfranc. *ad c. quoniam, extr. de probat. cap.2. n.9.*

Non ſolùm autem ſecunda, ſed & tertia dilatio dari poteſt cum cauſæ tamen diligentiſſima cognitione. [a] Quin etiam ex urgentiſſimâ causâ interdum quarta tribuitur dilatio, ſed præſtito ab eo, qui hanc petit, juramento, quòd eam malitiosè & dolosè non poſtulet. [b] Quod juramentum etiam procurator præſtare poteſt, ſi mandatum ſpeciale adhoc à domino habeat. [c] 29

[a] *d. l. oratione 7. ibi, & iterum dilatio, ff. de fer. & dilat. juncta l. veluti 7. §. hac vox iterum, ff. de edend. c. in cauſis 15. & c. penult. extr. de teſtib.* Cammergerichts Ordnung/ *part.3. tit.11.* §. Item als auch/ ꝛc. Fürſtl. Würtemb. Alt Landrecht/ *part.1. tit.* von *dilation. in princ. pag.* 103. New Landrecht/ *part.1. Tit. xxi. §. ult.* Geil. *lib.1. obſ. pract. obſ.91. num.4.* [b] *d. c. in cauſis 15. & c. penult. ext. de teſtib. & Novell. 90. c.4. ubi* Cujac. *auth. at qui ſemel C. de probat.* Lanfrancus *ad c. quoniam extr. de probat. c.2. num.11.* Andr. Geil. *dict. obſ.91. num.5.* Mynſing. *cent.1. obſ.73.* [c] Mynſ. *cent.1. obſerv.70.* And. Geil. *dict. obſer.91. num.19.* Fürſtl. Würtemb. Alt Landrecht/ *dict. tit.* von *dilation. §.* aber die vierdte/ & *§. ſeq. pag.104.* New Landrecht/ *dict. Tit.21. §. ult.* Quartæ dilationis ſolennitas quæ ſit, & an partium conſenſu remitti poſſit. Vide Rutger. Ruland. *de commiſſ. part.1. lib.2. cap.7. fol.103. n.15.* Forma Iuramenti quartæ dilationis vide apud Gilhauſen. *in arbor. civil. cap.5. ramuſc.3. n.7.*

Etſi verò neque primæ, ſecundæ, aut tertiæ dilationis prorogatio dari poſſit, [a] neque ultra quartam ulla alia dilatio, [b] attamen dilationis quartæ adhuc durantis prorogatio non denegatur relevante aliqua cauſa cognita: [c] verùm hæc prorogatio non debet eſſe majoris temporis, quàm 30

fuit ipſa dilatio, [d] & eandem, quam ipſa dilatio requirit ſolennitatem. [e]

[a] Andr. Geil. *d. obſer.* 91. *n.* 2. ubi hujus pronunciati rationes adducit [b] *per textus theſi praecedenti adſcriptos ſub lit. b.* [c] Ita communiter ſentiunt Dd. quos refert & ſequitur Alex. Stiaticus *in pract. obſerv. cap.* 7. *n.* 18. Lanfranc. *ad d. c. quoniam. extr. de probat. c.* 2. *de dilat. num.* 15. Andr. Gayl. *d. obſer.* 91. *n.* 16. Eſt autem prorogatio dilationis ejus adhuc durantis extenſio & prolatio, *arg. l. ſed ſi manente* 5. *de precar. & l. pen. C. de tempor. in integr. reſtit.* unde finito dilationis tempore prorogatio fieri non poteſt, Lanfrancus *dict. cap.* 2. *num.* 15. Fürſtl. Württemb. New Landrecht, *dict. tit.* 21. §. Wie dann die Zeit/ *& §. ſeq.* [d] Stiaticus poſt alios *d. c.* 7. *num.* 19. cùm acceſſio major ſuo principali eſſe non debeat. [e] Mynſing. *cent.* 1. *obſ.* 72.

31 Eſt autem regulariter jure ſcripto tribuenda dilatio non de plano, neq; à procedente judice, ſed pro tribunali. [a] Quæcunque enim cauſæ cognitionem deſiderant, non niſi pro tribunali expediri poſſunt. [b]

[a] *l. à procedente* 4. *Cod. de dilat.* [b] *l.* 3. *§. ſi cauſa* 8. *de bon. poſſ.* Dilationes probandi poſſunt peti, & ſubmiſſiones deſuper fieri & expediri, licet ex adverſo procurator non ſit apud acta. Vide præjudicia Cameralia *in verb. Dilatio probandi.*

32 Sed dies feriati in dilatione computandi ſint, nec ne, eleganter quæritur? Et eos non excipi, ſed connumerari legum autoritas arguit.

l. 3, *C. de dilat. l.* 5. *C. de fer.* Maranta *parte* 6. *Rubr. de dilat. n.* 18. Lanfrancus *ad d. c. quoniam cap.* 2. *num.* 9. *verſ. illud etiam addo.* Vide præjudicia Cameralia, *dict. loco, §. In dilationibus aſſignatis.*

33 Si tamen feriæ abſorberent totam dilationem vel ejus partem majorem, æquum certè fuerit, ne computentur feriæ, ſed potius excludantur.

Maranta poſt alios *d. Rubr. de dilat. num.* 18. *&* Lanfrancus *dict. cap.* 2. *num.* 9. *verſ. Si autem tamen.*

34 Eſt & illa quæſtio elegans, an data dilatione, dies datæ dilationis computandus ſit in terminum, nec ne? Verior nobis ſententia negata planè videtur.

1. *per text. in l. ubi lex* 101. *de Reg. Iur. junctâ l. ſi maritus prævenerit* 4. *§. hac in maritis, & l. miles* 11. *§. ſexaginta dies, ff. ad l. Iul. de adult.* 2. *per textum in leg. cum qui calendis* 41. *in princip. de verb. obligat.* 3. *per textum in c.* 1. *§. ſi quis igitur tit. de except. in* 6. *cap.* 1. *§. ſed in eo verbo & ibi,* Dd. *tit. de reſtitut. ſpoliat. in* 6. 4. quia conſuetudo, quæ optima legum interpres eſt, hanc computationem ſervat, Tiraquellus *de retractu lignag. §.* 1. *gloſſ.* 11. *num.* 22. eamq; ſequitur Camera Imperialis, Mynſinger. *cent.* 5. *obſervat.* 15. *num.* 4. 5. Quia in dubio benigniorem partem ſequimur *l. benignius ff. de ll.* Cæterùm contraria ſententia & textus pro ſe habere videtur, & patronos haud paucos habet, de quibus vide Tiraquellum *dict. §.* 11. *num.* 17. Mynſinger. *cent.* 3. *obſervat.* 95. *& dict. cent.* 5. *obſervat.* 15. Obſtare quoque videntur, quæ de naturali die ſcribit Gœddeus *ad l.* 2. *num.* 22. 23. *& ſeqq. de verb. ſign.*

35 Diſpiciamus modò, quæ conditio ſit proceſſus judiciarii & ſententiæ, ſi vel denegata ſit à judice petenti parti; vel data quidem, ſed cùm dari non debuerit, vel nimis anguſta, aut longa nimis, vel loco non juſto ſit tributa.

36 Quòd ſi parti denegata ſit dilatio, proceſſus vel ſententia ipſo jure non eſt nulla, ſed locus appellationi eſſe poteſt.

c. dilectus extr. de procurat. Bald. *ad l.* 2. *nu.* 17. *Cod. de Epiſcop. audient.* Lanfrancus *ad c. quoniam extr. de probat. c.* 2. *de dilat. n.* 14. *in fin.* pulcrè Sebaſt. Vantius *de nullit. ſentent. ex defect. proceſſ. num.* 42. Donell. *lib.* 24. *comment. cap.* 6. *pagin.* 60. Gabriel. *lib.* 2. *concluſ.* 1. *tit. de dilat.*

Si ni-

Si nimis brevem tribuat judex dilationem,ſimiliter locus eſt appellationi,ſive terminus ille ſit peremptorius, ſive adeò ſit brevis, ut intra eum id, quod fieri debuit,minimè expediri queat. 37

c.1. extr.de dilat. & *dict.cap. dilectus.extr.de procurat.* Bald.*ad dict.leg.2.num.8.Cod.de Epiſcop.aud.* Lanfrancus *dict.cap.2.num.13.* & 14. & *ibi addit.*Sebaſtian. Vant. & Donellus *dd.locis.* Sed vide quid obſtet apud Baldum *in d.l.2.n.8. Cod.de Epiſcop.aud.* Hiltrop. *in proceſſ.fol. m.407.n.10.*

Non abſurdè Donellus [a] ſentit,quod pars, cui dilatio nimis anguſta eſt data, ſi ob denegatum longiorem terminum poſtea definitivam contra ſe experiatur ſententiam, ab hac appellare poſſit. Quin etiam contra ipſum judicem, quaſi malè judicantem, in factum actionem ei competere ſcribit. 38

[a] *d.lib.24.comment.cap.6.pag.60.*

Quòd ſi Judex concellerit dilationem nimis longam,quia hæc damnoſa [a] eſſe poteſt parti, appellatio hîc deneganda non eſt. [b] 39

[a] Quia nimis longa dilatio facit,ut ſerius pars uſum rei,de qua litigatur,adipiſcatur. [b] Poſt Bart.ſentit.ita Bald.*ad d.l.2.num.18.C.de Epiſcop.aud.* & Lanfranc. *d.c.2.de dilat. num.14.in fin.*

Sin abſque cauſæ cognitione data ſit dilatio,maximè ulterior, proditum eſt remedium nullitatis. 40

Ita ſentiunt, quos citat, & *ſequitur* Alex.Stiaticus *lib.pract. obſer.c.7.n.16.* & quidem rectè *per l.4. C.de dilat.*

Similiter ſi judex alio loco, quàm pro tribunali [a] denegaverit parti dilationem, perinde ea habebitur, ac ſi denegata non eſſet: [b] cui conſequens eſt, ut ſi litigatore cauſam non exequente,judex ſententiam poſtea dixerit, ea tanquam causâ non cognita lata,nullius momenti habeatur. [c] 41

[a] ubi tantùm dari aut denegari oportet *l.à procedente 4.C.de dilat.* [b] *arg.l.non dubium C.de ll.* [c] *l.ex ſtipulatione 7.C.de ſentent.* & *interlocut.* Donell.*lib.24.commentar.c.6.in fin.pag.60.*

Hactenus de legitima & arbitraria dilatione: conventionalis dilatio eſt, quæ ex conventione & placito partium datur. 42

c.paſtoralis 28.in fin.extr.de off. & *poteſt.deleg. l.arbiter.33.de recept.qui arbitr.recept.l.de die 3 in princ.ff.qui ſatiſd.cog.*

Supereſt ut quæ communia dilationum ſint videamus. Dilatio data parti alteri,prodeſt & alii. 43

l.petenda 6.in fin.C.de tempor. in int. reſtit. Maranta *part.6. ſub. de dilat.n.18.* Lanfranc. *ad d.cap.quoniam,extr.de probat.cap.2.de dilat.n.6.*

Pendente dilatione innovandum eſt nihil: [a] proindeque nec ſententia ferenda. [b] 44

[a] *l.3. C.de dilat.* Socin. *in Regul.127.ubi 22.* fallentias ſeu limitationes hujus regulæ proponit. Alex. Stiaticus *lib.pract.obſervat. cap.7. n.7.* ubi dilatione, ait, pendente nihil eſt innovandum,alias actus eſt nullus,adeò quòd non poteſt partium conſenſu validari, allegans Iaſ. *in d.l. 2.col.pen.de re judic.* [b] Vant.*de nullit.ſentent.ex defect. juriſdict. ord.n.157.*

Dilatio probatoria non currit, quamdiu diſputatur, admittendi ſint articuli necne. 45

Bald. *ad l.1.n.4.C.de jurejur.propter.calum.* Alexand.*conſ.42.nu.9.vol.3.* Alex. Stiaticus *lib. pract.obſer.c.6. n.13.*

ttt 2 Dubi-

46 Dubitatur, an dato termino ad probandum, teſtes omninò intra terminum illum examinari debeant, vel etiam poſt eum terminum examinari queant? Poſterius hoc pragmaticis placet, ſi datus ſit terminus ſimpliciter, & teſtes intra terminum juramentum præſtiterint, & citati fuerint. Sin terminus ſit datus ad probandum, & probatum habendum, intra eum terminum examen fieri debere, poſt factum non valere.

Ita poſt alios ſentit Maranta *part.6. Rubr. de dilat. num.*19. Ratio ſecundi hujus pronunciati plana eſt: primi axiomatis hæc affertur ratio, quod depoſitio teſtis retrotrahitur ad tempus juramenti.

47 Sed quia probationes fieri poſſunt etiam nulla data à judice dilatione,[a] non immeritò dubitatur, intra quod tempus probatio fieri debeat? Et juris terminum à lege vel ſtatuto datum hic putamus ſpectandum.[b] Si terminus jure vel ſtatuto definitus non ſit, tantum habebunt ſpacium partes, quantum rei expediendæ ſuffecerit.[c]

[a] Maranta *d. Rubr. de dilat. num.*13. Vant. *de nullit. ſentent. ex def. proceſſ. num.* 44. [b] *per l.1 & ult. C. de dilat. l. ult. de fer. & dilat.* [c] *arg. cap.1. extr. de dilat. & l.1. C. eodem tit.*

48 Data autem dilatione ad probandum, elapſo præfinito termino facta probatio non valet.

l.3. C. de probat. Lanfranc. *poſt alios d.c.2. de dilat. num.*12. *& ibi addit.* Si tamen impedimentum in continenti doceatur, conceditur alia dilatio, ut præjudicia Cameralia etiam teſtantur *in Verb. Dilatio probandi: Vide quoque ſupra theſ.*25. & 26.

49 Quod ſi etiam pars primam, ſecundam, itemq; tertiam probandi dilationem obtinuerit, ſed poſtea teſtium productioni renunciaverit, in pœnam retardatæ litis ex officio condemnatur.

Vide collector. præjudicior. *Cameral. in Verb. Dilatio probandi.*

50 Si quoq; tempus pro omni dilatione probandi datum ſit, eo elapſo, alia dilatio jure dari non poteſt, niſi æquitate ſuadente.

Vide præjudicia Cameralia, *dict. loco, §. Dilatio, ſeu tempus.*

CLAS. VI. DISPUTAT. XVI.

DE FERIIS.

THESIS I.

CUm certis feriarum diebus judiciarius proceſſus aliaque negocia conquieſcere jubeantur, diſpiciendum, quæ ſint illæ feriæ, & quæ negocia feriarum tempore tractari poſſint, vel non.

De hac materia omnino videndus Hiltrop. *in proceſſ. part.2. tit.*36. *fol. m.*418. Theſaur. *dec.* [illegible] *Pedemont.*39. Hyrer. *in proceſſ. hiſtor. Iurid. part.1. cap.5. obſ.*6. Borell. *in ſumm. deciſ. tom.2. dec.* 38. Paul. Chriſtinæ. *Vol.2. deciſ.*158.

2 Feriæ illæ vel ſolennes ſunt, vel repentinæ.

*l.3. C. de feriis l. ſed et ſi*26. *§. ſi feria, ff. ex quib. cauſ. major.* Speckhan. *cent.1. quæſt.*61.

3 Solennes feriæ ſunt fixæ, & ordinariæ feriæ, certis temporibus dictæ.

d. l. ſed

d.l.ſed etſi 26.§.ſi feriæ, ff.ex quib. cauſ.major.

Harum quædam cultui divino deſtinatæ ſunt, quædam verò fervoribus 4
mitigandis, vel fructibus colligendis, quædam memoriæ facti alicujus celebrandæ, quædam etiam nundinis & mercatibus publicis.

Cultui divino dedicatæ ſunt, I. feriæ Dominicæ, diebus ſolis, quos Do- 5
minicos appellant, dictæ.

l.2.l.3.l.omnes 7. verſ. in ead.obſerv. & l.ult. in princ. & §.1. C.de feriis, cap.1.c.2.c.3. & c. ult. ext. eod.tit. & can.1. diſtinct.3. de conſecrat. Cammergerichts Ordnung/ *part.2. tit.33.§.* Und darzue/ *& §.ult.*

II. Feriæ natalis Domini, S. Stephani, Johannis Evangeliſtæ, Innocen- 6
tium puerorum, S. Sylveſtri, circumciſionis, Epiphaniæ. [a] In Camera auautem Imperiali [b] & judicii Ducatus Wirttembergici [c] non ſolum dicti jam dies feriati ſunt, ſed & à 24. Decemb. uſq; ad 6. Januar. incluſivè negotia judiciorum pleraque differuntur, quin etiam in hac Academia Tubingenſi à vigilia Thomæ Apoſtoli uſque Epiphaniæ diem incluſivè ſolennes habentur feriæ.

[a] *c. ultim. extr. de feriis & dict. can.1. diſtinct.3. de conſecrat.l.2. & l.omnes 7. C.de feriis* [b] *dict. part.2.tit.33.* Von Vacants und Feyren/ *§.1.* [c] Landrecht/ *part.1.tit.* Von Feyren/ *§.1.*

III. Connumerantur hiſce feriis ſeptem dies Dominicæ paſſionis, & 11
dies Reſurrectionis cum ſeptem ſequentibus, non modò jure communi, [a] ſed & ordinatione Cameræ Imperialis, [b] tùm etiam jure Wirttembergico, [c] & ſtatuto Academiæ Tübingenſis.

[a] *d.c.ultr.extr.de Feriis, & dict.can.1.diſtinct.3.de conſecrat.l.2 l.6.l.7. & ll.ſeqq.C.de feriis.* [b] *part.2.tit.33.§.* Von Palmtag/ [c] *dict.part.1.tit.* Von Feyren/ *verſ.* Item von dem Palmtag.

IV. In earundem feriarum numero habentur dies aſcenſionis Domini, 12
& Pentecoſtes, cum duobus, qui ſequuntur, jure ſcil. canonico. [a] Cæterùm ex ordinatione Cameræ Imperialis [b] & ſtatuto Wirttembergico [c] incipiunt hæ feriæ pridie Pentecoſtes, ac durant uſque ad Dominicam Trinitatis incluſivè.

[a] *dict cap.ultim.extr.de feriis, & dict.canon.1.diſtinct.3.de conſecrat.* [b] *dict.part.2.tit.33.§.* Vom Pfingſtag Abend/ [c] *dict.part.1.tit.* Von Feyren/ *verſ.* Item die gantze Pfingſtwochen. Eaſdem ferias ſervat quoque Univerſitas Tubingenſis.

V. Adjiciuntur item hiſce feriis dies Natalis, Joannis Baptiſtæ, feſtivita- 13
tes omnes glorioſæ Virginis, Duodecim Apoſtolorum, & præcipuè Petri & Pauli, tum etiam beati Laurentii, dedicationis beati Michaelis, Solennitates omnium Sanctorum, [a] & in cauſis criminal. judicandis 40. dies, qui auſpicio ceremoniarum Paſchale tempus anticipant. [b]

[a] *dict.cap.ultim.extr.de feriis & dict.can.1.diſtinct.3.de conſecrat.* Matth. de Afflict. *ad conſtit.Neapol.rubric.* 73. Cammergerichts Ordnung/ *d.part.2.tit.33.§.* Und darzu alle Feyertag/ ꝛc. Fürſtlich Württembergiſch Landrecht/ *part.1.tit.* Von Feyren/ *verſ.* Item mit allen/ quæ tamen Wirttembergica conſtitutio non omnibus Sanctorũ diebus ferias tribuit [b] *l.quadraginta 6.C.de feriis.* Obſtare videtur *l.pen.C.d.tit. & l.pen.in fin.ff.eod. & l.cuſtodias.12.ff.de publ.judic.*

Mitigandis fervoribus, & meſſi faciendæ excipit indulgentior annus 14

dies maximè caniculares [a] & quidem ex Theodoſii Imp. Conſtitutione à die octavo Kalend. Julii, uſque ad Kalend. Aug. [b] In Camera verò Imperiali ex ejus ordinatione ab 8. Julii uſq; ad 14. Auguſti. [c] Sed in Academia Tubingenſi à 6. Julii, uſque ad 10. Auguſti. Si quid tamen aliud pro vetere conſuetudine aliquo in loco obſervetur, Præſidis erit provinciæ, veluti hodie Principis, tempus meſſis ſtatuere, non magiſtratus municipalis. [d] In Ducatu autem Wirttembergico quamdiu meſſis durat, feriæ etiam judiciariam (ut Minutius Felix ait) [e] relaxant curiam. [f]

[a] *l. omnes 7. in princ. C. de feriis* [b] *l. 2. C. dict. tit.* [c] *dict. part. 2. tit. 33. §.* vom achten tag Julii/ [d] *l. 4. ff. de feriis l. ſi in aliam 7. in pr. ff. de offic. Proconſ.* [e] *In VIII. ad Vendemiam*, ut cum citat. Cujac. *in lib. 1. Pauli ad edictum pag. 12.* [f] Fürſtlich Württembergiſch Landrecht / *part. 1. tit.* Von Feyren/ *Verſ. ult. pag. 80.*

15 Colligendi item vinearum fœtus causâ, jure communi vindemialis conceſſa eſt feria, [a] & quidem à 10. Kalend. Septemb. uſque in Idus Octobr. [b] niſi aliud pro vetere conſuetudine aliquo in loco obſervetur: Tunc enim Præſidis provinciæ eſt hac de re, ex conſuetudine ſtatuere. [c] Jure Ducatus Wirttemberg. hiſce feriis tantum mancipatur temporis, qui tum ipſi vindemiæ ſufficit. [d] Sed univerſitatis Tubingenſis vindemiales feriæ initium capiunt à feſto Michaelis, ſeque extendunt uſque ad D. Lucæ diem.

[a] *l. 1. & l. 3. ff. de feriis, & l. omnes 7. in pr. C. d. t. & c. ult. in fin. extr. eod.* [b] *d. l. 2. C. h. t.* [c] *d. l. 4. ff. eod. tit.* [d] *d. part. 1. tit.* von Feyren/ *Verſ. ult.*

16 Juvat & illud hic adjicere, quod in Camera Imperiali feriæ quidem ſint à Dominica Vocem Jucunditatis, uſque ad Dominicam Exaudi, verùm ante meridiem tantùm. [a] Quinetiam die Veneris & Sabbathi etiam poſt meridiem audientiæ obſervandæ causâ ad conſilium ire Aſſeſſores oportet. [b]

[a] Cammergerichts Ordnung/ *dict. part. 2. tit. 33. §.* vom Sontag/ [b] Ita notatur ad eundem *§. in Commentariis in dictam ordinationem*, operâ Iuliani Magenhorſtii *nuper editis.*

17 Quod attinet ſolennes ferias celebrandæ memoriæ facti cujuſdam deſtinatas, in harum numero erant olim Romanis dies natalitii urbis Romæ, & Conſtantinopolis, tùm etiam Imperatoris, item dies ille, quo Imperator adeptus erat Imperium. [a] Hodie quoque his feriis adjicere poſſumus annos Jubilæos, item eum diem, quo quotannis in aliqua Academia celebratur memoria illius novæ apertæ Scholæ. Id quod Helmſtadii in Academia Julia fieri ſolet.

[a] *l. 1. & d. l. omnes. 7. § his adjicimus, & Verſ. noſtris etiam. C. de feriis.*

18 Reſtant nundinarum & mercatus feriæ. Nundinæ ſunt celebriores mercatus alicujus provinciæ, vel totius Imperii, qui certis, ſtatisque temporibus habentur: at mercatus, ita ſpecialiter dicti, ſunt unius civitatis, aut vici cujuſdam.

Cujac. *in parat. C. tit. de nund. & mercat.* Dicuntur fortè nundinæ ex eo, quod novem dies ſingulis nundinis tribuebantur, ut convincitur ex his, quæ ſcribit Cujac. *lib. 20. obſerv. c.* [illegible] Et plures fuiſſe nundinarum dies indicat *l. eum qui 138. ff. de Verb. oblig.* Connanus tamen [illegible] *commentar. juris civilis, cap. 13. num. 2.* ſcribit, quod ſingulis menſibus tres fuerint nundinæ.

Ju-

Jus autem nundinarum & mercatuum beneficio Principis adquiritur, [a] & amittitur rurſus non utendo per tempus decennii. [b] 19

[a] *l.un.de nundin.* [b] *l.1.ff.eodem tit.* Cujac.*ad tit.ff.de diverſ.temp.præſcript.c.26.*

Etſi autem lege Hortenſia placuit,ne eſſent nundinarum & mercatuum dies feriati,[a] attamen ex conſtitutione Valentis;& Valentiniani, quo magis frequentarentur nundinæ & mercatus, feriæ iſtæ in uſum revocatæ ſunt; proindeque in nundinis, & mercatibus, qui conveniunt, privati debiti cauſa, intra nundinarum, & mercatuum dies interpellari non poſſunt. [b] 20

[a] *ut ex* Macrobio refert Cujac.*in parat.C.& ff.hoc tit.de nundin.* [b] *d.l.un.C.d.t.* & facit etiam *d.l.eum qui certamen* 138.*ff.de ver..oblig.*

Atque iſtæ ſunt ſolennes,& perpetuæ feriæ.Repentinæ feriæ ſunt,quæ à principe (cujus ſolius eſt ferias condere) [a] extra ordinem indictæ ſunt,puta ob res proſperè geſtas, vel in honorem principis. [b] 21

[a] *l.1.C.de feriis.* [b] *l.1.C.d.t.l.ſed etſi 26.§.ſi feriæ,ff.ex quibus cauſ.major.*Speculat.*tit.de feriis,§.1.n.3.*

Videamus nunc quæ negotia feriarum tempore tractari poſſunt , vel non. Quod attinet primum feriarum genus,earum conditio hæc eſt, ut ſi quid faciat ad concordiam & lites conſenſu dirimenſas,id feriis hiſce rectè agatur. [a] Eſt enim boni judicis etiam hiſce diebus ſuadere litigatoribus concordiam, & tranſactione potius controverſiam finire, quàm judicio terminare. [b] 22

[a] *l.ult.§.1.C.de feriis,cap.1.ibi,niſi propere extr.d.t.* Andr.Gayl.*lib.1.obſervat.pract. obſerv.* 3.*n.*10. [b] *l.ex ſtipulatione7 C.de ſentent. & interlocut.omn.jud.& c. querelam ext.de Simon.* Dn.D.Beſold.*part.1.delib.ex lib.2.ff.quaſt.*10. Ayrer.*obſer.6.d.loc.*

Quæſtiones item latronum hiſce feriis fieri poſſunt, ne differatur ſceleratorum proditio conſiliorum,quæ per latronum tormenta quærenda eſt. [a] Suſpectus item de fuga die feſto capi poteſt,ut ſcil.cogatur cavere judicio finitis feriis ſiſti. [b] 23

[a] *l.pen.C.de feriis,& l.pen.ff.eod.l. cuſtodias 12.ff.de publ.judic.* Obſtare videtur *l.6.C.de feriis.*& diſſentit Boer.*deciſ.259.num.* 8. [b] *arg.l.ſi adulterium 38.§.ult.ff. ad leg. Iul. de adulter. l.1.§.ult.verſ. ſanè.ff.de feriis,*Paulus de Caſtro *conſ.37. in fine,*Felin.*ad c.ſignificaverunt.n.14. extr.de jud. & ibi additio.*

Manumittere quoque & emancipare ſub his feriis quis licitè poteſt. 24

l.2. in pr. & l.actus 8.C.eod.tit.

Et licet hiſce diebus neque agricolæ,neq; vinitores agrorum,aut vinearum culturę operam dare debeant,ſi tamen neceſſitas id fieri deſideret,ut ſi alio die frumenta neq; ſulcis mandari, neq; tempore meſſis aptè colligi, & ad horrea deportari,aut vineæ utiliter ſcrobibus haud mandari,neque vindemiarum tempore uvæ decerpi,aut domum muſtum vehi commodè poſſit, poteſtas erit cuiq; hæc etiam opera tractandi. 25

*l.3.C.de feriis.c.1.& cap.ultim.verſ.quibus utrq;.extr.eodem tit.*Sed vide *nov. Leonis* 54.

Reliquæ verò cauſæ, & lites ita quieſcere jubentur, ut ſi quid per hoſce dies judicialiter actum ſit, placeat omnibus modis eſſe irritum. 26

d.l.2. C.d.tit.l.ſi feriatis 6.ff.hoc tit.c.ultim.extr.eodem tit. Cammergerichts Ordnung/ *part.2.*

part.2.tit.33.§. Vnd darzu alle Feyertag/ ꝛc. Fürſtenthumbs Wirttemberg alt Landrecht/ *part.1.Rubric.* Von Feyren/ *& tit.* Von nichtigkeit der Vrtheln/ *verſ.* Oder zum vierdten. New Landrecht/ *part.1.tit.56.§.* Item da die Vrhtel/ *pag.*168. Sed obſtare videtur *text. in l. ſi feriatis.36.ff.de arbitr.*

27 Horrida igitur Præconis vox ſilere, apparitio omnis tacere, Advocatio deliteſcere, cognitiones judiciales, itemque cunctæ executiones differri jubentur.

l.ult.C.h.t. uſu tamen obtinuit in Imperiali Camera, *ut* 2.3.4. *&* 5. *Ianuar. hora* 8. in conſilium eatur, ſed pro decernendis ſaltem proceſſibus. Item à Dominica Æſto mihi, uſq; ad Dominicam Invocavit, diebus Veneris, & Sabbati *hora* 8. Dominis Adſeſſoribus ad conſilium eſt eundum. Sic licet iidem judices, & aſſeſſores à profeſto Pentecoſtes uſque ad Dominicam Trinitatis ferias habeant, die tamen Sabbathi & Veneris in conſilium venire ſolent, ut arguunt commentar. *ad ordinat. judic. Cam. Imper. part.2.tit.*33. Iubentur quoq; die Paſchali, qui carcere tenentur Rei, vinculis relaxari; verum non omnes; Rei enim majeſtatis, veneficii, maleficii, adulterii, parricidii, homicidii, & falſi monetarii excipiuntur, *l.3. C. de Epiſcopali audient.*

28 Quocirca prædicti dies neque voluptatibus, neque ſpectaculis occupari, & profanari debent.

dict. l. ultim. C. eodem.

29 Sed quæritur de citatione, num illa die in honorem Dei feriato decer[illegible] à judice poſſit? Quidam id negant,[a] aliqui affirmant,[b] quos & nos ſequimur.[c]

[a] Bl. *ad l. ultim. num.3. C. de feriis, & ad l. cum clericis, n.3. C. de Epiſc. & cleric.* Græv. *lib.*[illegible] *concluſ.53.num.*4. Menoch. *lib.1. arbitr. judic. quæſt. caſ.*30. Dn. D. Beſold. *part.1. delibat. f.* 197. [b] Bart. *ad l.1. §. nunciatio, ff. de oper. nov. nunciat.* Matth. de Afflict. *ad conſtit. Neap.* [illegible] *Rubr.73.n.5.* At tamen Lanfr. *in aur. pract. ad cap. quoniã. extr. de probat, c.1. de citat. n.* 19 [illegible] *de nullit. ſentent. ex defectu citat. n.46. &* Andr. Gail. *lib.1. obſerv. pract. obſerv.53.n.5. &* 6. [illegible]ſtinguunt inter dilationẽ factam die feriata in honorem Dei, & citationem, quæ fit [illegible] ob neceſſitatem hominum. [c] Hic enim actus non eſt judicialis, nec ullam cauſæ cognitionem deſiderat, ſed in domo etiam judicis fieri poteſt, ut memorati DD. tradunt. Everhard. Speckhan. *cent.2.claſ.4.quæſt.7.n.7.*

30 Idem quoque dicimus de factæ citationis relatione, cum nec ea cauſæ cognitionem requirat, & in Camera judicis fieri poſſit.

Bl. *ad d. l. ultim. num.3. verſ. Tertius eſt actus, C. de feriis.* Lanfranc. *dict. c.1. de citat. n.*19.

31 Sed executio citationis, die in honorem Dei feriato facta, neutiquam valet, licet ad diem non feriatam fuerit facta.

Per text. in l. ult. ibi, nulla quenquam urgeat admonitio. Item ibi, taceat apparitor, Præconum horrida vox ſileſcat. C. de feriis. Bart. *ad l.1. §. nunciatio, num.30. ff. de novi oper. nunciat.* Speculator *rubr. de citat. §.1.n.14. & ibi in addit.* Lanfranc. *d. c.1. de citat. n.18. &* Vant. *de nullit. ſent. ex defect. citat. num.*46. At diſſentit poſt alios Guido Papæ *quæſt.* 215. *n.*2. Vide Hunn. *in reſolut. ad Treutl. vol.1. diſp.4. quæſt.*19. adde Dd. ad *theſ.29.* citator.

32 Multò minùs ergò valet, ſi facta ſit, ut citatus, ad diem feriatum in judicio ad agendum, vel reſpondendum compareat; proindeq; citatus venire non tenetur, ne quidem ad allegandum privilegium ſuum.[a] Si tamen ſequens dies feriatus non ſit, comparere neceſſe habet.[b]

[a] *l.2. in fin. ff. Si quis in jus vocat. non ierit. gl. ad can. placita.15.q.4.* [b] *cap. cum dilecti. extr. de dolo & contum.* Bl. *ad l. ult. n.6. C. de feriis.* Lanfr. *dict. c.1. de citat. n.*18.

33 Eſt quoque inter DD.[a] contentio de libelli oblatione, an ſc. hæc etiam

di-

die in honorem Dei feriato, ipſi judici fieri poſſit? Nobis autem affirmantium [b] ſententia probatur, [c]

[a] Quos refert Maranta part.6. Rubr. de libelli oblat. num.13. [b] ut ſunt gloſſ. ad cap. placita 15. quæſt. Guido Papæ quæſt.215. n.2. Bart. ad l. ex quacunque. §. fin. in repetit. ff. ſi quis in jus vocatus non ierit, & alii, quos citat Felinus ad cap. ſignificarunt, num.9. extr. de judic. item Lanfranc. dict. c.1. de citat. n.1. Menoch. lib.1. de arbitr. jud. quæſt.30 n.14. Aſinius in pract. judicior. §.5. c.3. num.3. ubi varios in hanc ſententiam DD. adducit, eamq; ex Baldo bonos judices ſervare ait. Attamen Maranta priùs citato loco, num.14. ſcribit, in judicando non eſſe recedendum à contraria opinione, quę rectè probari videatur per l. ult. C. de feriis, ut quæ prohibebat omnes actus, qui coram judice expediuntur. Affirmantem ſententiam ſequitur etiam Menochius libr.1. de arbitr. judic. quæſt.30 num.15. [c] per l. miles 11. §. ſexaginta 6 verſ. Quoniam de plano, ubi DD. ff. ad l. Iul. de adulter. & l.2. C. de feriis. Et facit quod libelli oblatio cauſæ cognitionem deſiderat nullam, ut DD. hujus ſententiæ autores, & patroni docent: quodq; de proceſſu & ſolennitate non eſt, Bl. ad l.1. ff. de in jus vocando & Lanfranc. d. cap.1. de citat. n.1. Sed adverſæ parti feriato die libellus offerri non poteſt, ut communiter ſentiunt Dd. per d. l. ult. C. de feriis.

Eſt & illa dubia quæſtio, an teſtes, qui die non feriato juramentum [a] de veritate dicenda præſtiterunt, examinari feriato die poſſint? Et licet plerique id affirment, [b] nobis tamen religio fuerit, negatam repudiare ſententiam, quò ad diem Dominicam. [c] 24

[a] Iuramentum nullum, niſi de concordia & pacificatione, feriatis diebus præſtari poſſe authoritas juris Canon. arguit, Can. decrevit. 22. quæſt.5. proindeq, nec juramentum calumniæ, can. Placita 15. quæſt.4. [b] per text. in d. l. ult. §.1. C. de feriis & l. ſi feriatis. 6 ff. eod. tit. Bart. ad l. 1. §. nunciatio, num.20. ff. de oper. nov. nunc. Guido Papæ poſt alios in deciſ. Grationop. quæſt.125. & quæſt.215. n.2. verſ. Item etiam. Menoch. lib.1. de arbitr. judic. d. quæſt.30 n.15. Rationem adferunt hanc, quod examinatio referatur ad tempus juramenti. [c] per text. in l. d. ult. §.1. ibi, à cunctis executionibus excuſetur, nulla quenquam urgeat admonitio, nulla fidejuſſionis flagitetur exactio. C. de feriis. Cum citatio die hujuſmodi feriata fieri non poſſit, cur permitteretur examinatio teſtium?

Sed an ſententia die in honorem Dei feriato proferri, & publicari à judice poſſit, pulchra eſt quæſtio? Et licet non deſint, qui affirmant, [a] negata tamen ſententia nobis veritati propior videtur. [b] 25

[a] Bl. ad l. milites, num.5. C. de teſtament. milit. [b] Tum authoritate eorum, quos refert, & ſequitur Vant. de nullit. ex defectu juriſdict. ord. num.131. Tùm etiam judicio Aſinii in praxi jud. part.1. §.3. c.7. Oldendorp. de ſentent. & re judicat. cap.23. Hiltrop. in proceſſ. part.4. titul.1. An verò ſententia valeat lata die feriato, ſi Iudicis Iuriſdictio eo die peritura eſſet. Vide Scacciam de judic. lib.2. c.5. n.38.

Magis dubitatur de ſententiæ executione, pignoratione, quæ ad ſententiæ executionem conceditur, num illa diebus feriatis, in honorem Dei introductis, fieri poſſit? Quidam id affirmant, [a] quidam negant, [b] quos & nos, quoad ipſos dies Dominicos, aliosq; majeſtati altiſſimæ dedicatos dies feſtos, indiſtinctè ſequimur. [c] 26

[a] Caſſiodorus deciſ.5. de dolo & contumacia, item Proſperus Curavit. ſuper ritibus magnæ curiæ. ritu 172. num.4. in fine, & alii, quos refert Guido Papæ in dictis deciſ. q.215. n.1. Menoch. lib.1. de arbitr. q.30. n.16. Ratio, qua moventur hæc eſt, quod neque à judice, neque cum cauſæ cognitione fiat. [b] Bart. ad l.1. §. nunciatio, num.20. ff. de oper. nov. nunc. & alii, quos referunt & ſequuntur Felin. ad c. ſignificaverunt, n.13. ext. de jud. Lanfranc. d. cap.1. de citatione, n. ult. Vantius de nullit. ſent. ex defectu juriſd. ord. n.131. Aſinius in praxi judiciorum, §.31. cap.11. Amplia. 13. num.2. qui omnes diſtinguunt inter ferias in Dei honorem introductas, & ferias ad hominũ

utilitatem invenias [c] *per text. in l. actus omnes 8. & l. ult. in pr. & §. 1. C. de feriis.* Sed Guido Papæ *d. cap. quæſt. 215 n. 2. & 4.* Diſtinguit inter diem Dominicam, & alios ob honorem Dei, vel Sanctorum feriatos.

27 De appellatione ſimiliter quæritur, an ea jure fieri poſſit die in honorem Domini feriato? Conſentiunt autem in affirmativam ferè omnes, [a] quibus & nos ſubſcribere nihil dubitamus. [b]

[a] gl. & alii *ad l. 1. C. de feriis, gl. ad cap. appellatio. tit. de appellat. in 6.* Bart. *ad l. 1. §. nunciatio, num. 26. in fin. ff. de nov. oper. nunc.* Guido Papæ *dict. quæſt. 215. n. 2.* Felin. *ad cap. ſignificaverunt, n. 10.* ubi etiam alios citat. *extr. de judic.* [b] Tum per text. *in d. l. 1. C. de feriis*: Tum quia appellationis interpoſitio coram judice extra judicium fieri poteſt: Tum etiam, quia conſeſſu in judicis cognitio neceſſaria non eſt, deferendum ſit appellationi nec ne: tum poſtremo quia de actione lapſu anni peritura lis conteſtari poteſt in ipſis etiam feriis, *l. 1. §. ult. & l. 3. ff. de feri.* *Ergo & interponi appellatio, quæ lapſu decennii perit.* Dn. D. Beſold. *in tr. de appell. cap. 8. num. 5.* Surd. *conſil. 228. n. 11. 13. & ſ. n.*

28 Vocatur in quæſtionem & illud, an revocatio ſequeſtrationis feriato hoc die fieri poſſit? Et contra gl. alioſque id planè negant Jaſon, [a] & Franciſc. Curt. [b] quibus & noſtrum calculum addimus; [c] niſi periculum ſit in mora, [d] niſi item ſequeſtratio facta fuerit hujuſmodi die feriato, [e] cum tamen neceſſitas id non exegerit. [f]

[a] *ad l. ſi fidejuſſor. §. ſi ſatiſdatum 20. ff. qui ſatiſd. cog.* [b] *tract. de ſequeſtr. n. 48.* [c] *per text. in cap. ult. ibi, niſi neceſſitas urgeat, vel pietas ſuadeat. extr. de feriis, & cap. ſignificaverunt, extr. de judic. l. 1. §. ult. & l. 1. ff. de feriis.* [c] Bl. *ad l. ult. n. 1 C. d. tit.* [e] Bart. *ad l. minor. in pr. n. 2. ff. de evict.* Felin. *ad cap. ſignificaverunt. n. 14. verſ. ubi licita extr. de judic.* [f] cum enim hoc caſu nulla ſit ipſo jure ſequeſtratio, non indiget ejus revocatio cauſæ cognitione.

29 Adhæc cum hiſce feriis partium conſenſu renunciari non poſſit, [a] in dubium vocatur, an ſtatuto vel conſuetudine tolli queant nec ne? Bl. [b] quidem id affirmant, [c] ſed Decius, [d] Maranta, [e] & Menoch. [f] ſcribunt quod omninò quidem tolli non poſſunt hæ feriæ, certis tamen in caſibus earum obſervantiam ſtatuto vel conſuetudine limitari poſſe; quam ſententiam & nos probamus. [g]

[a] Maranta poſt alios *part. 4. diſtinct. judic. 16. num 59. &* Menochius *dict. libr. 1. de arbitr. 30. n. 6. & 11.* [b] *ad l. milites 14. n. 5. C. de teſtam. milit. & ad l. 40. C. de feriis.* [c] Hoc argumento, quod hæ feriæ ſtatuto & conſuetud. introduci poſſint. [d] *ad d. l. milites 14. n. 17. C. de teſt. m. mil.* [e] *d. diſtinct. 16. n. 36. & ſeqq. maximè verò n. 67.* [f] *dict. lib. 1. de arbitr. quæſt. 30. num. 12. & ſeq.* [g] Hac ratione, quod licet jus naturale & gentium in genere funditus tolli non poſſit, minui tamen & temperari juſta & idonea ex cauſa poteſt, per text. *theſi 14. diſput. 2. Claſſ. 1. adſcriptos, &* ea quæ tradit Felin. *ad cap. quæ in Eccleſiarum. n. 2. & ſeqq.*

30 Quod ad meſſium & vindemiarum attinet ferias, earum cauſa hæc eſt, ut ſi quid ex voluntate partium hiſce feriis actum, judicatumve ſit, non ſecus id valeat, quàm ſi quovis alio tempore actum eſſet.

l. 1. in princ. & §. 1 & l. ſi feriatis 6. ff. de feriis, & cap. ultim. in fin. extr. eod. tit. Fürſtenthumb Würtemberg Landrecht/ das Alt/ *dict. part. 1. rubr.* von Feyren/ *verſ. ult.* das New/ *part. 1. tit. 22. §. ult.* Sunt enim feriæ iſtæ in partium favorem ordinatæ, At quicunq; favori pro ſe introducto renunciare poteſt. *juribus vulgatis.*

31 In Camera quoq; Imperiali id obtinuit, ut qui adſeſſores tempore meſſis peregrè non abeunt, ſingulis ſeptimanis die Lunæ, Mercurii, & Veneris hora 8, ad accipiendos ſupplices libellos, & decernendos proceſſus, tùm etiam

iam cauſas referendas, in conſilium ire ſoleant, ut & tempore aliarum feriarum, exceptis Dominicis, aliiſque ſummis feſtis diebus.

Cammergerichts Ordnung/*dict.part.2.tit.33.§.ultim.& comment.ad tit.eundem.*

Invitis autem litigatoribus, ſi meſſium & vindemiarum temporib. quid judex agat, regulariter ipſo jure nullum eſt. 32

d.l.2.in fin.C.h.t.l.1.§.1.v.ſin verò,& l.ſi feriatis 6.ff.eod.tit. Paul.Chriſtinæ.*vol.2.deciſ.*158.

Si tamẽ res urgeat, ut ſi tẽpore aut adverſarii morte actio peritura ſit, cogi adverſarius poteſt, ut ad judicẽ veniat, ſed litis tantum conteſtandæ cauſâ. 33

l.1.§.ult.& l.3.ff.de feriis,cap.ſignificaverunt.extr.de jud.& fac.l.Senatusconſulto 26.ff.de off.Præſid. Andr.Gayl.*lib.1.obſ.pract.obſ.*53.*n.*13.

Liberalia quoque judicia meſſium, & vindemiarum tempore finiri poſſunt: item in eum, qui quid nundinatum nomine adverſus communem utilitatem acceperit, hiſce quoque feriis jus dicitur. 34

*l.3.§.pen.& ultim.ff.de feriis, qui §.ult.lucem forsè.capit ex l.un.C.de nundin.l.4.ibi,venalitium non petatur C.de proxim.ſacr.ſcrin.& l.1.ibi,nec vectigalibus,in quibuſcunq; nundinis interfuerint,ullam ob venditionem proponendam,dare debebunt.*C.*de veteran.lib.*12.

Similiter publicæ, & fiſcales, tum etiam piſtoriæ cauſæ meſſium & vindemiarum tempore ſine aliqua intermiſſione expediendæ ſunt. 35

l.publicas 5.junct.l.omnes 7.in pr.C.de feriis. Speculator *tit.eod.§.ſequitur,n.*3.

Ut in feriis cultui divino deſtinatis, ſic & hiſce meſſium, & vindemiarum feriis cuſtodiæ audiri poſſunt, ne ſceleratorum conſiliorum proditio, quæ per tormenta quærenda eſt, differatur. 36

l.pen.C.de feriis,& l.pen.ff.eod.& l.cuſtodias 12.ff.de publ.judic.

Et quia die in honorem Dei feriato libellus actionis judici offerri poteſt, dubium eſt nullum, quin idem hiſce quoque feriis jure fiat. 37

*Per text.& authorit.*Dd.*theſ.*23.*ad ſcriptas.*

Quod attinet citationem, licet ea (ut opinamur) hiſce quoq; feriis jure fieri poſſit,[a] citatus tamen comparere in judicio harum feriarum tempore non tenetur,[b] quamvis proxima non feriata die ſe ſiſtere cogatur.[c] 38

[a] Lanfrancus *dict.c.1.de citat.n.*18. Vant.*de nullis.ſent.ex defect.citat.n.*46.*in fin.* And.Geil. *lib.1.obſerv.pract.obſ.35.n.7.* [b] *l.2.§.1.verſ.ult.ff.de in jus voc.* [c] *cap.cum dilectis.ext.de dolo & contum.* Bl.*ad l.ult.n.6.C.de feriis.* Lanfranc.*dict.c.1.de citat.n.*18.

Iiſdem quoque feriis, quin ex Principis juſſu judicare poſſit judex nihil dubitamus. 39

per tex.in Clem.ſæpè,ibi,in tempore feriarum ob neceſſitates hominũ indultarũ à jure procedere valeat.tit.de V.S. Facit huc quod Princeps condere ferias poteſt,*l.4.C.de feriis.* Quodq; litigatores hiſce feriis renunciare poſſunt.*l.1.§.ult.& l.3.ff.de feriis.& cap.ult.in fin.ext.eod.tit.* Accedit eodem text.*in l.præſenti 6,in pr.C.de his qui ad Eccl.conf.* Tum deniq; authoritas Aſinii *in prax.judic.part.*1.*§.*3 *c.*7.

Sed an arbiter ex compromiſſo à partibus electus hiſce feriis cognoſcere de cauſa, & ſententiam proferre queat, vocari in dubium poteſt? Et quod non poſſit, niſi ex litigatorum conſenſu putamus. 40

Tum per *text.in l.omnis 7.verſ.in eadem.C.de feriis:* tum quia compromiſſum ad ſimilitudinem judiciorum redactum eſt, *l.1.l.non diſtinguemus.32.§.ſed compromiſſum.ff.de arbitr.junct.cap.ult.in fin.ext.de feriis.*

Et ut feriis cultui divino deſtinatis, ita & hiſce feriis ſententiam à judice 41

proferri non poſſe arbitramur: [a] quamvis ſententiæ executionem hiſce ad hominum utilitatem inductis feriis licitè fieri cum aliis [b] exiſtimemus. [c]

[a] *l. ſi feriatis 6. ff. de feriis.* [b] Bart. *ad l. 1. §. nunciatio, num. 20. ff. de oper. nov. nunc.* Guid. Papæ *in deciſ. Gratianop. quaſt. 215. n. 1. & 2.* Lanfranc. *d. c. 1. de eſtat. n. ult.* Vant. *de nullit. ſent. ex defect. juriſd. ord. num. 131.* Aſin. *in praxi jud. §. 30. cap. 11. ampliat. 13. n. 2.* [c] *argum. c. ſp. Adam poſt culpam. diſtinct. 1. de pænit. & can. ſicut ſine judicio 2. quaſt. 1.*

42. Sed quæ conditio feriarum memoriæ facti cujuſdam celebrandæ, mancipatarum? His quoque feriis judicia ita ſilere jubentur, [a] ut nec in volentes quicquam jure agere liceat, [b] ſiquidem ad publicam congratulationem, & cultum Dei, ut gratiæ publicæ ei agantur, qui initii tàm felicis autor extiterit.

[a] *l. 1 d. l. omnes 7. Verſ. noſtris etiam, C. de feriis.* [b] Privatorum pactis juri publico derogari non poteſt. *l. jus publ. ff. de reg. jur.*

43. Tempore nundinarum nomine privati debiti moleſtia eo loco, ubi exercentur nundinæ, inferri non debet exteris, qui ad ipſas nundinas concurrunt. [a] Publicorum aut fiſcalium debitorum exactio hoc tempore inhibita non eſt: [b] ut nec privati debiti in eos, qui, ubi mercatus eſt, degunt. [c] Quinetiam ſi cauſa ſit, quæ dilationem non ferat, rectè agi, & adverſus exteros nundinarum exiſtimamus. [d]

[a] *d. l. un. C. de nund.* [b] *per l. publicas 5. de feriis.* [c] Nam conſtitutio, *d. l. un. C. de nund.* loquitur tantum de exteris, qui ſc. concurrunt ad ipſas nundinas, vel mercatus. Cum ergò nova ſit conſtitutio, qua abrogatur lex Hortenſia, ut oſtendit Cujac. *in parat. ibid.* certè accipi ſtrictè debet, *per l. percipimus 32. §. ult. C. de appellat.* Id quod putat etiam Donell. *libr. 24. comment. cap. 7. in fin.* [d] *arg. l. 1. §. ult. Verſ. ſanè quotiens, & l. 3. in princ. ff. de feriis, l. 3. Verſ. Ruri. C. dict. t. & c. ult. ibi, niſi neceſſitas urgeat, ext. eod. tit.*

44. Quod denique repentinas ferias attinet, hæ feriis primi generis ſolennium feriarum adæquantur, ut illis, cum publici juris ſint, litigatores renunciare non poſſint.

Ita tradunt Dd. communiter, quos refert & ſequitur Sebaſtian. Vant. *de nullit. ſent. ex defect. Juriſdict. ord. num. 129. & ſeqq.*

45. Appellationem tamen & hiſce feriis rectè fieri putamus.

per l. 1. ubi Dd. C. de feriis.

46. Et ſi quis interventu harum feriarum actionem ſuam tempore amiſerit, reſtitui in integrum poteſt.

l. Sed etſi 26. §. ſi feria, ff. ex quibus cauſ. major.

47. Hoc loco & illa communis omnibus feriis moveri quæſtio poteſt, an tempus ad procedendum in ſcriptis, & producendum ipſa ſcripta litigatoribus datum, diebus etiam feriatis currat, nec ne? Et continuum hoc tempus eſſe, ac ipſis quoque feriis currere arbitramur.

Ipſa enim ſcriptorum confectio privatim fit à partibus, aut eorum Advocatis, quibus ſufficiens tempus à judice conſtitui ſolet, productio item ſcriptorum cauſæ cognitionem non requirit, cum etiam extrajudicialiter ipſi judici fiat. Quicquid autem cauſæ cognitionem non deſiderat, ei feriæ impedimentum creant nullum, ut Dd. communiter ſentiunt. Adhæc intra terminum, ſi nimis anguſtum ſibi reſtare tempus viderit, litigator prorogationem termini petere poteſt.

CLAS.

CLAS. VI. DISPUTAT. XVII.

DE LITIGANTIUM *cautionibus.*

THESIS I.

IN proceſſu judiciario litigantium alter ab altero cautionem, litis nomine, exigere ſolet: Quæ vel neceſſaria eſt, ſi à lege vel judice imponatur, vel voluntaria, ſi ex conventione debeatur.

l. Si fidejuſſor. 7. §. 1. ff. Qui ſatiſd. cog. In hunc autem finem exigitur in judicio cautio, ut quod judicatum fuerit, effectum ſortiatur, nec ipſum judicium reddatur irritum, *l. 1. ibi, ſecutum facimus, ff. Qui ſatiſd. cog.* Marant. *de ord. judicior. part. 6. tit. de ſatiſdat. n. 2.* Vultej. *lib. 2. Iuriſprudent. Rom. cap. 30. num. 18. pag.* 419. Rosbach. *de proceſſ. judicior. tit. 45. n.* 23.

Eadem quoque in jure noſtro cautela appellatur. [a] Germanicè Beſtand/ Caution. [b] 2

[a] *l. Si plures 14. ff. depoſ. l. ſi debitoris 21. ff. de judic. & l. ſi defunctus 15. §. ult. ff. de procuratorib. & §. alia inſuper cautela, Inſtit. de ſatiſdat.* Cujac. *ad l. 1. §. jubet. 9. ff. de collat. bonor.* [b] Cammergerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 21. in princ. ibi,* Beſtand thun/ & *§. 1. ibi,* zu Beſtand ſich erbieten.

In hac autem ſpectamus tùm ejus ſpecies; tùm qua de re litigatorum alius alii cavet; tùm etiam qualem quiſque cautionem præſtare teneatur. 3

Species cautionis judicialis ſunt ſatiſdatio, juratoria cautio, & promiſſio nuda. 4

Rubr. Digeſt. Qui ſatiſd. cogantur, Rubr. ff. in jus vocati ut eant, §. ſed hodiè Inſtit. de ſatiſd.

Satiſdatio eſt cautio, quæ fit vel fidejuſſoribus, vel pignoribus datis. 5

l. Promiſſor 21. in fin. ff. de conſtit. pecun. l. ſolutam. 49. in fin. ff. de ſolut. l. 2. in prin. ff. pro herede, l. 3. verſ. Niſi enim, C. de verb. ſignif. Bart. *ad l. prætoria 7. num. 10. ff. de prætor. ſtipulat.* Alex. *conſil. 37. nu. 11 vol. 2.* Cujac. *in lib. 29. Pauli ad edict. pag. 94. col. 1.* Weſemb. *in parat. ff. Qui ſatiſd. cog. n. 4. & 7.*

Ejuſmodi cautio vocatur in jure noſtro idonea cautio: & qui datis pignoribus vel fidejuſſoribus cavet, idoneè, item rectè cavere dicitur. 6

l. 4. §. Addici, ff. de fideicommiſſar. libertat l. ſi mandatu. 59. in fin. ff. mandati, d. l. 1, §. Iubet. 9. ff. de collat. bonor. gl. in §. 1. verb. Idoneè, Inſtit. de eo, cui libertat. cauſa bona addic. And. Geil. *lib. 1. pract. obſer. 26. n. 6.*

Quoties ergo cautio idonea exigitur, ei regulariter, qui cavere debet, alterutrius optio datur. [a] Sic in Camera cautio idonea, quæ injungitur in ſententiis poſſeſſoriis retinendæ, fieri debet, vel per pignora vel per fidejuſſores [b] 7

[a] *l. Promiſſor 21. §. 1. ff. de conſtit. pecun.* Sed obſtare videtur, *l. prætoria 7. ff. de prætor. ſtipulat.* Vide Bronchorſt. *cent. 1. enantior. aſſert. 25.* [b] Ut teſtantur Cameræ Imperialis deciſiones ſeu præjudicia *in verb. cautio, in fin.*

Propriè tamen ſatiſdatio eſt ea cautio, quæ fit datis fidejuſſoribus. 8

l. 1. ff. Qui ſatiſd. cog. d. l. 1. §. Iubet 9. ff. de collat. bonor. d. l. prætoria 7. ff. de prætoriis ſtipulat. Cujac. *ad d. l. 1. §. Iubet. 9. ff. de collat. bonor. & ad l. Quamvis 10. ff. de damno infect.* Goeddeus,

ad l. ſatiſdationis.61.n.2.ff.de verb.ſignif. Dn. D. Beſold. *in delibat.jur.ex lib.2.ff.tit.8.num.9.*

9 Juratoria cautio eſt, cùm quis ſuæ promiſſioni cum jurejurando committitur.

§.Sed hodiè, Inſt.de ſatiſdat. Quatenus locum habeat vide Ayrer. *in proceſſ.part.1. cap.10. obſerv.7.*

10 Nuda promiſſio, quæ & repromiſſio dicitur, eſt, cùm quis ſine fidejuſſoribus, & ſine jurejurando ſuæ fidei & promiſſioni, qua cavet ſtipulanti adverſario, committitur.

d.l. Quamvis 10.ff.de damno infect.l.1.§.ſtipulationum 5.ff.de prætoriis ſtipulat. l.cum clericis 25.§.1. verſ. Ipſe verò, & l.omnes 33.§. in hac.3.C.de Epiſcop. & Cler.

11 Interdum nuda quoque promiſſio ſatiſdationis appellatione continetur.

l.2. in princ.ff.de heredit.vendit.l.ſatiſdationis 61.ff. de verbor.ſig. Cujac. *in lib.17.quæſt. Papin.pag.468.col.2.*

12 Quod attinet rem, de qua judicialis cautio interponitur. Omnis litigatorum cautio, vel ex parte actoris interponitur, vel ex parte Rei.

13 Actor Jure Juſtinianeo, quando libellum conventionalem Reo porrigere volebat, ipſe Reo & executori nudè cavere, id eſt, repromittere jubebatur, niſi intra duos menſes litem conteſtatus fuerit, omne ſe damnum ſportulatum pro conventione ſolutarum Reo præſtaturum in duplum, dummodò cautio non excederet quantitatem 36. ſolidorum, id eſt, dimidiæ libræ auri.

Novell.96.cap.1.ubi Cujac.

14 Eodem quoq; jure apud acta ſatisdare tenetur actor de ſua perſona, ſive obſervatione judicii, puta, quod in judicio permanebit uſq; ad terminum litis, & ni vicerit, decimam partem litis præſtabit.

Novell.112.cap.2.& Auth.generaliter, C.de Epiſcop.& Cler.

15 Similiter ſi actor cuiet, ut extra ordinem reſcripto principis, vel authoritate præfecti prætorio, Reus extra ſuum forum in aliam provinciam evocetur, vel ex ſua provincia in urbem ſatiſdare tenetur, ſe adfuturum judicio conſtituta die, ac peracturum ex animi ſententia, adjecta pœna, quantacunque à judice arbitrio ejus decreta fuerit.

Novell.53.cap.1.& 2.

16 Quòd ſi quoque actor non venerit in termino, ad quem citari fecit Reum, non ſolùm venienti Reo in expenſas condemnatur, ſed & cavere ſufficienter cogitur comparere quod velit in termino, ſi ad aliam citationem admitti cupiat.

c.1.tit.de dolo, & contumacia, ſpeculat.tit.de ſatiſdat.§.1.num.2.

17 Adhæc actor poſtulante Reo ſatiſdat hodie, ſe in judicio permanſurum uſque ad terminum litis, & ſi victus fuerit, omne ſe damnum & litis expenſas ei præſtiturum.

Fürſtl. Würtemb. Landrecht/ das Alte. *part.1.tit.* wie Caution geſchehen ſoll/ *pag.76.* Das Newe *part.1. Tit.20.pag.*104. Maranta *part.6. Rubr.de ſatiſdatione. n.*16. Chilian. König *in proceſſu part.1.cap.46. termin.in proceſſ.c.30. de ſatiſdatione.* Chilianus Goldſtein *in proceſſ.tit.de ſatiſdatione.*

Atque

Atque hanc cautionem præſtare tenetur in Imperio extraneus, qui Imperio non eſt ſubjectus, quando ſubjectum Imperio convenit in Camera, ne extra Imperii fines quærenda ſit executio. 18

Cammergerichts Ordnung/*part.3.tit.49.§.ult.*

Actoris quoque procurator cavere tenetur, & quidem de rato ſatiſdat, quoties incertum eſt dubium, an ei negotium mandatum ſit à domino. 19

l.1.Cod.de procurat.l.non ſolùm 39.§.1.l. Pomponius 40.§.ſed & is,& §.penult.ff.d.t.d.l.ſi cum dotem 22.§.ſi patri,& §.ſi ſoluto,ff.ſolut.matrimon §. Sin autem per procuratorem,Inſtit. de ſatiſdat. Fürſtlich Würtemb. Alt Landrecht/*tit.* wie Caution. *§.* So ſich dann/*pag.77.* New Landrecht/*part.1.Tit.20.§.* So ſich dann.

Syndicus quoque Univerſitatis hanc præſtat cautionem, ſi dubitetur, an Syndicus ſit.[a] Itemq; tutor & curator, cùm incertum eſt, tutor ſit, aut curator, nec ne, ut ſi à Magiſtratu tutorium, vel curatorium non producant.[b] Actor verò à tutore datus omnimodo cavet.[c] 20

[a] *l. Item 6.§.Actor.ff. Quod cujuſq.univerſ.nom.* [b] *l.Vulgò,ff. de adminiſtrat. tutor. Vide* Fürſtl. Würtemb. New Landrecht/*part.1.tit.16.§.* Vnd wa minderjährige/*pag.81.* [c] *l.actor 9. ff.Ratam rem haberi.*

Hujus de rato cautionis introcendæ ratio eſt, quod eſt periculum, ne dominus de eadem re iterum agens, judicium cum procuratore ſuſceptum conſtituat irritum. 21

Inſtit.de ſatiſdat.in princ.Verſ.periculum, & l.ult.ff.de fidejuſſorib.

Sed magna eſt Dd. diſſenſio, quando incertum eſſe dicatur, an procuratori mandata ſit lis, nec ne ut locus ſit cautioni huic? Gloſſa[a] exiſtimat, incertum id eſſe, cùm procurator mandatam ſibi actionem dicit, verùm deſiderante Reo probationem, non probat mandatum. 22

[a] *Ad l. non ſolùm 39.§.1.in Verb.debet.ff.de procurat.*

Bartolus verò aliquam prætenſi mandati probationem, ſi non plenam, at certè qualem exigit, puta vel unius teſtis, vel Inſtrumenti, de cujus fide dubitatur. Atque ita communiter ſentire alios ſcribit. 23

Ad dict.l.non ſolùm 39.§.1.ff.d.tit.

Nobis gloſſæ opinio haud diſplicet: Tum quia in re non probata negatio ſola ejus, cum quo agitur, rem dubiam facit:[a] Tùm etiam quia verba edicti nihil ampliùs deſiderant, quàm ut qui alieno nomine agit, ſatiſdet, dominum rem ratam habiturum, dummodo nulla alia res apertè negantem removeat, ut ſi aperte conſtet, eum procuratorem non eſſe.[b] 24

[a] *l.3.Cod.Quibus ad libertat.provocare non liber.* [b] *l.ſervum 33.§. Ait prætor.3.ff.de procurat.* Gloſſæ opinionem comprobat quoq; Donell. *lib.18.commentar.cap.13.pag.207.*

Et quia hoc caſu procurator admittitur ad ratihabitionis cautionem, multò magis cum Bartolo admittimus eum, ſi qualē qualem mandati probationem habeat. 25

Iure Wirttembergico, ſi procurator mandatum quidem proferat, ſed non ſufficiens, cavere poteſt tacto judicii baculo, quod ad proximum à Iudice præfinitum terminum ſufficiens edere mandatum velit, Fürſtl. Würtemb. Alt Landrecht/*part.1.tit.* von Anwälden. *§.* Vnd ob des Anwalds. New Landrecht/*part.1.tit.16.§.* Vnd ob ein Anwald/*&c.pag 84.*

Proin-

26 Proindeq; ſub cautione rati admittitur, ſi habeat inſtrumenta ad cauſam pertinentia.

Alciat. *de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 33. Emanuel. Soarez *in Theſauro recept. ſentent. lit.* M *num.* 26.

27 Eſt autem in procuratoris arbitrio, velit ne ſubire cautionem de rato, an verò probare domini mandatum: Rei electio non eſt.

Ita rectè ſentit gloſſ. *ad d. l. non ſolùm* 39. §. 1. *in verb. debet. ff. de procurat.* quam probat ſtatutum Wirttembergicum, *part.* 1. *tit.* wie Caution. §. So ſich dann. *pagin.* 77. Eſt enim certi juris, cùm illud aut illud præſtandum eſt, ſi nihil aliud adjicitur, ſemper Rei eſſe electionem, §. *Huic autem, Inſtit. de actionib.* & *l. plerunque in fin. ff. de jur. dot.* Sed procurator actoris in hac de mandato controverſia Reus eſt.

28 Quòd ſi tamen Reus, qui convenitur, non ſolùm neget eum, qui agit, procuratorem eſſe, ſed & offerat ſe eodem die id probaturum, audiendus eſt, nec cogendus procuratorem admittere, quantumvis offerentem de rato cautionem.

Arg. l. 3. in princ. ff. ut in poſſeſſ. legator. gloſſ. ad d. l. non ſolùm 39. §. 1. *in verb. debet, in fin. ff. de procurat.* Donell. *lib.* 18. *comment. c.* 13. *pag.* 208. ubi etiam ſcribit, ſic facilè & ſtatim de mandato cognoſci poſſe, ſi dominus ſit in eadem civitate, aut non procul abſit, atque is conſulatur. Qui ſi neget, ſe quicquam mandaſſe, habet Reus quod voluit.

29 In Camera Imperiali, ſi caveant procuratores de rato, admittuntur in præparatoriis uſque ad litis conteſtationem excluſivè; qui ſi poſtea ſe non legitiment, exhibendo mandatum cum ratificatione priùs actorum, tenentur expenſas litis de ſuo ſolvere. Quòd ſi procedant ulterius abſq; mandato, nec ante concluſionem producant ratificationem & mandatum domini ad totam cauſam, tùm non ſolùm expenſas litis, ſed & omne intereſſe, tàm parti adverſæ, quàm ipſi judicio ex ſuo refundere obnoxii ſunt.

Cammergerichts Ordnung / *part.* 1. *tit.* 21.

30 Quid verò ſi procurator probet negatum mandatum ſaltem teſtibus, nunquid ſine cautione de rato admitti debet? Invito Reo non admittitur abſq; iſthac cautione. Eſt enim hæc cautio pro Rei commodo introducta,[a] ſed teſtes, quibus procurator mandatum probat, inter ipſum tantùm procuratorem, & Reum ſunt recepti, ut eorum teſtimonium illud domino procuratoris prejudicet nihil, cùm is poſteà iterum agit.[b] Quin etiam juſtis de cauſis dominus teſtes eos rejicere poteſt: Ipſique teſtes poſt annos aliquot ſequentes mori poſſunt, aut non meminiſſe amplius facti. Deniq; jura noſtra ad mandati probationem literas domini exigunt.[c] Teſtes ergo hic non ſufficiunt.[d]

[a] *Inſtit. de ſatiſd. in princ. verſ. periculum eius.* [b] *Tot. tit. Cod. Res inter alios act.* [c] *l. ſi procuratorem* 15. *ff. de procurat.* [d] Donell. *dict. lib.* 18. *comment. c.* 13. *pag.* 208. *verſ. Altero modo.*

31 Ut autem relevetur procurator à cautione de rato, dominus vel præſens in judicio procuratoris ſui perſonam confirmare debet,[a] vel libello principi dato profiteri, ſe eum feciſſe procuratorem, modo ipſi libello princeps ſubſcribat & ad judicem, coram quo lis agitur, ipſum mittat,[b] vel privata ſua ſcriptura complectatur, quem procuratorem, & qua in cauſa fecerit, eamq; ſcripturam ad adverſarium dirigat,[c] actisq; inſinuari faciat.[d]

[a] §. Sen

[a] *§. Sin autem. Inſtit. de ſatisdat. l. un. in princ. Cod. de ſatisd. ando.* Fürſtl. Württemb. Landtrecht/ das Alt *part. 1. tit.* von Anwälden. §. welcher dann. Das New *part. 1. Tit. 16. §.* So dann Einer *pag. 81. ubi diſponitur,* daß der Gewalt für genugſam erkennt werde/ welcher vor dem Amptmann vnd Gericht mit dem Gerichtsſtab/ oder aber auſſerhalb Gerichts vor dem Amptmann/ oder zweyen deß Gerichts/ ſampt dem Gerichtsſchreiber/ auffgeben wirdt. [b] *l. Ne ſatisdatio 21 ff. Ratam rem haberi.* [c] *l. ſi procuratorem 65. ff. de procurat.* [d] *dict. §. Sin autem, ibi, ſi nondum mandatum actis inſinuatum eſt; Inſtit. de ſatisdat.* At Iure VVirtembergico de mandatis extra judicium quæ dantur ita cautum eſt. Welcher aber anderſt woher vnd auſſerhalb deß Gerichtszwang/ vor dem die Sach zu Recht fürkompt/ von andern Enden ein Gewalt fürbringt/ vnd als Anwald zu klagen/ oder zu antworten vermeint/ ſolcher Gewalt der ſolle vnder eines Herrn geiſtliches oder weltliches Stands/ oder mit einer Statt/ oder Edelmanns/ oder ſonſten mit eines Ehrbarn/ redlichen bekandten Mannes/ oder deß Principals ſelbſten eignen Jnſigel beſigelt/ oder durch glaubwürdig eines offnen approbirten Notarien Jnſtrument geferttiget ſeyn/ mit Beſtimmung der Sachen Parteyen/ vnd deß Richters/ auch mit Verſpruch an Eydsſtatt/ was auff ſolchen Gewalt erkennt werde/ das wahr vnd ſtehe zu halten/ ſo viel vnd Recht ſey. Fürſtl. Württ. Landtrecht/ *part. 1. tit.* von Anwälden. §. Welcher aber.

Sub cautione quoq; de rato ad agendum admittuntur cognati & adfines, licet mandatum proferant nullum, niſi evidens ſit, experiri eos contra voluntatem cognati, vel adfinis ſui abſentis. 32

l. 3. §. 3. ff. judic ſol. l. ſed & hæ 35. in princ. l. Pomponius 40. §. ult. ff. de procurat. l. exigendi 12. C. d. t. F. Württemb. Hoffgerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 8. §.* Blutsverwandte/ *pag. 18.* Alt Landrecht/ *part. 1. tit.* von Perſonen die jemand ohne Gewalt im Recht vertretten mögen. New Landrecht/ *dict. tit. 16. pag. 85. & ſeq.* Ioſeph. Ludovic. *deciſ. 43. num. 14.* Nec alius procurator expreſsè ſit conſtitutus. Magon. *deciſ. 6. num. 11.* Sichard. *ad l. 12. num. 10. & ſeq. Cod. de procurat.* Ius autem VVirtembergicum non omnes indiſtinctè admittit ad agendum cognatos & adfines, ſed cognatos tantum ad quartum uſq; ad gradum; Adfines ad ſecundum uſq; gradum computationis civilis: Itemque maritum in cauſa uxoris. Quod & communi jure cautum legimus *in l. maritus 21. C. de procurat.* niſi lis ſit de dotalibus & paraphernis. Tunc enim cautio de rato à marito non exigitur, *l. ult. §. ſancimus, C. de pact. convent.* Andr. Gayl. *libr. 1. obſervat. pract. obſ. 133. nu. 7.* Mynſing. negat *cent. 3. obſer. 53.* Sunt autem bona paraphernalia, quæ uxor præter dotem attulit, & marito adminiſtranda tradidit, Iohan. Schneid. *in §. Fuerat, num. 38. Inſtit. de actio.* Mynſing. *citato loco.* Hunn. *var. reſol. lib. 4. part. 3. quæſt.* 10.

Si lis ſit de bonis receptitiis, dubitari poteſt jure communi, an maritus, ſi experiri velit uxoris nomine, ſub cautione de rato admitti debeat? Mynſingerus, mandato uxoris ſpeciali opus hîc eſſe autumat: [a] Sed Andr. Geil. [b] Cautionem de rato hîc ſufficere rectiùs ſentit. [c] 33

[a] *Cent. 3. obſervat. 53.* Arumæ. *diſp. 3. ff. quæſt. 17.* [b] *lib. 1. obſerv. pract. obſerv. 133. nu. 4. in fin.* [c] *per text. in d. l. maritus 21. Cod. de procurat.* Trentacinq. *var. reſolut. lib. 2. tit. de procurat. reſol. 5.* Dn. D. Beſold. *part. 1. delibat. ex lib. 3. ff. quæſt. 19.* Rauchbar. *lib. 1. quæſt. 2. n. 38.* Honded. *vol. 1. conſil. 66. num. 87.* Receptitia uxoris bona ſunt, quæ uxor non tradidit cuſtodienda, & adminiſtranda marito, ſed apud ſe retinuit, Schneidvv. & Mynſing. *dictis locis.*

Ratihabitionis autem cautio, quæ non nuda eſt, ſed ſatisdatio, [a] ante litis conteſtationem à procuratore exigitur. Cæterùm ſemel lite conteſtata, non compelletur ad cautionem. [b] 34

[a] *l. ſervum 33. §. ait prætor. d. l. Pomponius. 40. §. ſed & is, & §. pen. ff. de procurat. d. l. maritus 21. C. d. t. §. Sin autem, Inſtit. de ſatisd.* Donell. *lib. 18. cap. 13. pag. 206.* [b] *d. l. Pomponius 40. §. penult. ff. de procurat.* Omnis enim exceptio dilatoria opponi debet ante litem conteſtatam, *l. 11. & ult. C. de except.*

35 Quòd ſi, qui tenetur, non ſatisdet, denegatur ei actio.

Per l. mutus 43. §. pœna, ff. de procurat. Donell. *lib. 18. comment. cap. 13. pag. 211.*

36 Vis autem & poteſtas hujus cautionis eſt, tùm quod Domino rem ratã habente, ſi iterum de eadem re contra abſolutum Reum agat, ipſe Reus exceptione Rei judicatæ ſe tueri poteſt, licet non verus fuerit procurator qui egit; [a] tùm quod non habente domino ratum judicium, procurator falſus ex ea cautione Reo abſoluto tenetur in id, quòd intereſt: [b] qui licet ob contumaciam magno condemnetur, ejus tamẽ fidejuſſores in amplius non tenentur. Quod enim procurator hic propter ſuam perſonam præſtitit, fidejuſſoribus imputari non debet. [c]

[a] Ratishabitio enim mandato comparatur *l. Vero 12. §. ult. ff. de ſolut. l. ultim. Cod. ad Senatusconſultum Macedon. l. ſi fundus 16. §. 1. ff. de pignoribus & hypothec. & c. Ratihabitionem, titul. de Regul. jur. in 6.* [b] *l. Si commiſſa 13. & l. In ſtipulatione 19. ff. Ratam rem haberi,* Mynſinger. *cent. 5. obſervat. 49. num. 3.* Exempla vide *in l. 2. l. 3. in fin. l. 4. l. procurator 8. §. ultim. l. ſi procurator 18. ff. d. t.* [c] *l. ult. ff. de fidejuſſorib. l. centum 8. verſ. Nec oportebit, ff. de eo, quod certo loco.*

37 Ratum autem dominus habet non verbis tantùm, ut ſi ultrò profiteatur, ſe comprobare quod actum eſt, ſed & actu, id eſt, re aliqua, & facto quodam, cujuſmodi facta duo ſunt: Unum, ſi dominus litem à procuratore cœptam perſequatur; Alterum, ſi procuratore victo dominus in ea cauſa appellet.

l. Non tantùm 5. junct. l. 3. §. ult. ff. Ratam rem haberi.

38 Eſt & illud hic notandum, quod interdum etiam defenſor alienæ rei de rato cavet, quod accidit, cùm agitur de ea re, in qua abſens Reus, nõ ſolùm reus eſt, ſed poteſt etiam eſſe petitor, ut ſic poſſit actori etiam de re eadem controverſiam facere, licet defenſor judicatum ſolvat; veluti cùm abſentem tutorem, qui ſuſpectus poſtulatur defendit quiſquam permittente actore: [a] aut defendit eum, qui ex libertate in ſervitutem petitur: [b] aut eum defendit abſentem, cùm ei in rem actio movetur, [c] licet actor minor 25 annis rem à ſe alienatam repetens eo nomine ſe adverſus alienationem in integrum reſtitui poſtulet. [d]

[a] *l. Non ſolùm 39. §. ultim. ff. de procurat.* [b] *d. l. non ſolùm, §. ſi ſtatus, ff. d. tit.* [c] *l. Pomponius 40. §. ſed & is, ubi* Bartol. *junct. l. Qui abſentem 75. ff. d. t.* [d] *d. l. Non ſolùm. §. Eſt & caſus, ff. d. tit.*

39 A parte Rei, quæ præſtatur cautio, eſt primùm ſatisdatio judicio ſiſti, qua actore poſtulante ſatisdatò promittit Reus, quòd in judicio comparere, & uſq; ad terminum litis permanere velit: Daß er ſich in Rechten ſtellen/vnd der Sachen Rechtlich außwarten wölle.

§. Sed hodiè, Inſtit. de ſatisdat. l. 2. l. 4. l. 5. l. filiusfam. 14. ff. Qui ſatisd. cog. & tot. tit. ff. ſi quis cautionib. jud. ſiſtendi cauſa fact. non obtemp. Fürſtl. Würtiemb. Landrechten/ das Alte/ *part. 1. tit.* wie Caution, *verſ.* deßgleichen. Das Newe/ *part. 1. titul. 20. §.* deßgleichen/ Chilian. König *in proceſſ. cap. 46. §.* aber in der vbung. Chilian. Goldſtein *in proceſſ. judic. tit. de ſatisd.* Henr. Knauſt. im gerichtlichen Zeẅzeug. *lib. 1. cap. 10.*

40 Cæterùm quia ex hac ſatisdatione conventus Reus adjuvatur exce-

ptio-

ptione. ſi valetudine, vel tempeſtate, vel vi fluminis prohibitus ſe ſiſtere non potuit, [a] quæritur an huic exceptioni renunciaſſe intelligatur, ſi generaliter exceptioni renunciarit, an verò ſpecialiter quivis ejuſmodi caſus exprimi debuit? poſteriùs Attilicino & Ulpiano placet. [b]

[a] *l.2.§.ſi quis 2.& §§.ſeqq.ff.ſi quis cautionib.* [b] *l.4.§.Quæſitum 4.ff.d.tit.t.obſtare videtur l.ſi chorus 79.in princip.verb.perinde eſt,quaſi ſinguli,ff.de legat.3.* Bronchorſt.*cent.1.aſſertionum.aſſert.26.*

41 Vocatur & illud in quæſtionem, an etiam in cauſis criminalibus fidejuſſoria *judicio ſiſti* cautio admittatur, nec ne? Negativa nobis probatur, ſi grave ſit crimen, pro quo pœna corporalis eſt imponenda. Affirmativè autem ſubſcribimus concluſioni, ſi leve ſit crimen, quod pecuniariam tantùm meretur pœnam.

*l.1.l.3.l.4.ff.de cuſtodia reor.*obſtare videtur,*l.ſi quis 56.§.ult.verſ.ult. & l.ſi à Reo,§.ult.ff.de fidejuſſorib.*vide Damhauder.*in pract.rer.criminal.c.20.* & Iul. Clar.*lib.5.§.final.quæſt.46. & diſputat.16.theſ.11.ſub Claſſ.2.* Didac.Covarruv.*lib.2.variar.reſolut.cap.8.num.8.* Coler.*de proceſſ.execut.part.2.cap.3.num 70.*Roland à Valle *conſil.38.num.2.lib.1.* Menoch. *lib.2.de arbitr. judic. quæſt. caſ.303.per tot.* tum etiam qui allegantur per Dominum Collegam Iohan. Harpprechtum,*Tractat.de proceſſu judicior.decad.6.concluſ.8.nu.3*

42 Deinde ex parte Rei præſtatur cautio judicatum ſolvi, quæ eſt ſatisdatio, quam pro litis æſtimatione [a] in caſum, quo res judicetur, vel non defendatur, [b] exigit in limine litis, [c] aut ipſe dominus aut procurator ejus, aut tutor vel curator, [d] ab eo, qui Rei abſentis defenſionẽ ſubit, licet ſub geſtorum teſtificatione ſit conſtitutus procurator: [e] niſi ipſemet dominus in judicio vel extra judicium procuratoris ſui perſonam per *judicatum ſolvi* ſatisdationem ſolenni ſtipulatione firmaverit, atque ita ejus fidejuſſor extiterit; [f] quod fere ſemper in inſtrumentis procuratoriis fieri ſolet. [g] Quod cùm ſit, morte principalis procuratorium mandatum non extinguitur. [h]

[a] *l.ſi ſervus 11.ibi,pro lite dat.is,ff.judicatum ſolvi, l.ſi eum 33. ibi,ſatis de lite acceperam,ff.de fidejuſſorib.* [b] *l.1.& l.judicatum 6.& l.cùm quærebatur 13.ff.judicatum ſolu.* [c] *l.un.verſ.pen.& ult.C.de ſatisdand.* [d] *l.3.§ 1.ff.d.t.* [e] *§.ſi verò reus præſtò,Inſt.de ſatisd.l.un.verſ.ult.C.de ſatisdand.* F. Würt. Alt Landrecht/*p.1.t.*wie Caution zum Rechten geſchehen ſolle.*§.ult.p.77.* New Landrecht/*part.1.Tit.20.in fin.* [f] *§.ſi verò aliquis convenitur Inſtit.de ſatisdationib.* Marant *part.6.tit.de ſatisdat.num.11.* Chilian. König *in proceſſ.cap.46.verſ.* aber in der Vbung/ Chilian. Goldſtein *in proceſſ.jud.tit.de ſatisdat.* [g] *per text.in Clement.1. tit. de procurat.* Mynſing. *cent.2.obſerv.84.* [h] Mynſing.*d.loco.*

43 Et licet filius abſentem patrem, aut pater filium abſentem defendat, hanc tamen ſatisdationem Actori petituro præſtare tenetur: [a] cùm nemo ſecundum veterem regulam alienæ rei ſine ſatisdatione defenſor idoneus intelligatur. [b]

[a] *l Filiusfam.14.ff.qui ſatisd.cog.* [b] *§.ſi verò reus. Inſtitut. de ſatisd. & l. qui proprio 46. §.qui alium 2.ff. de procuratorib.* Iure tamen Wirttembergico pater filium, & hic illum ſub cautione de rato in judicio defendere poteſt. Fürſtlich Würtembergiſch Hoffgerichts Ordnung/*part.1.tit.9.§.penultim.pag.18.* New Landrecht/*part.1.tit.16.pagin.86.§.* Doch das ſolche/&c.

44 Quin etiam ad hanc tenetur ſatisdationem defenſor licet locupletiſſimus ſit, & immobilia poſſideat, licet item dignitate præditus.

l. Minor. 51. §. ultim. cum duab. ll. ſeqq. ff. de procurat. Bart. *in l. ſciendum. §. Tutores. ff. qui ſatisd. cog.*

45 Sunt autem hujus cautionis clauſulæ ſive partes tres; de re judicata, de re defendenda, de dolo malo: [a] quarum prima eſt præcipua, ut qua ſublata etiam cæteræ evaneſcunt. [b]

[a] *l. judicatum ſolvi. 6. ff. judic. ſolvi.* Fürſtlich Württembergiſch Altlandrecht/ *dict. tit.* Wie Cantion/ *§. ultim.* New Landtrecht/ *part. 1. tit. 20. §. ultim.* [b] *l. ſi accepto 20. ff. de acceptil. & l. cùm quærebatur. 13. ff. judicatum ſolvi.* Cujac. *lib. 10. obſerv. cap. 20.*

46 Prima clauſulà promittit defenſor, aut ejus nomine ipſemet reus, ſe, quod judicatum erit, ſoluturum, præſtiturum, [a] daß er dem erlangten Rechten genug vnd Volnziehung thun wölle. [b]

[a] *tit. Inſtit. de ſatisd. in princ. l. pen. ff. jud. ſol.* [b] Fürſtl. W. Landtrecht/ *d. tit.* Wie Cantion/ *§. ult. pag. 77.*

47 Committitur ergo ex hac parte ſtipulatio, cùm de re, & lite inſtituta judicatum fuerit. [a] Siquidem committi dicatur omnis ſtipulatio, ſub conditione contracta, tunc cùm conditio ſtipulationis exiſtit, ut exinde agi poſſit. [b] Exactio tamen differtur in tempus reo principali indultum. [c]

[a] *l. ſi ſtipulatio 21. §. habet. ff. de oper. nov. nunciat. l. 1. ff. judic. ſolvi.* [b] *§. ſub conditione. Inſtit. de verb. oblig.* [c] *dict. l. 1. ff. judicatum ſolvi.* Tempus hoc humanitatis gratia reo indultum dicitur, *in l. cùm milites 16. in fin. ff. de compenſat. l. intra. ff. de re judic.* eſtque ex Juſtiniani conſtitutione quatuor menſium, *l. ult. §. ult. C. de uſur. rei judic.*

48 Mutato tamen poſt ſatisdationem judice, tempore ſatisdationis certo, & nominato, aut ipſo judicio mutato, non committitur in fidejuſſore ſtipulatio. Si enim petitor appellet à ſentētia, qua rei defenſor abſolutus eſt, & competens appellationis judex condemnet defenſorem, ſtipulatio in fidejuſſore ejus commiſſa non dicitur, niſi ſtipulationi adjectum ſit, *Quive in ejus locum* ſubſtitutus erit. [a] Si item quis apud aliquem judicem acturus ſtipulatus eſt, *judicatum ſolvi*, & agit apud alterum, non committitur ſtipulatio, quia non hujus judicis ſententiæ fidejuſſores ſe ſubdiderunt. [b]

[a] *l. pen. ubi* Bart, *nu. 5. & ſeqq. ff. jud. ſolvi.* [b] *l. 3. in pr. ff. d. t.*

49 Non committitur etiam ſtipulatio, ſi ea interpoſita ſit de aliqua actione, actor autem non eadem, ſed alia experiatur actione, in quam fidejuſſor non conſenſit.

l. cùm quærebatur 13. §. ult. ff. judic. ſolvi.

50 Similiter ſtipulatio non committitur, ſi defenſoris alia cauſa, & conditio ſit tempore judicati, quam quæ fuit tempore, quo judicium acceptum eſt; ut ſi defenſor ſciente actore prohibitus poſtea fuerit à domino, vel domini heres extiterit, vel pro ignorante ſatis dederit; poſtea verò procurator ab eo datus fuerit, atque ita judicium acceperit.

l. ſi ante 7. ff. judicatum ſolvi.

51 Commiſſa autem ſtipulatio *judicatum ſolvi* expeditam, id eſt, certam habet quantitatem. In tantum enim committitur in quantum judex pronun-

nunciaverit: [a] Ac condemnatur defenſor, & damnatus convenitur non modò ſi eum ſatisdatione, ſed & ſi abſq; ſatisdatione ſciens id ipſum ſe liti obtulerit. [b]

[a] l. judicatum ſolvi 9. ff. d. t. obſtare videtur. l. 2. §. incertum. ff. de ſtipulat. prætor. [b] l. Plautius 61. ff. de procurat. Mynſing. *cent. 5. obſ. 49. nu. 4.*

Sed nunquid ſententia contra principalem lata, paratam habet executionem in perſona fidejuſſoris *judicatum ſolvi?* Nos ita planè remur. 52

Per text. in l. 1. ubi Bart. *n. 2. & d. l. jud. ſolvi. 9. ff. judicat. ſolvi. l. ſi remunerandi. 6. §. Marius 9. verſ. videbatur.* Vbi Coſtal *ff. mandati. l. ult. §. Et cùm antiquitas.* ubi Bald. *nu. 2. C. de uſur. rei judic.* Coler. *de proceſſib. executi. part. 2. cap. 2. n. 7. & part. 3. cap. 2. nu. 22.*

Altera clauſula cautionis judicatum ſolvi de re defendenda, eſt, qua Rei defenſor cavet, rem, de qua controverſia eſt, rectè defenſum iri, [a] id eſt, rectè judicium de ea re acceptum iri. [b] Rectè, id eſt, ab idonea perſona, in ſolidum, loco & tempore idoneo. Idonea perſona eſt tùm ipſe Reus, tum defenſor, aut ejus heres, aut fidejuſſor, tùm etiam extraneus ſi paratus ſit ſatisdare. [c] In ſolidum non pro parte rem defendi debere, Venulejus JCtus docet; [d] Locus defendendo idoneus eſt locus ille, ubi Reus conveniendus eſt; Tempus idoneum eſt, quo nondum eſt actum ob rem non defenſam. [f] 53

[a] l. jam 5. §. Nunc videamus 3. ibi, rectè rem defendi, & §. ult. ibi, ut rectè defendatur. ff. judic. ſolvi. [b] l. ſed & hæ 35. §. defendere. ff. de procuratoribus. l. 3. §. pen. & ult. d. l. 5. per tot. ff. d. t. [d] l. ex clauſula 17. ff. h. t. l. cùm ex cauſa 139. ff. de verb. oblig. & facit quod defenſio in facto conſiſtit, quod diviſionem non recipit. l. ſtipulationes non dividuntur. ff. d. tit. [e] dict. l. 5. §. ult. ff. judic. ſolvi. facit. l. 2. C. de juriſd. & l. ult. C. ubi in rem act. [f] d. l. cùm quærebatur 13. in prin. verſ. proinde videndum. ff. judicatum ſolvi.

Hæc autem ſtipulatio, quamdiu res non defendatur, ſimulatq; defendi cœperit, aut defendi debere deſierit, reſolvitur. 54

l. hæc ſtipulatio 15. ff. judicatum ſolvi.

Cæterùm deſinit debere defendi res, lite finita ſolutione, vel tranſactione, vel acceptilatione. 55

l. cùm quærebatur 13. in fin. princ. & l. 2. ff. judicatum ſolvi. l. pen. ff. de dolo. & l. ſi accepto 20. ff. de acceptilat.

Stipulatio autem *judicatum ſolvi* ex hac altera clauſula, cùm factum contineat, ſi pœna certa promiſſa non eſt, committitur in id, quod intereſt, quod eſt incertum. 56

Per l. ſtipulationes non dividuntur 72. in princ. verſ. item puto. ff. de verbor. oblig. junct. l. ſi pœnam 68. ff. d. t. & §. ult. Inſtit. de verb. oblig.

Si tamen plures ſint fidejuſſores, aut plures heredes defenſoris, ſingulis duntaxat pro parte hereditaria præſtatio incumbit. 57

l. ex judicatum 16. & l. ſi ex duob. 14. in princ. ff. judicatum ſolvi. & l. cum ex cauſa 139. ff. de verb. oblig.

Quoties autem ex ſtipulatione judicatum ſolvi ob rem non defenſam agitur cum fidejuſſoribus, non eſt iniquum caveri, dominum priori judicio abſolvi; quia omiſſa cautione fidejuſſores mandati judicio non conſequentur: aut certè cogantur dominum priori judicio defendere. 58

Digitized by Google

l.ſi ex duobus 14. §.1.ff.judic.ſolvi.

59 Tertia clauſula ſtipulationis *judicatum ſolvi*, quæ eſt de dolo malo, dicitur noviſſima clauſula illius ſtipulationis. [a] Unde etiam poſtremo loco inter ſuperiores ponitur. [b]

[a] *l.noviſſima 19.in princ.ff.judicatum ſolvi.* [b] *d.l.6.ff.d.t.*

60 Ea autem committitur, cùm dolo malo quid factum erit in lite, quo res ſecus tranſigatur, quàm oportet. Quod fit duplici modo: uno, ſi dolo malo & malitioſa fruſtratione id agatur à defenſore, heredeve ejus, ne controverſia ad exitum perducatur: [a] Altero, ſi dolo malo ejus fiat, ut res perperam judicetur: puta, aut ſubornatis teſtibus, aut prolatis falſis inſtrumentis, aut judice pecunia corrupto. [b]

[a] *l.ultim.ff.de procurat.* [b] Donellus *libr. 18. commentar. cap.14.pagin.* 220. Generaliter enim leges de dolo malo loquuntur, *l.6. & l.Noviſſima.19.in princip. & §. ultim.ff.judicat. ſolvi.*

61 Hac clauſula commiſſa heredes quoque defenſoris ex dolo ipſius tenentur, ſi ita ſit concepta: dolum malum abeſſe, abfuturumque eſſe. [a] Cæterùm extraneus ſi dolo fecerit, promiſſor non tenetur, niſi adjectum ſit; Si hujus rei dolus malus non aberit, quanti ea res eſt, dari ſpondes. [b]

[a] *dict.l.noviſſima 19. in princip.ff.judicat.ſolu.* [b] *dict. l. 19.ff. dict. tit. obſtat quod alieni facti promiſſio eſt inutilis. §.ſi quis alium. Inſtit. de inutilib.ſtipulat. & l. cum filiusfam.49.§. 1.ff.de verborum obligat.* vid. Gœddæum *ad l.Hac verba 69. num. ultim.ff.de verborum ſignification.*

62 Commiſſa autem hac clauſula, ſi pœna certa non ſit promiſſa, obligatio naſcitur in id, quod intereſt; [a] ut evenit in omnibus faciendi obligationibus. [b]

[a] *l.in ſtipulatione 19.ff.Ratam rem haberi.* [b] *§.ult.Inſtit.de verb.oblig.*

63 At quæritur, cùm ſtipulatio *judicatum ſolvi* plures contineat clauſulas, an commiſſa ſtipulatione ex una clauſula; puta ob rem non defenſam, amplius ex alia quoque clauſula committi poſſit, veluti ob rem judicatam? Et cum juris autoribus dicendum, in unius ejuſdemque perſona non poſſe committi has duas clauſulas; ſemper autem prævalere rei judicatæ clauſulam, eamque ſolam committi, verùm in perſonis pluribus, ut ſi defenſoris plures ſint fidejuſſores, aut heredes plures ex diverſis clauſulis ipſos conveniri poſſe; Unum, quod rem non defendit, alterum quod judicatum paſſus eſt.

l.jam tamen 5.§.2.l.cùm quærebatur 13.§.ult.ff.judicatum ſolvi.

64 Reſtat ut videamus, qualem quiſque litigator cautionem præſtet. Alius namq; ſatisdat: alius nudæ ſuæ promiſſioni committitur, cum jurejurando; alius repromittit tantum, pro cujuſque ſcilicet perſonæ qualitate.

§.Sed hodie. Inſtit.de ſatisdat.

65 Regulariter autem quiſq; litigator ſatisdare tenetur, ſive de damno reſarciendo, & expenſis refundendis cavendum ſit, [a] ſive judicio ſiſti, [b] ſive de rato, [c] ſive judicatum ſolvi. [d]

[a] *Novell.*

[a] *Novell.*112.*c.*2.*Auth.Generaliter.C.de Epiſcop.* & *Cler.* [b] *l.*2.*in prin.* & *§.*1. & *§§.ſeqq.l.*3.*l.*4.*§.*1.*l.*14.*ff.Qui ſatiſd.cog.* [c] *l.Prætoria.*7.*junct.l.*1.*§.*2.*ff.de prætor.ſtipulat.§.ſin autem per procuratorem,Inſtit.de ſatiſdat.l* 4.*l.procurator.*8.*in prin.* & *c.*1.*l.Ne ſatiſdatio* 21. & *l.*2.*in pr.* & *§.*2. & *§.*3.*l.procurator.*23.*ff.Ratam rem haberi.* [d] *§.ſi verò aliquis, Inſt.de ſatiſd.l.ult.C.de ſatiſd.l.*2.*l.*3. *in princ.l.*5.*l.ſi petitor.*8.*ſi ſervus* 11.*l.ſi ex duobus* 14.*l.ex judicatum* 16. & *l.ult.ff.judic.ſolvi.*

Fidejuſſor autem pro qualitate rei, quæ petitur locuples dari debet, non 67
tantùm ex facultatibus, ſed etiam ex conveniendi facilitate: exceptis perſonis neceſſariis, pro quibus fidejuſſor qualiſcunque accipitur. Et ſi medio tempore evaneſcat ſatiſdatio, vel calamitas fidejuſſori inſignis, vel magna accidat, cauſa cognita ex integro ſatiſdandum erit

*l.*1.*l.*2.*ff. in jus vocati ut eant. l.*2.*l.*5. *§.*1.*l.de die* 8.*§.ſi fidejuſſor.* & *l.ſi ab arbitro* 10.*ff. qui ſatiſd.cog.*

Hinc mulier, minor 25. annis, & miles ad ſatiſdandum haud rectè adhi- 68
bentur, niſi in rem ſuam fidejubeant, ut pro ſuo procuratore.

d.l.de die 8.*§.*1.*ff. qui ſatiſd.cog.*

Neque is, qui fori præſcriptionem habet, probandus eſt fidejuſſor: ni- 69
ſi alias caveri non poſſit, & is ſuo renunciet privilegio, quod foro ſuo uti nolit.

*l. fidejuſſor.*7. *in princ.ff.d. tit. l.*1.*ff. ſi quis in jus vocat.non ier.facit.l.ſi convenerit* 18.*ff.de juriſdict.*

Quod ſi reus neceſſariam præſtare ſatiſdationem non poſſit ibi, ubi con- 70
venitur, poteſt ex juſta cauſa audiri, ſi in alia ejuſdem provinciæ civitate ſatiſdationem præſtare paratus ſit: [a] modò tamen prius de calumnia juret, quod non vexandi adverſarii cauſa in aliud municipium vel urbem evocet. [b]

[a] *d.l.ſi fidejuſſor.*7.*§.*1. & *l. ſeq. §. tutor.* & *§.fin.ff.qui ſatiſd.cog.* [b] *d.l.de die* 8. *§.jubetur,ff. d.t.* Vide Hartm. Piſtor.*obſerv.*169.*Cavall.queſt.*66.

Parentibus tamen & Patronis jusjurandum hoc remittitur. 71

*dict.l.*8.*§.jubetur* 5.*ff.dict.tit.ſed obſtare videtur l.jusjurandum* 34. *§. Qui jusjurandum.ff. de jurejurand.* Quem locum Cujac. *lib.*9. *obſerv.cap.*37. corrigendum putat, *ſed malè.*

Qui evidentiſſimè locupletem, vel ab arbitris probatum fidejuſſorem 72
accipere recuſat, injuriarum tenetur actione, & ipſi Reo, & fidejuſſori.

l. Si verò 5.*§.*1.*ff.qui ſatiſd.cog.*

Qui autem pro neceſſario ſuo non acceperit qualemcunque fidejuſſo- 73
rem, quinquaginta aureorum judicio tenetur.

*l.*2.*ff. in jus vocati ut eant.vel caut.dent.*

Quandoque tamen pro ſatiſdatione admittitur alia cautio. Et quidem 74
juratoriæ cautioni jure Juſtinianeo committuntur, qui res immobiles poſſident: [a] quiq; ſatiſdare, id eſt, fidejuſſores invenire aut pignora dare non poſſunt. [b]

[a] *l. De his* 26.*§.neque verò fidejuſsionis* 6.*C. de Epiſcop.aud.l.ultim. in fin.prin. C. de principibus agent. in rebus,* Cujac.*ad Novell.*53. & *in notis ad tit. Inſtit.de ſatiſdat.* & *libr.*12. *obſerv.c.*22.*pag.*229. Robert.*lib.*3.*ſentent.cap.*21. Hotoman.*ad §. ſed hodie. Inſtit de ſatiſdat.* Cæterum Bart.*num.*6. Ang.*num.*6. Iaſon.*n.*21.*ad l. ſciendum.* 15.*ff. qui ſatiſdat.cog.* Idem Iaſ. *ad l.*7. *§.*1. *n.*8.*ff. dict.tit.* & Weſembec.*in paratit.ff.eodem tit. n.*11. exiſtimant hos nudæ repromiſſioni

ſuæ

ſuæ relinqui. Quod putat etiam, ſibi contrarius, Cujac. *in comment. ad Paul. lib. 6. ad edict. pag.* 102. [b] *Novell. 112. cap. 2. & Novell. 134. c. 9.* Bald. *ad Auth. Generaliter, num. 4. C. de Epiſcop. & Cler.* Iaſ. *ad l. 1. n. 22. ff. de his, qui ſatiſdat. cog.* Fürſtl. Würtemb. Landrecht / das Alt / *par. 1. tit.* Wie Caution / *verſ.* So fern aber. Das New / *part. 1. tit. 20. §.* So fern aber / Ad impoſſibile enim obligari nemo debet.

75 Hujus autem jurisjurandi capita duo ſunt: Unum, ut litigator juret, ſe fidejuſſores idoneos invenire non poſſe, licet ſummam in hoc diligentiam adhibuerit. Alterum ut jurato promittat, ſe id facturum, de quo ſatiſdare debuit.

dict. Novell. 112. cap. 2. & dict. Novell. 134. c. 9. verſ. ſi verò crimen, Fürſtlich Würtemb. Landrechten / *proximè citatis locis.* Et volunt, quod priùs illud juramentum ſub hac forma præſtetur: Iuro, quod non poſſum invenire fidejuſſorem Bald. *ad dict. Auth. Generaliter, n. 4. C. de Epiſcop. & Cler.* quem ſequitur Additionator *ad Guid. Papa, q. 189.* At ipſe Guido Pap. *ibidem num. 2.* referens autoritatem Odofredi *ad dict. Auth. Generaliter.* Tùm etiam Chilian König / *dict. c. 46. verſ. pen. &* Weſemb *in paratit. ff. qui ſatiſd. cog. nu. 10.* volunt ſufficere, ut juretur tantùm de credulitate, ſcilicet: Se credere, quod etiam adhibita diligentia per fidejuſſores vel pignora cavere non poſſit. Eberhard. Speckhan. *cent. 2. claſ. 4. quæſt. 13.*

76 Similiter juratoriam præſtant cautionem viri dignitate præfulgentes.

l. pen. ubi vide Cujac. C. de dignitat. lib. 12. l. in ſacris. 12. in princ. ubi Cujac. *C. de proximis ſacror. ſcrin. lib. eodem.* Atque hoc ſemper obtinuiſſe ſcribit Cujac. *ad Paul. lib. 6. ad edict. pag. 102. col. 1. in princ.* Sed quia ex notiſſima Germaniæ conſuetudine promiſſio facta ſub fide & dignitate Principali, Generoſitatis, nobilitatis, vim juramenti obtinere dicitur, ut infra diſputat: De jurejurando, oſtenditur: & in hanc opinionem Dd. autoritates innumeras collegit D. Harppr. collega *Tract. de proceſſ. judic. decad. 6. concluſione 4. num. 7.* diſpiciendum, num & hic promiſſio ejuſmodi admittatur? *vide dict. diſſ. de jurejurando.*

77 Si tamen Reus ſit ſuſpectus de fuga, aut peregrinus, non facilè juratoriæ committitur cautioni, ſed potiùs res, de qua lis eſt, ſequeſtrari debet.

l. Si fidejuſſor 7. §. ultim. ubi Iaſ. ff. qui ſatiſd. cog. & l. Senatusconſulto 16. in fin. ff. de offic. præſid.

78 Nudæ repromiſſioni ſuæ ſine fidejuſſoribus, & ſine jurejurando in pecuniaria cauſa committuntur, cum hypotheca tamen ſuarum rerum, Clericus, Monachus, Diaconiſſa, Monaſteria, & Aſcetria.

Novell. 123. c. 21. §. ſi quis autem, Cujac. & Hotoman. *ad §. Sed hodie. Inſtit. de ſatiſd. tut.* Antiquitus certis tantùm, non omnibus Eccleſiaſticis perſonis hoc privilegium fuit datum, ut patet ex *l. cum Clericus 25. §. 1. & l. omnes 33. §. in hac autem inclyta C. de Epiſcop. & Cler.*

79 Ex Dd. [a] quoq; ſententia, uſu forenſi recepta, [b] nudæ relinquuntur promiſſioni ſuæ poſſeſſores rerum immobilium, [c] ſi res hujuſmodi in territorio judicis, coram quo lis mota eſt, poſſideant. [d]

[a] Adſcriptos ſupra *theſi ab hac ſexta ſub lit. a. per text. in l. penultim. in princ. ff. qui ſatiſdar. cog.* [b] Fürſtlich Würtembergiſch Alt Landrecht / *part. 1. titul.* Wie Caution / *pagin. 76. §.* Ob aber der Kläger / New Landrecht / *part. 1. tit. 20. §.* Ob aber der Kläger / etc. Chilian König *in proceſſ. cap. 46.* Et jure Wirtembergico nullam præſtant cautionem, Actor & Reus, qui in judicio (ubi lis agitatur) præfectura, immobilia poſſident bona, ut dictis locis videre eſt. [c] Idque probari putant textu *l. ſciendum. 15. ff. qui ſatiſd. cog.* [d] Fürſtl. Würt. Landrecht / *dict. §.* Ob aber der Kläger / Weſemb. *in paratit. ff. tit. qui ſatiſd. cog. in fin.* Chilian König / *dict. c. 46.*

80 Poſſeſſor autem rei immobilis accipiendus eſt & ille, qui Emphyteuticum agrum poſſidet: item qui ſolam prædii proprietatem habet: Is verò qui duntaxat prædii uſumfructum habet, poſſeſſor immobilis rei hic non intelligitur, ut nec creditor, qui pignus accepit.

d. l.

d.l.ſciendum 15. §. 1. & 2. *ff. qui ſatiſd. cog.*

Si quoque fundus ſit datus in dotem, tam uxor, quàm maritus, propter 81
poſſeſſionem ejus fundi, poſſeſſores intelliguntur.

d.l.ſciendum 15. §. *ſi fundus* 3. *ff. dict. tit.* quo loco Cujac. *lib.* 10. *obſerv. cap.* 32. & Borcholt. *tract. de adquir. vel amitt. poſſ. ff. cap.* 6. *n.* 26. pro poſſeſſionem, legendum cenſent petitionem: at non neceſſariò.

Qui item annuos habet reditus, pro poſſeſſore immobilis rei accipi 82
debet.

Andr. Gayl. *lib.* 2. *obſerv. pract. obſerv.* 10. *n.* 6.

Quod de rei immobilis poſſeſſore dicitur, exaudiendum quoque Dd. 83
volunt de poſſeſſore multarum rerum mobilium, quæ haud facilè celari, aut clàm alienari poſſunt.

Chilian. König *in proceſſ. cap.* 46. §. und als hie oben. *num.* 4. Bartol. *in d.l.ſciendum* 15. *ff. qui ſatiſdar. cog.* Petr. Peck. *de jur. ſiſtend. c.* 45. *n.* 12.

Sed quæritur, ut quis pro idoneo poſſeſſore habeatur, quantum opus ſit 84
poſſideri? Et arbitramur, ſatis eſſe, ſi pro quantitate & æſtimatione rei petitæ poſſideat ejuſmodi bona.

Ita poſt gl. cenſet Weſemb. *in parat. ff. tit. qui ſatiſd. cog. in fin.* & rectè quidem: cùm & hoc caſu ſatis cautum ſit adverſario.

Poſſeſſor autem quis, nec ne, fuerit, tempus cautionis ſpectandum eſt. 85
Nam ſicuti ei, qui poſt cautionem vendidit poſſeſſionem, nihil obeſt; Ita nec prodeſt ei, qui cautionem poſſidere cœpit.

d.l.ſciendum. 13. §. *ultim. ff. ſatiſd. cog.*

CLAS. VI. DISPUTAT. XVIII.

DE JUREJURANDO.

THESIS I.

CUM & jurisjurandi uſus in judicio ante & poſt litis conteſtationem, non exiguus ſit, de eo quoque hìc diſpiciendum duxi.

Eſt autem jurisjurandum religioſa cujuſdam rei confirmatio. [a] Eodem- 2
que ſenſu juramentum; [b] tum etiam Sacramentum [c] dicitur. Idq; jure divino permiſſum dicimus. [d]

[a] Confirmationem veritatis definit Innocentius Papa *in c. etſi Chriſtus.* §. *ſic & juramentum. extr. de jurejurando.* Quod autem iſthæc confirmatio ſit religioſa, arguit non modò *Cic. lib.* 3. *offic.* ubi jusjurandum definitur adfirmatio religioſa: ſed & textus *in l. quæ ſub conditione* 8. *in prin. ibi, contemptu religionis, ff. de condit. Inſtit.* & *in l. jurisjurandi religione* 9. *C. de teſtib.* [b] *l.* 2. §. *ſi enim* 8. *C. de jurejurando propter calum. l. rem* 16. §. *C. de judic. tot. tit. extr. de juramento calum.* & *eodem tit. in* 6. *c.* 1. *c.* 3. *c.* 6. & *tot. tit. extr. de jurejurando.* [c] *l.* 2. §. 1. §. *hoc etiam* 5. & §. *ſeq.* §. *ſed prædium* 9. *C. de jurejurando propter calumn.* [d] *Exod.* 22. & *ſeq. Deut.* 5. 6. 7. & 27. *Levit.* 19. 2. *Reg.* 21. *Luc.* 1. *verſ.* 73. *Hebr.* 6. *verſ.* 13. & 16. 2. *Corinth.* 1. *verſ. pen. Rom.* 1. *verſ.* 9. *dicto c. etſi Chriſtus, extr. de jurejurando, can. conſidera* & *ſeqq.* 22. *q.* 1. De jurejurando vide Paul. Chriſtinæ. *vol.* 3. *deciſ.* 1. & *ſeqq.* Setſer *de jurament.* Pantſchman. *lib.* 1. *quæſt.* 10. Borell. *tom.* 1. *deciſ.* 60.

Digitized by Google

3 Non ergo ferenda Anabaptiſtarum delira hæreſis, quâ homini Chriſtiano jurisiurandi uſu interdictum putant.

Wigandus tr. contra Anabaptiſtas, Dn. Hunnius *in Matth. c. 5. part. poſt. pag.* 158 *& alii alibi.*

4 In jurejurando autem in univerſum ſpectamus: tum ejus genera & ſpecies: Tum formam ſive modum jurandi: Tum etiam perjurii pœnam.

5 Genera jurisjurandi nobis eſſe videntur quinq;. Primum complectitur jusjurandum omne, quod controverſiæ judicialis causâ interponitur. Alterum cõtinet jusjurandum, quod relaxatus carcere, cauſa ſecuritatis, præſtat. Tertium includit jusjurandum, quod quiſque muneris ſui probè exequendi cauſa jurat. Quartum ſuo coercet complexu juramentum, quod geſti actus cujuſdam confirmandi cauſa datur. Quintum comprehendit jusjurandum quod obedientiæ cauſa præſtatur à ſubditis.

6 Primi generis jusjurandum eſt juramentum, quod judicio ſiſtendi cauſa præſtatur juramentũ calumniæ, juramentũ malitiæ; juramentũ dandorum & reſpondendorum; & juramentũ quodvis rei controverſæ probatorium.

7 Quod judicio ſiſtendi cauſa præſtatur iusiurandum in duplici eſt differentia. Eſt enim, quo confirmat Actor, ſe in iudicium venturum, & in eo uſque ad terminum litis permanſurum, expenſasque litis, ſi ſuccubuerit, ſoluturum Idq; præſtat, qui immobilia poſſidet bona, [a] vel quidem mobilia ſed fideiuſſores aut pignora dare non poteſt. [b]

[a] *l. de his* 26. *§. neque vero fidejuſſionis, C. de Epiſc. aud.* Cujac. *lib* 12. *obſerv. c.* 22. *pag.* 629. Donell. *lib* 23. *comm. cap.* 9. *pag.* 19. *lin.* 42. *& ſeq.* Iure Wirttembergico, qui immobilia poſſidet bona, judicialem præſtare cautionem non tenetur, F. Württemb. Renovirt Landrecht/ *part.* 1. *tit.* 20. *§.* Ob aber der Kläger/ *&c. pag.* 104. [b] *Novell.* 112. *c.* 2. *in prin. & Nov.* 134. *c.* 9. *Neceſſariam. verſ. ſi vero crimen. & verſ. ſeq.* Fürſtl. Würt. Landrecht/ *part.* 1. *tit.* Wie Caution/ *§.* So fern aber/ *pag.* 76. vide Guid. Pap. *deciſ.* 189. *&* 250.

8 Alterum eſt, quo Actor confirmat, ſe fidejuſſores vel pignora iudicio ſiſtendi dare non poſſe. quantumvis in id diligenter incubuerit.

d. Nov. 112. *c.* 2. *in pr.* Fürſtl. Württemb. Landrecht/ *dict. tit.* von Caution. *§.* So fern aber.

9 Juramentum calumniæ eſt, quod in exordio litis, ſtatim poſt litis conteſtationem pars utraq; præſtat, de lite non calumniandi animo motâ & ſuſceptâ: Sed opinione iuris ſui; [a] de veritate item dicenda; [b] Probatione negotii differendi causâ non petendâ; [c] & pecuniâ patrocinii causâ nulli promiſsâ, datâ, vel dandâ præter honoraria Advocatis præſtanda, & ſportulas executoribus, [d] Germanicè der Eyd für Gefährde/ quod procuratores etiam, ſpeciale ad hoc mandatum habentes, præſtare poſſunt, qui in domini ſui ſive principalis ſui, & propriam ſuam animam iurare tenentur. [e]

[a] Et hoc propriiſſimè juramentum calumniæ dicitur, *c.* 1. *&* 2. *tit. de juramento calumn. in* 6. *c.* 1. *verſ.* 2. *extr. d. t. l. inter coheredes* 44. *§. qui familia. ff. fam. erciſc. l.* 2. *C. de jurejur. prop. calum.* [b] *Nov.* 49. *c.* 3 *circa fin.* ubi Cujac. ut ſi interrogetur à judice de re quâdam, veritatem dicere quod velit. Diſtinguitur quidem calumniæ jusjurandum à juramento de veritate dicendâ *in c.* 1. *§. ult. c.* 2. *in pr. & §. ult. de juram. calv. in* 6. verum & hoc juramentum eſt pars jurisjurandi de calumnia, *per tex. in c. caeterùm* 5. *extr. de juram. calum. c. dudum Eccleſia* 54. *§. partib. extra de Elect. & c. ex literis* 32. ubi Cujac. *extra de jurejur.* [c] Eſt & hoc juramentum pertio jurisjurandi propter calumniam, & ſtatim in principio litis, facta litis conteſta-

tione

tione præſtatur, & poſteà, quoties probationes exiguntur, earum nomine jusjurandum non
exigitur, *Novell.49. cap.3. ubi* Cujac.[d] *Novell.124.c.1.* ubi Cujac.[e] *c. ult. de juram in 6. c.3. c. pen.*
& ult. extra d. t. Gail. 1. *obſer.83. Ex Iuſtiniani l.2. §. ſin autem 3. & §. hoc etiam 5. C. de jurejur.*
propter calum. Actor principalis ipſemet, Reus vel per ſe, vel per procuratorē hoc juramentum
præſtare debere videtur. Undè ſi Actoris vel dignitas, vel ſexus non concedebat eum ad judicē
pervenire, in domo ejus Sacramentū procedebat, reo, vel procuratore ejus præſente. Quod idē
eſt cautum in *Nov.124. c.1. §. hac autē.* Gilken. *ad tit. c. de jur. propter calum.* Berlich. *tom.1, concl.*
21. Borell. *in ſumm. tom.1. tit.51.* Ruland. *de commiſſ. lib.2. c.14.* Iacob Schultes. *obſ.55. & ſeqq.*

Hoc juramentum litigatoribus prælegi ſolet tali formâ: Ihr werdet (o- 10
der ſollen) ſchwören einen Eyd zu Gott (ſi procurator fuerit, addi ſolet in ewer
Partheyen / vnd ewer eigen Seel) daß ihr glauben ein rechte gute Sache zuha-
ben / darumb ihr jetzt im Recht ſtanden: Daß ihr auch/ ſo ihr im Rechten vom
Richter gefragt werden/ die Warheit nicht verhalten werden / oder abredig zu
ſeyn: vnnd daß ihr auch kein vnnottürfftigen / gefährlichen Schub der Sachen
begehren: Auch in dieſer Sachen niemands andern / dann den jenigen/ ſo das
Recht zuläſt/ ichts geben oder verheiſſen haben/ auch fürther nicht thun wollen/
damit ihr die Vrthel erlangen vnd erhalten mögent/ alles getrewlich vnd vnge-
fährlich.

Käyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part.1. tit.65.* Fürſtl. Württemb. Hoffgerichts Ordnung/
part.1. pag.25. tit. der Eyd für Gefährde/ *ubi formula jurisjurandi hujus adhuc aliud continet*
caput, his verbis: Daß ihr wiſſentlich kein falſch/ vnrecht/ oder betrügliche Beweiſung wöllen
erlangen/ außbringen oder gebrauchen. De ſpeciebus hujus juramenti. Vide Speckhan. *cent.*
2. claſ.4 quæſt.20.

Quod ſi in primo litis exordio non juretur de calumnia, poterit poſtmo- 11
dùm in qualibet parte litis jurari, cùm hujuſmodi juramentum præſtari ab
initio de ſubſtantiâ ordinis judiciarii non exiſtat. [a] Quin etiam judex ex
officio, poſtquā in causâ concluſū eſt, exigere hoc Sacramentum poteſt. [b]

[a] *d. c.1. in pr. tit. de juram. calum in 6. Novel.49. c.3.* Rauchbar. *l.1. q.10. num.12.* Fürſtl. Württemb. Landrecht/ *part.1. pag.85. in fin. & pag. ſeq. & pag.89. in princ.* Fürſtl. Württemb. Hoffgerichts Ordnung/ *part.3. tit.7. in princ.* Vivius *deciſ.109.* Coepen. *lib.2. obſerv.105.* Speckhan. *cent.2. claſ.4. q.26.* [b] Bald. *ad l.1. n.8. verſ. Sed nunquid, C. de jur. jur. propter calumn. & ad l. ſi accuſatoribus 4. num.18. C. de accuſat.* Marant. *part.6. tit. de jurament. n.3.* Geil. 1. *obſer.84. n.6.*

Etſi verò juramentum hoc, à partibus tacitè omiſſum, judicialem pro- 12
ceſſum, aliâs legitimè factum, jure Canonico, quod ſequimur, non efficiat
nullum, aut annullandum: Attamen expreſsè à partibus remitti non po-
teſt; [b] proindeque exactum in exordio litis, ſed non præſtitum, vitiat pro-
ceſſum, [c] jure Juſtinianeo ſemper eſt præſtandum, neque ulli remittitur. [d]

[a] *c.1. §. propter omiſſum, tit. de jurament. calum. in 6.* Marant. *de ord. jud. part. 6. tit. de juramento. num.2.* Paul. Chriſtinæ. *vol.2. deciſ.147.* Henning. Gœden. *in proceſſ. jud. Rubr.13. n.4. & 5.* [b] *l.2. §. ſed quia veremur 4. C. de jurejur. propter calumn.* Vid. Dn. Beſold. *in diſſ.1. ad Inſ. Wirt. theſ.64.* Harpr. *in proceſſ. fol.99. theſ.44.* Iacob. Schultes. *obſerv. forenſ.55. num.6.* Hilliger. *in Donell. enucleat. lib.24. ad lit. p. pag.1175.* [c] Sebaſt. Vant. poſt alios *de nullitate ſententia ex defectu proceſſus pag.633. num.29.* Geil 1. *obſerv. n.84. ubi tamen num.2. & 3.* addit, ſi in primâ vel ſecundâ inſtantiâ exactum ſit hoc jusjurandum, at non præſtitum, proceſſum tamen ob id in Camera non annullari: ſed in cauſa principali pronunciari. [d] *l. inter coheredes 44. §. qui familia Erciſc. ff. fam. Erciſc. & l.1. in princ. & §§. ſeqq. & maximè §. ſed quia 4. & §. ſi enim 8. C. de jurejur. propter calum.* Unde & patronus aut parens in causâ contra libertum vel liberos hoc jusjurandum præſtare cogitur. Quò facit etiam textus *in l. quoties 14. ff. de jurejurando.*

Digitized by Google

13 Dandum autem hoc jusjurandum in cauſis omnibus,[a] etiam ſummariis,[b] & ſpiritualibus,[c] non modò in primo, ſed & appellationis judicio.[d] In criminalibus cauſis olim quidē, cùm inſcriptionis vinculū in uſu erat, juramentū hoc, ut non neceſſariū, non exigebatur.[e] Hodiè verò, cū inſcriptionis ſolennitas in uſu eſſe deſierit, ab Accuſatore prǣſtandū eſſe arbitramur.[f]

[a] *l.1. C. de jurejur. propter calum.* & *c.2. §. ult. tit. de juram. calum.* [b] *Clem. ſæpe. §. citationem verò, tit. de verb. ſign.* [c] *cap.1. §. ult. tit. de juram. calum. in 6.* Sed obſtat *cap. 2. extra d. tit.* Obrecht. *de jurament. calumn. cap.8. nu.15.* & 16. Treutler. *vol.1. diſput.21. th.4. lit.b.* Schultes. *obſerv. forenſ. 55. num.16.* [d] *c.2. in princ. d. tit. in 6.* [e] Sufficiebat enim inſcriptio *l. pen. §. ult. C. de accuſation.* & *inſcript. l. ult. C. de calumniat. l.3.* & *l. ſi cui 7. ff. de accuſationib.* Cujac. *ad Novell. 49. circa finem.* Menoch. *lib.1. de arbitr. judic. quæſt. 20. n.3.* Ruland. *de commiſſar. lib.2. cap. 14. n.13.* Petr. Gregor. Tholoſan. *lib.48. ſyntagm. cap.7. n.3.* Berlich. *part.1. concluſ.21. n.27.* R... *in proceſſ. judic. diſp.5. concl.10.* [f] *per d. l.1. in princ. ibi, in omnibus cauſis, C. de jurejur. propter calum.* & *d. c.2. §. ult. ibi, in omnibus cauſis, tit. de juram. calum. in 6.* Damhouder. *in praxi crim. cap.128. num.3.* & 4. Et poſt alios Clarus *lib.5. ſent. §. fin. quæſt.18. n.3.* ubi oſtendit hanc ſententiam communiter receptam. Hannelon. *in tract. de ordin. judic. cap. de jurament. calumn.* Diſſentit Weſemb. *in parat. C. de jurejur. propter calum. n.7.* eò, quod calumniatores in criminalib. etiam abſque inſcriptione ad pœnæ ſimilitudinem teneantur, adducit dict. *l. ult. C. de calumniat.* Diſſentit & Sichardus ſequutus Martinum *ad l.1. n.6.* & *7. C. d. t.* hoc argumento, quòd in criminalibus reo liceat accuſatorem corrumpere, *l.1. ff. de bonis eorū, qui ante ſent.* & *l. tranſigere 18. C. de tranſact.* Sed neutra ratio idonea. Prior eſt falſa. Altera non concludens.

14 In cauſis Fiſcalibus jusjurandum calumniæ Fiſci procurator ex uſu Cameræ Imp. præſtare non cogitur.[a] Clericus item in causa Eccleſiæ per ſe de calumnia non jurat: ſed per aliam idoneam perſonam.[b] In propria cauſa jurare de calumnia tenetur.[c]

[a] Mynſing. *cent.1. obſer.74.* Surd. *deciſ.18.* Geil. *1. obſ.90. n.4.* Ruland. *de commiſſ. lib.2. c.4. n. 10.* Idem de juramento ſuppletorio docet poſt alios Peregrinus de jure Fiſci. *libr.7. c.3. n.46.* ubi rationem adfert hanc: quòd ipſemet Fiſcus jurare nequeat, ac procurator ejus de facto alieno jurare non poſſit. [b] *c.1. extra a de juram. calum. l. cum clericis 25. §.1. in fin. C. de Epiſc.* & *cler.* [c] *c. cæterùm,* & *c. ult. extra de juram. calum.* Gilhauſen. *in arbor. civil. c.5. ramuſc.8. fol.194. n.15.*

15 Quòd ſi Actor de calumnia jusjurandum præſtare recuſet, ab inſtituta actione cadit. Reus ſi dare illud neget, pro confeſſo habetur.[a] Contumaciam tamen procuratoris domino non nocere benignius eſt.[b]

[a] *l. ſi non fuerit 37 ff. de jurejur. l.2. §. quod ſi actor* & *§. ſeq. juncta Auth. principalis, §. ſi quis autē Cod. de jurejur. propter calumn. cap. ult. in fin extra de jurā. calum.* Fürſtl. Würtemb. Landrecht/ *part.1. pag.87.* Chriſtinæ. *vol.2. deciſ.147.* Ruland. *dict. loc. n.14.* [b] Geil. *1. obſervat. 89. n.5.*

16 Non tamen ipſo jure iſthæc pœna committi, ſed ad eam ſententia requiri videtur.[a] Contra heredem tamen jurantis non tranſit.[b]

[a] *per l.2. §. quod ſi 6. Cod. de jurejur. propter calum.* Geil. *dict. obſerv.86.* [b] *per l. ejus qui delatorem 29.* & *ibi Bart. n.1. ff. de jure Fiſci,* Geil. *dict. obſerv.8 num.6.* & 7.

17 Sequitur iuramentum malitiæ, der End Boßheit zu vermeiden. Jure Juſtinianeo licet incognitum ſit malitiæ iuramentū, ſi nomen ſpectes: attamen quod iure Canonico[a] ac interpretibus,[b] & iudiciorum moribus[c] eſt iuramentum malitiæ, id ſcripto civili iure ſimpliciter calūmniæ iuſiurandum dicitur[d] quod variis ex cauſis datur. Nam is qui iuſiurandum defert adverſario, iurat, ſe id non calumniandi animo deferre:[e] qui poſtulat ſibi copiam fieri inſpiciendarum & deſcribendarum tabularum teſtamenti, itidem

itidem de calumnia jurat: [f] ut & qui petit comparationem fieri literarum: [g] qui ſatisdandi cauſa in municipium vocat: [h] qui novum opus nunciat: [i] qui petit inſtrumentum exhiberi, quod falſum dicat, etſi fides ejus adprobata jam ſemel fuerit: [k] qui argentarias rationes ſibi edi poſtulat, [l] vel caveri ſibi damni infecti nomine: [m] qui item deſiderat, ut ſibi theſaurum ſuum, qui eſt in alieno fundo, poſſidere liceat: [n] qui poſt depoſitiones teſtium publicatas in eorum perſonas quid objicere voluerit: [o] qui vltra tertiam productionem teſtium denuò producere teſtes cupit: [p] & qui ultra dilationem tertiam etiam quartam deſiderat. [q]

[a] *c.2. §.ult.tit.de juram.calum.c.præſentium 31.extra,de teſtib.* [b] *Speculat.lib.2.tit de juramento calum.§.1.num.6.* [c] Reyſ.Cammergerichts Ordnung/ *part.1.tit.74.* Fürſtlich Würtemb. Hoffgerichts Ordnung *part.1.pag.26.tit.* Der Eyd Boßheit zu vermeiden. [d] Cujac. *ad c.pen.extra,de juram. calum.* [e] *l. jusiurandum 34. §. qui jusiurandum. 4. & l.ſi non 37.ff. de jurejur.l.delata 9.C.de rebus cred.l.ult.C.de fideicommiſſ.l. Marcellus 11. §.1.ff. rerum amotarum.* [f] *l.pen.C.quemadmodum teſtam.aper.* [g] *Novell.73.cap.7.* [h] *l.de die 8. §.jubetur,ff.qui ſatisd.cog.* [i] *l.de pupillo 5.§.qui opus 14.ff. de operis novi nunc.* [k] *l.ultim.Cod.de fide inſtrum.* [l] *l.ſi quis 6.§.exigitur 2.& l.quædam 9.§.penult.ff. de edendo.* [m] *l.qui bona 13.§.qui damni 3.ff. de damno infecto.* [n] *l.theſaurus 15.ff.ad exhib.* [o] *c.præſentium.31.extra de teſtibus,* [p] *cap.in cauſis 15.& c.penult.extra,dict.tit.Novell.90.cap.4.& Auth. At qui ſemel, Cod. de probat.* [q] *argum. textuum proximè adductorum,* Lanfranc.*ad c.ip.quoniam, extra de prob.it.c.2. num.11.* Geil.*1. obſervat.87,num.3.*Mynſing.*cent.1.obſervat.73.*Græværus.*pract.concluſ.lib.1.concluſ.87.conſid.1.num.7.*Iacob.Schultes.*obſervat.forenſ.55.num.4,& obſ.56.nu.15.* Menoch.*de præſumpt.libr.1.quæſt.85.nu.1.& 2.*

Formula autem hujus juriſiurandi juraturo talis prælegi ſolet: Ihr ſollen ein Eyd ſchwören/ wo fern ſolches von euch mit gutem Gewiſſen geſchehen mag/ daß von euch das jenig/ ſo jhr fürbringen vnd begehren/ nicht auſſer gefährlichen vnd böſem Fürſatz/ noch zu Verlängerung/ ſondern allein zu erheiſchender Notturfft der Sachen geſchehe. 18

Fürſtl. Würt. Landrecht *pag.88.in pr.* Hoffgerichts Ordnung/ *pag.26.in fin. & pag.ſeq.* In ordinatione Camer.Imper. ferè ſimilis præſcribitur formula *part.1. titul.74.* Ayrer.*in proceſſ. Iur.fol.m.126.*Gilhauſ.*in arbor.civil.c.5.ramuſc.9.num.2.*

A patronis liberti, & à parentibus liberi juramentum hujuſmodi exigere non poſſunt: [a] ut nec à domino feudi Vaſallus, aut à vaſallo dominus. [b] 19

[a] *l.licet 7.ff.de obſequiis parent.& patr.præſt.l.ſi patronus 16.ff. de jurejurando,l. de die 8.§.pen.ff.qui ſatisd.cog.l.qui bona 13.§.ſed ſi ejus,ff.de damno inf.* Quibus locis nihil obſtare,ſed magnoperè conſentire textum *in l.jusiurandum 34. §. qui jusiurandum,4 .verſ. hoc jusjurandum,ff.de jurejur.*oſtendemus,& quidem longè aliâ ratione,quàm interpretes variè ſcil.abſque textus Florent.correctione. vide Cujac.9.*obſerv.37.* & Donell. *in comm,ad tit.ff. de jurejur.c.13.n.2.* [b] *tit.33.§.in quibus,lib.2.Feud.* Quod feudale placitum in vaſallo improbat Donell.*d.c.13.nu.4.*

Pœna non jurantis de malitia, ſive hujuſmodi calumniâ licet nonnullis arbitraria videatur; verior tamen Socini apparet ſententia (quam etiam Camera Imper. ſequitur) exiſtimantis, quòd recuſans jurare pro confeſſo habeatur, reſpectu illius articuli, ſuper quo de malitia jurari petitur. 20

Digitized by Google

Geil.1.*obſerv.ar.87.num.1.& 2.* Facit *l.ult. §.ſin autem reus 7.C. de jurejur. propter calum. cap. ult. tit. de confeſſis, in 6. l. Sancimus 15. in princ. ibi, Non alter ei, & c. C. de judic.* Videatur Setſer. *de jurament. lib.3.cap.8.num.16.& ſeq.*

21 Quod attinet dandorum & reſpondendorum iuramentum, eſt & illud de veritate dicenda: ac dicimus dandorum iuramentum eſſe, quo pars illa, quæ ad eliciendam adverſarii confeſſionem, vt ab onere probandi releve-tur, poſitiones edidit, confirmare cogitur, veros eſſe, quos exhibet articulos, quo ad proprium factum: cæteros autem de facto alieno conceptos ſe veros & probabiles credere.

c. præſentium 2. tit. de teſtib. & atteſtat. in 6. Geil.1.*obſerv.* 79. Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung/ *part.3. tit.* 10. Forma hujus jurisjurandi dandorum parti ponenti ſolet talis prælegi: Ihr ſollen ein Eyd zu Gott ſchwören (*Vel ſi procurator partis eſt:* Ihr als Anwald werdent ſchwören ein Eyd zu Gott: *Vel, ut in quibusdam judicijs,* in ewer ſelbſt vnd ewers Principals Seel ſchwören) daß die *poſitiones* vnd Articul / die jhr in dieſer Sach vbergeben/ ſo viel derſelben ewer (*Vel ſi procurator.* ewers Principals) eigen Geſchicht oder Handlung belangend/ wahr/ ſo viel aber von frembder vnd anderer Geſchicht oder Handlung geſetzt / daß jhr dieſelben wahr vnd beweißlich ſein glauben. Keyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part.1.tit. 69.& ſeq.* Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung *part.1.pag.27.in fine & pag. ſeq.*

22 Iuramentum reſpondendorum eſt, quo ponentis adverſarius confirmat, ſe ad articulos exhibitos & quidem ſingulos, quatenus de iure reſponſales ſunt, per verbum credo, vel non credo, veritatem fateri ſine fraude velle.

d. c. 2. tit. de teſtib. & atteſtat. in 6. Geil. *d. obſerv.* 79. *num. ult. & obſerv.* 82. *Forma illius talis eſt:* Ihr werden ſchwören einen Eyd zu Gott daß jhr auff deß Widertheils einbracht vnd zugelaſſen *poſition* vnd Articul vnd jedem beſondern/ die Warheit antworten wöllen/ ob jhr die glaubt/ oder nicht glaubt/ ohn alle Gefährd c. Keyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 71. & ſeq.* Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung/ *part. 1. pag. 28. in fine.* Procuratori vero talis prælegitur forma: Ihr als Anwald ſollent bey ewerm Eyd / den jhr jetzund thun werdent/ zu den Articuln/ durch ewern Widertheil in dieſer Sachen einbracht vnd euch vbergeben/ vermittelſt dieſer Wort/ daß jhr glaubt/ die ſelbe wahr oder nicht wahr ſeyn/ antworten alle gefährde außgeſchloſſen. Keyſerl. Cammergerichts Ordnung/ *part. 1. tit. 73.* Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung/ *part. 1. pag. 29. in princ.* ubi tamen additur, ut procurator in ſuam & principalis animam juret. Eatenus tamen procurator ad dandorum & reſpondendorum juramentum admittitur, quatenus ſpecialiter a principali parte mandatum habuerit. Cacheranus *deciſione* 113.

23 Sed quæritur, an præſtito de calumnia iuramento, hoc dandorum & reſpondendorum iuſiurandum exigi nihilominus poſſit? Nos adfirmamus.

Tum propter generalem *textum in cap. 2. tit. de teſtibus & atteſtat. in 6.* Tum quia de calumnia juſiurandum hoc dandorum & reſpondendorum ſub ſe non continet: Tum etiam quia in ordinatione Cameræ Imperialis diverſæ proponuntur formulæ illius & hujus jurisjurandi. Olim tamen juramentum hoc præſtari ſolitum non fuiſſe indicat commentarius in ordinationem Cameræ Imper. *ad tit. 69. Et* Schvvanmannus *in proceſſu Cameræ Imper. lib. 1. cap. 45.*

24 Quod ſi ponens iuramentum dandorum præſtare neget, neq adverſarius reſpondendorum Sacramentum ſubire cogitur.

Argum. cap. non licet. tit. de reg. juris in 6. Bald. *ad cap. in pertractandis 3. extr. de juram. calum.*

lum. & *ad l. judices* 9. *C. de judic. comment. ad tit.* 69. *part.* 1. ord. Cam. Imp. *ſed de poſitionibus* & *ad eas reſponſionibus infr. ſuo loco plenè dicetur.*

Succedit iuſiurandum rei controverſæ probatorium, cuiuſmodi eſt, tùm iuramentum teſtimonii veri, & iuramentum purgationis: Tùm iuramentum voluntarium, iudiciale, & neceſſarium: Tùm iuſiurandum in litem: Tùm etiam iuramentum, quo expenſæ litis, & interdum quid aliud probatur. 25

Juramentum teſtimonii veri eſt, quo teſtes priuſquàm teſtimonium dicant, ad veritatem dicendam adſtringuntur. 26

l. Iuriſiurandi 9. *C. de teſtib. cap. teſtimonium, extr. d. t.* Hujus juriſiurandi formula talis eſt. Ihr ſollend ſchwören einen End zu Gott/daß ihr auff die Arṫicul im Recht zugelaſſen/und in der gantzen Sachen zwiſchen N. N. wöllend ſagen vor beyder Partenen/keiner zu lieb noch zu leyd/die Warheit/ſo euch darvon wiſſend/ihr beſinnet und gefragt werdent zuſagen/und das nicht laſſen/umb einige Geſchenck/ Gab/ Nutz/ Gunſt/ Haß/ Freundſchafft/ Forcht oder anders / wie Menſchen Sinn das erdencken möchten/ ohne gefährde. Keyſ. Cammergerichts-Ordnung/ *part.* 1. *t.* 77. Similis forma præſcribitur jure VVirtembergico *part.* 1. *tit.* der Zeugen End. *pag.* 99.

Purgationis iuramentum eſt, quo Reus ab actore non convictus, ſui purgandi causâ, iudice poſtulante, iurat rem ita ſe habere, ut dicit. 27

Ioachimus à Beuſt. *ad Rubr. ff. de iurejur. numer.* 195. & *ad l. admonendi* 31. *numer.* 143. & *ſeq. ff. dict. tit.* Donell. *in commentar. ad eundem tit. cap.* 2. *in princip. pag.* 264. Camill. Borell. *in summ. deciſ. volum.* 1. *tit.* 53. Dn. Berlich. *tom.* 1. *concluſ.* 37. Heig. *lib.* 1. *quæſt.* 40. Speckhan. *cent.* 3. *claſſ.* 4. *quæſt.* 6.

Huic iuramento locus eſt, cùm in debitoris cuiuſdam bona creditor ex iudicis decreto mittitur, & debitoris res quaſdam apud alium depoſitas, vel ei commodatas eſſe ſola ſuſpicio eſt. Tunc enim hic, mandante iudice, eas res apud ſe non eſſe, iuramento confirmare tenetur. 28

l. præſenti 6. §. *ſanè intra fines, verſ. ſicubi depoſita,* & *ibi gl. in verbo conſcientia, C. de SS. Eccleſiis.* Gilhauſen. *in arbor. civil. cap.* 6. *part.* 6.

Eſt item huic iuramento locus, quando litigator in exordio litis adfirmat, ſe patrocinii cauſa alicui quid dediſſe, aut promiſiſſe; id autem non probat. Hoc enim caſu is, cui quid datum vel cautum dicitur, iuramento ſe purgare cogitur. 29

Novell. 114. *cap.* 2. & *Auth. Novo jure, C. de pœna judicis qui malè judicet.*

Præſtat item hoc iuſiurandum creditor, qui impetrato iure dominii in hypotheca ſua, hanc vendidit, ſed dubitatio exoritur de pretio rei venditæ, iuſtumne illud ſit, vel nimis vile. Jurat enim hoc caſu creditor, quod nullâ machinatione vel circumſcriptione uſus ſit: ſed tanti vendiderit rem, quanti potuerit venire. 30

l. ult. §. *ſin autē dubitatio, ubi gloſſ. in verbo, religionem C. de jure dominij impetrand.* Speckhan. *cent.* 3. *claſſ.* 4. *quæſt.* 6.

Similiter is, qui inſtrumentum aliquod contra alium protulit, ſuamque cauſam probavit, poſteà autem adverſario falſum illud inſtrumentum eſſe probare volente, & hoc nomine Sacramētum præſtante, iuſſus illud edere, adfirmat id ſe ampliùs non habere, & quidem ſine ullo ſuo dolo, non, niſi purgationis iureiurando dato, dimittendus erit. 31

l. cùm

Digitized by Google

l.cùm quidam 21.Verſ.ſin autem,C.de fide inſtrument.

32 Æque locum habet juſiurandum hoc,ſi,facto inventario ab herede, defuncti creditores, legatarii vel fideicommiſſarii majorem putaverint eſſe ſubſtantiam defuncti, quàm inventario ſit deſcripta, id autem legitimis modis probare nequeant. Tunc enim heres hoc jurejurando conſcientiam ſuam liberare cogitur, vt plures res in hereditate non eſſe juret.

l.ult.§.licentia,& ibi gl.in Verbo illius,C.de jure deliberandi. Maſcard.*de probat.Volum.2. concl.*852.*nu.*14.Sichard.*ad d.l.ult.§.licentia,nu.*6.*C.de jure delib.*

33 Eſt quoq; hujus juriſiurandi uſus in cauſa fractæ pácis. Reus enim delicti hujus, non probata vi & damno illato, præſumptione & famâ publicâ gravatus hoc juramento ſe purgare tenetur.

Reichs Abſchied zu Wormbs *de Anno* 1521. *Rubr.* wann die Thäter deß Friedbruchs nicht offenbar/vnd deß jemands verdacht were/*pag.*133.*Item,*Reichs Abſchied zu Augſpurg *de Anno* 1548.*Rubric.*wie gegen denen/die deß Friedbruchs/*ic.pag.*46. vide Geil.2.*de pace publ.c.*7.

34 Et licet accuſatus fractæ pacis probationibus convictus non ſit: attamen ſine proceſſu novo, propter diffamationem & alia judicia, ei juſiurandum hoc deferri poteſt.

Per text.in c.ſi quis de gradu 4 *& ibi Innocent.& c.ſeq. ubi idem* Innoc. & Hoſtienſis,*ext. de purgat.Canon.*Mynſ.*cen.*2.*obſer.*87.

35 Denique Dd. communiter tradunt, quod juſiurandum hoc omni caſu Judex deferre poſſit,quo actor vel accuſator aliqualiter non ſemiplenè intentionem ſuam implevit, ita ut veriſimilibus conjecturis & præſumptionibus gravatus ſit Reus.

Ioachim.à Beuſt.*ad Rubr.ff.de jurejur.nu.*195.*& l.*3.*n.*54.*& ad d.l.admonendi,*31.*n.*143.*& ſeq.ff.eod.*Mynſing.*d.cent.*2.*obſer.*87.Geil.2.*obſ.*106.*n.*5.Et facit textus in *cap.Vlt.§.Vlt.ext. de jurejur.& d.c.ſi quis de gradu,ext.de purgat.Canon.* At diſſentit Donell.*in comment.ad tit. de jurejur.cap.*2.*in princ.pag.*264.

36 Cæterùm quæſtionis eſt, an poſt obtentam purgationem Reus accuſari denuò poſſit,nec ne? Alii adfirmant,alii negant. [a] Adfirmantium [b] ſententiam ſequimur. [c]

[a] Lanfranc.*ad d.l.admonendi* 31.*n.*31 Et ibid.Ioach.à Beuſt.*n.*147.*ff.de jurejur.* [b] Mynſing *cent.*2.*obſ.*82.Donell.*in comm.ad tit.de jurejur.cap.*2.*in pr.per text.in Auth.Novo jure Cod.de pœna jud.qui male jud.& in d.l.admonendi* 31.*ff.de jurejur.*

37 Nunc de jurejurando voluntario,judiciali,& neceſſario.[a] Voluntarium & iudiciale iuſiurandum ab una parte litigante defertur alteri ex conventione, [b] vt conventionale utrumq; non ineptè dicatur.Et quia ex conventione,idcircò Cujac.& Balduinus [c] utrumq, voluntarium appellant iuſiurandum. Quod non reprehendimus; modò voluntarium viciſſim dividatur in voluntarium ita ſpecialiter dictum,& judiciale. [d]

[a] Has tres ſpecies habet *Rubr.ff.de jurejur.*vide Donell. *in comment.ad eundem tit. cap* 16. *n.*1.*&* 2. Tùm etiam Ferrar.*in forma reſponſionis Rei conventi,in Verb.juſiurandi, num.*2. [b] *l. juſiurandum quod* 17.*in princip.l.ſed etſi ſervus* 25. *in fin. & l.ſeq.§.ult.ff.de jurejur.* Cujac.*in parat.ff.eod.& libr.*4.*de Feud.*36. [c] Balduin. *in Iuſtinianо ſuo pag.* 130. [d] Eſt enim alia conditio juriſiurandi voluntarii,alia judicialis, *d.l.jusjurandum* 17. *in princip.juncta l.juſiurandum* 34.*§.datur autem,& l.manifeſta* 38.*ff. de jurejurando.* Gilhauſ.*in arbor.civil.cap.*6.*part.*6.*§.*[illegible]*num.*13.

In utro-

In utroq; hoc jureiurando ſpectamus tùm communia utriuſque: tùm etiam formam & effectum cuiuſq;. Communia autem vtriuſq; juriſiurandi, præter conventionem, ſunt tùm perſonæ, quæ deferre, & quibus deferri poteſt: tùm cauſæ, in quibus dilatio illius juriſiurãdi fieri poteſt: tùm etiam juſiurandum de calumnia, & remiſſio juriſiurandi. 38

Perſonæ omnes deferre hoc utrumq; juſiurandum liberè poſſunt; exceptis infantibus, [a] pupillis, [b] minoribus, prodigis, [c] furioſis, [d] mente captis, [e] qui omnes non niſi tutore vel curatore ſuo, quem habent, conſentiente, rectè illud deferunt. [f] 39

[a] §. pupillus, I. de inutel. ſtip. l. qui juraſſe 26. in princ. ff. de jurejur. [b] d. l. juſiurandum quod 17. §. 1. & l. juſiurandi 32. ff. d. t. [c] l. 3. C. de in integr. reſtit. min. & l. tutor pupilli 35. §. 1. ff. de jurejur. Donell. *in comment. ad tit. de jurejur. c. 4. n. 3. [d] d. l. tutor pupilli 35. §. 1. ff. d. t. & l. in negotiis 5. ff. de R. Iur. §. furioſi, Inſt. de curat. & d. §. pupillus, Inſtit. de inutil. ſtip. [e] §. ſed de mente, Inſt. de curat. & d. l. tutor pupilli 35. §. 1. ff. de jurejur. [f] d. l. juſiurandum 17. §. 1. ff. d. t. l. 1. §. 1. ff. Quarum rerum act. non datur, & d. l. 3. C. de in integr. reſt. min.*

Procurator quoq; quod detulit, ratum habendum non eſt, niſi univerſorum bonorum adminiſtrationem liberam ſuſtineat, aut ſpecialiter mãdatum hujus juriſiurandi causâ habeat, aut in rem ſuam procurator ſit. 40

d. l. juſiurandum 17. §. ult. ff. h. tit.

Syndicus item univerſitatis cujuſdam non aliter voluntarium aut judiciale juſiurandum deferre poteſt, quàm ſi mandatum habeat ſpeciale ad præſtandum hoc iuſiurandum. 41

l. juſiurandum 34. §. 1. ff. h. t. & facit l. mandato 60. ff. de procurat. Mynſing. *cent. 4. obſ. 99.*

Tutor verò & curator, ſi aliter deficiant probationes, deferentes eiuſmodi iuſiurandum, audiendi ſunt. 42

d. l. juſiurandum 17. §. ſi tutor. & l. tutor 35. in princ. ff. h. t.

Quòd ſi minor, non habens curatorem, tale iuramentum detulerit, ipſo quidem jure amittit actionem, adverſario, nihil ſe debere, jurante: verùm læſus in integrum reſtituitur. 43

l. nã poſt e.xquã 9. §. ſi minor, ff. h. t. l. 3. C. de in integ. reſt. min. facit *l. ait prætor. 7. §. 2. ff. de min.* 44

Filius item familias in re patris, & ſervus in re domini ſui iuſiurandum hoc abſq; ſpeciali mandato non deferunt: vt nec in re peculiari; niſi liberam peculii adminiſtrationem habeant. [b]

[a] l. nec filius 7. C. de reb. cred. [b] l. ſervus 20. & duabus ſeqq. ff. eod. tit.

Cui autem defertur huiuſmodi iuſiurandum, nihil refert, cuius ſexus, ætatisve, aut conditionis ſit. [a] Nam & pupillo, ſervo, itemq; filiofam. deferri poteſt, qui ſi iuraverint, ratum juſiurandum erit. [b] 45

[a] l. qui juraſſe 26. in prin. ff. h. t. [b] l. ſervus 20. l. 21. l. 23. l. 24. & l. 25. ff. eod.

Undè ſi pater, filium dare non oportere, iuraverit, ex ſententia Caſſii & Pauli, patri & filio prodeſt iuſiurandum. 46

d. l. qui juraſſe 26. §. 1. ff. h. t.

Etſi verò pupillus delatum iuſiurandum præſtare poſſit: attamen invitus jurare non cogitur: [a] vt nec Procurator & defenſor. [b] 47

[a] l. juſiurandum 34. §. pupillo 2. ff. h. t. [b] d. l. 34. §. Procurator. 3. ff. eod.

Digitized by Google

48. Juſiurandum tamen Procuratoris vel defenſoris ei ab adverſario delatum prodeſt, exceptionemque domino parit.

l. nam poſteaquàm 9. §. iuſiurandum. 6. ff. h. t. ſed obſtare videtur *l. non ſolùm 39. §. qui alieno, 1. Verſ. neq; enim, ff. de procurat.* Vide *l. in cauſa 27. §. ult. in fin.* & *l. ſeq. ff. dict. tit.*

49 Quòd ſi litigator præſens, non procuratori vel defenſori; vel ejus domino, deferat juſiurandum, ipſemet dominus illud præſtare tenetur: unde hic in judicium venire ad jurandum cogitur: vel, ſi judex ita exiſtimaverit, abſens, ſub geſtorū tamen teſtificatione, præſente adverſario vel ejus Procuratore, jurat,[a] puta ſi perſona ſit egregia, aut valetudine impediatur.[b]

[a] *l. generaliter 12. §. his de præſentibus 4. C. ſi certum pet.* [b] *l. ad perſonas 15. ff. de jurejur.*

50 De alieno autem facto nemo jurare cogitur: ſed de facto tantùm proprio. Unde heres de facto defuncti non jurat.

l. Marcellus 11. §. pen. Verſ. cum iniquum. ff. rer. amot. Zaſ. *ad l. aut prætor. 7. circa fin. ff. h. t.* & facit *c. Veritas. extr. eod. tit.*

51 Cauſæ, in quibus locum habet hoc juſiurandum, ſunt actiones civiles, etiam populares;[a] non accuſationes.[b]

[a] *l. 3. §. 1. & 2. l. ſi duo 13. l. eum 30. §. in popularibus, & §. penult. ff. de jurejurand.* [b] *l. ultim. Cod. de probat. Paulus 2. ſentent. tit. 1. in princ.* ubi Cujac. Duaren. *ad hunc tit. de jurejur. cap. 9.* Beuſt. *ad l. 3. num. 50. & ſeqq. ff. hoc tit.* Geyl. 1. *obſerv. 108. nu. 12.* VVeſemb. *in paratit. ff. de jurejur. num. 10.* Sed obſtare videtur *l. furti 6. §. ſed etſi 4. ff. de his qui not. infam.* & *d. l. eum qui 30. §. in popularib. ibi, publicam actionem. ff. de jurejur.*

52 In cauſa matrimonii defertur hoc juſiurandum pro matrimonio: non contra illud.

Per cap. lator. extr. de re jud. c. ult. in fin. extr. de tranſact. & *cap. fraternitatis, extr. de frigid. & malefic.* Ioachim. à Beuſt. *ad l. 3. num. 63. & ſeqq. ff. hoc tit.* Covarruv. *in epitom. in lib. 4. Decretal. part. 1. cap. 4. § 1. nu. 5.* Gayl. 2. *obſervat. 94. num. 13. & ſeq.*

53 Eſt & illud, ut ſupra dictum, cum utroq; hoc jurejurando commune, quòd à deferente juſiurandum de calumnia exigi poteſt:[a] quodq; deferens ei, cui detulit iuſiurandum, remittere illud poteſt, contentus voluntate ſuſcepti iuriſiurandi.[b]

[a] *l. delata 9. C. de reb. cred. l. jusjurandum 34. §. qui jusjurandum 4.* & *l. ſi non fuerit 37. ff. de jurejur.* [b] *l. 5. in fin.* & *l. ſeq. l. nam poſteaquam. 9.* & *l. juriſjurandi. 31.* & *d. l. ſi non fuerit 37. ff. h. tit.*

54 Quòd ſi ad tempus delatum ſit iuſiurandum conventionale, deferens ex iuſta cauſa, veluti repertis inſtrumentis, revocare illud poteſt: ſed uſque ad ſententiam definitivam, ut & poſt hanc ſententiam, provocatione tamen ſuſpenſam: revocatum verò amplius deferri non poteſt.

l. ſi quis 11. C. de rebus creditis.

55 Inſpiciamus formam & effectum iuriſiurandi conventionalis. Voluntarii iuriſiurandi forma eſt, quòd extra iudicium defertur, & referri deferenti nequit:

l. quod ex conventione 17. in pr. & *l. in duobus 28. §. fin. ff. tit.*

56 Forma iuriſiurandi iudicialis eſt, quod in iudicio, adprobante illud iudice,

Digitized by Google

dice, pars parti defert, [a] idq́; deferenti referri poteſt, [b] niſi cauſa ſit famoſa, [c] aut rerum amotarum actio. [d]

[a] *l. generaliter 12. §. 1. ff. de rebus cred.* Ferrar. *in forma reſponſionis rei conventi: in verb. jurisjurandi. nu. 3. verſ. judiciale.* v. Donell. *in com. iur. de jureſjur. c. 6. nu. 1. & 2.* Balduin. *in Juſtin. pag.* 130. & Cujac. *in parat. ff. hoc tit. & in commentar. in lib. 18. Pauli ad edict. pag.* 237. judiciale definiunt juſiurandum, quod judex defert. Sed perperam. Hoc juſiurandum in judicio Ducatus VVirttemberg. ſupremo unus litigator alteri deferebat, & cui delatum erat, præſtito priùs à deferente juramento calumniæ, *jurabat. Anno* 1590. 18. *Iunij, in cauſa adpellationis* von Calw. [b] *l. iusjurandum 34. §. datur 7. & l. manifeſtæ 38. ff. h. t. l. penult. §. 1. C. de reb. cred.* [c] *c. ult. in pr. extr. de jureſjur. & l. non magis 12. ff. rer. amot.* [d] *l. Marcellus 11. §. ult. & l. ſeq. ff. d. t.* Camill. Borell. *tom. 1. deciſ. tit.* 55.

Qui refert juſiurandum de calumnia jurare non cogitur; quia non eſt ferendus actor, ſi conditionis nomine, quam ipſe detulit, de calumnia velit ſibi iurari. 57

l. jusjurandum 34. §. datur autem 7. ff. de jurejurando.

Quod attinet effectum juriſiurandi, voluntarium iuſiurandum cùm ex numero eſſe videatur novandi, delegandive, [a] item pro pacto convento, pro ſolutione, pro acceptilatione, & pro iudicio cedat. [b] Quin etiam ſpeciem tranſactionis contineat, majoremque habeat autoritatem, quàm res iudicata, [c] certè & perimit, [d] & parit [e] actionem, tùm etiam exceptionem. [f] 58

[a] *l. qui juraſſe 26. §. ultim. ff. hoc tit.* [b] *l. jusjurandum 27. & l. 28. l. tutor. 35. §. 1. l. jusiurandum 40. & l. ultim. verſ. nam ſi. & verſ. ultim. ff. eodem.* [c] *l. 2. ff. hoc t.* [d] *l. ait, prætor 7. l. nam poſteaquam 9. in princ. l. eum qui 30. §. in popularibus. 3. ibi, conſumit publicam actionem. l. ſi non fuerit. 37. ibi, denegari ei actio. ff. hoc tit.* [e] *dict. l. nam 9. §. 1. §. penultim. & ultim. l. ſed ſi 11. §. 1. §. 2. & §. ultim. l. ſi duo 13. §. 1. §. Si quis 3. §. Marcellus 5. l. quidam 22. & l. etſi 25. l. in duobus 28. §. penultim. & ultim. & l. ſeq. l. eum qui 30. in princ. ff. hoc tit. l. actori 8. C. de rebus credit. & §. item ſi qui poſtulante. I. de action.* [f] *l. 3. §. 1. l. nam 9. in princip. & §. ſi minor. 4. & §. ſequent. & §. penultim. l. ſed etſi 11. in princip. & §. ultim. l. ſi duo 13. §. 2. l. jusiur. 17. §. 1. l. ſi ſervus 23. l. ſed etſi ſervus 25. & l. ſequent. §. 1. l. in duobus 28. §. exceptio. §. colonus 7. & §. ſequent. l. igitur. l. ſi actor 36. l. ſi quis 39. & l. jusiurandum 40. & l. ultim. ff. hoc tit. & §. æquè ſi debitor. I. de exception.*

Actionem perimit hoc iuſiurandum, ſi deferente actore iuraverit Reus, non debere, modò non ambigatur de hoc jureiurando. 59

Per text. adſcriptos ad theſ. præced. ſub lit. D.

Parit actionem hoc juſiurandum, ſi actor deferente Reo iuraverit, ſibi dari oportere; vel rem ſuam eſſe. [a] Eaque utilis adpellatur actio, [b] item actio in factum. [c] 60

[a] *per textus adpoſitos theſ. 58. ſub lit. e.* [b] *l. ſed ſi 11. §. ultim. l. ſi duo. 13. §. 1. & §. penult. & l. quod ſi 29. ff. hoc tit.* [c] *dict. l. ſed ſi 11. §. 1. ff. eodem, & d. l. actori 8. de rebus credit.* Quod etiam Iuſtinianus Imperator per verbum, accommodat, innuit in *§. ſi quis poſtulante. ff. de action.*

Et licet hæc actio eadem ſit, quam actor etiam ſine jureiurando ſibi cõpetere intendit: [a] attamen quia formatur & procuditur ea iureiurando, ex 61

ipſo jurejurando dari, [b] & juſiurandum eam parere, [c] item inducere [d] dicitur, atq; ex jurejurando novam induit ea actio naturam, ſiquidem ex temporaria fiat perpetua, [e] & utilis ac in factum actio, ut antea monuimus, dicatur, & ſit Prætoria. [f]

[a] *l. ſi duo 13. §. ſi quis juraverit 2. & §. Marcellus. l. poſteaquam 9. §. ſi damnetur. & §. ſeq. & penult. & ultim. ff. de jurejur. l. ſed etſi 7. §. ſi petenti 7. ff. de public. in rem act.* [b] *l. ſed ſi 11. §. item ſi 2. in fin. juncta l. nam poſteaquam 9. §. ultim. ff. de jurejur.* Cujac. *in parat. Cod. de rebus credit. & jurejur.* [c] *dict. l. nam poſteaquam 9. §. penult. ff. d. tit.* [d] *l. in duobus 28. §. ult. ff. eod.* [e] *dict. l. nam 28. §. ſi is qui 3. ff. hoc tit.* [f] *§. in perſonam, verſ. item prætor. & §. item ſi quis poſtulante. Inſt. de action.*

62 Exceptionem parit hoc juſiurandum, ſi debitor, deferente creditore, juret, nihil ſe dare oportere, vel poſſeſſor, deferente petitore, juret, rem ſuam eſſe, [a] modò ambigatur, an juratum ſit. [b]

[a] *per text. in §. æquè ſi. I. de except. & in ll. adſcriptis theſ. 58. ſub lit. F.* [b] *d. l. nam poſteaquam 9. in prin. ff. h. t.* Vult. *diſc. Schol. c. 7. pag. 91. fac. 2.*

63 Prodeſt autem juramentum non juranti duntaxat: ſed & aliis. Nam quod reus juravit etiam fideiuſſori prodeſt, & contrà: ac quod alter ex reis promittendi juravit, prodeſt etiam alteri.

l. in duobus 28. §. 1. & §. ex duobus 3. ff. h. t.

64 Eſt & ille voluntarii juriſiurandi effectus, quod eo longi temporis præſcriptio interrumpitur.

l. ſi duo 13. §. Julianus 1. ff. h. t. Donell. *in comm. ad d. tit. c. 9. nu. 10.*

65 Effectus judicialis iuriſiurandi eſt, quod eo præſtito ab actore, vel ei remiſſo, iudex reum deferentem, vel referentem condemnat: vel etiam abſolvit, ſi actor juſiurandum delatum vel relatum præſtare negaverit, aut ipſemet delatum vel relatum juſiurandum præſtiterit.

l. nam 9. §. ſi damnetur 2. l. jusjurandum 34. §. ult. ff. de jurejur. Donell. *in com. ad d. t. c. 10. n. 5.* Diſſ. Weſemb. *in parat. ff. h. t. n. 9. verſ. quod ad effectum.*

66 Sententia judicis juſiurandum hoc ſi ſecuta ſit, ei, qui detulit illud, provocationis auxilium denegatur, ſive præſtiterit, ſive præſtare recuſaverit relatum ſibi juramentum.

l. pen. §. 1. & §. ſive autem 3. C. de rebus cred.

67 Is autem, cui hoc delatum eſt juſiurandum, ſi illud ſubire minimè voluerit, iudex verò id omninò præſtandum exiſtimaverit, ad ſententiã quidem procedere iudex poteſt; ab ea tamen pars illa provocandi ius habet.

d. l. pen. §. ſin autem is 2. C. de reb. cred.

68 Eſt & hic iuſiurandi conventionalis effectus, quod illud periurii prætextu retractari nequit, licet de novo inſtrumenta fuerint reperta.

l. 1. C. de rebus credit. l. admonendi 31. ff. hoc tit. & facit *dict. l. generaliter 12. §. 1. & 3. C. de rebus credit.* Cujac. 18. *obſerv. c. 35.* Donell. *in comment. in hunc. tit. c. 9. n. 7.*

69 Lege tamen ſpecialiter permittente, retractari poteſt, [a] puta ſi quis juraverit, legatum vel fideicommiſſum ſibi relictum eſſe, & poſteà ex teſtamento appareat, nihil eidem eſſe relictum. [b]

[a] *l. 1. C. de rebus credit.* [b] *l. ult. Cod. dict. tit.* Cujac. *d. lib. 18. obſervat. cap. 35.* Balduinus *in Juſtiniano pag. 344. & ſeq.* Fachinæ. *lib. 1. controverſ. cap. 23. in fine.*

Sed

Digitized by Google

Sed nunquid ex conventione partium retractari poſtea juſiurandum 70
poteſt, puta ſi in ipſa jurisjurandi delatione ita convenerit inter partes, ut, ſi jurantem pejeraſſe pateret, retractandi jurisjurandi poteſtas eſſet? Cum Donello [a] id affirmamus. [b]

[a] *in comm. ad hunc tit. ff. de jurejur. cap. 9. nu. 1.* [b] *per text. in d. l. 1. in fin. Cod. de rebus credit.* In qua lege exceptio, ad finem propoſita, intelligi non poteſt de exceptione, quæ eſt *in l. ult. C. dict. tit. Niſi cum Cujac. d. lib. 18. obſervat. cap. 35. dicere velimus, ultima dict. l. 1. verba non eſſe Antonini Imp. ſed compilatorum juris, ex dict. l. ult. adſcripta d. l. 1. At licet dicamus, à compilatoribus adſuta iſthac eſſe verba legi illi 1. ex d. l. ult. Attamen cauſam videmus nullam, cur iſthæc conventio rata ac utilis eſſe non poſſit, maximè cùm ad perjurij, quod delictum eſt, relationem pertineat.*

Videndum de iureiurando neceſſario. Neceſſarium juſiurandum eſt, 71
quod in cauſis, ob probationum inopiam dubiis, judex cauſa cognita, alterutri litigatorum defert.

l. admonendi 31. ff. de jurejur. l. 3. C. de rebus credit. Duaren. *ad hunc tit. ff. de jurejur. c. 30.* & Donell. *ad dict. tit. cap. 2.* Ioachim. à Beuſt. *ad d. l. admonendi. nu. 157. & ſeqq.*

Quando autem ob probationum inopiam dubia dicatur cauſa, Dd. variant. 72
Communiter ſentiunt, tunc eſſe cauſam dubiam, cum actor ſemiplenè ſuam intentionem probavit, puta per unum teſtem, omni exceptione majorem, & qui verè & neceſſariò concludat, non præſumptivè; vel cum per privatam probavit ſcripturam.

Mynſing. *cent. 1. obſerv. cent. 4. obſerv. 12. circa fin.* Henning Gœden. *conſil. 52. num. 8.* Gayl. *1. obſerv. 108. nu. 11. 12. & ſeq.* Beuſt. *ad rubr. ff. h. t. n. 109. & ſeqq. n. 122. & ſeqq. vide quoq;* Alex. *conſil. 53. vol. 1.*

Verum quantumvis hæc opinio vſu recepta videatur, eam tamen ſine 73
aliis adminiculis vix defendi poſſe juris autoritas arguit.

Per l. jurisjurandi 9. §. 1. C. de teſtib. & l. maritus 20. ff. de quæſtion. c. ultim. in fin. extr. de jurejur.

Duarenus, [a] itemque Donellus, [b] dubiam hic appellant cauſam & ino- 74
pia probationum laborantem, cum par ſive plena vtriuſq; probatio eſt, ut judex dubitet, utram ſequi partem debeat. Atqui opinio hæc minùs ferenda videtur. [c]

[a] *in comment. ad tit. ff. de jurejur. cap. 30. & lib. 2. diſput. anniverſ. cap. 33.* [b] *in comment. ad eundem tit. cap. 11.* [c] Nam in pari cauſa & conditione litigantium, ut ſi pariter probent, reus abſolvendus eſt, ut cujus cauſa favorabilior eſt, quam actoris, *c. ex literis. extr. de probat. l. favorabiliores, ff. de regulis juris, l. inter pares 38. ff. de judic. confert huc l. 2. Cod. de condict. ob turp. cauſ. & l. ult. ff. de condict. ſine cauſa.* Mynſinger. *reſponſ. 60. num. 11. Decad. 6.* vide Fachin. *lib. 1. controv. cap. 18.*

Cuiacius [d] verò exiſtimat, judicis diſquiſitione & arbitrio contineri, 75
quando ob probationum inopiam cauſa litigantium dubia ſit. Atq; hanc ſententiam judicio quoq; Dd. communem opinionem amplectentium, [e] veram putamus. [f]

[d] *Ad Novell. 73. de inſtrument. & libr. 4. de feud. tit. 36.* [e] ut enim huic juramento, quod neceſſarium & ſuppletorium dicimus, locus ſit, certas conditiones deſiderant. I. Vt ſemiplenè probatum ſit per unum teſtem, omni exceptione majorem, & verè ſive neceſſariò concludentem, vel per ſcripturam privatam. II. Vt cui defertur parti, ſciat veriſimiliter veri-

Digitized by Google

tem per ſenſum corporeum. III. Ut is, cui defertur, ſit honeſta perſona, & integræ vitæ. IV. Ut cauſa non ſit ardua, vel criminalis: ſed juxta conditionem perſonarum modica & civilis. V. Ut ſemiplena illa probatio aliquâ præſumptione dilui aut elevari non poſſit. VI. Ut tale juramentum ſit petitum, antequam concluſum fuerit in cauſa. Beuſt. *ad rubric. ff. de jurejur. num.* 100. *& ſeqq.* VII. Ut alia ordinaria probatio deſit, Mynſinger. *cent.* 1. *obſervat.* 68. Gayl. 1. *obſervat.* 108. *num.* 11. 12. *& ſeq.*[f] per *l.* 3. *ibi, cauſa cognita, C. de rebus cred. & c. ultim. §. ultim. extra de jurejur.* Cæterùm an hoc jusjurandum deferri poſſit in cauſa matrimoniali, vide totum *conſil.* 74. Hieronymi Schurffii *cent.* 2. Utrùm in criminali cauſa deferri poſſit, mirificè variant Dd. Negata ſententia nobis placet, vide Fachin. 1. *controv. c.* 15.

76 Quærunt autem Dd. [a] poſſit ne iudex hoc iusiurandum ex officio deferre, etiamſi à parte exactum non fuerit? Nos id omninò incumbere officio iudicis dicimus. [b]

[a] Hennig. Gœden *conſ.* 52. *num.* 10. & alii, quos citat Fachin. *lib.* 1. *cap.* 16. [b] *per text. in c. ult. §. ult. extra. de jurejur. can. judicantem* 30. *quæſt.* 5. *c. cum cauſam, extra de teſtib. l. judices* 9. *C. de judic.* Gayl. 1. *obſerv.* 108. Fachin. *d. c.* 16. *&* 17. *verſ. quod attinet ad alteram.*

77 Eſt & illud controverſi iuris, an iusiurandum hoc iudex etiam poſt concluſionem cauſæ parti deferre poſſit? Aientem ſententiam probamus.

per text. adſcript. theſ. præced. ſub lit. B. Gayl. 1. *obſervat. d. obſ.* 108. *num.* 45. *& ſeq.* Fachin. 1. *controv. c.* 17.

78 Non minùs & hoc in dubium vocatur, cui ex litigatoribus iusiurandum hoc deferri debeat? [a] Nos, ex arbitrio iudicis, vel ius iurandum hoc actori deferendum eſſe, vel reo purgationis iuramentum exiſtimamus. [b]

[a] vide Fachin. 1. *controv. cap.* 18. [b] *c. ult. §. fin. extra. hoc tit. l. admonendi* 31. *ibi, à judice aliquis abſolutus fuerit, ff. hoc tit.* vide Fachin. *d. cap.* 18. *&c.* Fürſtl. Würtemb. Landrecht/ *pag.* 115.

79 Cui autem delatum eſt à iudice hoc iusiurandum, ab ea delatione appellare poteſt.

Per text. in l. 12. *§. ſin autem,* 2. *C. de reb. cred.* Mynſ. *cent.* 1. *obſ.* 39. *& centur.* 2. *obſerv.* 14. vide Donell. *in comm. ad h. t. ff. c.* 12. *& ſeq.*

80 Et licet pars, cui delatum eſt hoc iuramentum, poſt 10. dies primùm parata ſit iurare: attamen adverſa pars ab iſthac iudicis interlocutoria adhuc provocare poteſt.

Mynſing. *cent.* 1. *obſerv.* 39. idque ſenſerunt etiam Domini Adſeſſores ſupremæ Curiæ Wirtemb. *Anno* 1590. *die* 3. *Decemb. in cauſa adpellationis* von Aurach.

81 Similiter adpellari poteſt à ſententia, quam ex dato hoc iureiurando iudex protulit. [a] Quin etiam repertis poſteà novis inſtrumentis reſcinditur hæc ſententia, ſi illis ſolis pars uti velit. [b]

[a] Argumento à contrario ſenſu *in d. l.* 12. *§. ſed juramento C. de rebus credit. &* à generalitate *text. in l.* 1. *ff. de appellat. l. ſciendum* 6. *ff. de appellat. non recip. l. cum prolatis* 32. *ff. de re judic.* Salycet. *in dict. l. generaliter* 12. *num.* 5. *C. de rebus creditis,* Innoc. *in c. quo ad judicationem, verſ. judicare quæritur, extra. de judic.* Beuſt. *ad l. admonendi* 31. *num.* 162. *ff. de jurejur.* Donell. *in commentar. ad tit. ff. de jurejur. cap.* 11. *num.* 12. Mynſing. *cent.* 2. *obſerv.* 14. Fachin. 1. *contr. cap.* 23. Atque hanc ſententiam ſicuti ſunt Domini Adſeſſores judicii VVirtemb. *Anno* 1577. *ultim. Febr. Anno* 1590. *die* 4. *Novembr. & die* 3. *Novembr.* [b] *l. admonendi* 31. *ff. hoc tit.* Cujac. 18. *obſervat.* 35. vide Donell. *in commentar. ad d. t. cap.* 11. *num.* 12. *& ſeqq.* ſed obſtare videtur *l.* 4. *C. de re judic. l. Imperatores* 35. *ff. eodem.* vide Guid. Papæ *quæſt.* 368. *&* Boer. *deciſ.* 307.

Sed

Sed repertis novis inſtrumentis in integrum priùs reſtituenda ſit pars, controverſum eſt inter, Dd.? [a] Nobis adfirmativa ſententia communis placet. [b] 82

[a] Vide Iaſon. *ad dict. l. admonendi* 31. *num.*6. & ibidem Lanfranc. *num.*11. *ff. hoc tit.* [b] *per dict. l. admonendi* 31. *ff. hoc tit. l.*2. *C. ſi ex falſis inſtrument. vel teſtimoniis judic. ſit l. divus* 33. *ibi, in integrum cauſam & l. Imperatores* 35. *ff. de re jud.* Cujac.18. *obſerv.*35.

Eſt & illud hic monendum, quod jusjurandum pro præſtito habetur, ſi is, cui delatum eſt, quiq́ue paratus fuit dare illud, de vita, antequam juraverit, decedat; quod accidit, quando pars altera à delatione jurisiurandi appellavit. 83

Mynſing. *centur.*1. *obſer.*13. Atque ita aliquoties Domini Adſeſſores ſupremi judicii Wirtemb. cenſuerunt.

Succedit jusiurandum in litem, ut quod à judice [a] delatum in ipſam rei, in judicium deductæ, & non præſtitæ ab adverſario, [b] æſtimationė, [c] actor [d] interponit. 84

[a] *l.*4. *§. deferre, & ibi* Coſtal. *ff. de in lit. jur.* [b] *l. qui reſtituere* 68. *ff. de rei vindicat. l. arbitrio* 18. *in pr. ff. de dolo. l. ſi fundus* 16. *§. in vindicatione, verſ. ſi v. dolo. ff. de pign. & hypoth.* [c] *l.*1. *ibi æſtimetur l.*2. *ibi, ſolùm æſtimetur, l.*3. *l.*4. *in princ. l.*5. *ff. de in lit. jur.* [d] *l.*2. *ibi, inter eſt, ff. d. tit.* Cravett. *conſil.*287. Borell. *tom.*1. *deciſ.*52.

Eſtq́; duplex hoc jusiurandum: unum generis nomen retinet, & ſpecialiter jusiurandum in litem appellatur; Alterum eſt, quo juratur, quanti res eſt, ſeu quanti intereſt; [a] Illud adfectionis; hoc veritatis jusiurandum appellant. [b] 85

[a] *l. non ab judice* 64. *in princ. ff. de judic. l.*2. *in fin. & l. tutor.*8. *ff. de in lit. jur.* Alterum illud genus æquè in litem jusjurandum adpellatur *in l.* 5. *§. ultim. l. cum furti* 9. ubi Bart. *num.* 22. & Iaſ. *num.*40. *ff. de in lit. jur.* Menoch. *de arb. jud. lib.*2. *cent.*3. *caſu* 208. *n.*1. Don. *ad rub. ff. de in lit. jur. n.*6. *& lib.*26. *comm. c.*6.

Jusjurandum in litem, ita ſpecialiter dictum, eſt, quo actor in æſtimationem litis, pro ſuo arbitrio & adfectione, etiam ultra verum rei pretium jurat. 86

*l.*1. *in fin. l.*3. *l.*4. *§. jurare autem* 2. *& d. l. tutor.*8. *ff. de in lit. jur.* Donell. *ad rubr. ff. d. tit. & d. lib.*26. *cap.*6. Vide Coraſ.4. *miſcell. cap.*2. *num.* 11. Gilhauſen. *ard. judic. civil. c.*6. *part.*6. *§.* 8. *fol. m.*461.

In hoc jurejurando ſpectamus tum cauſam, cur præſtari poſſit: Tùm cui deferatur hoc jusiurandum: Tum etiam quibus in actionibus, & quibus de rebus deferre judex hoc jusjurandum queat: Tùm poſtremò quod judicis officium ſit circa hoc jusiurandum. 87

Cauſa hujus jurisiurandi eſt contumacia, puta dolus, vel lata culpa adverſarii, non reſtituentis vel præſtantis rem petitam; [a] ut & quod quilibet rei ſuæ pretium, quodcunque voluerit, definire poteſt, [b] maximè ſi ei propter adverſarii contumaciam alienandi neceſſitas imponatur. [c] 88

[a] *l.*1. *l.*2. 6. *in fin. & d. l. ſi tutor.*8. *ff. de in litem jur. l.*2. *C. eod.* Donell. *lib.*26. *com. c.*9. *& ad l.*5. *num.*8. *&* 9. *ff. h. t.* Diſſ. quo ad latam culpam Alciat. *ad l.*226. *ff. de verb. ſign.* Vide quoque

Borchold.

Digitized by Google

Borchold. in comm. in h.t.c.5.n.10. [b] l. ſi cum 8.§.fin.ff.rer.amot. l. item 22.§.ult.ff.locati. [c] l. ſi in rei 46 ff. de rei vind. [d] l. invitum 11. C. de contrah. empt. Duar. ad l.5.n.1.ff. de in litem jur.

89 Defertur autem hoc iuſiurandum ſoli domino litis, qui litem ſuo nomine conteſtatus eſt, non etiam procuratori, priuſquam litem conteſtando factus ſit dominus litis.

l. ſi ergò 7. & l. ſeq. ff. h.t. de in litem jurand. Cravetta. conſil. 967.

90 Impuberi quoq; aut matri ipſius hoc iuſiurandum non defertur. [a] Adoleſcentes verò in litem iurare poſſunt: ut & tutores vel curatores, ſi non ad ſuam, ſed domini utilitatem iuriſiurandi æſtimationem referant. [b]

[a] l.4. in princ. ubi Donell. ff. hoc tit. Idem Donell. lib.26. comm. c.7. [b] dict. l.4. in prin. ubi Donell. ff. eod. l.1. & l.2. C. eodem Donell. lib.26 c.7. Facit, quod tutor loco domini habetur, l. qui fundum 7.§. ſi tutor. ff. pro empto. & l. interdum 46.§. penult. ff. de furtis.

91 Poteſt quoque deferri hoc iuſiurandum heredibus, [a] non autem contra heredes, niſi ex proprio eorum dolo. [b]

[a] Nam & heredes domini ſunt, §. pen. Inſt. de hered. qual. & diff. Et delictum, quale eſt dolus non reſtituentis, impunitum manere non debet, l. ita vulneratus 51. in fin. ff. ad l. Aquil. Phanut. in tr. de in lit. jur. part.2. mem.6.4 num.3. Vide quoque Iaſon. ad l. ſi quando 9. C. unde vi. [b] l.1.2. & 5. C.h.t. & ibi Cujac. in parat. l.4.§.1. ff. de fideiuſſ. tut. l. omnes 26. l. conſtitutionibus 33. & l. ſecundum 58. ff. de obl. & act. Mynſing. reſp.21. num.89. & cent.4. obſ.12.

92 Actiones, in quibus in litem iurari poteſt, ſunt actiones bonæfidei, [a] itemque arbitrariæ actiones, puta actiones in rem, & ad exhibendum, [b] aliæq; arbitrariæ actiones; [c] non etiam actiones ſtricti iuris, [d] quas ab arbitrariis diſtinguimus. [e]

[a] l.5. in pr. ubi Duar. & Don ff. h.t. l.3. §. in hac. ff. commodati. Donell. 26. comm. cap.8. [b] d.l.5. in princ. ubi Duaren. & Donell. ff. h.t. l. qui reſt. 68. ff. de rei vind. l. ſi fundus 16. §. in vind. ff. de pig. Donell. d. lib.26. c.8. ubi eum vide. [c] qualis eſt actio, quod metus cauſa de dolo, l. arbitrio 18. in pr. ff. de dolo. Actio rerum amotarum, l. ſi cum dos. 8.§. ult. ff. rer. amot. Actio Calviſiana & Favian. l.5. ff. ſi quid in fraud. patr. Hypothecaria l. ſi fundus 16.§. in vind. ff. de pign. & hypoth. Publiciana in rem actio, l. ſi is ſi 7.§. in public. in rem act. Interdictum unde vi. l. ſi quando. C. unde vi. vide Hyppol. de Marſil. ad rubr. de probat. nu.134. pag.52. Interdictum quod vi aut clam. l.15.§. ſed quod. ff. quod vi aut clam. [d] d.l.5.§. ult. ubi Duaren. & Donell. ff. hoc tit. l.6. l. cum furti 9. ff. h.t. de in lit. jur. [e] d.l.5. in prin. junct. §. ult. & ibi Duaren. ff. eod. l.3.§.2. ff. de uſur. & §. præterea, ubi Donell. l. de act. idemque Donell. ad §. actionum. a. num.5. Inſt. d.t.

93 In illis autem bonæfidei actionibus in litem iuſiurandum dari poteſt, quibus agitur ad reſtitutionem rei, quæ à nobis profecta & tradita, ius noſtrum non immutavit, quales ſunt commodati, [a] depoſiti, [b] locati, [c] dotis, [d] & tutelæ [e] actiones: Item quibus actor rem ſuam, nunc primum ſibi tradendam, perſequitur, qualis eſt petitio hereditatis. [f]

[a] d.l.3.§. in hac. ff. commod. [b] l.1.§. in depoſit. ff. depoſiti. [c] l.48.§.1. ff. locati. [d] l. ſi filiofam. 25. §.1. ff. ſol. matrim. [e] l. tutor. 8. ff. h.t. de in lit. jur. [f] l. ſed etſi 25. ff. hac verba, §. de pet. hered. vide Donell. d. lib.26. c.8.

94 Quòd ſi actor bonæfidei actione perſequatur aliquod factum præſtandum, vel rem ſibi debitam, & tunc primum tradendam, non juratur in litem, [a] ut nec ſi actor rem ſuam, cuius certa æſtimatio & quantitas eſt, petat, veluti nummos, vinum, oleum, frumentum, &c. [b]

[a] *l.1. §.ult. ff.de rerum permut. l.4. C.de act.empt. facit l.tutor.9. ff.de in lit.jur.* Duaren. & Donell. *ad d.tit.5. ff.eod.* Phanut. *ad eund.tit. part.2. membro.3. n.27. & ſeqq.* & Don. *comm. lib.26.c.8. pag.294. in fin. & pag.ſeq. ubi vid.* [b] *l.3. & ibi* Bart. *n.3.* & Don. *ff.h.t.*

Ad ſolas autem res mobiles hoc jusjurandum pertinere videtur. 95

l.48. §.1. ff. locati. ſed obſtare videtur generalitas textuum *in dict. l. qui reſtituere. 68. in fin. ff. de rei vind. & dict. l. ſi fundus 16. §. in vind. ff. de pign. & hyp. & in d. l.5. in princ. ff. de in lit. jur.*

Quod judicis attinet officium circa hoc juſiurandum, licet damnare jubeatur poſſeſſorem, quantum petitor in litem ſine ullâ taxatione in infinitum juraverit: [a] attamen verum illud eſt, ſi ſine ulla taxatione judex ei jusjurandum in litem detulerit. Quòd ſi verò judex modum jurijurando ſtatuerit (quod poteſt) intra illam certam quantitatem jurandum erit.[b] 96

[a] *l. qui reſtituere. 68. ff. de rei vind. l. ſi fundus 16. §. in vind. ff. de pignor. & l.4. §.2. ff. de in lit. jur.* Quæ loca correcta negamus *per l.un. C.de ſent. quæ pro eo quod i. p.* vide Phanut. *in tract. de jurejur. in lit. p.3. m.1. nu.8.* Et Donell. *ad d. l.4. §. jurare, nu. 3. ff. h. tit.* [b] *l.18. ff. de dolo l.3. §. præterea. ff. ad exhib. d. l.4. §.2. verſ. ſed an judex. ff. de in lit. jur.* Donell. *lib.20. c.6. pag.427. in fin. & ad d. l.4. §. jurare. nu.3. ff. hoc tit.* Diſſ. Alciat. in *lib. De eo quod intereſt. cap.6. nu.24.* & Coraſ. 6. *miſc. c.2. nu.4.*

Præſtito hoc jurejurando abſq; ſtatuto modo in infinitum, non poteſt judex ampliùs modum adjicere: ſed illud omnino ſequi tenetur. Ex magna tamen cauſa & poſtea repertis probationibus minoris condemnare reum poteſt. 97

dict. l.4. §. item. ubi Donell. *ff. hoc tit.* & facit. *dict. l. admonendi 31. ff. de jurejur. & Novell. 82. cap. 10.*

Magnam dicimus hic cauſam, ſi quid emergat poſteà, quo apertè rejiciatur juſiurandum, veluti ſi doceatur, poſſeſſorem non deſiiſſe dolo poſſidere, ut videbatur priùs, aut petitorem non eſſe dominum fundi, ut ſe eſſe intendebat. Utrumque enim per ſe juſiurandum hoc exc[illegible].[a] Repertas autem poſteà probationes hic interpretamur, quibus id ipſum rectè probatur.[b] 98

[a] *l.2. C. de in lit. jur. l.4. §. ult. l. vulgò, & l. ſeq. ff. eod.* [b] *l.31. ff. de jurejur. & Novell. 82. cap. 10.*

Condemnato reo ex hoc jurejurando, rei petitæ dominium ſtatim ad eum pertinet, ſi res ea præſens ſit. Si abſens fuerit, tunc cum poſſeſſionem ejus poſſeſſor nactus ſit, ex voluntate actoris. Et ideò non eſt alienum, non aliter litem æſtimari à judice, quàm ſi caverit actor, quod per ſe non fiat, poſſeſſionem ejus rei non traditum iri. 99

l. ejus rei 46. & l. ſeq. ff. de rei vindic.

Nunc de jurejurando in litem, quo juratur, quanti res eſt, & juſiurãdum veritatis vulgò dicitur. Ejuſmodi juſiurandum eſt, quod actor in veram rei, in judicium per actionem deductæ, & facto adverſarii non extantis, æſtimationem, ex delatione & taxatione judicis præſtat. 100

l.2. §.1. l.3. l.4. in fin. l.5. ſed in his, & l.8. ff. h. t.

Cauſa hujus juriſiurandi eſt tum dolus vel culpa Rei, qua factum, quo minùs res petita extet,[a] tùm difficult[illegible] [illegible]ndæ æſtimationis, quam rei 101

interitus ſivè defectus, [a] vel etiam deterioratio [c] peperit.

[a] *l.2.§.1.* & *d.l.5.§.fin.* & *l.ſeq.ff.hoc t.l.ſi ex 23.l.91. §.ſequitur,* & *l.nemo 82.§.1.ff.de V.O.* [b] *d.l.5.§.ult.ff.h.t.* Mynſing.*cent.4.obſerv.12.* Menoch.*de arb.jud.lib.2.cent.3 caſu 308. n.1.* & 2.ubi, quod dicit, in bonæ fidei judiciis ſufficere ſolam probationis difficultatem, non eſt probandum, Duar.*ad leg.5.§.ult.n.52.ff.h.t.* [c] *l.3.ff.d.tritic.act.* Bl. & Donell. *ad d.l.5.§.planè,ff.h.t.*

102 Locum autem habet hoc juſiurandum in omnibus ſtricti juris judiciis: [a] item in omnibus bonæ fidei & arbitrariis actionibus, ſi ſaltem culpâ rei non extet res petita: [b] Tum etiam ſi dolo quidem aut lata culpa non præſtetur, aut exhibeatur res petita, actor verò æſtimare eam rem hoc potiùs jurejurando velit, quàm juramento in litem. [c]

[a] *leg.5.§.planè,* & *ll.ſeqq.l.9.ff.h.tit.* [b] *l.2.§.1.l.4.§.ult.* & *d.l.5.§.ſed in his,ff.eod.* & *l.2.C.h.tit.* & *d.l.68.verſ.ſi vero,ff.de rei vind.* & *l.15.§.ſed quod 9.ff.quod vi aut clam.* [c] Id enim cilliberum eſſe dubitandum non eſt, cùm quilibet ſuo juri renunciare poſſit.

103 Etſi verò præſtito hoc jurejurando illud judex ſequi teneatur, nec abſolvere, aut minoris condemnare reum temerè debeat: [a] attamen ex juſta cauſa, [d] repertis ſcil. poſteà inſtrumentis, [c] reo, de privato damno laborante, [d] hoc etiam juſiurandum retractari poſſe remur. [e]

[a] Bart.*ad d.l.5 num.24.ff.h.t.* Iaſ.*ad l.4. §.deferre, n.12.ff.eod.* Zaſ.*ad §.præterea, circa fin. Inſt.de act.* Menoch.*d.caſ.208.num.5.* Phanut.*hic p.3.memb.2.num.8.per Novell.82.cap.10.* & *Auth.poſt juſjurandum, C.de judic.* [b] *l.ult.ff.h.t.* [c] *l.31.ff.de jurejur.* [d] Nam ut perjurium puniatur, privati nihil intereſt, *l.7.§.1.ff.de jurejurand.* [e] Duar.*ad l.4.§.item etſi,* & *ad d.l.4.§.fin ff.h.t. ibid.* etiam Donell. Atque hanc ſententiam communiter eſſe probatam ex Alex. & aliis ſcribit. Phanut. *dict part.3.memb.2 num.7.*

104 Et tantum etiam de jurejurando in litem. Eſt quoque, ut ſuprà monuimus, ex genere juriſiurandi probatorii juſiurandum illud, quo expenſæ litis probantur: [a] quo item creditor hypothecarius, impetrato jure dominii, intra biennium, debitore pignus reluente, quantitatẽ damni ſui manifeſtat; [b] & quo idem creditor, ſi vendiderit rem, pignori oppoſitam, debitore eam non reluente, probat, ſe tanti vendidiſſe eam, quanti venire potuerit. [c] Quo item is, cuius domus incendio, vel ruinâ corruptæ ſunt, & in earum refectionem ex donatione cuiuſdam quid accepit, religiosè confirmat, totam eam pecuniam in ædium illarum refectionem expenſam eſſe: [d] & quo datus tutor vel curator oſtendit, obligatum ſe habere pupillum vel adoleſcentem. [e]

[a] *Novell.82.c.10.* [b] *l.ult.§.3.C.de jure dom.impetr.* [c] *d.l.ult.§.pen. C.d.t.* [d] *l.pen.§.2.C.de donat.* [e] *Novell.72.cap.3.*

105 Similiter hujus generis eſt juſiurandum paupertatis, [a] quo quis impedimentum probat; [b] quo item quis confirmat, ſe non ſperare, quòd apud judicem quendam juſtitiam ſit conſecuturus: [c] & quo ſpoliatus damnum, quod perpeſſus eſt, probat. [d]

[a] De quo Mynſing.*cent.1.obſerv.81.* Käyſ.Cammergerichts Ordnung/ *part.1.tit 78.* Fürſtl. Württemb. Hoffgerichts Ordnung/ *part.1.pag.32. in fin.* [b] Mynſing.*cent.3.obſ.92.* [c] Mynſing. *d.cent.3.obſ.58.* [d] Mynſ.*cent.4.obſ.12.* & *cent.5.obſ.71.*

106 Atque ita hactenus de juriſiurandi genere primo. Alterum genus continet illud Sacramentum, quo carcere relaxatus jurat, ſe non vindicaturum

carcerem, vulgò geſchworne Vrphed/ alii literas exultionis ſive ſecuritatis vocant.

Peinliche Halßgerichts Ordnung/ *artic.*108. & 176. Käyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part.* 2.*tit.*24. ubi vide comment. à Magenhortio editum, Geil.1.*obſ.*22.*n.*1.

Tertium juriſiurandi genus, ut diximus, illud eſt, quod quiſq; muneris ſui probè exequendi causâ jurat, ut quod magiſtratus præſtat, [a] veluti recens Electus Imperator: [b] Principes item Electores: [c] legati Procerum Imperii in conciliis: [d] vaſallus ſuo domino: [e] item iudex, tùm etiam Adſeſſor, [g] & Advocatus, [h] & Notarius in ſui creatione: [i] tutor, itemq; curator. [k] 107

[a] *Nov.*8.*tit.*3. [b] De quo iurejurando Schleidan. 1 *comment. pag.* 21. [c] Aurea Bulla Caroli IV. *Tit.* Von der Wahl eines Römiſchen Königs/ *pag.*4. Gœden *conſil.* 1. [d] Reichs Abſchied zu Cölln/ *de Anno* 1512 *pag.*91. *Tit.* der Rhät Eyd/ [e] *Tit.*6. & 7.*lib.*2.*feudorum.* [f] *leg. rem non novam* 14. *in princip. Cod. de judiciis.* [g] Käyſerl. Cammergerichts Ordnung/ *part.*1.*tit.*57. Fürſtl. Württemb. Hoffgerichts Ordnung/ *part.*1.*tit.*9 *pag.*19. [h] *d.l. rem non novam* 14. *§. patroni, Cod. de judiciis.* [i] Reichs Abſchied zu Cölln/ *de Anno* 1512. *pagin.*101. *Verſ.* demſelben nach. & *pagin.*102. *fac.*2. *Verſ.* und in der Gemein. Chilian. König *in proceſſ. cap.*92. *n.*2. [k] Reichs Abſchied zu Augſpurg/ *de Anno* 1548. *pagin.*65. *Tit.* Von der Pupillen und minderjärigen Kindern *Tutorn* und Vormündern.

Quartum genus omne continet iuſiurandum, quod geſti actus cuiuſdam confirmandi causâ datur: ut quo contrahentes & paciſcentes contractum ac pactum firmant: [a] quo fœmina hereditati renuncians hanc ſuam renunciationem roborat. [b] 108

[a] *leg. ſi quis major. C. de transactionibus, Authenticâ. Sacramenta puberum, C. ſi adverſus venditionem, l. Non eſt dubium* 5. *in fine. C. de legibus,* [b] *c. quamvis. titulo de pactis in* 6. & *c. licet, titulo de jurejurando in* 6.

Hoc iuriſiurandi genus per ſe actionem parit nullam, niſi libertus patrono præſenti, ſe donum, munus, operas, daturum iuraverit: [a] ſed ut pactũ, producit tantum naturalem obligationem; [b] & ita ad formandam actionem, & exceptionem conſtituendam conducit: [c] niſi contra leges fuerit præſtitum. Quo caſu vim habet nullam iure civili: [d] iure verò Canonico plerunque valet. [e] 109

[a] *leg. ut jurisjurandi obligatio* 7. *ff. de operis libertorum, l. ſervum.* 26. *ff. de manumiſſis teſtamento, l.* & *per jusjurandum* 13. *in princip. ff. de acceptilation. l.*6. *§. ſi quis abſenti, ff. de confeſſis,* & *l. ultimâ, ff. de liberali cauſa.* [b] *per textum in leg. Stichum* 95. *§. naturalis, ff. de ſolutionibus.* Quodq; pacti, quod naturalem parit obligationem, *leg. in his vero.* 5. *§. Imperator Antoninus* 2. *ff. de ſolutionibus,* & jurisjurandi frequens eſt comparatio, *l. jusjurandum* 2. *l. Tutor pupilli* 35. *§. prodigus* 2. *l. ſed ſervus* 25. *ff. de jurejurando,* [c] *per l. jurisgentium* 7. *§. ſed cum nulla,* & *§§. ſequentibus, ff. de pactis.* Sed vide Fachinæum *lib.*3. *controverſiarum dict. lib.*3. *capite* 12. [d] *d. l. non dubium* 5. *in fin. C. de legibus.* Vide Fachinæum *dict. lib.*3. *cap.*11. [e] *c. cum contingat, extrà, de jurejurando, cap. licet mulieres, eodem Titulo* 6. & *cap. quamvis, tit. de pactis in* 6.

Quintum genus iuſiurandi comprehendit Sacramentum omne, quo magiſtratui ſuo obedientiam & fidelitatem iurant ſubditi. 110

Hujus formula pulchra extat in Fürſtl. Würtemb. Lands Ordnungen/ *pag.* 6. *in princip.*

Hactenus de generibus & ſpeciebus iuriſiurandi. Formam ſive modum iurandi, 111

Digitized by Google

jurandi, quod attinet, continetur ille, tum conceptione verborum, quibus juratur: tum jurandi ritu & ſolennitate.

112 Verborum illa conceptio licet divini numinis venerationem ſemper continere debeat, [a] ut ſcil. quis per Deum verum juret, eumque teſtem & vindicem petat, daß er globe vnd ſchwöre einen leiblichen rechten Eyd zu Gott/ als jhm Gott der Allmächtig helffen wölle: Attamen Dei quoque populus, omiſſa divini nominis expreſſa mentione, jurare ſolebat: quippe cum Iacob per timorem patris ſui Iſaac jurarit: [b] Joſeph per ſalutem Pharaonis: [c] Moſes per cœlum & terram: [d] David per animam Jonathæ: [e] Urias per ſalutem David. [f] Gentes quoque vel per Deum jurabant, vel per ſuum ſuorumque liberorum caput aut ſalutem: vel per genium aut ſalutem Principis. [g]

[a] *Deut.10. Iudic.11. 2.Reg 2. Ierem.22. Exod.23. Zach.5. Ioſua 23. 2.Corinth.1. Verſ. penult. Rom.1. Verſ.9. can. movet. 22. quæſt.1. cap.4. in fin. extr.h.t.* [b] *Geneſ.31.* [c] *Geneſ.42.* [d] *Deut.4. 30. & ſeq.* [e] *1.Reg.20.* [f] *2.Reg.11.* [g] *l.3. §. ult. l.4. l.5. in princ. l. ſi duo 13. §. ultim. l. quæ per ſalutem 33 ff. de jurejurando.*

113 Per capillum Dei, vel Dei caput, vel per Turcicum Deum Mahomedem, aliumve Deum fictitium Chriſtiano homini jurare non licet.

Can. ſi quis per capillum 22. quæſt.1. Novell.77. c. 1. §.1.

114 Et quamvis per creaturam jurandum non ſit; veluti per cœlum & terram, per Hieroſolymam; per caput tuum, per animam tuam: [a] ſi tamen juretur per creaturam, modò Numinis divini intuitu id fiat, ſervandum eſt quidem juramentum, dummodo ſit licitum quod juratur. [b]

Matth.5. Verſ.34. can. conſider.a. & can. clericum 22. quæſt.1. Aſinius *de execut. §.8. c.16. nu. 1.* ex Bald. *ad c. Etſi Chriſtus num.7. extr. de jurejurando* colligit, quod juramento non ſatisfaciat, qui per animam ſuam jurat. [b] *d.c. etſi Chriſtus 26. §. Et quamvis non ſit, extr. de jurejurando.* Colerus *de proceſſ. executivis part.1. c.10. nu.249. & 251.*

115 Sed nunquid per Evangelium jurare cuiquam licet? Textus juris Canonici hoc non improbat juſiurandum. [a] Quin etiam ordinatio Cameræ Imperialis hunc jurandi modum, zu GOtt vnnd auff das heilig Evangelium præcipit. [b]

[a] *c.4. in fin. ibi.* Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Evangelia, *extra h. t. d. can. ſi quis §. ult. & can. ſeq. 22. quæſt.1.* [b] *part.1. tit.57 tit.58. tit.59. tit.60. tit.61. 63. 64. & 65.* At ordinatio judicii Wirtembergici requirit, ut Præſes & Adſeſſores judicii jurent per Deum, daß ſie ein Eyd zu Gott ſchwören/ *part.1. tit.9.*

116 Quid verò tribuendum datæ fidei, gegebner Trewe/ bey wahren Worten vnd Glauben/ bey Fürſtlichen/ bey Gräfflichen/ oder Adelichen Ehren/ Trawen vnd Glauben? [a] Hæc licet in contractibus non minùs ſervanda ſit, quàm juſiurandum à quo verè differt: [b] attamen ubi juſiurandum ex iuris diſpoſitione requiritur, puta ad dicendum teſtimonium; ad renunciandum paternæ hereditati fidem eiuſmodi, in præiudicium alterius, non remittentis ultrò iuramentum, ſufficere negamus. [c]

[a] De ejuſmodi vide Mynſing. *cent.1. obſerv.17.* Geil. *lib.2. obſerv. pract. obſerv.39.* Weſemb. *conſil.10. nu.41.* Coler. *tract. de proceſſ. execut. part.1. cap.10. num.231.* Speckhan. *cent 1. quæſt. 4.* Surdus *deciſ.234.* Kellenbentz *de renunciat. quæſt.3.* Conſil. Altorffin. 48. Ayrer. *in pract.*

proceſſ. part.1. cap.6. obſerv.5. nu.9. & ſeqq. Vran. *ad cap. ex literis. nu.3. extr. de conſtitut.* [b] *c. ad aures. ibi. Niſi forte juramento vel fide interpoſita ſit confirmata, extra de his quæ vi metusve cauſa, & c.2. in fin. ibi. Si religionem fidei & juramenti ſui eos violaſſe conſtiterit, extra de fide juſſoribus.* Covarruv. *ad c. quamvis, tit. de pactis in 6. part. Relect.1. §.2. nu.2.* Coler. *de proceſſ. execut. part.1. cap.10. nu.246.* [c] De teſtimonii dictione textus eſt *in c. tuis quæſtionibus 39. & c. nuper nobis 51. extra de teſtibus, & l. jurisjurandi 9. C. d. t.* De renunciatione vide Weſemb. *conſ.15. nu.25. & ſeqq. & conſ.23. nu.66.* Quæ tamen jure Saxonico abſque corporali juramento valet, Mynſing. *reſp.33. nu.5.*

Sed an verbis, ore prolatis, jurandum ſit; vel ſufficiat, ſi quis ſcripturâ juret; controvertunt Dd. [a] Nos in mutis literarum peritis, ſcripturam ſufficere ſentimus: [b] in aliis verba oris deſideramus. [c] 117

[a] Vt oſtendit Fachinæus *lib.3. controverſ. c.8.* [b] Deus enim per quem jurandum, novit hominum mentes & corda, licet non loquantur. *can. ſi quid inveniſti 14. quæſt.5. can. erubeſcant, diſt.32.* Vnde mutus etiam teſtimonium ſcriptis dicere poteſt, *gl. ad c. teſtes, in verb. quæ noverunt. 3. quæſt.9. l. diſcretus C. qui teſtam. facere poſſ.* facit etiam textus *in l.1. §. ult. ff. de verb. oblig.* [c] Impium enim eſſet, ſi in re tam ardua & religioſa nolit quis dignari voce ſuâ & loquelâ ipſum Deum, quem vocis autorem agnoſcit: Et quia ſeriò agendum eſt in jurejurando, ſuſpectum ſe redderet, qui ore juramentum præſtare negaret.

Ritus & ſolennitates jurisjurandi à Juſtiniano, & Feudorum jure, tum etiam aurea Bulla Caroli IV. illa præſcribitur, ut jurans SS. Evangelia tangat, vel propoſita ſibi habeat. [a] Tactum autem hunc neceſſariò non requiri exiſtimatur. [b] 118

[a] *l. rem non novam 14. §.1. ibi. Sacroſanctis Evangeliis tactis juramentum præſtent, C. de judic. l.2. in fin. prin. ibi, juramentum præſtare, Sacroſanctis videlicet Evangeliis ante judicem poſitis. C. de jurejur. propter calum. Nov.8. tit.2. juſiurandum quod præſtatur in pr. Et per quatuor Evangelia, quæ in manibus meis teneo. tit.2. §.1. verſ. Nam ſi inſtrumentum, ibi, tactis Sacroſanctis ſcripturis libr.2. Feud. cap. ultim. extra. de juramento calum.* Aurea Bulla Caroli IV. *part.4. tit.* Von der Wahl eines Römiſchen Königs *in fin. ibi.* Zu den heiligen Evangelien gegenwertigs vor mir ligen [b] *gl. ad can. in ſumma dict. can. ſi aliqua. 22. quæſt.1.* Iaſon. *ad l.3. §. jurare, n.3. ff. de jurejur.* Coler. *de proceſſ. exec. part.1. c.10. n.247.* Weſembec. *in parat. ff. de jurejur. num.6. verſ. unde videmus.*

Convenienter illa jurandi ſolennitas hodiè recepta videtur, ut mares, erectis cum pollice duobus digitis primis manus dextræ, cæteris duobus in volam manus depreſſis; fœminæ adpoſita ad ſiniſtrum pectus dextra jurent. 119

Vveſemb. *in parat. ff. de jurejur. nu.6. verſ. illud rectius.* Dextrâ qui caret, ſiniſtrâ uti poteſt. Dn. D. Beſold. *in conſil. ſuis.* Id quod factum aliquando meminimus. Tenetur autem jurans, prælectâ priùs jurandi formulâ, judice vel alio præfante verba ſequentia repetere: Wie mir vorgeleſen iſt/ vnd ich mit Worten beſcheiden bin/ auch das wol verſtanden hab/ das zu thun/ dem alſo nach zukommen/ vnd in allweg zugeleben/ gered vnd verſprich/ glob vnd ſchwör ich ein leiblichen rechten Eyd zu Gott: Als mir Gott der Allmächtig helffen wölle/ alles getrewlich vnd vngefährlich.

Judæi antiquitus quidem ſuos jurandi ritus habebant; ſiquidem ſub femur Abrahæ ſervus ejus manum ponens juravit. [a] Hodie verò in Chriſtianorum curiis certa eis ſolennitas adjuratoria, præſcripta eſt certis verbis, ad quæ ordine reſpondere tenentur; deinde jubentur dextram uſq; adjunctam imponere in librum legis Exodi 20. perſcriptæ; & quidem in verba 120

Hebraica, Germanicè, ita reddita: Nicht erhebe den Nahmen deß HErren deines Gottes vnnützlich. Dann nicht würd vnſchuldig oder vngeſtrafft laſſen der HErr den/ der da erhebt ſeinen Nahmen vnnützlich. Impoſita eo modo in ut hæc verba jurantis Judæi manu, præfatur ei Chriſtianus, cui jurare cogitur, vel qui exigit ab eo jusiurandum, verba quædam, quæ ſingula Judæus ille diſtinctè eo, quo articulatè prædicuntur, modo repetere tenetur. [b]

[a] *Geneſ.24.* [b] *Vide ordinationem Cameræ Imperialis, part.1.tit.86.*

21 Reſtat perjurii pœna. Perjurium jure codicis & Pandectarum regulariter latis Deum ultorē habere dicimus, [a] ex Carolina verò legislatione pœna perjurii eſt amputatio manus, vel duorum digitorum, & infamia, ſi quis eo perjurio coram judice commiſſo, læſus fuerit: aut relaxatus præſtitum exaltionis juſiurandum violaverit. [b]

[a] *l. juriſjurandi contempta 2. Cod. de rebus creditis & jurejurando,* vide Donellū *in commentariis ad tit. eundem ff. de jurejurando c.9.n.9. &* Andr. Fachin. *lib.1. controverſiarum juris civilis, c.14.* [b] Peinliche Halßgerichts Ordnung/ *articulo 107. & ſeq.*

Clas. VI. Disputat. XIX.

DE RELAXATIONE JURAMENTI, ad effectum agendi, vel excipiendi.

THESIS I.

COmmodus hic mihi viſus fuit locus diſſerendi paucis de præſtiti juramenti ad effectum agendi, vel excipiendi relaxatione, ſive abſolutione ab eodem.

De qua materia vide Dn. D. Beſold. *part.1. delib. fol.m.87. & ſeqq.* Gail.1.*obſ.22.* Gilhauſen. *in arbor. civil. cap.4. ram.6.1. §.14. fom.m.167. & ſeq.*

2 Omne juramentum, quod abſq; ſalutis æternæ diſpendio ſervari poteſt, ſervandum eſt.

c. cum contingat, extr. de jurejurand. & c. licet. Tit. eod. in 6. c. Quamvis, Tit. de pact. Auth. Sacramenta puberum. C. ſi adverſ. vendit.

3 Dicitur ergo perjurus, qui non impetrata juramenti relaxatione, in judicio contradicit inſtrumento, quo cum juramento aliquid promiſit, vel remiſit.

Socin. conſil.155.n.9. verſ. Secundo quia pars, vol.2. Surd. conſil.37.n.2. lib.1.

4 Quocirca perjurii exceptione vel replicatione à limine judicii repelli poteſt.

Gloſſ. *in can. parvuli, 22. quæſt.5.* Speculat. *Tit. de Actore, §.1. verſ. Item quod eſt perjurus.* Butrig. *in c. Intelleximus, in fin. extr. de judic.* Baro, *conſil.182.n.1. vol.1.* Nevizan. *conſil.21.n.1.* Iacob. Novell. *in Reg.157.n.3. in 2. ampliat.* Et impedit litis ingreſſum, Butrig. *in c. adeſt col.2. extr. de except.* Jaſ. *in l. ſi duo, §. fin. verſ. Quarto perjurus, ff. de jurejur.* Crotus *conſil.166.n.5.* Blanc. *Tractat. de compromiſſ. part.4. quæſt.15. pag.381.*

Quin

Quin etiam poteſt judex ex officio jurantem repellere etiam nemine opponente. 5

Bolognet. *conſil.* 28. Nevizan. *dict. conſil.* 21. *num.* 2.

Unde non ignorandũ, quibus in caſibus abſolutio à juramento peti poſſit, aut ea neceſſariò non petatur: tum quo à judice ea ſit impetranda: & deniq; quis in impetranda iſthac relaxatione proceſſus ſit obſervandus. 6

Si quod juſiurandum in ſalutis æternæ diſpendium vergat, ut quod contra bonos mores eſt, & in deteriorem exitum cedit, exemploq; perniciosum habetur, non obligat jurantem. 7

c. Non eſt obligatorium. ubi Canoniſtæ, *tit. de Reg. jur. in* 6.

Ejuſmodi autem juſiurandum eſt, quod accedit ad conventionem lege naturali prohibitam: qualis promiſſio eſt, de committendo homicidio, vel quo alio flagitio. 8

l. ſi flagitii 123. *ff. de verbor. obligat. l.* 4. *C. de inutil. ſtipulat. c. ult. extr. de pactis* Menoch. *conſil.* 1. *n.* 168.

Si quæ verò conventio jure tantum civili ſit vetita, non etiam naturali lege, juramento ſi firmetur ea, obligationis vinculo promiſſorem obſtringit: Non quidem jure civili, [a] ſed Canonica lege. [b] 9

[a] *l. Non dubium* 5. *in fin. C. de legib.* [b] *c. Quamvis, tit. de pact. in* 6. & *c. licet. Tit. de jurejurand. in* 6.

Hujus generis conventio eſt mulieris, de ſuæ dotis alienatione, quæ jure civili eſt prohibita. [a] Item conventio filiæ, qua accepta dote hereditati paternæ renunciat. [b] 10

[a] *§. 1. Inſt. Quib. mod. alienare lic. vel non, l. un. §. Et cum lex Iulia. C. de rei ux. act.* [b] *l. Pactum quod dotali* 15. *C. de pact. l.* 3. *C. de collat.*

Utraq; hæc conventio adeo nulla eſt jure civili, ut ne quidem juramento roborari poſſit; [a] Canonico tamen jure firmitatem habet. [b] 11

[a] *d. l. Non dubium* 5. *in fin. C. de legib.* & *l. juriſgentium* 7. *§. Et generaliter,* 16. *ff. de pact.* [b] *dict. cap. Qamvis, tit. de pact. in* 6. & *cap. licet. titul. de jurejurand. in* 6.

Si tamen iſthæc jurata conventio vi metuve extorta ſit, ratione violentię & metus ipſo jure non obligat jurantem. 12

c. cum contingat, ext. de jurejurand. & *arg. à contrario ſenſu dict. c. Quamvis, tit. de pact. in* 6.

Ratio hujus concluſionis eſt, quod hujuſmodi conventio duplici laborat vitio, ac defectu, legis ſcilicet, & conſenſus integri. 13

Andr. Gayl. *lib.* 2. *obſer. pract. obſer.* 42. *n.* 8. 9. 10. & 11. Sed vide Bernhard. Græve. *lib.* 2. *pract. concluſ. concluſ.* 43. *conſiderat.* 1.

Quando autem conventio omni jure licita eſt per ſe, ex juramento, quod acceſſit, majus robur accipit. 14

l. 3. *ff. de jurejurand. dict. cap. Non eſt obligatorium, ubi* Canoniſtæ, *Tit. de Reg. jur. in* 6. *l. Si duo, §. ſi quis juraverit,* & *§. Marcellus, ff. de jurejurand.* confert, quod frequens eſt comparatio pacti cum jurejurando, *l.* 2. *l. Tutor. §.* 1. *l. Sed et ſi ſervus, ff. d. tit. de vi juris jurandi* vide Cujac. *lib.* 22. *obſerv. c.* 7. & Erneſt. Cothman. *Reſp.* 18. *num.* 101. & *aliquot ſeqq. lib.* 1.

Si tamen conventio, per ſe alioquin licita, itemq. juramentum vi metuve ſit extortum, quæritur, an jure ſperni poſſit propria jurantis autoritate, vel abſolutione hic opus ſit, ut jurans contra eum, cui præſtitum eſt juſiurandum, 15

randum,

randum, vel agere, vel excipere poſſit, ſine perjurii metu? Et indigere hic jurantem abſolutione concludendum judico.

c.1.ibi, relaxanda, extr. de jurejuran. Andr. Geil. *lib.2. obſervat pract. obſervat.* 42. Bernhard. Grævæ *lib.1. practic. concluſ. concl.* 22. & *lib.2. concluſ.* 42. Facit. quod vi, metuve geſta regulariter valent, cum & metus, itemque vis voluntatem, & conſenſum demonſtrent, *l. ſi mulier.* 21. *§. pen. ff. Quod metus cauſa, l. Interpoſitas* 13. *C. de tranſact.* Menoch. *conſil.2. n.170.* & *de recuperand. poſſ. §. Remed.1. n* 105. Surd. *conſil:37. num.19. lib:1.* Cujac. *Tit. ff. Quod metus cauſa, in princ.* Bernhard Grævæ. *lib.2. practic. concluſ. concl.* 42. *n.2.* Non obſtat, quod juramentum inviolabiliter ſervari jubetur, Inde enim non ſequitur, abſolutionem peti non poſſe. Nam & juramentum de præſtandis uſuris ſervandum eſt, *c. debitores, extr. de jurejurand. attamen abſolutio peti poteſt, c.1. extr. d. t.* Fachinæ *lib.3. controverſiar. jur. c.14. in fin.* Rauchbar. *lib.2. quæſt.4.* Thoming. *conſil.3. Vol.2.* Specklian. *cent.2. cl.2. q.14.*

16 Quid verò ſi conventio jurata ejuſmodi ſit, quæ non obliget jurantem, nunquid & tunc relaxatione opus erit? Jure civili & in foro externo hic non deſiderari abſolutionem reor; [a] At jure Canonico, atq; ita in foro interno, ſive conſcientiæ eam neceſſariam eſſe, dicere conſultius eſt. [b]

[a] Cum enim jure Cæſareo planè obligatus nō ſit, qui juratò promiſit, per text. *in dict. l. Nullum* 5. *in fin. C. de legib.* & *dict. l. Iuriſgentium* 7. *§. Et generaliter, ff. de pact.* & *Authent Sacramenta puberum, verſ. per vim autem, C. ſi adverſus vendit.* nihil prorſus hic opus eſt abſolutione à juramento, jure inſpecto civili, Octavia. Simoncel. *de decretis lib.3. Tit.8. n.174.* Burſat. *conſil.72. n.25.* Marant *diſputat.10 n.34.* Menoch. *conſil. n.302.* & *conſil.634. num.4* Ubi dicit, quod propria auctoritate ſperni poſſit metu præſtitum jusjurandum: Id quod juxta civile jus intelligendum cum Bernhard. Grævæo *lib.2. practicar. concluſ. concluſ.42. n.4.* [b] *per text. in dict. c.1. ibi, relaxanda, cap Si vero & cap. Verum, ibi, à Sacramenti vinculo abſolvantur, qui iſtud* inviti pro vita & *rebus ſervandis fecerunt. extra de jurejurand.* Octavian. Simoncel. *dict. tit.8. n.17.* Michael Graſſ. *libr.1. communium opinionum, cap.7. quæſt.10.* Burſat. *dict. conſil:72. n.25.* Farinac. *Tractat. criminal. quæſt.35. n.12.* Andr. Fachinæ. *lib.8. controverſ. jur. cap.102. verſ. Quarta & poſtrema.* Bernhard. Grævæ. *dict. lib.2 concluſionum practicar. concl.42. num.6.* & *lib.1. concl.22. num.4.* & 5. Diſſentit Andreas Gayl. *dict. obſervation. 42. num.10.* Guttierez. *de Iuram. confirm. p.1. cap.72. num.7.* Sic diſtinguit: Quando dubium eſt an juramentum ſit obligatorium, necne, nemo contravenire poteſt ſine authoritate ſuperioris, ſed abſolutionem petere debet, quando verò non eſt dubium de ejus obligatione, ſcilicet certum eſt quòd non obliget, tunc ſi ſervari poteſt, abſque diſpendio æternæ ſalutis, debet peti abſolutio, propter reverentiam ſacramenti non quantum ad neceſſitatem ſed ſolum, ne notetur de tranſgreſſione juramenti, ratione ſcandali: ſin vero vergat in diſpendium ſalutis ut quia derogat charitati &c. poteſt quis propria authoritate contravenire.

17 Referuntur à quibuſdam [a] nonnulli caſus, quibus metum ipſo jure vitiare actum dicunt, ut proinde juranti opus non ſit abſolutione; veluti cum quis per metum conſtituit procuratorem, [b] vel metu contrahit matrimonium, [c] vel carceris metu quoddam aliud negotium contrahit, [d] vel quando juramentum proteſtatio quædam præceſſit, [e] &c. [f]

[a] Surdus *conſil.37. num.20.* Bernhard. Grævæ. *lib.2. concluſ. practicar. concluſ.42. num.7.* & 8. [b] Hoſtienſ. & Ioan. Andr. *in c.2. ubi* etiam Abb. *num.18. extr. Quod metus cauſ.* [c] *c. cum locum,* & *c. Veniens,* 13. *extr. de ſponſalibus c. ſignificavit, extr. de eo, qui duxit. in matrimon.* Didac. Covar. *de ſponſalib. part. 2. cap. 3. 4. 5. in princ.* & *num.3.* [d] *l. qui in carcerem, ff. quod metus cauſa,* Abb. *in dict. c.2. num.19.* latè Roland. à Vall. *conſil.2. nu.47.* & *ſeq. Vol.1.* Natta *conſil.451. numer.25.* Socin. *conſil. 77. num.38. Volum.1.* Cardin. *conſil.137.* Ubi loquitur de juramento

præſtito

præſtito ab eo, qui fuit injuſtè carceratus, Natt. *conſil.* 451. *n.* 24. qui ſimiliter loquitur de juramento, quod præſtitit carceratus. [e] Qui n. metum patitur, conſentire dicitur, ſi non proteſtetur, cum etiam voluntas coacta ſit voluntas, *l. ſi mulier, §. ſi metu, ff. Quod metus cauſ.* Sed quando intervenit proteſtatio, ea removet conſenſum; & ſine conſenſu nulla prorſus oritur obligatio, *l. qui in aliena, §. fin. ff. de adquir. hered.* ubi Bart. & Caſtr. Ruin. *conſil.* 121. *num.* 24. *&* 27. *Vol.* 4. Crott. *conſil.* 53. *num.* 17. *Verſ. quod maximè.* Bald. *in l. fin. Verſ. Quintò poteſt ſperni. ff. qui ſatiſd. cog.* Plot. *de in litem jurand. §.* 3. *n.* 18. [f] Alios plures caſus, in quibus actus, per metum geſtus, ipſo jure eſt nullus, refert Abb. *in dict. c.* 2. *extr. quod metus cauſ.*

Verum non video, cur illis caſibus juramento innodatus non æquè jure canonico abſolutionem à juramento petere, atque ita conſcientiæ conſulere debeat, quam cæteris caſibus, quibus ſimiliter ipſo jure nulla eſt conventio jurata. 18

per dict. & c. Verum, extr. de jurejurand. Ant. quoque Theſaur. *Pedemont. decis.* 223. *ſub n.* 8. tutius eſſe ſcribit, ut in omnem caſum petatur abſolutio à juramento ad effectum agendi, & excipiendi. Bernhard. item Muſcatell. *in praxi recentiſſ. Regii conſil. Magnæ Curiæ Vicariæ, & Regni Neapolit. part.* 2. *gl. graduum, n.* 64. Adverte, inquit, licet prędicta de jure reſtineri poſſint, tamen ſemper ego putarem cautius eſſe, obtinere habilitationem à juramento, quando de facili obtineri poſſit: Hæcq; opinio eſt ſalubrior. Sic Petr. Nicola. Mozz. *tit. de matrimonio, cap. de ſubſtantia matrimonii, num.* 4. *Verſ. quam communem, &c.* de matrimonio metu contracto. & jurisjurandi religione firmato, loquens, ſcribit, tale juramentum in foro judiciali non erit obligatorium, in foro tamen conſcientiæ conſulendum eſt, ut impleat juramentum, vel ſaltem à ſuperiore impetret abſolutionem: Mozzium ſequitur Bernhard. Græuæ. *libr.* 2. *concl. practic. concluſ.* 93. *num.* 9.

Non ſolum autem major, ſed & minor 25. annis, ſi contra juramentum venire præſumat, abſolutionem ad effectum agendi petere jubetur. 19

Ioſeph. Ludovic. *Peruſ. deciſ.* 18. *num.* 10.

Et licet quis præſtiterit juramentum de non petendo abſolutionem à dato jurejurando, attamen neceſſe erit petere prius relaxationem ab hoc juramento de non petendo abſolutioně, ad evitandum ſcilicet perjurium: atque ita duplicem habilitationem impetrare debebit. 20

Ita ex aliis docet Bernhard. Græuæ. *lib.* 1. *concluſ. practic. concluſ.* 22. *§. Ampliatur tertiò.*

Judicem, à quo impetranda eſt juramenti relaxatio, quod attinet, ſciendum hic eſt, quod jus illud abſolvendi à juramento ad effectum agendi, vel excipiendi, quidam ſoli Eccleſiaſtico tribuant judici, Papæ ſcilicet Romano, & Epiſcopis. 21

Per text. in c. ſi verò, & c. cum quidam, §. fin. extr. de jurejurand. junct. text. in c. Nuper, extr. de ſententia excommunicat. gloſſ. in c. cum ſit, extr. de foro competent. Bero. *conſil.* 211. *col.* 1. *Volum. & conſil.* 179. *num.* 8. *Vol.* 1. Roland. à Val. *conſil.* 99. *nu.* 28. *Vol.* 3. Didac. Covar *lib.* 1. *Variar. Reſolut. cap.* 4. *ſub num.* 5. *& latius in c. quamvis, part.* 1. *§.* 3. *nu.* 8. *&* 9. *tit. de pact. in* 6. ubi concludit, quod nullus laicus, & ne quidem Imperator abſolutionem à juramenti vinculo cōcedere poſſit. Idem de jure novo ſtatuit poſt alios Andr. Fachinæ. *lib.* 3. *controverſiar. jur. cap.* 13. *§. Ego diſtinguenda.* Vide quoque Bernhard. Græuæ. *lib.* 1. *concluſ. practic. concluſ.* 25. *conſiderat.* 1.

In tantum, ut etiam facta iſthac abſolutione cauſam principalem, conventionis ſcilicet juratæ quæſtionem apud judicem eundem remanere exiſtiment. 22

Ita ſentiunt communiter, quos magno numero recenſet Proſper Farinac. *lib.* 1. *prax. & theor.*

Digitized by Google

theor.criminal.tit.1.q.8.n.144. Qui tamen ibidem, Verſ. Horum tamen opinionem, &c. teſtatur, in practica non ſervari hanc opinionem.

23 Verum hoc jus abſolvendi à juramento ad effectum agendi, vel excipiendi, etiam ad judicem ſpectare ſecularem cum ipſa principali cauſa civili, dubitandum non eſt.

per text. in l. ult. in princ. ff. ad municipalem, & l. adigere, 6. §. ultim. ff. de jure patronat.

24 Quinimò abſolvendi à juramento ius regalibus connumerandum videtur.

Per textus praecedenti theſi adpoſitos, & docent Ioan. Borcholt. *in c. un. quae ſint regalia, n. 4.* Henric. à Roſenthal. *in Synopſi juris feudal. c 5. concl.* 3. Vultej. *lib. 1. de feud. c. 4. n. 7.* Obrecht. *diſputat. feud* 5. *th.* 184. Ioan. Gœddæ. *diſputat. feud. 5. th.* 10. Thom. Michael. *diſputat. de jure dict. th.* 40. Eandem amplexus fui ſententiam tractat. meo *de regalib. cap. 2. n.* 135.

25 Sed & Cameræ Imperiali à Cæſarea Majeſtate, & Imperii Statibus datam eſſe hanc poteſtatem certum eſt.

Cammergerichts Ordnung/ *part. 2. tit.* 24. Mynſing. *cent. 3. obſer. 99.* Andr. Gayl. *lib. 1. obſ. pract. obſ.* 25. Bernhard. Græv. *lib. 1. concl. pract.* 25.

26 Et quia pars parti juramentum praſtitum remittere poteſt, [a] non abſurdè videtur dici, quod & Principis alterius, quam Imperatoris, conſiſtorium abſolvere à juramento poſſit. [b]

[a] *c. praeterea, ibi, qui ſocietatem interpoſitione fidei contrahunt, & poſtea eandem ſibi remittunt, extr. de ſponſalib. c. debitores, extr. de jureiurand. l. jurisiurandi, C. de reb. credit.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. pract. obſerv. 24. n. 1* Grævæ. *dict. lib. 1. concl. 24. conſiderat.* 1. Magenhorſt *in annotat. ad ordinat. Cameral. part. 2. tit. 24. Verſ. Sed quaeſtionis eſt,* Farinac. *lib. 1. pract. & theorica, tit. 1. q. 8. nu. 144. in fine.* [b] *argum d. l. ultim. ff. ad municipal. l. ultim. ff. qui ſatiſdar. coguntur, l. adigere, §. fin. ff. de jure patron. l. 2. C. qui milit. poſſ. vel non, conferunt, quae tradit,* Andr. Gayl. *lib. 1. obſerv. practic. obſerv. 25. n. 2. &* Grævæ. *dict. concluſ. 25. n. 1.*

27 Quod attinet proceſſum, qui impetranda juramenti relaxatione ſervari jubetur, primò diſpiciendum an per procuratorem jurantis impetratio & habilitatio iſthæc fieri poſſit? Id quod affirmandum, ſi à parte principali ſpeciale ad hoc negotium producatur mandatum, ſine ſpeciali mandato procurator hic non auditur.

Ita poſt Ioſeph. Ludovic. Franciſc. Vivi, & alios ſentit Grævæ. *dict. lib. 1. concluſ. practic. obſervat. 23. conſiderat.* 1. Facit *text. in c. qui ad agendum 4. extr. de procuratoribus.*

28 Sed an citatio adverſæ partis, cui juratum eſt, ad habilitationem jurantis, ſeu ipſum habilitandi actum, requiratur, controverſæ quæſtionis eſt? [a] Negativa autem verior & receptior eſt. [b]

[a] Ut oſtendit Grævæ. *dict. lib. 1. concl. 22. conſiderat.* [b] Tum quia aut probatur cauſa relaxationis allegata, & tunc operatur abſolutio, aut non probatur, & tunc remanet juramentum ſuo in vigore, Cravett. *conſil. 7. nu.* 7. Tum etiam quia adverſario jura ſalva & illæſa remanent ad ſe defendendum contra jurantis petita, Mynſinger. *cent. 6. obſervat.* 84. Fachinæ. *lib. 8. controverſ. jur. c.* 62.

29 Et quia uſitatiſſimum eſt in Germania, quod magiſtratus reos criminis non niſi præſtita Urpheda dimittere ſolet, conſueverunt ipſi Rei ſupplicare judici Cameræ Imperialis pro relaxanda ipſa Urpheda, & præſtito juramento, ad effectum agendi. Verum quia in dubio pro Magiſtratu militat præſumptio Cameta Imperialis precibus ſupplicantium non credit conſe-

ſtim

ſtim, proindeq; nec relaxat illico juramentum, multò minus citationem, vel mandatum adverſus eum Magiſtratum decernit, ſed prius mittit ad eundem ſupplicantium precet, ac poſtulat, ut rationes & cauſas Urphedæ ad Cameram intra definitum terminum tranſmittat.

Cammergerichts Ordnung/ *part. 2. tit. 24. & ibi in additionibus. verſ.* Ob wol in deren/ ꝛc. Andr. Gayl. *lib. 1. obſerv. part. 22. n. 4. &* 7.

Quod ſi à Magiſtratu tranſmiſſas cauſas Camera juſtas cognoverit, non relaxat juramentum, ſed eum, qui præſtitit Urphedam, ſervare illam jubet. 30

Cammergerichts Ordnung/ *dict. tit.* 24. §. Befinde ſich dann. *Andr. Gayl. dict. obſerv. 22. num.* 4.

Si petens abſolutionem à iuramento, aliquo modo confutaverit Urphedæ cauſas à Magiſtratu tranſmiſſas, & Camera perſpexerit iniuſtè exactam eſſe Urphedam, à præſtito juramento, & Urphedâ ipſum impetrantem abſolvit. 31

Cammergerichts Ordnung / *arg. dict. tit.* 24. §. Befinde ſich dann: / Andr. Gayl. *dict. obſervat. 22. n. 4. Verſ. Facti ſerie tranſmiſſâ. Vbi etiam. Verſ. Memini quoque, &c.* teſtatur, quod defenſiones magiſtratus tranſmiſſæ non ſemper communicentur parti adverſæ.

Et ſi magiſtratus ille immediatè Imperio ſubiectus ſit, citatio contra ipſum in cauſa principali decernitur. 32

Cammergerichts Ordnung/ *part. 2. dict. tit.* 24. §. Damit nun/ ꝛc. *ibi*, Citation oder Mandaten/ ꝛc. *& ibi* Magenhorſt. *Verſ. Verum enim verò in fin. Vide* Andr. Gayl. *dict. lib. 1. obſerv. 24. n.* 4. ubi ſcribit, quod lata ſuper relaxatione ſententia, opus ſit nova citatione in cauſa principali, puta ratione injuriæ, vel damni dati: nova inſtantia, novo Prothocollo.

Cæterum ſi magiſtratus contra publicam Imperii pacem, vel ordinationes à ſubdito ſuo exegerit Urphedam, opus non eſt iuramenti relaxatione, ſed contra ipſum iuxta Imperii ordinationem ſoliti proceſſus, decernuntur. 33

Cammergerichts Ordnung/ *dict. tit. 24. in fin.* Magenhorſt. *ibid. §. Idem quoque faciendum putarem.* Andr. Gayl. *d. obſerv. 22 n.* 8.

Quando igitur Camera Imperialis, omiſſa illa exactione rationum Urphedæ, relaxat juramentum, atque inſuper citationem & mandatum contra eum Magiſtratum decernit, ob præpoſterationem illam proceſſus eiuſmodi planè nullus eſt. 34

per l. prolatam 4. C. de ſentent. & interlocut. omnium judic. l. 1. C. de execut. rei judic. c. ad petitionem, §. ultim. extr. de accuſat. c. veritatis, extr. de dolo & contumac. Sebaſtian. Vant. *de nullitat. ſentent. ex defectu proceſſus, numer. 1. & ſeqq.*

Ut & eo caſu, quo mandatum ſine clauſula contra magiſtratum Imperio immediatè ſubiectum decernit Camera Imperialis, antequam ſupplicans pars ſupplicis ſui libelli narrata veriſimiliter probaverit. 35

Reichs Abſchied zu Regenſpurg/ *de Anno* 1594. §. So ſoll auch/ *pagin. 13. fac. 2. cujus verba hæc ſunt:* Es ſoll auch zum fünfften / dieweil nicht müglich alle Fäll / darauff *mandata ſine clauſula* erkendt werden mögen/ unterſchiedlich zuerzehlen/ jeder zeit fleiſſig bedacht und erwogen werden/ daß dieſelbe nicht erkendt/ es ſeyen dann die narrata den darüber auffgerichten General Conſtitutionen/ und gemeinen beſchrieben Rechten/ allerdings gemeß/ und ſonderlich in achtung genommen werden/ daß ſolche und dergleichen Mandata / den unmittelbaren Unterthos

terthonen/wider jhre Oberkeit/ vnd da die narrata nicht *verisimiliter* beſcheindt/ nicht leichtlich erkendt.

36. Eſt & illud hic notandum, quod ſi plura ſint capita, ſuper quibus juramentum præſtitum dicitur ſimplex petitio de abſolvendo non ſufficiat, ſed requiratur, ut ab omnibus gradatim, & ordinatim, prout præſtita fuerunt, relaxatio petatur. Nec ſatis ſit, ſi relatio ad obligationis inſtrumentum fiat.

Decian. *Reſp.*56. *num.*95. *& ſeqq. lib.*4. *T.* etenim ſunt juramenta; quot ſunt clauſulæ, ſive capita, Decian. *dict. num.*95. Proindeq; & tot ſolutiones neceſſariæ, quot juramenta, Menoch. *conſil.*24. *n.*15. *& conſil.*343. *num. ult.* Cravett. *conſil.*815. *num.*1. Surd. *conſil.*38. *num.*4. *& conſil.* 424. *n.*54. Bernhard. Græv. *lib.*1. *concluſ. pract. concl.*22. *n.*11. *&* 12.

37. Neque illud hic ignorandum, quod habilitatio ad effectum agendi ante oblationem libelli petenda ſit. Alioquin enim in periurium incurrit, qui libellum conventionis ante petitam relaxationem offert.

Marant. *conſil.*72. *num. ultim.* quem refert, & ſequitur Græv. *dict. concl.*22. *n.*7.

38. Eſt autem deneganda à iuramento abſolutio, ſi ea effectum produceret nullum.

argum. text. in l. hac ſtipulatio, §. Vivus, ff. ut legat. ſeu fideicommiſſ. nom. cav. & l. ad probationem 21. *C. de probat.* Felin. *in c.*1. *num.*30. *extr. de jurejurand.* ubi allegat. Roman. *conſil.*46. *Incip. In cauſa Dominæ Camillæ.* Sequitur eandem ſententiam Andr. Gayl. *lib.*1. *obſerv. pract.*22. *num.*4. *verſ. Nemini quoque. Et verſ. ſeq.* confirmat hanc concluſionem & hoc à ſimili argumento, quod ſpoliatus non eſt reſtituendus, ſi evidenter & notoriè ex actis conſtet, ſpoliatum in petitorio nihil juris habere.

39. Deneganda quoque eſt iuramenti relaxatio, ad effectum agendi, ſi impetrans iuraverit ſolum, ſe nolle vindicare carceres.

Felin. *in dict. c.*1. *n.*25. *in fin. extr. de jureiurand.* Andr. Gayl. *dict. obſerv.*22. *n.*5. *&* 6. *ubi rationes adducit.*

40. Et quia contra mandatum ſine clauſula adverſus magiſtratum, puta: Principem, de caſſanda præſtita Urpheda, impetratum, exceptio ſub & obreptionis, item maleficii, opponi poteſt, [a] eâ probatâ [b] ſimiliter abſolvendus eſt magiſtratus. [c]

[a] Reichs Abſchied zu Regenſpurg/ *de Anno* 1594. §. Dann auch zum dritten/ *pag.*13. *fac. l.*1. *§.*1 *ff. de appell. et.* Poſt alios Bernhard. Græv. *lib.*1. *concluſ. practic. concl.*14. Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſervat. pract.*14. Petr. Frider. Mindan. *de mandatis, lib.*2. *cap.*15. [b] Probare eam tenetur excipiens ut poſt alios, quos refert & ſequitur, oſtendit Græv. *dict. lib.*1. *concluſ. pract. concluſ.*14. *conſiderat.*1. [c] Andr. Gayl. *dict. obſerv.*14. *n.*2. *&* 3.

41. Quæritur de expenſis, num illæ refundendæ ſint ei, qui à iuramento abſolutus fuit? Gayl. diſtinguit: [a] Grævæus autem id iudicis diſcretioni relinquendum rectè exiſtimat. [b]

[a] *lib.*1. *obſerv. pract. obſerv.*24. Ubi, aut, ait, citatus in termino cōparet, & cōſentit relaxationi: Atq; hoc caſu ei parcendum eſt. Aut comparet, & non expreſsè quidem relaxationi conſentit, ſed eam judicis arbitrio relinquit: Et tunc ſimiliter ei parcendum eſt: Aut verò comparet in termino, & relaxationi excipiendo contradicit: Et tunc ſi ſuccumbat, meritò in expenſis condemnatur. [b] *d. lib.*1. *concl.*24. Hac ratione, quod & poſteriore hoc Gaylianæ diſtinctionis membro adverſarius juſtam contradicendi cauſam habere potuerit. Quod ſi impetrans mandatum de caſſanda Urpheda non obtineat, in expenſas adverſario condemnatur, Gayl. *lib.*1. *obſerv. pract.*14. *n.*2.

Poſtre-

Digitized by Google

Poſtremò, ſi exceptionibus ſuis Magiſtratus nihil effecerit, ſed parere, atq; caſſare Urphedam juſſus fuerit, quæſtionis eſt, an integrum ei ſit, reviſionem petere? Aientem concluſionem veritati propior videri debet. 42

per text. in Abſchied deß Deputation Tags zu Speyer/ *de Anno* 1600. §. Belangendt aber *cauſas, pag.* 48.

Cæterum quia reviſio non impedit executionem & effectum mandati, ſi Urphedatus, idoneam & ſufficientem cautionem præſtiterit, [a] ſequitur inde, ſi ob crimen grave pœnâ mortis dignum Urpheda conſtrictus ſit, cum hoc caſu cautio ejuſmodi non poſſit præſtari, [b] effectum & executionem mandati hic ceſſare. 43

[a] *de receſſ. deputationis Spirens.* §. Belaugend aber/ꝛc. [b] *l.* 1. & *l.* 3. *ff. de cuſtod.* & *exhibit. reor.* Iodoc. Daumhauder. *in praxi, crim. cap.* 20. *nu* 9. & 10. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. judic. caſu* 303. *nu.* 15. & 16. Farinac. *lib.* 1. *prax.* & *theoric. crim. tit.* 4. *quæſt.* 33. *nu.* 48. & *ſeq.*

Class. VI. Disput. XX.

DE LITIS CONTESTATIONE.

THESIS I.

SI edita actione, una vel pluribus, Reus conventus exceptionibus maximè dilatoriis utatur, de quibus ſupra, [a] diſceptandum de illis erit inter ipſos litigatores, priuſquam lis conteſtetur. [b] Sin objicere velit nullam reus dilatoriam exceptionem, aut quæ propoſita fuit, expedita ſit, conteſtatio litis ſuccedit. [c]

[a] *Diſput.* 12. *theſ.* 41. & *ſeqq.* & J. W. New Landrecht/ *part.* 1. *tit.* 23. *rub. de dilatoriis except.* [b] *dict. diſp.* 12. *theſ.* 92. & *ſeqq.* [c] *ordinat. Cam Imper. part.* 13. §. 1. Andr. Gayl, *libr.* 1. *pract. obſerv.* 73. *num.* 1. J. Wirtt. New Landrecht/ *p.* 1. *tit.* 24. *pag.* 112. Dn. Beilich. *Vol.* 1. *concluſ.* 17. Obrecht. *tract. ſingul.* Chriſtinæ. *Vol.* 2. *deciſ.* 155. Goldſtein. *in pract. cap.* 33.

Litis conteſtatio eſt actionis & cauſæ, de qua controverſia eſt apud judicem ex utraq; parte facta narratio: [a] ut cùm apud judicem actor petitionem ſuam proponit, & ad eam reus ita reſpondet, [b] ut teſtetur, & declaret mentem ſuam, quod velit illius controverſiæ nomine cum actore coram ipſo judice litigare. [c] Germanicè Kriegs beveſtigung/ item Verfahung deß Kriegs. 2

[a] *l. un. Verſ. lis enim. C. de litis conteſt.* & *l. Rem* 14. §. *patroni. ff. de judic.* Cujac. *lib.* 9. *obſerv. cap.* 21. *in paratit. C. dict. tit. de litis conteſt.* Addit quidem Cujac. in ſua definitione: teſtibus præſentibus; quod denotat priſcum litis conteſtandæ morem. Vnde etiam nomen litis conteſtationis, Donell. *lib.* 24. *cap.* 1. *in prin pag.* 42. Verùm quia non ampliùs litis conteſtationi teſtes adhibentur, licet nomen manſerit; iccircò rectè omittuntur in definitione verba illa, ut rectè ſentit Donell. *dict. cap.* 1. *pag.* 43 *Verſ. De teſtatione,* & Dominus Gœdd. *ad l.* *nomen* 36. *nu.* 10. & 21. *ff. de Verb. ſign.* Conteſtari autem lis debet apud ſive ante iudicem. *d. l. un. C. hoc t.* & *c. ſuper quæſtionem.* §. *Quòd ſi delegatus. extr. de offic.* & *poteſt. de leg.* [b] *c. dudum Eccleſia* 54. §. *licet autem poſitiones, extr. de elect.* & *c. un.* §. 1. *extr. de litis conteſt* [c] *c. penult. ibi,* & *lite coram nobis pleniſſimè conteſtata. extr. de jurament. calumn* & *cap. ult. tit. de litis conteſt. in* 6. Marant. *part,* 6, *Rubric. de litis conteſt.* Rota *deciſ.* 6. *n.* 1. *de litis conteſtat. in novis.* Andr. Gayl.

Digitized by Google

lib.1.obſerv.pract.obſerv.73.num.5. VVeſemb. *in parat. C. de litis conteſt. n.4. & 8.* Gœdd. *ad d. l. litis 39. num. 10.*

3 In hac autem ſpectamus, tum ejus partes & ſpecies: tùm formam & modum conteſtandi litem, itemq; ſubjectum hujus conteſtationis; tùm etiam quæ conditio ſit judicii omiſsâ litis cõteſtatione, & qui ſint illius effectus.

4 Partes litis conteſtationis ſunt propoſita actoris intentio, & ex adverſo Rei reſponſio.

dict. c. un. in fin. ibi, per petitionem in jure propoſitam, & reſponſionem ſecutam litis conteſtatio fiat, extr. de litis conteſt. & dict. c. eudum 45. §. licet autem extr. de elect. & l. 2. ibi, niſi poſt narrationem & reſponſionem C. de jurejur. propter calum. l. rem non novam 13. §. patroni. Cod. de judic.

5 Quemadmodum autem actor litem conteſtari dicitur cum Reo, hic non cum illo, [a] ita reus ut plurimum judicium ſeu actionem accipere, [b] excipere, [c] item ſuſcipere & ſubire judicium dicitur. [d]

[a] *l. ſi à me fuerit 11. ff. de judic.* Cujac. *lib. 9. obſ. cap. 31.* Gœdd. *ad d. l. litis nomen 36. num. 18. ff. de verb. ſignif. l. fundum. 28. verſ. nec ſi litem. ff. de novation.* [b] *l. ſi is qui. 34. ff. de jud.* [c] *l. qui non cogitur 22. ff. d. t.* [d] *l. 2. §. legatis, l. 3. l. ſed etſi ſuſcepit 52. in prin ff. dict. tit.* Obſtat quod judicium dicitur reddi in invitum, *l. inter 39. §. 1. ff. de V. O.*

6 Hinc lis conteſtata, & judicium acceptum ſive cœptum pro eodem dicuntur.

L. eùm fundus 31. in princ. ff. de reb. cred. & l. vulgò 2 ff. de uſur. junct. l. illud 40. in princip. ff. de petit. hered. & l. propterea 20. ff. de rei vindicat. & l. 1. Cod. de judic. & l. ampliùs 15. ff. rem rat. haber.

7 Inde conſequens & illud eſt, quod judicium à litis conteſtatione incipit, & ante litis conteſtationem judicium nullum eſt.

l. un. C de litis conteſt. l. 1. C. de jud. And. Geyl. *lib. 1. obſ. pract. obſ. 74. num. 2.* Cujac. *in libr. 14. quæſt. Papin. pag. 364. col. 2. in fin.* Donell. *lib. 23. comment. c. 1. pag. 2. lin. 34. & ſeq. & lib. 24. cap. 3. in prin. pag. 49. & ad l. 4. n. 2. C. de pact.* Obſtare videtur, *§. omnium autem, Inſtit. de pœna temerè litigan. tium.* Et ante illam *in judicio non agere, ſed agere velle dicitur.* Gail. *1. d. obſ. 74. nu. 2.* Boer. *deciſ. 33. nu. 15.*

8 Dicitur tamen lis mota, etiam ante litis conteſtationem, cùm primùm ab actore moveri & inſtitui de aliqua re controverſa cœpit, puta quamprimùm actio inſtituta eſt, quod fit, cùm reus vocatur in judicium, & libellus conventionis illi offertur.

d. §. omnium autem, Inſt. d. t. & Nov. 112. de litig. [illegible] 1. in princ. Donell. *ad d. l. 4. num. 2. Cod. de pact.*

10 Quin etiam non deſunt, qui non modò antè litis conteſtationem, ſed & antequam reus in jus vocetur proprié litem eſſe putant.

per l. litis nomen 36. ubi Alciat. & Gœdd. *nu. 6 & 7. ff de verb. ſig.* Facit huc quod lis conteſtari dicitur. Vnde lis eſſe videtur etiam ante conteſtationem. Et ſentit ita gloſſ. & Bald. *ad l. cauſas 16. Cod. de tranſact.* Confert etiam quod lis & actio pro eodem accipiuntur, ut patet ex collat. *l. lis nulla. ff. de judic. & l. cum ſervo. ff de R. I.* Iohan. Ferrar. *in form. libell. compromiſſ. in verb. occaſione cujus tum litis. nu. 1.* Vide quoq; addit. ad Lanfr. *extr. de cauſa poſſeſſ. & propriet. at. in prin. nu. 2. & 3.*

11 Verius tamen eſt proprié litem non eſſe antequam conteſtetur lis, ſed tantùm eſſe controverſiam.

d. 5. in

l.5.in princ. & *l.ſed etſi 25.§.ſi ante.ff.de petit.heredit.l.1.in prin.junct.§.1. de litigioſ.l.pen.* & *ult.C.de except.l.edita 3.ibi,futura litis.C.de edend.* Lanfranc.*ad rub.tit. de cauſ.poſſeſſ.* & *proprietat.in prin.nu.*2. & 3.Marant.*part.5.in princ. num.*64.*pag.*269. Cujac.*dict.libr.9.obſervat.cap.*21.

Ut lis, ſic & inſtantia poſt cœptum incipit judicium. [a] Quid autem inſtantia ſit variant Interpretes. Quidam ipſum cœptum judicium & litem inſtantiam appellari putant, communiter verò & rectiùs ſentiunt Dd. inſtantiam eſſe ipſam exercitationem judicii cœpti, ſive conatum & factum omne actoris, & Rei, quod poſt litem conteſtatam inſtant, ut lis promoveatur.& ad exitum producatur. [c] 12

[a] *l.* & *poſt 73.§.penult.ff.de judic.* [b] Dominus Gœddæ.*ad l.litis nomen.*36. *nu.7.ff.de verb.ſignific.* [c] Marant.*dict.part.5.in princ.nu.*2.Donell.*ad l.4.nu.ult.C.de pact.* & *lib 28. commentar.cap.3.pag.*433.*lin.*21. & *ſeq.e.per l.2.verſ.Reus autem,C.de jurejur.calumn. l.properandum 13.C.de judic.* & *d.l.* & *poſt.7.§.pen.ff.de judic.*

Species litis conteſtationis duæ ſunt : Eſt enim affirmativa litis conteſtatio,eſt & litis conteſtatio negativa. 13

Petr.Termineus *in proceſſu juris cap.*31.VVeſembec.*in paratit.C.dict.tit.de litis conteſtat. num.*3.Vult.*ad tit.Inſtit.de act.num.*72. Gœdd. *ad l.litis nomen 36.num.* 21.*ff.de verb.ſign.*ubi Vigelium diſſentientem notat, ſed & affirmativam eſſe litis conteſtationem malè probant VVeſemb. & Gœdd.*ex l.ſi reus 73.ff. de procurat.l.ſi debitori 21.ff.de judic.l. debitoribus 31.ff. de reb.judic.l.ſi convenerit.26.ff.de re judic.* Vide Obrecht. *de litis cont.cap.2.num.*16. & *ſeqq.*

Affirmativa litis conteſtatio ex parte actoris,negativa ex parte Rei quibuſdam eſſe videtur;ut cùm ille ſibi deberi affirmat, hic verò negat. 14

Andr.Gayl.*lib.1.obſ.pract.obſ.73.nu.*2.Vult.*ad dict.tit.Inſtit.de actionib.n.*72. Vide Gœdd. *ad d.l.litis 36.nu.ult.ff.de verb.ſign.*

Nos affirmativam litis conteſtationem dicimus, cùm reus quidem jus agendi competere actori non negat, ſed ei viciſſim exceptionem opponit, qua actionem motam elidere intendit, quam exceptionem ſuam conteſtari dicitur, [b] ut actor litem ſuam cum Reo. [c] 15

[a] *l.ſi quidem 9.Cod.de except.l.2.verſ.Reus autem Cod.de jurejur.propter calum.* Donellus *libr.23.comment.cap.1.pagin.2.lin.*16. & *ſequent.* & *lib.22.capit.1. in princip.* Gœdd. *ad dict.l. litis nomen* 36. *num.*21.*ff. de verbor.ſignif.* Petrus Termineus *in proceſſu juris cap.31.pag.*112. [b] *l.præſcriptionem 8.* & *l.ſequent.Cod de except.* [c] *dict.l.ſi a me 11.ff.de judic.l.ita demum.13. C. de procurat.*

Qui autem Reus ſua reſponſione ſimpliciter confitetur, ſe debere, aut rem eſſe actoris, quæ petitur, aut nullam peremptoriam exceptionem opponit,an litem conteſtari dicatur,controverſum videtur. [a] Nos eum conteſtari litem negamus: ſi quidem ejus confeſſione lis tollatur, quæ nulla eſſe poteſt, niſi de re controverſa; [b] Unde hic ceſſant judicis partes in judicando, [c] quamvis ad debitum ſolvendum vel præſtandam rem condemnet reum, [d] id eſt, jubeat eum ſolvere,vel præſtare rem. [e] 16

[a] Vt apparet ex Bald. *ad d.l.un.num.11. C.de litis conteſtat.* & Felino *ad cap.un.num.5.extr. de litis conteſtat.* & affirmativam amplectitur Marant. *part.6. Rubr.de litis conteſt.numer.4 in pr.* & *fin.* Communiter quoq; in practica iſthæc confeſſio litis conteſtatio affirmativa dicitur.

Vide

Digitized by Google

Vide Fürſtl. Würtemb. Landrecht/ *part.1.tit.* von Befeſtigung deß Kriegs/ *pag.85.* §. Es heiſt vnd wirdt/ [b] Donell. *libr.24. comment. cap.1. in princip.* Termineus tamen *dict. cap.31.* & hanc confeſſionem dicit eſſe litiscontestationem. [c] *l. Perinde 26. §. ult. ff. ad leg. Aquil.* [d] *l.3. & l.5. ff. de confeſſ.* ſed obſtat, quod ſine litiscontestatione nullum eſt judicium; *l. un. Cod. de litis conteſt. & c. un. in fin. extr. eod. tit.* proindeq; nulla ſententia, *l. De qua re 74. in princ. ff. de judic.* [e] Marant. *part.4. diſtinct.9. nu.*53. Donell. *lib.28. comment. cap.1. pag.425. circa finem.* An per verbum dubito inducatur litiscontestatio. Vide Cævall. *in ſpecul. commun. opin. quaeſt.*442.

17 Negativa litis conteſtatio eſt, cum reus ſua reſponſione ſimpliciter inficiatur & negat ſe actori debere; aut rem vel jus actoris eſſe: ut ſi dicat; *Nego narrata, prout narrantur, & ideo petita, prout petuntur, fieri non debere*: Jch bin der Klag nicht geſtändig: Addita plerunque hac clauſula; animo litem conteſtandi negative, in Gemüt vnd Meinung den Krieg Rechtens mit Nein zu befeſtigen / vnd bitt mich von der Klag zu entledigen: mit Abtrag Koſtens vnnd Schadens.

dict. l. ſiquidem 9. in princ. C. de except. l. Rem non novam 14. §. patroni, ibi, cùm lis fuerit conteſtata poſt narrationem propoſitam & contradictionem objectam C. de judic. Keyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part.3. Tit.13.* §. Vnd nach dem/ ꝛc. Pet. Termineus *in proceſſu juris c.31. Verſ. Negativè verò fit, &c.*

18 Haud tamen omninò ineptè & illa dici negativa litis conteſtatio poſſet, quam affirmativam diximus, ſi reſponſionis Rei finem ſpectes, cùm exceptionem ſuam conteſtatur: quippe cum exceptionis ſuæ conteſtatione [a] id intendat, & principaliter illud ſpectet reus, ſe non debere, vel rem aut jus non eſſe actoris. [b]

[a] Dicitur exceptio conteſtari *in l.8. & l.9. C. de except.* [b] Donell. *lib.22. comment. cap.1. pag.* 557. *Verſ. Nam principaliter, &c.* Diſſentit Dominus Gœdd. *ad d. l. litis nomen 36. num.17. ff. de Verb. ſignif.*

19 Quod attinet formam & modum conteſtandi litem, is continetur maximè conceptione verborum, quibus lis conteſtatur. Communis autem practica conteſtandi litem hæc eſſe traditur, ut Reus dicat, *poſita prout ponuntur, & narrata prout narrantur, vera non eſſe, ſalvis juribus & defenſionibus ſuis ſuo loco & tempore producendis.*

Marant. *d. part.6. Rub. de litis conteſt. nu.* 4. ubi addit, quod Reus ita reſpondens non poſſit incurrere pœnam negantium, quam ſubiret, ſi ſimpliciter negaret.

20 Accipit judicium Reus & his verbis: *Litem conteſtando nego narrata prout narrantur, & dico petita fieri non debere.*

Specul. *lib.2. Rub. de litis conteſt. in princ. num.*2. Vbi ſubjicit, ſi plura in libello ſint diſtinctè poſita capita, ea omnia hanc reſponſionem complecti. Sin copulativè plura ſint poſita capitula, tunc ad ſingula ſingulatim eſſe reſpondendum, alioqui pro uno falſo totum libellum negari poſſe. Speculatorem ſequitur Petr. Termineus in *proceſſ. juris c.31. pag.* 113. *& ſeq.* Sichard. *ad l. un. n.8 & 10. C. de litis conteſt.*

21 Etſi verò lis conteſtari dicatur his verbis: *Nego narrata*; [a] item his verbis: *Nego petita*, [b] attamen non conteſtari litem volunt hiſce verbis: *Nego narrata, vel nego petita*, cùm libellus ita eſt conceptus; *cùm tenearis mihi in decem ex cauſa mutui, peto te mihi condemnari*; proindeq; in reſponſione primis illis verbis: *Nego narrata* ſubjici debere: *Et dico petita fieri non debere*; non hæc verba; *vel nego petita.* [c]

[a] *l. Rem*

[a] *l. Rem non novam* 14. *§. patroni. C. de judic.* Specul. *dict. Rubr. de litis conteſt. in prin. num.* 4. Sichard. *ad l. un. n.* 8. *C. de litis conteſt.* [b] Specul. *dict. Rub in prin. nu.* 5. Siquidem per petitionem & reſponſionem ſecutam litis conteſtatio fiat. [c] *c. un. in fin. extr de litis, conteſt. l. Dudum* 54. *§. licet, extr. de Elect.* Sichard. *ad dict. l. un. nu.* 8. Specul. *d. Rub. in prin. nu.* 4.

Cenſent quoque Dd. per verbum etiam dubitativum litis conteſtatio- 22
nem induci, ut ſi Reus dicat; *Non credo narrata vera eſſe.*

Marant. *dict. part.* 6. *Rubr. de litis conteſt. num.* 14. *Verſ. Inducitur etiam.* & eſt text. *in c. cùm ſedem.* §. 1. *Verſ. ad quæ reſpondit, extr. de reſtitut. ſpoliat.* Sed Bald. *ad l. un. num.* 10. *Cod. de litis conteſt.* & ibidem Sichard. *n.* 9. *in fin.* dicunt fieri hoc modo litis conteſtationem; ſi pars & Iudex hanc reſponſionem admittant: aliàs non, eò quod legitima debeat eſſe reſponſio. Cavall. *quæſt.* 442.

Ut & ſi dicat Reus; *tu mentiris*; [a] aut ſi procurator vel heres Rei reſpon- 23
deat: *Ignoro.* [b]

[a] Felin. *ad c. un. nu.* 22. *extr. de litis conteſt.* Marant. *d. n.* 4. *Verſ. Item inducitur*; Sichard. *ad l. un. nu.* 9. *C. de litis conteſt.* [b] Marant. *eadem Rubr. nu.* 6. Diſſentit VVeſembec. *in paratit. C. de litis conteſt. nu.* 6. *per l. Si debitor,* 42. *ff. de petit. heredit.*

In Camera Imperiali in cauſis ſimplicis querelæ negativa litis conte- 24
ſtatio his verbis fieri jubetur; In Sachen N. contra N. bin ich der Klag nicht geſtändig / bitt mich von derſelben mit Abtrag Koſten unnd Schaden zu erledigen.

Reyſ. Cammergerichts Ordnung / *part.* 3. *§.* und nach dem / ꝛc.

Jure Wirtembergico Reus litem conteſtari dicitur, wann er nach einge- 25
brachter und ubergebner Klag / darauff mit geſtehen oder widerſprechen derſelbigen (welches dann mit guten lauten Worten / mit Ja oder Nein / geſtehen / oder nicht geſtehen ſolle) Antwort gibt.

Fürſtl. Würtemb. Landrecht. *part.* 1. *tit.* von Beveſtigung deß Kriegs. *pag.* 85. Es heißt / ꝛc.

Sed quæritur, ſi Reus litem negativè conteſtetur, negando narrata, vel 26
contenta libelli, petendo ſe ab inſtituta actione abſolvi, actor verò contra talem negativam litis conteſtationem non repetat narrata ſui libelli loco litis conteſtationis, dicendo narrata eſſe vera, & pronunciandum juxta petita, ſed ad ulteriora, puta probationem, &c. procedat: an nihilominùs utrinque litis conteſtatio facta intelligatur? Aiens ſententia judicio Camerali probatur.

Andr. Geyl. *lib.* 1. *obſerv. pract. obſerv.* 73. *num.* 3. Dubitandi cauſam fortè præbuit diſpoſitio ordinationis Cameræ *dict. part.* 3. *tit.* 13. *§.* und nach dem bißher / ꝛc. *Verſ.* dargegen / *ubi ita cautum,* dargegen deß Klägers Anwald oder *Procurator* nicht anders oder weiters fürtragen ſoll / dann nämlich alſo / in angeregter Sach / repetier ich mein articulirte Klag / an ſtatt der Articul / bitt Innhalt derſelben: Oder ſo die Klag nicht articulirt: alſo / in angeregter Sach / erhole ich mein Klag / unnd bitte Zeite zu fernerer Handlung / laut der Ordnung.

Non autem conteſtata lis dicitur, ſi tantùm ſimpliciter poſtulatio facta ſit, vel actionis ſpecies edita, [a] ut nec poſitionibus, & reſponſionibus hinc inde coram judice factis. [b]

[a] *d. l. un. C. de litis conteſt.* [b] *c. un. §.* 1. *extr. eod. tit.* & *c. Dudum* 54. *§. Licet extr. de elect.* Geil. 27
lib. 1. *obſ.* 83. *num.* 8. Mynſing. *Reſp.* 2. *nu.* 6. *decad.* 1.

28 Quid ſi Reus commemorato ab actore ipſi facto contradicat quidem vel in totum, vel pro parte, ſed proteſtetur ſimul apertè; quòd ſua iſthac reſponſione litem conteſtari nolit, nunquid non attenta ea proteſtatione lis nihilominus pro conteſtata habetur? Negamus, [a] niſi poſt proteſtationem libello ſimpliciter reſpondeat negativè, quo caſu proteſtatio, cùm actui contraria ſit, tollit proteſtationis effectum. [b]

[a] Nam litis conteſtatio mentis declarationem deſiderat volentis litigare, & utriuſque animum ac conſenſum requirit, ut etiam nomen ipſum oſtendit. Atq; ita ſentit *ad l. 5. C. de litis conteſt.* Bart. *nu.* 15. 16. & 17. Ang. *nu.* 4. Et eſt cautum ſtatuto VVirtembergico, *part. 1. tit.* von Befeſtigung deß Kriegs/ *§. ult.* [b] And. Geil. *lib. 1. obſer.* 76. *nu.* 5. 6. & 7. Etſi igitur iſthæc proteſtatio fiat, nihilominus tamen (quod aliquando factum meminimus) in concluſione reſponſionis petatur, daß Beklagter jhme Klägern umb ſeine Klag nichts zu thun ſchuldig/ ſondern darvon abſolvirn/ vnd definitivè zu entbinden ſey/ ipſa lis pro conteſtata habetur.

29 Quid verò ſi peremptoria duntaxat oppoſita ſit actori exceptio, nunquid per hoc lis conteſtata cenſetur? [a] Negantium opinio nobis ex Jure Canonico placet: [b] non etiam jure civili, [c] etiamſi exceptio ſit litis, ut vocant, finitæ, ut quæ etiam ante litis conteſtationem jure Canonico in vim dilatoriæ exceptionis opponi poteſt. [d]

[a] De hac controverſa quæſtione vide gloſſ. Bart. *num.* 12. Bald. *num.* 3. & Angel. *num.* 3. & 4. *ad l. un. C. de litis conteſt.* Marant. *dict. part.* 6. *Rubr. de litis conteſt. n.* 5. [b] *c. 1.* & *2. de litis conteſt. in 6.* [c] per actoris enim narrationem propoſitam, & rei objectam contradictionem jure civili lis conteſtatur, *l. Rem non novam* 14. *§. patroni. C. de judic.* Quando autem Reus hujuſmodi exceptionem objecit, certè contradicit actori, cùm neget per eam ſe actori debere. Sichard. quoque *ad l. un. num. ult. C. de litis conteſt.* ſcribit, jure civili per oppoſitionem exceptionis peremptoriæ induci litis conteſtationem. [d] Cum enim hujuſmodi exceptionem ſimpliciter objicit Reus, ſine ulla proteſtatione, neque petit ſe ab inſtantia & judicii obſervatione abſolvi, certè ex natura illius conteſtatio litis negativa jure civili implicitè ineſt. Sed obſtat ratio apud Mynſing. *cent. 4. obſerv.* 49. & Bart. *ad dict. l. un. nu.* 12. *C. de litis conteſt.* diſtinguit inter exceptionem peremptoriam ſtatim poſt actoris narrationem objectam, & eam quæ ex intervallo fuit oppoſita, per illam induci litis conteſtationem ait, motus textu *d. l. Rem* 14. *§. patroni, Cod. de judic.* Per hanc verò non item, adductus textu *c. 1.* & *c. 2. de litis conteſt. in 6.* Alii autem aliter in concordiam reducere conantur civile & Canonicum jus.

30 Sed nunquid ad formam litis conteſtationis pertinet, ut ea inter præſentes litigatores fiat? Bartol. Bald. & alii Dd. communiter ajunt. [a] Quidam verò alii, inter quos etiam eſt Marant. [b] & Sichardus, [c] negant. Illorum opinio procedit, noſtro judicio, jure veteri, quo in jure apud Prætorem præſentibus teſtibus litis conteſtatio fiebat, [d] horum verò ſententia jure obtinet novo, quo in ſcriptis etiam abſentes procedere litigatores poſſunt. [e]

[a] Bartolus *numer.* 9. Bald. *num.* 9. Bald. *numer.* 4. *ad dict. l. un. cap. de litis conteſt.* [b] Marant. *part.* 6. *Rubr. de litis conteſt. num.* 70. [c] Sichard. *ad dict. Rubr. Cod. dict. tit. num.* 4. [d] Cujac. *libr.* 9. *obſervat. cap.* 31. Vultej *ad Rubr. tit. Inſtit. de actionib. num.* 71. Goedd. *ad l. litis nomen* 36. *num.* 10. 12. & 14. *ff. de verb. ſignif.* [e] Vide Sichard. *ad dict. Rubr. Cod. de litis conteſt. num.* 4.

In quæ-

In quæſtionem & illud vocatur, an litis conteſtatio requirat neceſſariò ſcripturam? VVeſembec. quidem affirmat, [a] ſed nullo, ut credimus, certo fundamento, [b] & mores judiciorum aliud hodie teſtantur. 31

[a] *In parat. C. de litis conteſt. num.* 6. [b] ſcriptura ad litis conteſtationem neq; *in l. un. C. de litis conteſt.* neq; *in c. un. extr. eod. tit.* neq; *in c. 1. aut c. 2. tit. eod. in* 6. Neque etiam *in c. Dudum* 54. *§. licet, extr. de elect.* neq; in ordinatione Cameræ Imperialis *part. 3. t. 13. §.* vnd nach dem/ꝛc. requiritur, quibus tamen locis de litis conteſtatione ex profeſſo agitur. In Camera tamen hodie litis conteſtationes plerunq; in ſcriptis fieri, & reſponſionibus ad libellum præfigi ſolent, ait Schvvanman. *lib. 2. de proceſſ. Cameral. cap* 13. *num* 13.

Purè tamen non conditionaliter fieri litis conteſtatio debet. 32

Keyſ. Cammergerichts Ordnung. *part. 3. tit. 32. §.* So ſollen auch/ꝛc. Mynſing. *cent. 3. obſer. 74. Verſ. & ideo Domini.* VVeſemb. *in parat. C. de litis conteſtat. num. 2. per l. Non quemadmodum 35. ff. de judic. & l. actus legitimi, ff. de reg. jur.* ſic ſæpè in judiciis, puram litis conteſtationem Reo injunctam vidimus; daß er den Krieg Rechtens *purè* zu beſeſtigen ſchuldig ſeyn ſolle. Vt & illud, quod conditionalis, ſive eventualis conteſtatio litis ex officio pro pura accepta fuit, daß die litis conteſtation ſub conditione geſchehen/ pro pura angenommen.

Verum ut in mandato procuratorio facta ſit mentio litis conteſtationis, neceſſe non eſt. Sed procurator etiam ſine ſpeciali mandato litem conteſtari tenetur. 33

Mynſing. *cent. 4. obſervat.* 97.

Sequitur de ſubjecto litis conteſtationis, hoc eſt, de controverſa cauſa, in qua litis conteſtatio requiritur. Deſideratur autem litis conteſtatio in civili cauſa, [a] item in cauſa criminali. [b] 34

[a] *l. un. Cod. de litis conteſtat. cap. un. extr. eod. cap. 1. & cap. 2. tit. eod. in* 6. [b] *l. adultera 13. Cod. ad leg. Iul. de adulter. l. Inter 10. ff. de public. judic.* Cujac. *libr. 9. obſervat. capit. 21. & libro 20. capit.* 20.

Et licet in cauſis ſimplicis querelæ neceſſaria ſit litis conteſtatio: attamen in appellationis cauſa ea neceſſariò non deſideratur. 35

l. Ita demum 13. Cod. de procurat. c. per tuas. 58. §. Nos igitur, extr. de appellat. & l. ultim. §. illud Cod. de tempor. appell. Geil. *libr. 1. obſervat. pract. obſervat. 76. num. 1. & ult. in fin.* Mynſing. *cent. 1. obſervat. 1. &* 38. VVeſembec. *in parat. Cod. de litis conteſt. num.* 5. Diſſentit Dn. Beſold. *tract. de appell. cap.* 13. *num.* 2. & ante eum Obrecht. *tract. de litis conteſtat. cap. 4. nu. 36. & ſeqq.* Quidam tamen diſtinguunt inter appellationem à definitiva, & appellationem ab interlocutoria. Non ulli, ut Philipp. Franc. *in c. per tuas, nu. 9. tit. de except. in* 6. diſtinguunt, utrùm procedatur contra abſentem, vel contra præſentem: ut oſtendit etiam Andr. Geil. *dict. obſ. 76. nu.* 1. vide etiam Dec. *ad c. per tuas, extr. de appellat.* Verùm hanc diſtinctionem rejicit Mynſing. *cent. 1. obſerv. 1. & obſerv.* 38.

In Camera autem Imperiali, [a] ut & in ſuprema Curia VVirttembergica, [b] aliisque judiciis quibuſdam, regulariter in omnibus cauſis neceſſaria eſt litis conteſtatio, licet ab interlocutoria appellabili provocatum fuerit. 36

[a] Keyſerlich Cammergerichts Ordnung/ *part. 3. tit. 32. §.* Wo aber der Appellat. Mynſinger. *cent. 1. obſervat. 1. in fin.* Andreas Geyl. *libr. 1. obſervat. pract. obſervat. 76. numer.* 2. Mynſinger. *cent. 1. obſervatio.* 38. [b] Fürſtl. Würtemberg. Hoffgerichts Ordnung / *part. 3. titul. 5. §. ultim. pag.* 57.

Illud tamen obſervandum eſſe, ait Geil. quod ſi bis provocatum, ſive 37

 appel-

appellatum ſit, ita ut in Camera ſit tertia inſtantia, omiſſa litis conteſtatio in ſecunda inſtantia, ſententiam ex eo non vitiet, proindeq; talem ſententiam reformari & confirmari poſſe.

Geil.*dict.lib.1.obſerv.76.num.ult*.

38. Quòd attinet nullitatis cauſam, ſi ea incidenter moveatur cum appellationis cauſa, non opus eſt litis conteſtatione, cùm acceſſorium ejuſdem ſit naturæ cum principali ſuo: [a] at ſi principaliter & ſeorſim moveatur nullitas, exigitur litis conteſtatio, [b] niſi nullitas ſit notoria, ut quæ ex actis apparet. [c]

[b] Mynſing.*cent.1.obſ.*38. Geil.*lib.1.obſ.pract.obſer 77.in princ.* & *n.6.*Specul.*lib.2.tit.de litis conteſtat. §. Quando autem,num.*3. [b] Decian.*ad c.per tuas,n.13.* & *ſeqq.extr.de appellat.* Mynſing.*dict.obſervat* 38. & Geil.*dict.obſerv.77.num.1.* Hoc enim caſu per modum novæ actionis proponitur, proindeque neceſſaria litis conteſtatio, Geil.*dict.obſerv.nu.4.* [c] Mynſing. *dict.* [illegible] 38. & Geil.*d.obſer.77.nu.1.2.* & 3.

39 In Camera indiſtinctè ſuper notoria nullitate ante litis conteſtationem pronunciari poteſt, ſive principaliter, ſive incidenter deducta ſit nullitas: [a] Quòd ſi verò altiorem requirat indaginem, utputa ſi à parte tantùm allegetur, non autem ex actis manifeſtè appareat, tunc litis conteſtatio deſideratur. [b]

[a] Cammergerichts Ordnung/*part.3.tit.34. §.* Und ſoll alſo/ꝛc. [b] Geil.*d.obſ.77. nu.5.* Mynſing.*dict.obſer.38.in fin.*

40. Sed nunquid etiam ſuper exceptione lis conteſtanda eſt? Dd. negant, [a] ſed verior negata videtur ſententia, cùm exceptio eſt peremptoria, quæ intentatæ actioni in exordio litis objicitur. [b]

[a] Decian.*ad c.per tuas nu.6.* & *num.ult.extr.de appellat.* Dominus Gœdd.*ad l.litis 36.nu.17.* & *ſeqq.ff.de verb.ſignif.* [b] *l.præſcriptionem 8.* & *l.ſeq.Cod.de except.*

41 Cenſet quoque Speculator [a] ſuper omnibus dilatoriis exceptionibus litis conteſtationem fieri debere; quod jure vix defendi poteſt. [b]

[a] *Lib.2.Rub. de litis conteſt. §. Quando autem,num.1.* [b] Nam ante cœptum in principali cauſa judicium lis non eſt.

42. In cauſis autem ſummariis, in quibus ſtrepitus & figura judicii non deſideratur, litis conteſtatio neceſſaria non eſt, proindeque nec in mandatis de relaxandis captivis. [b]

[a] *Clement.ſæpè,tit.de verb.ſignif.* Marant.Rubr.*de litis conteſt.num.2.pag.427.* Mynſing.*cent.1.obſer.1.* [b] Geil.*lib.1.obſer.pract.obſ.78.*

43 Vidamus quæ conditio ſit judicii omiſsâ litis conteſtatione. Vitiatur autem proceſſus judicii, & ſententia ferri non poteſt juſta, ſi omiſſa ſit litis conteſtatio: [a] eò quod hæc eſt ſubſtantia, & fundamentum judicii, [b] ita ut partium conſenſu omitti non poſſit in ordinario judicio. [c] Proindeque rectè lapis angularis appelletur. [d]

30 Quid verò, ſi juramentum calumniæ in litis exordio pręſtiterint partes, nunquid nihilominus & juramentum dandorum & reſpondendorũ præſtare tenentur? Non deſunt, qui negant; [a] & rectè ſi à neutra parte exigatur: [b] Attamen ſi pars una juſiurandum hujuſmodi exigat ab altera, utrinque illud præſtandum erit.

[a] Chriſtoph. Schvvanman.*lib.1.proceſſ.Cameral.cap.45. num.5.* [b] Cammergerichts Ordnung/*part.3.tit.15.in princ. Verſ.* auch das *juramentum*. Et tunc partibus injungi ſolet, ut poſitionales & reſponſiones vigore juramenti calumniæ repetant. Commentar. *ad ordinat. Cameral part.3.tit.15.Verſ.in hoc quarto termino.* Schvvanman. *d.cap.45.num.8.* Bernhard. Græ. *dict.concluſ.79.conſiderat.2.n.9.* [c] Commentator *ad d.tit.15.Verſ.Tertiò jusjurandum*, & *dict.Verſ.in hoc quarto termino*, & *lib. deciſion.ſeu præjudic. Cameral.in lit.I.cap. de juramentis quadam miſcellanea, Verſ.* So *Titius* das *juramentum*. Solet tamen in Camera juramentum hoc injungi, licet non petatur, quando contra articulos poſitionales excipitur. & ipſi articuli ad probandum nondum ſunt admiſſi, ut teſtatur commentator *ad dict. tit.15. Verſ. ſecundo dictum jurament.*

31 Quid ſi partes ſuis quidem in productis exegerint juramenta hæc dandorum, & reſpondendorum, non autem oretenus etiam, & palam judicialiter repetita, & oblata fuerint, nunquid tamen neceſſariò judex illa partibus injungere tenetur: aut ea negligere & ſilentio præterire poteſt etiam judicii proceſſu ſalvo? In Cam. Imper. niſi oretenus repetita & oblata judicialiter fuerint hæc juramenta, neceſſariò partibus injungenda non eſſe, ſed judicis arbitrio id relinqui, velit, nolitne exigere juramenta iſthæc, præiudicia teſtantur.

Vide deciſion. *ſeu præjudic. Camer. Imper. lit.I. cap. de juramentis quadam miſcellanea. Verſ. Iuramentum dandorum.* Chriſtophor. Schvvanman. *libr.1. proceſſ. Cameral. capit. 45. num.19.*

Alius

Aliis tamen in judiciis, licet in productis tantùm fuerint exacta, omitti eorum præſtationem poſſe abſque nullitate haud credimus. 32

Sunt enim juramenta hæc de veritate dicenda, *c.2. Verſ. Priore nomine ſuo, tit. de teſtib. in 6.* Iuramentum autem de veritate dicenda eſt conjunctum cum juramento Calumniæ, & ut illud, ita & hoc, ſi fuerit exactum, eſt de ſubſtantia judicii, ut vel initio, vel pòſt neceſſariò ſit præſtandum, *c.1. in prin. tit. de juramento Calumniæ in 6. l.2. §. ſed quia veremur 4. C. de jurejurand. propter calum.*

Quòd ſi prædicta juramenta dandorum & reſpondendorum ſtatim exhibitos & admiſſos poſitionales præſtita non fuerint, tunc partes ea etiam poſt concluſionem in cauſa ante ſententiam præſtare tenentur. 33

Id aliquoties factum memini in ſuprema Curia VVirtembergenſi, & nuper etiam Menſe *Martio Anno* 1602. *& aliàs ſæpè.*

Quòd ſi juramentum ejuſmodi præſtare, vel ad poſitionales articulos reſpondere pars adverſa, vel procurator ejus præſens omninò recuſet, pro contumace habetur, & calumniæ ſuæ hanc ſuſtinet pœnam, quod ponens, actor cadit ab actione: ex parte verò Rei poſitiones pro confeſſis accipiuntur, [a] etiam in cauſa purgationis; [b] non tamen in cauſa tota ſemper pro convicto habetur Reus, ſed tantùm circa eos articulos, ad quos reſpondere recuſat. [c] 34

[a] *c. ult. de confeſſ. in 6. l. de ætate 11. §. Qui tacuit 4. & §. ſeq. ff. de interrog. in jur. fac.* Keyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part.3. tit.15. §.* begebe ſich aber. F. W. alt Landrecht/ *part.1. p.90. Verſ.* darneben zu wiſſen. And. Geil. *lib.1. obſ. pract.* 80. [b] Mynſing. *cent.3. obſ.52.* And. Geil. *de pace publ. lib.1. c.15 n.22. & lib.2. c.8. n.11.* [c] *lib. deciſ. ſeu præjud. Cam. Imp. in lit. I. c. de juram. quadam miſcellanea, Verſ. Iuramentum dandorũ.* In cauſa tamen fractæ pacis poſitionales pro confeſſatis acceptari nequeunt, niſi ſint defenſionales, Mynſing. *cent.3. obſe.52.* Andr. Geil. *libr.1. de pac. pub. cap.15. nu.3.* & teſtatur etiam Collector præjudic. *Cameralium dict. loco, Verſ. pen. & in lit. A. verb. articuli, Verſ. poſitionales in cauſis.* Priori loco ſubjicit rationem hanc, quod cauſa fractæ pacis æquiparetur cauſæ criminali, in qua clariores luce meridiana probationes requiruntur, *l. ult. C. de probat.*

Si pars adverſa reſpondeat quidem, ſed non ſufficienter, excipere contra reſponſiones pars altera poteſt, & judex coget eam ut pleniùs reſpondeat. 35

l. Si ſine 9. §. illud, Verſ. ſummatim, & l. de ætate, 11. §. nihil intereſt, ff. de interrogat. in jur. fac. Ordinat. Camer. Imp. *part.3. tit.15. §.* So auch Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung/ *part.3. tit.10 §.* darauff beede. Andr. Geil. *lib.1. obſerv. pract.* 80. *num.*3. Quin etiam jure VVirtembergico jubentur judices & Aſſeſſores partem reſpondentem, ſi captioſè, dubiè, vel alio non debito modo eam reſpondiſſe videant, remotis advocatis per omnes circumſtantias veritatis illuminandæ cauſa interrogare, diligenterque ipſius partis geſtus, verba, conſtantiam & hæſitantiam conſiderare.

Datas reſponſiones pars ponens acceptat: [a] quas tamen ante acceptationem adverſarius, ſi iuſtum facti errorem alleget, revocare poteſt. [b] 36

[a] Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung/ *part.3. tit.10. §.* darauff beede Partenen. New Landrecht/ *part.1. tit.33. §.* Es ſollen auch. Vide Maſcard. *de probat. Vol.1. concluſ.349. num.11. & ſeqq.* [b] *c. ult. extr. de confeſſis, l. de ætate 11. § Qui juſto. & §. ult. ff. de interrogat. in jur. fac. l. error 7. C. de juris & facti ignor. l. ult. C. de errore advocat. & l. ſi mulier in jure 23. ff. ad SCtum Vellejan.* Marſil. ad *Rub. C. de probat. col.25. Verſ. Item ſcias.* Alex. Stiaticus *in pract. obſer. c.19. n.22.* Mynſing. poſt alios *cent.4. obſer.51.* Fürſtl. Würtemb. New Landrecht/ *d. tit.33. §. ult.*

37 Quod de poſitionalibus & reſponſionibus dictum eſt hactenus, intelligi debet etiam de Rei poſitionibus, defenſionibus peremptorialibus, eliſivis, qui omnes unà cum reſponſionibus exhibendi ſunt, [a] tùm etiam de utriuſque partis additionalibus, ut ſi quos alios articulos priùs exhibitus poſitionibus inſuper addat. [b].

[a] Kayſ. Cammergerichts Ordnung/ *part.3.tit.15.in princip.* Zum dritten/ & *tit.27.* Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung/ *part.3.tit.10.* §. was diß Orts/ & *§. ſequent.* Keyſ. Cammergerichts Ordnung *part.3.tit.14.* Chriſtoph. Schvvanman. *libr.1.proceſſ.cap.44.* vnd wann ſchon *ad principales* genugſam reſpondirt worden/ kan gleichwol *pars additionales* eingeben/ vnd wa er verhofft/ ſolche nach Notturfft/ den Vberfluß hindan geſetzt/ zubeweiſen/ vnd auch ſolche ſampt vnd ſonders/ wie auch die *principales ad probandum* zuzelaſſen bitten / *Collectur. deciſ. ſeu præjudic. Cameral. Imper. in Verb. Articuli in fin. & in Verb. Reſponſiones, in fin.* Additionalium autem additionales, & ſuperadditionales non facile admittuntur, Keyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part.3.tit.14.* §. Es ſollen auch. Chriſtoph. Schvvanman. *dict. libr.1.c. 44.num.10.*

38 Non eſt hoc loco ignorandum, quod etiam pupillus, infante major, cum tutoris authoritate confeſſus, ex confeſſione ſua tenetur quidem, [a] ſed per in integrum reſtitutionem ei ſuccurritur. [b].

[a] *l.certum 6. §. In pupillo, ff. de confeſſ. & arg. l. clarum 4. C. de authorit. præſtand.* [b] *l.2. C. ſi tutor vel curat. intervener.*

39 Adulti item confeſſio curatoris conſenſu interveniente facta valet, ſed beneficio reſtitutionis in priſtinum reponitur ſtatum.

dict. leg. certum 6. paragr. 5. ff. de confeſſ. Vide Rosbach. *de proceſſ. judic. titul. 65. numer. 8. & 36.*

40 Confeſſio autem tutoris non nocet pupillo; neque curatoris confeſſio obeſt adoleſcenti 25. annis minori.

d.l. certum 6. §. 4. ff. de confeſſis, Hanneton. *Tract. de judicior. ord. tit. de confeſſionib. pag. 64. fac.* Arnold. de Reyger. *in proceſſu judicior. diſput. 7. theſ. 1. ſub lit. b.* Maſcard. *de probat. volum. 1. concluſ. 370.*

41 Procuratoris quoque confeſſio non præjudicat domino abſenti.

dict. l. certum 6. §. Sed an. ubi Bartolus & *alij ff. de confeſſ. confert. tex. in l. un. §. ſi procurator, ff. ſi quis ius dicenti non obtemper.* And. Geil. *lib. 1. obſerv. 98. nu. 5.*

42 Qui tamen ad reſpondendum ſpeciale mandatum à domino habeat, ejus quoque confeſſio præjudicat domino.

per l. Non ſolum 39. in princip. ff. de procurat. cap. ſuborta 21. ubi gloſſ. extr. de ſentent. & re judic.

43 Etſi verò procurator reſpondendo in judicio domino non præjudicet abſque ſpeciali mandato, ipſemet tamen ex ſua confeſſione tenetur.

leg. ſi ſine 9. §. ſi defenſor 4. ff. de interrogat. in jure faciend. l. Proinde, 25. §. 1. ff. ad legem Aquiliam.

CLAS. VI. DISPUTAT. XXIII.

DE PROBATIONE
per teſtes.

THESIS I.

SI pars adverſa neget intentionem adverſarii, incumbit huic, id, quod intendit, probare.

Käyſ. Cammergerichts Ordnung/ *dict. part. 3. tit. 15. § ult.* Fürſtlich Würtembergiſch Hoffgerichts Ordnung/ *part. 3. tit. 10. §. ultim.* Landrecht/ *part. 1. tit.* von Probation/ *pag. 91. §.* Wann aber dem Kläger/ Speculat. *tit. de probat. in princ.* Marant. *de ordin. judic. part. 6. tit. de teſt. product. in princ.* Henning. Gœden. *in proceſſ. judic. Rubric. 17. in princ.* Fürſtlich Würtembergiſch New Landrecht/ *part. 1. tit. 32.*

Probatio autem illa fit teſtibus, inſtrumentis, præſumptionibus, & quandoque juramento litis deciſivo: de quibus ſpeciebus dehinc ordine, & primò quidem de teſtibus. 2

Circa teſtes inſpectio incurrit, tùm quando ad receptionem teſtium ſit procedendum, & an ſumptus ipſis teſtibus præſtandi ſint nec ne: tùm qui ſint teſtes idonei, vel rejiciendi: tùm etiam de ratione producendi & examinandi teſtes, & quot teſtes ad fidem faciendam deſiderentur: tùm poſtremò de atteſtationum publicatione & ratione puniendi teſtes falſos. 3

Vide omnino Martin. Uran. *in lectur. extr. de teſtib.*

Primam quod attinet inſpectionē recipiendi ſunt teſtes poſt litem conteſtatam; non etiam ante litis conteſtationem: [a] niſi de morte teſtium metus ſit, ut quod adverſa laborant valetudine, vel ſunt ſenectute ſumma, aut in loco peſtilente vivunt: Niſi item ſint exteri teſtes, aut procul diſceſſuri. His enim caſibus actor etiam ante litem conteſtatam, ut teſtes recipiantur, petere poteſt: ſive pars conventa ſit contumax, ſive ſit abſens abſq; malitia, ut conveniri non poſſit. 4

[a] *c. Quoniam 5. in prin. & §. 1. extr. ut lite non conteſtat.* Fürſtlich Würtembergiſch Alt Landrecht/ *part. 1. pag. 107. in princ. & §. 1.* New Landrecht/ *part. 1. tit. 44.* Mynſinger. *cent. 4. obſerv. 71. & ſeq.* Andr. Gayl. *lib. 1. obſerv. 92. num. 3.* in Camera autem pro ſenibus reputantur quinquagenarii, ut dict. *obſerv. 92 num. 7:* teſtatur Gayl. Alii dicunt ſenes eſſe, qui ſeptuaginta annis majores ſunt, *per l. 2. ff. de excuſat. tutor. & l. 3. C. qui ætate ſe excuſant. libr. 10.* Alii verò hoc relinqui volunt judicis arbitrio, qui conſiderata teſtium complexione cognoſcat, qui ſint ſenes ut oſtendit Mynſinger *ad dict. Quoniam. num. 26. &* Gayl. *dict. obſerv. 92. num. 7.* Vide omnino Camill. Borell. *in ſumm. deciſ. tom. 2. tit. 8. per tot.*

Similiter licet reus præſens ſit, ſed nondum conveniri queat, ut quod debitum conditionale eſt, vel in diem: aut intentio actoris ab alterius arbitrio pendet, ejuſmodi etiam teſtes ante litis conteſtationem recipi poſſunt, [a] ut etſi Reus citatus dilatoriam exceptionem opponat. [b] 5

[a] Ita poſt Imol. & Panormit. ſentit Mynſing. *ad dict. c. quoniam, num. 29. extr. ut lite non conteſtata, & arguit ibidem textus, ibi,* ut conveniri non poſſit. [b] Andr. Gayl. *d. obſerv. 92. n. 12.*

6 Sed ſi actor non convenit adverſarium infra annum, ex quo convenire poterit, vel ſaltem receptionem hujuſmodi teſtium non denunciaverit illi, atteſtationes ſic receptæ non valent: ne fortè hoc procuret in fraudem, ut proceſſu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum teſtes, vel aliæ locum habere non poſſint.

d.c.quoniam §.ſed ſi actor.ext.ut lite non conteſt. Fürſtlich Württembergiſch Alt Landrecht/ *dict.pag.*107.§ doch iſt bey verhörung. New Landrecht/*part.*1.*tit.*44.§.doch iſt bey.Andr.Gayl. *d.obſ.*92.*n.*4.& 5.

7 Quod ſi Reus erit, qui teſtes vult recipi de ſuis exceptionibus, aut is, qui actor eſſe poteſt, & reus, placuit, eum curare poſſe, ut teſtes interrogentur quovis tempore: & quivis teſtes, ita ut teſtationes, inde receptæ valeant ad perpetuam rei memoriam, cùm à judice publicatæ erunt, id eſt, in acta publica relatæ.

c.ſignificavit,& c. Albericus,*extr.de teſtib.* F.W.Alt Landrecht/*part.* 1. *dict.*107. §. wann aber/New Landrecht/*d.tit.*44.§. wann aber/ Roland.à Valle *conſil.*23.*num.*16. *Vol.*3. Petr Ph[illegible] Corn. *conſil.*119.*lit. V. lib.*2. qui dicit, non opus eſſe hoc caſu, ut teſtes ſint ſenes, valetudinarii, diſceſſuri, &c. Idem ſentit Mynſinger.*cent.*4.*obſ.*71.*& ſeq.*& Andr.Gayl.*d.obſ.*92.*num.*8. Hoc ideo, ne probationes Reo depereant, cujus in poteſtate non eſt, quando ſecum agatur.

8 Poſt publicationem quoque atteſtationum alii teſtes propter timorem ſubornationis produci non poſſunt de articulis eiſdem, vel aliis directo contrariis, [a] niſi dolo vel culpa examinatoris non de omnibus capitulis, aut non ritè teſtes fuerint recepti & examinati, [b] aut propter obſcuritatem dictorum teſtes repetantur. [c]

[a] *Clement.*2.*tit.de teſtib.c.juravit* 6.*§.quia.extr.de probat c.cùm veniſſet.§.quæſtiones & ſeq.extr.de teſtib.Novell.*70.*cap.*3.*Auth. At qui ſemel. C.de probat.* F.W. alt Landrecht/*part.*1 *pag.*112. *in prin.* New Landrecht/*part.*1. *tit.* 49. *in princ.* Cæterùm *Anno* 1591. im Hoffgericht Martini/ ſeptimana poſtrema, in cauſa appellationis von Herienberg/ putabant quidam ex Dominis Aſſeſſoribus ex conſuetudine Ducatus in prima quoque inſtantia poſt publicatas atteſtationes, & dictata teſtimonia novos produci & examinari teſtes poſſe etiam ſuper articulis iiſdem: Sed ab ipſa Principis diſpoſitione haud facilè recederem, niſi de ipſa conſuetudine planè certus eſſem. [b] *c.per tuas* 48.*extr.de teſtibus* Mynſinger.*ad c.fraternitatis* 17.*n.*15 *extr.de teſtib.& atteſtat.& cent.*1.*obſerv.*32.Andr.Gayl.*lib.*1.*obſerv.*105.*num.*11. [c] *c.cùm clamor.*[illegible] *ubi gl. extr. dict. tit.* Fürſtl. Württemb. alt Landrecht/ *part.* 1. *pag.*12. §. Es mögen auch. New Landrecht/ *dict.tit.*49. §. Es mögen auch. Mynſing.*ad d.c.fraternitatis n.*17. *extr.d.t.*

9 Quid verò, nunquid publicatis primæ inſtantiæ teſtibus, in cauſa appellationis ſuper eiſdem vel aliis directo contrariis novi teſtes produci & examinari poſſunt? Alii negant, alii affirmant: [a] Negantium ſententia veritati propior eſt: [b] affirmantium autem opinio in Camera Imperiali ſæpiùs probata fuit; [c] eamq; Curia quoque ſuprema Ducatus Wirttembergici ex ordinatione ſequitur. [d]

[a] Ut patet ex Ferrar. *in forma libelli appellationis in verb,* iniquam, *num.* 2. Wurmbſer. *lib. pract. obſerv. tit.*18.*obſerv.*27. Mynſinger.*cent.*1. *obſerv.*41. [b] *Clement.*2. *tit. de teſtib. & c.fraternitatis* 17.*extr.de teſtib.& atteſt.* Marant.*part.*6.*rubric.de appellat.nu.*150. Roland.à Valle *conſil* 45.*n.*8.14 & 20. Mynſinger.*dict.obſerv.*41. *verſ.ſi tamen verum fateri.* Andr. Gayl.*lib.*1. *obſerv.*105.*n.*2. Vide Hartman.Piſtor.*lib.*4.*quæſtion.jur. q.*24. *n.*5. *& ſeqq.* [c] Mynſinger. *dict. obſerv.*41. Collector deciſionum *ſeu præjudic.Cam.Imp.in verb.* Teſtes. *verſ. Teſtes, quod* [illegible]

Mynſin-

Mynſinger. *reſponſ.* 85.*num. ultim.* In cauſa appellationis,*ait*,licet teſtes ſuper iiſdem articulis producere, *l.per hanc,§.de temp.appellat.l.eos ubi* Bald. *C.de appellat.* [d] F. Württemb. Hoffgerichts Ordnung/*part.*3.*tit.*9.

10 De aliis tamen articulis non directò contrariis prioribus poſtea produci teſtes in utraque inſtantia poſſunt: [a] ut & novi teſtes reprobatorii contra perſonas teſtium, contra quos reprobatorios adverſa quoque pars reprobatorios,reprobatorium recipere teſtes poteſt. [b]

[a] *c.licet.§.poſt hoc.* & *§.ſeq.extr.de probat.*6. Fürſtlich Württembergiſch alt Landrecht/*part.*1.*pag.*112.*§.* Doch ob einer/New Landrecht/*d.tit.*49.*§.* Doch ob einer/ And.Gayl.*lib.*1.*obſ.*105.*num.*8.

11 Si quoque publicatione atteſtationum facta, earum copiam nondum pars habuerit, aut habita copia teſtificata non didicerit, poſſunt teſtes denuò ſuper eiſdem etiam produci articulis: [a] ut & in cauſa matrimoniali, cùm quæſtio eſt de vinculo matrimonii, non de legitimo proceſſu quæritur. [b]

[a] Mynſing. *ad c.fraternitatis* 17.*num.*15. *extr.de teſtib.* & *atteſt.* Gayl.*d. obſerv.*105. *nu.*2.*in fin.num.*3. Ceſſat enim hic ratio legis prohibitiva,quæ eſt,ſubornationis. [b] Gayl.*d.obſ.*105. *n.*5. 6. & 7.

12 Ad confirmandam quoque priorem probationem publicatis atteſtationibus recipi teſtes iidem poſſunt denuò: [a] ut & ſi atteſtationes illæ ſint deperditæ, [b] aut peremptoriæ exceptionis nomine, poſt publicationem oppoſitæ,teſtes recipi petat reus. [c]

[a] Poſt alios Andr.Gayl.*d.obſerv.*105.*num.*9.ubi exemplo hoc declarat. [b] Mynſing. *ad dict.c. fraternitatis,num.*17.*extr.de teſtib.* & *atteſt.*Gayl.*d.obſerv.*105.*n.*13.*Verſ. Decimo fallit.* & *n.* 14. [c] Mynſing.*ad d.c.fraternitatis* 17.*n.*12.*extr.de teſtib.* & *atteſt.* Gayl.*ibidem.n.*16.

13 Similiter & in prima inſtantia, & in appellationis cauſa, non obſtante publicatione, vel renunciatione teſtimoniorum,ſuper novis articulis,qui à veteribus ſaltem dependent produci teſtes poſſunt.

c. Fraternitatis,ubi Mynſinger.*num.*9.10. & 11.*extr.de teſtibus* & *atteſt. Idem* Mynſing.*ad c.cauſam* 19.*n.*1. & *ad c.cum veniſſet* 25.*n.*10.*extr.d.t.*

14 Sed quæritur, an etiam ex partium conſenſu publicatis atteſtationibus alii teſtes produci poſſint? Id quod negandum videtur: [a] ſed affirmant plerique, [b] quos ſequimur. [c]

[a] Vide Felin.*ad c. Fraternitatis,num.*6.*Verſ.ſed iſtis non obſtantibus,extr.de teſtibus* & *atteſt.* Et negandum videtur: tùm quia ratio ſubornationis hic non ceſſat: tùm etiam, quia favoris eſt publici,ne falſitas committatur, cui favori conſenſu partium derogari nihil poteſt, *l. jus publicum* 38.*ff. de pactis.* [b] Quos refert & ſequitur Andr.Gayl.*lib.*1.*obſerv.*105.*num.*14. [c] *per l.ſi quis in conſcribendo* 29. *C. de pactis,* & *l.ſi quis in conſcribendo* 51.*C.de Epiſc.* & *Cler.* & *l.ſi convenerit* 26.*ff.de re judic.*

15 Etſi verò poſt atteſtationum publicationem de eiſdem vel directò contrariis articulis produci teſtes non poſſunt, attamen inſtrumenta uſque ad cauſæ concluſionem rectè exhibentur: [a] quæ quandoq; etiam poſt cauſæ concluſionem produci poſſunt. [b]

[a] *c.cùm dilectus,extr.de fide inſtrument.* Fürſtlich Württemberg. Alt Landrecht/*part.*1.*pag.*113.*§. inſtrument* aber/New Landrecht/*part.*1.*tit.*49.*§.inſtrument.* Mynſing. *cent.*6.*obſerv.*56. Andr.Gayl.*lib.*1.*obſerv.*105.*n.*4. [b] Gayl. *dict. lib.*1.*obſerv.*107.*num.*4. & 10. Mynſing. *cent.*2. *obſer.*53

obſer.53.cent.4.obſerv.60.& cent.6.obſerv.56. Fürſtlich Württembergiſch alt Landrecht/ *part.2. pag.114.* New Landrecht/ *dict.tit.49.§.inſtrument.verſ.* Dann nach dem Beſchluß.

16 Pertinet huc, & illud, quod nemo teſtis, niſi jejunus examinari debet. *c.1.in fin.extr.de teſtib.can.placuit, verſ. Et ut nullus 4. quæſt.2.*

17 Teſtibus autem ad dicendum teſtimonium peregrè evocatis, ſumptus à parte producente præſtari debent, & quidem competentes ſumptus, [a] & ab initio priuſquam iter ingrediantur. [b]

[a] *c.ſtatutum.§.proferendo, tit.de reſcript.in 6.c.an.placuit. §. liberi teſtes 4. q.2.& 3. l.quoniam 11.C.de teſtib.c.Mulieres, ubi* gloſſ. *in verb.producentis, tit.de judic.in 6.* Et quia competentes præſtari debent ſumptus ipſis evocatis teſtibus, certè ſpectanda erit conditio cujuſque teſtis, & pro qualitate perſonæ judicis arbitrio ſumptus ei miniſtrandi, ut ratio alia habeatur nobilis, alia pagani, alia civis honeſti, alia ruſtici, alia ejus qui eques, & cum miniſtro proficiſci ſolet, alia alterius. Andr.Gayl. *lib.1.obſ.99.*Donell.*ad d.l.quoniam 11.C.lib.25.comment.* Quod ſi teſtis mercenarius ſit, & ex operis diurnis ſe, uxorem & liberos alat, earum operarum, & diurnæ mercedis ratio haberi, at teſtimonium ei lucro eſſe non debet. Gayl.*dict. obſerv.99 n.5. 7.& 8.* [b] *l. Quoniam, ibi, venturis, C.de teſtibus & l.eos, §.ſi quis, ff. de appellat.*

18 Videndum nunc, qui ut idonei ſint recipiendi teſtes, qui rejiciendi. Teſtes autem idonei, qui ſoli recipiuntur, [a] habentur omnes, quicunq; juſtis de cauſis teſtes eſſe non prohibentur. [b]

[a] *l.ultim.C.de probat. §.item verborum, ibi, per teſtes idoneos, ubi gloſſ. in verb. idoneos, Inſtit. de inutilib.ſtipulat.* [b] *l.1.§.1.ff.de teſtibus,* Farinac.*de teſtib.lib.2.tit.6.quæſt.62.n.19.*

19 Prohibentur autem quidam eſſe teſtes, quod non intelligunt id, de quo agitur, ut ſunt impuberes, [a] & furioſi. [b]

[a] *l.3.§. lege Iulia, & l.invitis.19.ff.de teſtib. can.1. 4. quæſtio.2. & can.ſi teſtes, §. item ʋ pupillus. Inſt.de inutilib.ſtipulat.* Tempore tamen intermiſſi furoris poteſt ferre teſtimonium furioſus. Oldendorp.*de except.pag.154.*

20 Minor quoq; 20. annis invitus in cauſa civili teſtimonium non dicit [a] neque volens auditur in cauſa criminali. [b] Sed nunquid minor de his, quæ in pupillari vidit ætate, teſtimonium dicere poteſt? Et quod poſſit, arbitramur de eo, quod vidit dum proximus pubertati eſſet. [c]

[a] *l. In teſtimonium 20. ff. de teſtibus.* [b] *l.in teſtimonium 20.* ubi gl. Odofred. Bald. Salyſet. Fulgoſ.*& alii, ff.de teſtib.* gl.*in l.invitis 19. in verb.Sed nec pupillis, ff.d.t.* At diſſentit Reuber. *tract.de teſtib.part.1.num.7. & 8. &* Zang.*tract. de quæſtionib.& tortur. reor.cap.3.num.16.* Nebelkrä *deciſ.19.* [c] Tùm quia non prohibetur: tùm quia probationum facultas anguſtanda non eſt. *l. Quoniam 11.C.de hæretic.* vide Iuſt.Reuber.*tract.de teſtib.pag.5.& ſeq.*

21 Quidam verò propter perſonæ ſtatum, quodq; juris civilis & prætorii communionem non habent, ut ſunt ſervi, [a] & his quodam modo ſimiles monachi. [b]

[a] *l.quoniam 11.junct. Auth. ſi teſtis, C.de teſtib. c.forus in fin.extr.de verb.ſign.* [b] *per can.placuit 51.cum ſeq. 2. q.7. Can.hi qui, in fin.3 quæſt.4.can.Canonica, §. ult.4.quæſt.5. can. Monac 16.q.1.cap.2.extr.de poſtul.& tot.tit. Ne Clerici vel Monachi ſecular.neg.* F. W. Alt Landrecht/ *part.1.95. in fin.* New Landrecht/ *part.1.tit.36. §.* Item Thoren/ꝛc. Nepos de Monte *tract.de teſtib.num.59.* Damhouder. *tract.de teſtib. cap.1. num.18.* Sed obſtare videtur *c.inſuper & c.tuis, extr.de teſtib.* & diſſentit Iuſt.Reuber.*tract.de teſtib.pag.79.*

22 Si tamen alia ad veritatem eruendam probatio non eſt, placet ſervos, [a] itemq; monachos [b] interrogari poſſe, & eorum reſponſo credendum, modo monachus cum conſenſu prælati ſui examinetur.

[a] l.ſer

[a] *l. ſervi 7. ff. de teſtib.* & *l. Divus 9. ff. de quæſt.* [d] *argum. d. l. ſervi 7. ff. de teſtib.* Nepos de Monte *tractat. de teſtibus n. 61.* & Damhouder *eodem tract. c. 8. n. 18.* [c] *c. 1. in fin. extr. de jur. im. cal. c. ex parte extr. de poſtul. can. non dicatis. 12. quæſt. 1.* & *can. monachi 2. in fin. 16. q. 1.* Nepos *d. tr. de teſtib. n. 62.* Steph. Aufrer. *eod. tract.* Alber. de Maletis *de teſtib. c. 5. num. 27.* & Lanfr. de Orian. *tract. de teſtib. n. 87.*

Mulier quoque in teſtamento teſtis eſſe nequit: [a] ut nec in cauſa feudali: [b] & in cauſa criminali de jure canonico non niſi in ſubſidium admittitur ejus teſtimonium: [c] Licet jure civili exiſtimetur habere jus dicendi teſtimonii in hac etiam cauſa. [d] 23

[a] *l. qui teſtamento 20. §. mulier. ff. de teſtib.* ratio eſt quod teſtamenti actus ejuſmodi eſt, qui rogatos & advocatos deſiderat teſtes, vide Hotom. *lib. 3. obſerv. c. 14.* & *in tit. 32. in fin. lib. 2. Feud.* [b] *tit. 32. lib. 2. feud.* [c] *per c. forus in fin.* ibi dicitur quod naturâ varium & mutabile ſit mulieris teſtimonium. *extr. de V. S.* & *can. mulierem 33. q. 5.* ibi generaliter dicitur, quod mulier teſtis eſſe non poſſit. Specul. *rub. de teſte. §. 1. num. 83. Iuſt. Reuber. d. tr. teſtib. pag. 84.* F. W. Alt Landrecht/ *p. 1. p. 96.* Item die Frawen/ New Landrecht/ *d. 36. §.* Item Weibs Perſonen. Crot. *tr. de teſtib. p. 1. tit. Qui teſtes prohib. in teſtam. num. 26.* & *p. 3. num. 49.* Nepos de Monte *Albano tr. de teſtib. num 66.* Vid Farinac. *de teſtib. lib. 2. quæſt. 59. caſ. 1. num. 1.* & *ſeqq.* [d] *per l. 3. §. 5. junct. l. ex eo, ff. de teſtibus.* Sed ex L. *in quæſtionibus. 8. ff. ad L. Iul. Majeſtat.* conſequi videtur mulierem regulariter non admitti teſtem in criminalibus cum hac lege ſaltem in Majeſtatis quæſtione ſingulari jure admitti videatur, ſed illa lex non eſt de muliere teſte, ſcilicet de ea, quæ defert hoc majeſtatis crimen. Et ita ſentiunt Dd. quos refert & ſequitur Zang. *tr. de quæſtionib.* & *tortur. cap. 3. num. 13.* Verum huic opinioni adverſatur, quod mulier in teſtamento teſtis eſſe nequit idonea. Quocirca nec in cauſa criminali. Major enim 14. annis in teſtamento teſtis eſt idoneus, ſed in cauſa criminali non niſi pubes major 20. annis idoneus eſt teſtis, *l. in teſtimonium, ubi gl. ff. de teſtib.* Differentiæ ratio eſt, quod teſtamentarius teſtis tempore futuro, quo 14. Annorum qui eſt major erit, teſtimonium dicet: At teſtis cauſæ criminalis, quando adhibetur, confeſtim teſtimonium dicere de crimine tenetur. Vide Gabriel Roma. *lib. 1. comm. concl. 7. n. 13.* & Maſcard. *de prob. Vol. 3. concl. 1350. n. ult.*

Aliqui autem prohibentur eſſe teſtes, quod teſtimonium eorum ſuſpectum eſt, tùm propter perſonam & vitam ſuam, quòd honeſta non eſt: tùm propter cauſam, quâ impelluntur ad teſtimonium dicendum. 23

l. 3. in fin. princ. ff. de teſtib. d. c. forus, in fin. extr. de verb. ſign.

Honeſta non eſt perſona & vita ejus, qui publico judicio damnatus eſt, vel ſaltem reus eo judicio. [a] aut in vinculis, cuſtodia ve erit. [b] 24

[a] *l. 3. §. lege Iul. 5. l. ſi ſcio 14.* & *l. ſeq. l. in teſtimonium 20. ff. de teſtib. c. ult. ext. eod. tit.* Refragari videtur *l. infamem 7. ff. de pub. jud.* vid. Iuſt. Reuber. *tr. de teſtib. p. 9.* [b] *d. l. §. lege Iulia 5. ff. d. tit.* Obſtare videtur, *l. 1. C. ex quib. cauſ. infam. irrogatur.*

Ob carmen ergo famoſum damnatus teſtis eſſe nequit. 25

l. ob carmen 21. in pr. ff. de teſtib. & *can. ult. §. ob carmen 4. q. 3.*

Neq; teſtabilis eſt excommunicatus, vel proſcriptus, [a] neque perjurus, [b] neque quilibet alius infamis: [c] Proindeque nec Arenarius, qui cum beſtiis ut pugnaret ſe locavit. [d] 26

[a] *c. Decernimus 8. tit. de ſent. excommun. in 6.* F. W. Alt Landrecht/ *p. 1. p. 96. §.* Item die offene. New Landrecht/ *d. t. 36. §.* Item die offene Reichs ächter. Contra hæreticos tamen admittitur teſtis excommunicatus, *c. in fidei. t. de hæret. in 6.* [b] *Can. conſtituimus, verſ. perjuri. 3. quæſt. 5. can. Quicunq; 6. q. 1. can. parvuli. verſ. Et qui ſemel. 22. q. 5. c. teſtimonium, §. 1. extr. de teſt.* & *atteſt.* [c] *Novell. 90. c. 1. l. 3. in pr. verſ. Et an honeſta:* & *§. lege Iulia. 5. verſ. ult. ff. de teſtib. c. teſtimonium 54. §. 1. ext. eod. tit.* F. W. Landrecht/ *d. 36. §.* Item Ehrloſe Leut/ *ſed* vide

Hippol. de Marſil. *ſingul. 199. incip. infamis.* [d] *l. 3. §. lege Iulia. l. ob carmen 21. §. 2. ff. hoc tit. de teſtib.*

27 Eadem ex cauſa neque meretices, palam quæſtum facientes [a] neque lenones, aut lenæ [b] teſtes eſſe poſſunt.

[a] *d. l. 3. §. lege, verſ. quæve palam quæſtum ff. d. t.* obſtare videtur *l. Imperator 24. ff. de his, qui not. infam.* [b] Sunt enim infames, *l. 4. §. Pomponius 3. ff. d. t.* proindeq; à teſtimonii dictione arcentur etiam jure Wirttembergico, per loca ad præcedentem theſin adſcripta.

28 Quòd attinet hæreticos & Judæos, hi etiam ad judiciale teſtimonium contra Chriſtianos non admittuntur. [a] Sunt enim infames. [b] In contractib. autem & ultimis voluntatibus teſtes eſſe poſſunt ex Juſtiniani lege; [c] ex Friderici II. Imp. ſanctione teſtimonii dictio omnis adempta illis videtur. [d]

[a] *l. quoniam 21. C. de hæret.* [b] *l. 1. C. d. t.* [c] *d. l. quoniam.* [d] *Auth. Gazaros, C. d. t.*

29 In quæſtionem autem vocatur, ſitne idoneus teſtis in cauſa civiliter mota, qui quidem crimine ſe polluit, verum pœnitentiam egit, ipſo autem crimine infamiam non ſubiit? Dd. & Canoniſtæ communiter affirmant: [a] At Juſtus Reuberus negat: [b] Nos communem Dd. ſententiam & canonicô, [c] & civili [d] jure veram judicamus.

[a] *per text. in c. teſtimonium 54. extr. de teſtib. & atteſt.* [b] *tr. de teſtib. pag. 11.* ubi duo adducit argumenta: Unum eſt, quod difficile ſit de alterius penitentia judicare: Siquidem ea magis in animo, quam externo geſtu conſiſtat. Alterum quod nullum ſit facinus, quod cum infamia non ſit conjunctum. [c] *per text. in d. c. teſtimonium extr. de teſtib. & atteſt.* [d] Hoc enim jure teſtimonio expelluntur illi tantùm criminis rei, qui infamia juris ſunt notati, non etiam qui infamia facti laborant, niſi jam accuſati ſint de crimine aliquo, aut ejus nomine in vinculis ſint, vel cuſtodia, ut quatuor præcedentes arguunt theſes: Agnoſcimus tamen, cùm opinio ejus, qui ſaltem facti infamia laborat, aliquo modo gravata ſit, *l. 2. ff. de obſeq. parentib. & patr. præſt. & dict. c. teſtimonium §. ultim. verſ. Aut gravata ſit ejus opinio. extr. de teſtib.* attenuatam quodammodo ejus eſſe fidem, ut teſtis omni exceptione major dici non poſſit.

30 Cauſa, propter quam repelluntur quandoq; teſtes à teſtimonii dictione, vel amicitia eſt magna, vel odium, vel ſpes lucri, aut metus damni.

d. l. 3. in fin. principii, ff. de teſtib. c. quoties aliqui 5. extr. de teſtib. & atteſt.

31 Amicitia magna facit, ut teſtis producenti amicus non admittatur ad teſtimonii dictionem: [a] Proindeque nec maritus pro uxore. [b]

[a] *d. l. 2. in pr. verſ. vel amicus, ff. d. t. facit l. etiam 3. C. eod. t. c. ult. §. teſtium 4. q. 2.* verum, ut dixi, hoc non de omni, ſed magna, immenſa, & vehementi intelligendum eſt amicitia *l. lata 223. §. ubi Gædd. ff. de verb. ſign.* J. W. Alt Landrecht *pag. 96. in fin.* New Landrecht *d. t. 36. in fin.* quæ an ejuſmodi ſit, ut repellat aliquem à teſtificando, judicis eſt cognoſcere. Mynſ. *ad d. c. quoties n. 9. & 10. ext. de teſtib. & atteſt.* & poſt alios Ioſeph. Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 86. n. 1. & 6.* ſi levis & vulgaris fuerit amicitia: & diminuitur quidem teſtimonium at teſtis non omninò rejicitur. Maſcard *d. concl. 86. n. 3. 4. 5. 8. & ſeqq.* vide Iuſt. Reuber. *tr. de teſtib. p. 125.* [b] *l. 3. C. de teſtib. & l. teſtes 24. ff. eod. tit.* Quæritur de compatre, & commatre, an teſtes eſſe poſſint pro compatre, & commatre? videtur negandum per *can. Ita diligenter, 30. q. 30.* Sed Maſc. *de prob. concl. 372.* contra Curtium & Cronum aliud ſentit.

32 Cognatus tamen tranſverſi ordinis à teſtimonio dicendo repellendus non eſt: multò minùs affinis.

Per l. 4. & l. 5. ff. de teſt. Maſcard. *de prob. vol. 1. concl. 310. concl. 408. & concl. 68.* Frater ergo pro fratre teſtari poteſt. Nepos de Monte Albano, *tr. de teſtib. num. 48.* Sed varias limitationes

vide

Digitized by Google

vide apud Stephan. Aufret. *tr. de teſtibus, num. 25.* & Lanfranc. *eod. tract. num. 59. qui tractat. eſt in aurea pract. c. 8.* Iure tamen Wirttembergico regulariter frater, aut ſoror non admittitur teſtis in cauſa fratris, vel ſororis, alt Landrecht / *part. 1. pag. 96. §.* Item Bruder. New Landrecht / *dict. tit. 36. §.* Item Bruder / Vide de Affinibus Vivium *deciſ. 349. & 400.* Cravett. *conſ. 453. & 843.* An conſanguinei in cauſa conſanguineorum poſſint eſſe Teſtes Vide Modeſtin. Piſtor. *quæſt. 46.* Martin. Uran. *in lectur. ad cap. cum in tua. extra de teſtib. num. 4. fol. m. 275.* Ayrer. *in proceſſ. part. 2. cap. 8. obſ. 1.*

Odium impedit, quo minus ferre teſtimonium poſſit aliquis adverſus 34
eum, quem odio proſequitur, ut ſi ei inimicus ſit,[a] & quidem capitalis inimicus, puta ſi inter eos lis capitalis fuerit,[b] vel de ſtatu,[c] aut exiſtimatione,[d] vel majori parte bonorum.[e]

[a] *l. 1. §. præterea, 24. ff. de quæſtionib. d. l. 3. in princ. verſ. vel an inimicus. ff. de teſtib. c. an. in primis. §. ſed & de perſonis. 2. quæſt. 1. can. 1. & 2. can. ſuſpectos, in pr. can omnes, in fin. 3. quæſt. 5.* [b] *Novell. 90. cap. 7.* F. W. New Landrecht / *part. 1. tit. 36. §.* Item Feind. [c] ſervitus enim morti comparatur *l. ſervitutem 209. ff. de reg. jur.* [d] *l. licet 103. ff. de verb. ſign.* [e] Mynſing. *cent. 3. obſerv. 27.* vide Donell. *ad Auth. ſi teſtes, C. de teſtamentis.*

Odium quoque repellit domeſticos teſtes, quippe cùm domeſtici metu- 35
ant iram ejus, cujus poteſtati, & imperio ſubjecti ſunt, à quo male accipi poſſunt, ſi adverſus eum teſtimonium dixerint: poſſent etiam domo ejici, & iratis dominis multi ſunt modi ulciſcendi ad manum, ſive jure, ſive injuria.

l. pen. ff. de teſtib. l. etiam 8. C. eod. tit.

Sunt autem hic domeſtici teſtes omnes, qui ex familia alicujus ſunt, ut 36
qui in poteſtate ſunt patrisfam. puta filiifa. ſervi, & qui bona fide ſerviunt:[a] item qui ſine poteſtate ſaltem imperio patrisfam. ſubjecti ſunt, veluti famuli, & Coloni in villis,[b] tùm etiam uxor,[c] & concubina.[d]

[a] *l. Quod ſi nolit 32. §. idem Pedius, junct. l. aediles etiam 35. §. 2 ff. de aedilit. edict. & l. perſpiciendum 11. §. furta, ff. de pœnis. Obſtare videtur. §. ſed ſi filius. Inſtit. l. de teſt. amētis ordin.* [b] *dict. l. perſpiciendum 11. § furta, verſ. vel libertus, & verſ. ſeq. ff. dict. tit. l. præſentis 6. §. ſanè ſi ſervus. 5. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. l. 1. §. familiæ & §. ſi filius, ff. de vi & vi armat.* Cujac. *ad c. in literis 24. extr. de teſtib.* Sed quæritur, an famuli dimitti poſſint, ut teſtes produci queant. Et dicendum quod poſſint, modo poſtea confeſtim non recipiantur. vide Ant. Gabr. Roman. *lib. 1. concluſ. comm tit. de teſtib. concluſ. 10. num. 16.* [c] Eſt enim ex familia mariti. *l. quicunque 10. C. de re milit. 12.* & amborum una eſt domus, *l. 1. §. ſi vir. ff. de Senatusconſulto Silan.* Eſt ergo uxor. teſtis domeſtica, *d. l. quod ſi nolit 31. §. idem Pedius. ff. de aedilit. edict.* Proindeq; in cauſa mariti teſtis non admittitur, Lanfranc. *in aurea practica cap. 8. de teſtium depoſit. num. 58. & tractat. de teſtib. num. 61.* Felinus *in c. literis extr. de teſtib.* Iuſtus Reuber. *tract. de teſtib. part. 2. du. 20. & ſeqq.* [d] Idem Iuſtus Reuber. *eod. tract. part. 2. num. 32.* Alberic. de Maletis *tract. de teſtib. c. 2. num. 3.* Ioannes Crotus *tract. de teſtib. num. 20.* Ayrer. *in proceſſ. part. 1. cap 9. obſ. 5.*

Ut filii in cauſa patris teſtes idonei non ſunt, ita nec parentes in cauſa 37
filii.

l. Teſtis idoneus 9. ff. de teſtibus & l. parentes 6. C. eodem tit. Fürſtlich Würtembergiſch Alt Landrecht / *pag. 96. §.* Item Vatter / New Landrecht / *tit. 36. §.* Item Elter / *pag. 134.*

Quæritur de fratre emancipato, an fratri ſuo domeſticus ſit, ut pro eo te- 38
ſtimonium dicere non poſſit? Et neque domeſticum eum eſſe,[a] neque repelli à teſtimonio in cauſa fratris, niſi aliud impediat, arbitramur.[b]

[a] *per l. tutelas 7. in pr. ff. de capit. minut. & §. in teſtib. Inſt. de teſtam. ord.* [b] Non enim prohibetur.

betur. Eſt ergo idoneus teſtis, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* neque eſt frater ſub Imperio aut poteſtate fratris, ut ejus iram metuere neceſſe habeat, Donell. *l. 2. C. de teſtibus*. Diſſentit Duaren. *lib. 1. diſp. c. 28.*

39 Propter lucri ſpem, & metum damni rejicitur à teſtimonii dictione ſocius in cauſa ſocietatis, ſiquidem hæc communis ſit cum ſociis, & nemo in propria cauſa teſtis ſit idoneus.

l. Nullus 10. *ff. de teſtib. l. omnibus* 10. *C. eod. tit.* Lanfranc. *Tractat. de teſtib. num.* 86. Alberic. de Maletis, *Tract. de teſtib. cap. 2, num. 21. & ſeqq.* Iuſtus Reuber. *Tract. eod. n. 104. & ſeq.*

40 Singuli quoque ex univerſitate cives non ſunt teſtes idonei in cauſa univerſitatis, ſi cauſæ commodum vel incommodum ad ſingulos cives pertineat.[a] Niſi per conſequentiam ad eos commodum pertineat.[b]

[a] *Per l. nullus* 10. *ff. de teſtib. & omnib.* 10. *C. eod.* Iacob. AEgid. *Tract. de teſtib. n.* 12. Franciſc. Curt. *eod. Tract. concluſ.* 3. Alberic. de Maletis *Tract. de teſtib. cap. 4. num.* 71. Lanfranc. *eod. Tract. num.* 37. AEdig Boſſ. *tract. de teſtib. cap. de oppoſit. contra teſtes, num.* 60. Duar. *ad tit. de teſtib. cap. 1.* [b] Sichard. *in l. Dictantibus* 22. *n. 6. & 7. C. de teſtament.* Vide Theſaur *lib. 1. q. 37.* Honded. *Vol. 1. conſ.* 17. Maſtrill. *deciſ.* 255. Cravet. *conſ.* 885. Dn. D. Beſold. *de jur. rer. univ. &c. fol. m. 21. n. 2.*

41 Idem dicimus de ſocio criminis.

l. Quoniam 11. *C. de teſtib.* Obſtare videtur quod latrones, aliiq; rei prehenſi jubentur interrogari de ſociis, & participus ſceleris, *l. Divus* 6. *ff. de cuſtod. reor. l. 1. C. de falſa monet. l. ultim. C. de maleſic. & mathemat.* vide Donell. *ad d. l. Quoniam* 10. *C. de teſtib.* & Reuber. *Tractat. de teſtib. num. 100. & ſeqq.* De familiaritate. Vide Uranium. *tom. 2. conſ. 4.*

42 Lucri cauſa etiam pauper facilè teſtimonium falſum dicere præſumitur, proindeque ejus fides ſuſpecta eſt:[a] quamvis bonæ opinionis homo pauper non rejiciatur à teſtimonii dictione.[b]

[a] *l. 3. in princ. verſ. an locuples vel egens ſit, ff. de teſtib. Novell. 90. cap. 1.* Damhouder. *Tractat. de probat. teſtium. num.* 17. Stephan. Aufrer. *tract. de teſtib. n.* 78. Iacob. Butrig. *eod. tract. num.* 3. [b] *c. ſi qui* 8. *extr. de teſtib. fact. l. Nec ei* 17. *§. pen. ff. de adopt. l. ſi creditores* 31. *§. pen. ff. de reb. autor. jud. poſſ.* Aufrer. *dict. tract. num.* 78. Alberic. de Maletis *eod. tract. num.* 52. Lanfranc. *de teſtib. num.* 85. Iuſt. Reuber. *tract. de teſtib. part. 3. num. 48. & ſeq.* Mynſing. *conſil. 1. num. 29. decad. 1.* Sichard. *ad Rub. Cod. de teſtib. num.* 13. Menoch. *de arb. jud. lib. 2. caſu* 65. *num.* 11. *verſ. 12. & caſu* 96. *num. 2.* Andr. Gail. *lib. 2. obſer. pract. obſer. 96. num.* 20. Ayrer *in proceſſ. part. 1. cap. 7. obſ. 4. fol. m.* 162.

43 Admittuntur tamen teſtes minùs idonei, & inhabiles, ſi veritas aliter cognoſci non poſſit: modò ex natura facti, delicti, ſeu negotii veriſimiliter habitu & actu alii intervenire non potuerunt teſtes: alias ſecus.

Mynſing. *cent. 3. obſer.* 16. Andr. Gayl. *lib. 1. obſervat. 102. num. 9.* Compilator deciſion. Camer. *Imper. in verb. Teſtimonium.* Vide Anton. Gabriel. Roman. *lib. 1. concluſ. communium tit. de teſtib. c. 7. ubi num.* 13. ſcribit, in ſubſidium admitti teſtes inhabiles, modò non plures patiantur defectus. Idem tradit Maſcard. alios ſecutus. *de probat vol. 3. concl.* 1359: *num. ult.* ubi exemplum adfert, qui infamis eſt, & domeſticus. Sic Bart. *conſil. 111. col. 2. lib. 1.* admittendum nequidem in ſubſidium eſſe teſtem, qui pauper eſt, & producentis domeſticus. De aliis concurrentibus vitiis in teſte vide Roman. *conſil.* 382. Anchoran. *conſil.* 64. Cravet. *conſil. 249. n. 11. in fin,* Mezger. *conſil. crim. 15. num. 101. & ſeqq.*

44 Sequitur de ratione producendi & examinandi teſtes. Producendi ſunt teſtes intra terminum probationi præfinitum. Omiſſa teſtium productione intra terminum, amiſſa quoque erit probandi facultas.[a] Ne quis autem eam amittat, dilationem probatoriam à judice petere maturè debet.[b] Recipit autem & examinat teſtes vel ipſe judex, vel alius, cui has commiſit partes cauſæ judex.

[a] Mode-

[a] Modeſtin. Piſtoris *illuſtr. quæſtion. part. 4. quæſtion.* 132. [b] De qua Geilius *libro* 1. *obſervation.* 91.

Jure Juſtinianeo ipſemet judex interrogare teſtes, conſueto priùs jurejurando ab ipſis præſtito, jubetur, ut æſtimare poſſit ex vultu, voce & oratione teſtium, verum, an falſum dicant, & quantam ipſis fidem habere debeat: ſiquidem non teſtimoniis nudis, quæ recitari ſolent, ſed teſtibus, quorum fides & authoritas ſpectari debet, credendum ſit. 45

l. 3. *§.* 1. *& trib. §§§. ſeqq. ff. de teſtib. l. De minore, §. pen. ff. de quæſt.* Donell. *ad l.* 3. *ſol. im, Cod. eod. tit. & l. iudices* 17. *C. de fide inſtrument.* De jurejurando, quod teſtes præſtare tenentur, eſt etiā textus *in l. jurisjurandi* 9. *& l. ſi quando* 19. *C. de teſtibus c. Quoties* 5. *c. De teſtib.* 29. *c. licet* 47. *§. teſtes, extr. de teſtib.* Geil. *libr.* 1. *obſervat.* 101. Iuramentum autem præcedere, non ſubſequi depoſitionem debet, Mynſing. *cent.* 3. *obſervat.* 80. *& cent.* 4. *obſervat.* 77. Donell. *ad l. jurisjurandi* 9. *C. de teſtib.* Sed vide Geyl. *d. obſervat.* 101. *nu.* 9. *& ſeq.* Forma autem jurisjurandi teſtium in Camera talis eſt: Jhr ſollet ſchwören einen Eyd zu Gott/ daß jhr auff die Articul in Recht zugelaſſen/ vnnd in der gantzen Sachen zwiſchen N. vnd N. wöllend ſagen vor beede Parthenen keiner zu lieb noch zu leyd/ die Warheit/ ſo jhr darvon wiſſend/ jhr beſinnet/ vnd gefragt werdent zu ſagen/ vnd das nicht laſſen/ vmb einige Schencke/ Gabe/ Nutz/ Gunſt/ Haß/ Freundſchafft/ Forcht oder anders/ wie Menſchen Sinn das erdencken möcht/ ohne gefährde. Cammergerichts Ordnung/ *part.* 1. *tit.* 77. Similis ferè forma habetur in ſuprema Curia Ducatus VVirtembergici *part.* 1. *pag.* 29. *hac ſcilicet:* Jhr ſollen globen vnd ſchwören/ daß jhr dem Allmächtigen Gott zu Ehren/ der Warheit vnd den Rechten zu Fürderung/ vnd lieb/ ein pur lauter Warheit/ ſo viel jhr dieſer Sachen halb/ darumb jhr zu Zeugen fürgeſtellt/ wiſſen haben/ vnd gefragt werden/ für beede Parthenen ſagen wöllen/ niemands zu lieb/ noch leid/ vnd das nicht vnterlaſſen/ weder vmb Gaab/ Schencke/ Gunſt/ Nutz/ Haß/ Freundtſchafft/ Feindſchafft/ Forcht/ oder anders/ wie das Menſchen Hertz erdencken möcht/ alles getrewlich vnd vngefährlich.

Cùm tamen teſtes ad cauſam neceſſarii in alia provincia vel ditione degunt; tunc judex litigatores, aut procuratores eorum in eam provinciam dimittere debet cum literis ſuis (Compaß oder erſuch Brieff) atque etiam articulis, & interrogatoriis occluſis & conſignatis, ad magiſtratum ſive judicē ejus provinciæ, ac petere eum, ut teſtes illos ſub præſentia litigatorum priùs jurejurando conſueto ad dicendam veritatem obligatos interroget, & recepta teſtimonia ſub ſuo ſigillo clauſa ad ſe referat. [a] Si tamen pars una vocata venire neglexerit, ſub præſentia partis alterius interrogari ab alieno illo judice teſtes poſſunt. [b] 46

[a] *d. l. Iudices* 17. ubi Bald. Sichard. Donell. & alii, C. *de fide inſtrum.* Andr. Geil. *libr. obſerv.* 96. *& obſ.* 102. Græværus. *lib.* 1. *concluſ.* 101. *conſiderat.* 1. Fürſtl. Würtemb. Alt Landrecht/ *part.* 1. *pag.* 102. Hoffgerichts Ordnung/ *part* 3. *tit.* 13. [b] *Auth. ſed ſi quis, C. de teſtibus.* Quod ſi teſtes diverſarum ſint provinciarum, ſive ditionum: communes & apertæ ſolent dari literæ mutui compaſſus ad omnes magiſtratus, cujuſq; illius ditionis, verum articuli probatoriales, & interrogatoria occluſa & obſignata, Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung/ *dict. part.* 3. *tit.* 13. *§. ult.*

Solet quoq; hodie judex, licet ſua ſub juriſdictione teſtes habeat præſentes, eorum receptionem & examen alii viro diſcreto committere, quem Commiſſarium appellamus: quem pars probare volēs judici nominat: nominato, niſi pars adverſa juſtis ex cauſis diſſentiat, judex recipiendi & examinandi partes committit. Interdùm cauſæ judex alii, quā qui nominatus 47

eſt, ex-

Digitized by Google

eſt, ex officio hoc negocium committit. Quandoq; ipſi Commiſſario ex arbitrio partis, adverſus quem teſtes interrogandi ſunt, alius adjungitur, ut eò ſyncerius expediantur omnia, quem ex eo adjunctum nominant.

c.1.in fin.extr.de teſtib.cog. c.cum clamor, extr: de teſtibus, & *atteſt.* Cammergerichts Ordnung/*part.3.tit.15.§.ult.* & *tit.ſeq.* Fürſtl. Würtemb, alt Landrecht/*part.1.tit.* Von Ordnung der Zeugen Verhör.*pag.97.* Hoffgerichts Ordnung/*part.3.tit.14.15.* & 16. Andr.Geil.*lib.1.obſerv.90.nu.1.* & 5.

48 In cauſa tamen criminali ipſemet cauſæ judex teſtes examinare tenetur, etiam eos, qui alterius ſunt ditionis, [a] quos ad ſe mitti petere ab eorum magiſtratu debet. [b]

[a] *Novell.90.de teſtib.cap.5.* & *quoniam in fin. Auth.apud,C.de fid.inſtrument.* Mynſing.*in c.ſi qui 8.nu.14.extr.de teſtib.* [b] *Auth.ſi verò,C.ad leg.Iul. de adult.* Donell.*ad dict. Auth.apud extr.de fide inſtrument.*

49 Commiſſario electo judex ſcribit, & partes recipiendorum & interrogandorum teſtium in communi forma,[a] tranſmiſſis ei articulis; ſuper quibus teſtes examinari debent, committit: qui accepto mandato & à producente teſtium conſignatione accepta, ad verſam quoq; partem non minùs, quam producentem certo termino, & loco nominato ad ſe vocat, ad danda ſua interrogatoria, ſi velit, & ad videndum jurare teſtes. [b] Præſentibus in termino litigatoribus & teſtibus commiſſionem illam exponit, ſuumq; munus aggreditur.

[a] Puta ad recipiendos teſtes, ſub qua forma etiam ocularis inſpectio comprehenditur, hoc eſt, ut Commiſſarius, ſi negotii qualitas hoc requirat, in rem præſentem eat, eamque oculis ſubjiciat. Si tamen recipienda ſint & tranſumenda inſtrumenta, in optima & pleniore forma decernendæ ſunt commiſſiones, videlicet brieffliche Vrkunden auffzunemen. Cujuſmodi commiſſioni locus eſt, quoties inſtrumenta, quæ in archivis inter monumenta publica aſſervantur, aut magnarum hæreditatum teſtamenta aliave privatorum inſtrumenta in originali ſine periculo tranſmitti non poſſunt: atque hoc etiam caſu pars adverſa citari debet ad videndum produci iſthæc inſtrumenta, Andr.Geil. *dict.obſervat.96.num.2.3.* & 4. Interrogatoria quod attinet, eorum exhibitio voluntatis eſt, non neceſſitatis, Geyl.*dict.lib.1.obſervat.95.nu.9.* Eaque ex ipſis articulis formari debent: extra articulum interrogati teſtes fidem faciunt nullam. Geil.*dict.obſerv.95.nu.4.* Et ſunt inventa interrogatoria, ut teſtes ad variationem, & contraria inducantur, Geil.*dict.obſ.95. num.3.* unde ſi inutilia fuerint, commiſſarius rejicere ea debet. Geil.*dict. obſer.95. num.1.* Danda autem non ſunt interrogatoria parti adverſæ, Geil.*ibid. nu.6.* [b] *c.2.ubi* Mynſing.*extr.de teſtibus,c.2.§.teſtes,* ubi gloſſ. *tit.eod.in* 6.Geil.*dict.obſervat.96.num.5.6.* & 7.

50 Quòd ſi pars citata ad exhibenda ſua interrogatoria (ſi quæ porrigere velit) & ad videndum jurare teſtes, neceſſariò quadam ex cauſa in termino ſe venire non poſſe doceat, examen extrahi in aliud tempus debet.

And.Geil.*poſt alios,quos citat dict.obſervat.96.num.8.* & *obſervat.102.num.2.* & 3. Mynſing.*ad dict.cap.2.in verb ſi verò noluerit.num.7.extr. de teſtibus,* ubi in hæc verba ſcribit: Eo caſu, quando adverſarius legitimum habuit impedimentum, ne ad receptionem teſtium veniret, idque docere paratus ſit, receptio vel ipſo jure nulla eſt, vel ſubſiſtet quidem, ſed retractabitur. Nulla tùm erit, ſi judex non inſcius impedimenti, examinâtit teſtes: retractabitur, ſi ignorabat impedimentum, & adverſarius retractationem poſtulet.

51 Quibuſdam caſibus judex, itemque Commiſſarius ad teſtium receptionem

nem procedere poteſt parte adverſa non citata: ut ſi teſtis gravi morbo decumbat, ita ut vitæ ſubſit periculum: vel abiturus ſit in nationes longinquas, vel aliâs periculum in mora ſit.

Andr. Geyl. *lib.* 1. *obſervat.* 102. *n.* 4 5. & 6. plures limitationes vide apud Felin. *ad c. extr. de teſtib.* Socin. *in Reg.* 406. *incip. teſtium depoſitiones.* Mynſing. *ad d. cap.* 2. *num.* 16. & *ſeqq. extr. de teſtib.* Omnino vide Excellentiſſ. Rutgeri Ruland. *tract. de commiſſion. lectu utiliſſimum.*

Quod ſi varii ſint articuli, & diverſi, pars producens exhibere debet di- 52
rectorium, ſive deſignationem articulorum, ſuper quibus ſingulos teſtes examinari deſiderat.

Andr. Geil. *d. obſer.* 96. *n.* 7. *facit text. in c. de teſtibus* 29. *extr. de teſtibus.*

Teſtis ſi difficilem ſe præbeat ad perhibendum teſtimonium, vel ju- 53
randum, ab ordinario judice, vel ejus commiſſario invitus cogi poteſt, [a] licet jurarit teſtimonium perhibere ſe nolle: vel jurarit ſecreta ſe non revelare. [b]

[a] *l. ſi jurisjurandi.* & 9. *l. ſi quando* 15. ubi Sichard. Donell. & alii *Cod. de teſtibus, l.* 3. *§. ult. ff. eod. tit.* & *tot. tit. extr. de teſtib. cog. n. d. vel. non.* Sed quæritur, an miniſter Eccleſiæ cogi poſſit, ut deponat de his, quæ in confeſſione à confeſſionario audivit: Negativa regulariter vera. *Et Anno* 1608. *menſe Septemb.* an Hof Richter vnd Räthe ein Fürſtlicher Befelch abgangen/ daß ein Kirchendiener auß der Beicht zu *atteſtirn* nicht ſoll angehalten werden. [b] Andr. Geil. *lib.* 1. *obſerv.* 100. *num.* 3. & 4. Et poteſt etiam Commiſſarius ſub pœna pecuniaria citare teſtem, in eamq; ipſum contumacem declarare. Facta declaratione pœnæ, ulterius non progreditur. Sed committentem conſulere tenetur, qui remediis ordinariis compellit refractarium teſtem, Geil. *d. obſerv.* 100. n. 12. & 13.

Sunt tamen nonnulli, quibus nominatim hoc tribuitur, ne inviti ve- 54
niant, & teſtimonium dicant: ut ſunt ſenes, valetudinarii, milites, qui cum magiſtratu Reipubl. cauſa abſunt, publicani, qui quid exercitui præbendum conduxit, & cui venire non licet.

l. Inviti 8. & *l. inviti.* 19. *ff. de teſtib.* vide Donell. *ad l. ſi quando* 15. *C. eod. tit.*

Ad eos tamen teſtimonii recipiendi cauſa domum mittitur: [a] ut & ad 55
perſonas egregias, [b] itemque mulieres, quas vagari non convenit. [c]

[a] *c. ſi quis teſtium* 8. ubi poſt alios Mynſing. *extr. de teſtib.* [b] *l. ad perſonas* 15. *ff. de jurejurand.* Egregiis perſonis connumerant etiam majores magiſtratus, Doctores, Licentiatos, Presbyteros, Diaconos, Mynſing. *ad d. c. ſi quis n.* 7. 8. & 9. vide Donell. *in commentar. ad tit. ff. de jurejurand. cap.* 14. *nu.* 6. [c] *c. mulieres, tit. de judic. in* 6. & *Novell.* 124. *cap.* 1. *§. ſi verò mulier,* Mynſing. *ad d. c. ſi quis* 8. *num.* 10.

Invitus quoque teſtimonium non dicit quis adverſus ſocerum, gene- 56
rum, vitricum, privignum, ſobrinum, ſobrinam, ſobrino natum, eosve qui priore ſunt gradu: neque libertus adverſus patronum, neque hic adverſus illum.

l. 4. *ff. de teſtib. can. ſi teſtes,* 8. *Lege Iulia publicorum* 4. *quæſt.* 2. & 3.

Ob defectum tamen aliorum teſtium ne veritas occultetur inviti com- 57
pelluntur venire, ac perhibere teſtimonium.

Per can. Quamquam 14. *quæſt.* 2. And. Geil. *lib.* 1. *obſer.* 100. *num* 15.

Proxeneta quoque invitus cogi non poteſt, ut dicat teſtimonium, niſi 58
utrinſq; contrahentis conſenſu teſtis producatur: unius conſenſu productus teſtimonium invitus non dicit.

Novell.

Digitized by Google

Novell.90.de teſtib.cap.8.Quoniam verò And. Geil. *dict.obſer.*100.*n.*17.18. & 19. vide *Durr. ad tit.de teſtib.cap.*1.*verſ.* De his, quos ſolicitatores. Vide quoq; Maſcard. *de probat. volum.*3. *concluſ.*1357.*num.*36. ubi memorat quoſdam, qui volunt quod mediator & conciliator contractus teſtificari ſuper eodem contractu non poſſit. Cævall. *in ſpecul.commun.opin.quaſt.*75.

59 Etſi verò teſtes juratò deponere debeant, partes tamen ipſis juramentum remittere poſſunt: [a] quo caſu id præſtare teſtes non tenentur, niſi judici aliter viſum fuerit: [b] aut cauſa matrimonialis ſit. [c]

[a] *c.Tuis,extr.de teſtib.* [b] Andr. Geyl. *lib.*1.*obſervat.*101.*num.* 3. & 5. Mynſing. *ad dict.cap. Tuis* 39.*num.*2. & 3.*extr.de teſtib.* Tacita autem juramenti remiſſio non ſufficit, Mynſing. *ibidem,num.*7. & 8. [c] Andr. Gayl. *dict.obſervat.*101.*num.*6. Sed nunquid etiam artifices, cùm adhibentur ad renunciandum aliquid, quod ad eorum artificium pertineat volentibus litigatoribus, jurare tenentur? Veluti cùm obſtetrices adhibentur, ut cognoſcant, an mulier ſit gravida, cùm agitur de agnoſcendo partu. Item cùm agrimenſores adhibentur ad renunciandum agri modum: vel cùm adhibentur fabri ad renunciandum domus vitium. Aut deniq; medici ad renunciandum læſionis aut damni qualitatem & magnitudinem? Et quia nuſquam à regula hi ſunt excepti, non minùs quàm alii jurare debent, quamvis Dd. ſecùs ſentiant.

60 Sed quæritur, an ſtatuto induci poſſit, ut credatur teſtibus juramenti religione non arctatis? In perſonis vitæ integritate conſpicuis Geilius affirmat: In cæteris verò negat. [a] Felin. [b] & Hyppolit. de Marſil. [c] poſt alios ſimpliciter negativæ inhærent, & noſtro judicio rectè. [d]

[a] *Dict.obſerv.*101.*nu.*13. hac ratione, quòd in his præſumptio ſubordinationis & falſitatis ceſſet. [b] *ad dict.c.Tuis num.*2.*verſ.ſed de hoc dubito & ad c.conſtitutis,num.*16.*extr.de reſcriptis.* [c] Hyppol. *ſing.*214.*incip. ad validitatem*, ubi dicit, quòd etiam Papa non poſſit diſpenſare, ut teſtis in judicio ferat teſtimonium ſine juramento; eo quòd de jure ſit divino, ut teſtis juret, *Gen.*31. [d] Iurisjurandi enim religio ad decidēdas lites ex verbo Dei confirmata eſt, *Hebr. cap.*6.*verſ.*16. Proindeque in tantum requiritur in teſte, ut illud etiam vir religioſus in teſtem productus præſtare teneatur. *c.Nuper nobis* 51. *extr.de teſtib.* unde etiam Cardinales producti in teſtes jurare tenentur. Felin. poſt gl. *ad d.c.Tuis,num.*1.*extr.d.t.* Neq; obſtat, licet quidam putant, *Novell.*123.*cap.*7. Et quia nullius niſi vitæ integritate conſpicui teſtimonium fidem facit *l.*3.*ff.h.t.atque ille* nihilominùs jurare tenetur, *l.jurisjurandi* 9.*Cod.eod.t.* & *d.c.Nuper extr.d.t.* Sequitur indè diſtinctionem Geylii planè eſſe lubricam: Facit quod ſtatutum ſine ſuperioris conſenſu fieri non poteſt de his, quæ publicis legibus prohibita ſunt, vide ſub *Claſſe* 1. *diſput.*3.*theſ.*42.

61 Commodè hic & illud in quæſtionem vocari poteſt, an invito adverſario, Princeps, Comes, Baro, Nobilis admitti ad teſtimonium dicendum debeat ſub promiſſione, & fide ſua data bey gegebner Trew/ bey Fürſtlichen/ Gräfflichen/ Adelichen Ehren/ Würden vnd Trewen?

Negata ſententia nobis veritati propior videtur, *per text. in dict.c.Tuis* 39. & *d.c.nuper nobis* 51.*ibi.* Reſpondemus, quòd nullius teſtimonium, quantumcunq; religioſus exiſtat, niſi juratus depoſuerit, in alterius præjudicium debet credi, extr. de teſtibus.

62 Non eſt hoc loco omittendum, inutilem eſſe depoſitionem teſtis, cui judex aut commiſſarius parte inſcia, permiſit teſtimonium dicere ſub eo tantùm juramento, quod priùs ſuo domino præſtiterit, bey dem Eyd/ damit er ſeinem Herrn zugethon iſt.

Mynſing. *cent.*2.*obſerv.*3.

63 Hoc etiam dubio non caret, num teſtes præſentibus & audientibus partibus dicere teſtimonium debeant, an verò illis remotis? Poſterius nobis

place-

placet, ſi partes non renuncient ulteriori teſtium productioni: [a] Prius verò Juſtinianeo & Canonico jure admittimus, ſi noluit poſtea alios producere teſtes. [b] Statutis tamen quibuſdam, [c] & ex communi Dd. [d] ſententia dato primùm jurejurando utraque parte abſente ſecretò examinari teſtes jubentur. Et quidem ſinguli ſeorſim, non ſimul omnes turmatim interrogari debent.

[a] *Per text. adſcriptos theſi 8. ſub lit. a.* Creditur enim teſtis ex veritate & conſcientia teſtimonium dicturus ſi potius ſecretò, quam aliis præſentibus audiatur. Boer. *quaſt. 1. num. 25.* [b] *per text. in l. ſi quando 19. ibi, altera utra parte præſente, quæ eos introducit, teſtimonia eorum capere, C. de teſtib. l. Iudices ibi, ut depoſitionibus ſub utriusq; partis præſentia factis, Cod. de fide inſtrum. Novell. 30. de teſtib. cap. ult. ibi, Et audire atteſtationes: item ibi, atteſtationes eo præſente factæ ſunt. Item ibi, Et audire depoſitiones, cap. 2. ibi, Venire, & audire teſtes, item ibi, teſtimonia ipſo præſente facta fuiſſent. Tum etiam ibi, ut ad audiendos teſtes veniat, extr. de teſtib. & can. In primis, §. Deinde cauſarum, ibi, ſi eo præſente, qui accuſatus eſt, ſub jurejurando contra eum teſtimonium dictum eſt 2. quaſt. 1.* Atq; hanc ſententiam amplectitur quoq; Donell. *lib. 25. comment. ad d. l. ſi quando, C. de teſtib.* Cujac. *ad c. 2. extr. de teſtib.* Petr. Gilcken. *in l. ſi quando. 15. num. 9. C. de teſtibus.* [c] ut ſtatuto VVirtemb. Alt Landrecht/*part. 1. tit.* der Zeugen Eyd/pag. 99. §. vnd ſo die Zeugen. New Landrecht/*part. 1. Tit. 37. §.* So dann die Zeugen/*pag.* 138. [d] Specul. *Rubr. de teſtib. §. 1. Verſ. ſed pone,* gl. *ad c. cùm cauſam, & ibi* Panorm. *nu. 5. extr. de teſtib.* Felin. *ad c. Venerabilem extr. eod. tit.* Duar. *ad tit. de teſtib. cap. 5.* Rationes, quibus moventur, petunt ex *l. nullum 14. ibi, judicantis intrare ſecretum, C. de teſtib. Novell. 90. de teſtib. cap. 4. & c. ult. Verſ. ſi enim, ibi, Publicabuntur,* ubi Gothofr. *Auth. At qui ſemel, Cod. de probat. d. c. per Venerabilem 52. in fin. ibi, Sigillatim extr. de teſtib. c. Inquiſitionis §. Tertiæ, ext. de accuſat.* [e] *c. Venerabilis, & ibi* Cujac. *extr. de teſtibus & atteſt.* J. W. alt Lander. *d. pag. 99. §.* vnd ſo die Zeugen. New Landr. *d. t. 37. §.* So dann die Zeugen.

Quid ſi per ſcripturam manus propriæ non voce ſua deponat teſtis, nū- 64
quid ejus teſtimonium recipi debet? [a] Et nihil obſtare quo minùs atteſtatio hæc admittatur planè cenſemus. [b] Quin etiam magis conſideratè ſcriptis, quam voce teſtimonium tribui judice vel Commiſſario interrogante cenſemus. In abſentia autem judicis vel commiſſarii depoſitionem factā, & tranſmiſſam judici vel commiſſario non valere dicimus, [c] niſi teſtis eam in præſentia judicis vel commiſſarii interrogantis denuò legat. [d]

[a] Vide Felin. & alios quos refert *in c. De teſtibus 29. nu. 7. extr. de teſtib.* Bald. *ad c. 1. extr. eod. tit.* And. Geil: *lib. 1. obſerv. 100 num. ult.* [b] Cùm enim ut quilibet teſtis præſens interrogetur, vultumq; ejus intueri judex, aut Commiſſarius poſſit, nihil vetat, quo minùs ita deponat. Tenet quoq; hanc ſententiam Bart. *ad l. Theopompus 14. num. 12. ff. de dote præleg.* & alii plures quos recenſet Felin. *ad dict. cap. De teſtibus, num. 7. extr. de teſtibus.* [c] *per text. in l. 2. & l. 3. §. Idem Divus 3. ibi,* teſtibus ſe, non teſtimoniis crediturum: *tum ibi*, nec teſtes producebat, ſed teſtimoniis uti volebat, quibus apud me locus non eſt, & *§. ſeq. ibi,* alia eſt authoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum, quæ recitari ſolent, *ff. de teſtib. & l. de minore 10. §. pen. ff. de quæſtionib.* [d] Bald. *ad l. jurisjurandi 9. nu. 3. C. de teſtib.* Felin. *ad c. de teſtib.* Felin. *ad c. de teſtib. num. 12. extr. eod. tit.*

Super interrogatoriis partis adverſæ ſi teſtes non fuerint interrogati, 65
quæritur, an propterea examen ſit nullum? Non eſſe nullum, ſed repeti poſſe teſtes etiam poſt atteſtationum publicationem dicimus.

Per c. per tuas 48. §. ult. extr. de teſtib. And. Geil. *lib. 1. obſerv. 95. nu. 7.*

Hinc quæritur, an teſtes ad prætermiſſa interrogatoria repetendi denuò 66
jurare

jurare debeant? Negantem concluſionem remur veram, ſi priùs ſuper tota cauſa, ut fieri ſolet, juramentum præſtiterint.

Hartman. Piſtoris *lib. 1. quæſt. jur. quæſt.* 41.

67 Solent quandoq; Commiſſarii, quando teſtis aliquis ſimiliter atq; alius priùs examinatus deponit, ſe referre ad illius teſtis dictum, affirmando præſentem teſtem per omnia & in omnibus eadem cum priori depoſuiſſe: Unde quæritur, num ejuſmodi examen recipiatur, nec ne? Recipitur quidem examen, verum Commiſſarius malè fecit, qui illius quoque teſtis dictum non ſimiliter excepit, cùm circumſtātiæ & qualitates ita ſæpè omittantur, quæ tamen ad judicis informationem haud parùm conferrent.

Andr. Geil. *lib. 1. obſer.* 104. *num.* 5. *ubi num.* 6. addit, multò magis eos eſſe culpandos Commiſſarios, qui brevitati non ſtudent, ſed inutilibus, & ad cauſam nihil facientibus repetitionibus ita rotulum lucri ſui gratia extendunt, ut in immenſum creſcat volumen, magno producentis ſumptu & ſumma judicis moleſtia.

68 Quòd ſi teſtis ante examinatus repetatur, iſque referat ſe ad priorem depoſitionem, judex autem vel Commiſſarius urgeat, ut ex integro reſpondeat ad ſingulos articulos, tunc petere teſtis poteſt exhibitionem primæ ſuæ atteſtationis, ut ex ea evitandi perjurii cauſa, de veritate dicenda informare ſe poſſit.

And. Geil. *d. obſer.* 104. *nu.* 3. ſatis quoq; ſibi proſpicit teſtis repetitus, ſi dicat, Teſtimonium reddo, & dico in hac cauſa ſuper iſthoc articulo, prout mihi modò in memoriam recurrit. Quòd ſi in prima depoſitione appareat, aliter me ibi dixiſſe, quam nunc dico, volo hoc repetitum teſtimonium ad primam teſtificationem reduci & referri, ut ex Bart. & aliis docet Geil. *obſervat.* 104. *num.* 1.

69 Quid verò ſi primum teſtis dictum inutile ſit, puta ob defectum jurisjurandi, vel alterius ſolennitatis, teſtis autem ſolenniter repetitus ſeſe referat ad primam illam depoſitionem ſuam, nunquid ex hac relatione prima atteſtatio illa utilis & efficax efficitur? Affirmativæ adhærendum putamus.

Per l. legata inutiliter 19. *in princ. ff. de legat.* 1. Mynſing. *cent.* 3. *obſer.* 64.

70 Eſt & illud hic monendum, quod ſi commiſſarius teſtis alicujus idioma non intelligat, ad ejus examen interprete uti poteſt: & ſi duo haberi interpretes poſſunt, duo adhibendi ſunt.

Mynſing. *cent.* 5. *obſerv.* 45.

71 Videamus, quot teſtes ad fidem faciendam deſiderentur. Regulariter autem in deciſionibus cauſarum duo, ad minimum probatæ fidei requiruntur teſtes, [a] unus non ſufficit, [b] quantùvis præclaræ Curiæ honore præfulgeat. [c] Niſi ambo litigantes in ipſum conſentiant. [d] Et licet plures ſint teſtes, ſinguli tamen de ſingulis deponentes actibus, ſingulariter dicuntur tamen. [e]

[a] *l. Ubi numerus* 12. *ff. de teſtib. c. Veniens* 10. *in fin. c. licet univerſis* 23. *extr. d. t.* [b] *l. Maritum* 20. *ff. de quæſtio.* Obſtare videtur *l. Theopompus, ff. de dot. prælег. l. ſi quis decurio, Cod. ad leg. Cornel. de falſis,* ſed vide Donel. *lib.* 25. *comment. ad d. l. jurisjurandi* 9. *C. de teſtib. pag.* 191. *in fin. & pag. ſeq.* & Cujac. *ad c. licet univerſis* 23. *extr. de teſtib.* [c] *l. jurisjurandi* 9. *Cod. de legibus.* [d] *per l. ſi convenerit* 26. *ff. de re judic.* Mynſing. *cent.* 5. *obſer.* 26. [e] *cum dilectus, extr. de elect.*

Sed

Sed nunquid teſtis unus præſumptionem, & ſemiplenam probatio- 72
nem facit? Dd. quidem ajunt, [a] nos autem cum Cujacio & Donello planè negamus. [b]

[a] *Ad d.l.3.C.de reb.credit.* & *l.admonendi,ff ſi cert.pet.* [b] *per l.maritus 20.ff. de quæſtionib. Cujac.ad d.cap.licet univerſis 23. verſ. Non eſt etiam, extr.de teſtib.* & *ad l.Theopompus 14. in fin.ff de dote prælег.* Donell.*lib.25.comment.pag.192. ad l.jusjurandi 9.C. de teſtib.* Sed duo teſtes plenam faciunt probationem, cur ergò unus non faceret ſemiplenam? Atqui duo numerum faciunt, inde tamen non rectè colligitur, unum facere seminumerum, cùm nemo unquam audiverit de ſeminumero. Malè etiam hujus opinionis de ſemiplena probatione per teſtem unum argumentum petitur *ex l 1.§ ult.ff. Quemadmodum teſtament.aper.* ut oſtendit Cujac. *dictis locis*. Idem Cujac *ad dict.c.licet univerſis, extr.de teſtib.* notat quoque Interpp. exiſtimantes unico teſti fidem haberi in ſpeciebus, *c.ſuper eo, extr.dict.tit.cap. Cum itaque de conſecrat.diſtinct.4.dict.l.Theopompus.ff. de dote prælеg.l. ſi quis decurio, Cod.ad leg.Cornel.de Sicar.*

Quandoque tamen major teſtium numerus deſideratur. In teſtamentis 73
ſolennis numerus eſt ſeptem teſtium: [a] In teſtamento cœci unus teſtis adjicitur, ut fiant octo. [b] In teſtamentis ruſticanorum remittitur hic numerus, & deſiderantur in pagis tantùm quinque. [c] In teſtamento tamen patris inter liberos ſufficiunt teſtes duo [d] In Codicillis exigũtur teſtes quinque, [e] ut & in donatione mortis cauſa. [f]

[a] *§.ſed cùm paulatim. Inſtit.de teſtament.ord.l.hac conſultiſſima.in princ.C.de teſtament.* [b] *l.hac conſultiſſima in princ.C.qui teſtament.fac.poſſ.* [c] *l.ult.Cod. de teſtament.* [d] *dict.l.hac conſultiſſima.§.Imperfecto, Cod.de teſtament.junct.dict.l.ubi numerus.ff.de teſtibus* [e] *l.ult.in fine C.de Codicillis.* [f] *l.ult.Cod.de donat.cauſa mortis.*

In inſtrumentis, quæ interponuntur de rebus contractis, & negotiis vi- 74
ventium, ſi res excedat libram auri, & negotium geratur in urbe, exiguntur tres teſtes. [a] Quod ſi is, qui contrahit, ſit imperitus literarum, placet Juſtiniano quinque teſtes adhiberi debere, & in his unum, qui ſit tabellarius, ſi fieri poteſt. [b]

[a] *Novell.73.cap.1.ſi quis igitur.* & *cap.ſeq.* [b] *dict.Novell.73.cap.oportet verò.*

Quod ſi res inſtrumentis non agatur, in quadam tamen ſpecie teſtes 75
quinque ſummæ atque integræ opinionis deſiderantur, puta cùm debitor, quod inſtrumento interpoſito debebat, ſolvit nullo inſtrumento liberationis à creditore accepto.

l.teſtium 18.ubi Bald.Sichard. & *alij.C.de teſtib.Fr. Balduin.in Juſtiniano.pag.23.ubi, ait, debitum ſcriptura probatur,* & *ſolutio obtenditur, ſolutio probari debet, vel ſcriptura, vel quinque teſtibus idoneis.*

Si ſtatuto caveatur, ut probatio per inſtrumenta fiat, non obſtante eo 76
ſtatuto probatio etiam per teſtes quinque fieri poteſt.

Argum.dict.l.teſtium 18.C.de teſtib. Mynſing.*cent.1.obſerv.5.*

Quid ſi reprobare aliquis inſtrumentum velit, quot teſtibus opus ha- 77
bebit? Dd. hic variant: communiter autem ſentiunt, duos ſufficere teſtes ad reprobandum inſtrumentum: [a] Aliqui autem ſentiunt inſtrumentum duobus confirmatum teſtibus, refelli ſimiliter teſtibus duobus. [b] Quidam verò ſcribunt, privatum inſtrumentum duobus: publicum verò non paucio-

jurare debeant? Negantem concluſionem remur veram, ſi priùs ſuper tota cauſa, ut fieri ſolet, juramentum præſtiterint.

Hartman. Piſtoris *lib. 1. quæſt. jur. quæſt.* 41.

67 Solent quandoq; Commiſſarii, quando teſtis aliquis ſimiliter atq; alius priùs examinatus deponit, ſe referre ad illius teſtis dictum, affirmando præſentem teſtem per omnia & in omnibus eadem cum priori depoſuiſſe: Unde quæritur, num ejuſmodi examen recipiatur, nec ne? Recipitur quidem examen, verum Commiſſarius malè fecit, qui illius quoque teſtis dictum non ſimiliter excepit, cùm circumſtãtiæ & qualitates ita ſæpè omittantur, quæ tamen ad judicis informationem haud parùm conferrent.

Andr. Geil. *lib. 1. obſer.* 104. *num.* 5. *ubi num.* 6. addit, multò magis eos eſſe culpandos Commiſſarios, qui brevitati non ſtudent, ſed inutilibus, & ad cauſam nihil facientibus repetitionibus ita rotulum lucri ſui gratia extendunt, ut in immenſum creſcat volumen, magno producentis ſumptu & ſumma judicis moleſtia.

68 Quòd ſi teſtis ante examinatus repetatur, isque referat ſe ad priorem depoſitionem, judex autem vel Commiſſarius urgeat, ut ex integro reſpondeat ad ſingulos articulos, tunc petere teſtis poteſt exhibitionem primæ ſuæ atteſtationis, ut ex ea evitandi perjurii cauſa, de veritate dicenda informare ſe poſſit.

And. Geil. *d. obſer.* 104. *nu.* 3. ſatis quoq; ſibi proſpicit teſtis repetitus, ſi dicat, Teſtimonium reddo, & dico in hac cauſa ſuper iſthoc articulo, prout mihi modò in memoriam recurrit. Quòd ſi in prima depoſitione appareat, aliter me ibi dixiſſe, quam nunc dico, volo hoc repetitum teſtimonium ad primam teſtificationem reduci & referri, ut ex Bart. & aliis docet Geil. *d. obſervat.* 104. *num.* 1.

69 Quid verò ſi primum teſtis dictum inutile ſit, puta ob defectum jurisjurandi, vel alterius ſolennitatis, teſtis autem ſolenniter repetitus ſeſe referat ad primam illam depoſitionem ſuam, nunquid ex hac relatione prima atteſtatio illa utilis & efficax efficitur? Affirmativæ adhærendum putamus.

Per l. legata inutiliter 19. *in princ. ff. de legat.* 1. Mynſing. *cent.* 3. *obſer.* 64.

70 Eſt & illud hic monendum, quod ſi commiſſarius teſtis alicujus idioma non intelligat, ad ejus examen interprete uti poteſt: & ſi duo haberi interpretes poſſunt, duo adhibendi ſunt.

Mynſing. *cent.* 5. *obſerv.* 45.

71 Videamus, quot teſtes ad fidem faciendam deſiderentur. Regulariter autem in deciſionibus cauſarum duo, ad minimum probatæ fidei requirũtur teſtes, [a] unus non ſufficit, [b] quantũvis præclaræ Curiæ honore præfulgeat. [c] Niſi ambo litigantes in ipſum conſentiant. [d] Et licet plures ſint teſtes, ſinguli tamen de ſingulis deponentes actibus, ſingulariter dicuntur tamen. [e]

[a] *l. Ubi numerus* 12. *ff. de teſtib. c. Veniens* 10. *in fin. c. licet univerſis* 23. *extr. d. t.* [b] *l. Maritum* 20. *ff. de quæſtio.* Obſtare videtur *l. Theopompus, ff. de dot. præleg. l. ſi quis decurio, Cod. ad leg. Cornel. de falſis*, ſed vide Donel. *lib.* 25. *comment. ad d. l. juriſjurandi* 9. *C. de teſtib. pag.* 191. *in fin. &* *pag. ſeq.* & Cujac. *ad c. licet univerſis* 23. *extr. de teſtib.* [c] *l. juriſjurandi* 9. *Cod. de legibus.* [d] *per l. ſi convenerit* 26. *ff. de re judic.* Mynſing. *cent.* 5. *obſer.* 26. [e] *cum dilectus, extr. de elect.*

Sed

Sed nunquid teſtis unus præſumptionem, & ſemiplenam probationem facit? Dd. quidem ajunt, [a] nos autem cum Cujacio & Donello planè negamus. [b] 72

[a] *Ad d.l.3.C.de reb.credit.& l.admonendi,ff ſi cert.pet.* [b] *per l.maritus 20.ff. de quæſtionib. Cujac.ad d.cap.licet univerſis 23. verſ. Non eſt etiam, extr.de teſtib. & ad l. Theopompus 14. in fin.ff de dote præleg.* Donell. *lib.25.comment.pag.192. ad l.jusjurandi 9.C. de teſtib.* Sed duo teſtes plenam faciunt probationem, cur ergò unus non faceret ſemiplenam? Atqui duo numerum faciunt, inde tamen non rectè colligitur, unum facere ſeminumerum, cùm nemo unquam audiverit de ſeminumero. Malè etiam hujus opinionis de ſemiplena probatione per teſtem unum argumentum petitur *ex l 1.§ ult.ff. Quemadmodum teſtament.aper.* ut oſtendit Cujac. *dictis locis*. Idem Cujac *ad dict.c.licet univerſis,extr.de teſtib.* notat quoque Interpp. exiſtimantes unico teſti fidem haberi in ſpeciebus, *c.ſuper eo,extr.dict.tit.cap. Cum itaque de conſecrat.diſtinct.4.dict.l. Theopompus.ff. de dote præleg.l. ſi quis decurio, Cod.ad leg.Cornel.de Sicar.*

Quandoque tamen major teſtium numerus deſideratur. In teſtamentis ſolennis numerus eſt ſeptem teſtium: [a] In teſtamento cœci unus teſtis adjicitur, ut fiant octo. [b] In teſtamentis ruſticanorum remittitur hic numerus, & deſiderantur in pagis tantùm quinque. [c] In teſtamento tamen patris inter liberos ſufficiunt teſtes duo [d] In Codicillis exigũtur teſtes quinque, [e] ut & in donatione mortis cauſa. [f] 73

[a] *§.ſed cùm paulatim Inſtit.de teſtament.ord.l.hac conſultiſſima.in princ.C.de teſtament.* [b] *l.hac conſultiſſima in princ.C.qui teſtament.fac.poſſ.* [c] *l.ult.Cod. de teſtament.* [d] *dict.l.hac conſultiſſima.§.Imperfecto,Cod.de teſtament.junct.dict.l.ubi numerus.ff.de teſtibus* [e] *l.ult.in fine C.de Codicillis.* [f] *l.ult.Cod.de donat.cauſa mortis.*

In inſtrumentis, quæ interponuntur de rebus contractis, & negotiis viventium, ſi res excedat libram auri, & negotium geratur in urbe, exiguntur tres teſtes. [a] Quod ſi is, qui contrahit, ſit imperitus literarum, placet Juſtiniano quinque teſtes adhiberi debere, & in his unum, qui ſit tabellarius, ſi fieri poteſt. [b] 74

[a] *Novell.73.cap.1.ſiquis igitur.& cap.ſeq.* [b] *dict.Novell.73.cap.oportet verò.*

Quod ſi res inſtrumentis non agatur, in quadam tamen ſpecie teſtes quinque ſummæ atque integræ opinionis deſiderantur, puta cùm debitor, quod inſtrumento interpoſito debebat, ſolvit nullo inſtrumento liberationis à creditore accepto. 75

l.teſtium 18.ubi Bald.Sichard.& alij.C.de teſtib.Fr. Balduin.in Iuſtiniano.pag.23.ubi, ait, debitum ſcriptura probatur,& ſolutio obtenditur, ſolutio probari debet, vel ſcriptura, vel quinque teſtibus idoneis.

Si ſtatuto caveatur, ut probatio per inſtrumenta fiat, non obſtante eo ſtatuto probatio etiam per teſtes quinque fieri poteſt. 76

*Argum.dict.l.teſtium 18.C.de teſtib.*Mynſing.*cent.1.obſerv.5.*

Quid ſi reprobare aliquis inſtrumentum velit, quot teſtibus opus habebit? Dd. hic variant: communiter autem ſentiunt, duos ſufficere teſtes ad reprobandum inſtrumentum: [a] Aliqui autem ſentiunt inſtrumentum duobus confirmatum teſtibus, refelli ſimiliter teſtibus duobus. [b] Quidam verò ſcribunt, privatum inſtrumentum duobus: publicum verò non 77

pauciori bus quàm quatuor reprobari teſtibus. [c] Nobis placet, quot teſtibus confirmatum eſt inſtrumentum, tot etiam refellendum eſſe teſtib. [d]

[a] Maſcard. *de prob. Vol. 2. concl.* 919. *nu.* 9. Sichard. *ad l. in exercendis* 15. *n.* 6. 7. 10. & *ſeq. Cod. de fid. inſtrum.* [b] Donell. *lib. 25. comm. ad l. in exercendis* 15. *Cod. de fide inſtrum. pag.* 242. I. eviſſima tamen exceptio removet teſtes inſtrumentum reprobantes. Maſcard. *d. concl.* 919. *num.* 6. *Vol.* 2. [c] Mynſing. poſt alios *ad c. in noſtra* 32. *nu.* 13. *extr. de teſtib.* & *ad c. Cùm Ioannes* 10. *nu.* 25. *extr. de fid. inſtrum.* & ibidem etiam Cujacius. idem Cujac. *ad c. cùm dilectus* 9. *in fin. extr. d. t.* Cùm enim publicum inſtrumentum præter notarium duos habet teſtes, neceſſum eſt, ut quatuor teſtibus trium illarum perſonarum fides infirmetur, ſiquidem notarius publica ſit perſona, quæ duorum teſtium vicem ſuſtinet. *cap. quoniam* 11. *ibi, aut publicam perſonam, aut duos Viros idoneos, extr. de probat.* [d] Inſtrumentum tribus aut quatuor teſtib. confirmatum, totidem teſtibus refelli poteſt, cùm in pari cauſa potior is ſit, contra quē inſtrumentum profertur, cum rei loco ſit, cujus cauſa favorabilior eſt. *l. in pari* 128. & *l. favorabiliores* 125. *ff. de R. I.* atq; hæc etiam ſententia eſt Donelli *ad d. l. in exercendis* 15. *C. de fid. inſtr.* Sed obſtare videtur *l. teſtium* 18. *C. de teſtib.* Niſi dicere velimus eius legis diſpoſitionem de juſto & veritate referto loqui inſtrumento, cujus vires evacuatæ dicuntur: facta ſolutione, ut proinde ſolutio quinque probanda ſit teſtibus.

80. Etſi verò certus teſtium numerus adhibendus ſit, poſſunt tamen plures ſupernumerarii teſtes recipi: Verùm multitudo non neceſſaria & civili, [a] & Canonico [b] jure coercetur.

[a] *l. 1. §. ult. ff. de teſtib.* [b] *c. de teſtib. ibi, ſi ſufficiens productio teſtium fuerit.* & *c. cùm cauſam* 37. *§. Volentes autem.* ubi Cujac. *extr. de teſtib.*

81 Finito examine atteſtationes commiſſarius per ſe, vel amanuenſem juratum in mundum redigit, & ſua ſubſcriptione, & ſigillo obfirmatas ad judicem cauſæ tranſmittit, [a] accepta mercede ſua ab eo, qui teſtes produxit. [b]

[a] *c. cùm clamor* 53. *in fin. c.* 3. *in fin. extr. de fide juſſorib.* [b] *l. quoniam. C. de teſtib.* Andr. Geil. *lib. 1. obſ.* 99. *in pr.* & *nu.* 1.

82 Tranſmiſſum examen judex partibus petentibus publicat, & copias, ſi poſtulentur, decernit. Non eſt tamen de ſubſtantia proceſſus atteſtationum publicatio. Unde licet ea fuerit omiſſa, attamen ſententia valet.

Andr. Gayl. *d. lib. 1. obſerv.* 105. *num.* 1.

83 Publicatis atteſtationibus, contra perſonas, &. dicta teſtium parti excipere licet.

Novell. 90. *cap.* 6. Andr. Gayl. *lib. 1. obſ.* 105. *num. ult.*

84 Quòd ſi teſtes inveniantur ſingulares ſuis indictis, ut ſi variè teſtimonia dixerūt, ita ut non cōſonent, meritò reprobantur: [a] ut & vacillantes teſtes. [b]

[a] *c. bona* 23. *§. contra.* & *c. cùm dilectus* 32. *§. nos verò, verſ. Et ſi tres. ext. de elect. c. tam literis* 33. *extr. de teſtib. l. qui falsò* 16. *ff. eod. t.* Mynſing. *cent.* 3. *obſ.* 76. & *cent.* 2. *obſ.* 20. [b] *l. 2. ff. de teſtib.*

85 Dictum quoque teſtis, ſe offerentis ad teſtimonium, rejici ut ſuſpectum poteſt: [a] Non autem ex eo, quod à producente de veritate facti inſtructus fuit, ut meliùs recordetur. [b]

[a] Mynſing. *cent.* 4. *obſ.* 3. [b] Idem Mynſing. *cent.* 3. *obſ.* 75.

86 Teſtimonium quoq. de auditu alieno regulariter non probat, [a] ne quidem ſemper in cauſa matrimoniali ad conjungendum vel diſiungendum matrimonium: [b] accipitur tamen tanquam adminiculum alterius probationis. [c]

[a] c. ſam.

[a] *c. tam literis* 33. ubi Mynſing. *num.* 2. & *c. licet* 47. *extr. de teſtib.* & *cent.* 6. *obſ.* 58. utroque loco quaſdam exceptiones proponit. Vivius *deciſ.* 288. & 386. Craveit. *conſ.* 487. [b] *d. c. licet* ubi Cujac. *extr. de teſtib.* [c] *l.* 3. §. *ejuſdem quoque, verſ. alias numerus, ff. de teſtib.* Mynſing *cent.* 6. *obſerv.* 58. *num.* 3. Cujac. *ad c. præterea* 27. *in fin. extr. de teſtib.* Eſt & illud hic notandum, daß die Probationſchrifften auff der Zeugen Außſag optimè formantur, ſi ſecundum requiſita intentatæ actionis dirigantur & iſthæc eſſe probata, ordine oſtendatur. Nach einen jeden Articul die Probationſchrifft ex teſtium dictis fertigen iſt Narrenwerck vnd vnnütz geſchwätz/ Scipio *lib.* 4 *deciſ.* 82. quem ſequitur Adamus Keller. *lib.* 2. *de offic. juridica Polit. cap.* 29. *verſ. item poſt atteſtationes.*

Reliqua eſt ratio puniendi falſos teſtes. Qui falſum teſtimonium dolo malo dixit, quo quis publico judicio rei Capitalis damnaretur, lege Cornelia de ſicariis pœna gladii plectitur. 87

L. 1 §. 1. *junct. l.* 3. §. *pen. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. junct.* §. *item lex Cornelia de ſicariis, Inſtit. de pub. jud.*

Jure autem Imperii noviſſimo, eadem punitur pœnâ, quæ impoſita fuit ei, qui falſo teſtimonio illo convictus fuit. 88

Peinliche Halßgerichts Ordnung Käyſer Carls deß *V. artic.* 107. *confirmatur iſthæc Carolina ordinatio jure divino. Deut. cap.* 19. Eadem quoq. pœna convenitur in ſuaſorem hujus falſi, *d. artic.* 105. *in fin.*

Qui verò falſum dolo teſtimonium dixit, ex quo non ſit aliquis publico judicio rei capitalis damnatus, is ex lege Cornelia de falſis deportatione, & omnium bonorum publicatione punitur. 89

l. 1. §. *ult. ff. ad legem Cornel. de falſis*, hodie tamen, cùm deportatio in uſu eſſe deſierit, reus cæditur, & relegatur. Chilian. König. *in praxi. c.* 88. *tit.* Von der Peen vnd Straff der falſchen Zeugen. Modeſtin. Piſtoris, *part.* 4. *illuſtr. quæſt. quæſt.* 141. ubi ſentit etiam pœnam hanc imponi teſti, qui quidem falſum dixit teſtimonium, quo quis ultimo ſit affectus ſupplicio: at non hoc animo, ut puniretur ex eo teſtimonio certa aliqua perſona, veluti ſi depoſuerit ſimpliciter de admiſſo crimine, at nihil de ejus autore: quam ſententiam juvat argumentum, *l. Proinde* 25. *in princ. ff. ad legem Aquiliam.* Iure quoque Iuſtin. noviſſ. bona rei damnati liberis ipſius, & uſque ad tertium gradum parentibus relinquuntur, *Novell.* 134. *c. ultim. Auth. Bona damnatorum, C. de bonis proſcript.*

Jure autem Carolino, qui in civili negotio falſum perhibuit teſtimonium, quo quis damnum rei familiaris ſit paſſus, non modo reſarcire illud damnum tenetur, ſed & infamis efficitur. Quin etiam duo prioris digiti, quibus juravit, ei amputantur. 90

dict. artic. 107.

Quid verò, ſi teſti ſuo litigator pecuniam dederit, ut pro ſe teſtimonium diceret, teſtis verò in favorem adverſarii deponat, nunquid teſtimonium hoc rejiciendum erit, & teſtis puniendus? Negamus. 91

Arg. l. 3. *ult. ff. de calumniat.* Mynſing. *cent.* 6. *obſerv.* 67.

CLAS. VI. DISPUTAT. XXIV.

DE PROBATIONE PER *Inſtrumenta.*

THESIS I.

INſtrumenti verbum, quo in judicio utimur, & generale eſt, & ſpeciale. Generaliter acceptum, ſignificat omne id, quo caſu inſtrui poteſt; ideoque tam teſtimonia, & perſonæ teſtimonia dicentes, inſtrumentorum loco habentur, quàm ſcripturæ, quibus res geſta comprehenſa eſt.

l. 1. ff. de fid. inſtrument. l. ſi uxor. 12. C. de pignor. l. oratione. 7. ff. de fer. l. notionem. §. ult. ubi Gœddæ. *ff. de verb. ſignif. & l. 3. §. idem Divus, ibi, teſtibus ſe, non teſtimoniis crediturum. Item ibi, nec teſtes producebat. ſed teſtimoniis uti volebat. Tùm etiam ibi, alia eſt authoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum, quæ recitantur, ff. de teſtib.* Gilhauſen. *in arbor. civil. part. 3. c. 6. n. 2. & ſeqq.* Pertinent etiam huc die Kerffzeddel vnd Kerffhöltzer.

2. Specialiter inſtrumenti nomen acceptum, ſignificat ſcripturam de re geſta factam, ut illius fidem ac probationem præſtet. [a] Eodemque ſenſu inſtrumenta appellantur etiam tabulæ. [b] Dicuntur quoque documenta. [c]

[a] *l. cum te 5. in fin. ibi, ſcripturæ, quæ probationem rei geſtæ continere ſolet. C. de tranſact. l. 4. ff. de pignor. l. ſi uxor. 12. C. d. tit. & l. 4. ff. de fid. inſtrum. l. 5. C. d. tit. & l. cùm res. 12. C. de probat.* [b] *l. 1. ff. de bon. poſſ. ſecund. tab. & l. ult. ff. de fid. inſtru.* [c] *l. ultim. C. de probat.* Berlich. *tom. 1. concl.* 30. Scaccia *de judic. c. 62. lib. 1.*

3 Circa inſtrumenta duplex inſpectio incurrit: una de ſpeciebus, altera de vi inſtrumentorum cujusq; ſpeciei.

4 Inſtrumentum vel publicum eſt, vel privatum; [a] & utrumq; vel authenticum ſive originale, vel exemplare, [b] ſive tranſſumptum. [c]

[a] *l. ſcripturas 11. C. qui potior. in pignor. hab. l. comparationes 20. in princ. ibi, & aliis inſtrumentis, quæ non ſunt publicè confecta. Item ibi. Ex forenſibus vel publicis inſtrumentis, C. de fid. inſtrument. c. cùm Iohannes 10. §. cùm igitur. verſ. Dictus vero Iohannes, ibi, publicum exhibens inſtrumentum, extr. d. tit. Nov. 49. cap. 2.* [b] *c. 2. & 3. & ibi* Cujac. *& c. ult. extr. de fid. inſtrum. l. 3. C. de divers. reſcript. l. in fraudem 45. §. ipſe autem, ibi, actorum ſuorum exempla, ff. de jur. fiſc. c. quoniam 11. verſ. Et omnia, ibi, ita quod originalia penes ſcriptores remaneant, & c. ultim. in princ. ibi, acta originalia, extr. de probat. l. 2. ff. de fid. inſtrum.* [c] *gloſſ. in l. 2. in verb. Indice, ff. de fid. inſtrumen.* Exemplaria ſive tranſſumpta inſtrumenta, vulgariter copiæ vocantur.

5 Publicum inſtrumentum eſt, quod publicam autoritatem obtinet. Eſtq; duplex: abſolutè publicum, vel quodam modo publicum.

6 Inſtrumentum abſolutè publicum, dicitur ſcriptura, quæ facta eſt apud acta publica, puta, apud magiſtratum ſive judicem ordinarium; qualis fuit olim Magiſtratus Cenſus, & magiſtratus municipalis, itemq; defenſor plebis. [a] Cujuſmodi inſtrumentum in archivo, id eſt, tabulario, dicitur eſſe publico. [b]

[a] *l. in hac 30. & l. ſeq. C. de donat. l. ultim. C. de re judic. & l. cenſus 10. ff. de probat.* Cujac. *ad Novell. 44. in princ.* Propriè, ait, inſtrumenta publica ea tantùm ſunt, quæ inſinuata ſunt apud magiſtra-

magiſtratum cenſus, vel Duumviros, vel defenſores civitatum, Donell. *idem ſentit lib.25. comment. ad l. in exercendis 15. C. de fid. inſtrument.* [b] *Novell.49. cap.2. §.2.* Non omnis ſcriptura, quæ ex publico producitur archivo, eſt publica: cùm privata quoque ſcriptura poſſit recondi in archivo, Sichard. poſt Bart. *ad l. comparationes 19. n.8. C. de fid. inſtrum. per Novell.49 c.2. §.2. & ibi* Cujac.

Hujuſmodi inſtrumentum alios non deſiderat teſtes, [a] & firmitatem perpetuam & inconcuſſam habet. [b] 7

[a] *d. l. in donationibus 31. C. de donat.* [b] *d. l. in hac 30. in fin. C. dict. tit. & dict. l. ultim. C. de re judic.*

Inſtrumendum modo quodam publicum eſt, quod per tabellionem ſive 8
Notarium publicum ad hoc rogatum ſolenniter confectum eſt.

l. contractus 17. ibi. Et ſi per tabellionem conſcribantur. Cod. de fid. inſtrument. l. ſcripturas, 11. verſ. ſin autem, ibi, inſtrumentis publicè confectis. Cod. qui pot. in pign. hab. Nov.44. in princ. ibi, à tabellione & tabulario, ubi Cujac. *Novell.73. cap.7. ſi verò in princ. ibi, neque tabellio ſupereſt, qui complevit, ſiquidem publicè ſit confectum, & §.1. ibi. In his verò quæ conficiuntur publicè documentis, ſi tabellio venerit, & ibi* Cujac. Tabellio eſt publicus ſcriptor inſtrumentorum, puta, contractuum, teſtamentorum, *& c. l.1. Cod. ut nem. ad ſuam patrocin. libr.11. l.2. C. de Eunuch. dict. l. contractus 17. C. de fid. inſtrument. l. ambiguitates, 24. Cod. de teſtam.* Cujac. *ad l.15. C. de decurion. libr.*10. Inſtrumenta à tabellione conſcripta dicuntur publicè confecta in dict. *l. ſcripturas. 11. verſ. Sin autem, C. qui pot. in pign. hab. & Novell.73. cap.5. & 7. ibi, & ſiquidem publicè ſit confectum, l. comparationes 20. in princ. ibi, publicè confectis. C. de fid. inſtrument.* Appellantur quoque forenſia inſtrumenta, in dict. *l.20. C. dict. tit.* eo fortè, quòd publicis tabellionibus in foro locus erat, ut eſſet parata eorū opera iis, qui tabulas deſiderarent. Donell. *d. lib.25. commentar. pagin.243. lin.28. & ſeq.* Idem ſentit Cujac. *ad d. l.15. C. de decurion. lib.*10. Habuerunt autem tabelliones ſtationes ſuas, quas & gradus & ſcamna Græci vocant. Habebant quoque ſuos miniſtros, itemq; adjutorem ſive ſubſtitutum confirmatum apud acta magiſtratus, per quem ſubſtitutum ſive adjutorem licebat eis contractus formare, abſolvereque partibus, & per hunc quidem ſolum, non per alium quemlibet miniſtrum ſuum. *d. Nov.44. &* ibi Cujac. *de ſolennit. & ritu creandorum tabellionum.* Vide Cujac. *ad dict. l.15. C. de decurion. lib.*10. A tabellionibus autem tabularii diſtinguuntur *in dict. Novell.44. in princip. &* ibidem Cujac. licet Donellus non diſtinguendum putet. *d. lib.15. pag.243.* Sunt autem tabularii, qui tabulario civitatum aut provinciarum præſunt, & earum chartas, & rationes tractant, conficiunt atque ſupputant, *l.1. l. miſſi. C. de exactor. tribut. l.2. C. de muner. l.1. C. de imminut. nemin. conced. & l.1. C. de Cenſib.* Cujac. *ad l.2. Cod. de jure fiſci. & ad dict. l.15. de decur.* Vulgò hodie Regiſtratores appellantur. Hi etiam in rebus privatorum plerumq; adhibebantur, vel ut pro imperitis literarum ſcriberent aut ſubſcriberent, ut arguit *Novell.73. cap.*8. vel ut pro ſtipulari nequeuntibus ſtipularentur quaſi perſonæ publicæ. Cujac. *ad dict. l.15. C. de decur.* Tabularius etiam dicitur Notarius in dict. *l. ſcripturas. 11. ibi. Vel Notarii, item ibi, quos vulgò tabularios Cod. qui pot. in pignor. hab.* Rogari debet Notarius, ut conficiat inſtrumentum. In dubio autem non cenſetur rogatus, quia eſt ſolennitas extrinſeca, quæ non præſumitur, niſi Notarius ſcribat ſe eſſe rogatum, Mynſingerus *ad c.1. n.20. & 21. extra. de fide inſtrument.*

Eſt autem certus ritus, certa ſolennitas conficiendorum hujus generis 9
inſtrumentorum. Ipſemet tabellio aut ſubſtitutus ipſius à magiſtratu confirmatus, conficere inſtrumenta debet. Per ejus quidem miniſtrum amanuenſem rectè etiam ſcribi inſtrumentum poteſt: Verùm tabellionis approbationem, ut capiat, oportet, quam ſua manu & ſubſcriptione declarabit.

Nov.73. cap. ſi verò. §. in his verò. Reichs Abſchied zu Cölln/ *de Anno* 1512. von vnterrichtung der offentlichen Notarien/ ꝛc. §. Vnd wie wol, *pag.*102.

Ut

10 Ut Juſtinianeo jure præcipitur, ne tabelliones contractus, aliamve rem geſtam in mundum redigant alia charta, quàm ea quod protocollum habeat:[a] Sic noviſſimo Imperii jure cavetur, ut tabelliones inſtrumenta redigant in mundum in pergameno, non papyro, ut integris verbis & ſyllabis, non ſignis & notis conficiant ea.[b]

[a] Novell.44.c.ult. Quid protocollum ſit variant Interpretes: Quidam majorem & regiam chartam interpretantur: aliqui ſchedam negligentius ſcriptam: Nonnulli exemplar formularum, quo tabelliones uti ſolent. Sed hos omnes vehementer errare Cujac. d. loco ſcribit, aliam adducens verbi ſignificationem. Ut, ait, hodie chartæ habent notam aliquam, ex qua dignoſcitur, quis eam chartam præparaverit: ita habebant olim brevem adnotationem, quæ declarabat pro comite largitionum (ſi ſub ejus cura erant chartariæ) quo tempore & à quo præparatæ fuiſſent. Ex eo coarguebatur ſæpè falſitas. Atque hæc Cujacii interpretatio ipſi textui planè congruit. Hodie autem Prothocollum vocamus primam ſcripturam, ex aliorū ore exceptam, unde poſtea ipſa inſtrumenta in mundum rediguntur, Reichs Abſchied zu Cölln Anno 1512. von unterrichtung der offnen Notarien. §. Furter befehlen wir. Prius enim ſolent tabelliones contractus, aliamq; rem geſtam ſcribere in ſchedula, deinde complere in mundo: Ut patresfam. rationes ſuas in adverſariis primùm, deinde in Codice conſcribunt. [b] Reichs Abſchied zu Cölln de Anno 1512. §. Item die Notarien ſollen. Iuſtinianus quoque Imper. in Novell.47.c.2. requirit, ut claris & vulgaribus literis conficiantur. Quo facit etiam text. in l.1.§.penult.C.de vetér.jur.enuel.& Novell.107.cap.1.& auth.quod ſine.C.de teſtament. Honded. volum.1.conſil.66.

11 Deſideratur quoque ad ſubſtantiam hujus generis inſtrumenti, ſi quis fateatur in eo ſe debere, ut ipſa cauſa, ex qua debetur, exprimatur.

Per Leum de indebito 25.§.ultim.ff.de probat.& l.generaliter.13.C.de non numer.pec. Donell. lib.25.commentar.ad l.in exercendis.C de fide inſtrum.pag.243.lin.43.& ſeq.

12 Eſt & illud de forma inſtrumentorum forenſium, ut tempus exprimatur, quo res geſta & ſcripta eſt, & addatur locus, ubi inſtrumentum eſt ſcriptū, teſtium quoque præſentia & nomina eorum adponantur: adponatur item Notarii conſuetum ſignum, & manus propriæ ſubſcriptio.

Reichs Abſchied zu Cölln de Anno 1512. Von unterrichtung der offnen Notarien/ §. Vnnd nach dem. Ejus diſpoſitionis verba hæc ſunt: Vnd nach dem von gemeinen Rechten/ Brauch/ Vbung/ Gewonheit eingeführt iſt/ daß in auffrichtung der offnen Inſtrumenten/ vnd jhr Solenniteten dieſe Form gehalten/ vnnd nämlich im Anfang/ nach Anruffung deß Göttlichen Nahmens/ von dem alle Gutthat kompt/ die Jahrzahl vnſers Heyls/ Römiſch Zinßzahl/ Indiction genant/ der Nahme deß Oberſten Fürſten: darnach Monat/ Tag/ Stund/ Malſtatt/ vnd an welchem Ort derſelben: darnach Innhalt der geſchehenen Handlung/ darnach die Gezeugen darzu genommen/ deren aller Nahmen vnd Zunahmen klärlich beſchrieben/ vnd zu letzt das Signet vnd Vnterſchrifft der Notarien/ die dann allweg darzu gebeten oder erfordert werden vnd von derſelben Bittung vnd Erforderung anzeigen thun ſoll/ geſetzt werden. Darumb ſo gebieten vnd ordnen wir/ dieſelbe Form forthin zu halten.

De hac ſolennitate & forma eſt quoque gloſſa ad l.generali 3.C.de tabular.lib.10. Speculat. tit.de inſtrum.edit.§.1. Myntſing. ad cap.1.num.14.15.18.& 19.extr.de fide inſtrument. Iohan. Schneid. ad §.item verborum num.6.Inſtit.de inutil.ſtipulat. Tempus quo res geſta eſt, ut apponatur, exigit quoq; Iuſt. Imp. in Nov.47.c.1. ubi hanc deſignandi temporis formā præſcribit, ut incipiat inſtrumentum à nomine Imperatoris & anno Imperii, & poſt appellatio Conſulis, qui in illo eſt anno. Loci expreſſionē eſſe utilem & neceſſariam convincitur ex l.optimam.C.de contrah.& committ.ſtipul. Ut quoq; locus loci apponatur tutius eſt, puta, Tubingæ in tali platea, in domo tali. Dec.n.25 & Mynſ. poſt alios ad c.1.n.18.extr.de fid.inſtrum. Quod teſtium

qui

Google

qui interfuerint, præſentia adponi debeat, requirit etiam Iuſtin. *in Novell. 73. c. 5. ſed etſi inſtrumenta.*

Rectè etiam & piè inolevit conſuetudo publica, ut inſtrumento præponantur verba hæc: *In Nomine Domini, Amen.* Verùm ſi omittantur, ſubſtantiam rei geſtæ non evertunt, cùm ea hic neceſſariò deſiderentur, unde rei veritas, aut falſitas deprehendi facilè poſſit. 13

Iohan. Schneid. *ad rubr. Inſtit. num. 1.* Alciat. *ad rubr. ff. de oper. nov. nunc. num. 1. & ſeqq.* Franciſc. Viv. *in communib. opin. in verb. Inſtrumentum.* Quidam diſſentiunt per *Nov. 47. c. 1. §. 1. verſ. & inchoetur:* tum etiam per receſſum Imperii, præcedenti adſcriptum theſi. Addunt & illud, quod ab invocatione nominis divini inchoetur, *can. in nomine. diſtinct. 33.* quodq; Imperatoris nomen ſit neceſſariò proponendum, multò magis nomen divinum: quod deniq; benè & competenter univerſa gerantur, ſi rei principium fiat decens & amabile Deo. *Novell. 6. in pr.* Mynſing. *vide ad cap. 1. num. 13.* Dn. D. Beſold. *in præcogn. ad aliquot tit. ff. quæſt. 20.* Ayrer *in proceſſ. part. 1. c. 9. obſ. 9. n. 2. & ſeqq.*

Nomen autem Imperatoris & tempus Imperii illius, in exordio inſtrumenti omitti non poteſt. 14

dict. Novell 47. c. 1. Reichs Abſchied/ *cujus antea mentio facta. §.* Darumb ſo gebieten/ *ubi Maximilian. Imp. ita ſanxit,* doch alſo daß auff wenigſt im Begriff deß heiligen Römiſchen Reichs/ den Nahmen und Jahr der Regierung eines Römiſchen Kayſers oder Königs/ ſo zu derſelbigen zeit iſt/ zuſetzen/ in keinen weg (als bißher von etlichen und ſäumigen geſchehen iſt) unterlaſſen werde.

Quod ad teſtium attinet numerum, non convenit inter Interpp. quot intervenire teſtes debeant? Nos præter tabellionem teſtes ſufficere duos, arbitramur. [a] Niſi negotium aliquot plures deſideret teſtes, ut teſtamentum, Codicillus, donatio mortis cauſa. 15

[a] *Per dict. Novell. 73. cap. 7. §. 1.* ubi in numero trium teſtium eſt etiam tabellio. Confirmat idem hoc pronunciatum noſtrum text *in l. ubi numerus 12. ff. de teſtibus.* Et ſentit ita etiam Sichard. *ad l. in exercendis 15. n. 11. Cod. de fide inſtrument. &* Cujac. *ad dict. Novell. 73. in fin.* ſed, ait, in forenſi inſtrumento putem ſufficere teſtes duos, propterea, quod tertii vicem explet tabellio. Donellus *verò libr 25. commentar. ad l. in exercendis 15. C. de fide inſtrument. pag. 244. lin. 11. & 12 & 32. & ſeq.* putat. Iuſtiniani conſtitutionem *Novell. 73.* requirere teſtes tres.

Subſcriptio teſtium inſtrumento huic an neceſſaria ſit, quæri poteſt? Non eſſe neceſſariam putamus. [a] Niſi caſu quodam nominatim requiratur. [b] 16

[a] Ut convincitur *ex l. contractus 17. C. de fid. inſtrum.* ubi de ſubſcriptione partium agitur, nihil autem de teſtium ſubſcriptione, quæ etiam nuſquam in jure noſtro deſideratur: ne quidem in *d. Novell. 73.* licet longo ſtylo de hoc inſtrumento ibi tractetur. Et ſentit ita etiam Donell. *lib. 25 comment. pag. 245. lin. 38. &* Cujac. *ad Novell. 73. circa fin. verſ. ſed & majorem, & c.*
[b] *Ut in l. antiqua. 23. in princ. & §. ult. C. ad Senat. Vellejan. l. ſcripturas. 11. in fin. C. qui potior in pignor. habeant.*

Non convenit etiam inter Dd. ſitne de ſubſtantiali ſolennitate inſtrumenti à tabellione confecti, ut ejus conſuetum adpoſitum ſit ſigillum? nobis affirmativa placet, niſi conſuetudo loci non deſideret hoc requiſitum. 17

Reichs Abſchied *de quo antea. §,* und nach dem von gemeinen. *junct. §. ſeq.* Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 920.*

18 Neceſſe eſt & illud, ut inſtrumentum prælegatur partibus, non modò ſi de ſubſtantia ſcripturam requirat res geſta: [a] ſed etiam ſi inter partes convenerit, ut ſcriptura de negotio conficiatur. [b]

[a] Ut poſt Bart. & Panormitan. ſcribit Mynſinger. *ad c.1.n.22.extr. de fid. inſtrument.* [b] *Per l. contractus, C. de fid. inſtrum. & §.1. Verſ. in iis autem, Inſtit. de empt. & vendit.*

19 Privatum inſtrumentum eſt, quod ſolam perſonæ privatæ autoritatem continet. Hujus ſpecies ſunt cujuſque privatæ annotationes, rationes, chirographa debitorum, creditorum apochæ, & debitorum antapochæ.

l. Inſtrument.5. & l.ſeq. & l.exemplo 7. C. de probat. l.ult. C. ſi cert. pet. l. plures 9. & l.ſeq. C. de fid. inſtrum. Duar. *ad eundem ff. & C. tit. cap.2.* De apocha, an & quomodo fidem faciat, vide Maſcard. *de probat. Vol.1. concl.109. & ſeq.* Huc etiam pertinent der Kauff vnnd Handwercksleut Schuldbücher/ Item Kerffzeddel/ vnd Kerffhöltzer.

20 Quid ſi tabularii manu confectum ſit inſtrumentum, nunquid publicum aut privatum erit dicendum? Poſterius nobis placet. [a] Eſt quoq; privatum inſtrumentum à tabellione confectum, at non adhibitis requiſitis inſtrumenti publici, proindeque contra tertium nihil probat. [b]

[a] *Per l. ſcripturas 11. C. Qui pot. in pign. hab. Nov.73.c.8.* Notandum autem hîc, quod tabularium diſtinguimus à tabellione, vide ſupra *ad theſ. 8. fundamenta.* [b] Bald. *conſil. 438. Quia teſtes, in fin. lib.3.* Socin. *conſ.33.n.5.lib.1.* Maſcard. *de probat. Vol.3. concl.1294.n 9.* Cravetta, *de antiquit. temp. part.1. §. viſo de verbis, n.13.*

21 Quæritur, an & quot teſtes requirantur ad hoc inſtrumentum? ſubſtantiam ſi ſpectes inſtrumenti hujus, ſunt quædam negocia, quæ omninò teſtes requirunt, & quidem certum teſtium numerum: ut teſtamentum, [a] codicillus, [b] donatio cauſa mortis: [c] in quorum illo regulariter ſeptem, in his quinque exiguntur teſtes.

[a] *l. Hac conſultiſſima 21. C. de teſtam. l. ſi teſtamentum 23. ff. qui teſtam. fac. poſſ. §. ſed cùm paulatim, & §.ult. Inſt. de teſtam. ordin.* [b] *l.ult. C. de codicil. l.ult. C. de fideicommiſſ.* [c] *l.ult. C. de donat. cauſ. mort.*

22 In pleriſque aliis privatis inſtrumentis ad formam ipſorum non requiruntur teſtes. Ut autem contra negantem adverſarium probent, teſtibus confirmata ut ſit, neceſſe erit.

Poſt alios Sichard. ad l.ult. num.3. & 4. C. ſi cert. pet. De apocha, quæ nullo teſtium fulta eſt adjumento, an & quo tempore probet, *docet* Maſcard. *de probat. Vol.1. concl.111.*

23 Quandoque autem duobus, interdum tribus, aliquando quinq; munitum ut ſit teſtibus inſtrumentum oportet.

24 Duo teſtes ad ejus fidem & confirmationem deſiderantur, ſi ſumma, de qua agitur, non excedat libram auri: aut res in agris agatur, ubi minor eſt teſtium copia, licet ſumma, de qua agitur, libram auri excedat.

Novell.73.c.8. in fin. & cap. ult. Sichard. d. auth. & Novo Iure, n.8. Cod. ſi cert. pet.

25 Tres autem requiruntur teſtes, ſi res & libram auri excedat, & negocium geratur in civitate: & quidem inter eos, qui literarum ſunt periti, id eſt, qui legere & ſcribere poſſunt.

Per d. Novell.73. cap.8. per tot. maximè verò in fine.

26 Quinq; exiguntur teſtes, proximè memorato caſu, ſi partes ignaræ ſunt

litera-

zed by Google

literarum: quorum teſtium unus tabularius eſſe debet, ſi eo loco ſit aliquis: vel debet eſſe alius quiſpiam literarum peritus, qui inſtrumentum pro partibus illiteratis conficiat.

d. Novell.73.c.8.d. auth.ſed novo Iure, & ibi Sichard. *num* 3. & 5. *C. Si cert.pet.*

Ut autem privatum inſtrumentum parem habeat cum inſtrumento pu- 27
blico à tabellione confecto firmitaté, (quo caſu aliàs duo ſufficiunt teſtes,)
trium teſtium præſentia neceſſaria eſt, & eorundem etiam ſubſcriptio.

l. Scripturas 11. *in fin. C. qui pot. in pign. hab. l. comparationes* 20. *C. de fid. inſtrument.* & *Novell.73.c.1.* & 2.

Eſt quoque neceſſaria teſtium ſubſcriptio, ſi ſumma, de qua agitur, quin- 28
quaginta libras auri excedat.

l. ult. ubi poſt alios Sichard. *C. ſi cert. pet.* Libram auri accipimus pro 72. ſolidis ſive aureis, *l. quotieſcunque* 5. *C. de ſuſceptor. propoſ.* & *arcar. lib.* 10. quæ ſumma noſtratis monetæ ad 100. aureos plus minus excurrit. Conficerent ergò 50. libræ auri, 5000. florenos, Sichard. *ad d. l. ult. num.* 3. *C. ſi cert. pet.*

Sed ut ſuprà monuimus, inſtrumentum omne vel authenticum eſt, ſive 29
originale, vel exemplare ſive tranſſumptum. Authenticum ſive originale
inſtrumentum eſt, quod tempore negocii geſti ex ſchedula (vulgò conceptum vocant & protocollum) confectum, & debito modo perfectum fuit, der recht Hauptbrieff. Exemplare ſive tranſſumptum inſtrumentum eſt, quod ex authentico ſive originali deſcriptum eſt.

Vide fundamenta *ad theſ.4. ſub lit. b.* & Mynſing. *ad cap. 1. num.* 8. 9. 10. & 11. *extr. de fid. inſtrument.*

Sequitur de vi inſtrumentorum. Inſtrumentorum vis duplex eſt: aut 30
enim ad ſubſtantiam negotii pertinet inſtrumentum, aut ad fidem & probationem rei geſtæ.

Sichard. *ad auth. ſed novo Iure, nu. 6. C. de fid. inſtrum.* & Donell. *ad Rubr. ejuſd. tit. pag.* 220. *in fin.* & *pag. ſeq. in princ.*

Ad ſubſtantiam negotii pertinet inſtrumentum, cùm ſine ſcriptura ni- 31
hil valet, quod geritur. Ejuſmodi negocium eſt contractus Emphyteuticus, [a] libellarius contractus, & contractus chirographarius.

[b] *Per fundamenta theſ.3. diſputat.*14. *ſub Claſſe* 2. plura hujus generis negocia recenſet gloſſ. *ad cap. in verb. in ſcriptis, tit. de cenſib. in* 6. & Coſtal. *ad l. cenſus* 10. *ff. de probat.*

Ad fidem & probationem rei geſtæ pertinet inſtrumentum, cùm quod 32
geritur negotium, valet etiam ſine ſcriptura, ſed hæc adhibetur tantùm, quò faciliùs, quod actum eſt, probari poſſit. Et quidem regulariter hunc in finem negotia in ſcripturam redigi ſolent.

l.4. ff. de fid. inſtrum. & *l.4. ff. de pignor. l. cùm res* 12. *C. de probat. l. inſtrumentis,* 9. & *l. ſeq. C. de fid. inſtrum.*

Non autem cujuſq; inſtrumenti vis eadem eſt probandi. Inſtrumentum 33
enim abſolutè publicum, fidem & probandi vim tantam habet, ut non deſideret alios teſtes. [a] Quin etiam, ut & ſuprà monuimus, inconcuſſam & perpetuam firmitatem habet, quę contrariis probationibus refelli non poteſt, puta, neq; privatis inſtrumentis, [b] neq; etiam teſtibus, quibus inſtrumentum hujuſmodi potius eſt. [c]

[a] *l. In donationib.* 31. *C. de donation.* & *l. omnium* 19. *C. de teſtam.* Hinc dicitur probatio probata, & clara, Menoch. *lib.* 1. *de præſumpt. quæſt.* 65. *n.* 8. Et veritatis dicitur habere præſumptionem Menoch. *conſil.* 343. *num.* 2. & *libr.* 1. *de præſumpt. quæſt.* 96. *num.* 14. & *lib.* 3. *de præſumpt. præſumpt.* 122. *num.* 4. Et præſumptionem juris & de jure pro ſe habere dicitur. Menoch. *de præſumpt* 65. *nu.* 8. [b] *l. in hac* 30. *in fin. C. de donat.* & *l. ult. C. de re judic.* [c] *l. cenſus* 10. *ff. de probat.* De poteſtate inſtrumentorum in Archivis civitatum repertorum vide Fürſtl. Württemb. New Landrecht/ *part.* 1. *t.* 34. *cap.* Ridell: Urbar: Zinß: Stewr: Rechen: Statt vnnd Dorff-Bücher/ *pag.* 130.

34 Inſtrumenti quodammodo publici, vel quod à tabellione eſt factum, hæc authoritas, ut quamdiu contra nihil probatur, fides ei habeatur, quamvis is, adverſus quem profertur, neget ſuo mandatu ſcriptum.

Per l. cum precibus 18. *C. de probat.* & *l. in exercendis* 25. *C. de fid. inſtrum.*

35 Quod ſi in dubium vocetur hujuſmodi inſtrumentum, requirendus eſt & conſulendus tabellio, requirendi & conſulendi teſtes etiam, an ille confecerit teſtamentum, & an hi interfuerint negocio necne.

Novell. 73. *c.* 7.

36 Quòd ſi tabellio ſe ſcripſiſſe dicat, & teſtes etiam ſe interfuiſſe affirment, certò conſtat ipſi inſtrumento fides. Quid verò ſi aut omnes teſtes, aut unus atq; alter ſe non interfuiſſe dicant, nunquid ſuſpectum reddunt inſtrumentum? Affirmamus, ſi, qui negant, neceſſarii ſint teſtes. Negamus verò, ſi illi, qui negant, ſint extra neceſſarium teſtium numerum.

Per l. 1. *§. ult.* ubi Bart. & alii, *ff. quemad. teſtam. aper.* Canoniſt. *ad c. cùm Ioannes, extr. de fid. inſtrum.* Sichard. *ad l. in exercendis* 15. *num. ult. verſ. ſed ſi ipſe tantùm negaret, C. d. t.* Donell. *lib.* 25. *comment. pag.* 244. ſi tamen codicillos, quos teſtis unus ex neceſſariis ſuſpectos facit, adjuvet aliquid, ſuſtinetur vis eorum, *l. ultim.* & *ibi gl. C. de fid. inſtrum.* Collector. *deciſ. ſeu præjudic. Cameræ. Imp. in verb. Inſtrumentorum reprobatio.*

37 Quid ſi autem evidentiſſimè probet ſupernumerarius teſtis, unus atque alter, ſe non interfuiſſe negocio: ut ſi doceat, ſe eo tempore alio in loco fuiſſe, nunquid vacillet inſtrumenti fides? Ita remur.

Per text. in l. optimam 14. *C. de contrah. vel committ. ſtip. §. item verborum, Inſtitut. de inutil. ſtipul.* Confert eodem quòd ſi pars aliqua inſtrumenti falſa probatur, præſumitur totum inſtrumentum vitioſum & falſum, *l.* 2. *in fin. ff. de fid. inſtrum. can. pura* & *ſimplex* 3. *quæſt.* 9. *c. quanto, extr. de his quæ fin. à prælat. fin. conſ. cap.* & *can. ſi ſcripturas ubi gl. fin. diſt.* 9. Sichard. *ad d. l. in exercendis* 15. *nu. ult. C. de fid. inſtrum.* Sed vide Menoch. *lib.* 5. *de præſumpt. præſumpt.* 21. & Fachin. *lib.* 9. *controverſ. c.* 79.

38 Si tamen contractus per teſtes probari poſſit, licet inſtrumenti vis corruerit, ſecundum aſſertionem teſtium erit judicandum.

cap. tertio loco extr. de probat. Novell. 73. *c.* 3. *ſi verò tale aliquid.* Sichard. *poſt alios, ad dict. l. in exercendis* 15. *num. ultim. verſ. ſed dices.*

39 Conſiſtit autem vis inſtrumenti, licet dicant teſtes, ſe non meminiſſe interfuerint necne. Nam dicta teſtium benigne interpretari debemus.[a] Et ita verba intelligi debent, ut res, de qua agitur, valere potiùs poſſit, quàm perire.[b]

[a] *c. cùm tu* 16. *verſ. nos dicta, extr. de teſtib.* [b] *c. Abbate* 25. *§. hic autem ſenſus, extr. de verb. ſign.* Sichard. *ad d. l. in exercendis* 15. *in fin. C. de fid. inſtrum.*

40 Quid ſi teſtes fateantur quidem ſe interfuiſſe, verùm dicant, rem ita geſtam non eſſe, ut inſtrumento ſcriptum eſt, nunquid inſtrumento, vel te-

ſtium

ſtium aſſertioni ſtandum erit? Nos prius illud probamus, ſi teſtes non adjiciant, quomodo aliter res geſta ſit.[a] Poſterius verò admittimus, ſi dicant ſimul, quomodo aliter res ſit geſta.[b]

[a] Negatio enim hæc vera cùm per rerum naturam probari non poſſit *l. aſſertio,* 10. *C. de non num. pecun.* fides non habetur teſtibus, Donell. *lib.* 25. *comment. ad l. in exercendis* 15. *C. de fid. inſtrum. pag.* 245. *Verſ. quid ſi teſtes confeſſi.* Maximè cùm ſe inſtrumento ſubſcripſerunt, & agnoverunt eam ſubſcriptionem. [b] *per d. c. tertiò* 5. *in fin. extr. de probat.* & *No*v. 73. *c.* 3. Sichard. *ad d. l. in exercendis* 15 *num. ult. C. de fid. inſtrum.* Donell. *d. lib.* 25. *pag.* 245. *Verſ. quid ſi teſtes confeſſi.* Cæterum vide Farinac. *de falſit.* & *ſimulat. q.* 158. Morlam. *in Empor. Iur. part.* 1. *tit.* 11. *fol.* 510. *quaſt.* 5.

Si & tabellio & teſtes mortui ſint, vel aliâs copia eorum haberi non poſſit, valet publici inſtrumenti authoritas, eiq; fides habetur.[a] Quamvis ultimam contineat voluntatem etiam teſtamentariam.[b] 41

[a] *c.* 2. *ubi* Mynſing & *alii, extr. de fid. inſtrum.* Idem Mynſing. *ad c.* 1. *n.* 24. *extr. d. t.* [b] *ut ſentiunt,* quos refert & ſequitur Simon de Prætis, *de interpretat. ultim. Voluntat. lib.* 2. *Interpret.* 2. *dub.* 2. *ſolut.* 2. *pag.* 199. *n.* 14. & Iohan. Dauth. *tract. de teſtament. pag.* 456.

Quid verò agendum, ſi & tabellio & teſtes omnes mortui ſint, aut eorum copia haberi non poſſit: adverſarius autem inſtrumentum falſum & ſuſpectum dicat? Hic comparationi literarum locus eſt, ſi alia ejuſdem ſcriptoris, tabellionis & ſubſcriptarum partium, atque etiam teſtium, qui ſe ſubſcripſerunt inſtrumento, proferatur ſcriptura indubitata, ex qua ſubtilis collatio fiat. 42

l. comparationes 20. *C. de fid. inſtrum.* & *No*v. 73. *c.* 7. *in princ.* & *§. quod ſi tabellio,* & *§. ſeq. Cujac. ad No*v*ell.* 49. Olim indiſtinctè placebat ex comparatione literarum fidem inſtrumento adquiri. Sed quia hoc periculoſum fuit, cùm multi ſint literarum alienarum ſtyli imitatores: idcircò id mutatum fuit per Iuſtin. Imp. *in d. l. comparationes, C. de fid. inſtrum.*

Similiter literarum fit comparatio, ſi tabellio mortuus ſit, teſtes autem adhuc vivant, qui interrogari debent, ut & amanuenſis tabellionis. 43

*d. No*v*ell.* 73. *c.* 7. *§. quòd ſi tabellio.*

Jurare autem tenetur, & qui comparationem literarum petit, & qui profert inſtrumentum: jurare, inquam, tenetur de dolo & calumnia. 44

*No*v. *lib.* 73. *c.* 7. *Verſ.* & *omninò,* & *§. ſi verò nihil,* Cujac. *ad No*v*ell. lib.* 49. *c.* 2. *mihi pag.* 227. Sichard. *ad dict. l. comparationes* 20. *n.* 5. *C. de fid. inſtrument.*

Sed ipſa literarum comparatio fieri debet per homines literarum peritos, juratosque, & relationi eorum ſtandum erit. 45

d. l. comparationes, Verſ. omnes autem. ubi Sichard. num. 4. *C. de fid. inſtrum.* & *No*v*ell.* 49. *c.* 2. *ubi Cujac.*

Sed qua ex ſcriptura literarum collatio fieri debet? Ex publico inſtrumento, atq; eo quod à tabellione confectum & ſubſcriptum eſt, à partibus facta comparatio, fidem facit: Ex privato inſtrumento non aliter, quam ſi trium teſtium ſubſcriptionem habeat. 46

d. l. comparationes 20. ubi Sichard. *n.* 7. *C. de fid. inſtrum.* Vide Maſcard. *de probat. Vol.* 1. *concl.* 330. ubi hanc diſputat quæſtionem, an comparatio literarum plenam vel ſemiplenam faciat probationem? Poſterius volunt quoque poſt alios Mynſing. *ad Rubr. de probat. n.* 48. Raudenſ. de Analog. *cap.* 30. *num.* 286. Gilk. *in l.* 3. *num.* 11. *C. de R. C.* Morl. *de inſtrum. quaſt.* 2. *ult.* & hæc eſt communis Dd. opinio. De publica ſcriptura ex archivis publicis producta, eſt quoq; textus, *in No*v*ell.* 49. *c.* 2. *§.* 2. *ſi verò etiam.*

47 Poteſt etiam literarum comparatio fieri ex ſcriptura, quæ ex publicis archivis profertur, etiamſi trium teſtium ſubſcriptionem non habeat.

d. Novell. 49. c. 2. §. ſi verò etiam, auth. ad hæc, C. de fid. inſtrum.

48 Similiter ſi agam ego, jusque meum tuear ex privata ſcriptura, ſubſcriptionem trium teſtium non habente, & tu defendas te ex ejuſdem manus alia ſcriptura, quam ego quaſi ſuſpectum inſimulem, poteſt collatio fieri ex ſcriptura, qua ego utor, licet ſit privata, & trium teſtium non habeat ſubſcriptionem. Ejus enim ſcripturæ fidem improbare non poſſum, qua ipſe utor.

d. Novell. 49. §. 1. Sancimus, & ibi Cujac. *auth. ad hæc C. de fid. inſtrum.* Sichard. *ad d. l. comparationes 20. num. 7. in fin. C. de fid. inſtrum.*

49 Fides tamen non additur privato inſtrumento ex comparatione literarum, niſi illud tribus ſit munitum teſtibus. Et ſi fortè aliud dicant teſtes, aliud ſuadeat comparatio, ferè ſemper vivæ & juratæ voci teſtium potiùs creditur, ſcripturæ nudæ, licet comparatione literarum firmetur, plena fides non eſt: Judex tamen moveri eâ poteſt, ad deferendum juſiurandum.

Novell. 73. cap. 2. & 3. Cujac. *ad Novell. 49. c. 2.*

50 Quòd ſi vivat tabellio, inſtrumentum ab eo confectum non indiget comparatione: quia tabellionis juratum teſtimonium, quod dicere debet, ſufficit, ſi ſua manu ſcripſerit inſtrumentum & compleverit, nec ullus intervenerit numerarius. Idemque eſt, ſi inſtrumentum ſcripſerit alter, qui modò non extet, compleverit autem tabellio.

Novell. 73. c. 7. §. in his verò.

51 Non eſt hoc loco omittendum, quod adverſus inſtrumentum probatio admittitur, ſi probare contrarium velit is, contra quem producitur.

l. cum precib. 18. ubi Donell. *C. de probat. l. optimam* 14. *C. de contrah. & committit. ſtip.* Fürſtl. Würtemb. New Landrecht / *part. 1. tit. 34. in prin. verſ.* Es were dann. Facit huc quod autori producenti inſtrumentum ad illud confirmandum teſtibus uti poteſt. *Nov. 73. c. 5. ſed etſi.* Actori autem licere non debet, quod reo non permittitur, *l. non debet. ff. de reg. jur.* Atq; hanc amplectitur ſententiam Donell. *lib. 25. comment. ad l. in exercendis* 15. *C. de fid. inſtr.* Sed obſtare videtur, *l. ult. C. de re jud. l. cenſus* 10. *ff. de probat. & l. in hac* 30. *in fin. C. de donat.*

52 Videamus quæ vis & authoritas ſit inſtrumenti privati. Inſtrumentum domeſticum ſive privatum non probat pro ſcribente, [a] Cùm verò quæritur, an privata ſcriptura fidem faciat, & quatenus faciat, refert, utrùm is, qui inſtrumentum ſcripſiſſe dicitur, fateatur ſe id ſcripſiſſe an neget. Si fatetur, generaliter tenendum, inſtrumentum illud idoneam fidem continere, & eum qui fatetur, confeſſioni ſuæ ſtare oportere: [b] dummodò inſtrumentum cauſam debendi aut liberandi contineat. [c]

[a] *l. inſtrumenta* 5. *& l. exemplo* 7. *C. de probat.* [b] *Nov. 73. c. 1. verſ. quia enim, & c. 4.* Fürſtl. Würtemb. New Landrecht / *dict. tit. 34. §.* Es ſollen auch / *& §.* Item Schuldbücher / Surd. *decis. 135.* [c] *l. cum de* 25. *§. ult. ff. de probat. l. generaliter* 13. *C. de non num. pecun.* Paul. Chriſtinæ. *Vol. 3. deciſ. 29.* De probatione der Kerffzeddel / vnd Kerffhöltzer *vide* Fürſtl. Würtemb. New Landrecht / *d. tit. 34. Rubr.* von Kerffzeddeln / *pag.* 131.

53 Et quamvis nulli omnino teſtes vel intervenerunt vel ſubſcripſerunt, nihilominùs chyrographum debitorem tenebit: apocha tenebit creditorem.

rem, ſi à ſe emiſſa & ſcripta fatebitur. Supervacua eſt enim alia probatio, cùm reus de ſcripto ſuo confitetur.

l. Scripturas 11. *C. qui pot. in pign. hab.* Hic enim non requiruntur teſtes, niſi probationis gratia, *l.* 1. *C. de teſtib. l. in exercendis* 15. *C. de fid. inſtrum.*

Quòd ſi is, qui inſtrumentum ſcripſiſſe dicitur, neget ſe ſcripſiſſe, non poteſt inſtrumentum adverſus eum fidem facere, niſi ab eo ſcriptum eſſe probetur. Probari autem potuit olim & teſtibus, qui tùm interfuerunt, & comparatione literarum. Proferebantur enim literæ, quas conſtabat ſcriptas eſſe ab eo, qui nunc ſe chyrographum, ex quo convenitur, ſcripſiſſe negat, & comparatis horum inſtrumentorum literis, & ſimilitudine literarum animadverſa judicabatur, eandem eſſe manum, & eundem ſcriptorem inſtrumenti utriuſque. 54

l. comparationes 20. *C. de fid. inſtrum.*

At quia literarum comparatio fallax admodum argumentum eſt, voluit Juſtinianus teſtibus adhibitis probari inſtrumentum. Cavit enim, ſi negocium contineat quantitatem, quę excedat 50. libras auri, & is qui chirographum ſcripſiſſe dicitur, neget à ſe ſcriptum, aut neget ſuo mandatu ſcriptum ab alio, ut nihil probet inſtrumentum hoc, proindeq́; nec recipiatur à Judice, niſi teſtimonium trium idoneorum teſtium, eorumq; ſuſcriptiones capiat. 55

l. ult. C. ſi cert. pet.

Quòd ſi de ſumma agatur minore, voluit Juſtinianus, ut jus vetus maneat, & chirographum quod quis negat ſe ſcripſiſſe, probari poſſit ab eo ſcriptum eſſe, & paucioribus teſtibus, quam tribus, & ſine eorum ſubſcriptionibus, & comparatione literarum ſine teſtibus. 56

Arg d. l. ult. ubi Cujac. *C. ſi cert. pet. junct. l. ubi numerus* 12. *ff. de teſtib. & dict. l. comparationes* 20. *C. de fid. inſtrum.*

Cæterùm Novella conſtitutione Juſtin. Imp. ſanxit, ut ſi contractus non excedat libram auri, ſed res geratur in agris, non in civitate, Jus vetus maneat,[a] proindeq́; teſtes in conſcribendo inſtrumento adhibiti ſint duo, quibus probetur ab ipſo negante adverſario inſtrumentum eſſe ſcriptum,[b] aut nullis adhibitis teſtibus, idem comparatione literarum probetur.[c] 57

[a] *Nov.* 73. *c.* 9. *Verſ. ut autem nihil, ubi Vulgaris Interpretis verba hæc:* ſed ſecundũ hoc, quod nunc actũ eſt, *vitioſam continent interpretationẽ: Haloander rectè ita vertit:* rẽ tranſigi ubi adhuc in Republic. obtinuit. [b] *per l. ubi n.* 12. *ff. de teſtib.* [c] *d. l. comparationes* 20. *C. de fid. inſtrum.*

Quòd ſi contractus excedat libram auri, & negocium geratur in civitate, cavit Juſti. Imp. ut ceſſet hic literarum comparatio, ſed ſi inſtrumentum ſcriptum ſit, aut ei ſubſcriptum ab adverſario literarum perito, ut tres adhibiti ſint teſtes in conficiendo ipſo inſtrumento, quibus ſolis convincatur. Si autem ſcriptum ſit inſtrumentum ab alio, quàm adverſario, quod hic literarum imperitus ſit, ut quinq; adhibiti ſint teſtes, quibus negatio adverſarii contundatur: quorum tamen teſtium unus tabularius eſſe debeat, ſi modo ſit aliquis eo loco, vel ſi deſit, ut alius literarum peritus ſit: qui tabularius aut alius vel ſcripſerit inſtrumentum, vel ab alio ſcriptum nomine domini ſubſignârit. 58

d. Nov.

Digitized by Google

d.Nov.73.c.8.& c.ſeq. Cujac.ad d.l. ult. C.ſi cert.pet.

59 Sin 50. excedat libras quantitas de qua agitur, ſubſcriptio quoq; teſtium ut intervenerit neceſſe eſt.

d.l.ult.C.ſi cert.pet.

60 Inſtrumentum verò ſi nullum interpoſitum eſt, jus antiquum manet, [a] ut ſi controverſia ſit de re geſta, eâ teſtibus probetur duobus, [b] aut tranſigatur jurejurando. [c]

[a] *dict. Novell c.8.§.& hac dicimus.* [b] *d.l. ubi numerus 12.ff.de teſtib.* Secundum formam traditam *in l.1.& l.generaliter.C.de jurejur.*

61 Sed quæritur: utrùm eandem faciat fidem exemplum inſtrumenti, quam authenticum ipſum? Negamus.

cap.1. ubi Mynſing. *num.25 & ſeq. extra de fid. inſtrum.* Cujac. *in eo cap.* pro ad legendum putat aut. Sed vulgata lectio retineri poteſt, quæ regulam inducit. Qui ergò per inſtrumentum probare intendit, in forma authentica edere illud in judicio debet, & unà cum eo exemplum, cum authentico per judicii Notarium collationandum, ut illud parti poſſit reſtitui, hoc apud acta retineri. Andr.Gayl.*lib.1.obſervat.134.num.23.& ſeq.* Mynſing.*cent.6.obſervat.75.n.1.*

62 Si tamen per publicam perſonam, puta, per *Iudicem Ordinarium* vel *delegatum* ab eo ſpecialiter deſcriptum ſit exemplum ex originali, parem vim cum authentico habet.

[a] *c.ult. ubi* Cujac. & Mynſing.*extr.de fid. inſtrum.* Idem Cujac. & Mynſing.*n.27.& ſeqq. ad c.1.extr.d.t.& l.in fi.audem 45.§. ipſe autem ff.de jur.fiſc.* Vide Mynſing. *cent.6. obſervat.73. & ſeq.&* Maſcard.*de probat.Vol.2. concluſ.927.* ubi examinat quæſtionem, quando inſtrumenti exemplari probet vel non probet parte non citata. Concludit autem citandum eſſe adverſarium ad tranſumendum, niſi extrahatur exemplum per eundem Notarium, qui fuit rogatus de originali. Vide etiam Mynſing.*d.obſervat.73.num.19.&* Gayl.*lib.2.obſer.37.n.11.*

63 Probat autem inſtrumentum inter eos, inter quos eſt confectum, & eorum hæredes: [a] probat etiam contra tertium poſſeſſorem rei illius, de quà confectum eſt hoc inſtrumentum etiam privatum, modò teſtimonium trium teſtium & horum ſubſcriptionem contineat. [b]

[a] *l.Scripturas 11.C.qui pot. in pig. hab.l.generaliter 13 C.de non num.pec.l.26.§.ult.ff. depoſ.* Maſcard. *de probat.Volum.3.concluſ.1294. num.2.* [b] *d.l.ſcripturas 11.verſ.ſin autem jus.Cod.qui pot. in pign.hab.* Cravett.*de antiquat.temp.part.1.§.viſo de verbis,num.16.*ſcriptura, ait, privata fidem facit contra tertium cauſam habens à recognoſcente, ante ceſſionem in aliam factam, ſecùs ſi poſt. Alias autem non probat contra tertium, licet manu Notarii ſit ſcriptum: ut patet ex eadem *l ſcripturas 11. &* docet Bald.*conſ.438. incip. qua teſtes, in fin. lib.3.* Socin.*conſil.33, num.5.lib.1.* Cravett.*de antiq.temp.part.1.§.viſo de verbis,num.13.*Maſcard.*d.concluſ.1294.n.1. & 9.* Decian.*reſponſ.108.num.68.* Matth.Coler.*de proceſſ.execut.part.3.cap.1.num.87.& ſeqq.* Semiplenè tamen contra tertium probare hujuſmodi inſtrumentum defectivum tradunt, Dd. quos refert Maſcard.*d.concl.1294.n.1.*

64 Qui producit inſtrumentum præſumitur fateri depoſitionem illius, [a] non obſtante proteſtatione, quod acceptet tantùm ea, quæ pro ſe faciant. [b]

[a] *Arg.l.2.C.de fid. inſtrum.& l.cùm precum 9. C.de liberal. cauſ.c. cùm venerabilis 6. §. adhac.extr.de except.* Maſcard. *de probat.vol.2.concluſ.915.num.1.& ſeq.* [b] Maſcard.*d. concluſ.915. num.17.& ſeqq.* ubi diſſentientes Dd. opiniones in concordiam poſt alios reducit. Vide Cravett. *de antiquat.temp.part.1.§. viſo de verbis, nu.37.& ſeqq.* Quando quis proprium producit inſtrumentū, non juvat proteſtatio: Neq; juvat in capitulis connexis: Neq; cum jura producuntur.

Digitized by Google

tur, quæ quis tenetur edere: ut nec in actis judicii. Quidam etiam dicunt, proteſtationem ju-vare, niſi adverſarius è contra proteſtetur. Quod tamen non probant Iaſon & Decian. itemq; Feln. Non juvat etiam proteſtatio, quando inſtrumentum jam ante eſt productum Maſcard. *concl.915.n.19 & ſeqq.*

Hinc; producto in judicium inſtrumento, licet poſtea facti pœniteat 65
producentem, proindeq; ab actis id ſibi reſtitui cupiat: audiendus tamen non eſt, ut pleriſque placuit.

Mynſing. *cent.6.obſerv.76.*

Inſtrumenti amiſſio non quidem nocet, verùm probanda eſt inſtrumen- 66
ti poſſeſſio, probandus tenor ipſius, itemq; caſus, quo amiſſum eſt.

l.1.4.5. & l. apud eos 13. C. de fid. inſtrum. quibus locis omnibus vide Donell. & Maſcard. *de probat. Vol.2. concl.908. & ſeq. & Vol.1. concl.32. num.15. & ſeqq.* Paul. Chriſtinæ. *Vol.3. deciſ.29.* Amiſſo Inſtrumento obligationis, an creditor nihilominus debitum exigere poſſit. Vide Dn. Berlich. *deciſ.9.* Quid de fidejuſſore, vide eundem Dn. Berlich. *deciſ.10. & 11.*

Poſſunt autem inſtrumenta, uſque ad concluſionem in cauſa produci, 67
poſt regulariter non æque.

Mynſing. *cent.2. obſ.54. & cent.6. obſerv.56. cap. cùm dilectus, 9. &* ibi Mynſing. *extr. de fid. inſtrument.* Morla *in Empor. part.1. tit.11. q.4. fol.m.509.* Vivius *deciſ.235.*

Quid ſi poſt ſententiam noviter reperiantur inſtrumenta, nunquid ad 68
reſcindendam ſententiam produci poſſunt? Negamus, adhibita tamen diſtinctione quadam.

l. Imperatores 35. ff. de re judic. & l.4. C. eodem tit. l. ſi fidejuſſor. 29. §. in omnibus 5. ff. mand. c. cùm inter. de ſentent. & re judic. vide Guidon. Papæ *deciſ.368.* & Boerius *deciſ.307. &* Mynſinger. *cent.4. obſerv.60. Inſpice etiam l. Divus 33. ff. de re judic. Fachin. 1. controverſ.51.*

CLAS. VI. DISPUTAT. XXV.

DE PRÆSUMPTIONIBUS.

THESIS I.

PRæſumptio eſt quædam animo accepta confirmatio de eo, quod communi ſenſu, ex quodam naturali indicio percipitur. [a] Alias etiam ſuſpicio dicitur: [b] alibi conjectura appellatur. [c]

[a] Hujus definitionis genus inde petimus, quod Græci præſumptionem πρόληψιν vocant, Cujac. *ad rubric. extr. de præſumpt. & ad l. quotiens 12. ff. de rebus dub.* Duaren. *ad tit. D. & C. de probat. cap.3. verſ. ſecundum genus.* Præſumptionis notatio quæ ſit, vide Menoch. *libr.1. de præſumpt. q.7. n.4.* Forma hujus definitionis eo continetur, quod præſumptio dicitur communi ſenſu ex naturali quodam judicio, ut convincitur *ex l. ad probationem 21. & l. ult. C. de probat. l. indicia 19. C. de rei vendicat. l. cum citra 15. C. de jure dot. l. ſi defunctus 10. de arbitr. tutel. l.3. §. præterea, ibi, liquet ex apertiſſimis rerum argumentis ſuſpectum eum eſſe, ff. de ſuſpect. tutor.* Unde Cujac. *in parat. ff. de probat.* ait, præſumptionem eſſe de eo, quod in re eſt: Item præſumptionem ex indiciis eſſe. *Et in commentar. in lib.10. Reſponſ. Papin. pag.453. colum.1.* ſcribit, præſumptionem naturæ convenire debere. [b] Quod eſt præſumptio *in l. ultim. in princ. ff. quod metus cauſ. l. ſi chirographum 24. & l. ſeq. verſ. ſin vero, & toto tit. ff. de probat. & præſumpt.* Id ipſum dicitur ſuſpicio *in l. ultim ff. de quæſtion. & in l. abſentem in princ. ff. de pœn.* [c] *l. un. ff. ſi tabul. teſtam. ex tab. l. utrum 47. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. cum avus. 102. ff. de condit. & demonſt.* Inter hæc tria differentiam non admittimus, licet Dd. diſtinguant, ut videre, eſt apud

Digitized by Google

Menoch.*lib.1.de præſumpt.q.7.n.1.*& Maſcard.*de probat.Vol.1.part.1.q.*10 14.& 15.Mynſinger.*cent.6.obſerv.*57.vide etiam *tract.meum de quæſtionib.*& *tortur.c.3.n.13.*

2 Hæc an vera,& propria dici poſſit probatio,controverſę quæſtionis eſt? [a] Ajens opinio veriſſima mihi videtur: Licet alia præſumptio magis, alia minus probat. [b]

[a] Vide Menoch.*lib.1.de præſumpt.quæſt.*36.37.38.39.Honded.*Vol.2.conſult.*98. Nicol.Reuſner. *Vol.3.conſ.15. Merend.lib.5.controv.*39. [b] *Vide theſin* 8.9.& *ſeqq.*

3 Differt autem præſumptio à probatione, quæ fit per teſtes, vel inſtrumenta,quod hæc fit argumento inartificiali: Illa verò ducitur ex argumento artificiali, quod in jure noſtro ſimpliciter argumentum vocatur, item indicium,tùm etiam ratio.

l.21.ut l.ultim.C.de probat.l.10.arbitr.tutel.l.judicia.C.de rei vindic.l.15.C.de jur.dot.l.pen.C.de contrah.& *committ.ſtipulat l.2.C.de in lit.jurand.l.3.§.prætereà,ff.de ſuſp.tutor l. libertas §.ultim.ff. de manumiſſ. teſtament. l.planè. §.2.ff.de legat.1.* Donell.*lib.25. comment.pag.* 186.*in princ.* Hinc Dd. probationem aliam vocant artificialem, Menoch. *lib.1. de præſumpt.in præfat.n.6.*& *ſeqq.* & *quæſt.1.*

4 Præſumptionem Dd. variè diſtinguunt. Ea autem diviſio communiter eſt recepta, qua præſumptio alia dicitur juris & de jure, alia juris tantùm, alia hominis.

Menoch.*lib.1.de præſumpt.quæſt.2.* Appellationes autem haſce& formulas à latinis ſuſtineri non poſſe,ſcribit.Iohan.à Reberteria *lib.3.Topicor.juris.c.1.verſ.præſumptionem autem.*

5 Juris&de jure præſumptionem vocant,quàm lex non ſolùm introduxit, ſed & adeò certam ac veram ſtatuit, ut contra eam regulariter non admittat probationem in contrarium. Unde præſumptionem hanc Dd.etiam neceſſariam dicunt; alii violentam appellant.

Everhard.*in topic.legal. in loc.à veriſim.n.*18.19.& 20.Menoch.*lib.1.præſump. quæſt.3.nu.*15.& *ſeqq. quæſt.*31.33.36.& *quæſt.*60.*cum aliquot.ſeqq.*

6 Præſumptio juris tantùm eſt Dd. noſtris, quam lex ducit ex eo,quod eſt veriſimile & probabile tantùm: proindeq; contra eam admittitur probatio in contrarium.

Everhard.*in topic.legal.dict.loc.n.*18. *in fin.*& *num ſeq.* Menoch.*dict.lib.1.præſumpt.quæſt.*4. Mezger.*conſil.crimin.*13.*num.*108.

7 Hominis præſumptionem appellant, quæ in lege expreſſim ſcripta non legitur, ſed judicis, ut boni viri arbitrio relinquitur.

Everhard.*in topic.legal.d.loc.à veriſim.n.*18.& Menoch.*d.lib.1.de præſumpt. q.5.* Hanc nonnulli duplicem eſſe ajunt, unam temerariam, alteram non temerariam. Illam propriè præſumptionem non eſſe affirmant, eo quod effectu caret & omninò rejicitur: hanc verò eſſe præſumptionem tradunt Everh.*d.n.*18. Quidam dividunt hominis præſumptionem in vehementem & majorem,& in non vehementem ſive minorem. Menoch.*d.q.5.n.11.*& 12.& 13. Ipſe autem Menoch.*ſeq.n.14.* hanc rejicit diviſionem,quod majus & minus diverſas ſpecies non conſtituunt *l.ult.ff.de fund.inſtruct.vel inſtrum.leg.* Cæterùm Fr.Sarmientus non agnoſcit hominis præſumptionem, quæ lege non nitatur.*lib.1.ſelectar.interpret.c.1.n.9.* Cujac. quoq; *in lib.6. Pauli ad edict.pag.138.co..1. in fin.* præſumptionibus, ait, periculosè utimur, ne dicam perperam, niſi eas ex jure ipſo ducamus.

8 Nos autem juris authoritatem ſequuti, diſpertimus præſumptionem in certam ſive indubitatam,& veriſimilem ſive probabilem præſumptionem.

Cum

Cùm enim præſumptio ex indiciis petatur, ut etiam ex Philoſophis oſtendit Menoch. *d. lib. 1. præſumpt. q. 6. n. 1.* & indicia jure noſtro alia ſint certa ſeu indubitata, alia veriſimilia ſeu probabilia, *l. certa 19. C. de rei vindic. l. ult. C de probat. l. milites 8. §. oportet. C. de quæſt.* certè & præſumptio eſt ejuſmodi. Sua enim ex cauſa unaquæq; res idoneam appellationem ſortitur, *§. tutores autem. Inſt. de tut. l. 1. §. 1. ff. d. t. Inſtit. de teſtam. ordinand. in prin.*

Certa & indubitata præſumptio eſt obfirmatio animi tanta, ut nihil de 9
re, de qua quæſitio eſt, propter certum aliquod & indubitatum ejus indicium ambigamus: proindeque eam rem manifeſtiſſimè ejuſmodi indicio probatam ſtatuimus. [a] Atque hæc præſumptio eſt, quam Dd. juris & de jure, item violentam præſumptionem vocant. [b] Ejusq; tanta vis eſt, ut adverſus eam probatio non admittatur in contrarium. [c]

[a] *L. ultim. C. de probat. l. indicia. 19. C. de rei vindic. l. cùm citra 15. C. de jur. dot. l. 3. §. præterea. ibi liqueat ex apertiſſimis rerum argumentis ſuſpectum eum eſſe, ff. de ſuſpect. tutor. l. pen. C. de contrah. & commit. ſtipulat, l. 2. in fin. C. de in lit. jurand. l. libertas 17. §. ultim. in fin. ibi, manifeſtiſſimis rationibus probaveris, ff. de manumiſſ. teſtament. l. planè 34. §. ſed ſi non corpus, ibi, ſi evi lentiſſimis probationibus, &c. ff. de legat. 1.* Ex quibus locis omnibus conſtat indicia hæc certa, quæ inducunt hanc præſumptionem, alias argumenta vocari apertiſſima, alias manifeſtiſſimas rationes appellari. [b] *de qua diximus ſupra.* [c] *c. ad id quod 21. ubi* Cujac. & *c. 15. qui fidem 30. extr. de ſponſal.*

Eſt autem certum & indubitatum indicium, ex quo probato ſequitur 10
neceſſariò & certum efficitur id, de quo quæritur. [a] Dialectici neceſſarium appellant ſignum. Græci τεκμήριον vocant. [b]

[a] Ut convincitur ex ll. præcedenti *enunciato adſcriptis.* Vide tractat. meum *d. quæſtionibus & torturis, cap. 3. num. 17. & ſeqq.* [b] vide Philipp. Melanthon. *lib. 4. dialect. in loco à ſignis.*

Neceſſum ergò eſt, ut indicium hoc, & id, quod ex eo præſumitur, ſeſe 11
mutuò arguant, ut cauſa naturalis vel ſubſtantialis, & ejus effectus, vel ut ſubjectum & proprium ac perpetuum adjunctum, vel ut genus & ſpecies, vel ut oppoſita, quorum uno affirmato, alterum negatur. [a] Sic precii numeratio pro re aliqua, indicium eſt certum emptæ illius rei, ſiquidem precium ſit ſubſtantia emptionis. [b]

[a] Vide tract. meum *de quæſtionibus & tortur. cap. 3. n. 15. & ſeqq.* [b] *l. parti 72. in princ. verſ. an idem dici. ff. de contrah. empt. & vendit.*

Conſuetudo quoque concubitus & cohabitatio anni unius integri, & 12
dimidiati alterius, eſt certum & indubitatum indicium ſubſequuti conſenſus matrimonialis, in ea muliere, quam parens invitam & reluctantem cuidam nuptum collocavit.

c. ad id quod 21. ubi Cujac. *extr. de ſponſal. & matrimon. cap. 2. extr. de eo qui duxit in matrim.*

Similiter corporum commixtio ſubſequens certum & indubitatum eſt 13
indicium matrimonii in his perſonis, quæ legitima de futuro ſponſalia ante corporum commixtionem contraxerunt.

c. Is qui fidem 30. & ibidem Cujac. ext. de ſponſal.

Eſt item commixtio corporum indicium certum & indubitatum puri in 14
matrimonium conſenſus in eo, qui antea mulieri fidem dedit de conjugio ſub conditione quadam.

c.3. & *c.per tuas* 6. ubi Cujca. *extr. de condition. adpoſit.*

15 Certum quoque & indubitatum mutui indicium eſt cautio ſcripta, qua quis ſibi pecuniam eſſe numeratam fatetur, modo biennium à tempore datæ cautionis exierit.

Per text. in §.1. & *§. ult. in fin. Inſt. de liter. oblig. l. ſi intra* 8. *in fin.* & *l. in contractibus* 14. *in pr.* & *§. illo. C. de non num. pec.*

16 Similiter hujus generis indicium adulterii eſt, ſi quis conſanguineus mariti ſolus & nudus cum ejus uxore ſola & nuda viſus fuerit in lecto jacere eodem.

c. literis 12. *extr. de præſumpt.*

17 Falſum eſſe inſtrumentum probatur hoc indicio, ſi quis contraxiſſe dicatur in inſtrumento certa die, certoque loco, cùm tamen is alio remotiſſimo in loco, tempore eadem fuerit.

l. optimam 14. *verſ. etſi inter præſentes. C. de contrab.* & *committ. ſtipul.* Duar. *lib.* 1. *anniverſ. diſput. c.* 27. *verſ. qui certò* & *in comment. ad tit. de probat. c.* 3. *verſ. vulgare eſt etiam.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. jud. cent.* 3. *caſ.* 270. *n.* 10. Vide tractat. meum *de quæſtionibus* & *tortur. c.* 3. *n.* 18. *verſ. Ejuſmodi quoque.*

18 Hujus quoque generis indicio falſitatis convincuntur teſtes, qui deponunt, quod viderint Titium occidere certo noctis tempore Mævium, cùm tamen ea nox tota obſcura & illunis fuiſſe, & in homicidii loco nulla candela accenſa eſſe doceatur.

Duaren. *d. c.* 27. *verſ. cum obſcura.* & Menoch. *d. caſu* 279. *n.* 3. Vide tract. meum *de quæſtionib.* & *tortur. d. c.* 3. *pag.* 87. *verſ. ſimiliter.*

19 Denique hac præſumptione dicimus illegitimum eſſe filium, qui à mariti morte menſe undecimo editus eſt:

Novell. 39. *c.* 2. *vide ſupra diſp.* 6. *theſ.* 7. & 8. *ſub claſſ.* 1.

20 Veriſimilis ſive probabilis præſumptio eſt animi obfirmatio de eo, quod plerunque & regulariter ferè, quodam veriſimili judicio ſignificari ſolet. [a] Atque hæc illa eſt præſumptio, quam Dd. præſumptionem juris vocant cui ſtatur, donec contrarium doceatur. [b] Dialectici autem indicia, unde hæc præſumptio oritur, εἰκότα appellant. [c] Dd. propinqua & ſemiplena, itemq; gravia indicia vocant. [d]

[a] *per l. milites* 8. *§. oportet. C. de quæſt.* [b] Everh. *in top. legal. in loco à veriſimili n.* 19. Alciat. *de præſumpt. part.* 3. *n.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 4. [c] Philipp. Melanth. *lib.* 4. *Dialect. in loco a ſignis.* [d] Marc. Blanc. *tract. de indic. n.* 43. & 45. Maſcard. *de probat. vol.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 15. *n.* 9. 10. & 11. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 7. *n.* 14. & *ſeqq.* & *q.* 88. *num.* 3. & *ſeq.* Marc. Blanc. *tract. de indic. ad l. ult. n.* 10. *ff. de quæſt.* Iul. Clar. *lib.* 5. *ſentent. §. fin. q.* 20. *n.* 1. Ad ſemiplenas probationes referunt quidem unius teſtis teſtimonium, ſcripturam privatam, fugam, & famam, vide Heigonem Ummium *in proceſſ. judic. diſput.* 15. *theſ.* 1. *num.* 5. *in fin.* & *diſputat.* 18. *theſ.* 1. 2. 3 & 4. Sed malè, ut oſtendi tract. meo *de quæſtionib.* & *tortur. c.* 3.

21 Hujuſmodi præſumptio eſt, quâ ductus Rex Salomon judicavit, infantis vivi matrem eſſe eam, quæ ipſum ſecari noluit: [a] Ut & ea quâ fœmina præſumitur gravida ex eo, quod lactarias habet mammillas. [b]

[a] *Reg. cap.* 3. *c. afferte mihi, extr. de præſumpt.* [b] Alii hanc præſumptionem certam & indubitatam eſſe putant, ſed malè, ut oſtendit tract. meo *de quæſtionib.* & *tortur. cap.* 3. *pag.* 86. *n.* 18.

Eſt

Eſt quoque hujus generis præſumptio, quâ filium eſſe legitimum putamus quod ex matre, juſta patris conjuge, natus eſt. 22

l. filium 6. ff. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt.

Talis item præſumptio eſt, qua credimus juſtum eſſe filium, qui ſeptimo à morte patris legitimi, natus eſt menſe:[a] niſi doceatur defunctum maritum aliquandiu cum uxore non concubuiſſe, infirmitate interveniente, vel quadam alia cauſa.[b] 23

[a] *l. ſeptimo menſe 12. ff. de ſtatu hom.* vide Menoch. *lib. 2. de arbitr. jud. cent. 1. caſ. 89. nu 34. & lib. 6. de præſumpt. part. 2. c. 52. n. 10.* & Sichard. *ad Auth. eisdem pœnis. C. de ſecund. nupt.* [b] *d. l. filium 6. ff. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt.* vide *diſput. 6. theſ. 6. 7. & 8. ſub claſſ. 5.*

Si mater & ejus infans naufragio ſimul perierint, præſumptio veriſimilis eſt, infantem ob teneræ ætatis imbecillitatem prius aquis obrutum eſſe. 24

l. ſi mulier 23. ff. de reb. dub. l. inter ſocerum 26. in prin. ff. de pact. dotal. Marant. *in proœm. ſpecul. aurei. num. 15.*

Si item mater uno utero marem & fœminam pepererit; veriſimilis præſumptio eſt, maſculum priorem eſſe editum, cum plerumque mas fortior ſit fœmina. 25

l. ſi fuerit 10. §. ult. ff. de reb. dub.

Quòd ſi autem pater cum filio perierit in acie, veriſimiliter præſumimus, patrem prius occubuiſſe. 26

l. qui duos 9. §. cum bello. ff. d. t. Marant. *in d. proœm. n. 15. ſed obſt. vehementer. l. ex facto 17. §. ſi quis autem 7. ff. ad SC. Trebell.*

Cum dubitatur, vir an uxor ejuſdem ferè ætatis priùs vitam cum morte commutaverit, probabiliter præſumimus, prius uxorem obiiſſe, poſtea virum. 27

l. ſi poſſeſſor. 32. §. ſi eod ubi gloſſ. in verb. id ipſum. ff. de relig. & ſumpt. funer. Eſt enim teſte Ariſtotele longior & diuturnior vita maſculis, quàm fœminis.

Cum pater in extremis vitæ conſtitutus, filio abſolutè ſine mortis mentione quid donat, non mortis cauſa, ſed inter vivos ſimpliciter donaſſe veriſimiliter præſumitur. 28

l. Seia 42. §. ult. ff. de mort. cauſ. donat. Cùm autem moriens utitur verbo, relinquere: ut ſi dicat, relinquo tibi Titio centum aureos: mortis cauſa donatio præſumitur, *l. 1. §. ult. ff. de tab. exhib.* Dyn. *ad l. 1. C. de revoc. donat.*

Sunt & alia ſexcenta hujus generis præſumptionis exempla quę numerare & in univerſum definire poſſibile non eſt:[a] quamvis Alciat.[b] Menoch.[c] & Iohan. à Robert.[d] collegerint infinita. 29

[a] Duaren. *in comment. ad tit. de probat. cap. 3. verſ. ſecundum genus.* [b] *tract. de præſumpt.* [c] *in ſuis de præſumpt. libris.* [d] *lib. 3. topic. cap. 1. & ſeqq.* Comparatio literarum quam præſumptionem faciat indicavi *diſſ. præcedenti ſub theſ. 46.*

Et licet judicis in arbitrio poſitum velint Dd præſumptio certa aut veriſimilis ſit necne;[a] quia tamen ex naturali conjunctione & affectione, quę eſt inter indicium probans, & rem quæ probatur, ducenda ſit præſumptio,[b] ſua quiſque ratione homo intelligens & diſcretus, quale ſit quodq; indicium, facilè aſſequi poteſt.[c] 30

Digitized by Google

[a] Menoch. *lib. 2. de arb. judic. caſ.* 270. & *libr. 1. præſumpt. quæſt.* 89. *nu.* 1. Mynſing. *cent.* 6. *de præſumpt.* 97. *nu.* 2. & 3. [b] Donell. *libr.* 25. *commentar. pag.* 180. *ad tit. de teſtib.* [c] Eſt enim indicium unde præſumptio ducitur, argumentum artificiale. Menoch. *lib. 1. præſumpt. quæſt.* 2. & 6. proindeq; ex 10. prædicamentis & locis dialecticis dijudicandum. Idem Menoch. *libr. eod. q.* 2. & *ſeqq.* Vnde neceſſarium & certum ſive indubitatum eſt indicium, ſi rem, quam arguit, neceſſariò probet. Veriſimile verò & probabile indicium, ſi contingenter & plerumque duntaxat rem, quàm arguit, probet.

31 Eſt quidem & levis præſumptio, quam hominis præſumptionem vocant: verùm ea ſola movere judicem nihil debet: conjuncta tamen cũ aliis, adminiculum quoddam eiſdem adfert: cujuſmodi præſumptio ex indicio ducitur eo, quod rem probandam ita leviter afficit, ut de ea fidem admodum exiguam faciat.

Menoch. *lib. de præſumpt. quæſt.* 5. & *lib. 2. de arb. jud. cent.* 2. *caſ.* 270. *nu.* 20. & 22. Duar. *ad tit. de probat. c.* 3. *verſ. tertium genus.* ubi varia exempla proponunt: veluti, ſi ſervus dicatur fugitivus ex eo, quod ab emptore novo ſuo domino aufugit. Si Titius rem ex domo dicatur ſubtraxiſſe, hoc indicio, quod unus domi fuerit. Si Mævius amare dicatur, hoc ſolo argumento, quia faciem habet pallidam. *Vide quoq; tractat. meum de quæſtionibus, & tortur. cap.* 3. *pag.* 91. *verſ. Quid verò tribuendum.*

32 Indiciis veriſimilibus, aut etiam levibus, argumentis pluribus re quodammodò probata, ſi non contrariis præſumptionibus enervata ſint, [a] locus eſt juramento ſuppletorio ex parte actoris, & quandoque ex rei parte purgatorio jurejurando. [b]

[a] Præſumptio una tollit aliam. Andr. Gayl. *lib. 2. obſ. pract. obſ.* 97. *nu.* 18. & quidem potentior & validior perimit ac tollit minùs potentem & debiliorem. Menoch. *libr. 1. præſumpt. q.* 8. *nu.* 20. & *tot. q.* 30. Eſt autem, ut volunt Dd. præſumptio pro reo firmior, quam quæ pro actore eſt. Menoch. *d. lib. præſumpt. q.* 29. *n.* 11. & quæ facit rem valere, potentior & firmior eſt ea, quæ perimit rem. Menoch. *lib. 2. de arbitr. jud. caſ.* 472. *n.* 2. & *lib.* 6. *præſumpt. præſump.* 2. Judicatur quoque potentior ea præſumptio, quæ benignior eſt. Menoch. *d. caſ.* 472. *nu.* 7. & *d. quæſt.* 29. *n.* 5. Specialis item præſumptio potentior eſt generali. Menoch. *d. caſ.* 472. *nu.* 14. & *d. q.* 29. *n.* 7. Negativa quoq; præſumptio firmior eſt affirmativâ, Menoch. *d. caſ.* 472. *in fin.* & *d. q.* 29. *n.* 13. [b] De utroq; hoc jurejurando *vide ſub eadem hac claſſe* 6. *diſput. de jurejurando.*

32 In cauſis quoque criminalibus probato veriſimili ſive probabili indicio, reus tormentis ſubjici poteſt.

l. milites 8. *§. oportet. C. de quæſt. l.* 1. *§.* 1. *l. unius* 18. *§.* 1. & 2. & *l. ult. ff. d. t.* Menoch. *lib. 2. de præſumpt. quæſt.* 89. Sed de hac re *infra ſuo loco accuratius diſſeremus.*

33 Levia indicia ad inquirendum ſufficere Dd. ſentiunt; ut ſunt teſtimoniũ cujuslibet teſtis, aſſertio offenſi viventis, item fama, gravis quoq; inimicitia, & teſtimoniũ propinquorum ejus, qui vulneratus vel occiſus eſt: cujuſmodi indicia ad generalẽ ſufficere inquiſitionem volunt. Ad ſpecialẽ ſufficere inquiſitionem ajunt, gravem inimicitiam, famam, fugam, teſtimoniũ ſocii criminis, aſſertionem offenſi exiſtentis in articulo mortis, & denunciationem Syndici, vel alterius officialis delationi criminum præpoſiti. Rectè tamen admonent Dd. ne judex incautè progrediatur ad inquiſitionem: ſiquidem ex ea aliquantulum lædatur exiſtimatio ejus, in quem adornatur & ſuſcipitur inquiſitio, & bona ejus fama apud graves & probatos viros quodammodo minuatur.

Menoch. *d. lib. 1. præſumpt. quæſt.* 88. *per tot.*

CLASS.

CLASS. VI. DISPUT. XXVI.

DE OCULARI INSPECTIONE, *ſive rei evidentia.*

THESIS I.

Ocularis inſpectio, ſive rei evidentia, der Augenſchein/ magnoperè cum juvet probandi facultatem, [a] de ea quoque hic paucis tractandum judicavi.

[a] Mynſing. *decad. 2. reſponſ. 16. num.* 44. & ſine oculari inſpectione ſæpe neq; judex, neque advocati, neque commiſſarii inſtrumenta, vel teſtimonia dextrè & planè intelligere poſſunt, Quinetiam ipſi teſtes ſuis ſæpenumero depoſitionibus disertè ſatis, & clarè cauſæ & rei veritatem exponere non poſſunt, niſi in rem præſentem ducantur, & ibidem de rei conditione teſtimonium perhibeant. Rut. Rulant *tr. de commiſſariis, & compromiſſionib. part. 2. lib. 3. cap. 1. n. 11. 12. & ſeqq.* Gilhauſen. *in arbor. civil. c. 6. part. 2. art. 2. de commiſſ. §. 7 fol. m.* 417.

Et tantum deferunt pragmatici oculari inſpectioni, ut dicant, nullam eſſe meliorem probationem, quam ſit per rei evidentiam, & ocularem inſpectionem. 2

Ita poſt alios, quos refert & ſequitur, ſcribit Maſcard. *de probat. Vol. 1. concl. 8. nu. 3. 4. & ſeqq.* tum etiam Rutger. Rulant, *d. cap. 1. n.* 4. Arnold. Rayger. *in proceſſ. diſput. 7. theſ. 6.*

Quidam inſpectionem ocularem omnium probationum eſſe firmiſſimam tradunt. 3

Andr. Gayl. *lib. 1. obſer. pract. obſerv. 26. nu. 9. ubi alios citat.*

Non deſunt etiam, qui omnium probationum optimam & perfectiſſimam dicunt eam, quæ fit per rei evidentiam. 4

Bald. *ad rubr. C. de probat. nu.* 1. Andr. Gayl. *d. obſerv. 26. nu. 9.*

Aliqui etiam ſcribunt, quod omni probationum generi deroget ocularis inſpectio: eaque tantæ virtutis eſſe præſumatur, ut iniquum ſit, ei quid derogari. 5

Ita ſentiunt, quos refert & ſequitur Maſcard. *dict. concluſ. 8. n.* 4. & 5. Rutger. Rulant *dict. cap. 1. num. 5.*

Verum non omnem inſpectionem ocularem præſtare probationem certam & indubiam, exempla teſtantur. 6

Inter hæc & illud eſt, de literarum comparatione, *vide diſp. praced.*

Eſt autem ocularis inſpectio rei præſentis per viſum conſideratio, quæ veritatis demonſtrandæ & cognoſcendæ cauſa fieri ſolet. 7

per l. ſi irruptione 8. §. ad officium, ff. finium regundor. l. 1. ibi, præſens aſpectus, Cod. de canono frument. lib. 11. Geneſ. 18. verſ. Deſcendam & videbo.

Ea ut plurimum neceſſaria eſt in diſceptatione de finibus, ſive terminis diſtrictuum, & territoriorum: [a] Item de ſervitutibus urbanorum, & ruſticorum prædiorum. [b] 8

[a] *d. l. ſi corruptione 8. §. ad officium, ff. finium regundor. gl. in l. ſtipulatio iſta, 38. §. hæc quoq; ff. de verb. oblig.* Maſcard. *d. concl. 8. n.* 13 Rutger. Rul. *de commiſſionib. & commiſſar. part. 2. lib. 3. c. 4. n. 6. 7. & 8.* Mynſing. *Reſponſ. 17. n. 44. decad. 2.* [b] F. W. Hoffgerichts Ord. *part. 3. tit. 18. in princ.*

Solet

9 Solet quoque hæc fieri inſpectio in cautione damni infecti, cum ædes ruinoſæ inſpectionem deſiderant.

Rutger. Rulant. *dict. lib. 3. cap. 4.*

10 In exploranda quoq; juventute, ſenectute, [a] imbecillitate ſeu infirmitate [b] haud rarò opus eſt oculari inſpectione.

[a] Menoch. *de arbitr. jud. caſu* 117. *nu.* 1. Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concl.* 667. [b] Maſcard. *d. vol.* 2. *concl.* 896. *nu.* 3. Damhoud. *in prax. crim. cap* 75.

11 Ocularis inſpectio deſideratur quoque cum agitur de qualitate vulnerum, & quæritur hæc lætifera fuerint, necne? an item Medicorum, chirurgorum, vel aliorum negligentiâ mortuus ſit vulneratus nec ne?

l. ult. & l. ſi ſemel, §. cauſa, C. de re militar. Damhoud. *in praxi criminali, c.* 75. Maſcard. *de probat. vol.* 1. *concl.* 8. *nu.* 10. & 11. Andr. Gayl. *lib.* 2. *obſerv. pract. obſ.* 111. & Rutger. Rulant. *d. c.* 4. *nu.* 9. & 10. Sed vide inprimis Gayl. *dicto loco*, conſule quoque Menoch. *de arbitr. judic. libr.* 2. *cent.* 4. *caſu* 362.

12 Si quoque de virginitate alicujus fœminæ & infanticidio clandeſtino dubitatur, inſpici illa per obſtetrices aliasque peritas mulieres jubetur.

c. propoſuiſti, extr. de probationib. Peinliche Halßgerichts Ordnung/ Keyſ. Carls deß V. *art.* 35. §. So man ein Dirn/ ſo für Jungfraw gehet/ in Argwohn hat/ Maſcard. *de prob. vol.* 3. *concl.* 14. 10. *num. ult.*

13 Similiter quando dubitatur, an mulier ſoluto matrimonio, ex marito gravida ſit, necne, ocularis interdum inſpectio ventris per obſtetrices, aliasque ejus rei peritas fœminas fieri jubetur.

l. 1. *l.* 3. & *tot. tit. ff. de ventre inſpic.*

14 Si quoque de carceris duritia quæratur, commiſſarius deputari ſolet, qui in rem præſentem eat, & carceris conditionem oculariter inſpiciat.

Andr. Geil. *dict. lib.* 1. *obſervat. pract. obſerv.* 26. *n.* 9. Rutger. Rulant. *dict. lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 3. & 5. & *cap.* 4. *nu.* 14.

15 Quando item inſtrumenta non poſſunt ad judicium peregrè mitti, commiſſarius eò ablegatur, ut ipſa inſtrumenta oculariter inſpiciat, & inſpecta tranſſumat.

Rutger. Rulant. *dict. lib.* 3. *part.* 2. *de commiſſionibus & commiſſariis, cap.* 4. *n.* 15. ubi allegat Damhouder. *in praxi civili, cap.* 177.

16 Decerni autem à judice inſpectionem ocularem dubium non eſt: Sed de commiſſario, ad examinandos teſtes deputato, an & ille ſine judicis mandato ocularem inſpectionem ſuſcipere poſſit, quæritur? Negativam veritati propriorem cum Rulanto arbitror. [b]

[a] *dict. cap.* 2. *nu.* 8. 9. & 101. [b] Tum quia magni eſt præjudicii inſpectio ocularis, & proinde cauſæ cognitionem deſiderat, *d. l. Si irruptione* 8. *§. ad officium, §. finium reg.* Alexand. Stiatic. *obſervat. pract. cap.* 13. *num.* 6. 7. 8. & 9. Tum quia judicis eſt, non commiſſarii cognoſcere, an cauſa deſideret inſpectionem ocularem vel non. Rutger. Rulant. *dict. libr.* 2. *cap.* 25. Alexand. Stiatic. *dict. cap.* 13. Tum etiam quia commiſſio ſtricti juris eſt, nec ſe extendit ad ea, quæ ſpecialiter mandata non ſunt.

17 Quocirca ſi commiſſarius neceſſariam putet eſſe ocularem inſpectionem ad teſtium examen, eo ſuſpenſo, inſpectionem illam decerni à judice poſtulare debet.

Ita conſulit Rutger. Rulant. *dict. cap.* 2. *num.* 11.

Quan-

Quandoque verò non ipſe judex commiſſarium ad inſpectionem ocularem conſtituit, ſed litigatoribus injungit, ut eam in probata forma, per juratum & peritum pictorem à ſe communi conſenſu approbatum, perfectam producant. 18

Rutger. Rulant. *dict. cap. 2. nu. 12. § Contrarium tamen ubi omnino vide.*

Judex autem vel ad petitionem & inſtantiam litigantis partis utriuſque aut alterutrius, vel ex officio, & proprio motu ocularem inſpectionem decernit. 19

Bald. *in l. ſi quis teſtibus* 13. *num.* 18. *C. de teſtib.* Alexand. *conſil.* 116. *num.* 1. *Vol.* 1. VVeſemb. *conſil.* 58. *nu.* 14. Fürſtl. Braunſchweigiſche Hoffgerichts Ord *tit.* 57. Fürſtl. Würtemb. New Landrecht *part.* 1. *tit.* 51. *in prin.* Rutger. Rulant. *d. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *& cap.* 2. *in fin.*

Decernit verò judex ocularem inſpectionem ut plurimum lite conteſtata. 20

Cum enim probationis ſpeciem contineat ocularis inſpectio non niſi in termino probatorio petenda & decernenda erit.

Quandoque tamen etiam ante litis conteſtationem decernitur ocularis inſpectio: ut ſi teſtes ad perpetuam rei memoriam examinandi ſint, idque commodè fieri non poſſit, niſi in rem præſentem deducantur. 21

Rutger. Rulant. *dict. cap.* 2. *in fin. & cap.* 3. *nu.* 2.

Si quoq; carceratus de carceris ſqualore & duricia conqueratur, etiam lite nondum conteſtata ocularis decernitur inſpectio carceris. 22

Hic enim periculum in mora eſt. Et ſentit ita Rulant. *dict. cap.* 3. *nu.* 3.

Non minus decernit interdum judex ocularem inſpectionem ante litis conteſtationem in novi operis nunciatione. 23

De hoc enunciato extare exempla recentia ſcribit Rulant. *dict. cap.* 3. *nu.* 4.

Adhæc inſpectio ocularis etiam publicatis atteſtationibus uſq; ad concluſionem in cauſa peti poteſt. 24

Bald. *in l. contra negantem, C. ad leg. Aquil.* Marant. *in Specul. jud. part.* 6. *de concluſ. in cauſ. num.* 6. *Verſ. Item admittuntur*, Alexand. Stiaticus *pract. obſerv. cap.* 13. *num.* 3. Maſcard. *de probat. Vol.* 1. *quæſt.* 8. *nu.* 10. *Rulant. dict. cap.* 3. *nu.* 6.

Si tamen pars litigans ſemel renunciaverit huic probationis generi (quod facere poteſt) amplius non auditur. 25

c. Quod ſemel placuit, tit. de Reg. Iur. in 6. Et poteſt quilibet juri ſuo renunciare, *l. Si quis in conſcribendo* 51. *C. de Epiſcop. & Cler. & l. ſi quis in conſcribendo*, 29. *C. de pact.* Ita hac de quæſtione ſentit Rulant. *dict. lib.* 3. *cap.* 9. *& cap.* 3. *num.* 7.

Quin etiam judex poſt concluſionem quoque in cauſa ocularem inſpectionem ex officio ſuſcipere poteſt: [a] ut &, ſi res exegerit, poſt rem judicatam in executionis puncto. [b] 26

[a] Ipſi enim judici nunquam in cauſa concluditur. Et ita conſtitutum jure VVirtembergico im ernewerten Landrechten / *part.* 1. *tit.* 51. *in princip. in his verbis*: Beweiſung durch Augenſcheinliche Beſichtigung / ſollen vnd mögen auch nach Beſchluß der Sachen / wa ſolches vor gethonem Beſchluß begehrt / oder auch / ſo es die Notturfft erfordert / auß Richterlichem Ampt zugelaſſen vnd eingenommen werden. [b] Nunquam enim ſententia tranſit in rem iudicatam effectualiter, quoad ocularem inſpectionem. Purpuratus *conſil.* 33. *num* 13. *&* 14. Iaſon. *in l. admonendi, num.* 26. *ff. de jurejurand.* Alex. Stiatic. *pract. obſerv. cap.* 13. *nu.* 5. & hoc ſequutus Rutger. Rulant. *dict. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 13. *& cap.* 3. *num.* 10.

27 Quando autem ocularis inſpectio ſuſcipitur, ad eam quoque pars utraque citari debet, cum ad actum præjudicialem citandi ſint omnes, quorum intereſt.

l. De unoquoque 47. *ff. de re judic.* Franciſc. Marcus *deciſ.* 169. *part.* 1. Didac. Covar. *libr.* 2. *Variar. reſolut. cap.* 13. *nu.* 5. Fürſtl. Braunſchweigiſche Hofgerichts Ordnung / *part.* 3. *tit.* 18. *§. pen. pag.* 77. Ut quæ indicare & demonſtrare quid rei ſit ſolet, & ſi una pars demonſtrationem alterius falſam intelligat, contrarium demonſtrare admittitur, Rutger. Rulant. *dict. lib.* 3. *cap.* 7. *&* 2. 3. 4. *& ſeqq.* Alioquin pars ea, quæ non petiit ocularem inſpectionem demonſtrare prohibetur, Rulant. *d. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 4.

28 Adhæc Commiſſarius unus atque alter ad ocularem inſpectionem deputatus, cum Notario publico, vel Secretario, ſive ſcriba judicij convenire in rem præſentem debent: qui diligenter obſervent & conſcribant, quæ à partibus demonſtrantur.

Rutger. Rulant. dict. lib 3. *cap.* 10. *&* 12. Iure VVirtembergico deputantur ad ocularem inſpectionem ex aſſeſſoribus tres, unus nobilis, alter Iuriſperitus, Tertius provincialis, qui una cum Secretario in rem præſentem abeunt.

29 Si quoque teſtium depoſitionibus opus fuerit in inſpectione oculari, vocandi ſunt, & examinandi & illi: quamvis non deſint, qui diſſentiunt.

Vide Rutger. Rulant. *dict. lib.* 14. *&* 15. Alexand. Stiatic. *pract. obſerv. c.* 14. *n.* 3. *cap.* 11. Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung *part.* 3. *tit.* 18. *in princ. & §.* 1. *§.* So deß Augenſcheins / *& §§. ſeqq.* Ipſi tamen teſtes demonſtrare prohibentur, Rulant. *dict. libr.* 3. *cap.* 13. *num.* 3. *& ſeq.* New Landrecht / *part.* 1. *tit.* 51. *§* vnd ſo deß Augenſcheins halben.

30 Quandoque etiam pictor, maximè ſi de finibus lis ſit, unâ in rem præſentem adducendus, qui ſitum loci, & conditionem, ac circumſtantias omnes fideliter depingat.

Rutger. Rulant. *dict. lib.* 3. *cap.* 10.

31 Poſtquam in rem præſentem prædicti venerunt, officium deputatorum eſt, ab initio judicis mandatum partibus exponere, ac præcipere illis, ut omnia diſtinctè, breviter, ac dilucidè proponant & demonſtrent, cauſæ autem principalis diſputationem omittant.

Rulant. *dict. cap.* 12. *num.* 4.

32 Notarium quoque, ſive judicii Scribam, & pictorem ad diligentem deſcriptionem exactamq; & graphicam depictionem rei præſentis, & ocularis inſpectionis hortari debent.

Alexand. Stiatic. *practicar. obſervat. cap.* 14. *numer.* 14. *&* 15. Rutger. Rulant. *dict. capit.* 12. *num.* 5.

33 Si ipſæ partes litigantes, aut teſtes rixas & contentiones ocioſas moverint, deputati commiſſarii eis ſilentium injungere debent.

Rulant. *dict. lib.* 3. *cap* 11. *num.* 8. *cap.* 12. *num. ult.*

34 Ipſi cum primis deputati commiſſarii animum diligenter advertere jubentur ad ea, quæ in re præſenti demonſtrantur, & ad cauſæ merita ſpectare videntur, ut poſtmodum judici inſpecti loci, & rei ipſius per omnes circumſtantias neceſſarias conditionem exponere & referre queant.

Rulant. *d. c.* 12. *num.* 6. *& maximè cap.* 14. *num.* 3.

Si com-

Si commiſſarius, & Notarius ad ocularem inſpectionem deputati, non ſint pars, ſivè perſonæ judicii, exactiſſimam deſcriptionem inſpectionis ocularis, addita ichnographia, ſive delineatione pictoris tranſmittere judici committenti jubentur. 35

Rutger. Rulant. *dict. lib. 3. cap. ult.*

Denique ſumptus quod attinet ocularis inſpectionis nomine factos, utraque pars litigans eos ferre & expendere tenetur, ſi vel ambo litigatores ocularem inſpectionem petierint, vel judex ex officio eam decreverit. Sin litigatorum unus deſideraverit eam, tunc is ſolus exponere pecuniam in eos ſumptus tenetur, [a] etiam Jure Wirtembergico. [b] 36

[a] Per text. & Dd. quos citant, & ſequuntur Alex. Stiatic. *in obſervat. pract. cap. 14. nu. 1. & 2.* & Rutger. Rulant. *de commiſſionib. & commiſſariys, part. 1. libr. 3. cap. 13. nu. 2. & 3.* [b] Fürſtl. Würtemb. New Laudrecht *part. 1. tit. 51. §. ult.* Hoffgerichts Ordnung *part. 3. tit. 18. §. ult.* Quo utroq; loco additur, daß jedoch der außgelegte Unkoſten hernacher in den Gerichtskoſten/ ſo derſelbig erkennt/gerechnet werden ſolle.

Class. VI. Disput. XXVII.

DE CAVSAE CONCLVſione.

THESIS I.

POſteaquam litigatores Intentionem ſuam, puta, Actionem, Exceptionem, & omnis generis defenſionem, oretenus, vel in ſcriptis (quæ producta appellant) argumentis probârunt, nec quicquam ampliùs quod proferre velint, reſtet, concludere quoque in cauſa, & Judici eam cognoſcendam ſubmittere tenentur.

Novell. 115. cap. 2. Et auth. Iubemus Cod. de Iudicijs, Keyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part. 3. tit. 21. 22. & 23. Clement. ſæpè, §. ſententiam verò, ibi, Concluſion: non facta, tit. de verbor. ſignificat. cap. auditis, ibi, fuiſſet ſuper eiſdem proceſſibus hinc inde concluſum. Extra de procuratoribus cap. Paſtoralis, §. Conſultationi, ibi, antequam renunciatum ſit, aut concluſum in proprietatis Iudicio, & §. ſequent. ibi, renunciatum fuerit, vel concluſum, & §. ultim. ibi, poſtquam etiam concluſum fuerit, extr. de cauſa poſſeſſion. & proprietat. Clement. un. ibi, ante cauſæ concluſionem, dict. tit. de cauſa poſſeſſ. & propriet. cap. quoniam contra 11. §. ſtatuimus, ibi, concluſiones, Extr. tit. de probat. c. cum dilectus, §. 1. ibi, antequam ſit in cauſa concluſum, & cap. cùm Iohannes, §. penultim. ibi, poſtquam a partibus extitit in concluſum, extra de fide Inſtrument.* Fürſtlich Würtemberg. Landtrecht/ *part. 1. tit.* wie zu beſchlieſſen/ *ibi,* ſollen ſie zu Recht beſchlieſſen.

Eſt autem cauſæ concluſio ordinis Judiciarii pars ea, quâ hinc inde productis, quæ ad cauſæ informationem pertinent, utraque pars ipſam cauſam, judici cognoſcendam committit, & de ea ſententiam ut dicat, petit. 2.

Id quod plerunque hoc fieri modo ſolet: In Sachen N. contra N. ſage ich wider deß Gegentheils Handlung gemeine Einrede / vnd erhole mein vorige Handlung / ſetz die Sach zu Erkandtnuß mit (vnterthänigem/ *vel*, dienſtlichem/ *pro qualitate Iudicis*) bitten/ zuerkennen/ wie in der Klag (*vel ſi Reus ſit*, wie in der *Litis Conteſtation*) vnd ſonſten allenthalben gebetten worden/ daß das Ritterlich Ampt hierumb (vnterthänig/ hochfleiſſig/ *aut*, dienſtlich/ *pro conditione judicis*) anrüffend. Cammergerichts Ordnung/ *part. 3. tit. 23. §.* vnd ſollen hinfürter/ *in fin.* Quandoque etiam poſt verba, gebetten worden/ *addi ſolet & illud*, oder was ſonſten nach Ordnung der Rechten gebetten werden ſoll/ kan/ oder mag/. Termineus *in proceſſu Iuris cap. 49.* Tradunt quidem Dd. tres concludendi modos, quorum unus eſt, cùm ipſimet litigatores concludunt: Alter, cùm ipſum Ius partibus certum terminum præfigit, isque jam ſit elapſus, hoc caſu, legis diſpoſitione concluſionem intelligi factam, tradunt. Tertius cum Index partibus terminum ad probandum præfinivit, isque terminus jam effluxit, & Iudex in cauſa concluſum eſſe declarat, vel partes ad audiendam ſententiam citat. Menoch. poſt alios *libr. 1. de arbitr. Iud. quaſt. 35. nu. 4. 5. 6 & 7.* Sed de utroque poſteriori agimus infrà *theſi 6.* Quidam alii aliter definiunt concluſionem in cauſa, gloſſ. *in c. cum dilectus, 9. extr. de fide inſtrument.* Aſin. *in prax. Florent. §. 23. cap. 1.* Schwartzenthal. *in proceſſ. part. 1. tit. de concluſ. cauſæ, cap. 1.* Vultej. *lib. 2. Iurisprud. Rom. cap. 31. num. 44.* Qui definiunt, quod ſit probationum & diſputationum ulteriorum renunciatio, ex cauſa effectum ſignificant, *In c. Paſtoralis 5. extr. de cauſ. poſſ. & proprietat. & c. Quoniam 11. extr. de probat.* Renunciatio & concluſio ut diverſa diſtinguuntur. Qui in cauſa concludit, re ipſa probationibus ulterioribus renunciat.

3. Eſtque cauſæ concluſio duplex: pura, vel eventualis. Illa eſt cùm pars purè ſimpliciter concludit: Hæc verò, quando concludit conditionaliter, puta cum oblatione *Si quid facti*, daß er zubeweiſen/ wa von nöthen / ſich ferner wölle anerbotten haben / vel ſi novi nihil à parte adverſâ ulterius proferatur, wofern nichts news vom Gegentheil fürgebracht werden ſolle.

Commentar. *in ordinat. Cameræ part. 3. tit. 23.* ubi dicit, hoc modo facta concluſione, ſi Iudex putaverit adhuc aliquid probandum eſſe, reſcindi priùs concluſionem: alioqui in cauſa pronunciandum eſſe.

4. Et licet partes ſcriptis egerint, proindeque concluſio cauſæ in ſcriptis fiat, attamen viva quoque voce demùm concludere tenentur, müſſen auch mündlich beſchlieſſen.

Cammergerichts Ordnung/ *part. 3. tit. 22. & ſeq.* Fürſtl. Würtemb. Hofgerichts Ordnung/ *part. 3. tit. 19. §.* Alſo auch Chriſtoph Schwanman/ *lib. 1. proceſſus Camer. cap. 53.*

5. Eſt autem quæſtionis, ſit ne cauſæ concluſio de ſubſtantia proceſſus, ita ut ea omiſſa vitiet proceſſum & ſententiam? Communiter quidem negatur:[a] Nobis autem affirmativa placet.[b]

[a] Maranta *in ſpeculo ſuo aureo part. 6. Rubric. de concluſ. in cauſa numer. ultim.* Mynſing. *cent. 3. obſervat. 17.* Andreas Geylius *libr. 1. obſervat. practicar. obſervat. 107. num. 1.* Vant. *quoque de nullitat. ſentent. ex defect. proceſſ. num. 45 pag. 643. in fin. & pag. ſequent.* ſcribit, in foro ſecularium non eſſe concluſionem de ſubſtantia judicii, ſed tantùm in foro Eccleſiaſtico, & quidem in cauſis prophanis & plenariis. Muſcatell. *in praxi civil. part. 7. gloſſ. Scriptura, num. 8.* Vide etiam de hac controverſia Grævæ. *libr. 1. concluſ. practic. concluſ. 107. num. 1. & ſequentib.* [b] *Per text. adſcriptis theſi prima.* Et ſentiunt ita Menoch. *de arbitr. judic. quaſt. 35. num. 8. & ſequentib.* Gilk. *in Auth jubemus, numer. 6. & ſeqq. Cod. de judic.* Vultej. *libr. 2. Iurisprudent. Rom. cap. 31. num. 46.* In Camera quoq; Imperiali neceſſariam eſſe concluſionem in cauſa teſtatur Andr. Geil. *d. obſerv. 107. nu. 2. &* Mynſing. *d. obſerv. 17. num. 6* Ea & jure VVirtembergico deſideratur. New Landrecht/ *part. 1. tit. 50.* Hoffgerichts Ordnung/ *part. 3. tit. 8. in fin. tit. 19. in fin. & tit. 23. §. penult. pag. 85.*

Quòd

Quòd ſi pars una concludat, altera verò differat concluſionem, termi- 6
nus unius menſis ad concludendum ſcripto jure datur: quo elapſo, alius adhuc ei menſis indulgetur; eo quoque prælerito, ſi denuò moretur, nec proferat allegationes, & probationes ſuas, iterū datur ei menſis. Poſt trium illorum menſium ſpacium judex ſententiam dicit, perinde ac ſi pars utraq; in cauſa concluſerit.[a] Uſu tamen obſervatur, ut ſi nulla ex cauſa juſta concludere pars una differat, cauſa pro concluſa per interlocutoriam habeatur.[b]

[a] *Novella 115. c. 2. Auth. Iubemus C de judic.* Guid. Pap. *quæſt.* 587. Alexand. Stiaticus *in pract. obſerv. cap. 22. n. 27. 28. & 29.* [b] Comment. *in Ordinat. Cam. part. 3. tit. 23.* ubi oſtendit, ſi ab uno litigatore ſit concluſum, alter defenſiones, aut articulata gravamina, vel aliquid aliud exhibeat quod adverſarius, ut nihil ad cauſam faciens, admittere nolit, & ſic deſuper fiat concluſio, Iudex videat cauſam ſatis inſtructam, nec quicquam ad ipſum, quod denuo exhibetur & petitur, ad rem facere, ſed potiùs differendi cauſa adferri, adverſario non injungi concluſionem, ſed cauſam ex officio pro concluſa acceptari, ipſumq; negotium per ſententiam abſolvi, ſimiliter im Fürſtl. Würtemb. Newen Landrecht/ *part. 1. d. tit. 50.* wie im Rechten zubeſchlieſſen/ *talis extat diſpoſitio*, wo auch einiger Theil/ auſſerhalb gegründter und ohne rechtmeſſige Urſachen/ zu Recht nicht beſchlieſſen wolt/ ſollen unſere Gericht mit der andern Parthey oder ihrem Anwald, auſſergerichtlichen Ambt beſchlieſſen/ und alſo die Sach/ unangeſehen der Gegenparthey Einred/ für beſchloſſen annemen/ und halten.

Facta concluſione probationes novæ non admittuntur, & ne quidem In- 7
ſtrumenta produci ampliùs poſſunt;[a] niſi pars novas poſt concluſionem invenerit probationes, de quibus ſibi antea nihil omninò conſtiterit, idq; Juramento ſuo confirmaverit.[b]

[a] *c. Cùm dilectus, ubi* Mynſing. *extr. de fide inſtrum.* Iaſ. *ad l. Admonendi, num. 61. ff. de jurejur.* Andr. Gayl. *lib. 1. obſerv. 107. n. 4.* Grævæ *dict. conclus. 107 conſiderat. 3.* [b] *c. poſtulalis extr. de except.* Cammergerichts Ordnung/ *part. 3. tit. 23. §.* So aber etwas/ Fürſtl. Würtemb. alt Landrecht/ *part. 1. tit.* Ob den Partheyen nach Beſchluß der Sachen/ ichzit weiters einzubringen zugelaſſen/ *pag.* 114. New Landrecht/ *d. tit. 50 §.* und ſollen unſere Gericht. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. 35. num. 13. &* Mynſ. *cent. 2. obſ. 53. in fin.* Noe Meurer in Cammergerichts *proceſſ. part. 7. num. 30.* Chriſtoph. Schwanman. *lib. 1. proceſſ. Camer. c. 53 n. 10. & ſeq.*

Sed antequam litigator hoc caſu, ad novam probationem admittatur in 8
integrum videtur reſtituendus.

Per text. in c. auditis, §. licet extr. de in integ. reſtit vide Iaſ. *ad l. Admonendi, num. 58. ff. de jurejur.* Mynſ. *ad c. Cùm dilectus, num. 7. ext. de fide inſtr. & cent. 6. obſ. 56. n. 9.* Sed nunquam vidimus reſtitutionem illam ſpecialiter factam fuiſſe, & ipſa interlocutoriâ, qua ad novam probationem pars admittitur, tacitè reſtitui cenſetur.

Si quoque pars cum clauſula oblationis, *Si quid facti.* concluſerit, vigore 9
hujus clauſulæ reſcinditur ſæpè concluſio, & ulterior petita probatio injungitur, ſi videat judex ſufficienter probatum non eſſe.

Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 107. n. 9.*

In cauſa quoq; criminali poteſt reus etiam poſt concluſionem novas de- 10
fenſiones proponere,[a] ut & in cauſa matrimoniali novæ probationes pro conſervando matrimonio poſt concluſionem produci poſſunt.[b]

[a] *l. 1. §. ſi quis ultrò 27 & l. unius 18. §. cogniturum 9. ff. de quæſt.* Andr. Gayl *d. obſ. 107. nu. 11.* Mynſ. *cent. 6. obſer. 56. n. 8. & ad c. Cùm dilectus, num. 6.* Sichard. *ad d. auth. Iubemus, num. 10. C. de jud.* Menoch. *lib. 1. de arbit. jud. quæſt. 35. num. 12.* [b] *per text. in c. Lator ubi gl. in verbo permanere,*

nere, c. Tenor, & c. conſanguinei, extr. de ſent. & re jud. Andr. Gayl. *de obſerv. 107. num. 12.*

11 Teſtes item ſpectatæ fidei, & pietate inſignes, etiam poſt concluſionem produci poſſe, & admitti eorum teſtimonia debere Sichardus veriſimiliter oſtendit.

Ad auth. Iubemus, n. 11. & ſeqq. C. de judiciis.

12 Quid ſi concluſio fiat, cum hac reſervatoria clauſula: *ſalva productione Scripturarum*, nunquid admitti debet iſthæc concluſio? Quidam affirmant: [a] Sed ut in Camera non reciperetur, [b] ita nec ullo alio in judicio eam admittendam eſſe remur. [c]

[a] Afflict. *ad tit. 23. de content. inter dom. & vaſall. de inveſt. feud.* [b] Andr. Gayl. *lib. 1. obſ. 107. num. 15.* [c] Tùm per generalem regulam, quod Inſtrumenta uſque ad concluſionem cauſæ recipiuntur, poſtea non æquè: Tùm quia hac cum clauſula qui concludit apertè ſignificat, ſibi adhuc quædam eſſe inſtrumenta alia, cùm tamen poſt concluſionem illa tantùm produci documenta poſſint, quæ extare planè ignorabat litigator: Tùm etiam qui hoc modo concludit, non tam concludere, quàm illudere Iudicem, & adverſarium videtur.

13 Concluſione facta ſi videat Judex cauſam adhuc deſiderare pleniorem probationem, reſcindere poteſt ex officio concluſionem, & ulteriorem probationem injungere.

Per text. in c. Cùm Iohan. §. Adhoc autem, verſ. Verum reſponſionem in fin. extr. de fide inſtr. & c. paſtoral. §. ſi verò extr. de cauſ. poſſeſſ. & propr Andr. Gayl. *lib. 1. obſ. 107. n. 5.* Mynſing. *ad c. cùm dil. ctus, n. 5. & cent. 6. obſer. 56. n. 7.* Menoch. *libr. 1. de arbit. jud. quæſt. 35. num. 10.* Fürſtl. Würtemb. New Landrecht/ *d. tit. 50. §. ult. Et ſolet Iudex hoc ferè modo interloqui.* In Sachen N. gegen vnnd wider N. iſt der Beſchluß/ *ex officio* reſcindirt vnd erkend / was jeder Theil zu Fürſtand ſeines Rechtens vnd Erläuterung der Sach/ ſonderlich aber deß N. halben ferner beweiſen wölle daß ſolches auff vnderſchiedlich Articul/ vnd Fragſtuck gehört werden/ alßdann ferner ergehen ſolle was recht. Interdum etiam tacitè reſcindit judex concluſionem, ut quando ſimpliciter partem ad ulteriorem productionem admittit, Aufrer. *in addit. ad cap. Tholoſ. quæſt. 14. num. 2.* Menoch. *lib. 2. præſumpt. 63. n. 4.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1279.* Græværa. *d. concluſ. 107. in Coronid.*

14 Similiter poſt cauſæ concluſionem allegationes, & informationes juris, puta conſilia Dd. exhiberi judici poſſunt, etiam parte adverſa ignorante.

Sichard. *auth. Iubemus, n. 2. in fin. & nu. 3. & 5. C. de jud.* Mynſ. *ad d. c. Cùm dilectus, num. 12. Extr. de fid. inſtr. & cent. 6. obſ. 56. n. 15. & ſeq.* Menoch. *lib. 1. de arbit. jud. quæſt. 35. n. 21.* Andr. Gayl. *lib. 1. obſ. 107. n. 13.* Græværa. *dict. concl. 107. conſiderat. 2.*

15 Quòd ſi tamen in exhibito ab una parte conſilio, proponatur factum in actis non deductum, judex eo nihil moveri, ſed illud prorſus negligere debet.

Iudicare enim tenetur Iudex ſecundum acta & probata, *l. Illicitas 6. §. Veritas de offic. præſid.* Quod autem non præſente parte utraque productum dicitur, actorum pars non eſt, *l. acta 45. in pr. junct. l. De unoquoque, ff. de re jud. & c. Quoniam contra, extra de probat. l. Iudices 18. ibi,* depoſitionibus ſub utriuſque partis præſentia factis, *C. de fid. inſtr. can. charta 3. quæſt. 9,* ubi Pelagius Papa. Chartæ, ait, quas dedit nobis Lucidius, ſi illo tempore adverſarius ipſius illic præſens fuiſſet validæ erant: Sed quia adverſario abſente geſta quæ nobis recenſuit, facta leguntur, talia leges non recipiunt.

16 Judex quoque ſi poſt concluſionem inſtrumentum ab una parte productum parte adverſa præſente, nec obloquente, recipiat, tacita interlocutione concluſionem revocaſſe, intelligitur,

Menoch. poſt alios *lib. 1. de arbitr. jud. quæſt. 35. n. 14. & ſeq.* Mynſing. *ad d. cap. cùm dilectus, n. 8. extra, de fide inſtr. & cent. 6. obſer. 56. num. 10.*

Quæritur autem de Juramento ſuppletorio, utrùm ad illud etiam poſt cauſæ concluſionem pars ſe offerre poſſit necne? Communiter Dd. negant, [a] & quidem noſtro animo rectè. [b] 17

[a] Andr. Gayl. *lib. 1. obſer. 108. num. 1. & 2.* In ipſa tamen cauſæ concluſione pars ſibi deferri jusjurandum hoc petere poteſt, ut ſignificat Termineus *in proceſſu Iuris c. 49.* [b] Eſt enim jusjurandum quod Litigatores in judicio præſtant quædam probationis ſpecies, & quaſi teſtimonium proprium. *l. Non erit 5. §. de dato, ff. de jurejur. & l. ult. ibi, cùm ipſe ſibi Iudex & teſtis inveniatur, C. de fideicom.* Facta autem concluſione probationes ampliùs non admittuntur. Sed vide Fachinæ. *lib. 1. controverſ. cap. 17. &* Grævæ. *concluſ. 108. lib. 1.*

Sed nunquid Judex poſt concluſionem ex officio hoc Jusjurandum deferre parti poteſt? Nihil quin poſſit dubitamus. 18

Per text. in c. ult. §. ult. extra de jurejur. can. Iudicantem 30. q. 5. c. cùm cauſam, extra. de teſtibus & l. Iudices 9. C. de judic. Andr. Gayl. *d. obſervat. 108. num. 3. 4. & ſeq. &* Fachinæ. *lib. 1. controverſ. jur. 17. verſ. Quod attinet ad alteram.* Grævæ. *dict. concluſ. 108. n. 6.*

Clas. VI. Disputat. XXVIII.

De officio Judicis in examinanda litigantium cauſa.

Thesis I.

Quando partes litigantes ſuum præſtiterunt munus agendo, officiũ judicis implorando, excipiendo, litem conteſtando, propoſitum factum probando, & jura allegando, [a] replicando, [b] duplicando, triplicando [d] concludendo, [e] ſuccedunt judicis partes. [f].

[a] Ioan. Baptiſt. Aſin. *in praxi judic. §. 24. c. 2* [b] *Tit. Inſt. de replicationib. in prin. l. 2. §. 1. ff. de except.* [c] *§. Rurſus interdum. Inſtit. de replicat. & d. l. 2. §. pen. ff. de except.* [d] *§. Et rurſus. Inſtit. de replicat.* [e] De concluſione cauſæ agit *diſputatio præcedens.* [f] Vide theſin 8. *diſputationis 2. ſub hac claſſe 6.*

Partes autem judicis conſiſtunt partim in examinanda, & diligenter ponderanda litigantium cauſa: partim etiam in ferenda ſententia, eaque exequenda. 2

Non enim ſubitò [a] ſententiam dare debet judex, ſed cuncta prius accuratè rimari, & expendere jubetur ſedulò. [b] 3

[a] Iuſtitiæ enim noverca eſt præcipitatio: feſtinatio judiciorum labes: Ad pœnitendum properat, citò qui judicat. Confer Alexand. Stiatic. *practicar. obſerv. cap. 22. num. 91. & ſeq.* [b] *can. judicantem, 30. q. 5. & c. cum Iohannes. 10. ibi. judex, qui uſque ad probationem ſententiæ debet univerſa rimari. extr. de fide inſtrument. l. 2. C. de ſentent. ex pericul. recitand.* Alexand. Stiatic. *pract. obſerv. c. 22. n. 58. & ſeq.*

Quem

4 Quem autem ordinem in examinandis actis judicialibus ſervare debeat judex, ſupra expoſitum eſt. [a]

Diſputat.3.de aſſeſſoribus th.29.& aliquot ſequentibus. Videndus quoque Alexand. Stiatic. *pract.obſerv.c.22.num.37.& ſeqq.*

5 In primis verò poſt ritè conſtitutum judicium, ratione judicis, & partium litigantium, animum advertere debet judex ad proceſſum, & diſpicere, num ille ordinarius & legitimus ſit, necne.

l.1.C.de execut.rei jud.

6 Si enim ſolitus & neceſſarius judicii & proceſſus ordo ſubſtantialis omiſſus ſit, aut præpoſterè ſervatus, ut ipſe proceſſus efficitur nullus, ſic & ſententia ex eo data nulla eſt.

l.prolatam 4.C.de ſentent.interlocut.omnium judic.d.l.1.C.de execut.rei jud.c.ad petitionem, §.ultim.extr.de accuſat.& c.Veritatis, extr.de dolo & contumac. Sebaſt. Vant. *de nullitate ex defectu proceſſ.num.1.*

7 Non ſolum autem ordinarius, ſed & delegatus judex ad ordinem judiciarium aſtrictus eſt.

Bald. *in l.2.col.9.Verſ. Quadam ſunt exceptiones,C.ſi contrarius.vel utilit.public.* Dec. *conſil.* 483. *pro reſolutione litis, in prin.lib.4.*

8 Neque refert, petitorium, vel poſſeſſorium ſit judicium.

Bart. *in l. naturaliter 12.§. nihil commune,ff.de adquirend.vel amitt. poſſeſſ. quem refert, & ſequitur* Abb. *in conſultationib.colum.2.Verſ. Ideo extra gloſſam,extr.de offic.& poteſt.ei.jud. deleg.& ibidem* Fel.n.*colum.ult. in fin.* Abb. *in c.Bonæ memoriæ, num.17. extr.de appellat.* Vant. *d.tit.de nullitat.proceſſ.ex defectu proceſſ.num.5.*

9 De proceſſus autem ordine ſubſtantiali, cauſæ cognitionem antecedente, ſunt citatio partis abſentis, [a] libelli oblatio, [b] litis contestatio, [c] juriſjurandi de calumnia exacti præſtatio, [d] cauſæ concluſio. [e]

[a] *per textus citatos ſupra ad theſ.4.diſput.13.ſub hac claſſe 6.* [b] *per text.ad theſ.5.diſputat.14.* [c] *Vide diſputat:20.theſ.43.* Sed vide Andr. Geil. *lib.1.obſervat.75.num.5.& ult.* Mynſing. *cent.1.obſervat.27.& cent.4.obſerv.62.* [d] *Vide ſupra diſp.18. theſ.12.* [e] vide diſputationem præcedentem. *De his, quæ ſunt de ſubſtantia ordinis judiciarii* vide Sebaſt. Vant. *de nullit.ſentent. ex defect.proceſſ.n.15.& ſeqq.*

10 Quod ſi ordo ille ſubſtantialis ſit inverſus, & præpoſterè proceſſum ſit, nulla efficitur ſententia.

Sebaſt. Vant. *d.tit.num.*13:14:15.

11 Atque ordo ille nec litigantium pactis mutari poteſt.

l.nec ex prætorio ff.de regul.jur. Daniel Mollerus *lib.5. Semeſtr.different c.1.n 1.*

12 Proceſſu legitimo obſervato, judex ipſam principalem cauſam ſtudioſè expendere jubetur, & cum primis factum, de quo lis eſt, probè conſiderare debet.

Ex facto enim jus oritur, *l.ſi ex plagis 52.§. in clivo,2. ff.ad leg. Aquil.* Proindeq; facti ſpecies diligenter, & accuratè inſpicienda, & conſideranda, *l. ut reſponſum,15. C.de tranſactionib. & l. Divus 24.ff.de teſtament.milit.*

13 Ipſo facto ex præſtita probatione [a] exploratè cognito, judex circa illud legum, conſtitutionum, & morum receptorum autoritatem conſiderabit; ſecundum quam de ipſo facto judicare tenetur. [b]

[a] Factum non præſumitur, ſed probandum eſt. Et debet judex facti probationem audire, & ſimul ſecundum eam judicare, *l.6.§.Veritas.ff.de officio præſid.* [b] *§. 1. Inſtit. de offic. judic. & Novell.*

Novell. 115. c. 2. in fin. ibi, cognitor cauſæ modis omnibus proferat ſententiam legibus conſonantem. Iac. Thoming. *deciſ. 16. n. 17. ubi vide.*

Et licet non ubique exempla, & res judicatas ſolum judex ſequi debeat, [a] attamen rerum judicatarum autoritatem haud negligendam, ſed quandoque præter alia argumenta eam ſpectandam exiſtimabit. [b] 14

[a] *l. Nemo 13. C. de ſent. & interloc. omnium jud. l. quod non ratione 39. ff. de legib.* Ex modica enim facti mutatione totum jus mutatur, Speculat. *tit. de advocato, §. Nunc tractemus, verſ. & facti ignorantia.* Alexand. Stiatic. *pract. obſ. cap. 22. n. 62.* [b] *l. Nam Imperator 38. d. de legib. l. An in totum 3. C. de ædificiis privatis.*

Et tunc maximè præjudicia ſequi poteſt judex, ſi in terminis prorſus comparibus ſit judicatum, concurrentibus iiſdem qualitatibus & circumſtantiis. 15

d. l. an in totum 3. ibi, quod in eodem controverſiarum genere fuit ſemper obſervatum, C. de ædificiis privat. & d. l. nam Imperator 38. ibi, perpetuò ſimiliter judicatarum, ff. de leg b. Petr. de Anchara. *conſil 339 n. 8.* Cravet. *conſil. 855. n. 6. lib. 5. & conſilio pro genero, n 487.* Lancell. Galliæ *conſil. 121. num. 65.* Menoch. *conſ. 390. n. 37. lib. 4.* Raud. *reſp. 47. n. 57* Ioan. Vincent. Honded. *conſ. 31. n. 48. vol. 2.*

Confert, quod ſententia jus facit tantùm, quò ad ſimiles caſus. 16

l. ultim. ubi Dd. C. de legib. Dec. *conſil. 383. num. 8.* Petr. Surdus *deciſ. 88. n. 12. artic. 50.*

In primis verò ſpectare, & ſequi debet judex præjudicia Cameræ Imperialis, aliorumq́; tribunalium ſuperiorum ſententias. 17

Camill. Plaut. *in l. 1. verſ. ſi ratam. nu. 98.* Mandoſ. *de inhibitionib. quæſt. 72. num. 21. & ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 1. n. 27. & lib. 5. præſumpt. 34. n. 10.* Vultej. *tract. de feud. lib. 2. c. 3. num. 9. in fin.* Andr. Knichen *tract. de veſtiturarum pactionib. cap. 3 n. 304.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 1. n. 27. & lib. 5. præſumpt. 34. num. 40.*

Quod ſi lex ſcripta æquitati contraria inveniatur, eaq́; ſtricti juris ſit, cedere æquitati debet. 18

l. placuit 8. C. de judic. vide Connan. *lib. 1. comment. cap. 11. n. 8. & ſeqq.* Tyraquell. *de retract. lignag. §. 37. gl. 1.* Duaren. *lib. 2. diſp. anniverſar. cap. 18. &* Donell. *lib. 1. comment. cap. 13. ubi vide.*

Non eſt hoc loco omittenda hæc cottidiana quæſtio. [a] Poſſitne judex ſecundum ſuam conſcientiam judicare, an verò, contra propriam rei geſtæ notitiam, ſecundum acta & probata pronunciare teneatur? Poſterius hoc veritati propius cum pleriſque aliis exiſtimo. [b] 19

[a] De qua prolixè Tiber. Decianus, *tr. criminal. lib. 2. c. 14.* Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 949. &* Franciſc. Vivius *deciſ. 178.* Didac. Covar. *lib. 1. variar. reſolut. c. 1.* Hotoman. *lib. quæſt. illuſtr. quæſt. 27.* [b] *per text. in Clement. ſæpe, §. verum, & §. ſententiam, extr. de verb. ſig. c. Paſtoralis, §. quia verò, extr. de offic. & poteſt. judic. deleg. l. illicitas. §. veritas, ff. de offic. præſid.* Cujac. *lib. 12. obſerv. c. 19.* Everhard. Bronchorſt. *cent. 1. ενανтιοφ. aſſert. 14.* Nebelstrd. *deciſ. 1.*

Rectius tamen fecerit judex, qui rei geſtæ notitiam habet privatam, ſi judicis partes depoſuerit, & potius teſtem egerit. 20

Cujac. *ad c. Dilecto, 40. extr. de teſtib.* Bodin. *de repub. lib. 6. pag. 1185.*

Quod ſi difficilis & dubia videtur judici cauſa, prudenter agit, [a] ſi peritiorum, maximè Juriſconſultorum de ea petat conſilium. Id quod hodie haud rarò fieri ſcimus. [b] 21

[a] In arbitrio judicis poſitum, velit, necne peritiores de cauſa dubia conſulere, *per text. in c. ſtatutum, §. Adſeſſorem, tit. de reſcript. in 6.* Sebaſtian. Vant. *tit. de nullitat. ex defectu juriſdict. ordin. n. 146. & ſeqq.* Dubitant tamen nonnulli, an jure hoc fieri poſſit, vide Ioan. Baptiſt. Aſin. *in judiciorum praxi, §. 25. cap. 1.* [b] Quin etiam ſtatutis quibuſdam cavetur, ut judices de cauſa controverſa peritiores conſulant, uti arguunt, quæ latè diſſerit, & tractat Aſinius *in dict. §. 25. c. 1. & aliquot ſeqq.* Sic ſtatuto Wirtembergico, In ernewertem Landrechten / *part. 1. tit. 53. pag. 159. hac de re ita cautum & diſpoſitum legimus:* wa aber der Handel ſo wichtig / oder zweiffelich / daß ſich Unſere Gericht der Urthel nicht entſchlieſſen köndten / mögen ſie bey andern Gerichten (doch nicht bey den jenigen / dahin ſolche Sach durch die Appellation hernach gelangen möchte) oder auch bey den Rechtsgelehrten / Raht ſuchen.

22 Et conſulit judex peritiores vel ad inſtantiam & petitionem partis unius, aut utriuſque, [a] vel ſuo proprio motu. [b]

[a] Aſin. *d. §. 25. c. 7. c. 10. §. Primus caſus eſt, n. 1. & §. Tertius caſus eſt, num. 1.* Sebaſt. Vant. *de nullit. ſent. ex defect. juriſd. ord. n. 146. §. ſi verò conſilium, & §. ſeq.* [b] Aſin. *dict. §. 25. c. 10. §. Primus caſus, num. 3.* F. W. new Landrecht / *d. tit. 53.*

23 Quando autem peritiores conſuluit judex, ipſorum conſilium diligenter legere, & accuratè expendere jubetur, ac diſpicere an expediat ſibi, illud ſequi, necne: [a] Quippe cum in ſyndicatu teneatur, ſi conſilium intelligat iniquum, ac nihilominus id judicando ſequatur. [b]

[a] *c. cum olim, extr. de arbitr. l. 2. in fin. ff. mandati,* gl. & Dd. *in c. nullus ex conſilio, tit. de reg. jur. in 6.* Fürſtlich Württembergiſch New Landrecht / *dict. tit. 33.* [b] *Ita volunt, quos refert & ſequitur* Vant. *dict. rubric. de nullit. ſentent. ex defect. juriſd. ord. n. 152. §. judex namque conſilium.* Aſin. *dict. §. 25. c. 10. in princ. & §. Primus caſus, & ſeqq.*

Clas. VI. Diſputat. XXIX.

De officio judicis in concipienda ſententia, quò ad rem, de qua lis eſt. Ubi maximè de eo, quod intereſt.

Theſis I.

Curare & illud debet judex, ut ſententiam concipiat libello conformem. Alioquin ſi aliud in libello petitum ſit, aliud judicatum, ſententia ipſo jure nulla eſt.

l. Ut fundus 18. ff. com. divid. Andr. Gayl. *lib. 1. obſerv. 66. n. 1. Mynſing. cent. 4. obſerv. 81.* Fürſtlich Württembergiſch new Landrecht / *part. 1. tit. 56. §.* oder ſo die Urthell. Raudenſ. *deciſ. 11. num. 22.* Umm. *diſp. 19. num. 17. ad proceſs.*

2 Diſpiciet & illud judex, ut omninò, quantum poſſibile ei ſit, certæ pecuniæ vel rei ſententiam ferat, etiamſi de incerta quantitate apud eum

actum

actum fuerit. [a] Alias verò ſententia ſine certa quantitate prolata ipſo jure nulla eſt. [b]

[a] *§. Curare autem. Inſt. de act.* [b] *l. pen. & ult. C. de ſentent. quæ ſine cert. quant. Mynſing. cent. 4. obſerv. 100.*

Eſt autem quantitatis vel rei certæ condemnatio, non ſolùm ſi nominatim exprimatur, ſed & ſi intelligatur, & repeti poſſit ex libello conventionis vel inſtrumento obligationis vel parte aliqua actorum. 3

l. 3. C. de ſentent. quæ ſine certa quant. l. ait prætor. 5. §. ultim. & l. in ſentent. 59. §. 1. ff. de re judic.

De incerta quantitate agitur, cum agitur in id, quod intereſt, cujus incerta eſt quantitas, proindeq; ejus probatio difficilis dicitur. 4

§. Non ſolùm res, ubi Dd. *Inſt. de verb. obligat. l. ultim. ff. de ſtipulat. prætor. & l. Quatenus cujusque. 24. ubi Interpp. ff. de regul. juris, & l. 3. ff. de interrog. in jur. fac.*

Id quod intereſt, una voce *intereſſe* appellant: quæ dictio, licet non ſit nomen aliquod ſubſtantivum, quamvis id velint nonnulli ex Interpp. noſtris, [a] attamen pro nomine ſubſtantivo uſurpari poteſt, cùm à Grammatica ratione haud alienæ ſint hæ loquendi formulæ, cùm dicimus, hoc intereſſe, illud intereſſe, meum intereſſe, tuum intereſſe. [b] 5

[a] Alciatus *tract. de eo quod intereſt c. 4. n. 12.* Tyraq. *de utroque retractu in præf. ut. nu. 34. addunt l. debitor. 82. in pr. ff. de leg. 2. & l. quòd ſæpè 35. § penult. ff. de contrah. empt. & vend.* Cùm tamen priori loco, non intereſſe, ſed interuſurium legatur, & loco poſteriori ſcriptum ſit intereſt, non intereſſe, ut varii Codices abundè arguunt, Ioh. de Larbec. *tract. de mor. c. 16.* [b] Dicimus n. latinè, tuū ſcire, noſtrum vivere, ſuum velle: Scire tuū nihil eſt, niſi te ſcire, ſciet hoc alter. Tu (ait Perſ.) cum ad canitiem & noſtrum illud vivere triſte aſpexi: Idem velle, ait, ſuum cuiq; eſt, nec voto vivitur uno: Sic dicimus triſte vale, bonum manè, bonum ſerò, ſic Græci dicunt, τὸ ἄλφα πρῶτον ἐστὶ στοιχείων Alpha eſt primum elementorum.

Eſt autem id quod intereſt, utilitas, circa rem de qua agitur, conſiſtens, habere quam potuimus, ſed facto vel ceſſatione adverſarii nobis abeſt. [a] Idem etiam pœna alicubi dicitur. [b] 6

[a] Nobis hoc modo id quod intereſt, definiendum videtur: alii aliter definiunt, vide Cujac. *in paratit. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, profert.* Gœdd. *ad l. Cùm Prætor. 81 num. 4. ff. de verb. ſign. & alios alibi.* [b] *in l. ultim. junct. l. centum 8. ff. de eo quod cert. loc. & l. un. ibi, pœnas exigi. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, profer.*

Generis loco dicimus, utilitas. Nam id quod intereſt, in jure noſtro ſimpliciter utilitas haud rarò dicitur. 7

l. ex empto 11. §. ult. ver. ibidem, ait, ibi utilitatem non deberi, ff. de act. empt. & vend. l. quoties 81. §. ult. ibi, utilitatem in ea re, ff. de V. O. l. Iulian. 9. §. ult. ff. ad exhib. & l. proinde 22. in pr. ff. ad l. Aquil.

Non omnis autem utilitas eo quod intereſt continetur, ſed utilitas, quæ circa rem, qua de agitur, conſiſtit: qualis utilitas eſt, quam non aliundè, quàm ex re ipſa, vel propter eam rem habere potuiſſemus. 8

l. Si ſterilis 21. §. cùm per venditorem 3. ff. de act. empt. & l. 2. ff. Rem. rat. hab. & ſec. l. ultim. ff. de peric. & commod. rei vend. Donell. *lib. 26. comment. cap. 23.* Diſſent. Alciat. *ad l. un. C. de ſentent. quæ pro eo quod & c. cap. 9. num. 17.* Et obſtare videtur. *l. 3. ff. de in litem jurando, & l. 2. §. fin. ff. de eo quod certo loco, & l. Iulian. 14. in pr. ff. de act. empti.*

9 Unde ſi moram fecerit venditor in vino tradendo, tanti damnabitur, quanti vinum hodie pluris eſt, non quantum ex vino emptor nundinari potuit.

dict. l. ſi ſterilis 21. *§. cùm per venditorem, ff. de act. empt.* Cujac. *lib.* 9. *obſervat. c.* 31.

10 Et ſi moram fecerit venditor in tradendo tritico, tanti condemnabitur emptori, quanti hodie pluris eſt triticum, non etiam in pretium ſervorum fame necatorum, licet ſervi laboraverint fame, quod venditor non tradidit triticum.

d. l. ſi ſterilis 21. *§. cùm per venditorem ff. de act. empt. & vendit.*

11 Verbis, *habere quam potuimus*, diſtinguitur id quod intereſt ab uſuris: Uſuræ enim in bonæ fidei negotiis, propter ſolam moram non ſolventium infliguntur, non præſtantur ideò, quod haberi adquiriq; potuerint, cùm fieri potuerit, ut quis pecuniam ſibi debitam acceperit, uſuras tamen nullas habeat, ſive quod eam pecuniam ſtatim expendere coactus ſit, ſive quod non habuerit, apud quem tutò collocaret, ſive quod etiam collocare non expedierit.

l. Cùm quidam. 17. *§. ſi pupillo in fine. ff. de uſuris, juncta l. ſocium.* 60. *in princ. ff. pro ſocio.*

12 Eſtq; intereſſe ea utilitas, quæ facto vel ceſſatione adverſarii nobis abeſt:[a] ut quod rem venditam non tradidit nobis,[b] aut quod rei poſſeſſionem nobis quietam non reliquit,[c] aut non præſtitit, quòd nobis ſtipulantibus promiſit,[d] vel quod nobis in re noſtra damnum dedit.[e]

[a] *l. Si commiſſa* 13. *Rem rat. hab.* [b] *l.* 1. *in princ. ff. de act. empti, & vendit.* [c] *l.* 3. *§. ultim. uti poſſ.* [d] *dict. l. ſi fideicommiſſa* 13. *ff. dict. tit.* [e] *l. ſi ſervum.* 32. *in fin. pr. ad legem Aquiliam.*

13 Dividunt autem Dd. intereſſe in ſingulare, commune, & conventum: ſingulare vocãt, quod ſingulari, id eſt, privata cujuſque affectione æſtimatur. Commune appellant, quod communiter, id eſt, communi hominum judicio æſtimatur. Conventum dicunt pecuniariam pœnam, quæ in obligatione faciendi, ſi factum non ſit, quod fieri debuit, promiſſum eſt.

De hac diviſione Schneid. *ad §. ult. Inſt. de V. O.* & Caſpar. Caball. *tr. de eo quod inter. n.* 14. *& ſeq. qui rejicit eam, n.* 18.

14 Sed hanc diſtributionem, ut ineptam planè rejicimus: Nihil enim æſtimatur ex cujuſq; ſingulari affectione.[a] Et ſi intereſſe commune dicendum eſt, ex communi hominum æſtimatione, ſane omne intereſſe eſt commune.[b] Quin etiam aliud eſt intereſſe, aliud æſtimatio ipſius intereſſe.[c] Intereſſe eſt cujuſq; rei privatæ, non communis.[d] Pœna quoq; illa petitur etiam tunc, cùm nihil intereſt, & petitur non quia noſtra intereſt, ſed quia eſt promiſſa, remota omni quæſtione, an interſit.[e] Denique intereſſe omne eſt incertum, at pœna illa promiſſa certa eſt.[f]

[a] *l. ſi ſervum.* 23. *in princ. ff. ad leg. Aquil. & l. pretia.* 63. *in princip. ff. ad l. Falcid.* [b] unaquæque enim res æſtimari communiter debet, id eſt, ut homines communiter æſtimant, & quanti omnibus valet. dictis jam locis. [c] Id enim quòd intereſt æſtimari dicitur, quanti eſt, *l. ait lex* 21. *§. ultim ff. ad leg. Aquil.* [d] Quiſquis enim petit quod intereſt, is quod ſuum privatim intereſt, petit, quod ſibi abeſt, non quod alii, *l.* 1. *in pr. ff. de act. empt. & vend. l.* 3. *in fin. ff. uti poſſid. l. quatenus, ff. de reg. jur. & d. l. ſi commiſſa.* [e] *l. ſtipulatio iſta.* 3. *alteri. ff. de V. O.* [f] *§. non ſolùm* 21. *Inſt. d. tit.* Donell. *lib.* 26. *comment. c.* 18.

Com

Commenti ſunt Dd. & aliam intereſſe diviſionem, qua ſpargunt illud in 15
intrinſecum & extrinſecum. Intrinſecum definiunt illud, quod eſt ipſa res ſeu æſtimatio: Item quod eſt immediatè ex ipſa re, ut fructus partus, & ſimilia. Extrinſecum vocant intereſſe, quod occaſione rei venit, non ex ipſa re, ut hereditas ſervo delata.

Bart. *d. l. un. nu. 13. in fin. & num. 14. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. profer.* & plures alii Dd. ibid.

Sed neque hanc partitionem ferendam eſſe planè judicamus: Præterquam enim quod voces illæ omninò barbaræ ſunt, [a] etiam intrinſecum quod vocant intereſſe, puta principalis rei æſtimatio, toto genere ab eo quod intereſt, differt. [b] 16

[a] Alciat. *tr. de eo quod intereſt. c. 7.* [b] *l. hæc verba. 193. ff. de V. S.* Caſpar. Caball. *tract. de eo quod inter. num. 11. & 13.*

Non tamen unius, quod Donell. voluit, [a] ſed duplicis eſt generis id, quod intereſt: Unum complectitur utilitatem damni accepti, ut quæ actori per deminutionem patrimonii abeſt: Alterum continet lucrum ceſſans, quod conſequi potuit actor juſtè vel ex re ſua, vel ex liberalitate aliena. [b] Intereſt enim noſtra, ut de noſtro nihil nobis decedat: Intereſt item noſtra, ut conſequamur aliquid ex re noſtra aut liberalitate aliena. 17

[a] *lib. 26. com. cap. 18.* [b] *l. un. verſ. pen. ibi, Et hoc non ſolùm in damno, ſed etiam in lucro. Cod. de ſentent. quæ pro eo quod & c. l. apud Iulianum. 11. in princip. ibi, ſed etſi quod aliud ſua intereſſe dicer, non cogitur adire, niſi ei damnum vel lucrum fideicommiſſario ſarciatur. ff. ad SC. Trebel. l. quicquid. 7. Cod. arbitr. tutelæ d. l. ſi ſterilis 21. §. cùm per venditorem ff. de act. empt. & vend. l. ſi commiſſa. 13. ff. rem rat. hab. l. ſi fundus. 31. verſ. Nam & ſi colonus. ff. locati.* Atq; hinc quidam definiunt intereſſe; damnum emergens, vel lucrum ceſſans, vide Gœdd. *ad l. eum Prætor. 81. num. 4. de verb. ſign.* Schneid. *ad §. ultim. num. 16. Inſtit. de verb. oblig.* Similiter Cujac. ad hanc diſtinctionem reſpicere videtur, quando in parat. *Cod. de ſentent. quæ pro eo, &c.* id quod intereſt definit utilitatem, quam ex re ipſa, qua de agitur, haberemus, vel aſſequi potuiſſemus, ſi damnum non dediſſet, lucrumve nobis adverſarius non intercepiſſet. Hanc diſtributionem adprobat quoque Caſpar. Caball. *tr. de eo, quod intereſt, n. 12.* Sed quod ad genus attinet poſterius, obſtare videtur. *l. Proculus 16. ff. de dam. infect. l. ſi is cui 72. §. ult. de furtis, & d. l. ſi ſterilis. 21. §. cùm per venditorem. ff. de act. empt. & vendit.*

Prioris generis intereſſe continet actio l. Aquiliæ de animali occiſo, quod actor ſub pœna tradendum promiſit. Cum enim actor hic aliquod damnum patiatur, ſiquidem ex ſuo patrimonio promiſſam pœnam ſtipulatori præſtare teneatur, proindeque ipſius interſit, non fuiſſe occiſum animal, intereſſe hoc petere etiam poteſt. 18

l. ait lex. 21. §. ult. junct. l. ſeq. in pr. ff. ad l. Aquil.

Eſt item hujus generis intereſſe, quod in eandem venit actionem eo caſu, quo quis ex comœdis, aut ſymphoniacis, aut gemellis, aut quadrigæ, pari mularum unum vel unam occiderit, non ſolùm enim perempti corporis æſtimatio facienda eſt, ſed & ejus haberi ratio debet, quo cætera corpora depreciata ſunt. 19

d. l. proinde 22. §. 1. ff. ad l. Aquil.

Adhoc quoque genus pertinet id quod intereſt, quod interdicto unde vi exigere poteſt is, qui vi dejectus eſt. 20

l.1.§.non ſolùm.41.ff.unde vi.

21 Similiter huic adponi debet generi illud intereſſe, quod venit in actionem furti in caſu, quo ſurreptum eſt tibi, quod niſi certa die dediſſes, pœnam promiſiſti, eamque ſufficere neceſſe fuit.

l.inficiendo 67.§.1.ff.de furtis.

22 Poſterioris generis intereſſe eſt hereditas relicta meo ſervo heredi inſtituto, ſed abs te ante aditam hereditatem occiſo.

l.inde Neratius 23.in princ.ff.ad l.Aqu.l.interdicto 6.in fin.ff.de vi & vi arm.

23 Eſt item hujus generis intereſſe in ſtipulatione damni infecti, ſi propter vitium ædium vicinarum, & metum ruinæ ex mea domo inquilinus emigret, aut eam ouducere nolit aliquis.

l.in hac 28.ff.de damn.infect.

24 Adventitium autem lucrum hîc non admittimus, [a] ut quod ex re empta, non tradita, negociari & lucrum facere potuimus. [b]

[a] *l.Non debet 41.§.1.ff.de regul.jur. & l.ultim.§.penult in fin. C.de codicill.* [b] *d.l.ſi ſterilis 21.§.cùm per venditorem 3.de action.empti & vendit.* Obſtare videtur *text.in l.2.§.ult.ff. de eo quod certo loco.* Vnde quidam diſtinguunt inter propinquum & remotum intereſſe. Molinæus *in conſuetud. Pariſ.§.6 gloſſ.6.num.18. & tract. de commerc. & uſuris num.29. verſ. Summa enim diviſio.* Caſpar. Caball. *tract.de eo quod intereſt.num.12. verſ.Secundum,* At cùm remotum intereſſe nullum ſit, ut arguit definitio ejus, quod intereſt, & fundamenta *ad theſin* 8. ſubjecta; certè iſthæc diviſio commoda ſatis non eſt, cùm pars altera ſuo toti diviſio non inſit.

25 Sed videamus, quomodo judex, id quod intereſt taxare, ſive æſtimare debeat. Jubet autem Juſtinianus, ut omnibus in caſibus, qui certam habent quantitatem, vel naturam, veluti, in venditionibus, locationibus, cæteriſque contractibus, hoc quod intereſt, dupli quantitatem non excedat. In aliis autem caſibus qui incerti eſſe videntur, præcipit, ut judices per ſuam ſubtilitatem inquirant, quod revera inducatur damnum, quod lucrum amittatur, ut cum modo æquo & pari pro eo quod intereſt ſententia proferatur.

l.unic.C.de ſentent.quæ pro eo,quod intereſt,proferuntur.

26 Per caſus intelligit Imperator rem ipſam de qua agitur, [c] hoc eſt, res geſtas, & facta incidentia, ex quibus obligatio oritur, agiturque in id, quod actoris intereſt. [b]

[a] Cujac.*lib.9.obſerv.c.31.* [b] Donell.*lib.26.comment.cap.17. in princip.* vide Caſpar. Caball. *tract. de eo, quod intereſt num.*3. ubi per caſum, contra alios, non intelligit ſimpliciter contractum, vel aliud negotium, unde obligatio naſcitur, ſed contractum vel aliud negotium cum ſua circumſtantia, ex qua acceſſoria obligatio ad intereſſe producitur. Græci themata appellant, Cujac. *in parat.C.de ſent.quæ pro eo, &c. verſ.Caſus vocat themata.*

27 Caſus certi ſunt, qui certam habent quantitatem vel naturam, definitore Juſtiniano.

In d.l.un.C.de ſentent.quæ pro eo quod. &c.

28 Quantitas certa eſt pecuniæ ſumma certa, obligatione comprehenſa.

l.2.§.ult.ff.Qui ſatisd.cogunt.§.ult.Inſt.de verbor.oblig.l.ſtipulatio iſta 38.§.alteri 17.ff.d.t.l.ult.ff.de prætor.ſtipulat.

Certa natura eſt præter quantitatem, res omnis certa, quæ in obligatio- 29
nem venit: [a] cujuſmodi eſt corpus certæ rei. [b]

[a] Cum enim certa quantitas ſit certa pecuniæ ſumma, ſequitur per naturam certam ſignificari rem omnem aliam certam, quæ quantitas non eſt. [b] Cujac. *in parat. C. de ſentent. quæ pro eo quod, &c.*

Species ergo omnes certa conſtant natura, [a] Quid ſi ſpecies ſub appel- 30
latione generis, aut ſub disjunctione promittatur, puta, equum dabo,
hunc vel illum dabo mulum; nunquid caſus erit certus, naturam habens
certam? Res quidem certa promiſſa hîc non eſt, [b] attamen promiſſa eſt res
certæ naturæ: ſiquidem cùm præſtatur ignorari non poterit, quæ ſit qualis
& quanta. [c]

[a] Nam partim ex ipſa promiſſione conſtat, quæ, qualis, & quanta ſit, proindeque certa, *l. certum 6. ff. de reb. credit.* [b] Non enim conſtat ex ipſa promiſſione quæ, qualis, & quanta ſit res promiſſa, cùm in poteſtate debitoris ſit, quid det, proindeq; incertum quid ſit daturus *l. ubi autem 75. in princ. juncto §. Qui illud 8. ff. de V. O.* [c] *argum l. etiam incertus 13. ff. de legat. 1.* Sed quæris, quo caſu evenire poſſit, ut præter rem illam ab initio incertam, quæ præſtatione ſequutâ efficitur certa ſit præſtandum etiam id, quod intereſt? Contingit illud, quando non ſimpliciter convenit, ut aliquid detur, ſed ut detur, certo loco, vel certæ perſonæ, neque id factum ſit. Hoc caſu res illa principalis ſimplum eſt, quod æſtimari poteſt, ut ejus duplum id, quod intereſt non excedat, Donell. *lib. 26. comment. c. 17. circa fin.*

Eſt ergo caſus certus emptio, venditio, locatio, conductio. [a] Emptio 31
enim & venditio certam habet quantitatem, puta, pretium, quod certum
eſſe debet. [b] Habet item certam naturam: ſiquidem certum corpus, ſive
ſpecies certa venditur, non res incerta, aut corpus incertum, niſi cum alea,
& ſpes emitur. [c]

[a] *d. l. unic. Cod. de ſentent. quæ pro eo, &c.* [b] *§. pretium Inſt. de empt. & vendit. l. Hæc venditio 7. §. hujuſmodi, ff. de contrahend. empt. & vend. l. 1. C. de rer. permutatione.* [c] *l. Nec emptio 8. in princ. juncto. §. 1. ff. de contrah. empt. & vendit. l. cùm hereditatem 7. & l. Nam hoc 11. ff. de hered. vel act. vend.*

Similiter Locatio conductio certam continet quantitatem, quæ eſt 32
merces in certa quantitate conſtituta. [a] Habet item certam naturam, quia
certa ſpecies, ſive corpus certum plerunq; locatur, puta domus, fundus. [b]

[a] *l. licet 8. ibi, certis annuis quantitatibus C. de locat. l. Hæc diſtinctio 35. §. 1. ibi. certo pretio, ff. de Loc. cond. §. Qua de cauſa, ibi, nulla ſtatim mercede conſtituta Inſtit. de Locat. & conduct.* [b] *tot. tit. ff. locati conducti.*

Caſus ſunt incerti, qui rem continent aliam, quam quantitatem, vel na- 33
turam certam, qualis res eſt poſſeſſio, & obligatio facti à contrahentibus
non æſtimati.

Poſſeſſio res eſt incerta, ſiquidem poſſeſſionis conditio dicatur incerti 34
condictio.

l. Qui exceptionem 40. §. 1. ibi, poſſe incerti condici, l. indebiti 15. §. Sed etſi nummi, ff. de condict. indeb. l. Heres 21. ff. ad SCtum Trebel. Ioan. Borcholt. *in comment. ad tit. ff. de V. O. cap. 21 num. 210.*

Obligatio facti à contrahentibus non æſtimati, eſt omnis obligatio, ex- 35
tra venditionem & locationem; puta obligatio, quæ continet ſatisdatio-
nem, [a] vel operæ præſtationem, puta Inſulam fabricare, aut fulcire, vel foſ-
ſam

Digitized by Google

ſam fodere, [b] vel quærere ſervum fugitivum & reducere, [c] Omnibus enim hiſce caſibus obligatio continet id, quod intereſt, quod eſt incertum. [d]

[a] *l. Si quis ſtipulatus* 112. *§. ult. ff. de V.O.* Cujac. *ad l.* 68. *& l.* 97. *ff. d. t.* Meri facti verbis, excludimus Factum, quod in traditione certæ rei conſiſtit, puta in rei venditæ & prædii locati traditione. Hujuſmodi enim traditio eſt res certa, cùm ejus æſtimatio contrahentium conventione ſit definita. Rei venditæ certo precio æſtimata traditio eſt, prædii locati traditio æſtimata eſt certa mercede. Hi igitur contractus etiam ex parte ejus, qui tradere tenetur, caſus certi ſunt, ut patet ex *d. l. un.* ubi Petro & Bartolo idem viſum eſt *Cod. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt profer.* [b] *l. ſtipulationes non dividuntur* 72. *in princip. Verſ. Idem puto, ff. eodem tit.* [c] *l. ſi apud te* 20. *ff. de præſcript. Verb.* [d] *§. non ſolùm. Inſtitut. de V.O. & l. ultim. ff. ſi quis in jus voc. non ierit.*

36 Cùm autem certis in caſibus ita æſtimari debeat id, quod intereſt, ut duplum non excedatur, dubitari ſolet, quod ſit dupli illius ſimplum, quod hîc in taxatione ejus quod intereſt, ſpectari debet. Et licet hîc diſcrepantes Dd. opiniones nobis ſeſe offerant, [a] non tamen ab eorum recedimus ſententia, qui exiſtimant, ſimplum in caſibus certis eſſe æſtimationem illius, quod principaliter obligatione continetur. [b]

[a] Vide Alciat. *in tract. de eo quod intereſt. c.* 5. & Caſpar. Caball. *eod. tract, n.* 20. [b] *per textum in d. l. un. Verſ. Sancimus, C. de ſent. quæ pro eo, & c. l.* 1. *in princip. & l. Titius* 43. *§. ult. juncta l. ſeq. ff. de act. empt. & vend.*

37 Duplum autem ita hoc loco accipiendum, ut illi ſimplum inſit, ſemper enim in duplo triplove ſimplum id quod duplatur, continetur, niſi nominatim cautum ſit, ut duplum triplumve præter ſimplum intelligatur.

§. ult. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſ. Donell. *lib.* 26. *comment. c.* 20. *in fine.*

38 Si ergo id, quod intereſt, minùs ſit ſimplo, dupli ratio non ſpectatur: ſi verò excedat ſimplum, & eo majus ſit, reſtringendum eſt intereſſe, & ſimplo æquandum, puta, ſi in ſimplo 10. fuerint, id verò quod intereſt, ſint 15. referri ad ſimpli ſummam debet, ut intereſſe ſimiliter 10. contineat, ac ita 20. ſint duplum.

Per text. in d. l. un. Verſ. ſancimus, C. de ſent. quæ pro eo, &c.

39 Ipſum autem ſimplum quî æſtimari debeat, non immeritò in quæſtionem hoc loco vocatur? Aſſerimus autem ſi ipſa contrahentium conventione æſtimatum ſit ſimplum, eam taxationem ſervandam, ut in emptione & locatione, in quorum contractuum priori æſtimatur res precio definito: in hoc verò mercede conſtituta, undè ſi venditor non tradat rem venditam, proindeque ejus quod intereſt, ratio habenda ſit, res vendita quæ ſimplum eſt, non æſtimatur aliter, quàm ipſi contrahentes eum taxarunt, & id quod intereſt, ad precii quantitatem refertur. [a] Idem quoque de re locata dicimus. [b]

[a] *l.* 1. *in princ. l. Titius* 43. *in fine, juncta l. ſeq. ff. de act. empt. & vend. l. ſi fundo* 53. *in princ. ff. de evict.* [b] *Nam ut in emptione & vendit.* precium eſt certum, ita in locatione conductione merces certa, & uterq; contractus iiſdem ll. & Iuris regulis continetur, *l.* 2. *ff. Locati, & §.* 3. *Inſt. de locat.*

40 Quòd ſi à partibus non ſit æſtimata res ea principalis, de qua agitur, tunc caſibus in certis æſtimationem fieri communem, omninò cenſemur.

Per

Per text. in l. ſi ſervum 33. in princ. ff. ad L. Aquil. & l. pretia 63. in princ. ff. ad L. Falcidiam.

Cæterùm dupli ratio in caſibus certis concernit tantùm ipſam rei, de qua convenit traditione, quæ niſi ſequatur, præter ſimplum etiam id quod intereſt peti poteſt, [a] quòd ſi majus ſimplo fuerit, ad dupli rationem non ultra taxatur: [b] verùm ſi non ipſa rei traditio petetur, ſed id quod intereſt, alia in re conſiſtat, dupli ratio non ſpectatur, ſed omnis utilitas amiſſa in conſiderationem venit. 41

[a]. Obſtare videtur, *l. ſi fundus 33. ff. Locati.* [b] *l. unica Cod. de ſentent. quæ pro eo quod inter. prof.*

Si enim alienam mihi ſciens vendideris aream, in quam ego ædificavero, dominus autem areæ poſſeſſionem occupet, omnem impenſam, licet duplum areæ excedat, mihi reddere teneris. 42

l. Idq; & Iulianus 45. §. 1. de act. empt. & vend. qui locus valdè torſit Interpp. noſtros, vide Alciat. *in tr. de eo quod intereſt. cap. 5. &* Dd. *ad l. un. C. d. t.*

Si item ſciens pecus morboſum, aut tignū vitioſum quis vendit, omnia detrimenta, quæ ex emptione emptor traxit, ut ſi ædes tigni vitio corruerunt, ſive pecora contagione morboſi pecoris perierunt, omnia, inquam, detrimenta hæc venditor præſtare emptori tenetur. 43

l. Iulianus 13. in princ. ff. de act. empt. & vend.

Adhæc ſi ſervus heres inſtitutus, ſit occiſus, etiam hereditatis æſtimatio, licet ſervi precium longè excedat, præſtanda erit, [a] quæ hereditas eſt id, quod intereſt, domini ſervum non fuiſſe occiſum. [b] 44

[a]. *l. Inde Neratius in princ. ff. ad L. Aquil.* [b] *l. Ait lex 21. §. ult. ff. d. t.*

Deniq; ſi vas mihi vendideris quod integrum non ſit, ſi vinum aut aliud liquamen infuſum influxerit, quamvis vitium vaſis ignoraveris, & de integritate ejus nihil prædixeris, attamen id etiam omne, quod perdidi; mihi præſtare teneris. Idem etiam de vitioſis doliis locatis dicimus. 45

l. Tenetur 6. §. ſi vas aliquod 4. verſ. ſed ſi vas mihi ff. de act. empt. & vend. & l. ſed addes 19. §. 1, ff. Locati. Etſi in tigno vitioſo diſtinguāmus inter ſcientem & ignorantem, hic tamen in vaſis & doliis indiſcretè loquimur.

In caſibus incertis licet ejus, quod intereſt, taxatio judicis relinquatur arbitrio, æſtimabit tamen Judex in rei veritate, quanti interſit litigatoris, nec omnium attendet commentitiis, vanis, aut longiùs accerſitis, & excogitatis cauſis, articulis, allegationibus partium, quas neque probabit, neque propitiis auribus audiet: unde ſi de fundi poſſeſſione agatur, quæ, ut ſuprà dictum, res eſt incerta, ut quæ neque quantitate, neque corpore certo conſtat, quanti revera interſit actoris, æſtimari convenit. [b] 46

[a] *l. Si quis 13. in princip. ff. de re jud. & d. l. un. verſ. in aliis, Cod. de ſentent. quæ pro eo, &c. & l. 6. ff. Qui & à quibus manu.* [b] *l. penult. §. ult. ff. uti poſſ. & l. 1. §. non ſolùm 41 ff. de vi & vi armata.*

Si agatur de reſtitutione operis, quod vi aut clàm factum eſt, quia reſtitutionis, utpote facti, cauſa incerta eſt, quanti interſit reſtitutionem fieri, officio judicis æſtimatur, [a] & quidem ex rei veritate. [b] 47

[a] *l. Semper 15. §. Hoc interdicto, ff. Quòd vi aut clàm.* [b] *l. Si tertius 6. §. ultim. ff. de aq. & aq. pl.*

aqu.pl.ar. & *d.l.un.Verſ.in alijs autem caſibus.Cod.de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, profer.*

48 Etſi ex obligatione faciendi agatur in caſu, quo certa pœna, ſi factum non fuerit, promiſſa non eſt, cum Judex ſuo arbitrio, id quod intereſt, æſtimat, [a] ſpectabit quanti revera interſit, non autem petitoris affectione ſeu utilitate extraria movebitur. [b]

[a] *l.Si quis ab alio 13.in fine ff.de re judic.* [b] *l.2.§.ult.ff.Qui ſatisd.cog.*

49 In dubium vocatur, ſitnè etiam modus aliquis pœnarum conventionalium, & quis ſit? Moderamen pleriſque Lex Juſtiniani deſiderare videtur, [a] idemq́ue ad certæ cujuſdam quantitatis rationem ſemper revocandum eſſe, putant. [b]

[a] *Per d.l.unic.Verſ.cùm ſciamus,Cod.d.tit.* [b] Sed alii aliter, vide Caſpar. Caball. *tract.de eo, quod intereſt, num.159.* & *ſeqq.*

50 Nos verò Juſtiniani conſtitutionem, [a] nihil ad pœnam pertinere conventionalem, [b] atque hanc pœnam ejus quod intereſt, æſtimationem excedere poſſe etiam ad quadruplum uſque, omninò arbitramur.

[a] *In d.l.unic.Cod.d.tit.* [b] Nam *in Verſ.Cùm ſciamus,* agit Imp. de pœnis delictorum, quæ pœnæ vel arbitrariæ ſunt, vel legitimæ: Cum utraq; hac pœna confert id quod intereſt, quod & ipſum pœna dicitur: unde cum delictorum pœnæ aliæ arbitrariæ, aliæ legitimæ, requirit, ut & intereſſe pœna ſit ejuſmodi. [b] *Per l.ſtipulatio iſta 38.§.alteri, Verſ.pœnam enim ff. de V.O. §.alteri Verſ.pœnam enim Inſt.de inutilib.ſtipul. l.ſi dictum 56.in princ.* & *l.ſi plus Vel minus 74.ff.de eVict.* & *l.4.§.ult.ff. Si quis cautionibus judic.ſiſtend.* Confert huc, quod omnis conventio, quæ neque legibus, neque bonis moribus adverſatur, ſervari debet. *l. Iuriſgentium 7. §.Prætor.* & *§.ſi paciſc.ff.de pact.* Idem de hac quæſtione ſentit Azo. *ad d.l.unic. in fin. Cod.de ſentent.quæ pro,* &c. vide quoque Donell. *lib.26.comment.cap.24.*

51 Eſt & illa quæſtio utilis, an Iudex condemnare poſſit reum in præſtationem intereſſe, fructuum, & expenſarum, etiamſi ab actore ſimpliciter & nominatim petita non ſint? Concludunt autem pragmatici pleriq; in ſententiam affirmantem, maximè ſi libellus clauſulam habeat: Peto mihi Ius & Iuſtitiam adminiſtrari omni meliori modo.

Mynſinger *cent.4.obſer.55.* & Andr. Geil. *lib.1.obſerV.pract.obſer.61.num.11.in fin.* & *12.* & *obſerV.108.nu.7.* Mynſing. *Reſponſo.31.nu.39.* De fructibus vide *ſub Claſſe 5.diſput.26.theſ.61.* De expenſis diſput. *proximè ſubſequentem 30.theſ.56.*

CLASS. VI. DISPUT. XXX.

DE LITIUM EXPENSIS.

THESIS I.

OFFICIUM judicis in eo quoque poſitum, ut rationem habeat expenſarum litis.

Vide theſ.ultim.diſputat.præcedentis, de hac materiâ vide Dn. Berlich. *tom.1.concluſ.54.* Didac. Covarruv. *practicar.quæſt.27.* Camill. Borell. *tom.2. in ſumm.deciſ.tit.39.* Goldſtein. *in pract.cap.94.* Ayrer. *in proc.part.1.cap.1.obſ.6.* Garſias *in tract.ſingul.*

2 Expenſæ litis ſunt ſumptus, [a] quos litigatores in judiciali perſecutione

juris

juris ſui fecerunt. [b] Eædem enim impenſæ litis appellantur. [c] Quarum appellatione damnum quoque an contineatur, quæri ſolet? Nos cum Dd. id negamus: [d] affirmantes tamen damnorum verbo ipſas quoque expenſas demonſtrari. [e]

[a] *l.3. ibi, ſuper ſumptuum petitione, l.4. ibi, poſt ſumptus, Cod. de fruct. & lit. expenſ.* Sed obſtare videtur, quod ſumptus expenſis opponuntur *in Novell. 112. cap. 2. in princ. ibi ſumptuum & expenſarum nomine, & in authent. generaliter, ibi, expenſarum ſumptuumq́; nomine, Cod. de Epiſc. & Cler.* [b] *l. properandum 13. §. 2. verſ. ſin autem ex geſtis, & §. ſive autem alterutra 6. & l. ſancimus 15. Cod. de judic. Novell. 82. cap. 10. oportet autem, l. eum quem 79. in princip. ff. de judic.* [c] *§. hæc autem, ibi, damnum & impenſas litis, Inſtitut. de pen. tem. litig.* [d] opponuntur enim damna & litis expenſæ in *d. §. hæc autem, Inſtit. d. t. l. ult. ibi, pro ſumptibus litis & detrimentis, Cod. quand. provocare non eſt neceſſ. cap. ult. in fin. ibi, expenſis & damnis. extra, de reſcript. c. dilecti filij 17. ibi, moderatis expenſis & congrua ſatisfactione damnorum, extr. d. form. compet.* Dd. quos ref. & ſequitur Aſin. *in prax. judic. §. 32. cap. 4. num. 1. & 2.* [e] *per textum in l. ſancimus 15. Cod. de judic. l. ſi cum quæſtio, 17. Cod. de evict. & l. fidejuſſor 15. ff. de dol. except. confert l. 3. ff. de damn. infect. & l. Zenonis, in princip. ff. de plus petat. & ſentent. ita* Ancheran. *in cap. inprimis 2. quæſtion* 1. Lud. Roman. *ſing.* 346. Grat. *conſil. 62. numer. 12. volum. 2.* Matth. de Afflict. *ſup. conſtitut. reg. Neapolit. Rubric. 29. numer. 46. pagin.* 234. Sed obſtare videtur *capit. penultim. verſ. cum igitur, extr. de injur. & damn. dat.* Ac diſſentiunt quos memorat Aſin. *in prax. judic. §. 32. capit. 4. numer.* 3. Quidam diſtinguunt inter expenſas contumaciæ, & victoriæ expenſas: Illarum appellatione damna quoque contineri, harum nomine non item, arbitrantur, Andreas Geilius *poſt alios. libr. 2. obſervat. practicar. obſervat. 151. numer.* 14.

In expenſis autem litium ſpectamus tum genera expenſarum litis, & 3
cauſas, ob quas pars parti adverſæ has expenſas refundere cogitur, vel non: tum modum petendi litis expenſas, & Iudicis circa illas officium & notionem.

Genera harum expenſarum quod attinet, vulgò [a] dividuntur in delica- 4
tas, [b] (alii utiles vocant) [c] & neceſſarias. [d] Nos eas non ineptè quoq; diſpertiri putamus, in voluntarias & neceſſarias, [e] quæ etiam moderatæ, [f] & legitimæ [g] expenſæ dicuntur.

[a] Andr. Geil. *libr. 1. obſervat. 151. num. 1.* Vultej. *lib. 2. Iuriſpr. Rom. cap. 32. pag. 444. verſ. cæterùm.* [b] *l. ſi ſervos 25. in fin. ibi, ut neque delicatus, ff. de pign. action.* [c] Lanfranc. *in aur. practic. cap. 11. de expenſis num.* 18. Aſin. *in prax. judic. §. 32. capit. 3. num. 1. & 2.* [d] *per text. in c. cum veniſſent, in fin. ibi, propter hoc neceſſarias in lite feciſſe. extr. de eo, qui mitt. in poſſeſſ. cauſ. rei ſerv.* [e] Sunt enim hæ oppoſitæ, & ex oppoſitis contrariæ ſpecies. Id quoque Andr. Geil. *d. obſervat. 151. num. 1. &* 11. delicatæ expenſæ ſunt voluntariæ expenſæ. [f] *c. finem, extr. de dol. & contum. c. in fin. extr. de ſequeſt. poſſ.* [g] *c. cum dilecti 6. in fin. extr. de dol. & contum.* Gilhauſen. *in arbor. civil. cap. 9. num. 2. & ſeqq.*

Delicatas ſive voluntarias dicimus expenſas, quas litigator ſua ſponte, 5
cauſa non exigente, fecit: ut ſi quid advocatis ſuis præter debitum honorarium, arrarum vel annuæ præſtationis nomine, aut aliis perſonis Iudici ſervientibus, puta ſcribis, ſecretariis, apparitoribus, teſtibusvé ſua ſponte donaverit; [a] vel nimis delicatè, in itinere ad judicium proficiſcens, apud hoſpites vixerit; vel cum eques ad locum judicii venerit, cum pedes ratione perſonæ & conditionis ſuæ venire debuiſſet. [b] Atque has expenſas pars parti refundere non tenetur. [c]

Digitized by Google

[a] And. Geil. *dict. lib. 1. obſer. pract. obſer.* 151. *nu.* 1: *ubi text. adducit.* [b] Lanfranc. *in aur. pract. cap.* 11. *de expenſis, num.* 18. Aſin. poſt alios *dict. §.* 32. *cap.* 3. *num.* 6. [c] And. Geil. & Aſin. *dd. loc.* Ea quoq; pecunia quæ à parte pro Dd. conſiliis data eſt, non taxatur, cum judicialis expenſa non ſit, Comment. *in ord. Cam. Imp.* 50. *p.* 512.

6. Neceſſariæ litis expenſæ ſunt, ſine quibus jus ſuum litigator in judicio perſequi non poteſt: ut quæ moderatè & legitimè fiunt circa litis inſtructionem & perſecutionem cauſæ.

c. finem litibus. & c. ſeq. §. ultim. ibi. ad moderatas & legitimas expenſas, extr. de dol. & contum. c. cum venissent, in fin. ext. de eo qui mitt. in poſſ. cauſ. rei ſervand. & auth. 82. *c.* 10. *oportet autem:* Aſin. poſt alios *d. §.* 32. *c.* 3. *nu.* 2. neceſſarias definit expenſas, ſine quibus cauſa expediri non poteſt. Adde And. Geil. *d. obſerv.* 151. *nu.* 1.

7. Harum expenſarum genera Dd. quatuor conſtituunt. Primum genus continet expenſas, quæ fiunt ad judicii proceſſum inſtituendum, puta in advocatos, pro ipſorum ſcil. opera in concipiendo libello, aliisq; ſcripturis atque productis ad ipſam cauſam pertinentibus, conficiendis. [a] Item quæ fiunt in procuratores pro eorum opera in proponendis & exhibendis partium juribus. [b] Tum etiam eas expenſas, quæ factæ probantur in notarios pro conficiendis inſtrumentis, & in nuncios, pro executionibus proceſſuum. [c] Et deniq; expenſas, quæ factæ ſunt in cancellaria pro redimendis proceſſibus, pro copiis actorum, pro executorialibus, & aliis neceſſariis ſcripturis, ad cauſam principalem immediatè pertinentibus. [d]

[a] *l.* 1. *§. in honorariis* 10. *& ſeqq. ff. de extraord. cognit. l. ſancimus* 15. *C. de judic.* Specul. *libr.* 2. *Rub. de expenſis. §. ult. n.* 21. Aſin. *d. §.* 32. *cap.* 2. *ampliat.* 66. And. Geil. *d. obſer.* 151. *num.* 2. [b] Keyſ. Cammergerichts Ordnung. *part.* 3. *tit.* 51. *§.* weiter ſoll den Advocaten. *& ibid. commentar.* à Julian. Magenhorſt. *edit.* Andr. Geil. *d. obſerv.* 151. *num.* 2. *in fin.* [c] *dict. l. ſancimus* 15. *C. de judic.* Specul. *d. Rubr. de expenſ. § ult. num.* 21. And. Geil. *d. obſerv.* 151. *nu.* 4 *verſ. harum quoque.* [d] Andr. Geil. *d. obſerv.* 151. *num.* 4. *in fin.* Sunt autem ejuſmodi expenſæ in Camer. Imp. certæ & definitæ. Solvuntur enim pro

Citatione.	*1. flor. 44. cruc.*
Inhibit.	*3 flor. 8. cruc.*
Compulſor.	*3. flor. 8. cruc.*
Citat. Inhib. & Compulſ.	*8. flor.*
Citat. & Inhib.	*4. flor. 52. cruc.*
Citat. & Compulſ.	*4. flor. 52. cruc.*
Arctior. Inhibit. cum cit.	*4. flor. 32. cruc.*
Arctior. Compul.	*4. flor. 32. cruc.*
Citat. & Inhibit. in uno proceſſu	*3. flor. 8. cruc.*
Citation. Inhibit. & compulſ. in uno proceſſu	*4. flor. 40. cruc.*
Promotor	*1. flor. 44. cruc.*
Schreiben vnd Bericht:	*1. flor. 44. cruc.*
Mandat. & Citat.	*5. flor. 56. cruc.*
Mandat. cum clauſ.	*4. flor. 32. cruc.*
Mandat. de non offendendo	*4. flor. 32. cruc.*
Mandat. execut.	*4. flor. 32. cruc.*
Commiſſio.	*3. flor. 44. cruc.*

Commiſſ. ocularis inſpectionis ſine articulis —— *4. flor. 44. cruc.*
Dilation. —— *3. flor 8 cruc.*
Prerogat dilat. —— *3. flor. 8. cruc.*
Dilat. mit fernern Befelch brieffliche Urkund *4 flor. 44. cruc.*
Execut. —— *5. flor. 56. cruc.*
Arctior execut. —— *5. flor. 56. cruc.*
Mandat. arreſti. —— *4 flor. 32. cruc.*

Pro aliis verò judicialiter decretis, mandatis & literis, item pro executorialibus & literis ſententiarum, ſecundùm quantitatem & qualitatem perſonarum, & cauſarum, moderatam & æquam ſummam præfectus cancellariæ exigere à partibus debet. Vt teſtatur ſuprà dictus Commentarius in ord. *Cam. Imp. part. 3. ad tit. 50. pag. 508.* & vid. Gilhauſ. *in arb. civil. fol. 621.*

Sed quæritur, ſi Advocatus, vel Procurator, vel notarius, gratis patrocinium & operam ſuam litigatori præſtiterit, an hic nihilominùs ab adverſario ſuo impenſas patrocinii & procurationis exigere poſſit? & licet magni nominis JCti [a] negent, nobis tamen aliorum [b] affirmantium ſententia omninò probatur: ſi animo remunerandi, non principaliter donandi animo, gratuitò ſit præſtita opera. [c] 8

[a] Quos citat Iaſ. *ad d. l. properandum 13. §. ſive autem alterutra, nu. 14. Cod. de jud. & Aſin. dict. §. 32. cap. 2. ampl. 66. n. 3. &* 4. De notario idem Aſin. poſt alios *dict. cap. 2. ampl. 20.* [b] quos memorat idem Aſin. *d. ampl. 66. num. 4. &* 5. [c] *per text. in l. idemq;* 10. *§. ult. ubi poſt alios.* Coſtal. *junct. l. ſi verò 12. in princip. ff. mand. &c. & fac. l. quòd ſi domi 28. §. ultim. verſ. cæterùm, ff. locat.* & ſentiunt ita, quotum meminit Iaſon *ad dict. l. properandum, §. ſive autem alterutra, num. 14. verſ. limita tamen prædicta, Cod. de judic.* & Aſin. *in dict. §. 32. cap. 2. ampl. 66. num. 5.* tenet idem Petrus Coſtal. *ad dict. l. eum quem 79. ff. de judic.* Sed obſtat, quod litigator hic ad antidora obligatus eſt illi advocato & procuratori, *p. l. ſed etſi lege 25. §. conſuluit 11. de heredit. petit.*

Secundum genus complectitur expenſas quæ in teſtium examen factæ docentur: ut ſunt ſumptus ipſis teſtibus ex alieno loco productis, ad faciendi itineris expeditionem competenter dati: [a] item qui dati probantur ipſi Cōmiſſario examinandis teſtibus, & recipiendis inſtrumentis, deputato. [b] 9

[a] *l. Quoniam 11. C. de teſt. l. eos qui 6. §. ſi quis 2. Cod. de appell. & c. ſtatuitum, §. proferendo, tit. de reſcript. in 6.* Quanti autem debeant eſſe ſumptus, qui in teſtes expenduntur, per Iudicem pro conditione perſonæ æſtimabitur. Quod ſi enim evocatus teſtis homo ſenex ſit, aut ægrotus, aut nobilis, etiam vehiculum & equi præbendi ſunt Sich. *ad d. l. quoniam 10. num. 7. C. de teſtib.* [b] Aſin. *in d. §. 32. c. 2. ampliat.*

Tertium genus ſuo coërcet complexu expenſas, quæ Judicibus dantur, & ſportulæ appellantur: Germanicè Leg oder Gericht Gelt. Jure autem Juſtinianeo, ſi lis excedat quantitatem centum aureorum, duo aurei ab utraque parte in conteſtatione litis, & duo in fine negocii judicibus pedaneis dandi ſunt: Quod ſi lis eam quantitatem non excedat, nullæ dandæ ſunt ſportulæ. [a] Ut nec ullæ dantur Aſſeſſoribus Cameræ Imp. eò quòd ex publico à ſtatibus Imperii ſalarium annuum habeant. [b] 10

[a] *Novell. 82. c. 9. ne autem, & Novell. 86. cap. ult.* Iure VVirtembergico in prima inſtantia, ſi coram toto judicio agatur, ſubditus ſolvere judicio tenetur aſſes tres, drey Schilling / extraneus verò aſſes quinq;. Si diſceptatio cauſæ levioris fiat corā ſolo præfecto, & quatuor judicib. duorātùm aſſes præſtat litigator quiſq;. Ante publicationē interlocutoriæ quævis pars præſtat

 judi-

judicio nummos novem, qui victori & obtinenti eam interlocutionem redduntur. In ſecunda vero inſtantia appellans ſolvere tenetur judicio florenum unum: At in judicio ad quod cauſa à Iudice inferiore remiſſa eſt, litigatores dimidium præſtant ab initio florenum. Tantundem etiam appellans dare cogitur judicib. inferiorib. à quibus provocatur. Fürſt. Würt. alt Landrecht/*part.1.pag.63.tit.* von Sportulen/ Leg oder Gericht Gelt. New Landrecht/*part.1.tit.15.* In ſuprema autem principis curia, am Fürſtl. Hoffgericht. pars appellans duos florenos expendere jubetur, vel ſtatim, quando Secretario acta offert, vel cùm primùm coram judicio comparet. Fürſtl. Würt. Hoffgerichts Ord. *part.2.pag.44.* ſo der Appellant. Quod ſi autem appellatur à ſuprema hac curia ad Cameram Imp. tunc appellans, antequam deferatur appellationi, tres aureos judicio illi ſupremo ſolvere neceſſe habet. Fürſtl. Würt. Hoffgerichts Ord. *part.3. tit.29.pag.99.* [b] Andr. Gayl. *lib.1.pract. obſer.151.n.7.*

11 Quartum genus expenſarum continet eas expenſas, quæ judicum apparitoribus, litium executoribus, dantur, & ſimiliter ſportulæ, appellantur.

§.tripli verò agimus. Inſt. de act. tot.t. C. de ſportul.l. ult. C. de fruct. & expenſ. lit.l. ult. C. de Caſtrenſ. & miniſter.l.ult. C. de princ.agent. in reb.lib.12. & Nov.112.c.2.

12 Fiſcus tamen ab onere præſtandarum ſportularum immunis eſt, [a] ut & Epiſcopus, [b] item perſonæ tenuiores, [c] & qui cum eis litigant. [d]

[a] Cujac. *in Nov.17. pag.115. in parat. C. tit. de ſportul.* [b] *Novell.123.cap.28.* [c] *ſportularum verò Novell.17.cap.3.* [d] *l.ult.C.de fruct. & lit.expenſ. ubi Cujac. in paratit.* Idem Cujac. *in parat. C. d.ſport. circ.fin.*

13 Prædictis generibus expenſarum quatuor, addi quoque poteſt ac debet genus quintum, ut quod continet cibaria alioſque ſumptus à litigatore in itineris expeditionem factos. [a] Quibus tamen, ſi victoriæ, non contumaciæ fuerint expenſæ, detrahendi ſunt illi ſumptus, quos domi litigator facturus fuiſſet: [b] niſi domi ex artificio vixiſſet. [c]

[a] *l. eum quem 79. in princ. ff. de judic.* [b] *l.ſed etſi 25.§. quod autem quis.16. ff. d.petit. hered.* Lanfranc. *in aur.practic.cap.21.num.18.* Iaſ. *ad properandum.13. §. ſive autem alterutra, num.14. §. nota etiam. C. de judic.* Aſin. *in d.§.32.cap.3.num.7.8. &* 9. Andr. Gayl. *lib.1. obſerv. pract. obſer.152.num.5.* [c] *l. ſed etſi. 11.§.1.ff. ad exhib.* Lanfranc. *dict. loc.* Aſin. *d.cap.3. n.9.* Andr. Gayl. *d.num.5.*

14 Atque hæc ſunt genera neceſſariarum expenſarum litis: ſequuntur modò cauſæ, ob quas eædem expenſæ refundendæ ſunt parti adverſæ. Debetur autem expenſarum refuſio, vel quod temerè litigator citari fecit adverſarium, [a] vel quod ſua contumacia à judicio abfuit, aut præſens quidem fuit, ſed reſpondere noluit, cùm adverſarius præſtò ad litigandum adeſſet: [b] vel quod proceſſum retardavit: [c] vel quod victoriam adverſarius obtinuit. [d] Quidam tamen duas faciunt cauſas, ob quas debentur expenſæ, una eſt contumacia, altera victoria. [e]

[a] *dict. l. eum, quem temerè. 79. in prin. ff. de judic. cap.1. de dol. & contum. in 6.* Atque has expenſas appellant Dd. temerariæ citationis expenſas. Ferrar. *in form. libel. in act. reali, in verb. & expenſis præſentis cauſæ, numer.3. in fin.* Aſin. *in d.§.32.cap.1.num.4.* [b] *l. properandum 13.§. & ſiquidem pars.2. verſ. & ſiquidem. l. ſancimus 15. C. d. judic. l.4. ibi, vel minimè actioni ſuæ adfuerit. c. dilecti. extr. d. dol. & contum. cap.1. extr. de ſequeſt. poſſ. & fruct. c. quoniam frequenter.*

quenter.§. in aliis extr. ut lit. non conteſt. Has Dd. vocant contumaciæ expenſas, Ferrar. *dict. loc. num.*3. Lanfranc.*in aur.pract.cap.*11. *num.*1. & 22. & *ſeqq.* & Aſin. *dict. cap.*1. *numer.*2. Hartman.Piſtor.*obſervat.*140. [c] *d.l. non ignoret.*4. *ibi, quod ſi culpa ſua fuerit dilata cognitio, item ibi, vel dilata non probaverit, C.d.fruct.* & *lit.expenſ. c. finem litibus, verſ. quia frequenter extr. de dol.* & *contum.auth. qui ſemel. C. quomod.* & *quand.jud. l. ſcire oportet. §. ſufficit ff.d.excuſ.tut.l.ſed ſi prætorem.§ ſed ſi ex certo,ff.ex quibus cauſ. maj.* Lanfranc. *in aur. pract. cap.*11. *de expenſ. num.*26. Dd. appellant expenſas retardati proceſſus, Ferrar. *dict. loc. num.*3. & Aſin. *d.cap.*1. *num.*3. [d] *l. properandum* 13. *§. ſive autem alterutra* 6. *C. de judic.* Novell.82. *cap.*10.*oportet autem.c.ultim. in fin. extr. de major.* & *obed.* & *auth. generaliter. C.de epiſc.* & *cler.* Practici has expenſas dicunt victoriæ expenſas. Ferrar. *dict.loc.numer.*3. Lanfranc.*d.cap.*11.*num.*1.& 2. Aſin.*dict.cap.*1.*num.*5. [e] Lanfranc. *dict.cap.*11.*nu.*1. & Andr.Gayl. *dict.obſ.*151. *num.*14.

Non ſolùm autem in cauſa civili, ſed & criminali, contumaciæ & retardati proceſſus expenſæ refundendæ ſunt. 15

*l.*3.*C.de his qui accuſ.non poſſ.l.*4.*C.d fruct.* & *lit.expenſ.* & *fac.c.finem litibus,extr.d.dol.* & *contum.*Didac.Covar. *lib.pract.obſ.cap.*27.*n.*1.

Retardati proceſſus, verzogen Rechtens/ expenſis accenſemus etiam eas, quæ ob libelli mutationem fruſtra prius factæ ſunt, quas actor libellum mutans, adverſario ſuo refundere tenetur. [a] Tum etiam expenſas, quas actor fecit, dum reus exceptionem ſuam, vel inſtrumentum,ad finem uſque litis producere deſiit ideò,ut interim actor laboribus & ſumptibus fatigaretur [b] ut & eos ſumptus, quos actor fecit in diſcuſſionem exceptionis objectæ quidem à reo, intentione actoris fundata, at non probatæ poſtea. [c] 16

[a] *l.*3. *ibi. vel jus reddentis decernit æquitas.* ubi, Dd. *C.d.edend.* Fürſtlich Würtembergiſch Alt Landrecht/*p.*74. *§.* Vnd mag der Kläger/ New Landrecht/*part.*1. *tit.* 19. *§.* Vnd mag der Kläger/ Aſin. *in prax. judic.§.* 32.*cap.*2. *ampl.*14.15.& 16. Donell.*ad §. ſi minus. Inſtit. d. act.*
[b] *c. exceptionem.* 12. ubi Bald.*ext.de except.* Aſin.*dict.c.*2.*amplıat.*46.& *limit.*18. [c] *text.in cap. finem litibus.extr.de dol.* & *contum.*

Hujus quoque generis expenſæ ſunt, quæ ideò fruſtra ſunt factæ, quod adverſarii negligentia judicii inſtantia periit. 17

l.properandum 13. *§.*1.*junct.§.*2.*verſ.* & *ſiquidem.verſ.ſin autem. C.d.judic.*Aſin.*dict.cap.*2. *ampl.*17.

Hiſdem expenſis connumeramus denique omnes alias, quæ factæ ſunt occaſione cujuſque alterius articuli, proceſſum retardantis. 18

l. 4. *C.de fruct.* & *lit.expenſ.* Andr.Gayl. *lib.*1. *obſerv.pract. obſervat.*151. *n.*15.

Eſt autem illud proprium expenſarum cotumaciæ, & retardati proceſſus, quòd peti poſſunt & refundendæ ſunt in qualibet parte litis, etiam ante ulteriorem proceſſum, in puncto quoque attentatorum. [b] Et licet quis juſtam cauſam litigandi habeat, ab expenſarum tamen reſtitutione contumax non liberatur. [c] 19

[a] *l. ſancimus* 15. ubi Bald. & *alii. C. de judic.* & *d.c. finem litibus. extr.de dol.* & *contum.*

Andr.

Andr. Gail. *lib.1.obſerv.151.n.15.* Mynſing. *cent.1.obſerv.23.* Haud rarò tamen ad cauſam principalem, zur Hauptſach/ expenſas has reſervatas meminimus. Et Didac. Covar. *lib.pract.quæſt. cap.27.num.2.* quòd ſi judex, ait, velit condemnationem iſtam (quæ fit interlocutoria) differre ad definitivam, poterit hoc facere. Et ſi non fuerit appellatum ab interlocutoria, non poterit poſtea appellari à condemnatione expenſarum, quæ ratione interlocutoriæ fit in definitiva. Reſervatio autem iſthæc expenſarum, ad cauſæ principalis determinationem fieri plerunque ſolet, ſi dubium fuerit, an pars adverſarii has expenſas condemnanda ſit, nec ne. Eſt & illud hic notandum, quod judex, ſi hujuſmodi expenſarum condemnationem omiſerit in interlocutoria, facere eam poſſit quandocunque, uſque ad ſententiam definitivam, etiam ad partis inſtantiam. Marant. *part.3.part.6.num.38.pag.530.* [b] ut ſentiunt Dd quos refert & ſequitur Aſin. *dict. cap.2.ampl.68.* & *probant textus ad lit. A. adſcripti.* [c] ut poſt alios trad. Didac. Covar. *lib.pract. quæſt.c.27.num.3.verſ. idem erit ubi expenſæ.* Parthen. litigioſ. *lib.2.cap.6.n.13.* & *ſeq.* adde Dn. Mundium *d. diffamationib.c.5.§.5.num.54.* & *ſeqq.*

20 De victoriæ expenſis regula utriuſque juris traditur: Quod victus victor in expenſas condemnari debeat.[a] Quæ regula procedit, etiamſi ab initio litis victus jusjurandum de calumnia præſtiterit.[b]

[a] *d.l.properandum 13.§.ſive autem alterutra. C.judic.cap.ult.in fin.extr.de majorit.c.calumniam extr.d.pæn. Nov.82.cap.10.oportet autem, Auth.generaliter. C.de epiſc.* & *cler.* Lanfr de Orian. *d.c.11.num.2.* Didac. Covar. *dict.lib.pract.quæſt.cap.27.num.2.* Aſin. *d.§.32.cap.2. in pr.* Cravetta. *conſil.809.* Arum. *deciſ.9.num.6.lib.1.* Fachin. *1.controv.41.* [b] Didac. Covar. *poſt alios lib.practic.quæſt.c.27.n.1.verſ.ſecunda.* & Aſin. *d.c.2. ampl.73.* Cævall. *in ſpecul.commun.opin. quæſt.539.* Vivius *lib.1. deciſ.47.* Uran. *tom.2.conſil.19.*

21 Sed regula hæc an locum quoque in criminalibus habeat, anceps quæſtio eſt: [a] nobis affirmantium ſententia minimè diſplicet.[b]

[a] Ut patet ex his quæ trad. Orian. *dict.cap.11.num.2.* Did. Covar. *lib.practic.quæſt.cap.27.n.2.* Iul. Clar. *lib.ſentent.§.fin.quæſt.62.num.4.* Aſin. *dict.§.32.cap.2. ampl.1.* [b] *per text.in l. Si poſtulaverit 27.§.ſi reus 15.ff.ad leg.Iul.de adult.l.properandum 13.§.ſive autem alterutra.6. ibi, omnes judices qui ſub imperio noſtro ſunt, ſciant victum in expenſarum cauſa victori* &c. *junct. princ.ejuſdem l. C.de judic.c.accedens,* ubi Felinus *num.3.extr.de accuſ.l.3.C.de his qui accuſ.non poſſ.l.ultim.C.de fruct.* & *lit.expenſ.l.interdum 56.§.2.ff.de furt.* Peinliche Halßgerichts Ordnung/ *artic.201.* & *206.* & *fac.text.in l.ſeverius,14.verſ.quin etiam.C.de excuſ.tut.* Atq; ita ſentiunt nonnulli Dd. quos referunt & ſequuntur Didac. Covarr. *lib.pract. quæſt. dict.cap.27. num.2.* Clar. *lib.5.ſentent.§.fin.quæſt.62.num.4.* Ferrar. *in form.libell. act.realis,in verb.* & *expenſis præſentis cauſæ,num.1.* Aſin. *d.cap.2 ampl.1.* Andr. Gayl. *lib.1.obſerv.pract. obſerv.152. in princ.* Quando reus condemnatur, non debentur ab eo expenſæ accuſatori; ſiquidem non videatur temere litigaſſe per *l.1.ff.de bon.eorum qui ante ſentent. mort.ſibi conſc.* Bald. *ad l.3.n.26. C.qui accuſ.non poſſ.* & *in auth.generaliter.num.11.verſ.præterea.C.de epiſc.* & *cler.* Sed obſtare videtur, *text.in l.4.ibi,pro calumnia quidem* &c. *junct.verb.pro pecuniaria verò cauſa.C.de fruct.* & *lit.expenſ.* & *c. calumniam,ibi,ut de cætero in cauſis pecuniariis,ext.de pen.* vid Arum. *lib.1.deciſ.9.per tot.* Fachin. *lib.1.controv.42.*

22 Quòd ſi per viam inquiſitionis cauſa in judicium criminaliter vocata fuerit, num expenſarum condemnatio admittatur, quæri non incommodè hoc loco poteſt. Et licet quidam id negent: [a] affatum tamen affirmans probandum ducimus. [b] Ut & ſi per viam denunciationis procedatur. [c]

[a] Aſin. *dict. § 32. cap.2. ampliationis 1. limit.1.* [b] *tum per text. in c.cùm dilecti.in fin.* & *ibi gloſſ. in verbo, expenſas.* & Bald. *num.11. junct. princ. ejuſdem cap, extra, de dolo* & *contum.*

Tum

Tum per rationem *l. ſeveriter.* 14. *C. de excuſ. tut.* & *in c. finem litibus.* §. *quia verò. extr. de dol.* & *cont.* Tum quia regula prius allata nusquam in jure noſtro ceſſare in inquiſitionis cauſa dicitur. Atque hanc ſententiam amplectitur quoque poſt alios Andr. Gail. *lib.* 1. *obſervat. pract. obſer.* 152. *in pr.* eamq; conſulendo ſequitur Hieron. Grat. *conſ.* 79. *num.* 1. & *ſeqq. lib.* 1. [c] Iaſ. poſt alios *ad l. properandum, nu.* 31. *de jud.* & Aſin. *d. c.* 2. *ampl.* 1. Reus ad mortem damnatus an expenſas ſolvere teneatur, & quid de eo, qui in carcere mortuus eſt. vide Berlich. *vol.* 4. *concluſ.* 19. Theſaur. *lib.* 1. *quæſt.* 45. Modeſt. Piſtor. *quæſt.* 11.

Ipſe quoque judex ſi malè vel calumnioſè in aliquem inquieſierit, ad 23
expenſas ei & intereſſe tenetur.

Per text. in c. ſacro. 48. *verſ. eumq; adverſus. in fin. extr. de ſentent. excom. d. l. ſeveriter.* 14. *C. de excuſ. tut.* Bald. *ad rub. C. de pœn. jud. qui mal. judic.* Iaſon. *ad l. properandum.* §. *ſive autem alterutra. C. de judic.* Lanfranc. *in aur. pract. cap.* 9. *nu.* 26. Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſervat. pract. obſerv.* 152. *nu.* 2.

Quæritur de eo qui liti renunciavit, utrùm expēſas parti adverſæ refun- 24
dere teneatur, nec ne? Et licet renuncians liti, propriè ſuccumbere non dicatur: [a] attamen & eum in expenſas parti condemnandum dicimus; niſi quod rei veritatem poſtea cognoverit, à lite deſtiterit. [b]

[a] *p. l. alia* 8. ubi Bl. & Salicet. *C. de his quibus ut indign.* [b] *l. deſtitiſſe.* 10. *junct. l. eum qui temerè* 79. *ff. de judic.* & *l. qui ſolidum* 78. §. *etiam reſpub. verſ. nec aliud. ff de leg.* 2. Iaſ. poſt alios *ad dict. l. properandum,* §. *ſive autem alterutra, nu.* 2. Additio. ad Capell. Tholoſ. *quæſt.* 5. Sichard. *ad l. properandum* 13. §. *ſive autem alterutra. nu.* 6. *C. de judic.* Aſin. *d. cap.* 2. *ampl.* 2. Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſerv. pract. obſerv.* 24. *nu.* 2.

Procedit etiam prædicta juris regula de victoriæ expenſis, non ſolùm in 25
eo qui à judice, ſed & qui ab arbitro condemnatus eſt.

arg. l. 1. *ff. d. recept. jur.* Dd. quos refert & ſequitur Aſin. *d. c.* 2. *ampl.* 3.

Eadem illa regula in judicio quoq; appellationis locum habet, ſi litiga- 26
tor in prima inſtantia victus, in hoc ſimiliter judicio ſuccumbat. [a] Et ſi omiſſa ſit in primo judicio expenſarum cōdemnatio, victo appellante, nihilominus etiam judex in cauſa appellationis, ipſum appellantem victum victori in expenſas prioris inſtantiæ, denuò petitas, condēnare: [b] & quamvis judex appellationis ſententiam proferendo, ſimpliciter dixerit: Victum victori in expenſas condemnamus, attamen de expenſis etiam primi judicis pronunciare cenſendus eſt, niſi appareat juſtam apud eum judicem cauſam litigandi victum habuiſſe. [c]

[a] *l.* 3. *C. de decur.* & *l. un. C. de ſumpt. recup. lib.* 10. & *l. ſeveriter.* 14. *C. de excuſ. tutor. c. finem litibus, ubi gl. in verbo expenſas. extr. de dol.* & *contumac.* & *c. ſæpè.* §. *fin. c. ut debitus. extr. de appell. can. omnino.* 2. *quæſt.* 6. Iaſ. *ad l. properandum.* §. *ſive autem alterutra. num.* 23. *C. de judic.* Lanfranc. *in aur. pract. cap.* 11. *nu.* 42. *in fin.* Aſin. poſt alios *d. c.* 2. *ampl.* 6. *nu.* 1. 3. & 4. *verſ. præterea,* & Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſerv. pract. obſerv.* 152. *num.* 4. [b] *text. eſt in l. ultim.* ubi gloſſ. Bart. Bald. & alii. *C. quand. provocand. non eſt neceſſ.* Iohan. de Platea *ad d. l. un. verſ. item nota hic. C. de ſumpt. recup. lib.* 10. Aſin. *d. c.* 2. *ampl.* 6. *nu.* 4. Cammergerichts Ordnung / *part.* 3. §. Dieweil auch zu zeiten Fürſtlich Würtembergiſch Hoffgerichts Ordnung / *part.* 3. *tit.* 27. *in princ.* Per appellationem enim omnia in priſtinum ſtatum reponuntur, in quo erat cauſa poſt litis conteſtationem, *l. ita demum.* 13. ubi Bart. *in princ.* & Bald. *nu.* 2. *C. de procur.* Andr. Gayl. poſt alios *lib.* 1. *obſervat. practicar.* 144. *num.* 1. Et prodeſt etiam hæc res ad evitandas ambages, ne litigatores ob eas expenſas iterum remitti ad priorem judicem neceſſe habeant, & inde denuò ad appellationis judicem redire. [c] Aſin. *dict. c.* 2. *ampl.* 7. & *fac. text. in c. penult. extr. de except.* An verò appellatus qui vicerat in prima inſtantia, ſuccumbens in altera con-

Digitized by Google

demnandus ſit in expenſas utriuſque inſtantiæ. Vide Martin. Uranium *Volum. 2. conſil. 11.*

27 Quòd ſi tamen ex judicantis arbitrio probabilem appellandi habuerit cauſam appellans denuò victus, benignius eſt, ut expenſæ compenſentur:[a] veluti, ſi cauſæ deciſio ex jure dependeat dubio, ut de quo Dd. variant, aut appellans pro ſe habeat vel opinionem communem, non evidenter injuſtam,[b] vel ſaltem duorum clariſſimorum Dd. conſilia.[c]

[a] Non enim niſi temerè & injuſtè litigans in expenſis condemnatur. *l. eum quem temerè. 79. in pr. ff. de judic. c. finem litibus. Verſ. quia frequenter. extr. de dol. & contum. & c. calumniam extr. de pœn. Novell. 112. c. 2. in princ. Verſ. & ſi poſtea fuerit approbatus, & Auth. generaliter. C. de Epiſcop. & Cler.* [b] Capell. Tholoſ. *quæſt. 223. n. 3. in fin. fac. text. in c. ſacro. Verſ. cumq; adverſus extr. de ſentent. excom* [c] Andr. Gayl. poſt alios *lib. 1. obſ. pract. obſ. 152. n. 6.* Vide Arumæ. *lib. 1. deciſ. 9. n. 15. & ſeqq.* Speckhan *cent. 3. claſ. 3. quæſt. 22.*

28 Appellatum quod attinet, ſi in appellationis judicio ſuccumbat, arbitrantur nonnulli, in eum quoque prædictam ſe extendere regulam:[a] quidam verò non aliter id fieri putant, quàm ſi ex iiſdem actis condemnetur appellatus, non item ſi ex novis deductis ſuccumbat.[b] At alii, quorum opinio judiciorum moribus recepta eſt, volunt, ut regulariter hoc caſu expenſæ appellationis compenſentur:[c] quæ etiam compenſandæ ſunt, quando ſententia prioris judicis reformatur.[d]

[a] Innocent. *ad c. ſæpè contingit. in princ. ad verb. expenſarum ex de appellat.* Capell. Tholoſ. *quæſt. 223. & fac. pro hac opin.* tum regula generalis, victus victori in expenſas condemnandus, tum text, ut aliqui putant, *in l. generaliter. 12. §. 1.* ubi Dd. *C. de rebus credit.* Chriſtin. *Vol. 1. deciſ.* 42. [b] Iaſ. poſt alios *ad d. l. properandum. §. ſin autem alterutra. n. 24. C. de judic.* Addit ad Capell. *Tholoſ. quæſt. 223 n. 2.* Aſin. *dict. c. 2. amp. 6. num. 1. 2. 4. & 5.* Ex iiſdem enim actis qui ſuccumbit appellatus, in jure ut volunt, erraſſe creditur. Cùm ex iiſdem actis ſciverit, juſtam an injuſtam foverit cauſam. Ex novis autem actis qui condemnatur appellatus, in facto, puta probationibus, ſaltem erraſſe putatur, addit. ad Capell. Tholoſ. *quæſt. 223. num. 3.* Andr. Gayl. *dict. obſerv. 152. num. 5.* [c] Gayl. *d. obſerv. 152. n. 5. Verſ. cujus opinio.* Fürſtlich Würtembergiſch Hoffgerichts Ordnung/ *part. 3. tit. 27. §.* Da aberam Hoffgericht. Ratio eſt, quod quilibet juſtam litigandi cauſam habuiſſe cenſetur: appellatus, quòd vicit in prima inſtantia appellans, quod in judicio appellationis vicit, addit. ad Capell. Tholoſ. *quæſt. 223. in princ.* Andr. Gayl. *libr. 1. obſervat. pract. obſerv. 152. num. 5. circa fin.* [d] poſt alios Andr. Gayl. *d. libr. 1. obſerv. 110. num. 6.* Paul. Chriſtinæ. *Vol. 1. deciſ. 41.*

29 Si tamen ex actis notum, manifeſtum, teſtatumque fuerit, quod appellatus nullam litigandi probabilem habuerit cauſam,[a] (id quod judicis arbitrio continetur)[b] æquum fuerit certè, ut in expenſas appellanti condemnetur.[c]

[a] Sola enim ſententia pro appellato data, non excuſat eum à litigandi temeritate. *p. l. 1. in princ. ff. de appell.* addit. ad Capell. *Tholoſ. quæſt. 223. num. 3. Verſ. ſed communiter tenetur.* Et facit, quod per interpoſitam appellationem ſententiæ effectus ſuſpenditur. *c. ſententes. extr. d. appel.* [b] *per l. 1. §. ſed non utique. 3. ff. ad Senatuſconſultum Turpill. Novell. 82. c. 10. oportet autem.* Et dicit Bald. *ad dict. l. generaliter. 12. §. ſed juramento. num. 8. C. d. reb. cred.* quòd relinquendum ſit arbitrio & diſcretioni judicis, utrùm appellatus habuerit juſtam litigandi cauſam, necne. [c] *Per text. in dic. finem litibus Verſ. quia frequenter. extr. de dol. & contum. c. calumniam extr. de pœn. Novell. 112. c. 2. in prin. Verſ. & ſi poſtea fuerit approbatus, & auth. generaliter, C. de epiſcop, & cler. l. Eum qui 79. in prin. ff. de judic. & ſentent.* ita ad Capell. *Tholoſ. quæſt. 223. num. 2. & 3.* ubi dicit, quòd ſola præſumptio ſententiæ non excuſet appellatum. Nec eſt alienus ab

hac ſen-

hac ſententia Andr. Gayl. *lib. 1. obſervat. pract. obſerv. 152. num. 5. verſ. ſed Bald. & verſ. ſeq.* Confirmat hanc concluſionem text. in Fürſtl. Württemb. Hoffgerichts Ordnung / *part. 3. tit. 27. §.* Da aberam Hoffgericht / *ibi, regulariter.*

Quid verò, ſi ob nullitatem ſententiæ principaliter appellatum ſit ad judicem ſuperiorem, nunquid & hoc caſu appellans ſuccumbens appellato in expenſas fuerit condemnandus? Affirmatæ ſententiæ [a] noſtrum addere calculum nequaquam erubeſcimus. [b] 30

[a] Quam præter alios ampleſtitur quoque Bald. *ad l. omnem honorem num. 2. C. quand provocand. non eſt neceſſ.* [b] tùm per generalem regulam, victus victori in expenſas condemnandus: tùm quia confirmatio prioris ſententiæ evidenter calumniam appellantis arguit.

De appellato autem major eſt quæſtio, an ſc. hic expenſas condemnandus ſit appellanti, ſi in puncto nullitatis evidentis ſuccumbat: [a] ajentem concluſionem & hic probandam cenſemus. [b] In Camera tamen Imp. ſi cauſa principalis non remittatur ad ordinarium judicem, ſed reſervetur ibi diſcutienda, compenſari expenſæ ſolent. [c] 31

[a] Hæc quæſtio incidit in ſupremo judicio Wirttemb. *Anno 1587. 6. Septemb. & 18. Decemb.* & poſt aliquam dominorum Aſſeſſorum contentionem, decitum, quod ſit condemnandus appellatus in expenſas tantùm appellationis. [b] hac ſc. ratione, quod juris error eſt, ignorare nulla ſit ſententia nec ne: cujuſmodi error nemini regulariter patrocinari debet. [c] Mynſing. *cent. 5. obſ. 91. n. 4.* comment. in ordin Cam. Imp. *tit. 34. pag. 453.*

Vocatur in quæſtionem & illud, an teneatur victus eos quoq; reſtituere litis ſumptus, quos victor ante litem conteſtatam in cauſam impendit: ajenti ſententiæ patrocinium denegare neutiquam poſſumus. 32

Text. enim. *d. l. properandum. §. ſive autem alterutra, C. de judic.* non diſtinguit inter expenſas ante vel poſt litem conteſtatam factas, proindeque generaliter ſine diſtinctione ille intelligendus. argum. *l. de precio. 8.* ubi Batt. & alii. *ff. de public. in rem act.* Et quia temerariæ citationis expenſæ refundendæ ſunt, *l. eum qui 79. ff. d. judic.* ut & contumaciæ expenſæ ante litem conteſtatam factæ, *l. ſancimus. 15. C. eod. & c. cùm dilecti. in fin. extr. de dol. & contum.* cur non æquè etiam expenſæ in cauſam principalem ante litem conteſtatam factæ? Facit quoque huc text. *in §. omnium autem. Inſtit. de pœn. temm. litig.* & quòd lis eſt etiam ante litis conteſtationem. *l. litis. 36.* ubi Alciat. & poſt al. Gœdd. *num. 7. ff. de verb. ſignif.* Denique amplectuntur hanc ſententiam Dd. communiter, quos refert & ſequitur. Aſin. in *praxi. judic. §. 32. c. 2. ampl. 53.* Sed obſtare videtur. *l. ædiles 25. §. item ſciendum. ff. de ædil. edict.*

Vocatur & hoc in dubium, an reus, qui ex propria condemnatur confeſſione, in litis expenſas teneatur? His qui affirmant, adſtipulamur, ſive initio negaverit reus, ſed poſtea confiteatur, [a] ſive conventus in judicio, confeſtim debitum fateatur. [b] Idem quoq; dicimus de eo litigatore, qui ex jurejurando judiciali victus eſt. [c] Tranſactione verò ante ſententiam de principali negotio inita, licet de expenſis dictum ſit nihil, de illis tamen ſimiliter tranſactum videtur. [d] 33

[a] *Novell. 18. c. 8. verſ. omnes verò expenſæ.* [b] non enim actor neceſſe habet denunciare prius adverſario ſuo, quàm cum in judicium vocet, *§. appellamus autem in fin.* ubi VVeſemb. & alii. *Inſt. de act.* Cujac. *lib. 5. obſ. c. 31.* Cùm ergo actor jure poſſit intermittere denunciationem

demnandus ſit in expenſas utriuſque inſtantiæ. Vide Martin. Uranium *Volum. 2. conſil.* 11.

27 Quòd ſi tamen ex judicantis arbitrio probabilem appellandi habuerit cauſam appellans denuò victus, benignius eſt, ut expenſæ compenſentur: veluti, ſi cauſæ deciſio ex jure dependeat dubio, ut de quo Dd. variant, aut appellans pro ſe habeat vel opinionem communem, non evidenter injuſtam,[b] vel ſaltem duorum clariſſimorum Dd. conſilia.[c]

[a] Non enim niſi temerè & injuſtè litigans in expenſas condemnatur. *l. eum quem temerè. 79. in pr. ff. de judic. c. finem litibus. Verſ. quia frequenter. extr. de dol. & contum. & c. calumniam extr. de pœn. Novell. 112. c. 2. in princ. Verſ. & ſi poſtea fuerit approbatus, & Auth. generaliter. C. de Epiſcop. & Cler.* [b] Capell. Tholoſ. *quæſt. 223. n. 3. in fin. fac. text. in c. ſacro. Verſ. cumq; adverſus extr. de ſentent. excom* [c] Andr. Gayl. poſt alios *lib. 1. obſ. pract. obſ. 152. n. 6.* Vide Arumæ. *lib. 1. deciſ. 9. n. 15. & ſeqq.* Speckhan *cent. 3. claſ. 3. quæſt. 22.*

28 Appellatum quod attinet, ſi in appellationis judicio ſuccumbat, arbitrantur nonnulli, in eum quoque prædictam ſe extendere regulam:[a] quidam verò non aliter id fieri putant, quàm ſi ex iiſdem actis condemnetur appellatus, non item ſi ex novis deductis ſuccumbat.[b] At alii, quorum opinio judiciorum moribus recepta eſt, volunt, ut regulariter hoc caſu expenſæ appellationis compenſentur:[c] quæ etiam compenſandæ ſunt, quando ſententia prioris judicis reformatur.[d]

[a] Innocent. *ad c. ſæpè contingit. in princ. ad verb. expenſarum ex de appellat.* Capell. Tholoſ. *quæſt. 223. & fac pro hac opin.* tum regula generalis, victus victori in expenſas condemnandus, tum text, ut aliqui putant, *in l. generaliter. 12. §. 1.* ubi Dd. *C. de rebus credit.* Chriſtin. *Vol. 1. deciſ.* 42. [b] Iaſ. poſt alios *ad d. l. properandum. §. ſin autem alterutra. n. 24. C. de judic.* Addit ad Capell. *Tholoſ. quæſt. 223 n. 2.* Aſin. *dict. c. 2. amp. 6, num. 1. 2. 4. &* 5. Ex iiſdem enim actis qui ſuccumbit appellatus, in jure ut volunt, erraſſe creditur. Cùm ex iiſdem actis ſciverit, juſtam an injuſtam foverit cauſam. Ex novis autem actis qui condemnatur appellatus, in facto, puta probationibus, ſaltem erraſſe putatur, addit. ad Capell. Tholoſ. *quæſt. 223. num. 3.* Andr. Gayl. *dict. obſerv.* 152. *num. 5.* [c] Gayl. *d. obſerv. 152. n. 5. Verſ. cujus opinio.* Fürſtlich Württembergiſch Hoffgerichts Ordnung/ *part. 3. tit. 27. §.* Da aberam Hoffgericht. Ratio eſt, quod quilibet juſtam litigandi cauſam habuiſſe cenſetur: appellatus, quòd vicit in prima inſtantia appellans, quod in judicio appellationis vicit, addit. ad Capell. Tholoſ. *quæſt. 223. in princ.* Andr. Gayl. *libr. 1. obſervat. pract. obſerv. 152. num. 5. circa fin.* [d] poſt alios Andr. Gayl. *d. libr. 1. obſerv. 110. num. 6.* Paul. Chriſtinæ. *Vol. 1. deciſ.* 41.

29 Si tamen ex actis notum, manifeſtum, teſtatumque fuerit, quod appellatus nullam litigandi probabilem habuerit cauſam,[a] (id quod judicis arbitrio continetur),[b] æquum fuerit certè, ut in expenſas appellanti condemnetur.[c]

[a] Sola enim ſententia pro appellato data, non excuſat eum à litigandi temeritate. *p. l. 1. in princ. ff. de appell.* addit. ad Capell. *Tholoſ. quæſt. 223. num. 3. Verſ. ſed communiter tenetur.* Et facit, quod per interpoſitam appellationem ſententiæ effectus ſuſpenditur. *c. Venientes. extr. d. appel.* [b] *per l. 1. §. ſed non utique. 3. ff. ad Senatuſconſultum Turpill. Novell. 82. c. 10. oportet autem.* Et dicit Bald. *ad dict. l. generaliter. 12. §. ſed juramento. num. 8. C. d. reb. cred.* quòd relinquendum ſit arbitrio & diſcretioni judicis, utrùm appellatus habuerit juſtam litigandi cauſam, necne. [c] *Per text. in d. c. finem litibus Verſ. quia frequenter extr. de dol. & contum. c. calumniam extr. de pœn. Novell. 112. c. 2. in prin. Verſ. & ſi poſtea fuerit approbatus, & auth generaliter, C. de epiſcop, & cler. l. Eum qui 79. in prin. ff. de judic. & ſentent.* ita ad Capell. *Tholoſ. quæſt. 223. num. 2. & 3.* ubi dicit, quòd ſola præſumptio ſententiæ non excuſet appellatum. Nec eſt alienus ab

hac ſen-

hac ſententia Andr. Gayl. *lib. 1. obſerv. pract. obſerv. 152. num. 5. verſ. ſed Bald. & verſ. ſeq.* Confirmat hanc concluſionem text. in Fürſtl. Württemb. Hoffgerichts Ordnung / *part. 3. tit. 27. §.* Da aber am Hoffgericht / *ibi, regulariter.*

30 Quid verò, ſi ob nullitatem ſententiæ principaliter appellatum ſit ad judicem ſuperiorem, nunquid & hoc caſu appellans ſuccumbens appellato in expenſas fuerit condemnandus? Affirmatæ ſententiæ [a] noſtrum addere calculum nequaquam erubeſcimus. [b]

[a] Quam præter alios amplectitur quoque Bald. *ad l. omnem honorem num. 2. C. quand provocand. non eſt neceſſ.* [b] tùm per generalem regulam, victus victori in expenſas condemnandus: tùm quia confirmatio prioris ſententiæ evidenter calumniam appellantis arguit.

31 De appellato autem major eſt quæſtio, an ſc. hic expenſas condemnandus ſit appellanti, ſi in puncto nullitatis evidentis ſuccumbat: [a] ajentem concluſionem & hic probandam cenſemus. [b] In Camera tamen Imp. ſi cauſa principalis non remittatur ad ordinarium judicem, ſed reſervetur ibi diſcutienda, compenſari expenſæ ſolent. [c]

[a] Hæc quæſtio incidit in ſupremo judicio Wirttemb. *Anno 1587. 6. Septemb. & 18. Decemb.* & poſt aliquam dominorum Aſſeſſorum contentionem, deciſum, quod ſit condemnandus appellatus in expenſas tantùm appellationis. [b] hac ſc. ratione, quod juris error eſt, ignorare nulla ſit ſententia nec ne: cujuſmodi error nemini regulariter patrocinari debet. [c] Mynſing. *cent. 5. obſ. 91. n. 4.* comment. in ordin Cam. Imp. *tit. 34. pag. 453.*

32 Vocatur in quæſtionem & illud, an teneatur victus eos quoq; reſtituere litis ſumptus, quos victor ante litem conteſtatam in cauſam impendit: ajenti ſententiæ patrocinium denegare neutiquam poſſumus.

Text. enim. *d. l. properandum. §. ſive autem alterutra, C. de judic.* non diſtinguit inter expenſas ante vel poſt litem conteſtatam factas, proindeque generaliter ſine diſtinctione ille intelligendus. argum. *l. de precio. 8.* ubi Bart. & alii. *ff. de public. in rem act.* Et quia temerariæ citationis expenſæ refundendæ ſunt, *l. eum qui 79. ff. d. judic.* ut & contumaciæ expenſæ ante litem conteſtatam factæ, *l. ſancimus. 15. C. eod. & c. cùm dilecti. in fin. extr. de dol. & contum.* cur non æquè etiam expenſæ in cauſam principalem ante litem conteſtatam factæ? Facit quoque huc text. *in §. omnium autem: Inſtit. de pœn. temer. litig.* & quòd lis eſt etiam ante litis conteſtationem. *l. litis. 36.* ubi Alciat. & poſt al. Gœdd. *num. 7. ff. de verb. ſignif.* Denique amplectuntur hanc ſententiam Dd. communiter, quos refert & ſequitur. Aſin. in *praxi. judic. §. 32. c. 2. ampl. 53.* Sed obſtare videtur. *l. ædiles 25. §. item ſciendum. ff. de ædil. edict.*

33 Vocatur & hoc in dubium, an reus, qui ex propria condemnatur confeſſione, in litis expenſas teneatur? His qui affirmant, adſtipulamur, ſive initio negaverit reus, ſed poſtea confiteatur, [a] ſive conventus in judicio, confeſtim debitum fateatur. [b] Idem quoq; dicimus de eo litigatore, qui ex jurejurando judiciali victus eſt. [c] Tranſactione verò ante ſententiam de principali negotio inita, licet de expenſis dictum ſit nihil, de illis tamen ſimiliter tranſactum videtur. [d]

[a] *Novell. 18. c. 8. verſ. omnes verò expenſa.* [b] non enim actor neceſſe habet denunciare prius adverſario ſuo, quàm cum in judicium vocet, *§. appellamus autem in fin.* ubi VVeſemb. & alii. *Inſt. de act.* Cujac. *lib. 5. obſ. c. 31.* [c] Cùm ergo actor jure poſſit intermittere denunciationem

extra judicialem, cur non etiam jure exigere poſſit expenſas, quas in citationem & libelli oblationem fecit, ſiquidem reus quem præfinito tempore offerre debitum oportuit, *c. cum dilect. in fin. verſ. ſi enim mendax. extr. de dol. & contum.* cùm dies interpellare pro homine dicatur, *l. magnam* 12. *C. de contrah. & com. ſtip.* expenſis illis cauſam præbuerit, & qui cauſam damni præbet, ipſum damnum inferre videatur, *l. ita vulneratus* 51. *ff. ad l. Aquil. & l.* 5. *§. ſed etſi* 14. *ff. vi bon. rapt.* Cæterùm Dd. communiter tradunt, abſolvendum eſſe ab expenſis reum, qui extrajudiciali denunciatione omiſſa, ſtatim accepto libello dicit, ſe ultra paratum ſolvere. Aſin. *d. c.* 2. *ampl.* 55. *& ſeq. & lim.* 15. & poſt alios Thom. Linius, & Ioh. Schneid. *ad d. §. appellamus Inſt. de act.* citant in hanc ſententiam *leg. quidam* 13. *verſ. qua de re. ff. de ſervit. urb. præd.* [c] *Nov.* 18. *c.* 8. *§. hac autem dicimus* Aſin. poſt alios *dict. cap.* 2. *ampl.* 70. [d] lite enim finita, expenſæ ampliùs peti non poſſunt, *l.* 3. *C. de fruct. & lit. expenſ.* & lite per tranſactionem finita, de toto tranſactum videtur. *l.* 3. *in princ. ff. ſi quis caut.* facit eodem, quod quis recipiendo ſortem tacitè videtur & intereſſe remittere, gloſſ. fin. & Br. *in l. centum Capua.* 8. *ff. de eo quod cert. loc.* Mynſ. *cent.* 4. *obſerv.* 48.

34 Quo circa & ille ad litis ſumptus refundendos tenetur, qui ſummam petitam pendente proceſſu ſolvit.

Ioh. Fab. *ad §. ſupereſt. n.* 2. *verſ. in hoc tamen caſe. Inſt. de perpet. & temp. act.* Capell. Tholoſ. *quæſt.* 5. *ubi additionator dicit,* quòd ita de facto ſemper obſervari viderit.

35 Quòd ſi plura ſit propoſita in judicio capitula, eaq; ſeparata, & in aliquibus tantùm ſuccubuerit reus, refundere tenetur eos duntaxat ſumptus, quos actor in eadem illa capitula fecit, in cæteris abſolvi debet.

Argum. *l. habebat.* 13. *in pr. ff. de inſt. act. & l.* 4. *§. docereq; actor. ff. vi bon. rapt.* Nicol. Boer. *deciſ.* 74. Aſin. *d. §.* 32. *cap.* 2. *ampl.* 63. *& duab. ſeqq. & ampl.* 71. Cùm ergo uterque & victor & victus ſit, quilibet in expenſis pro ſua rata cōdemnandus eas, niſi quilibet pro dimidia juſtam cauſam habuerit, quo caſu compenſanda ſunt expenſæ, vide Aſin. *d. loc.*

36 Non eſt omittenda hoc loco ea quæſtio, ſi alter litigatorum ex eo quod ſuccubuit in judicio, in expenſas cōdemnetur adverſario, & poſteà de nullitate proceſſus litem moveat, atque iterum cauſam amittat, an denuò in expenſas advocati ſit condemnandus parti adverſæ? ajentem ſententiam cum Matth. de Afflict. [a] proband. cenſemus. [b]

[a] *Deciſ.* 70. *poſt nu.* 2. quem ſequitur. Aſin. *d cap.* 2. *ampl.* 66. *nu.* 6. [b] Tum quia in puncto nullitatis novum ſuſcipit laborem advocatus: tùm quia ex eo, quod iterum cauſam amittit litigator, apparet, quòd nihil in proceſſu, quod eum vitiaret, omiſerit advocatus, proindeq; novam illam de nullitate motam eſſe litem.

37 De eo quoque non levis eſt inter Dd. concertatio, [a] an venditor emptori litis ſumptus reſtituere cogatur, quos in cauſam evictionis, re non evicta, [b] impendit? & licet affirmans Bart. opin. communiter recepta dicatur, [c] negantem tamen aſſertionem [d] minimè rejiciendam cenſemus. [e]

[a] Vt reſpondit præter alios. Aſin. *d. §.* 32. *cap.* 2. *ampl.* 67. vide Fachin. *lib.* 2. *controv.* 39. [b] evicta re ab emptore victo, conſtat eſſe agnoſcendos & refundendos emptori, *l. ſi cum quæſtio.* 17. *C. de evict. l. fidejuſſor.* 15. *C. de dol. except.* [c] ut dicit Iaſon. *ad l. venditores,* 102. *nu.* 2. *&* ibid. Zaſ. *num.* 9. *ff. de verb. oblig.* [d] quam poſt gloſſ. *in l.* 1. *C. de evict. & in d. l. venditores* 102. *in verb. agnituros. ff. de verb. oblig.* amplect. etiam Marant. *de ord. judic. p.* 6. *rubr. de laudatione, nu. ultim.* Vbi diſtinguit inter duo evictionis capita; unum eſt de intereſſe, alterum de lite defendenda. Ex primo evictionis capite non teneri venditorem emptori, ex ſecundo eum obligatum tradit. At non attenta diſtinctione hac tenet hanc negantem opinionem. Zaſ. *ad dict. l. venditores, num.* 9 ubi ſcribit, Bartoli opinionem procedere, quò ad ſumptus, qui impenduntur productioni teſtium & inſtrumentorum, *argum. l. ſuo victu, ff. de oper. libertor.*

Digitized by

libertor. Non item quos emptor. in ſuum impendit victum; neque etiam quo ad intereſſe, ipſius, ſeine Zehrung vnd Verſaumnung/ſo jhme der Verkauffer nicht refundiern/ & ibid. Cujac. item Donell. *num.1. ff. dict. tit.* idem Donell. *ad l. ſi ſtatus. 18. C. de evict.* [c] *p. dict. l. ſi ſtatus. C. de evict. d. l. venditores. de verb. obl. l. exempto. 11. §. 1. ibi, tantùm evictionis nomine, & l. ſervus quem 30. §. ult. ibi, venditorem hactenus teneri, ut rem emptori habere liceat, ff. de act. empt.* cum quo poſteriori loco conjunge text. *in l. habere. 57. ff. de evict.* ubi dicitur, quod licet emptori habere; quandiu res non eſt evicta. Accedit huc, quòd injuria emptori facta, venditorem contingere non debet, *l. ſi per imprudentiam 51. in prin. ff. d. tit.* Confert eodem, quòd emptione contracta, omne periculum in re vendita ad emptorem pertinet. *l. neceſſariò. 8. ff. d. per. & com. rei vend. & §. cùm autem. Inſt. d. empt. & vendit.* quo in periculo eſt etiam vis & injuria, quæ emptori ab aliis infertur. *p. l. ad eos 19. ff. commod.* Huc quoque pertinet, quod caſus fortuitus poſt emtionem contingens, ad venditorem non pertinet. *l. Lucius 11. ff. d. evict.* Sed Bart. opin. tueri videtur text. *in l. ſi plus 74. & mota, ff. de evict.* ubi dicitur, quòd venditor defendere tenetur emptorem, ſi huic controverſia ſit mota de re empta. Bart. nititur & hoc argumento, quòd venditor præſtare debet emptori, ut rem venditam illi habere liceat. *d. l. ex empto 11. §. idem Neratius. 8. ff. de act. empt. & vend.*

Cæterùm prædicta juris regula, de condemnando in litis expenſas victo, officium ſuum perdit, quando victus juſtam litigandi cauſam habuiſſe cenſetur. 38

[a] *l. Qui ſolidum 78. §. etiam. ff. d. leg. 1. Nov. 82. c. 10. in princip.* Iohan. Baptiſt. Aſin. *in praxi judic. c. 2. in limit. in princ.* Andr. Gayl. *lib. 1. pract. obſerv. 152. num. 3.* Nemo n. in dubio jus ſuum indefenſum relinquere tenetur. *l. illud. ff. de petit. hæredit.*

Sed altercatio Dd. acris eſt, ſi ſtatuto caveatur, ut victus victori in expenſas condemnetur, an ſtatutum hoc ſtrictè accipiendum ſit, licet victus juſtam litigandi cauſam habuerit. [a] Negantium partibus adhærere nihil dubitamus. [b] 39

[a] Ut patet ex traditis Didac. Covar. *lib. tract. quæſt. c. 27. num. 4. &* Aſinii, *d. c. 2. limit. 1. ſublimit. 3.* [b] Statuta enim diſponentia ſuper eo, de quo diſponit etiam jus commune, interpretari jubemur ſecundùm jus commune, non contra illud, *c. cum dilectus, §. cæterùm, extr. d. conſuet.* Bart. & cæteri Dd. *ad l. omnes populi, ff. d. juſt. & jur.* Simon. Piſtor. *conſ. 2. num. 17. & conſ. 15. n. 5.* Et eſt regula, quod ſtatuta potiùs ſint fruſtratoria, & nihil operari intelligantur, quàm ut quis indebitè damnum inde patiatur, gl. in *l. fin. §. in magna. & ibi* Bart. Caſtrenſ. & alii, *C. de jur. delib.* Sed obſtare videtur, quod ſtatutorum proprius & peculiaris effectus eſt, ut aliquid addant ultrà jus commune, ne nullius ſint operationis, ut patet *ex cap. 2. tit. de præbend. in 6. &* trad. Dd. quos refert Coler. *de proceſſ. execut. part. 4. c. 1. num. 27.* Refragari item cenſetur, quòd quando expenſæ jure actionis debentur, juſta litigandi cauſa non excuſat, gloſſ. *in l. 3. §. ſi rem, ff. de leg. 3.* Paul. Caſtrenſ. *ad l. properandum, §. ſin autem alterutra, C. de jud.* Didac. Covar. *poſt alios d. c. 27. num. 3. verſ. hac tamen* Aſin. alios ſecutus, *d. c. 2. limitationis primæ ſublim. 1. n. 3.* Iure autem actionis, condictione ſcil. ex ſtatuto, deberi videntur litis expenſæ, quando ſtatuto cavetur, ut victus victori in expenſas condemnetur, Bart. poſt gl. *ad d. l. 3. §. ſi rem, ff. de leg. 3.* Canoniſt. *in c. ex parte, extr. de reſcript.* Alex. ad *d. l. properandum, §. ſive autem alterutra, C. de judic.*

Etſi verò judicis arbitrio relinquendum eſſe dicatur, an quis victus juſtam litigandi cauſam habuiſſe videatur: [a] traduntur tamen caſus nonnulli, quibus juſtam cauſam aliquis dicitur habuiſſe: unus eſt, ſi de cauſa controverſa in jure noſtro variæ ſint. Dd. opiniones: [a] Alter, ſi quidem non ſint de litis articulo variæ opiniones, litigator tamen victus alicujus celebris Doctoris juris autoritate & opinione nitatur. [c] Tertius caſus eſt, ſi victus 40

nnnn 3 duo-

duorum clariſſimorum juris Doctorum conſilia authentica & ſigillata pro ſe habeat. [d] Quartus, ſi victus ſemi plenè cauſam probârit, [e] aut ex neceſſario adverſarii jurejurando, per judicem delato, condemnatus fuerit. [f] Quintus: ſi pars ſuccumbens per teſtes quidem cauſam probaverit, teſtes autem illi poſtea tanquam infames, aut alio ex defectu reprobati fuerint. [g] Sextus, ſi teſtes de cauſa extra judicium pro ſuccumbente parte, & in ejus favorem locuti ſint, deinde verò producti, cōtra eam depoſuerint. [h] Septimus, ſi victus de perſonis fide dignis id de quo litigavit, audierit. [i] Octavus, ſi ad pudorem ſuum ſervandum, litem movit aut ſuſcepit. [k] Nonus, ſi actor plus debito petierit, & hac de cauſa reus in parte victus litigare cum eo voluit. [l]

[a] Iaſ. poſt alios *ad d. l. properandum, §. ſive autem alterutra, n. 8. Cod. de judic.* & Aſin. alios ſimiliter ſecutus *in praxi jud. §. 32. c. 2. limit. 5. n. 2.* Iohan. Sichard. *ad l. properandum, §. ſive autem alterutra, num. 7. C. de judic.* & *conſ. text. in l. 1. §. 1. in fin. ff. de effract.* [b] Iaſ. *ad d. §. ſive autem alterutra, nu. 8. verſ. tertia concluſio, C. de judic.* Lanfranc. *in aur. pract. c. 11. nu. 3.* Aſin. *d. c. 2. limit. 4.* Quando enim de quodam juris articulo variæ ſunt Dd. opiniones, certè controverſia illa involuta & ambigua meritò cenſetur. [c] Iaſ. *ad d. §. ſive autem alterutra, num. 8. verſ. prima eſt,* & Aſin. *d. c. 2. limit. 2.* Sich. *ad d. §. ſive autem alterutra, num. 8.* Ratio eſt, quia juris Doctor interpretandi jura poteſtatem habet. [d] Iaſ. *in d. §. ſive autem alterutra, num. 8. verſ. ſecunda concluſio.* Lanfranc. *d. c. 11. nu. 3. verſ. tertio dicitur,* Aſin. *d. c. 2. limit. 3.* & *ejus ſublim. 1.* & *2.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. judic. quaſt. caſ. 177. n. 5.* Sichard. *ad d. §. ſive autem alterutra, num. 10.* Geil. *lib. 1. obſerv. pract. obſ. 152. nu. 6.* quod diſplicet Arum. *deciſ. 9. nu. 22. lib. 1.* Niſi in Doctoribus cum eruditione conjuncta ſit integritas: Idem ſi quis collegis conſilium pro ſe habeat: Arum. *dict. loc.* [e] Iaſ. alios ſecutus, *ad d. §. ſive autem alterutra, n. 8. verſ. quarta concluſio.* Aſin. poſt alios *dict. cap. 2 lim. 5.* Qui enim pro ſe quaſdam habet probationes, is temerè litigaſſe dici non poteſt. [f] Iaſ. *ad d. §. ſive autem alterutra, num. 10. verſ. quintò fallit,* Lanfr. *d. c. 11. n. 3. verſ. quintò dicitur* & Aſin. *dict. cap. 2. limit. 14.* ubi alios in hanc ſententiam Dd. allegat. Cævallos. *quæſt. 448.* Ratio eſt, quòd incertum quodammodo eſt, utrùm verè an falsò juraverit pars adverſa: cùm ſolus Deus, non judex, cordium ſcrutator ſit. [g] Iaſ. *ad d. §. ſive autem alterutra, nu. 8. verſ. Sexta concluſio.* Aſin. poſt alios, *d. c. 2. lim. 6.* Sichard. *ad d. §. ſive autem, nu. 11.* cùm enim pars ſuccumbens decepta ſit per hujuſmodi teſtes, temerè litigaſſe haud dici poteſt. [h] Iaſ. *ad d. §. ſive autem, num. 8. verſ. ſexta concluſio.* Lanfr. *in aur. pract. c. 11. nu. 19.* & Aſin. poſt alios *d. c. 2. limit. 7.* eadem hic ratio reddi poteſt, quæ in caſu præcedenti [i] Iaſ. alios ſecutus ad *dict. §. ſive autem alterutra, nu. 8. ſeptima concluſio.* & Aſin. poſt alios, *d. c. 2. lim. 8.* Sichard. *ad d. §. ſive autem alterutra, num. 12.* Militat & hic ratio eadem, ut & hæc, quòd quis pro certo dicitur ſcire, quod ex uno etiam fide digno cognovit, ut tradunt Dd. arg. *c. ſicut pro certo didicimus, ext. de Simon.* [k] Iaſ. ad d. *§. ſive autem alterutra. num. 9.* Aſin. *dict. cap. 2. limit. 9. per text. in l. quæ omnia 25. ibi, niſi fortè purgare magis convicium, quam procurationem exequi maluit, ff. de procurat.* Sichard. *ad dict. §. ſive autem, num. 13.* Arum. *deciſ. 9. num. 19. lib. 1.* [l] Iaſ. *ad d. §. ſive autem alterutra, num. 9. verſ. nona concluſio,* & *num. 17.* Aſin. *dict. cap. 2. limitat. nu. 10.* ubi multos autores & patronos hujus opinionis congeſſit. Et confert huc argumentum à contrario ſenſu, *in l. qui ſolidum 78. in princip.* ubi Bartol. & Imol. *ff. de legat. 2.* facit idem quod *not. gloſſ. in cap. præſentium, in verb. ſigillatim, de teſt. in 6.* quòd poſitio plura habens membra, falſa & vera, ſic copulativa poſſit negari tota. Quin imò ſuſtinetur hoc effatum tex. *Novell. 15. de defenſorib. c. 4. ubi gloſſ. in verb. omnis litis,* tùm etiam expreſſo text. *in c. un. ibi, ita quòd qui repetunt amplius ſine cauſa, in expenſis adverſario condemnantur. ext. de plus petit.*

41 Sunt & alii caſus, quibus pars ſuccumbens in expenſas non condemnatur, puta ſi pro abſente ſententia in præſentem feratur.

Text. in c. calumniam. extr. de pœn. & *d. l. properandum, verſ.* & *ſiquidem, verſ. ſin autem ex geſtis,* & *§. ſeq. Cod. de judic.* Cammergerichts Ordnung *part. 3. tit. 42. in fin.* & *tit. 43. §. pen. in fin.* Aſinius quoq; aliorum autoritati adhærens, docet idem *in c. 2. lim. 11.* ubi etiam Abbat. *ad d. c. calumniam,* diſſentire ſcribit. Quidam etiam distinguunt, ut oſtendit Mynſing. *cent. 4. obſervat. 67.*

Ut & ſi actor ad judicem, ratione minoris ſummæ petitæ, incompetentem, reum ſtudio trahere auſus fuerit: licèt enim victoriam obtinuerit actor, at ſententia manifeſtavit, minorem eſſe litem, quàm ut examen ejus ad hunc judicem pertineat, litis tamen expenſæ ei refundendæ non ſunt: quin etiam ipſimet reo in litis ſumptus condemnari debet. 42

Novell. 15. de defenſoribus civit. c. 4. ſed neq; pro hoc, verſ. ſed ſi quid tale, ubi gl. in verb. omnis litis, notat, hic ſpecialiſſimum eſſe, quòd victor victo damnatur in expenſis, gl. ſequitur Iaſ. *ad d. l. properandum, § ſive autem alterutra, num. 10. verſ. tertiò limita, Cod. de judic.* & Aſin. *dict. cap. 2. lim. 12.*

Si item litigator ſuccumbens ſit vir magnæ & ſpectatæ fidei, vitæq; approbatæ, in litis expenſas ex Dd. [a] ſentententia non tenetur. [b] 43

[a] Hoſtienſ. *ad §. finem litibus, col. pen. extr. de dol.* & *contum.* Iaſ. *ad auth. jubemus num. 12.* & *ad d. l. properandum 13. §. ſive autem alterutra, num. 10. verſ. quartò ſingulariter limita, C. de judic.* & poſt alios Aſin. *dict. cap. 2. limit. 13.* [b] *argum. text. in l. ſi a bona fide 21. in princip. ff. de rei vindic. in l. ſi duas 6. §. valdè tamen, ff. de excuſ. in l. ad beſtias 31. in princip. ff. de pœn. in l. non omnes 5. §. à barbaris, verſ.* & *ſi bonis, ff. de re milit. in l. 2. in princ. ibi,* & *an honeſta* & *inculpata vita, ff. de teſt.* & *ivi. in literis, in fin. extr. d. tit.* Ex quibus locis omnibus patet, quòd ob magnam perſonarum legalitatem licitum ſit recedere ab regulis.

Ceſſat quoque juxta Dd. [a] expenſarum condemnatio, quando miſſio in bonorum poſſeſſionem revocatur: [b] tùm etiam in caſu, quo emptor rei alienæ poſt emptionem cognoſcens rem eſſe alienam, monet ejus dominum, ut rem ejus evincat, quò actionem de evictione, ipſe emptor contra venditorem ſibi paret. [c] 44

[a] Iaſ. poſt alios quos citat *ad d. l. properandum, §. ſive autem alterutra, num. 10. verſ. nonò limita.* & Aſin. *dict. cap. 2. limit. 16.* [b] Cùm enim decreto magiſtratus miſſus ſit in poſſeſſionem, jure permittente ad eam retinendam litem ſuſcepiſſe intelligitur, per *l. juſtò 11. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* [c] Cùm enim de evictione actionem movere contra venditorem non poſſit emptor, niſi re per judicis ſententiam ſibi priùs ablatâ, vel abducta, *l. habere docere 57. in princ. ff. de evict.* lege permittente dominum de evincenda re movere, & cùm eo litigare æquo jure poteſt, text. eſt *in l. 19. §. cum me abſente 3. ff. de negot. geſt.*

Si litigator advocatum cauſæ non adhibuerit, ſed ipſemet litis patronus extiterit, in advocationis expenſas adverſarius ſuccumbens condemnari non debet, niſi ipſe litigator advocatus interim aliis operam ſuam præſtare debuiſſet, aut cauſam cum alio communem egiſſet. 45

Mynſinger. *cent. 1. obſervat. 2.* Andr. Gayl. *libr. 1. obſervat. pract. obſervat. 151. numer. 16.* & *ſequentib.* Aſin. *dict. cap. 2. limit. 19. per text. in l. quid ſi domi 28. §. ultim. ff. locat.* Vide Roſencorb. *in practic. forenſ. cap. 67.* Ratio prioris exceptionis, quam probat etiam Iaſ. *ad d. §. ſive autem alterutra, num. 14. verſ. ego teneo.* hæc eſt, quòd pars ſuccumbens victrici parti etiam ad damna litis tenetur, ut arguunt text. *ad theſ. 2. ſub lit. E. aſcripti.* Quid juris ſit in caſu, quo gratis præſtitit officium advocatis vel notarius, oſtendimus ſuprà *eadem hac diſputatione theſ. 8.*

Quid verò, ſi in abſentem ex contumacia proferatur ſententia definitiva, 46

ſiva, nunquid & hoc caſu expenſarum condemnatio ceſſabit? Dd. quidem ita ſentiunt: [a] verùm juris autoritas contrarium arguit. [b]

[a] Quos refert & ſequitur, Aſin. *d.c.2. ampl. prima lim.2. & ſub paſſu de limitationib. lim. 26.* Ratio Dd. hæc eſt, quod ejuſmodi victoria non ſit vera, ſed præſumpta, cùm ficta non vera ſit confeſſio abſentis. [b] *per text. expreſſ. in dict. l. properandum §. ſive autem alterutra, Cod. de judic.* Atque ita obſervatum in judicio provinciali VVirtembergico, *Anno* 1609. *die* 13. *Iunij.*

47 Quæritur de monacho, ſi in judicio ſuccumbat, an condemnari debeat in litis expenſas? Dd. negant: [a] nos contrà affirmandum putamus. [b]

[a] Quos refert & ſequitur Aſin. *d. cap. 2. ubi de limit. agit. limit.* 24. Argumentum, quo utantur, hoc eſt, quod monachus nihil habeat in bonis. [b] nam regula *in d. l. properandum, §. ſive autem alterutra, C. de judic.* nuſquam in monacho excepta legitur in jure. Nec vitiari debet regula in monacho ex ea ratione, quòd bona habeat nulla: ſiquidem inopia non ſit modus tollendæ obligationis, cùm obligatio perſonæ ſit, non rerum: id quod in ſervo etiam manifeſtum eſt, qui obligatur, licet propria non habeat bona, *l. ſervi* 14. *Cod. de obligat. & action.* Et fieri poteſt, ut litis fidejuſſorem dederit monachus, qui judicatum ſolvi promiſerit, vel ut contraxerit in utilitatem monaſterii, quo caſu monaſterium ſive ejus abbas tenetur. Cardin. *ad Clement. 1. §. quia verò, tit. dict. ſtat. monach.* gloſſ. & Bart. *ad l. ſi non ſortem, §. qui filio, ff. de cond. indebit.*

48 Poſtremò, qui victus expenſas litis ex privilegio non agnoſcit, aut minores agnoſcit, etiam victor nullas aut minores repoſcit à victo, licèt hic idem privilegium non habeat.

l. ult. C. de fruct. & lit. expenſ.

49 Sequitur modus petendi litis expenſas, qui continetur tùm remedio juris, quo petuntur expenſæ, tùm expenſarum in judicium productione. Iuris remedium quo litis expenſæ petuntur, vel eſt actio, vel imploratio officii judicis. Iure actionis, ſi alter alteri promiſerit, expenſas ſe reſtituturum, ſi victus in judicio fuerit: quo caſu, licet victus litigandi cauſam habuerit juſtam, in expenſas tamẽ victori tenetur, quas victor exigere poteſt, etiam finita principali lite, condictione puta ex ſtipulatu, ſi per ſtipulationem fuerint promiſſæ.

Iaſ. poſt alios *ad d. l. properandum, §. ſive autem alterutra, num. 28. Cod. de judic.* Didac. Covar. *lib. pract. quæſt. cap. 27. num. 3. verſ. hæc tamen, & num. 5. verſ. ſed & vera ſunt,* Iohan. Sichard. *ad l. 1. nu. 8. & ad d. l. properandum, §. ſive autem alterutra, num. 17. C. de judic.* Mynſing. *cent. 4. obſerv. 48.*

50 Quid verò, ſi pars vincens petierit in libello conventionales has expẽſas, judex autẽ in eas victum non condemnet, nihil de expenſis pronuncians, nunquid ipſe judex refundere eas victori tenetur? Ludov. quidem Romanus & Imolenſ. affirmant, [a] ſentientes, quòd Iudex regreſſum habeat adverſus partem victam. [b] At Sichardo aſſerente [c] ab illorum ſententia communiter reciditur, eò quod propria actione hæ expenſæ peti poſſint, atque ita ceſſat ratio quæ militat in expenſis, quæ judicis debentur officio. Nos autem ſimiliter has expẽſas in condemnatione à Iudice omiſſas, rectè exigi poſſe remur, [d] & quidem actione in factum, quod Iudex litem ſuam

fecerit.

ſecerit.[e] Verùm ab ejus quoque ſententia propter hujuſmodi expenſarum omiſſionem provocari poſſe exiſtimamus.[f]

[a] Per text. generaliter de expenſis loquentem, *in d.l. properandum, §. ſive autem alterutra, C. de judic.* [b] *Per text. in l. miſſi opinatores 7. Verſ. qui ſi ultra autem, C. de exactor. tribut. lib. 10.* Fortè ceſſa ſibi actione victori ex conventione de expenſis competente: vel actione negociorum geſtorum, nulla facta ceſſione. [c] *ad d. §. ſive autem alterutra. num. 18. Verſ. quid autem de his expenſ.* [d] *per generalem text. in loco modo all gato* [e] *l. ult. ff. de extraord. cogn. & l. ſi quis 5. §. ſi judex. ff. de oblig. & act.* Bald. *ad l. ult. num. 3. C. quand. provoc. non eſt neceſſ.* [f] Hæ enim conventionales impenſæ principaliter ſunt in lite, ut quæ ſpeciali actione ſunt petitæ. Sed obſtare videtur huic ultimo propoſitionis membro text. *in l. ult. C. quand. prov. non eſt neceſ.* & quod ſcribit Aſin. *in prax. judic. § 32. c. 20. n. 2. Verſ. ſecundo verò caſu.*

Jure etiam actionis, conditione ſcilicet ex ſtatuto, litis expenſas peti, 51
ſcribunt Dd. ſi cautum ſit ſtatuto, ut victus victori in expenſas condemnetur.[a] Quod verum minimè credimus, quando caſu eodem, jure quoque communi victus victori in expenſas condemnari jubetur.[b]

[a] Lanfranc. *in aur. pract. c. 11. num. 11.* Aſin. *d. cap. 32. cap. 23.* [b] *Per text. in l. un. ff. de condict. ex leg.*

Implorato judicis mercenario (ut vocant) officio, petuntur litis expen- 52
ſæ, cum nullæ ſunt prius conventione partium promiſſæ.[a] Et cenſentur in libello petitæ hæ expenſæ, ſi ipſi libello adjectæ ſint clauſulæ ſalutares, *peto mihi jus & juſtitiam miniſtrari:* item, *omni meliori modo, &c.*[b] ut & ſi in fine libelli dicatur, & proteſtatio de expenſis fiat.[c]

[a] *l. 3.* ubi Dd. *C. de fruct. & lit. expenſ.* Specul. *lib. 2. Rub. de expenſis, §. nunc de expenſis, quæ fiunt poſt litem conteſtatam, num. 1.* Iaſ. *ad d. l. properandum, §. ſive autem alterutra, nu. 28. Verſ. ſecundò moveor, & nu. 34. C. de judic.* Ferrar. *in form. libell. in act. real. in verb. & expenſis præſentis cauſa,* Didac. Covar. *lib. pract. quæſt. cap. 27. num. 5. Verſ. ſed & vera ſunt.* Aſin. *in prax. judic. § 32. cap. 23.* Sich. *ad l. 1. n. 9. & d. l. properandum, §. ſive autem alterutra, n. 17. C. de judic.* Mynſ. *cent. 4. obſerv. 48.* [b] Mynſ. *cent. 2. obſer. 22.* Gail. *lib. 1. obſer. pract. obſerv. 151. n. 21.* [c] Maranta *part. 6. memb. 3. quintimodi perveniendi ad judicium, n. 12. pag. 403.*

Sed concluſio hæc ſitne vera in expenſis quoq; ante litem conteſtatam 53
factis, quæſtio eſt anceps?[a] Ab ajente recedere ſententia nobis religio eſſet.[b]

[a] Alii actione has peti expenſas volunt, alii officio judicis eas competere tradunt, Specul. *d. Rub. de expenſis, §. ſi ante litis conteſtationem, nu. 1. & 2.* Aſin. *d. §. 32. cap. 24.* [b] *tùm quia text. in d. l. 3. Cod. de fruct. & lit. expenſ. & dict. l. properandum, §. ſive autem alterutra, C. de judic.* non diſtinguunt: tùm quia ſi actione ſingulari deberentur, licèt omiſſæ fuerint in cauſa principali, tamen ea finita peti poſſent, *per l. cum quæritur 12. & l. ſeq. & l. & eadem cauſa 14. l. ſi quis 18. ff. de except. rei judicat.* Sed poſt ſententiam in cauſa principali prolatam, peti non poſſunt, *d. l. 3. C. de fruct. & lit. expenſ.* Tùm etiam, quia ad judicis officium ea quoque pertinent, quæ cum cauſa principali ſunt connexa, *l. Paulus 42. ff. de re judic. c. prudentiam, in fin. extr. de offic. & poteſt. jud. de leg. & fac. l. eum qui emit. 14. §. non ſolùm 15. Verſ. item ſi jumenta, ff. de furt.* Tùm quia judex officium ſuum exercet etiam ante litem conteſtatam, puta, in citationibus, interrogationibus, mandatis, interlocutionibus, *§. omnium autem actionum, Inſtit. de pœn. tem. litig.* Tùm poſtremò, quia judex ante quoque cœptum judicium ex officio partem non comparentem punire poteſt. *l. 2. §. 1. ff. ſi quis in jus voc. non ierit.* Sed obſtare videtur *text. in l. ædiles 25. §. item ſciendum, & l. item ſi ſervi 30. §. 1. ff. de ædil. edict.* Refragari item cenſetur quòd lis non eſt ante litem conteſtatam, ſed poſt cœptum judicium, *l. ampliùs 15. ff. rem rat. hab. & l. un. C. de lit. conteſt.*

Digitized by Google

54 Non minor contentio eſt inter Dd. de contumaciæ expenſis, quo ſc. juris remedio peti poſſint? alii namq; in factum actione exigi eas tradunt: alii utroq; remedio, vel in factum actione, vel officio judicis has peti exiſtimant. [b] Nos eas officio tantùm judicis implorato, non ſpeciali actione aliqua deſiderari putamus. [c]

[a] Quos ſequitur etiam Andr. Gayl. *lib. 1. obſer. pract. obſer. 151. num. 14.* & Mynſing. *cent. 4. obſerv. 48. per text. in l. un. ff. ſi quis jus dic. non obtemp.* [b] Lanfranc. *in aur. pract. c. 11. num. 22.* & alii, quos refert Aſin. *in prax. judic. §. 32. cap. 25.* [c] *per text. in l. ſancimus 15. C. de judic.* & *in l. 2. §. 1. ff. ſi quis in jus voc. non ier.* Nec obſtare oſtendemus text. *in d. l. un. ſi quis jus dic. non obtemp.*

55 Sed quæritur, [a] ſi quis per procuratorem moveat aut ſuſcipiat litem, an ex procuratoris contumacia ipſemet procurator, aut verò dominus in expenſas ſit condemnandus? nos procuratorem ad refundendas has expenſas teneri dicimus. [b]

[a] Hæc anceps quæſtio poſt alios tractatur ab Aſinio in *prax. jud. §. 32. c. 34.* [b] *per text. in l. un. §. ſi procurator tuus, ff. ſi quis jus dic. non obtemp.* Cammergerichts Ordnung/ *part. 3. tit. 50. §.* wir wollen auch. *ubi talis extat ordinatio de expenſis contumaciæ, & retardati proceſſus:* Vnd wa ſolches auß frevenlichen Aufzügen ſchuld / Verſaumnus oder vnwiſſen der *Procuratorn* geſchehen/ſcheinbar vnd klärlich befunden würde/ ſo ſollen dieſelben *Procuratores* ſolchen Koſten ohn Nachtheil oder ſchaden jhrer Partheyen ſelbs außrichten vnnd zu bezahlen ſchuldig ſeyn. Obſtare videtur text. *in l. eum qui 10. in fin. junct. l. ſeq. ff. commod.*

56 In dubium vocatur & illud, ſi victor non petierit in libello expenſas, an judex ex officio pronunciare de illis nihilominus poſſit? Si ante litem conteſtatam factę ſint expenſæ, judex de illis pronunciare ex Dd. ſententia non poteſt: de cæteris lite conteſtata factis, ſententiam ferre poteſt. Sed nunquid etiam tenetur? pleriq; negant, quos etiam praxis ſequitur: [a] at verius contrarium nonnullis rectè videtur. [b]

[a] Ferrar. *in form. libell. in act. reali. in verb.* & *expenſis præſentis cauſæ, nu. 7.* Didac. Covar. *lib. pract. quæſt. c. 27. num. 5.* Mynſing. *cent. 2. obſer. 22.* Geil. *lib. 1. obſ. pract. obſerv. 151. num. 21.* [b] Caſtrenſ. & Sichard. *n. 18. ad l. properandum, §. ſive autem alterutra, C. de judic.*

57 Quòd autem Dd. tradunt, non petitas in libello expenſas, per totum illum diem, quo ſententia lata eſt, peti poſſe, [a] in praxi receptum non videtur. [b]

[a] *per l. Paulus 42. ff. de re judic.* [b] Didac. Covar. *d. c. 27. n. 5. in fin. verſ. primo,* & Mynſing. *d. obſer. 22. in fin.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 151. n. 31.*

58 Quòd attinet expenſarum litis in judicium productionem, ſchedula ſive deſignatio expenſarum judici exhibenda eſt, & quidem ſpecifica, atque etiam in Camera Imp. ad monetam Imperialem, puta florenos & crucigeros, aliàs rejicitur, & parti producenti, ut aliam producat deſignationem, reſervatâ pœnâ, injungitur. Producitur autem expenſarum ſchedula hujuſmodi, addita petitione, ut earum expenſarum nomine æqua moderatio, taxatio, & condemnatio fiat. Contra quam ſchedulam & deſignationem victus, aut verbaliter, aut in ſcriptis, ſi neceſſitas id exigerit, excipit: quo facto, ut victor replicando, ſic demùm etiam victus duplicando concludit, & taxandam deſignationem judici committit.

Comment. in ord. Cam. Imper. part. 3. tit. 5. pag. 503. Chriſtoph. Schvvanman. *lib. 1. proceſſ. Cam. c.* 73. Noe Meurer, *in formulari* Cammergerichts Proceß/ *part. 9. pag.* 227.

Reſtat judicis circa litis expenſas officium & notio. Duo autem hic judici maximè incumbunt: unum, ut vel adjudicet parti, vel compenſet litis expenſas; alioqui enim ipſemet eas reſarcire tenetur,[a] cum terminato tranſactoque negocio amplius peti non poſſint.[b] 59

[a] *d. l. properandum, §. ſive autem alterutra, ubi poſt alios* Sichard. *n.* 17. & *l. ſancimus* 15. *C. de judic.* [b] *l. 3. ubi Dd. C. de fruct. & lit. expenſ.*

Et ſi victum in expenſas condemnandum videt judex, non ſolùm in eas condemnare ipſum debet, quas jam antè victor in litem impendit: ſed & in futuras expenſas in eandem cauſam ex lite eadem faciendas.[a] In quas etiam condemnatus intelligitur, qui litis ſumptus refundere per ſententiam juſſus fuit, maximè ſi libello adjecta ſit clauſula: de futuris expenſis proteſtando.[b] 60

[a] Aſin. poſt alios *in prax. judic. §. 32. c. 2. ampl.* 19. [b] *comment. in ord. Cam. Imp. tit. 50. pag.* 503. Taxare autem futuras expenſas judicem non poſſe, Dd. tradunt, Lanfranc. *in aur. pract. c. 11. n. 18. in fin. Aſin. d. §. 32. c. 11.*

Quando autem judex ſumptus litis compenſandos putat, id juſta ex cauſa fieri, ſententiæ addere debet, puta hoc vel ſimili modo: Die Gerichts Koſten deßhalben auffgeloffen/ auß bewegenden Vrſachen gegen einander compenſirend/ vnd vergleichend. 61

Nov. 82. c. 10. & auth. poſt jusjurandum, in fin. C. de judic. Andr. Gayl. *lib. 1. obſerv. pract. obſ. 151. n. 23.* & Sich. *ad d. l. 13. §. ſive autem alterutra, n. 13. C. de judic.*

Quid verò, licet ne parti vincenti ab omiſſa expenſarum condemnatione appellare? Neceſſe non habet appellare, ſi pars victa appellaverit: ſi tamen judex appellationis adjuvandum eſſe victorem ſumptuum perceptione putat, id ſupplere ſua ſententia debet. 62

l. ult. ubi Dd. C. quand. prov. non eſt neceſſ. & ibid. Cujac. *in parat.* Lanfranc. *in aur. pract. c. 11. n. 15.* D. d. Covar. *lib. pract. quæſt. c. 27. n. 5. verſ. ſed ſi quis expenſarum.* Aſin. *d. §. 32. c. 20. n. 1. verſ. primo caſu.* Non ergò putandum, quòd prioris judicis ſententia in caſu propoſito res ſit judicata, quoad victorem non appellantem ab expenſarum omiſſione, quamvis meminerim, ſecùs viſum fuiſſe quibuſdam.

Quòd ſi autem victus non appellet, integrum eſt victori ab omiſſa expenſarum condemnatione appellare: ut & ſi minor expenſarum ratio ſit habita. 63

Arg. d. l. ult. C. quand. prov. non eſt neceſſ. Lanfr. *d. c. 11. num. 15. ſi autem victus non appellaſſet,* Covar. *d. c. 27. n. 5. verſ. ſed ſi quis expenſarum.* Aſin. *d. c. 20. n. 2. verſ. aut victus non appellavit,* Mynſing. *cent. 2. obſer. 22. in princ.*

Similiter locus eſt appellationi, ſi judex partem in principali cauſa ſuccumbentem, ab expenſis abſolverit. 64

Ita poſt alios ſent. Didac. Covar. *d. c. 27. n. 5. verſ. caterùm hac.* & *Aſin. d. c. 20. num. 2. verſ. quo verò ad ſecundum.*

Sin autem non judicis officio, ſed jure actionis debeantur litis expenſæ, nunquid non appellante victa parte, ab harum omiſſa condemnatione, aut ab earum abſolutione, appellare victori licet vel non? Non eſſe hic opus appella- 65

ized by Google

pellationi Dd. volunt: [a] id quod petitis etiam his expenſis in libello, minimè probandum putamus. [b]

[a] Aſin. *d. c. 20. verſ. ſecundo verò caſu, per l. 4. C. depoſ.* [b] res enim judicata non ſinit, ut denuò reſuſcitetur ea actio, quando ſuper expenſis pronunciavit Iudex, abſolvendo victum. Quòd ſi nihil de expenſis dixit, ipſo jure nulla eſt ſententia, ut quæ neque abſolutionem, neque condemnationem habet.

66. Quòd attinet taxationem expenſarum, judex, facta utrinque in hoc expenſarum puncto concluſione, primò omnium expenſas æquâ æſtimatione moderatur. Deinde victorem interloquendo jubet expenſas ita taxatas ſuo juramento probare, daß er darob / vnnd nicht darunter Gerichts Koſten außgeben vnd erlitten hab. Poſtremò, præſtito hoc jurejurando, taxatam & juramento probatam ſummam, victum victori ſolvere debere declarat: quæ ſumma ſi magna fuerit & ipſi victo ſolutu difficilis, diſpertiri in terminos ſolet.

Novell. 82. cap. 10. oportet autem auth. poſt jusjurandum, l. properandum §. ſive autem alterutra, & l. ſancimus 15. *C. de judic.* Lanfranc. *in pract. aur. c. 11. num. 7.* Marant. *part. 6. part. 2. act. 9. num. 22.* Aſin. *in judic. prax.* § 32. *cap.* 6. Ioachim. à Beuſt. *ad Rub. ff. de jurejur. n. 245.* Andr. Gayl. *lib. 2. obſer. pract. obſer.* 102. *num.* 11. In Cam. Imp. una ſententia juramentum illud victori defertur, & taxata ſumma decernitur hoc modo: Schwöre N. ein Eyd zu Gott / daß er in dieſer Sach N. Fl. N. Khr. darob vnd nicht darunter Gerichts Koſten außgeben / vnd erlitten habe / daß jhme alßdann der N. ſolche Summa entrichten vnd bezahlen ſolle. Quod ſi pars nolit jurare, cautela eſt, ut petat expenſas ſine juramento taxari. Ioachim. à Beuſt. *ad d. Rub. de jurejur. num.* 248. Si modica fuerit expenſarum taxata ſumma, puta infra viginti florenos, tùm abſque juramento taxantur & adjudicantur expenſæ, Geil. *lib. 1. obſerv. 151. num. 12. & ſeq.* Fürſtl. Würt. Hoffgerichts Ordnung / *part. 3. tit. 27. §.* wann die Taxierte alt Landrecht: *fol.* 119. Si quoque pars probet juſtas eſſe expenſas, omittitur delatio juramenti, itemq; fidei. Maranta *part. 6. Tit. de jurament. num.* 22. De moderatione expenſarum. Vid. Dn. Berlich. *tom. 1. concl.* 54.

67. Sed nunquid judex taxationem ſuam, juramento victoris probatam, revocare poteſt? Dd. ita communiter ſentiunt? [a] nos verò ab illis diſſentiendum remur. [b]

[a] Quos allegat Aſin. *d. §. 42. c. 7.* Utuntur autem argumento duplici. I. Quòd taxatio expenſarum ſit interlocutoria, quam revocare judex poteſt, *l. quód juſſit. ff. de re judic. c. cum ceſſante. extr. de appell.* II. quod juramentum illud ſit neceſſarium, proindeq; retractabile *l. admonendi. 31. ff. de jurejur.* [b] *per text. in Novell. 82. cap. 10. oportet autem, & Auth. poſt. jusjurandum C. de jud.*

68 An autem in expenſarum taxatione deduci debeant ſumptus, quos victor domi expendiſſet, quæri ſolet? [a] effatum ajens nobis diſplicet nihil, niſi victor ſuis operis domi victum quærat.

[a] *p. l. ſed etſi. 15. §. quòd autem quis 16. ff. de petit. hered. & l. ſed etſi, 11. §. 1. ff. ad exhib.* Atque ita communiter Dd. ſentiunt, quos refert & ſequitur Aſinius. *d. §. 32. c. 3. n. 7. & ſeq.* Sed licet Guid. etiam Papæ, *queſt.* 625. hanc deductionem jure fieri putet, nulla tamen in curia ſe vidiſſe ait, quod unquam facta ſit.

69. Eſt & illud in contentione poſitum, [a] an adverſarius ad expenſarum taxationem denuò citandus ſit, nec ne? affirmanti ſententiæ noſtrum addere calculum gravamur. nihil; ſi non eodem tempore, quo definitiva publicatur, expenſæ quoque taxentur. [b]

[a] Il-

[a] Vt oſtendit Aſin. *d. §. 32. capit. 8.* Quidam, quos ſequitur Tyraquell. *tract. res inter alios actas lim. 17.* & Boer. *deciſ. 285. num. 6.* tradunt, quod in taxatione expenſarum non requiratur partis alterius citatio. Aliqui verò, quibus ſubſcribit Marant. *rub. d. citat. numer.* 34. ſentiunt, quòd condemnatus adverſarius contumax non ſit denuò citandus ad expenſarum cōdemnationem. Lanfranc. *in aur. pract. cap.* 11. *num.* 8. idem de contumace ſcribit, præterquam in caſu, quo contumax ille ad certam horam, quâ ſententia fieri debuit, fuit citatus: vel ad certum diē, illo autem die taxatio non ſit facta: quibus duobus caſibus citationem neceſſariam ſcribit; ut &, ſi adverſarius cōparuit latæ ſententiæ tempore, quo tamen expenſæ taxatæ non ſunt. Addit. ad Lanfranc. *ſub num.* 2. ex aliis refert, quod in expenſarum taxatione & condemnatione ſpecialis citatio non requiratur, ſed generalem ſufficere. Aſin. *d. loc in fin. cap.* 11. ſine ulla diſtinctione citationem partis requirit, etiamſi eodem tempore taxentur expenſæ, quo definitiva publicatur: hoc argumento, quod actus taxandi ſeparatus ſit ab actu ferendi ſententiam definitivam. [b] *per text. in l. de unoquoque. 47. in prin ff. de re jud.* Atque hanc ſententiam in judiciis obtinere, addit Tyraq. *ſupr. dict. loc.*

Dubitationem habet & illa quæſtio, an judex pendente appellatione expenſas taxare poſſit? [a] negantem opinionem tutari conabimur. [b] 70

[a] vide Aſin. *d. §. 32. cap.* 12. & Marantam *part. 6. rubr. de appell num.* 186. [b] tùm quod pendente appellatione nihil eſt innovandum, *toto titul ff. nihil novar. app. interp.* Tùm quia per appellationem non ſolùm principale negotium, ſed acceſſoria etiam ad examen judicis, ad quem, referuntur. *c. dilectis filiis 56. §. præterea licet. extr. de appell.* tùm etiam, quia cauſæ continentia dividi non debet. *l. nulli. 10. C. de judic.*

Cæterùm definitiva ſit ſententia, vel interlocutoria, qua expenſæ victoriæ taxantur, non omninò expeditum videtur. Et quamvis plerique eam cenſent eſſe interlocutoriam: [a] attamen definitivæ membrum aliquod eſſe judicamus, non ſolùm ſi ipſi definitivæ confeſtim inſeratur: [b] ſed & ſi eam poſt ſequatur: [c] 71

[a] Vt oſtendit Aſin. *d. §. 32. c. 17.* & ſentit etiam Sichard. *ad d. l. properandum. §. Sive autem alterutra, num. 16. C. de judic.* [b] hoc caſu definitivam eum exiſtimat Angel. *ad l. 1. §. ſocius. n. 6. ff. de uſur.* [c] Cùm enim expenſæ ſint acceſſio cauſæ principalis, certè ad eandem quoq; ſententiam earum taxatio pertinere videtur: *p. l. 3. C. de fruct. & lit. expenſ. & l. 4. Cod. depoſ.* Facit etiam, quod hanc taxationem nulla alia definitiva ſequitur, ſed ipſa perimit cauſam, quòd regulariter proprium non eſt interlocutionis. *l. poſt ſententiam 9. in fin. Cod. de ſent. & interloc. om. judic.*

Quod ſi judex in taxatione majorem aut minorem expenſarum rationem habuerit, nunquid appellationi locus erit? ſi modum exceſſit judex, commune eſt, & verum Dd. effatum, quod à taxationis exceſſu appellare victus poſſit: [a] Sin minor habita ſit expenſarum ratio, appellante victo, ab ea victor appellare nequit: judex tamen appellationis juſtam ſumptuum quantitatem definiet. [b] Succumbente verò parte non provocante, victori jus appellandi competit. [c] 72

[a] *l. ab executione 5. in princip. Cod. quor. app. non recip.* Aſin. *d. §. 32. cap. 21.* [b] *d. l. ultim. Cod. quand prov. non eſt neceſſ.* & *ibi* Cujac. *in par.* [c] *argum. à contrar. ſenſu d. l. ultim. in princip. C. dict. tit.*

Ut expenſas, ſic & damnum litis victus victori inferre tenetur. 73

§. Hac autem, Inſt. de pœn. tem. litig. l. ultim. C. quand. provoc. non eſt neceſſ.

Unde, ſi victor ſit artifex, & ob litis difficultatem (aliàs ſecus eſt, ſi cauſa non ſit magni momenti,) diu vacavit ab officio & labore ſuo, hujus quoque damni ratio in conſideratione haberi debet. 74

Andr.Geyl.*lib.*1.*obſerv.pract.obſ.*151.*num.*18.*& ſeq.*

75 Similiter in puncto paritionis, ſi captivus ſqualore carceris, vel frigore, ita ſit emaceratus, ut in medicos, pharmacopolas, & thermas erogare aliquid neceſſe habeat, hoc omne damnum carcerato emendare adverſarius jubetur.

Chriſtoph.Schwanman.*lib.*1.*proceſſ.Cam.c.*73.*nu.*8.*& ſeqq.*

Class. VI. Disput. XXXI.
DE INTERLOCVTIONIBVS Iudicum.
THESIS I.

QUIA ſententiam judicis definitivam, quavis parte litis, etiam poſt concluſionem in cauſa, ſæpe item poſt cauſæ cognitionem [a] præcedit interlocutio judicis, [b] quam interlocutoriam appellant ſententiam, & quæ ſententiæ judicis, ita propriè & ſpecialiter dictæ, opponitur, [c] placuit hoc loco de ipſa tractare interlocutione.

[a] Contingit ſæpe, ut judex in ipſo cauſæ examine, & cognitione intelligat, diſpiciatque, neceſſe eſſe, ut per interlocutionem quid injungat partibus, uni, vel ambabus, antequam definitivam, & finalem ſententiam pronunciet, pura, ſi ulteriorem probationem videat neceſſariam, quam reſciſſa concluſione, litigatoribus injungit, vel jusjurandum deferendum exiſtimet. *&c.* [b] Interlocutio judicis ſpecie diſtinguitur à ſententia in jure noſtro, *Cod. de ſententiis, & interlocutionibus omnium judicum, & l. quod juſſit* 14. *juncta rubr. ff. de re jud.* [c] *locis proximè citatis.*

2 De ea autem hac methodo agemus, ut primò oſtendamus, quid ſit interlocutio judicis, & quæ ejus genera: tum quæ ſpecies ipſius: tum etiam quæ illius natura ſit, & conditio.

3 Interloquutio judicis eſt quidem generaliter omnis pronunciatio judicis alia, quam quæ motam litem judicii ordine ſervato perimit. [a] Specialiter verò ea eſt Iudicis pronunciatio, [b] qua interim, dùm cauſa principalis adhuc pendet, ad eam promovendam, judex aliquid ſtatuit. [c] Germanicè ein Bey oder Vorvrtheil.

[a] *Vt arguit l.* 4. *Cod. comminat. epiſt. program. & c. l. metum* 9 *§. ſed quod Prætor. ff. quod metus cauſ. l. à divo* 15. *§.* 2. *ff. de re judic. junct. rubric. extr. ut lit. non conteſtat. non proced. ad teſt. recept. vel ſentent. definit.* Blarer. *in ſolenn. repetit. l. diffamari. cap.* 9. *num.* 6. *pag.* 301. [b] ut definitiva ſententia eſt judicis pronunciatio quædam. *l.* 1. *ff. de re judic.* Sic & interloquutio judicis. *c. ſignificantibus* 38 *extr. de offic. & poteſt. judic. deleg.* [c] *d. c. ſignificantibus, extr. dict. tit. c. licet cauſam. in princip. ibi, interloquendo decrevimus, extr. de prob. l. qualem* 19. *§. ultim. verſ. Et Sabinus. ff. de recept. qui arbitr. recept. l.* 2. *ff. de appellat. recip. & l. intra utile* 29. *in princip. ff. de minorib.* Donell. *libr.* 27. *Comment. ad rubr. tit. de re judic. pag.* 336. Alii autem aliter definiunt. Speculator *libr.* 2. *de ſentent. §.* 1. *num.* 1. interloquutoria, ait, eſt, quæ fertur inter principium cauſæ & finem, non ſuper principali, ſed ſuper incidentibus quæſtionibus vel emergentibus. Iiſdem penè verbis definit gloſſa ad Clem. *un. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. in verb. definitiva.* Eſt autem, inquit, interloquutoria, quæ inter principium & finem cauſæ fertur ſuper

bi-

his, quæ incidunt vel emergunt. Zaſ. *ad l. quod juſſit. 14. ff. de re judic.* Interlocutoria, inquit, eſt vox judicis, ad cauſæ reſolutionem faciens, præter definitionem finalem. *Cujac. in parat. ff. de re judic.* Interlocutoria, ait, eſt ſententia, quæ neque condemnationem continet, neque abſolutionem. Vel ſententia de articulo cauſæ quodam, non de ſumma re *Idem in par. at. C. de ſent. & interlocut.* Interloquutio, inquit, eſt præceptum judicis in principio aut medio litis interpoſitum, quod ad finiendæ litis præparationem ſpectat, non etiam finit, ſive perimit litem. VVeſembec. *in par at. ff. de re judic. num. 4.* appellatur, ait, interlocutoria, quam interim judex fert de incidenti aliquo articulo, dum principale adhuc negocium pendet & examinatur.

Duo ergo interloquutionis eſſe genera dicere poſſumus: Unum, cùm quid à judice pronunciatur, quod ad præparationem cauſæ cujuſdam principalis, de qua actio mota eſt, pertinet. Alterum, quod omnem aliam judicis pronunciationem continet, quæ neque condemnationem neque abſolutionem rei quadam actione conventi habet. 4

Eadem quoque judicis interloquutio ſententia interloquutoria appellatur; [a] quamvis ſententiæ verbum interlocutioni opponatur, [b] eoq; propriè ſignificetur judicis ſententia, qua deciditur vel abſolvendo vel condemnando controverſia principalis, de quadam actione in judicium deducta, & legitimo ordine diſceptata. [c] 5

[a] *c. ſignificaverunt. §. mandamus. extr. de teſtib.* appellatur quoque ſimpliciter ſententiæ *in d. l. intra 39. in princ. ff. de minor.* quamvis ibidem Cujac. neget. [b] *In rubr. C. de ſentent. & interlocut. omn. judic. & rubr. ff. de re judic.* [c] *d. l. qualem. 19. §. ult. ff. de recept. qui arbitr. recep. l. 1. ff. de re jud.* Blarer. *d. cap. 9. nu. 6. pag.* 301.

Sed à ſententia ut definitiva, ſic & interloquutoria, an decretum ut ſpecies diſtinguatur, certant juris interpp. [a] Nos ſententiæ verbo quoque decretum appellari dicimus. [b] 6

[a] ut oſtendit Bart. Blar. *in ſolen. repet. l. diffamari. cap. 9. num. 6.* Cujac. *quoque ad l. intra utile. 29. ff. de minor.* à ſententia decretum ſejungit. [b] *l. 1. ff. quod quiſque jur. l. prætor. 75. in princ. ff. de rei vindic. l. cùm ſententiam. 6. C. de ſentent. & interlocutor. l. 1. C. ſentent. reſcind. non poſſ. l. ult. C. commin. epiſt. program. & c. l. 1. §. de qua autem. 10. ff. de poſtul. c. olim. in fin. extr. de except. c. conſtitutis. 46. §. nos ergo. extr. de appellat. c. licet cauſam, in princip. ibi, interloquendo decrevimus. extr. de probat.* Blarer. *d. c. 9. nu. 6.* Donell. *ad l. decreta. 48. ff. de re judic.*

Sed expendamus exempla interloquutoriæ ſententiæ, cùm de omnibus inter omnes juris interpp. non conveniat, neq; nobis cum illis. Illud expeditum eſt, interlocutionem eſſe, ſi judex pronunciet, ut litigatores Kalendis adſint, [a] teſtes producantur, inſtrumenta proferantur, &c. [b] 7

[a] *d. l. qualem 19. §. ult. ff. de recept. qui arb. recep.* [b] *gl. ad d. l. poſt ſententiam. 9. in verb. interloquutiones,* & ibidem Bart. *nu. 2. C. de ſentent. & interlocut.* Sichard. *ad d. rub. C. n. 10.* Donell. *ad rubr. ff. de re judic.*

At contentio eſt de ea judicis pronunciatione, qua inſtrumentum executioni contra aliquem mandari jubetur. Angelus interlocutoriam dicit, [a] eò quòd hic juris ordo non ſervetur. Alii definitivam eſſe ajunt. [b] Nos Angelo ſubſcribimus, interloquutionis nomine generaliter ſumpto. [c] 8

[a] *conſil. 114. & ſeq.* [b] Quos refert & ſequitur Marant. *part. 3. ſexta principalis, rub. de ſentent. nu. 34.* [c] *arg. d. l. 4. C. comminat. epiſt. & c. & d. l. metum. 9. §. ſed quod Prætor, ff. quod met. cauſ. & d. l. à divo. 15. §. 2. ff. de re jud. & d. l. poſt ſententiam 9. C. de ſentent. & interlocut. &c.*

Idem

9 Idem nobis cum Dd. pleriſq; [a] judicium eſt de executiva ſententia: [b] niſi de judicati actione intentata ſententia feratur. [c]

[a] Marant. poſt alios. *d. rub. de ſentent. num.* 25. Aſin. *in praxi judicior. um.* §. 31. *c.* 15. [b] *argum. text. ad præced. theſ. ſub lit. c. adſcript.* [c] Hoc enim caſu definitivam eſſe ſententiam extra dubium eſſe putamus.

10 Sed qualis eſt ſententia, qua appellatio deſerta pronunciatur? Dd. interlocutoriam hanc cenſent eſſe ſententiam, [a] quod & nos probamus. [b]

[a] Marant. poſt alios *d. rubr. de ſentent. num.* 26. Blar. *in ſolen. repet. l. diffamari, cap.* 9. *num* 8. *pag.* 304. Mynſing. *cent.* 3. *obſervat.* 88. [b] Principalis enim cauſa & quæſtio eſt de æquitate vel iniquitate ſententiæ judicis prioris, & in hanc incidit quæſtio de formalibus appellationis. Facit quoque huc, quod principalem cauſam non concernit hæc ſententia, ut dicit Blarer. *d. loco.* Sed obſtare videtur, quod hæc deſertionis ſententia eſt confirmatoria primæ; quo argumento Andr. Gayl utitur, *lib.* 1. *obſerv. pract. obſervat.* 138. *num.* 1. ubi diſtinguit inter ſententiam ſuper deſertione appellationis ab interloquutoria, & ſententiam ſuper deſertione à definitiva: quod & alii fecere. Guid. Papæ, *quæſt.* 11. & 220.

11 Quæritur item de ea judicis pronunciatione, qua reo, ut debitum ſolvat, præcipit? Cum Dd. [a] hanc etiam in conſortium interloquutionem adſumimus, [b] niſi reum confitentem, ut ſolvat debitum, condemnet judex. [c]

[a] Marant. *d. rubr. de ſentent. nu.* 28. Mynſing. *cent.* 3. *obſerv.* 88. [b] *per text. in dict. l.* 4. *C. comminat. epiſt. &c.* [c] *per l.* 3. *l.* 5. *l. ultim. ff. de confeſſ. junct. l.* 1. *ff. de re judic.* & *l.* 3. *Cod. de ſent.* & *interlocut.* & *dict. l. qualem.* 19. §. *ult. ff. de recept. qui arbitr. recep.*

12 Accenſent Dd. interlocutoriis quoque ſententiis decretum judicis, quo quis in bonorum poſſeſſionem mittitur, quo alimenta decernuntur, quo res minoris alienari permittuntur, quo quis item in integrum reſtituitur.

[a] Marant. *d. rub. de ſentent. nu* 29. Et quo ad miſſionem ex ſecundo decreto. Mynſing. *cent.* 3. *obſervat.* 88.

13 De miſſione in bonorum poſſeſſionem idem nobis eſt judicium, ſi ea fiat vel ob contumaciam adverſarii, vel quod is latitat & non defenditur, vel quod damni infecti non cavet. Prima enim miſſio illa ſpectat principalem aliquam cauſam, puta actionem quandam, cujus nomine quis in judicium eſt vocatus, [a] ut & altera miſſio; [b] tertia ſimiliter, quæ concernit petitionem cautionis damni infecti, quæ inſtar actionis obtinet. [c]

[a] *cap.* 1. & *c. penult. extr. de dol.* & *contumac.* [b] *c. quoniam.* §. *in aliis verò caſibus. extr. ut lit. non conteſt. non proced. l. ſatisque pœna* 18. *ff. de in jus voc.* [c] *l. prætor ait.* 7. *in princ. junct. l. inquilino* 33. *ff. de damn. infect.* & *l. actionis* 37. *in princ. ff. de oblig.* & *act.*

14 De miſſione, quæ fit legatorum fideive commiſſorum ſervãdorum cauſa, idem ſentimus; quippe cùm & hæc fiat in cauſa quadam principali, quæ eſt petitio cautionis legatorum fideive commiſſorum cauſa, [a] cujuſmodi petitio inſtar actionis eſt. [b]

[a] *tot. tit. ff. ut in poſſeſſ. legat.* [b] *d. l. actionis* 37. *in prin. ff. de oblig.* & *act.*

15 At judicis decretum, quo venter in bonorum poſſeſſionem mittitur, [a] pro ſpeciali judicis interloquutione minimè habendum putamus. [b]

[a] De quo *in l.1. §.ſi ea.14. & toto tit. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* [b] Petitio enim hujus poſſeſſionis bonorum eſt principale negotium, de quo judex cognoſcit, & decretū hoc interponit.

Decretum item, quo alimenta liberis vel parentibus decernuntur, non 16
ſpecialem, ſed generalem judicis interlocutionem dicimus, [a] ſi principaliter in judicio extra ordinem alimenta fuerint petita, [b] non incidenter in judicio præjudiciali. [c]

[a] *Argum. text. ad theſ.3. ſub lit. A. & lit. B. adſcript.* ſed videtur hoc decretum ſententia definitiva per text. *in Clement. ſæpè contingit. §. ſententia verò definitiva, tit. de verb. ſign.* Dd. hoc decretum ſimpliciter interlocutoriam vocant ſententiam. Angel. *ad l. ſi quis. 5. §. ſi vel parens. in verb. jubebunt. ff. de agnoſc. & alend. liberis.* Idem Angelus. *ad d. l. imperium 3. num. 13. verſ. & per hoc conſuluit. ff. de juriſdict.* Matant. *d. rubr. de ſent. nu. 29.* [b] Quod fieri poteſt, *d. l. ſi quis. 6. in princ. & §. ſed ſi filius 7. ff. de agnoſc. & alend. liber.* [c] Tunc enim decretum hoc interlocutoria eſt, cùm interim alimenta decernantur, & decretum adhuc definitivam exſpectet. *l. ſi neget. 7.* ubi Bart. & alii Dd. *ff. d. tit.*

Idem quoque ſentimus de alimentis pupillo decernendis, cùm & hæc 17
principaliter à magiſtratu decerni petantur, & decernantur etiam extra ordinem, nullo ordinario judicio inſtituto.

l. 1. l. 2. C. de alim. pupill. præſt. l. 1. in pr. & l. 3. ff. ubi pupill. educ. a. deb.

Similiter judicis decretum, quo res minoris alienari permittuntur, [a] in- 18
terlocutoria ſpecialis non eſt, cùm totam illam de alienandis rebus minorum quæſtionem finiat, nec ulla eam definitiva ſequatur. Dd. tamen interlocutoriis connumerant, [b] quod admittimus, generaliter interlocutionis nomine accepto. [c]

[a] *l. 1. §. & ſunt. 2. l. ſi prædia. 11. ff. de reb. eor. qui ſub tut. l. 1. l. 2 & toto tit. C. de præd. & aliis rebus minor. ſin. decret. non alien.* [b] Matant poſt alios *d. rubr. de ſentent. num. 29.* [c] *Per d. l. poſt ſententiam 9. in fin. C. de ſentent. & interloc. dict. l. metum. 9. §. ſed quod Prætor. ff. quod met. cauſ. & d. l. 4. C. comminat. epiſt. & c. d. l. à divo. 15. §. 2. ff. de re judic.*

In integrum reſtitutionem quòd attinet, eatenus eam cum Dd. [a] inter- 19
locutoriis ſententiis accenſendam putamus, quatenus non principaliter, [b] ſed in altero quodam judicio incidenter fuerit petita, veluti ſi poſt publicatas atteſtationes in cauſa minorum denuò teſtes ſuper iiſdem vel directò contrariis articulis examinari poſtulentur. [a]

[a] Matant. *d. rubr. de ſentent. num.* 29. [b] Reſtitutio in integrum principaliter peti poteſt, proindeque cumulari cum rei vindicatione. Mynſinger. *cent. 2. obſervat. 25.* Quando principaliter petitur, ordinarium ejus petitio deſiderat proceſſum, ut arguit *text. in l. ea quæ. 5. in princ. §. penult. & ultim. Cod. de temp. in integr. reſtit.* proindeque & litis conteſtationem. *l. ultim. in fin. princ. C. dict. tit.* ac cauſæ cognitionem. *l. 3. l. ultim. ff. de in integr. reſtit. l. 4. C. de his quæ vi metusve cauſ. l. 2. C. de dol. mal.* unde etiam lis appellatur. *l. ſi intra. 6. C. de in integr. reſtit. minor.* [c] Quod jure fieri non poteſt. *c. licèt 9. in princ. extr. de probat. c. Frater. 17. extr. de teſtibus. Novell. 90. cap. quia verò 4. verſ. ſi verò deducens. Auth. qui ſemel. Cod. de probat.* Fürſtlich Württembergiſch New Landtrecht, *part. 1. tit. 49. in princip.* Si tamen producens minor fuerit, in integrum reſtitutio fortè peti poſſet. Id quod factum in ſuprema curia VVirttembergica *Anno* 1601.

Quid verò cenſendum de abſolutoria ab obſervatione, ſive inſtantia 20
judicii? Dd. plerique [a] interlocutoriam dicunt eſſe ſententiam, [b] quod & nos probamus, maximè ſi ob libelli ineptitudinem, [c] vel ob non compari-

tionem actoris, [d] reus ab inſtantia abſolvatur. [e] Id autem ſi fiat propter exceptionem peremptoriam litis finitæ, cujuſmodi eſt exceptio rei judicatæ,& tranſactionis, [f] dubitari poſſet? [g] Nos hoc caſu ſpecialem definitivæ interlocutionem ſecundi generis eſſe cenſemus. [h]

[a] Quidam enim diſſentiunt Bart. *ad l. Titia, num. 4. ff. de accuſat.* Philip. Decius. *ad c. cum ceſſante. colum. fin. extr. de appellat.* [b] Marant. *d. rubr. de ſentent. num* 33. Alin. *in praxi judic. §. 2. cap. 17. num.* 14. [c] Andr. Gayl. *lib. 1. obſervat. pract. obſer. 130. num. 8.* [d] *per text. in l. properandum. 13. §. & ſiquidem. 2. verſ. & ſiquidem junct. verſ. ſeq. Cod. de judic.* Keyſerlich Cammergerichts Ordnung/ *part. 3. tit. 42. §.* Wo aber der Kläger. [e] Hujuſmodi enim judicis ſententia non perimit cauſam principalem; cùm integrum ſit actori de novo contra reum actionem ſuam movere. [f] *cap. 1. & cap. 2. tit. de lit. conteſt. num. 6.* Fürſtlich Württembergiſch alt Landtrecht/ *pag. 82. §.* vnd werden. [g] Cùm ante litis conteſtationem hæc ſententia feratur. [h] Definitiva propriè non eſt, cùm ea non niſi lite conteſtata feratur, *Rubr. ut lit. non conteſt. non proced. ad teſt. recept. vel ad ſentent.* Nec obſtat, quòd hæc judicis pronunciatio totam cauſam perimit, cùm id quandoque & interlocutio judicis faciat. *l. poſt ſententiam 9. in fin. C. de ſentent. & interlocut. ubi in parat.* ipſe etiam Cujac. tradit, quod admiſſa peremptoria exceptione interlocutiorem ferè perimat. Poſt Felin tamen Marant. *d. rub. de ſentent. nu.* 39. ſcribit, non interlocutoriam, ſed definitivam hanc eſſe ſententiam.

21 Hæret in ſalebris [a] & iſthæc quæſtio; definitiva ſit vel interlocutoria ſententia, quâ ſecundum, L. diffamari, intra certum terminum diffamatori non agenti perpetuum ſilentium imponitur? Nos cum pleriſq; aliis, [b] interlocutoriam eſſe judicamus, non tamen ſpecialem illam, quæ in judicium aliquod cujuſdam cauſæ principalis ad eam præparandam incidit, [c] ſed generis alterius.

[a] Vt patet ex his, quæ tradit Bartolom. Blaret. *in ſolen. repet. l. diffamari. cap. 9. n. 6.* [b] Quos refert & ſequitur Marant. *d. rubr. de ſentent. nu.* 34. & Blaret. *d. cap. 9. num. 6.* [c] Ejuſmodi enim interlocutio ſpecialis cauſam principalem non perimit. *l. poſt ſententiam 9. in fin. C. ſentent. & interlocut.* hæc verò perimit cauſam principalem (quod interdum etiam facit interlocutio *d. l. poſt ſententiam. 9. ibi, plerunque. Cod. dict. tit.*) nec tamen abſolutionem ita propriè dictam aut condemnationem continet.

22 Quid autem deferendum judicis ſententiæ ſuper poſſeſſorio? Quidam neque definitivam, neque interlocutoriam eſſe volunt. [a] Maranta definitivam eſſe affirmat, [b] quod & gloſſa probat, [c] neque nos improbamus. [d]

[a] Felin. *ad c. conſultationibus, num. 2, extr. de offic. & poteſt. deleg.* [b] *d. rub. de ſentent. num.* 95. [c] *ad c. cùm ad ſedem, in verb. interdictum. in fin. extr. de reſtit. ſpoliat.* [d] *arg. c. 1. 2. 4. §. verum, c. cum dilectus 6. ext. de cauſ. poſſ. & propriet. l. & an eadem 14. §. ult. ff. de except. rei jud.* De hac quæſtione vide Bernhard. Græv. *lib. 1. concluſ. 7. conſider. 1. num. 1. 2. &* 3.

23 Sententiam verò, qua litigatori contumaci vel multa, vel banni, aut excommunicationis pœna irrogatur, interlocutoriam eſſe, cum Dd. [a] affirmamus. [b]

[a] Quos refert & ſequitur Marant. *d. rub. de ſent. nu.* 30. 31. & 41. [b] *per l. 2. §. 1. ff. ſi quis in jus voc. non ierit. & l. illicitas 6. §. ult. ff. de offic. præſid.*

24 Sequuntur ſpecies interlocutionis. Interlocutio ſive interlocutoria ſententia alia ſimplex eſt, quam etiam meram interlocutoriam vocant; alia vim definitivæ habet.

Andr. Gayl. *lib. 1. obſ. pract. obſ.* 130. Mynſing. *cent. 3. obſ.* 88.

Videa-

Videamus ergò, quæ ſententiæ vim definitivæ habeant. Nam ſi cognoverimus, quæ iſtæ ſint, ſimul intelligemus, quæ ſint ſimplices & meræ interlocutoriæ. 25

Per §. Videamus itaque, Inſtit. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt. & §. 1. Videamus ergo. Inſtit. de tutel.

Tradunt autem Dd. regulas, quibus, quæ ejuſmodi aliqua ſententia ſit, docere ſtudent. Una hæc eſt. Omnis interlocutoria, poſtquam non ſperatur alia ſententiâ, ea vim definitivæ habere dicitur; qualis eſt ea, qua reus ab obſervatione ſive inſtantia judicii abſolvitur; qua item appellatio deſerta pronunciatur. 26

Marant. poſt alios. *d. rubr. de ſentent. num.* 42. Andr. Gayl. *libr. 1. obſ. pract. obſ.* 130. *num.* 6. & *obſ.* 138. *num.* 1. & 2. Mynſing. *cent. 3. obſerv.* 88. Bartol. Blarer. *in ſolen. repet. l. diffamari. cap.* 9. *num. 6. pag.* 303. *in fin.* & *pag. ſeq. in princip.* Marant. Mynſing & Blar. non diſtinguunt inter appellationem ab interlocutoria & definitiva, ſed generaliter loquuntur. At Gayl. *d. obſ.* 138. *nu.* 1. & 2. *diſtinguit.*

Altera talis eſt: Omnis interlocutoria, per quam officium judicis finitur, vim definitivæ habet; [a] ut cum judex ſe incompetentem pronunciat. [b] 27

[a] Marant. *d. rubr. de ſentent. num.* 43. Andr. Gayl. *d. obſervat.* 130. *num.* 6. & 9. Mynſinger. *dict. obſervat.* 88. [b] *argument. l. poſt ſententiam 9. Cod. de ſentent. & interlocut.* Marant. Gayl. & Mynſing. *dict. locis.* Diſſentit Aretin. *conſil.* 106. *per cap. ſignificantib. extr. de offic. & poteſt. deleg.*

Tertia eſt ejuſmodi: Omnis interlocutoria, quæ aliquem cauſæ principalis ſubſtantialem definit articulum, vim definitivæ ſententiæ habet: Ut quando judex in judicio reſtitutionis in integrum pro ætate minoris pronunciat, [a] vel attentata revocat. [b] 28

[a] *l. intra utile. 39. in princip. ff. de minor.* Marant. *d. rub. de ſentent. num.* 44. Gayl. *d. obſervat.* 130. *num.* 6. Mynſing. *d. obſervat.* 88. [b] Mynſing. *d. loco.* Gayl. *d. obſerv.* 139. *nu.* 8. Blarer. *d. cap.* 9. *num. 6. pag.* 305.

Hujus quoq; generis eſt interlocutoria, quâ exceptio peremptoria vel alia admittitur vel repellitur; [a] Item qua probationes rejiciuntur & abjudicantur. [b] 29

[a] *Per Clement. ult. tit. de appellat. c. ſuper eo 10. & c. dilecto filio 63. extr. de appellat.* Marant. *d. Rubr. de ſent. nu.* 44. Blarer. *d. cap. 9. nu. 6. pag.* 305. Mynſing. *d. obſerv.* 88. [b] Marant. *d. loco. nu.* 44. *Comment. in ordinat. Cameræ Imp. part. 2. tit. 28. pag. 283. in fin.*

Quarta regula hæc eſt: Omnis interlocutoria continens aliquid dari vel fieri, habet vim definitivæ: [a] qualis eſt, quam ob contumaciam parti mulcta irrogatur; [b] Item qua in expenſas dilatæ litis ante ſententiam condemnatur; [c] & qua in petitorio jubetur actor poſſeſſionem, quam lite pendente nactus eſt, adverſario reſtituere, [d] vel quid ſolvi cum cauſæ cognitione præcepit. [e] 30

[a] Marant. *d. loco. num.* 45. Geil. *d. obſervat.* 130. *num.* 6. [b] *l. 2. §. 1. ff. ſi quis in jus voc. non. ier. junct. l. ſi qua pœna 244. ibi, at mulcta provocatio eſt. ff. de verb. ſignif.* [c] Marant. *d. loco num.* 36. [d] Conrad. Lagus *in method. jur. civil. part. 5. c. 30. p.* 868. [e] Franc. *ad cap. cum ceſſante, extr. de appellat.* Bart. *ad l. non fatetur, ff. de confeſſ.* Mynſing. *cent. 3. obſerv.* 88. Comment. *in ordinat. Camer. Imp. part. 2. tit. 28. pag.* 282.

31. Simplex ergò ſive mera & pura interlocutoria eſt, quæ vim definitivæ non habet: qualis eſt in judicio ea ſententia, qua Judex ea præcipit, quæ ad cauſæ præparationem, id eſt, ad cauſam aut cognoſcendam meliùs, aut citiùs tranſigendam pertinent: veluti ut inſtrumentum edatur; ut litigator Idibus adſit; aut certo loco compareat; item ut teſtes tot producantur, &c.

l. qualem 19. §. ult. ff. de recept. qui arbitr. recep. Donell. *ad l. quod juſſit 14. ff. de re judic.* Cujac. *in lib. 13. Pauli ad edict. pag. 196. in fin.*

32. Ejuſmodi quoque Magiſtratus extra judicium ſententia eſt, qua quid juſſit vetuitvè, non etiam finivit: [a] ut cùm juſſit opus novum nunciari, vel damni infecti nomine cavere. [b]

[a] *dict. l. quòd juſſit 14. ff. de re jud.* [b] *l. ſi opus 16. ff. de oper. novi nunc.* & *l. pen. ff. de prætor. ſtipul.* & *l. 1. §. ult. ff. de quaſt.* Quibus locis dicitur, quòd Prætor revocare juſſum ſuum poſſit, quod proprium eſt, non definitivæ, aut vim definitivæ habentis, ſed interloquutoriæ ſententiæ, *d. l. qualem 19. §. fin. ff. de recept. qui arbitr. recep.* & *d. l. quod juſſit 14. ff. de re judic.*

33. Supereſt, ut de natura & conditione interlocutoriæ diſpiciamus; quæ continetur, tùm modo ferendæ hujus ſententiæ; tùm eo, quod revocari per Judicem, vel non revocari poteſt; tùm etiam quod appellationem admittit, vel non recipit appellationem: tùm poſtremò ejus effectu quodam.

34. Quod attinet modum ferendæ hujus ſententiæ, conſiſtit ille potiſſimùm in duobus. Prius eſt, quod ſimplex, mera ſive pura interlocutoria, cùm modici præjudicii ſit, ferri poteſt, parte etiam non citatâ: [a] Interlocutoria verò, quæ vim definitivæ habet, non niſi parte citata. [b]

[a] Vt docet poſt alios Marant. *d. Rubr. de ſent. nu. 11.* & Blarer. *in ſolen. repet. l. diffamari, cap. 8. num. 19 pag. 265.* Iaſ. *ad d. l. nec quicquam 9. n. 23. ff. de offic. Proconſ.* modici præjudicii interlocutoriam eſſe eam quoq; dicit; quæ citationem partis continet, vel termini prorogationem; cujuſmodi ſententia ſimplex ſive pura eſt interlocutoria. [b] Bart. *ad l. conſentaneum, num. 7. C. quomod. & quand. jud.* Blarer *d. loco,* & facit *text. in l. de unoquoque 47. in prin. ff. de re judic.* & *tot. tit. Cod. quom. & quand. Iud. ſent. profer. deb. præſent. part.*

35. Alterum eſt, quòd ſimplex interlocutoria ſine ſcripto proferri poteſt; [a] ut & interlocutoria, quæ vim definitivæ habet, [b] excepta excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententia. [c]

[a] Marant. poſt alios *d. Rubr. de ſent. n. 12.* [b] ut præter alios Iaſ. *ad d. l. nec quicquam 9. nu. 59. & ſeq. de offic. Proconſ.* Marant. *d. loco, n. 12.* Vant. *de nullit. ſent. ex defectu proceſſus, nu. 74. pag. 660.* docent; & rectè quidem; cùm *tit. C. de ſent. ex peric. recit.* de ſententia definitiva loquatur, ut arguit inprimis *l. 2. Verſ. ſed nec, C. d. tit.* [c] *c. 1. Verſ. quisquis igitur, tit. de ſentent. excommun. ſuſpenſ. & interd. in 6.* Iaſ. *ad d. l. nec quicquam 9. n. 62. ff. de offic. Proconſ.* Vant. *de nullit. ſentent. ex defect. proceſſ. num. 74. pag. 660.* Iaſon Baldum ſequutus idem de ſententia primi & ſecundi decreti ſcribit ad *d. l. nec quicquam 9. nu. 63. ff. de offic. Proconſ.*

36. Revocari per Judicem poteſt interlocutoria ſimplex, [a] non etiam regulariter ea, quæ vim definitivæ habet, ſi poſt ſe aliam non ſperet ſententiã: [b] Regulariter, inquam; nam magiſtratus interlocutio, quâ jubetur caveri damni infecti nomine, vel novum opus nunciari, revocari poteſt; [c] ut & quandoque decretum de alienandis rebus minorum. [d]

[a] d. l.

[a] *d.l. qualem 19. §. ult. de recept. qui arbitr. recep. l. quod juſſit 14. ff. de re judic. l. pen. ff. de Prætor. ſtipul. c. cum ceſſante, extr. de appellat.* Ratio eſt, quòd qui aliquid jubet, quod ad præparationem judicii pertinet, non ideo Iudex eſſe deſinit: aut qui jubet tanquam magiſtratus, non ideò magiſtratus eſſe deſinit. Definitiva autem ideò revocari non poteſt, quod lata hac ſententia Iudex eſſe deſinit. Bart. *num.* 7 & Marant. *d. Rubr. de ſent. nt. n.* 7. Donell. *ad l. quod juſſit 14. ff. de re judic.* [b] *l. qualem 19. §. ult. ff. de recept. qui arbit. receper.* Marant. *d. Rubr. de ſent. n.* 46. Zaſ. *ad d. l. quod juſſit 14. Verſ. dimiſſis his opinionibus.* Conſentit Lanfranc. poſt alios *in aurea pract. cap. 10. num.* 29. ubi dicit, quòd non revocetur ſententia abſolutoria ab obſervatione judicii, [c] *l. ſi opus 16 ff. de oper. nov. nunc. & l. pen. ff. de prætor. ſtipul.* [d] *l. quamvis 9. ff. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur. ſunt, non alien.*

Sed nunquid etiam interlocutoriam ſecundi decreti revocare magiſtra- 37
tus poteſt? Dd. communiter affirmativam tenent, eò quòd nobili judicis officio hæc feratur ſententia. At Bald.[a] & Ant. de Butr.[b] quos Zaſius ſequitur,[c] negant, & rectè quidem, ſi miſſus ex hoc decreto ipſam poſſeſſionem jam apprehenderit[d]

[a] *Ad l. arbitro 9. ff. qui ſatiſd. cog.* [b] *ad Rubr. ff. de re judic.* [c] *ad l. quod juſſit 14. Verſ. quid de ſecundo decreto, ff. dict. t.* ubi addit; quod negatam hanc ſententiam conſuetudo teneat. [d] Cùm enim res ampliùs in integra non eſt, revocatio interlocutoria ceſſat. *c. cum ceſſante, extr. de appellat.* Bart. *ad l. 1. §. quod ſi ſit aliqua, num 4. ff. de prætor. ſtipul.* Lanfranc. *d. cap. 10. nu. 29. Verſ. tertio fallit.* Zaſ. *ad d. l. quod juſſit 14. Verſ. Quinto amplia. & Verſ. hanc doctrinam noſtram, ff. de re judic.* Donell, *lib. 27. comment. ad d. l. quod juſſit ff. d. t. pag.* 373.

Nec poteſt etiam revocari interlocutoria à Judice, cujus officium fini- 38
tum eſt; ut ſi judex ſe incompetentem pronunciaverit.

Textus eſt *in c. ſignificantibus, extr. de offic. deleg.* & facit *l. qualem 19. in fin. ff. de arbitr.* Bart. *ad d. l. quod juſſit 14. num. 9. Verſ. ſed certè ego puto. ff. de re jud.* Lanfranc. *in aurea pract. c. 10. de interloc. & appell. num.* 29.

Tradunt Dd. & alios caſus, quibus interlocutoriæ revocationem fieri 39
poſſe negant; puta ſi interlocutoria ſit geminata; ſi item ab ea fuerit bis appellatum; ſi per interlocutoriam conceſſa ſit abolitio; ſi lata ſit conſenſu partium; ſi prolata ſit unà cum definitiva; ſi confirmata fuerit per Principem; ſi conſuetudo ejus revocationi obſtet.

Hos caſus ex gl. & Dd. monumentis memorat Zaſ. *in d. l. quod juſſit, Verſ. hanc doctrinam, ff. de re judic.*

Nunquid autem Judex mutare interlocutoriam, quam revocare poteſt, 40
cogendus eſt? Negamus.

Arg. d. l. quod juſſit 14. ibi, repetere licèt, aliàs poteſt, ff. de re judic. & d. l. qualem 19. §. ultim. ibi. mutare eum diem poſſe. ff. de arbitr. Illo verbo LICET, & verbo POTEST, item POSSE, movemur; quòd Iudex poſſit tollere: ſi velit ſi nolit, non eſſe eum cogendum. *l. 1. C. quomod. & quand. Iud. & c. l. ſæpè, & l. ſeq. ff. de offic. Prætor.* Idque ſentit etiam poſt Dyn. Bart. *ad d. l. quod juſſit 14. num. 13 ff. de re judic.* & Donell. *ibidem lib. 27. comment. pag.* 374.

Verſatur in quæſtione & illud; poſſitnè Judex pro ſuo arbitrio abſque 41
cauſæ cognitione revocare interlocutoriam ſuam? Diſtinguunt Dd. inter eam interlocutoriam, quæ eſt magni momenti; ut quæ cum cauſæ cognitione prolata fuit; puta, ad dandum, reſtituendum, vel poſſidendum aliquid: & inter eam, quæ præjudicii eſt modici. Illam non niſi cum cauſæ cognitione,[a] hanc citra cauſæ cognitionem[b] revocari poſſe tradunt.[c]

[a] Et hanc ſententiam juvat arg. *l. à procedente 4. C. de dilat. l. qualem 19. §. ult. ff. de arbitr.*

ſed obſtare videtur textus generalis in *d.l.quo juſſit* 14.*ff.de re jud.* per quem etiam Donell. *lib.* 27.*commentar.pag.*373. generaliter ſcribit, quod ſine cauſa Prætor interlocutoriam ſuam mutare poſſit. [b] Hanc partem firmat Argumentum *l.nec quicquam* 9. §.1. *ubi decretum, ff.de offic. Proconſ. junct.d.l.quod juſſit,* 14. *ibi, contrario Imperio.ff.de re judic.* & *d.l.qualem* 19. §. *ult.ff. de arbitr.* [c] Lanfranc.*in aur.pract.cap.*10.*de interlocut.* & *appellat.n.*30. Zaſ.*ad d.l.quod juſſit. Verſ.nunc ſuper ultimo,ff.de re judic.*

42 Quæritur item; intra quod tempus Judex interloquutoriam revocare queat? Azo [a] arbitratur, ad quatuor uſque menſes. At communiter alii diſtinguunt in hunc modum: aut ad inſtantiam partis Judex revocare vult interlocutoriam; aut eam vult revocare ex officio. Priori caſu intra decendium, poſteriori caſu quandocunq; revocare poteſt, uſq; ad ſententiam definitivam. [b] Cæterùm exiſtimamus interlocutoriç, quæ mutari poteſt, revocationem, etiam petitam à parte, [c] rectè fieri tam diu, quamdiu res adhuc integra eſt. [d] Deſinit autem integra eſſe poſt definitivam, [e] & poſteaquam à parte impleta eſt. [f]

[a] Ut teſtatur gl. magna, *ad d.l.quod juſſit* 14.*ff.de re jud.* [b] Bart. poſt alios, *nu.*11. *ad d.l.quod juſſit, ff.d.t.* & ibidem etiam Zaſ. *Verſ.ſuper quarto puncto,* Lanfranc. *in aur.pract.cap.*10.*de interloc.* & *appellat. num.* 30. [c] Abſurdum enim fuerit, petitione partis Iudicis poteſtatem attenuari. [d] *c.cum ceſſante, extr.de appell.l.pen.ff.de prætor. ſtipul.d.l.qualem* 19. §.*ult.ff.de arb.* & *d.l.quod juſſit* 14.*ff.de re jud.* Donell. *ad eandem legem lib.*27.*comment.pag.*373.*in fin.* [e] *per l.Iudex* 55.*ff.de re jud.* & *dict.l.qualem* 19. §.*ult.in fin.ff.de arb.* [f] *arg.*§.*rectè quoq; Inſtit.de mand.* & docet Donell. *dict.loco.* Sed obſtare videtur *l.metum* 9.§. *ſed quod prætor* 3.*ff.quod met.cauſ.*

43 Appellabilis ſit nec nè interlocutoria, diſtinguendo obtineri poteſt. A ſimplici namq; interlocutoria Jure civili provocatio non datur, [a] niſi tale adferat gravamen, quod appellationem à definitiva reparari non poſſit. [b]

[a] *l.pen. ubi* Salic. & alii, *C.de quor.appell.non recip.c.ſuper eo* 12. *ext.d. appell.l.*1. §. *huic conſequens, ff.de appell* Lanfranc. *in aur.pract. c.*10.*de interloc.* & *appell. num.* 68. Marant. *Rubr.de appell.num.*201. & *n.*292. [b] *ut arguunt textus, l.arbitro* 9.*ff.qui ſatiſd.cog.l.*2. ubi Bart. *ff.de appell.recip.c.cum ceſſante, extr.de appell.* Mynſing. 1.*obſerv.*66.*cent.*4.*obſerv.*43. Andr. Gayl. *lib.*1. *obſerv.pract.obſerv.*129. & 130.*n.*6. & *obſerv.*132.*num.*4. Cammergerichts Ordnung / *part.*2. *tit.*29.§. *ultim.* Fürſtl. Württemb. Hoffgerichts Ordnung / *part.*2.*tit.*2.*in princ.* Honded. *Vol.*1. *conſult.*27. Martin. Uranius. *tom.*3.*conſil.*6. Goldſtein. *in practic.c.*70.

44 Ab ea verò interlocutoria, quæ vim definitivæ habet, appellari poteſt.

l. inter utile 39. *in princ.ff.de min.l.ait Prætor* 7.§.2. *Verſ.permittitur, ff.d.t. L. ab executione* 5. *in prin. C. quor. appell.non recip. l.*2. *C. ut lit. pendent.* Käyſerl. Cammergerichts Ordnung / *part.*2.*tit.*29.§. vnd ſo von Bey Vrtheil. Lanfranc. *in aur. pract.c.*10.*de interloc.* & *appell.n.*68. Marant. *Rubr.de appell.ac.num.*130.*num.*145. Andr. Gayl. *lib.*1.*obſervat.practic.obſervat.*130.*n.*5. *in fin.* & *obſerv.*132.*nu.*2.3. & 5. Paul. Chriſtinæ. *Vol.*1.*deciſ.*18. Uranius *ad cap. ſignificaverunt. n.*18. & *ſeqq.extr.de teſtib.*

45 Multum autem refert ſcire, mera & ſimplex ſit interlocutoria, appellabilis tamen: an verò ejuſmodi, quæ vim definitivæ habet. Simplex enim ſi fuerit interlocutoria, appellatio non modò in ſcriptis fieri debet, ſed & cauſas gravaminum exprimi neceſſe eſt, cùm ex iiſdem actis appellatio hęc verificari debeat, [a] & cum citatione ipſa inhibitio ſimul non decernitur. [b] At ſi vim definitivæ interlocutoria habeat, in continenti vivâ voce abſq; ſcri-

pto

pto appellatio fieri poteſt; nec opus eſt, ut cauſę gravaminum exprimantur; & ſtatim unâ cum citatione inhibitio etiam decerni poteſt. [c]

[a] *c. ut debitus* 59. ubi Canoniſtæ, *extr. de appell.* & *c. 1. tit. eod. in 6.* Lanfranc. *in aur. pract. c. 10. de interloc.* & *appell. n. 69.* Marant. *Rub. de appell. num. 18. n. 126.* & *num. 141.* & *num. 144. ubi limitatio, n. 147.* & *n. 149.* & 157. *ubi limitatio.* Andr. Gayl. *lib. 1. obſ. pract. obſerv. 130. n. 6. in fin.* & *num. 7.* [b] Andr. Gayl. *d. obſerv. 130. num. 7.* & *obſer. 144. num. 4.* [c] *c. Romana* 3. *§. ſi verò,* & *c. non ſolum* 7. *tit. de appell. num. 6.* Andr. Gayl. *d. obſerv. 130. n. 7.* & *obſer. 144. n. 4.* Ayrer. *in proceſſ. part. 1. c. 6. obſ. 4.* Mindan. *lib. 1. cap 6. n. 13.* & *ſeqq.*

Reſtat effectus ſententiæ interlocutoriæ. Etſi interlocutoria ſimplex, quoad Judicem, non tranſeat in rem judicatam; [a] ea tamen, quæ vim definitivæ habet, per lapſum decem dierum tranſit in rem judicatam. [b] 46

[a] *c. cum ceſſante, ubi Dd. extr. de appell.* Specul. *Rubr. de appell. §. reſtat. videre, num. 5. in fin.* Bart. *ad. d. l. arbitro, num. 2. ff. qui ſatiſd. cog.* Si tamen poſtea definitivè ſuper principali pronunciatum ſit, tranſit in rem judicatam, Innocent. *ad cap. cùm dilectus, num. 6. extr. de elect.* [b] *c. cùm dilectus* 32. *in fin. extr. de elect.* Speculat. *Rubr. de execut. ſentent. §. breviter. dicendum, nu. 7. in fin.* Marant. *Rubr. de ſentent. n. 22.*

Juris autem infamiam non irrogat interlocutoria, ſed infamiam tantùm facti. 47

l. Quid ergò 13. *§. quantum ad infamiam,* ubi Bart. & *l. ob hae verba, ff. de his qui not. infam.* Bald. *ad l. etiam* 8. *n. 3. C. de furt.*

Clas. VI. Disputat. XXXII.

De Judicis officio in ſententia definitiva ferenda, ejusq́; ſententiæ natura.

Thesis I.

De officio judicis in examinanda, & diligenter ponderanda litigantium cauſa hactenus: Succedunt modò judicis partes in ferenda ſententia, quam definitivam vocant, ejuſque ſententiæ naturâ.

Vide ſupra diſput. 28. theſ. 2.

Diſpiciendum ergo hîc quid ſit definitiva ſententia: tum quomodo, & quibus præſentibus: tum etiam ubi & quando ea ſit danda: Tum poſtremò quæ ejus ſit natura. 2

Definitiva judicis ſententia eſt pronunciatio [a] judicis, cauſæ controverſæ deciſionem continens. [b] 3

[a] Alii aliter ſententiam definitivam definiunt, Marant. *de ſentent. n. 1.* Vult. *lib. 2. de juriſprudent. Roman. cap. 32. num. 73.* Treutler. *diſputat. 33. theſ. 1. volum. 2.* Rectè autem generis loco hac in definitione uſurpamus vocem pronunciatio judicis per text. *in l. 1. ff. de re judic.* [b] Occupatur

Digitized by Google

patur enim judicis officium in decidenda controverſa cauſa *cap. 2. extr. de ſentent. & re judic. l. Pomponius 13. §. Recepiſſe, ff. de recept. qui arbitr. receper.* Et hoc differt ſententia ab interlocutione, quæ eſt judicis pronunciatio de his, quæ ad cauſam principalem promovendam pertinent: cujuſmodi ſunt, jubere ut litigatores adſint, teſtes producantur, inſtrumenta proferantur, juramentum præſtetur, &c. Zanger. *in proem. extr. de ſentent. & re judic. n. 43.*

4 Deciſio autem illa fit vel condemnando, vel abſolvendo reum.

l. 1. l. ſi ſe non contulit 4. §. condemnatum 6. ff. de re judicat. l. Præſes 3. C. de ſentent. & interlocut. omnium judic. Marant. *part. 6. de ord. judic. tit. de ſentent. num. 3.* Lanfranc. *ad c. Quoniam cap. 10. n. 29. extr. de probat. Papin. in pract. tit. 20. gl. 1. n. 2.* Arnold. de Reyger *in proceſſu judic. diſſ. 8. theſ. 7.*

5 Quod ſi neque condemnationem neque abſolutionem contineat definitiva ſententia, ipſo jure nulla eſt.

d. l. 3. l. 7. C. de ſentent. & interlocut. omnium judic. c. fin. §. definitiva. 2. q. 6. Sebaſtian. Vant. *de nullit. ſentent. ex defect. proceſſ. pag. 668. num. 90.* Fürſtl. Württemb. New Landrecht / *part. 1. tit. 56. §.* Gleichfalß da die Vrthel.

6 Non eſt tamen neceſſe, ut verbo *abſolutionis, vel condemnationis* præciſè utatur judex, ſed ſufficit verbum aliquod æquipollens, quo finis controverſiæ demonſtratur.

arg. l. aut prætor. 5. §. 1. & l. In ſententiis, 59. in princ. ff. de re judic. Sebaſtian. Vant. *de nullitat. ſentent. ex defect. proceſſ. n. 90.* Ummius *diſp. 19. ad proceſſ. n. 49.* Zaſ. *in l. 1. ff. de re judic.* ubi valere oſtendit hiſce verbis conceptam ſententiam: Iubeo reum ut ſolvat, quæ actori debet ex teſtamento: vel, ſolvat reus, quod petitum eſt: vel ſi dicat Iudex, reum debere actori: vel, non video, quod reus non ſit obligatus actori. Similia exempla proponit Vant. *d. Rub. n. 92. pag. 670.* Donell. *ad l. 1. ff. de re judicat.* Gail. 1. *obſ. 2. n. 6.*

7 Requiritur & illud, ut ſententia definiat controverſiam in præſenti: verbo gerundivo, aut futuro concepta ſententia non valet: ut cum dicit Judex, *Reum condemnandum,* vel, *abſolvendum eſſe judico.*

Ita aliorum autoritate nixus docet Vant. *d. Rubr. n. 90. & 91.*

8 Non valet etiam incerta ſententia hiſce concepta verbis: *Condemno condemnandos, abſolvo abſolvendos.* Neque hæc ſententia; *pronuncio reum eſſe condemnatum,*[a] vel, *pronuncio reum eſſe condemnandum.*[b]

[a] Zaſ. *in dict. l. 1. ff. de re judic.* quam tamen poſteriorem ſententiam Angel. valere ſentit Marant. *de ord. judic. tit. de ſenten. n. 125.* Scaccia *de appellat. q. 29. rem. 1. concl. 4.*

9 Neque hæc valet ſententia: *Pronuncio, partium teſtimonia eſſe idonea:* vel, *pronuncio quod actoris jus ſit melius,* Præſupponit enim hæc ſententia, quod etiam jus REI ſit bonum.

Zaſ. proximè dict. loco. & in l. In ſententiis 59. n. 1. ff. d. t.

10 Ut nec illa ſententia. *Redde, ſive ſolve Titio quod debes.*

Zaſ. *in d. l. In ſententiis 59. num. 1. in fin. ff. de re judic.* Dn. Collega D. Harpprecht. *in §. Curare, n. 9. & ſeqq. Inſt. de actionib.*

11 Valet tamen ſententia, hæc verborum formulâ concepta: *Uti poſſidetis, ita poſſideatis,* quando ſcilicet uterque litigator poſſeſſionem veriſimiliter probavit.

l. 1. in prin. & l. 3. in prin. ff. uti poſſidet. Zaſ. *in d. l. 1. in fin. ff. de re judic.*

12 Ut & hæc ſententia: *Condemno, imo abſolvo reum;* cum ultimum verbum *abſolvo* ſit attendendum, proindeque ſententia hæc ſit abſolutoria.

Vant.

Vant. *de nullitat. ſentent. ex defectu proceſſ. n. 92. circa finem pag.* 671.

Si judex loco ſententię legat tantum conſilium ſapientum, ſive informa- 13
tionem, imprudenter agit, atque hæc ejus ſententia non valet, in tantum, ut
in rem judicatam nunquam tranſeat, ſed ſemper & quandocunque ad con-
ſilium prudentiorum retractari poſſit.

Marant. *de ord. judicior. Tit. de ſentent. n.* 13. *& ſeqq. & n.* 126. Mynſing. *adc. propoſuiſti*, 4. *num.* 23. *extr. de probat.* Iul. Clar. *in §. Homicidium, num.* 45. Aliud verò in Electoratu Saxonico obſervari teſtatur Moller. *ad Auguſt. Elect. conſtit.* 26. *part.* 1. *n.* 2.

Ex ſtylo tamen curiarum, & judiciorum in Germania multorum, ſi ju- 14
dex ſapientum ex conſilio ſententiam ferat, inſerere illi plerunq; ſolet ver-
ba, auff gehabten Raht.

Verbi gratia: In Sachen N. N. Clägers an Einem/ gegen vnd wider N. N. Beklagten am andern theil/ iſt nach allem fürbringen ꝛc. [illegible]ffgehabten Raht mit Vrthel zu Recht erkendt/ꝛc.

Adhæc ut ſententia purè, non ſub conditione remota penitus, & extrin- 15
ſeca pronuncietur, jura deſiderant: Alioquin ab ea appellare licet.

l. 1. *§. Biduum, ff. Quando appelland. l. Qui teſtamento* 37. *in fin. prin. ff. de excuſat. tutor.* Sichard. *in l. eum Iudex* 11. *n.* 4. *C. de ſentent. & interlocut. omnium judic.* Cacheran. *deciſ.* 146. *n.* 6. De hac quæſtione vide Zaſ. *in l. a Divo Pio* 15. *§. In venditione, ff. de re judic. & latè differentem* Ant. Gabriel. Roman. *lib.* 2. *concluſ. tit. de ſentent. concl.* 1.

Quod ſi conditio intrinſeca ſit (ut quæ cauſæ merita reſpicit) & præpo- 16
ſterum proceſſus ordinem arguat, ſententia planè inutilis eſt: ut ſi his dicta
ſit verbis: ***Condemno reum Titium, ſi eſt probatum eum debere.***

Sebaſtian. Vant. *tit. de nullitat. ex defect. proceſſ. n* 112. *§. Sed contrarium*, Sarmient. *lib.* 1. *ſelectar. interpretat. cap.* 13. Eberhard. Bronchorſt. *cent.* 4. *ἐναντιοφαν. aſſert.* 17. Arnold. Reyger *in proceſſ. judic. diſput.* 8. *theſ.* 8. Hackelman. *diſput.* 5. *theſ.* 8. Sed vide Wurmbſ. *lib. pract. obſer. tit.* 22. *obſer.* 2. *n.* 3. & Sichard. *in l. cum. judex* 11. *num.* 4. *verſ. Et dicitur illa conditio, C. de ſententiis & interlocut. omnium judic.* & Zaſ. *in d. l. à Divo Pio*, 15. *§. In venditione, circa finem verſ. Duplex eſt conditio, ff. de re judicat.* & Fachinæ. *lib.* 11. *controverſ. c.* 18. *& ſeq.* Quatenus valeat ſententia conditionalis. Vide Hartm. Piſtor. *obſervat.* 119. Gayl. 2. *de Pac. publ. cap.* 4. Cacheran. *deciſ.* 145.

Quando autem conditio eſt quidem intrinſeca, at non arguit ſubſtantia- 17
lem ordinem proceſſus inverſum, non invalidat ſententiam: ut ſi his con-
cepta ſit verbis ſententia; ***Condemno te reum, ſi juraveris actor, reum tibi debere:***
vel his verbis: ***abſolvo te reum, ſi juraveris, actori te nihil debere.***

l. cum judex 11. ubi poſt alios Sichard. *num.* 3. *C. de ſententiis & interlocut. omnium judic.* Huiuſmodi ſententiarum formam ſervari & probari conſuetudine totius orbis ſcribit Zaſ. *in d. l. a Divo Pio* 15. *§. In condemnatione, circa finem, ff. de re judic.* ubi etiam probat ſententiam, quæ ſub conditione reſolutiva id eſt exceptiva, per dictionem Niſi eſt concepta, puta his verbis: Condemno Reum actori, niſi reus intra menſem producat duo inſtrumenta. Vel his verbis: Adjudico actori bona Titii, niſi intra ſemeſtre ſpacium probetur, ipſum Titium adhuc vivere. Eandem hanc probat ſententiam Iaſon. *in §. Curare, nu.* 53. *Inſtit. de action.* & Fachinæ. *lib.* 11. *controverſ. cap.* 16. At aliud ſentire videtur Bart. *in l.* 55. *n. ult. ff. de re judic.* Cacheran. *deciſ.* 145. *num. ult.*

Conditionalis quoque ſententia conditionis impoſſibilis, & cui per re- 18
rum naturam pareri non poteſt, nullius eſt momenti.

l. ult. ff. Quæ ſententia ſine appellatione reſcind. Alban. *in addit. ad Bart. in d. l.* 1. *§.* 5. *verb ſub conditione, verſ. pro hoc*, ubi refert, Bald. & Roman. *diſſentire, ff. quando appellat.* Quæritur de

ſententia alternativa. Num illa valeat, & Affirmativam approbamus ſententiam. *per c. cum inter.* Ubi *Dd. extr. de re judic.* & ſentiunt ita quos refert Bertachin. *in Repertor. in verb. ſententia. fol. mihi.* 55. Sed obſtat quod alternativa parit incertitudinem. *l. ubi autem. §. quod illud aut illud ff. de verb. obligat. l. prætor. §. quód autem. ff. de injur.* Alexand. *conſil.* 172. *Vol.* 2. & *conſ.* 2. *nu.* 4. *Vol.* 3. vide quoque Bald. *in cap. cum cauſam. n.* 12. & 13. *extr. de probat.* Alexand. *conſil.* 96. *n.* 11. *in fin. Vol.* 4. ubi volunt quod valeat ſententia alternativa, imprimis autem vide Alexand. *dict. conſil.* 96. *n.* 12. *Vol.* 4.

19. Præterea concipi & proferri debet ſententia definitiva eâ linguâ, quæ publicè nota eſt, etiam ſine interprete, ſive Latina, ſive Græca, ſive Germanica ſit.

l. Decreta 48. ubi Donell. *ff. de re judic. l. Judices* 12. *C. de ſentent. & interlocut. omnium judic.* Idem Donell. *ad Rubr. ff. de re judicat.*

20 Et quidem ex ſcripto proferri debet ſententia: [a] Niſi cauſa levis ſit, & vilium perſonarum, [b] aut Epiſcopus inter [illegible]os cognoſcat ſubditos. [c]

[a] *l.* 2. & *l.* 3. *Cod. de ſentent. ex pericul. recitand.* Fürſtl. Württemb. Landrecht / das alte / *part.* 1. *pag.* 118. *in prin.* & *pag.* 125. *§.* oder zum dritten / New Landrecht / *part.* 1. *tit.* 53. *§.* So dann das Gericht. & *Tit.* 56. *pag.* 168. *§.* Oder da man. *Verſ.* Oder ein Urtheil nicht in Schrifften. Ummius *diſp.* 19. *ad proceſſ. num.* 39. Sichard. *ad l.* 1. *n.* 26. *C. de ſentent. ex pericul. recit.* [b] *Novell.* 17. *c.* 3. *Auth. Niſi breves, C. de ſentent. ex periculo recitand.* Vantius *de Nullit. cap.* 13. *nu.* 69. Marant. *de ſentent. n.* 47. Nec valet etiamſi poſtea ſententia in ſcripturam redigatur. Vant. *cap. dict.* Althuſ. *lib.* 3. *Dicæolog. cap.* 57. *n.* 37. Boer. *deciſ.* 259. *n.* 10. [c] *Novell.* 83. *in princip.* & *dict. Auth. Niſi breves.* Iure quoque Wirttembergico in pagis, quorum judicia non habent ſcribas, ſententia etiam non ſcripta dici poteſt, Fürſtlich Württembergiſch Landrecht / *dictis locis.*

21 Quin etiam recitanda eſt ſententia per judicem ipſum, vel ſi illuſtris ſit judex, per judicii Secretarium, ſive ſcribam.

l. 2. *C. de ſentent. ex pericul. recit. Marant. de ordin. judic. part.* 6. *Tit. de ſentent. nu.* 28. & 29. *Speculat. eod. tit. de ſentent. §. ſequitur.* Gilhauſ. *in arbor. civil. part.* 1. *cap.* 8. *n.* 10.

22 Hodie in omnibus ferè judiciis per Secretarios, & Scribas pro curiarum ſtylo ſententiæ recitantur.

Trentacinq. *lib.* 2. *Var. reſol. tit. d. ſentent. reſol.* 2. *n.* 12.

23 Et debet proferri ſententia præſentibus iis, ad quos ea res, de qua agitur, pertinet: Proindeque ad eam audiendam citandi ſunt.

l. de unoquoque 47. *ubi præter alios,* Duar. Zaſ. & Donell. *ff. de re judic. l. pen. §. ſi quis abſente, ff. de confeſſ. l. Furioſo* 9. & *l. In ſententiis,* 59. *§. ult. ff. de re judic.* Fürſtl. Württemb. New. Landrecht / *part.* 1. *Tit.* 53. *§.* Es ſollen auch / &c. *pag.* 160. Mynſing. *cent.* 1. *obſerv.* 78. Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſerv.* 109. *n.* 1. Mindan. *lib.* 2. *c.* 17. *n.* 3.

24 Poteſt tamen ſententia adverſus abſentem dari, ſi is legitimè, & peremptoriè citatus contumaciter ſui præſentiam in judicio facere contempſerit?

d. l. de unoquoque 47. *§.* 1. *ff. de re judic. l.* 1. 2 & 3. & *l. Ea quæ,* 7. & *l. ſeq. cum Auth. Qui ſemel, C. quomodo & quando judex.* Andr. Gayl. *dict. obſerv.* 109. Donell. *in l. contumacia* 53. *in prin. ff. de re judic.*

25 Is verò, quem adverſa valetudo defendit, aliave juſta excuſat cauſa, contumax non videtur. Unde ſententia contra ejuſmodi abſentem lata non valet: [a] Ut nec ea ſententia, quæ ante nuncii relationem contra abſentem contumacem data fuit. [b]

[a] *l. contra pupillum* 54. *§.* 1. *l. quæſitum* 60. *ff. de re judic.* Mynſing. *cent.* 4. *obſervat.* 57. [b] Mynſing. *cent.* 1. *obſervat.* 78. Donell. *in dict. l. contumacia* 53. *in fin. ff. de re judic.* Græv. *lib.* 1. *con-*

clu-

*cluſ.*54.*num.*8. Dn. Berlich.*tom.*1.*concluſ.*10.*num.*25. Gail.1. *obſ.*54.*n.*7. Zanger. *ad cap.*19.*extr. de appellat.n.*18 & 20.

Impedimentum autem illud juſtum juramento probatur. 26

argum.l.non omnes 5. §. *A barbaris* 6.*ff.de re milit.* Bart. & Gulielm. de Cun. *in l.* 2. §. *quod diximus,* 6. *ff. ſi quis cautionibus.* Zaſ. *in dict.l. Quaſitum,*60.*ff.de re judic.* & hos ſequutus Mynſinger. *cent.*4. *obſerv.*57.*n.*7. & *ſeq.*

Quæritur de procuratore, utrum ſententia in eum, vel principalem proferri debeat? Jure communi, ſi cum procuratore lis conteſtata ſit, in eum, non ipſummet dominum danda eſt ſententia. 27

*l.*1. & Bart. *num.*4. & cæteri Dd. *C.de ſentent.* & *interlocut. omnium judic. l. nulla* 23. *C. de procuratorib.* & *l. Plautius,*61 *ff.d.tit.* Petr. Surd. *conſil.*99.*n.*33.34. & *ſeqq.* Menoch. *conſil.*415.*num.*1. Andr. Gayl. *lib.*1.*obſerv.*111.*n.*1. Hartman. Hartm. *pract.obſ.tit.*7.*obſ.*1.*n.*5.

Proindeque ad audiendam ſententiam non principalis, ſed procurator, qui litem conteſtatus eſt, citari debet. 28

Menoch. *dict.conſ.*415.*num.*16.17. & 18. Grævæ. *libr.*1.*pract.concluſ.*111.

Jure Wirttembergico vel principalis, vel ejus procurator ad audiendam ſententiam citatur. [a] Idem in Camera obſervatur. [b] 29

[a] Fürſtlich Würtembergiſch New Landrecht/ *part.*1.*tit.*53.§. Es ſollen auch/ *pag.*160. [b] Mynſing. *cent.*6.*obſerv.*11. Trentacinq. *Var. reſol. lib.*3. *tit. de procurat. reſol.*14.

Quod ſi ipſemet principalis litem quidem conteſtatus ſit, at poſtea procuratorem ſuo conſtituerit loco, in dubium vocatur, num in procuratorem, vel principalem ſententia ſit dicenda? Quidam in illum: aliqui in hunc: Nonnulli in utrunque proferendam eſſe ſententiam ajunt. [a] Mihi probabilior media videtur ſententia. [b] 30

[a] vide Grævæ. *dict.concluſ.*111 *n.*6. & 7. [b] Cum enim propter litis conteſtationem cum procuratore factam in ipſum dicenda ſit ſententia, non in principalem, multò magis in principalem danda eſt ſententia, ſi ipſemet litem conteſtatus ſit. Pro opinione prima adferunt ejus patroni *l. liberto* 31. §.1. *ff. de negot. geſt.* & *l. qui proprio* 46. *in princ. ff. de procurat. ſed fruſtra.*

In ſummis autem Tribunalibus, non in procuratorem, ſed in principalem profertur ſententia: [a] Veluti in Camera Imperii Spirenſi. [b] 31

[a] vide Menoch. *dict. conſil.*415.*num.*8. & alios, quos citat Grævæ. *dict. concl.*111.*n.*9. [b] Andr. Gayl. *lib.*1.*obſerv.*111.*n.*2.

Jure Wirttembergico ſententia vel in principalem, vel in ejus procuratorem vel in utrumque, ſi partim ille, partim hic tractarit in judicio cauſam, proferri poteſt. 32

Fürſtlich Würtembergiſch New Landrecht/ *part.*1. *tit.*53. §. ob auch jemand/ ꝛc. *pag.*160.

Si procurator abſentia, vel infirmitate impeditus venire non poſſit, dominus citari, & eo præſente ſententia dici debet. 33

Mynſing. *cent.*2. *obſerv.*32.

Ut autem verus, non falſus ſit procurator, in quem ſententia profertur, neceſſe eſt: cum in falſum procuratorem data ſententia non valeat. 34

Mynſing. *cent.*1. *obſer.*75. & *cent.*4. *obſerv.*33.

35 Etſi verò procurator litis conteſtatione dominus ſit factus ipſius litis, mortua tamen principali parte, antequam in cauſa concluſum fuerit, heredes ejus ad reaſſumendam cauſam ex conſuetudine, & jure Cameræ Imp. novo, citandi ſunt, & ita procedendum, ut uno verbo omnia acta & actitata præhabiti judicii repetantur.[a] At ſi poſt concluſionem in cauſa deceſſerit alterutra pars, citandos eſſe ejus heredes tantum ad audiendam ſententiam, cum Gaylio[b] veriùs judico.[c]

[a] Zaſ. *ad l. 23 Si cum procuratore, num. 6. ff. de re judic.* Andr. Gayl. *lib. 1. obſerv.* 109. *n.* 5. *&* 6. Deputation Abſchied zu Speyr *de Anno* 1600. §. Nach dem auch/ *pagin.* 28. *in fin. & pag. ſeq. in princ.* Mynſinger. *cent.* 1 *obſervat.* 85. [b] *lib.* 1. *obſerv.* 109. *n.* 3. *verſ. hac tamen licitatio, & n.* 6. [c] *per l. ſi: um hominem* 33. *ff. de fidejuſſoribus.*

36 Quinimò lite per procuratorem ſuſcepta & agitata, ſcripto jure communi, citatione heredum defunctæ principalis partis, & cauſæ per eos reaſſumptione opus eſt nihil, ſed in procuratorem proferri ſententia poteſt,[a] Id quod etiam hodie in Camera Imp. fit, ſi poſt concluſionem deceſſerit pars principalis.[b]

[a] Tum quia litem conteſtando procurator dominus efficitur litis, *cap.* 1. §. 1. *tit. de procurat. in* 6. *& l. Nulla dubitatio, Cod. dict. tit.* Tum etiam quia facta cum procuratore litis conteſtatione, mors domini non extinguit mandatum, neque procuratoris officium finit, *l. nulla* 23. *C. de procurat.* Tum poſtremò, quia ut ſupra dictum *theſi* 27. dicenda eſt ſententia in procuratorem, cum quo lis conteſtata eſt, non in partem principalem. Atque ita ſentit quoque Andr. Gayl. *dict. obſervat.* 109. *n.* 6. *&* Ilico Ummius *diſputat. ad proceſſum juris* 3: *theſ.* 7. *in addit: ſub num.* 45. [b] Deputation Abſchied zu Speyer/ *de Anno* 1600. §. Nach dem auch/ *pag.* 28. *in fin. & pag. ſeq. in prin.* Caroc. *de remed. adverſ. ſent. præjudic. except.* 42. Mantica *de facit. & ambiguis convent. lib.* 7. *tit.* 26.

37 Quamvis autem principali parte defuncta ex moribus citandi ſint ejus heredes ad cauſam reaſſumendam, & audiendam ſententiam; ſi tamen judex ignoret in fata abiiſſe partem principalem, & pars adverſa non allegat adverſarii mortem, nec petat defuncti heredes citati, poteſt judex in præſentem procuratorem dicere ſententiam.

Per fundamenta ad præcedentem theſin, *& text. ad theſ.* 27. citatos, & docet Mynſinger *cent.* 1. *dict. obſervat.* 85. *in fin. &* Andreas Gaylius, *dict. obſervation.* 109. *n.* 3.

38 Facta quoque citatione heredum, ſi illi non compareant, procurator litem abſolvere & poteſt, & debet.

Zaſ. *in dict. l. ſi cum procuratore* 23. *n.* 6. *ff. de re judic.*

39 Quod ſi defuncto procuratore nec principalis adeſt, definitivè pronunciandum non eſt.

Deputation Abſchied zu Speyer/ *de Anno* 1600. §. Gleicher maſſen/ *pagin.* 29.

40 Quando autem ſententia in procuratorem dicitur, ejus executio in principalem fit, non in procuratorem: niſi in rem ſuam datus eſſet, aut ſe liti obtuliſſet, cum ſciret cautum non eſſe.

l. 4. *ubi* Donell. *ff. de re judic. l. Plautius* 61. *ff. de procurat.*

41 Locum quod attinet dicendæ ſententiæ, Judex pro Tribunali ſedens publicè proferre debet in loco cauſæ cognoſcendæ dato.

L. cum ſententiam 6. *C. de ſentent. & interlocut. omnium judic. l.* 5. *C. quomodo, & quando judex, l. A procedente* 4. *C. de dilat. l. Quiſquis* 6. *in fin. Cod. de poſtuland. Novell.* 92. *cap.* 2.

Sichard

Sichard. *in l. 1. num. 12. C. de ſent. ex pericul. recitand.* Rosbach. *de proceſſu judic. tit. 72. num. 26.* Fürſtlich Württembergiſch New Landrecht/ *part. 1. tit. 53. §.* So dann dem Gericht/ *ibi*, an ſitzendem Gericht/ vnd gewohnlicher Gerichtsſtatt offentlich verleſen vnd außgeſprochen. An idem ſit in proceſſu ſummario vide Cravett. *conſ. 140. num. 4.*

Tempus ferendæ ſententiæ eſt illud, quod ipſi inſtantiæ legum autoritate datum eſt; puta ut cauſæ civiles intra triennium, criminales intra biennium terminentur. 42

l. properandum 13. C. de judic. l. ult. C. ut intra certum tempus criminalis quæſtio terminetur. Trentacinq. *lib. 2. var. reſolut. tit. 1. concluſ. 4. & tit. de ſentent. reſ. 5.* Mynſing. 3. *obſ.* 44.

In Camera tamen triennio non perit inſtantia [a] ut hodie nec in aliis maximè celebrioribus judiciis. [b] 43

[a] Mynſinger. *cent. 2. obſervat. 48.* [b] uti conſuetudo abundè teſtatur, jure etiam canonico perpetuam eſſe inſtantiam volunt, per text. *in c. venerabilis*, ubi Abb. & Canoniſt. & *c. penult. extr. de judic.* Mynſing. *dict. obſerv. 48.* Vbi diſſentientem Matth. de Affict. citat.

Tempore quoque in honorem Dei non feriato publicanda eſt ſententia. 44

Sebaſtian. Vant. *de nullitat. ſentent. ex defectu juriſdict. ordin. num. 131. pag. 244.* Fürſtlich Württembergiſch New Landtrecht/ *part. 1. tit. 56. §.* Item da die Vrthel *pag. 168.* An verò ſententia valeat lata die feriato, ſi Iudicis Iuriſdictio, eo die petitura fuiſſet. Vide omnino Scacciam *de judic. lib. 2. cap. 5. num. 38.*

Sic & interdiu, non tempore noctis ut ſententiam ferat judex juſtum exiſtimatur. 45

c. conſuluit 24. in fin. extra. de offic. & poteſtat. judic delegat. Petrus de Bellaperica, & Iaſon in l. Non minorem, 20. num. 3. Cod. de tranſaction. Signorol. *conſil. 52.* Menochius *lib. 1. de arbitr. jud. quæſtion. 62.* Marant. *de ſentent. num. 92.* Hieronym. de Cævallos *in Speculo Aureo opinion. comment. contra communes, quæſt. 670.* Sebaſtian. Vant. *de nullitat. ſentent. ex defectu juriſdict. ordin num. 132.* Cæterum memini caſuum, quibus veſperi accenſis candelis publicabatur ſententia; idque partium in commodum, ut illæ ſequenti die patrium repetere ſolum maturè poſſent. Haud rarò etiam matutinis horis ante lucem diei luminibus tamen adpoſitis ſententiæ etiam definitivæ dicuntur. Vide omnino Caroc. *de remed. adverſ. ſentent. præjudic. except. 37.*

Natura ſententiæ definitivæ ea eſt, quod ipſam judex, à quo dicta fuit, revocare, reſcindere, corrigere, aut mutare non poteſt, etiamſi perperam judicaverit. [b] 46

l. quod juſſit 14. l. Paulus 42. l. judex poſteaquam 5. l. cum quærebatur 62. l. 2. verſ. ſed nec ſit, C. de ſentent. ex pericul. recitand. l. poſt ſententiam, 9. C. de ſentent. & interlocut. omnium judic. l. 1. C. de ſentent. reſcind. non poſſ. l. Divus, 27. in princip. ff. de pœnis, l. 1. §. ultim. ff. de quæſtio. l. qualem 19. §. ultim. & l. ſequent. ff. de arbitr. [b] *l. judex 55. l. cum quærebatur, 62. ff. de re judic. Princeps tamen adiri poteſt, & peti, ut vel corrigat, vel mutet inquam ſententiam, l. Divi 27. in fin. princip. & §. 1. ff. de pœnis, dict. l. 1. in fin. ff. de quæſt. & l. Acta, 45. §. de amplianda, ff. de re judicat.*

Si quid tamen ad conſequententiam ſententiæ pertineat, eodem die per judicem ſuppleri poteſt. [a] Unde ſi primò tantum ipſam rem adjudicaverit, poſtea etiam de fructibus & expenſis ſtatuere poteſt. [b] 47

[a] *d. l. Paulus 42. ff. de re judic.* [b] Zaſ. *in d. l. judex 55. nu. 5.* & Donell. *in d. l. 42. ff. d. tit.* Poſſeſſor enim de fructibus tanquam prædii acceſſione condemnandus eſt, *l. & ex diverſo. 35. §. 1. ff. de rei vind.* Eum quem judex de rei principali condemnavit, eundem etiam regulariter in ſumptus litus condemnare debet, *l. properandum 13. §. ſic autem, C. de judic.*

qqqq 3 Si item

48 Si item judex in rei vindicatione actorem pronunciet dominum, poteſt etiam poſtea eidem condemnare reum ad rem reſtituendam, vel ſi primum pronunciet, reum actori debere, poſtea rectè eundem reum ad ſolvendum condemnare poteſt.

Zaſ. in d. l. 44. ex contractu, num. 3. ff. de re judic.

49 Quod ſi judex ultrò agnoſcat, iniquè judicatum eſſe, nunquid revocare ſuam poteſt ſententiam? Dd. ita communiter ſentiunt: At Zaſius negat, [a] & quidem rectè. [b]

[b] *in d. l. judex 55. num. 14. ff. dict. tit.* [b] *per text. in dict. l. 55. in fin. & dict. l. cum quærebatur 62. ibi, perperam judicaſſet, ff. d. tit.* Plures memorat Zaſ. limitationes *in d. l. 5. num. 6. 8. 9. 11. & ſeqq.* Vna eſt, ſi judex tulerit ſententiam abſolutoriam ab inſtantia judicii. Diſſentit Lanfranc. *in aurea pract. cap. 10. nu. 29.* Altera eſt, ſi data ſententia non tranſeat in rem judicatam. Tertia ſi pars victrix patiatur controverſiam eandem denuò moveri, &c.

50 Ipſo jure ſi nulla ſit data ſententia, nihil prohibet, quo minus re integra de eadem cauſa apud eundem judicem agatur, & is, re cognita, ſi faciendum videbitur, dictam prius ſententiam mutet.

l. in ſententiis 59. §. ult. ff. de re judic. l. 1. C. de ſentent. & interlocut. omnium judic. & l. ſi præſes 6. C. quomodo & quando judex. Sententia enim nulla, cum ne quidem ſententia ſit dicenda, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic.* non dicitur reſcindi, corrigi, aut mutari.

51 Eſt & illud hic notandum, quod etſi ſententia, & res judicata, quæ & judicatum dicitur, non impropriè idem ſint: [a] propriè tamen differant ut cauſa & effectum: [b] cum res judicata poſt decendium propriè dicatur, quando appellari amplius à ſententia non poteſt. [c]

[a] *ut oſtendit l. 1. ff. de re jud. & l. litigatoribus, 14. C. de appellat.* Et quia per ſententiam lis deciditur, licet appelletur à ſententia. *l. eos. 6. in princ. ibi, cum appellatio poſt deciſam ſententiâ litem interpoſita ſit, C. d. tit. cur non etiam decernetur res judicata.* [b] Sicuti arguit rubr. juris canonici, *de ſentent. & re judic.* & notat Cujac *ad cap. 1. extr. eodem tit. & in Paratit. Cod. de re judic in princip.* [c] *l. cum prolatis, 32. ff. d. t. l. 4. Cod. eod. tit. & c. cum inter, 13. verſ. Adjecit etiam, ibi, cujus ſententia, cum fuerit appellatione ſuſpenſa, in rem tranſiit judicatam. & §. ſequent. ibi, quæ ex ſententia factum fuit, poſtquam in rem tranſiit judicatam, extr. de ſent. & re jud.*

Class. VI. Disput. XXXIII.

DE NVLLITATE SENTENTIÆ.

THESIS I.

IUDICIS ſententia aut ipſo jure nulla eſt, aut eſt iniqua, aut æqua eſt, & juſta.

2 Nulla ipſo jure dicitur ſententia, quæ nullius eſt momenti, ut ne quidem ſententiæ nomen mereatur. [a] Circa eam autem duplex inſpectio incurrit, una, quibus modis ſententia dicatur nulla: altera de modo deducendi nullitatem.

[a] *l. 4.*

ª *l.4.§.condemnatum.6.*ubi Donell.*ff.de re judic.* & *l.ultim.Cod.de ſentent.ex peric.recitand.* De hac materia vide omnino Scacciam *de appellat. quæſt.18.remed.1.* & *ſeq.* Gilhauſ.*in arbor.ci℣il.cap.8.part.2.fol.m.583.* & *ſeqq.*

Eſt autem ipſo jure nulla ſententia, vel ratione perſonarum, quæ ju- 3
diciũ conſtituunt, vel ratione proceſſus, ſive ordinis, vel ratione ſui ipſius.

Primo modo nulla eſt ſententia, ſi à judice non competente ſit dicta, ut 4
cujus jurisdictioni vel notioni reus & cauſa ſubjecta non fuit. ª Non competentem judicem & eum dicimus, qui cum alio ut judicaret conſtitutus eſt, ſolus autem ſententiam de cauſa dixit. ᵇ

ª *l.ſi quis 6.§.quid ſi quis 10.ff.de injuſt.rupt.irrit.fact.teſt.l.1.§. ultim.ff. quod quisq. jur.* & *e.l.1.§.ultim.ff.ad Senatuſconſult.Tertull.l.2.in fin.ff.de pœn.* & *l.1.C.de ped.in jud.* & *tot.tit.C.ſi a non comp.jud.* Fürſtlich Würtemb. alt Landrecht/*part.1.tit.* von Nichtigkeit der Vrtheil/*pag.125.§.* vnd erſtlich/ & *§.* oder zum fünfften New Landrecht/*part.1.tit.56.§.* vnd erſtlichen/ De hac nullitate latè agit Vantius *de nullitat.Rubr.de null.ex defect.jurisd.* & *tit.ſeq.* tùm etiam Marant. *de ordine judic.part.4.judic. diſtinct.16. num.3* & *ſequ.nt.* Quis autem competens judex ſit, expoſitum eſt *diſputat.2.theſ.37.* & *ſeqq.* ᵇ *l.4.Cod.quand.pro℣oc.non eſt neceſſ.*

Atque hæc nullitas, ut omnium maxima, inprimis attendi debet, etiam 5
parte non opponente. ª Et ubi Nullitas per Decretum opponi prohibetur, Nullitas tamen ex defectu Jurisdictionis cauſata objici poteſt. ᵇ

ª *Argum.Clem.ſi appellationem,tit.de appell.* And Gayl.*lib.1. obſer℣.42.nu.8.* & *obſ.77.nu.6.* & *obſ.127.* Mynſing.*cent.4.obſer℣.63.*Magenhorſt.*ad ordin.Camer.part.3.tit.34.§.* vnd ſolle die *Nullitet.* ᵇ Iohan.Pels.*in proceſſ.tit.42. num.2.* Brunon.a Sole.*in loc.commun.℣erb. Nullitas.num.3.*

Hoc quoque modo nullam dicimus ſententiam, ſi lata ſit inter perſo- 6
nas, quibus jus ſtandi in judicio non competit. ª Non enim valet ſententia, quæ in pupillum, vel adoleſcentem, abſente tutore vel curatore, dicta eſt. ᵇ

ª *Toto tit.Cod.qui legit.perſon.in judic.hab.℣el non* Vant.*rub.de nullit.ſent.ex defect.inhabil.ſeu mandat.*Marant.*d.diſtinct.16.nu.24.* & *ſeqq.* de principalibus perſonis, quibus jus non eſt ſtandi in judicio, egimus *diſput.4.theſ.11.* & *ſeqq.* De procuratoribus & defenſoribus *diſſeruimus diſp.6.* ᵇ l. & *l.2.C.qui legit.perſ.in jud.hab.℣el non.* & *l.3.Cod.ſi ad℣erſ.rem jud.l.in uni℣erſis 11.C.qui dar.tut.℣el curat.poſſ.l.acta 45.§.ult.ff.de re judic.*

Neque etiam ea valet ſententia, quæ dicta eſt in falſum, ª aut omninò in- 7
eptum procuratorem. ᵇ

ª *l.licet 24.C.de procur.l.1.C.quibus res judic.non noc.*Mynſing.*cent.1.obſer℣.75.* & *cent.5.obſer℣.n.49* quo utroque tamen loco ſcribit, quod ſententia in Rei procuratorem falſum lata valeat, ſi is per errorem ad cauſam proceſſerit. *l Plautius. 61.ff.de procur.* ᵇ *arg.l.ſcire 13.§.qui non juſte. 12.ff. de excuſ.tut.* Qualis eſt excommunicatus, qui conſtitutionis tempore fuit excommunicatus. Marant.*dict.diſt.16.nu.24.* Vant.*tit.de nullit.ſent.ex defect.inhab.num.135.in fin.* & *num.ſeq.* Non omnis procurator ineptus reddit ſententiam nullam, excipi tamen contra eum ante litem conteſtatam poteſt.*l.ita demum 13.Cod de procur.* Vant.*d.t.de null. ſent.ex defect.inhab.n.132.* & *ſeqq.*Gail.*1.obſ.47.nu.4.*Oldendorp.*de ſent.c.28.* *Fachin.8. contro℣.61.*

Ratione proceſſus nulla eſt ſententia, ſi contra ſolitum judiciorum or- 8
dinem prolata ſit, ª ut ſi dicta ſit, proceſſu judicii omiſſo, veluti citatione, actionis editione, litis conteſtatione, cauſæ diſceptione, & cognitione. ᵇ

ª *l. in*

[a] *l.4.C.de ſentent. & interloc.om.judic.tot.tit.extr. ut lite non conteſtata, non procedatur ad teſt.recept.vel definit.ſentent.* [b] *l.1.C.de execut.rei judic.c.Veritatis. §. nos igitur.extr. de dol. & contum.*gl. & Dd.*ad l.4.C.de ſentent.*longè aliter textum ejus legis interpretantur. Ordinis judicii partes ſunt, in jus vocatio, actionis editio, litis conteſtatio, cauſæ diſceptatio, & cognitio, tùm etiam ſententia: omiſſis illis primis partibus, ſententia dici nequit, *d.l.1. Cod. de execut. rei jud.* Si tamen de cauſa omnino & planè conſtet, abſque proceſſu illo Reus condemnari poſſe videtur. *per text.in c.ad petitionem 22.extr.de accuſat.*

9 Citatio ad omnem judicii actum fieri debet: ſi omiſſa fuerit, actus ille, quo ad abſentem non citatum, nullus eſt.

c.1.extr.de cauſ.poſſ.& propr.l.de unoquoque 43.ff.de re jud. Marant.*de ord.jud.p.4.diſt.16.num.*10. Honded.*Vol.2.conſil 25.nu.25.*Ruland.*de commiſſ.libr.2.cap.3.num.1.part.* 1. Camill. Borell.*in ſumm.deciſ.Vol.1.tit.44.in princ.*Ruginell.*de appellat.§.12.gloſſ.2.cap.4.limit.8.num.*10.Vant.*tit.de null.ſent.ex defect.citat.* Scaccia *de appellat.remed.1.quæſt.19. concl.4. num* 34. Ita ut nec Imperator ex plenitudine poteſtatis illam omittere poſſit. Tuſchus. *lit. C. concluſ.* 270. Boër.*deciſ.*247.

10 Eſt quoque jure communi ſententia nulla, ſi actio, in graviori maximè cauſa, abſque libello fuerit edita: [a] ut & ſi libellus manifeſtè ſit ineptus. [b]

[a] *Novell.53.cap 3.§.1.ibi, modis omnibus offerri libellum, auth.offeratur. Cod.de litis conteſt. cap.1.extr.de libell.oblat.Clem.ſæpè.in princ.verſ.non autem, ibi, neceſſariò libellum non exigat. tit.de verb.ſign.* Cujac.*ad rubr.extr.de libell.oblat. vide* Vant.*tit.de null.ſentent. ex defect.proceſſ.num.18.& ſeqq.* Vultmius *diſp.3.ad proceſſ.num.* 43. [b] *c.examinata.extr. de judic.d.fidejuſſor 32.verſ.ob eas res.ff.de negoc.geſt.l.1.in fin.princ.ff.ſi menſ.falſ.mod.dix.* Andr.Gayl. *libr.1.obſervat.66.& obſ.127.num.3.*Vant.*dict.tit.nu.22 & ſeqq.*Mynſing.*cent.2.obſ.32.*Scaccia *de jud.lib.1.cap.50.nu.25.*Trentacinq.*var.reſol.lib.2.tit.de except.reſol.1.nu.2.& ſeq.* Obrecht.*de libell.c.18 nu.10.& cap.19.n.2.*

11 Litis item conteſtatio ſi omiſſa ſit, ſententia non valet.

c.un.in fin.d.lit.conteſt.c.accedens 2.§.cùm igitur. extr. ut lit.non conteſt. Fürſtlich Würtembergiſch alt Landtrecht/*part.1.tit.*Von Nichtigkeit der Vrtheiln/§. oder zum dritten/*pag.*125.*& tit.*von Befeſtigung deß Kriegs/*pag.*84. New Landtrecht/*part.1.tit.25.in princip. & t.*56.§.oder da man/*pag.*168.Vant.*de nullit.ex defect.proceſſ.nu.*28. Mynſinger.*cent.3. obſervat.*74. Andr.Gayl.*lib.1.obſ.74.nu.*14. Dicitur enim fundamentum Iudicii & lapis angularis. Portius.*conſ.62.num.*2. Argentor.*Vol.2.conſ.73.num.*2. Boër.*deciſ.33. num* 15. Vultmius *diſput.* 19. *num.*34.

12 Sic nulla eſt ſententia, ſi jusjurandum calumniæ exactum, at non præſtitum ſit.

Per c.1.in prin.& §.1.& 2.in prin. ibi, præſtari jubemus, de juramento calumniæ, in 6.l.1.in prin.& §.ſeqq.§.4. & §.8. C. de jurejur.propter calumn. l.inter coheredes 44.§.4.ff. famil. erciſcund. Württembergiſch alt Landtrecht/*pag.*87. *in prin.* New Landtrecht/*part.1.tit.26.§.* vnd mag zwar. Sebaſt. Vant.*tit.de nullit.ſentent.ex defect.proceſſ.nu.29.pag.*633. Gaylius *libr.1.obſerv.*84. Obrecht.*de juram.calumn.c.11.nu.*18. Rauchbar.*1.quæſt.11.n.*4. Speckhan. *cent.2.claſſ.4 quæſtion.*19. In Camera tamen Imperial. nullitas ex hac cauſa in priori inſtantia commiſſa, non attenditur, ſed in cauſa principali pronunciatur. Gaylius *dict. obſervat.* 84. *numer.* 2. *&* 3.

13 Eſt quoque nulla ſententia, ſi præcipitanter & ſubitò, abſque cauſæ cognitione, non ponderato prius diligenter negotio, lata fuerit.

l.2.C.de ſentent.ex pericul.recitand.l.ex ſtipulatione 7.verſ.quapropter.& l.nemo 13.Cod.de ſentent.& interlocut.& l.1.C.de execut.rei jud.Clem.paſtoralis.§.verum.tit.de ſentent.& re judic.

jud.l.4.C.de accuſ. Vant.*tit.de nullit.ſentent.ex defect.proceſſ.num.*30. & *ſeqq.* Gilhauſ.*in arbor.civil.part.*1.*c.*8.*n.*22. Raiger.*diſp.*1.*ad proceſſ.theſ.*39.

Et quando contra leges expreſſim vel ſpecialiter judicatur, ut ſi de cer- 14
to & manifeſto jure conſtituto, non de jure litigatoris judicetur, ſententia
nulla eſt: [a] puta, ſi pronunciet judex, minorem quoq; annis duodecim te-
ſtamentum facere poſſe: [b] vel pronunciet, ad excuſationem tutelæ non
prodeſſe liberorum numerum. [c]

[a] *l.*1.*§.item cum* 2.*ff.quæ ſentent.ſin.appell.reſcind.l.ſi expreßim* 19.*ff.de appell. c.*1.*extr.de re jud.* Dornſperg.*in ſyntagm.tit.de nullit.n.*18.*fol.m.*665. [b] *l.*2. *C.quand.provoc.non eſt neceſſ.* [c] *d.l.*1.*§.item cum. verſ.nam ſi judex. ff.quæ ſent.ſin. appell. reſcind.* Fürſtlich Würtembergiſch alt Landrecht/ *pag* 126.*§.* oder zum achten/ New Landrecht/ *part.*1.*tit.*56.*§.* oder da in der Vrthel. Marant.*de ordin.judic.diſt.*16.*num.*50. Vant.*tit.de null.ſent.ex defect.proceſſ.num.*118 & *ſeqq.maximè verò num.*122. Anton Gabr.Roman.*libr.*2.*concl.tit.de ſent.concl.*7. Petr.Ferrar *in form.ſentent.definitiv.in verſ.nos Bernhardinus.* Lanfranc.de Orian.*in praxi.cap.* 10. *num.*8. Tuſchus *lit.N.concl.*138.*n.*8. Quando autem judex non contra legem judicat, ſed contra legem Reum condemnat, ignorans legis voluntatem in cauſa de qua agitur, ſententia non eſt ipſo jure nulla, ſed eſt iniqua tantùm. *l.Præſes* 27. & *l. cum prolatis* 32.*ff.de re judic.*

Quid ſi manifeſtam ſententia contineat iniquitatem, nunquid ipſo ju- 15
re nulla eſt? Dd de hac quæſtione concors ſententia non eſt, [a] pleriſque ta-
men affirmativa placet.

[a] Vt pat.ex Ant.Gabr.Roman.*lib.*2.*concluſ.tit.de ſentent.concluſ.*10. Surd.*deciſ.*114. *num.* 5. Zaſius.*conſ.*11.*nu.*30. & *ſeq.lib.*2. [b] Felinus.*ad c.inter tuas, num.*10. & *ibid.* etiam alii Canoniſtæ, *extr. de ſentent.* & *re judic.* & alii plures, quos refert & ſequitur Vant. *de nullit.ſent. ex defect.proceſſ.nu.*126. & *ſeq.* moventur autem text.*d.c.inter tuas.* Barthol. Blarer.*ad l. diffamari.cap.*10.*n.*19. Soarez.*in recept.ſentent.lit.S.n.*35.*n.*45.73. & *nu.*79.86. Brunor.à Sole.*in loc.commun.verb.ſententia.num.*27.

Sed quæſtionem hanc ex genere ſententiæ iniquæ terminandam exiſti- 16
mamus. Si enim manifeſtè iniqua fuerit ob errorem calculi, nulla erit: [a] ut
& ſi iniq[illegible] ſit eò, quod judex præcepit, aut ſtatuit, quod factu impoſſibile
eſt: [b] vel ſi aliàs etiam contra naturalem rationem & æquitatem fuerit
prolata. [c] His enim caſibus iniquitas confeſtim eſt manifeſta.

[a] *l.*1.*§.*1.*ff.quæ ſent.ſin.app.reſcind.* [b] *l.ult.ff.d.t.Impoßibilium nulla eſt obligatio. l. impoßibilium* 185.*ff.de reg.jur.* [c] Keyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part.*2.*tit.*28.*§. item* nach dem/ *verſ.*ob ſich. Tuſchus *lit.N.concl.*131.*num.*4.

Eſt quoque nulla ſententia, quæ ex falſis inſtrumentis dicta eſt: [a] modò 17
probetur, quod judex fidem illorum inſtrumentorum ſecutus ſit, [b] & in-
ſtrumenta iſthæc prius ſint probata falſa, [b] & adverſarius ſciens prudens
his fuerit uſus. [d]

[a] *l. qui agnitis.* 11. *ff.de except.* ubi actio datur ad repetendum id, quod Reus ex falſis inſtrumentis condemnatus ſolvit. Eſt quoque text. *in l.* 2. *Cod.ſi ex falſ. inſtrument.* Fürſtlich Würtembergiſch alt Landrecht *part.*1.*pag.*126. oder zum neundten. New Landrecht/ *part.*1. *tit* 56.*§.* Nicht weniger/ Diſſentit Donell.*ad l. Divus* 33.*ff.de re judic.lect.*2. & poſt alios Dd. Vant.*de nullit.ſentent.ex defect.proceſſ.num.*132. & 134. [b] *l.*3.*C.ſi ex falſ.inſtrument.* [c] *l.*2. & 3.*C.dict.tit.* [d] *falſum enim non niſi dolo committitur, l.*4.*Cod.ad legem Cornel. de falſ.fac. d.l.divus.*33.*ff de re judic.* Boër.*deciſ.*307. Menoch.*libr.*2.*arbitr.caſ.*15. Trentacinq.*libr.*2.*tit. de ſentent.reſ.*3.*nu.*19. & *ſeqq.*

Sic nulla eſt ſententia venalis, quæ pro mercede à corrupto judico pro- 18

lata eſt:[a] ut & ea ſententia, qua reus prævaricante accuſatore, vel ejus patrono, abſolutus fuit.[b]

[a] *l. Venales 7. C. quand. provoc. non eſt neceſſ.* Fürſtlich Württembergiſch alt Landrecht/*part. 1. pagin.* 126. §. oder zum zehenden. New Landrecht/*dict. tit.* 56. §. oder wa die Vrthel. Vant. *de nullitat. ſentent. ex defect.* proceſſus. *num.* 136. [b] *l. 1. Cod. de advoc. diverſ. judic.* Diſſent. in caſu utroque Donell. *ad l. Divus. 33 ff. de re judic.* Diſſentiunt & quidam alii, ut oſtendit Vant. *de nullit. ſentent. ex defect. proceſſ. num.* 140. Vide Arniſæ. *in Politic. cap.* 6. Plebſt. *diſſ.* 1. *ad Stat. Württemb. theſ.* 3.

19 Quòd ſi ex falſis teſtimoniis conſpiratione adverſariorum inſtructis, & pecuniâ corruptis teſtibus, dicta ſit ſententia, nulla non eſt jure communi, ſed iniqua: talis tamen, ut omiſsâ appellatione, per in integrum reſtitutionem reſcindi poſſit

d. l. Divus 33. ff. de re judic. Iure autem Wirttembergico nulla eſt hæc ſententiâ. Alt Landtrecht/*part. 1 pag.* 126. §. oder zum neundten/New Landrecht/*dict. tit.* 56. §. nicht weniger. Vant. *de nullit. ſentent. ex defect. proceſſ. num.* 132. Diſſent. Donell. *ad l. Divus. 33. ff. de re judic.* Vide Pachin. 9. *controv.* 39. Boer. *deciſ.* 291. Caroc. *except.* 39. Zaſium. *lib.* 1. *ſingul. intell. c.* 13.

20 Similiter ex falſo jurejurando partis ſententia prolata valida eſt; reſcinditur tamen ex inſtrumentis pòſt repertis.

l. Admonendi 31. ff. de jurejurand. Diſſent. Dd. exiſtimantes. ipſo jure nullam eſſe ex hac cauſa ſententiam Vant. *de nullit. ſent. ex defect. proceſſ. num.* 139. Donell. *ad tit. de jurejur. cap.* 11. *num. ult.* Cacheran. *deciſ.* 142. *num.* 20. Marant. *part.* 6. *diſtinct.* 2. *num.* 18.

21 Sic valida eſt, ſed reſcinditur ſententia, ſi ex aliis falſis allegationibus in Reum abſentem, & legitimè citatum, dicta fuerit.

l. Si Prætor 75. verſ. Marcellus notat. ff. de judic. qui verſ. conferatur cum verſ. ſeq. qui de ſententia agit nulla. Vide quoque *tot. t. C. ſi tut. vel curat. falſ. alleg. l. etſi 5. C. de prædiis min. l. qui teſtamento 37. ff. de excuſ. tutor.* Diſſent Dd. quos refert & ſequitur Vant. *de nullit. ſent. ex defect. proceſſ. num.* 132. *verſ. & eſt communis.* Videtur quoque obſtare *l. cùm vero 25. §. ſubventum 7. junct. §. ſeq. ff. de fideicomm. libert.*

22 Ratione ſui ipſius variè nulla eſt ſententia: ut ſi contraria ſit priori, quæ in rem tranſiit judicatam, modo inter litigatores eoſdem, & de re ac controverſia eâdem dicta ſit.

l. 1. Cod. ſent. reſcind. non poſſ. l. 1. C. quand. provoc. non eſt neceſſ. Fürſtl. Württemb. alt Landrecht. *part. 1. pag.* 126. §. Oder zum ſiebenden. New Landrecht. *d. t.* 56. §. Ebner maſſen. Surd. *conſil.* 160. *n.* 11. Brunon. à Sole. *verb. ſentent. num.* 35. Pels. *in proceſſ. c.* 42. *nu.* 27.

23 Sic nulla eſt hac ratione, quod prolata eſt in abſentem non legitimè citatum:[a] vel ſiquidem citatus ſit legitimè, verùm adeſſe non potuit, morbo impeditus, vel reip. cauſa avocatus.[b]

[a] *l. de unoquoq. 47. in prin. ff. de re judic. l. ea qua 7. C. quom. & quand. Iudex, ubi vide* Cujac. *in parat.* Mindan. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 3. Gayl. 1. *obſ.* 48. 109 & 113. *num.* 2. Wurmbſer. *lib.* 1. *tit.* 22. *obſ.* 13. In dubio autem contra abſentem lata ſententia, ex contumacia lata præſumitur, Anton. Gabr. Roman. *lib. 2. concl. tit. de ſent. concl.* 3. Menoch. *lib. 2. præſumpt. præſumpt.* 69. [b] *l. ſi prætor 75. verſ. ult. ff. de judic.*

24 Nulla item ſententia eſt, quę dicta eſt die feriato:[a] vel non dicta eo tempore, quo magiſtratus qui judicem dedit, proferri ſententiam voluit.[b]

[a] *l. 4. C. quom. & quand. Iudex. l. 1. ff. de fer. l. 2. l. 3. & l. 7. Cod. d. t.* Fürſtlich Württemb. alt Landrecht/*part. 1. pag.* 125. §. Oder zum vierdten/ & *pag.* 80. *in princ.* New Landrecht/*d. t.* 56. §. Item da die Vrthel. [b] *l. cum non eo die 6. C. quand. provoc. non eſt neceſſ.*

Eſt

Eſt quoque nulla ſententia, ſi extra competens forum partibus publicata fuerit. 25

l.ult.ff.de jurisd.l.1.in princip. & *§. initio,l.ult.ff. de offic.præf.urb.l.ult.ff. de offic.proconſ.* Colleg. Argentorat.*lib.42.tit.1.th.ſ.59.*

Similiter nulla eſt ſententia, quam protulit Iudex alio loco, quàm qui 26
à magiſtratu ipſi Judici nominatim cauſæ cognoſcendæ præfinitus & datus fuit.

l.Si ut proponis 5.Cod.quom. & *quand.Iudex.* Landrecht.*part.1.tit.53. §.* So dann das Gericht.2c.

Cùm item Iudex in definitiva ſententia juſiurandum ſolummodò præ- 27
ſtari præcipit, non tamen addit, quid ex recuſatione vel præſtatione ſacramenti fieri oporteat, hujuſmodi ſententiam nullá vim obtinere palàm eſt.

l.Cùm Iudex 11.C.de ſent. & *interloc.omn.judic.*

Eſt item nulla ſententia, ſi non publicè, ſed in loco ſecreto proferatur, [a] 28
vel non ſcripta publicetur, [b] vel ſcripta quidem ſit, recitetur autem non ab ipſomet Iudice, ſed per ejus ſcribam, niſi illuſtris ſit Iudex, qui per officium ſuum recitare ſententiam poteſt. [b]

[a] *l. Cùm ſententiam 6.C.de ſent.* & *interloc.om.jud.* Fürſtl.Württemb.alt Landrecht/*part.1.pag.116.§.* Vnd ſo das Gericht. New Landrecht.*Tit.53.d.§.* So dann das Gericht. [b] *l.2.* & *l.3.C.de ſentent.ex peric.recit.* Fürſtl.Würtemb.Landrecht/*dictis locis,* [c] *l.2.C.d.t.* Gilhauſen *in arbor.Iudic.civil.fol.579.num.10.*

Similiter nulla eſt ſententia in dominum prolata, quando cum procu- 29
ratore lis conteſtata eſt.

l.1.C.de ſent. & *interl.om.jud.l.nulla 23.C.de procur.l. Plautius 61.ff. d.t.* Vide diſp. *præcedent.th.27.*Gayl.*lib.1.pract.obſ.111.*Mynſing.*cent.6.obſ.11.*Roſbach.*in proceſſ.civil.tit.72.n.19.*

Adhæc ſententia eſt nulla, quæ neq; condemnationem, neq; abſolutio- 30
nem continet: [a] ut & quæ continet quidem condemnationem, at incertam: [b] aut rem aliam, quàm quæ in libello eſt propoſita. [c]

[a] *l.3.C.de ſent.* & *interl.* Fürſtl.Würtemb.alt Landrecht/*part.1.pag.126.§.* oder zum ſechſten/ New Landrecht/*dict.tit.53.§* Gleichßfals. [b] *l.penult.* & *l.ult.C.de ſent.quæ ſin.cert.quant.prof.* Mynſing.*cent.4.obſ.100.* [c] *l.1.C.ſi a non compet.jud.l.pen. C.de ſentent.* & *interloc.om.jud.l.ut fundus 18.ff.comm.div.*Andr.Geil.*lib.1.obſerv.66. num.1.* Mynſing.*cent.4.obſerv.81.* Fürſtlich Würtemb.alt Landrecht/*part.1.pag.125.* Oder zum andern. New Landrecht.*dict.tit.56.§.* Oder ſo die Vrthel.

Denique nulla eſt ſententia dicta in eum, qui in rebus humanis tempo- 31
re ſententiæ latæ eſſe deſiit.

[a] *l.2.ff.quæ ſent.ſin.appell.* & *c.vide* And.Geyl.*lib.1.obſ.109.nu.4.* Mynſing.*cent.1.obſer.85.* An autem ſententia præſumatur ritè lata, Dd. variè, pro varietate caſuum ſentiunt. vide Menoch.*lib.2.præſumpt.præſum.p.68.* & Ant.Gabr.Roman.*lib.2.concl.tit.de ſent.concl.4.* & Vant. *de null.ſent.tit. qualiter ſententia* & *proceſſus qui dicuntur nulli, defendi ſeu reparari poſſint.* adde Peis.*in proceſſ.jud.tit.42.num.18.fol.m.629.* Trentacinq. *Var.reſol.lib.2.tit.de ſent.reſ.4.* Cacheran.*deciſ.13.*

Quæritur, an ſententia ſub conditione lata, ſit nulla, nec ne? [a] Nos Ul- 32
pian. ſecuti, aſſerimus, non eſſe quidem ſub conditione dicendam ſententiam, ſed ſi dicta fuerit ſub conditione, haud inde effici nullam. [b]

[a] De hac quæſt. latè agit Ant.Gabr.Rom.*d.tit.de ſent.concl.1.* [b] *l.1. §. biduum.ff. quand. appell.ſit.Vide ſupra diſputat.præcedentem,theſ.15.* & *ſeqq. Ubi citati.*

Digitized by Google

33 Vocatur in quæſtionem & illud, an ſententia nulla ratificari poſſit litigatorum conſenſu, ut in vim ſententiæ valeat? ipſa quidam ſententia, quæ nulla eſt, partium conſenſu firmari neutiquam poteſt, ut in vim ſententiæ valeat: [a] verùm, quando ſtipulatione aut pacto convenit inter litigatores, ut victori victus certo die ex judicato ſatisfaceret, exiſtimamus ex hac conventione teneri condemnatum, veluti confeſſum. [b]

[a] *Per text. in c. examinata 7. ext. de conf. utili vel inut.* Obſt. videtur *l. 3. C. quom. & quand. jud.* [b] *per l. tale pactum 40. §. 1. ff. de pact. & l. ult. verſ. ſancimus igitur, Cod. de teſtib. & l. 1. §. ſi quis ante ff. a quib. appell. non lic.* Vant. *tract. de null. ſent. tit. ult. nu.* 17. 18. & 19. Ant. Gabr. Roman. *lib. 2. concl. tit. de ſent. concl. 2. nu. 7.* Vide Trentacinq. *lib. 2. var. reſolut. tit. de ſentent. reſol. 1. num. 1. & ſeqq.* Ruginell. *de appellat. §. 3. cap. 3. num. 6.* Pelſ. *in proceſſ. tit. 42. nu. 32. & ſeq.*

34 Diſpiciamus nunc de modo deducendi nullitatem ſententiæ? Sententia quæ nulla eſt, nullum producere effectum poteſt: [a] proindeque actionem rei judicatæ non præbet actori: [b] neque Reo abſoluto, rei judicatæ exceptionem parit. [c]

[a] Quod enim Iure factum non eſt, pro eo haberi debet, quaſi factum non eſſet, *l. non dubium. 5. C. de l. g. l. quoties 6. C. qui ſatisd. cog. l. 3. ff. de teſtam. tut. l. 1. §. ult. ff. quod quisq. jur.* [b] *l. 4. condemnatum, ff. de re judic.* [c] *per l. qui agnitus 11. ff. de except. & l. 1. C. ſi ex falſ. inſtrum.*

35 Quocircà rem ex integro judicari oportet.

l. 1. C. de ſent. ex perie recit. l. 2. C. ſi ex falſ. inſtr. l. cum non eo die 6. C. quand. provoc. non eſt neceſſ. Ex integro, id eſt, iterum, *l. velute 7. in princip. junct. §. 1. & l. ſi quis 6. §. prætor 8. ff. de edend.*

36 Poteſt autem nullitatis querela vel principaliter deduci: [a] vel cum iniquitate in appellationis cauſa cumulari: [b] ut cumulari poteſt cum reſtitutione in integrum. [c]

[a] Etſi nulla ſit ſententia, attamen nullitas illa declaranda, & ſententia per Iudicem reſcindenda eſt, *tot. tit. ff. quæ ſent. ſin. appell. reſcind. & l. certa 5. in fin. Cod. quand. provoc. non eſt neceſſ.* Scaccia *de appellat. remed. 1. quæſt. 19. concl. 3.* Hiltrop. *in proceſſ. part. 4. tit. 17. nu 3.* [b] *l. quadam mulier 41. ff. famil. erciſc.* Cammergerichts Ord. *part. 3. tit. 34.* Mynſing. *cent. 4. obſer. 63. & cent. 5. obſ. 91.* [c] *c. conſtitutus. extr. de reſtit. in integr.* Schurpff. *conſil. 64. num. 5. cent. 3.* Mynſing. *cent. 2. obſ. 25.* Decius *in l. nemo. 43. ff. de Reg. Iur.*

37 Principaliter deducitur nullitatis cauſa, ſi de iniquitate nihil, ſed tantùm ſententiam eſſe nullam, ejuſq; reſciſſio peti dicatur. [a] Id quod plerumque fieri ſolet, quando intra legitimum tempus appellatum non eſt, aut ſumma de qua agitur, appellationem propter privilegium aut ordinationem non admittit. [b] Et tunc in Camera Imperiali, in extraordinariis nullitas deducenda erit. [c]

[a] Mynſing. *cent. 5. obſerv. 91. nu. 2. & conſil. 17. num. penultim. & ult. dec. 1.* Pet. Frid. Mind. *libr. 3 de contin. cauſ. capit. 11. concluſ. 12. numer. 30.* Gilhauſ. *in arbor. civil. part. 2. capit. 8. num. 24.* [b] Andr. Geil. *libr. 1. obſervat. 127. num. 8. correctum* in Reichs Abſchied / *de Anno 1570. §. 56.* ebner maſſen. [c] Reyſ. Cammergerichts Ordnung / *part. 3. tit. 34. §.* wa aber. Mandoſ. *de inhibit. quæſt. 20. in fin.*

38 Sed coram quo judice principaliter proponenda eſt nullitatis querela? In arbitrio eſt agentis, an coram eodem, [a] ſi competens ſit & ordinarius, an coràm ſuperiore, [b] nullitatem deducere velit.

l. 4.

[a] *l.4. C.de accuſ.l.quid tamen 21.in princ.ff.de arbitr.* Vant.*tract.de ſent.nullit.tit.coram quo poſſit nullitas,* & *e.n.*8. Andr. Gayl.*lib.1.obſ.127.num.*6. Mynſ. *cent.5.obſ.92.num.*7. Petr. Frider. Mindan.*lib.3.de contin.cauſ.cap.11.concl.11.num.*27. Rosbach.*in proceſſ.civil.tit.72.n.*6. [b] *l.1.C. de ſent.ex peric.recit.l.cum non eo 6.C.quand.prov.non eſt neceſſ.l.abſentem 6. C.de accuſ. Vant. d.tit.coram quo poſſ.null.num.*10. Gayl. Mynſ. & Mindan.*d.locis.* Ruginell.*de appellat.c.1.§.3. num.*10.

Hodie tamen uſu ferè ubique obtinuit, ut Judex ſuperior appellationis, ſuper nullitate cognoſcenda adeatur, præſertim ſi nullitas ex malitia vel injuria, vel turpitudine Judicis provenerit: cùm iniquum foret hoc caſu, ut ipſe turpitudinis ſuæ & malitiæ cognitor exiſteret. 39

Andr Gayl.*d.obſerv.127.num.7.* Fürſtl. Würt. Hoffgerichts Ord.*p.3.tit.5.p.56.* §. und nach dem. Scaccia.*de appellat.q.19.rem.1.concl.6.n.73.* & *ibi citati.*

Et licet cauſæ criminales ad Cameræ Judicem non pertineant,[a] coram eo tamen nullitas ſententiæ in cauſa criminali principaliter deduci poteſt.[b] 40

[a] Cammergerichts Ordnung/*part.2.tit.28.*§. Item nach dem/ Mynſing.*cent.4.obſerv.41.* [b] Cammergerichts Ordnung/*d. tit.28.*§. *Item* nach dem/ *verſ.* doch ob ſich. Mynſing. *d.cent 4. obſer.42.*

Principaliter autem cauſa nullitatis intentata, ipſum quoq; principale negocium ad eundem devolvitur Judicem, ut is ſuper meritis cauſæ ex integro cognoſcere, & ſententiam ex eiſdem, vel novis actis & probationibus, conformare vel reformare poſſit. 41

d.l. abſentem 6. in fin. C.de accuſ. d.l.cum non 6. ibi, ex integro inter vos cognoſcet, C.quand. provoc.non neceſſ. Andr. Gayl.*lib.1.obſerv.127.num.1.* Mynſing.*cent.1.obſ.27.* & *cent.3.obſer.27.* Petr. Frider. Mindan.*lib.3.de contin.cauſ.c.11.concl.11.n.25.*

Quòd ſi tamen nullitas conſiſtat in errore juris, vel calculi, in ipſa ſententia expreſſo, reformari quidem, at non ſine vitio nullitatis confirmari ſententia poteſt. 42

l.1.§.1.ff.quæ ſent.ſin. appell.reſcind. Gayl *d.obſ.127.num.3.*

Si quoque nullitas ſententiæ condemnatoriæ ex inepta agendi cauſa proveniat, neque reformari, neque confirmari ſententia poteſt,[a] ſed judex neceſſariò ſuper nullitate pronunciare tenetur;[b] reſervata tamen actori apta & negocio conveniente actione experiundi facultate. 43

[a] *Per l.fidejuſſor 22 in princ.ff.de negoc.geſt.l.1. in fin.princ.ff.ſi menſ.falſ.mod. dix.* & *l.2. C. de for.* & *imper.act ſubl.* & *c. examinata 15.ext.d.judic.* Rosbach.*in proceſſ.civil.tit.33. nu.36.* Obſtare videtur *l.cùm putarem 36.ff.famil.erciſc.* & *ſi fidejuſſor 29 §. in omnibus,ff.mand.* ubi ex inepta agendi cauſa dicta ſententia valere videtur, cùm ex ea ſolutum repeti poſſit. [b] *d.c.examinata 15. in fin.ext.de judic.l.cum indebitum 57.§.1.in fin.ff.de cond.indeb.* & *Clem.ult tit.de appell.* Vantius *c.13.n.22.* Plebſt.*diſp.1.theſ.70.*

Cumulatio autem nullitatis cum iniquitate in cauſa appellationis fit expreſsè, aut tacitè. Expreſsè ſi nominatim & ſpecialiter appellans alternativè dicat, ſententiam eſſe nullam, aut ſi qua ſit, eſſe iniquam.[a] Tacitè verò ſi principaliter appellans iniquam dicat ſententiam, nec quicquam de nullitate addat: quo poſteriori caſu judex ex officio etiam ad nullitatem animum attendere debet.[b] 44

[a] *l. Quadam mulier 41.ff.famil.erciſc.* Käyſ. Cammergerichts Ordnung/*part.3. tit.34.* Vant. *de nullit.*

*de nullit ſent.tit.ult. num.*9. Mynſing. *cent.*4.*obſ.*63. Petr.Frid.Mindan. *lib.*3.*de contin.cauſ.c.*11.*concl.*12.*n.*30. Solet autem petitio hoc fieri modo. Bitt zu erkennen/ daß vom Richter voriger Inſtantz mit geſprochner Urtheil/ wo nicht/ nichtiglich/ jedoch übel geurtheilt/ und wa nicht überflüſſig/ jedoch wol darvon appellirt/ und in der Hauptſach/ daß ꝛc. [b] Mynſing.*cent.*5.*obſ.*91.*n.*3.*ibi, imò etiam ex officio,* & *num.*7.*cent.*4.*obſerv.*63.*Verſ. niſi manifeſta*, Andr.Gayl.*lib.*1.*obſer.*77.*num.*6. & 7. & *obſer.*12*.num.*2.Petr.Frider.Mindan.*d.lib.*3. *de contin.cauſ.c.*11.*concl.*10.*num.*24. Ratio eſt,quod omne nullum eſt etiam iniquum, & injuſtum, *l.ſcire oportet* 13. *§. qui non juſtè* 12.*ff.de excuſ.tut.* ubi tutores nulliter dati,dicuntur injuſtè dati, Vant, *tractat. de nullit.ſent.tit.coram quo poſſ. ac deb.nullitat.* Hoc autem caſu talis plerunque forma ſententiæ eſſe ſolet: In Sachen N. Appellanten eins/ ſo dann N. Appellaten anders Theils/ iſt nach allem fürbringen von Ampts wegen zu Recht erkendt/ daß in vorgehender Inſtantz nichtiglich gehandelt/ und geſprochen/ überflüſſig darvon appellirt/ unnd ſeynd die Gerichts Koſten derhalben beiderſeits auffgangen/ auß bewegenden Urſachen gegen einander compenſirt und verglichen/ ſo fern die Partheyen in der Hauptſachen ein ander Spruch und Forderung nicht erlaſſen wöllen/ ſoll ſolches an dieſem Gericht geſchehen und gehört werden/ unnd als dann darauff ergehen/ was recht iſt.

45 Simultaneo autem proceſſu nullitas & iniquitas, & primò quidem nullitas, deinde in eventum iniquitas deduci debet. niſi ex actis prioris inſtantiæ manifeſta appareat nullitas, quæ excuſari in altera inſtantia nequeat: tunc enim ante litis conteſtationem etiam ex officio ſuper ea finaliter ſententia proferri debet.

Käyſ.Cammergerichts Ordnung/ *part.*3.*tit.*34.*§.* und ſoll alſo. Fürſtl. Würt. Hoffgerichts Ordnung/ *part.*3.*tit.*5.*§.* nach dem aber. Mynſ. *cent.*4.*obſ.*63 & *cent.*5.*obſ.*93.*num.*4. Andr. Gayl. *lib.*1.*obſ.*42.*num.*8.9.11. & *ſeqq* & *obſ.*77.*num.*5. Scaccia *de appell.quaſt.*19.*rem.*1. *n.*118. *concluſ.*6. Lanceliot. *de attent.part.*2.*cap.*17.*num.*13. & 35. Eſt autem manifeſta & notoria nullitas, ſi Iudex laicus in matrimoniali, vel alia ſpirituali cauſa ſententeam dixerit, c. ſi *diligenti, extr.de for.compet.* Mynſ. *d obſ.*93.*num.*4. & 5. aut aliàs incompetens Iudex fuerit, Andr. Gayl. *d.obſ.*42.*n.*8. & *ſeqq.*

46 Non facilè autem judex, maximè illuſtris auditorii, proceſſum prioris inſtantiæ propter nullitatem rejicere, ſed in cauſa principali, ſi de ejus meritis conſtet, pronunciare debet: [a] niſi parti in negocio principali per nullitatem irreparabile creetur damnum: [b] vel ex prioribus actis, ut tumultuariè conſcriptis, ſtatus cauſæ percipi non poſſit: [c] aut libelli ineptitudo ſit craſſa & manifeſta, [d] vel aliàs ex actis evidenter nullitas appareat, quæ excuſari non poſſit. [e]

[a] Käyſ. Cammergerichts Ordnung/ *d. tit.*34. *in princ. Verſ.* und ſo der Cammerrichter. Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung/ *d.tit.*5.*§.* da aber. Andr Gayl.*d.obſ.*42.*num.*1.2.3 4. 5. & 6. & *obſerv.*84 *num.*4. Mynſ.*cent.*1.*obſervat.*27. [b] Cammergerichts Ordnung/ *d.t.*34. *in prin.Verſ.* und ſo der Cammerrichter. *Mynſ.cent.*5.*obſer.*93.*num.*2. [c] Mynſ.*d.obſ.*93.*n.*3. Gayl.*d. obſerv.*42.*num.*7. [d] Andr.Gayl. *lib.*1.*obſ.*66.*n.*5. & *obſ.*67.*n.*4. & 5. [e] de ejuſmodi nullitate agit *theſ.*42. & 43.

47 Quando autem ſuper ejuſmodi aliqua nullitate ſolum pronunciatur, ſolet plerumque partibus injungi, ut ibidem in cauſa principali ex integro procedant: quamvis appendix illa etiam ſilentio ſæpè prætermittatur.

Andr.Gayl.*d.obſer.*42. *num.*7. Forma qua ſuper nullitate tantum pronunciatur, talis eſſe ſolet: In Sachen N. gegen und wider N. iſt in puncto nullitatis erkendt/ daß durch Richter voriger Inſtantz nichtiglich procedirt (quòd ſi ipſa potiſſimùm ſententia nullitatis vitio laboret, dicendum, nichtiglich geurtheilt) und überflüſſig darvon appellirt (verbum hoc omittitur, ſi nullitas

nullitas principaliter ſit deducta) vnd daß gedachter N. dem N. Koſten vnd Schaden derhalben auffgangen/auff Rechtliche Mäſſigung zu entrichten ſchuldig/ auch ferner von Ampts wegen erkendt/ſo fern gemeldter N. dem N. in der Hauptſach Spruch vnd Forderung nicht erlaſſen wölle/ daß jhnen ſolches an dieſem Gericht formlich fürzubringen/ hiemit ohnbenommen/ ſondern vorbehalten ſein ſolle.

Eſt & illud hic monendum, quod in caſu cumulatæ nullitatis cum iniquitate, deſerta appellatione, ipſa quoque nullitatis querela, tanquam acceſſio, cenſetur deſerta: quamvis poſteà nihilominùs ipſa nullitas etiam principaliter deduci poſſit. [b] 48

[a] Mynſing. *cent.2.obſerv.77.* & *cent.4.obſer.63.in fin.* & *Reſponſ.17.num.14.* & *15.decad.2.* [b] *l.ſi expreſſim 19. in fin.ff.de appell.* & Mynſ. *d. utroque loco* Dn. D. Beſold. *de appell.at.c 6.n.5.fol* 197. Sed num quid poteſt cauſa nullitatis principaliter deduci, quando propter minorẽ ſummã die Appellation aberkendt werden? den 9. *Decembr. Anno* 1618. *in cauſa Appellationis* von Roſenfeld *ex pluralitate votorum* erkendt/ daß *hoc in caſu deductio nullitatis* nicht anzunehmen/ *per text. in* Reichs Abſchied zu Speyer *de Anno* 1570. §. ebner maſſen & *text. in* Speyriſch. in *deputat.* Abſch[illegible]d *de Anno* 1600. §. Wie woll nun.

Quoties autem nullitatis querelam aliquis proponere vult, incidenter vel principaliter, in ſupplicatione vel nullitatis inſtrumento, cauſas nullitatis nominatim exprimere tenetur, alioquin proceſſus in Camera denegantur, [a] ut & ſi ejuſmodi aſſerantur & proferantur nullitatis cauſæ, quæ non attenduntur in Camera, veluti, quod lis non ſit conteſtata, aut in cauſa non concluſum. [b] 49

[a] Kayſ. Cammergerichts Ordnung/ *d.tit.34.* §. ult. facit *c. ut debitus, extr. de appell.* & *cap. 1 eod. tit. in* 6. Andr. Gayl. *d.obſer.127.nu.9.* Compilator *deciſ. ſeu præjud. Cam. Imp. in verb. nullitas, §. ſuper nullitate ut citatio decernatur,* & *§.* & *ita proceſſus denegati.* [c] Compil. *earund. deciſ. d. loc. §. nota etiam in ſupplicatione.* In Camera enim nihil movetur Iudex ea nullitate, quæ ex omiſſa litis conteſtatione deſcendit, ſi aliàs de cauſæ meritis ex utriuſque partis deductione conſtet. Andr. Gayl. *lib. 1. obſer. 75. n. 5.* & 6. Quod ſi in prima inſtantia actio ſit propoſita tantum ab actore, ſed Reus nihil reſponderit, nec quicquam produxerit, Iudex autem ſententiam nihilominus pro Actore dederit, nulla eſt ea ſententia, ut quæ nec lite conteſtata nec causâ cognita prolata ſit. Neq; ea nullitate, quæ ex concluſione omiſſà promanat: concluſionem enim cauſæ omitti poſſe, pluribus oſtendit Gayl. *lib. 1. obſerv. 107. n. 1.*

De remedio deducendi nullitatem quæri poteſt, quodnam illud ſit: deducitur autem vel per modum exceptionis, ad impediendam executionem: [a] vel per viam actionis, implorato judicis officio nobili: [b] quæ imploratio haud ineptè nullitatis querela dici poteſt. [c] 50

[a] Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 4. cap. 1. num. 67.* Andr. Gayl. *lib. 1. obſer. 77. n. 4.* Tuſchus *lit. N. concl. 135. num. 5.* Quæ exceptio perpetuo opponi poteſt Trentacinq. *lib. 2. tit. de except. reſol. 1. num. 6.* Cravett. *conſ. 153. num. 5.* Sebaſt. Vant. *de nullit. ſentent. tit. 1. num. 2.* & *ſeqq.* Raiger. *diſp. 11 ad proceſſ. th. 2. lit. B.* Mynſing. *cent. 5. obſ. 92. num. 2.* & *Reſp. 17. num. 4. dec. 2.* [c] *per text. in l. 3. C. quom.* & *quand. jud.* & *arg. l. ſi intra 8. verſ. ſin vero, l. aſſeveratio 10. ibi, non delata querela,* & *l. in contractib. 14. in prin.* & *§. ult. C. de non num. pec. ut ergo querela inofficioſi teſtamenti dicimus, ita quoque rectè dicimus querela nullitatis.*

Quòd ſi victus judicato ſatisfecerit, cum querela nullitatis cumulare quoque poteſt ſoluti repetitionem, quæ vel condictio indebiti eſt, vel condictio ſine cauſa 51

l. ult. C. ſi ex falſ. inſtr. l. qui agentis 11. ff. de except. & *ſi cum nulla 58. ff. de re judic. junct. l. 1. ff. de cond. ſin. cauſ.*

In

52 In dubium autem vocatur, utrùm etiam certo tempore circumſcripta ſit nullitatis querela, an verò ſit perpetua? Dd. communis eſt opinio, ad triginta uſque annos de nullitate agi poſſe. [a] Quidam tamen diſtinguunt inter nullitatem ex actis evidentem, & eam quæ ita eſt velata, ut de ea non certò ex actis conſtet. De illa ad 30. uſque annos agi poſſe, hujus verò querelam perpetuam ſcribunt. [b] de jure Württenbergico habet ad deductionem nullitatis 10. Annos Dn. Beſoldi *diſp. 1. ad. ſtat. Württ. theſ. 91.*

[a] Andr. Gayl. *lib. 1. obſ. 127. num. 8.* Mynſing. *d. cent. 5. obſervat. 92. num. 2.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 3. de conſtn. cauſ. c. 1p. 11. concl. 12 num. 28.* Vant. *d. nullitat. fol. 153. nu. 8.* [b] Franciſc. Balb. *Tract. de praſcrip. p. 4. part. 4 principalis, quæſt. 32. num. 4. & 5.* Mynſing *d. reſp. 17. n. 5. 6. 7. & 8.* Vide Berlich. *tom. 1. practic. concluſ. concl. 61. nu. 4.* adde Salicet. *in l ſi ut proponis. C. quom. & quand. judex.*

53 Cæterùm verius juxta Bl. [a] videtur, tempus nullitati deducendæ præfinitum, in perſona actoris ex natura cujuſque actionis æſtimandum eſſe, [b] remoto tamen eo tempore, quo prius judicium, in quo nullitas commiſſa eſt, conſtitit. [c] In perſona autem Rei tempus deducendi nullitatem perpetuum eſſe. [d]

[a] *Ad l. data opera num. 90. C. qui accuſ. non poſſ.* [b] cùm enim nullus ſit prioris judicii proceſſus, nulla ſententia, nec actio mutata erit, ſed eadem manſit, unde adhuc vel temporalis, vel perpetua erit, pro cujuſque ſcilicet natura & proprietate. [c] mora enim non ceſſantib. officere non debet, *l. contra 16. C. de inoffic. teſtam.* Et pendente judicio ſuper incidente, non currit tempus in principali, Felin. in *c. ex ratione circa medium, num. 6. & 7. ext. de appell.* Pendente quoque diſputatione, an articuli probatoriales ſint admittendi, item an ad poſitionales reſpondendum ſit, nec ne, non currit tempus probationi definitum, Mynſ. *cent. 2. obſerv. 99.* Deniq; confirmat hanc ſententiam *l. ſi expreſſim 19. verſ. ult. ff. de appell. & l. quandiu 69. ff. de acquir. vel omitt. hered.* [d] *per l. purè 5. §. ult. ff. de except. dol. l 5. Cod. de except.* Bl. *ad d. l. data opera, n. 90. C. qui accuſ. non poſſ.* Dyn. *ad c. confirmatur, num. 3. tit. de reg. jur. in 6.* Scaccia *de judic. lib. 2. cap. 8. n. 183.* Ruginell. *de appellat. §. 4. c. 2. n. 77. 78. & 83.*

54 Sed nunquid principaliter inſtitutâ nullitatis querelâ, ſententiæ executio differri debet? Dd. communiter diſtinguunt inter nullitatem, quæ vel ex actis notoria eſt, vel in continenti probari poteſt, & eam, quę longiorem deſiderat cognitionem: illam impedire executionem, hanc non item concludunt: [a] unde conſulunt, ut poſteriori hoc caſu nullitatis querela appellationi adjungatur: Tunc enim & hîc executionem impediri, & inhibitionem fieri ſentiunt. [b]

[a] Mynſing. *cent. 4. obſ. 64.* Andr. Gayl. *lib. 1. obſ. 113. num. 2. & 3. & obſerv. 127. num. 10. & obſ. 114. num. 6. & 7.* Donell. *ad l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic. per l. ult. C. de ordin. cogn. l 2. C. ad l. Corn. de falſ. & l. ille à quo 13. §. 3. ff. ad SC. Trebell.* Prioris generis nullitatem dicunt, ſi ſenſententia contra non citatum ſit prolata, vel lata ſit à judice incompetente, vel die feriato ſit dicta. Geil. *d. obſ. 113 num. 2. & 3.* vel lata ſit ſine certa quantitate, aut calculi errorem contineat, vel dicta ſit contra conſtitutiones, Donell. *ad d. l. 4. condemnatum, ff. de re jud.* Poſterioris generis nullitatem aſſe ajunt, quando Iudex pecuniâ corruptus dicitur, aut lata ſententia ex falſis inſtrumentis, Donell. *d. loc.* [b] Compil. *deciſ. ſeu præjud. Cam. Imp. in verb. nullitas, §. ſi quis nullitatem.* Berlich. *tom. 1. concluſ. 61. num. 11.* Scaccia *de appell. quæſt. 19. remed. 1. concluſ. 4. n. 1.*

55 Verùm enimverò, licet contradicere omnibus odioſum ſit, attamen à legum tramite non deflectentes, cõcludimus, judicati executionem eo quoque ſu-

ſuſpendi caſu, quo nullitatis quæſtio longiorem deſiderat cognitionem, puta, ſi nulla dicatur, quod ex falſis prolata ſit inſtrumentis.

Per text. in l. ultim. C. ſi ex falſ. inſtrum. Cùm nullius ſit momenti & hæc ſententia, proindeque nec rei judicatæ autoritatem obtineat, cur ejus executio permitteretur? Si provocatio à quavis iniqua ſententia ſuſpendit executionem judicati, multò magis remorari eam debet nullitatis mota quæſtio, cùm majus nullitatis, quàm iniquitatis vitium ſit. Sed præſumptio eſt, ajunt, pro ſententia. Eſtò ſanè: at nunquid hæc ratio æquè militar in ſententia iniqua, cujus nomine provocatum eſt? Quin etiam nullitatis cauſa, ut quæ legib. definita eſt omnis, confeſtim dici & nominari poteſt: at ratio iniquitatis non ſemper poteſt ſtatim dici, cum varia ſit, & non ſpecialiter legibus definita.

Clas. VI. Disputat. XXXIV.

DE APPELLATIONIBUS.

THESIS I.

HActenus de ſententia nulla: Sequitur de iniqua ſententia. Iniqua ſententia eſt, quæ contra jus litigatoris dicta eſt, & necdum in rem judicatam tranſiit.[a] Sæpè tamen litigator victus ſententiam contra ſe latam dicit iniquam & injuſtam, cùm tamen ejuſmodi non ſit.[b]

[a] *Per l. 1. §. item cum 2. Verſ. contra conſtitutiones, ff. quæ ſent. ſin app. reſcind. junct. l. cùm prolatis 32. ff. de re judic. l. 1. in prin. C. d. t. c. cùm inter 13. Verſ. adjicit etiam, & §. ult. ext. de ſent. & re judic.* [b] *l. 1. in prin ff. de appell.*

2 Corrigitur autem & arguitur ſententiæ iniquitas per appellationis,[a] per reviſionis,[b] per ſupplicationis,[c] & ſyndicatus,[d] remedia.

[a] *l. 1. in pr. ff. de appell. & l. 2. ff. à quib. appell. non lic.* De Appellationibus vide diſcurſum Iuridico Politicum Dn. Beſoldi *brevem quidem, ſed elegantem & perutilem.* Dn. D. Berlich. *tom. 1. concl. 35.* Borell. *tom. 2. deciſ. tit. 33.* [b] Käyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part. 3. tit. 51. & tit. 53.* [c] Käyſ. Cammergerichts Ordnung/ *dict. tit. 51. l. ſi quis 5. junct. auth. quæ ſupplicatio, C. d. precib. Imp. off. & Novell. 119. cap. 5.* [d] Cammergerichts Ordnung/ *dict. tit. 51. & 53. §. ultim. in fin.*

Appellatio eſt querela[a] de ſententia minoris judicis iniquâ,[b] legitimè[c] interpoſita,[d] & ad judicem ſuperiorem[e] directa,[f] ut is corrigat eam, & in melius reformet.[g] Eadem etiam, ſenſu eodem, provocatio dicitur:[h] item beneficium appellationis,[i] remedium appellationis,[k] provocationis,[l] auxilium provocationis,[m] appellationis,[n] tùm etiam appellationis obſtaculum.[o] 3

[a] *l. 3. C. quom. & quand. jud. l. Præfecti 17. ff. de minor.* Cujac. *in parat. Cod. & ff de appell.* [b] *l. 1. in princ. ff. d. tit.* per ſententiam intelligimus etiam decretum Iudicis ſive magiſtratus extra judiciale, item nominationem ad honorem munuſve publicum, quamvis propriè non ſit ſententia, *l. quod juſſit 14. ff. de re judic.* [c] interponitur appellatio ſolenniter, *l. ex illo 13. & l. quoniam 18. C. de appell. l. qui ſuſpectum 20. in fin. ff. d. t.* de qua ſolennitate poſt dicetur. [d] appellatio interponi dicitur, quando apud Iudicem, à quo appellatur, pars ſe gravatam ejus ſententia dicit, proindeque corrigendæ illius cauſa, Iudicem ſuperiorem aditurum aſſerit. [e] *cap. dilecti 66.* ubi Cujac. *exer. de appellat. & l. 1. §. penult. ff. eodem tit. & l. 1. in princ. ff. quis à quo appell.* [f]

Digitized by Google

hic enim appellari dicitur. *l.* 1. *§. ſi quis* 3: *ibi, cùm alium appellare deberet, alium appellaverit. Item ibi, præfectum urbi appellaſſet, l. Imperatores* 22. *§.* 1. *ibi, Imperatorem appellatum, ff. de appell. l.* 1. *in princ. ibi, ſucceſſor ejus poſſit appellari. ff. quis à quo appell.* & *l. ei cujus.* 5. *§. ibi, alius appellabatur. ff. de appell. recip.* [g] *d. l.* 1. *in princ. ff. de appell.* & *l.* 2. *in fin. ff. à quibus appell. non lic.* Alii aliter definiunt appellationem, Marant. *de ordin. judic. part.* 6. *rubr. de appellat.* Cujac. *in paratit. ff.* & *C. de appell.* VVeſenb. *in parat. eodem, n.* 3. [h] *l.* 1. *in princ. ff. de appell. l.* 2. *in fin. tit. à quibus appellat. non lic.* [i] *c. an ſit.* 42. *in fin. extr. de appel.* [k] *c.* 3. *c. ſuper* 12. *§.* 2 *ff.* & *c. ex parte* 47. *extr. dict. t.* [l] *l.* 1. *§. ult. in fin. ff. ad Senatusconſultum Turpill.* [m] *l. ſi actor* 11. *C. de appell. l.* 1. *§.* 3. *ff. à quibus appell. non lic.* [n] *l. ſervi* 15. *ff. de appellat.* & *l. hi qui* 7. *C. eodem tit.* [o] *l. properandum.* 13. *§. cum autem, C. de judic. c. qua fronte* 25. *c. adhæc* 30. *c. præterea* 40. *in fin. c. novit. extr. de appellat.* Unde Appellatio ſpecies naturalis defenſionis eſſe dicitur, ita ut ſtatuto contrario tolli non poſſit, licet aliqui diſſentiant. Vide Robert. Lancellot. *in tract. de attentat. in præfat. prim. part. num.* 60. *uſque ad n.* 93. Ac diſſentit Pinel. *ad rubr. C. de reſcind. vendit. part.* 1. *c.* 2. *n.* 22. Vide inſuper Iuſtum Zinzerling. *diſput. Baſilienſ. de appell. theſ.* 4. Mynſing. *cent.* 1. *obſ.* 15. alias rationes cur defenſio tolli ſtatuto nequeat videre licet apud Iuſt. Zinzerling. *dict. diſput. Baſilienſ. theſ.* 4. ut Decius *conſil.* 533. *num.* 2. Clarus *lib.* 5. *recept. ſent. §. fin. quæſt.* 94. *num.* 3. his adde Dominic. Arumæum *diſp. ult. ad præcipuas ll. ff. theſ.* 1.

4 Qui autem appellationem interponit, appellans,[a] item appellator[b] dicitur: contra, ſive adverſus quem appellatur,[c] jure Can. Appellatus vocatur.[d] Et dicimus appellare item provocare ab aliquo[e] ad aliquem:[f] tum etiam provocare ſive appellare à ſententia.[g] Item provocationem interponere contra judicem ſcil. à quo.[h]

[a] *c. directæ* 39. *§. reſpondemus, ibi, appellans ſuam appellationem, extr. de app.* [b] *l.* 1. *§.* 7. *quand. appel. ſit. l. un. ff. ſi pend. appel. l.* 6. *§.* 3. *lib.* 12. *l.* 23. *l.* 39. *in prin. C. de appel. l.* 2. *in fin. C. de tēp. appellat.* [c] *dicimus contra aliquem appellare, adverſus aliquem appellare, ſive provocare, l.* 3. *in princ. l. creditor.* 28. *§.* 2. *ibi contra quos appellaverat, ff. de appell.* [d] *c. reprehenſibilis* 26. *§. ſi autem,* & *c. ſæpè* 44. *in princ. verſ. unde licet. extr. de appell.* [e] *l.* 2. *l.* 8. *l.* 21. *§.* 1. *ff. de appell. toto tit. ff. à quibus appellat. non lic. l.* 1. *§.* 7. *ff. quand. appellat. ſit. l. un ff. apud eum à quo appellat. l.* 1. *l.* 6. *in princ.* & *l.* 19. *C. de appell. l.* 2. *C. de temp. appell.* [f] *l.* 5. *C de appell. cap.* 4. *c.* 7. *in princ.* & *§.* 1. *c.* 17. *c.* 25. *c.* 31. *extr. de appell.* [g] *l. creditor.* 28. *§.* 2. *ff. dict. tit.* [h] *l.* 2. *C. de his qui per metum judic. non appellav.*

5 In appellatione ſpectamus tum ejus interpoſitionem, & interpoſita appellatione, cauſæ conditionem, tum appellationis executionem, ſive proſecutionem, & judicis ad quem appellatum eſt officium.

6 Interpoſitio appellationis eſt, qua pars per judicis ſententiam ſe gravatam, & iccircò ad judicem ſuperiorem dirigere ſe cauſam affirmat,

Qui appellat, interponere appellationem dicitur, *l. eum* 11. *l.* 24. *§.* 1. *l.* 28. *in pr.* & *§.* 1. *ff. de appel. l.* 1. *§.* 2. & *§.* 3. *ff. quand. appel. ſit. l. un. ff. apud eum, à quo appel. l. un. ff. ſi pendente appel. l.* 3. *l.* 6. *in princip.* & *§.* 2. *§. ult. l.* 9. *l.* 13. *l.* 21. *l.* 23. *l.* 30. *C. de appel. l.* 1. *C. de temp. appel. c.* 2. *c.* 8. *c.* 11. *c.* 13. *c.* 14. *in fin. c.* 15. *c.* 17, *c.* 20. *c.* 27. *extr. de appel.*

7 Quo autem lucidius intelligi poſſit appellationis interpoſitio, priùs videbimus, quibus in cauſis fieri aut non fieri appellatio poſſit: deinde à quibus judicibus appellari poſſit, vel non, & quibus perſonis appellandi facultas competat, vel non competat: poſteà etiam quomodo fiat appellatio, & intra quod tempus: noviſſimè inſpiciemus, interpoſita appellatione, officium judicis, à quo appellatur.

8 Cauſæ, in quibus fit appellatio, vel judiciales ſunt, vel extrajudiciales. In

omnibus

omnibus cauſis judicialibus, majoribus & minoribus [a] appellare licet, niſi ſpecialiter quædam ſint exceptæ.

[a] *l. & in majorib.* 20. *& l. ſi quis* 30. *C. de appell. c. cum ſit.* 5. *& c. appellationib. extr. eod. tit. clem.* 3. *h. t.*

Et non modo in cauſa civili, ſed & jure Juſtinianeo in criminali cauſa appellatio eſt permiſſa. [a] Sed nunquid ideò, quod hodie, ut volunt, pœnæ ſint extraordinariæ? ita quidem non pauci ſentiunt: [b] at jure Juſtinianeo arbitrarias eſſe public. criminum pœnas negamus. [c] 9

[a] *l. Non tantùm* 6. *l. conſtitutiones* 16. *ff. de appel. l. eos* 6. *§. ſuper* 3. *l. minimè* 12. *l. ad dictos.* 19. *C. dict. tit. l. qui à latronibus* 13. *§.* 1. *ff. qui teſtament. fac. poſſ. l.* 1. *ff. an per al. cauſ. appell. redd. poſſ. l.* 2. *C. quor. appell. non recip. & l.* 2. *C. ſi pend. appel. mors interv. Can. licet etiam.* 2. *q.* 6. Dn. D. Beſold. *dict. tract. c.* 7. *n.* 25. Obſtare videtur *l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſign.* [b] *p. l. hodie* 13. *ff. de pen. qua etiam movetur* Donell. *lib.* 28. *cap.* 6. *pag.* 437. *ſubn.* 30. [c] *l. ordo* 8. *ff. de publ. jud.* vid. And. Rauchbar. *part.* 2. *quæſt.* 8. *n.* 19. 20. *& ſeqq.*

Ex conſuetudine tamen Germaniæ, Imperiali conſtitutione & Statuto Wirttembergico probata, in cauſis criminalibus appellatio non admittitur, niſi de nullitate ſit querela. 10

Käyſ. Cammerg. Ordnung / *part.* 2. *tit.* 28. *§.* Item nach dem / *Andr. Gayl. lib.* 1. *obſ.* 1. *num.* 28. Mynſ. *cent.* 4. *obſ.* 41. *&* 42. Fürſtl. Württemb. New Landrecht / *part.* 1. *tit.* 70. *§.* von Malefitz Sach de eadem conſuetudine teſtatur quoque Weſembec. *in parat. ff. de appellat. recip. vel non.* Generalem hanc conſuetudinem negat Erneſt. Cothman. *reſp.* 14. *n.* 8. *& ſeqq. & reſponſ.* 16. *l.* 1. Ut & Moller *lib.* 4. *ſemeſtr. cap.* 33. *num.* 1. *& cap.* 34. *in pr.* Sed vide Rauchbar *dict. p.* 2. *q.* 8. *num.* 45. ordinat. Cameralis ab illa generali conſuetudine Germaniæ argumentatur ad jus Camerale, quia autem Camera Imperialis loquitur de criminibus corporis pœnam infligentibus, porrigi ad alia crimina non debet. Schrader *conſil.* 40. *numer.* 81. *ſub tom.* 1. *Conſilior. German.*

Multæ etiam provocatio admittitur jure communi: [a] non etiam jure Wirttembergico: [b] niſi à ſententia in cauſa principali appellatio fiat. [c] 11

[a] *l. etiam in multis* 25. *C. de appell. & d. l. ſi qua pœna, ibi, at multæ provocatio, ff. de verb. ſign.* [b] Fürſtl. Württemb. Landr. *part.* 1. *pag.* 138. *§.* das von erkandter Frevel / *& pag.* 144. *§.* Item von Freveln. Dn. Beſold. *diſp.* 1. *ad Stat. Würtenb. theſ.* 117. Mynſ. 3. *obſ.* 43. [c] Lands Ordnung. *pag.* 201. *tit.* von Frevel / *§.* wa aber ein Frevel. Landr. *de pag.* 138. *§.* Daß von erkandter / *& d. pag.* 144. *§.* da aber die Frevel. Hoffgerichts Ordnung / *part.* 8. *tit.* 2. *§.* wiewol von Frevel / 16.

Si autem res dilationem non ferat, non permittitur appellatio: ut ſi agatur, ut frumentum in uſum militum in annonæ ſubſidia contrahatur: [a] aut agatur, ne ſtudioſus in ſua habitatione turbetur. [b] 12

[a] *l. ultim. in prin. ff. de appell. recip. vel non.* [b] poſt Bl. Menoch. *de retin. poſſ. remed.* 3. *n.* 844.

Nec permittitur appellatio in re, quam fiſco aut principis ærario privato deberi manifeſtè conſtat. 13

l. 4. *& l. ultim. C. quor. appell. non recip.* Obſtare videtur *l. lata* 22. *& l. quoniam nonnulls* 18. *C. de appell.*

Non licet etiam appellare, ne teſtamentum aperiatur, neve heres ſcriptus in poſſeſſionem judicatur. 14

d. l. ult. ff. de appel. recip. & l. quiſquis 6. *C. quor. appel. non. recip.* vide Menoch. *de adipiſc. poſſ. remed.* 4. *num.* 826. *& ſeqq.* ubi rectè diſtinguit inter appellantem actorem, & reum provocantem: illi appellationem concedi, huic non permitti provocationem tradit.

15. Neque etiam appellare licet à ſententia, quæ lata eſt de poſſeſſione momentaria.

l. un. C. ſi de moment. poſſ. fuer. appell. ubi Cujac. vid. Menoch. *de retin. poſſ. rem. ultim. nu.* 48. & 50. *maximè verò. de recuperanda poſſeſſione, remed.* 9. *quæſt.* 49. *num.* 316. & *ſeqq.* idem dicendum de poſſeſſione in quam hæres mittitur *l. quiſquis.* 6. *C. quor. appellat. non recipit.* aliisq; poſſeſſoribus quibuſdam. Cujac. *in l.* 14. *C. de agricol.* & *cenſit. lib.* 11. Conſule item à Cujac. diſſentientem Donell. *ad l.* 8. *C. unde vi.* cui conſent. Menoch. *de recuperand. poſſ. in prælud. n.* 32. ubi dict. *l. un.* accipit tantùm de recuperanda poſſeſſione, & Weſemb. *in parat. ff. de appell. nu.* 8. Didac. Covarruv. *pract. quæſt.* 23. *num.* 8. Arum. *diſput. ult. ff. theſ.* 13. vide Fachinæ. *lib.* 1. *controverſ. cap.* 75. ubi tres opiniones de appellatione in poſſeſſorio promit. Conſule etiam Dn. Chriſtophorum Beſoldum Affinem meum amandum *in diſcurſ. de appellat. cap.* 7. *num.* 76. & *ſeqq.* & *maximè num.* 86. Fachin. *lib* 8. *controv.* 15. Gayl. 1. *obſ.* 147. *num.* 8. & 9. Momentaria poſſeſſio eſt, quæ celerem cauſæ cognitionem deſiderat, *l.* 8. *C. unde vi. l. ſi coloni.* 14. *C. de agricol.* & *cenſit. lib.* 11. & ſine ulla cunctatione reſtituenda eſt, *l.* 1. *C. ſi per vim vel al. mod. abſ.*

16 Ceſſat quoque provocatio, cùm ex edicto Carboniano, impuberi, cui ſit controverſia, an ſit inter liberos, poſſeſſio unde liberi decreta eſt.

dict. l. ultim. §. penultim. ff. de appell. recip. l. Quiſquis. C. quorum appell. non recip.

17 Appellari quoq; non poteſt, quo minus vendere pignus liceat.[a] In cauſis matrimonialibus variant Juriſconſultorum vota.[b]

[a] *dict. l. ultim. §. ultim ff. de appell. recip.* [b] Andreas Gayl. *hic non admittit appellationem lib.* 1. *obſervat.* 112. *in fin.* At Petr. Frider. Mindan. *libr.* 1. *de proceſſ. formand. cap.* 10. *number.* 7. *ſecus ſentit.*

18. Quæritur de cauſa alimentorum, an provocatio in hac fieri poſſit? alii negant,[a] alii affirmant:[b] ajentium voto noſtrum calculum addimus.[c]

[a] Bart. ad *l. leg. Mela. in princ. verſ. ult. ff. de alim. legat. per l. ultim. ff. de appell. recip.* & Guid. de Suza *ad l. de alimentis. C. de tranſact.* & facere pro hac ſententia videtur. *Clem. ſæpè. tit. de verb. ſign.* quæ rejicit dilatorias appellationes in ſummariis judiciis, cujuſmodi judicium eſt de alimentis, *l.* 5. *§. ſi vel parens, ff. de lib. agnoſc.* & *alend.* [b] Lud. Roman. *in repet. auth. ſimiliter. colum.* 26. *verſ.* 6. *C. ad legem Falcidiam.* [a] appellatio enim cenſetur permiſſa, niſi ſpecialiter & nominatim fuit prohibita. *l.* & *in majorib.* 20. & *l. ſi quis* 30. *C. de appel.* & fieri appellatio poteſt etiam à ſententia pro libertate dicta. *l. illud* 9. *ff. de appellat.* Confert huc, quod commune auxilium dicitur appellatio, *l.* 3. *§. ult. ff. rem rat. hab.* Pendente tamen appellatione alimenta præſtanda ſunt, *l. ſi neget* 7. *ff. de agnoſc.* & *alend. lib. l. filius* 9. *ff. de jur. delib. l. ſi inſtituta* 37. *§. de inofficioſo, ff. de inofficioſo teſtament.* Math. de Afflict. *deciſ. Neapolit.* 10. & *ibidem in addit.* Martinus Coler. *lib.* 3. *de aliment. cap.* 15. Fachinæ. *lib.* 1. *controverſ. cap.* 77. Et hoc procedit in omni perſona, quæ habet juris præſumptionem pro ſe, ut eſt, *in dict. addit. n.* 3.

19 A cauſæ quoq; articulo, id eſt, ab interlocutione, jure civili appellare non licet:[a] puta: quod non detur dilatio inſtrumentorum cauſa, vel locus ad agendum, vel exceptio juſta non admittatur.[b] quia poſt cognitionem totius cauſę interpoſita appellatione; & vitia interlocutionum corriguntur.[c]

[a] *l.* 5. *verſ. ult. C. quor. appell. non recip.* & *ibi* Cujac. *in parat. Idem Cujac. lib.* 12. *obſ. cap.* 6. J. W. Sandr. *part.* 3. *pag.* 131. *§.* Daß von einer *interlocutori.* [b] *l. oportet* 36. *C. de appell.* [c] *ut convincitur ex proximè citata lege.*

20. Ab ea tamen interlocutoria, quæ gravamen continet ejuſmodi, quod tolli per appellationem à definitiva non poteſt, jure appellatur:[a] puta, ſi ut quæſtio habeatur interlocutus ſit judex,[b] vel ut in carcerem litigator conjiciatur.[c]

[a] *l. arbitr.*

[a] *l.arbitro.9.ff.qui ſatisdar.cog.l.2.de appellat.recip.* Keyſerlich Cammergerichts Ordnung/ *part.2.tit.29.§.ultim.* Fürſtl. Würtemb. Landrecht/ *part.1.pag* 144. §. Item ſo einer von einer ley oder Vorvrtheil. Hoffgerichts Ordnung, *part,2.tit.2.in prin.* Mynſing. *cent.4.obſervat.*43. Gayl.*lib.1.obſervat.*130.*nu.*6.& *obſ.*132.*nu.*4. [b] *d.l.2.ff.de appell.recip.* [c] VVeſemb. *in paratit. ff.de appell.num.*8.*verſ.quòd ſi porrò talis injuria..* Hinc à ſententia, qua quis ſe judicem competentem pronunciavit appellari poteſt, ita conſulendo decidit, poſt Angel. & Dec. Curt. Iun. *conſil.*124. *nu.* 13. Si tamen in cauſa principali appellatio prohibita eſt, non poteſt appellari ab hujuſmodi interlocutoria, ut ſentiunt quos refert & ſequitur Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 46.*num.*50.

Ab ea quoque interlocutoria, quæ vim definitivæ habet, licitè appellatur. 21

l.intra 39.in princ.& l.ait Prætor.7.§.2.verſ.permittitur.ff. de minor.l. ab executione.5.in princ.verſ.niſi fortè,& verſ.ſeq.Cod.quor.appell. non recip.l.2. C.ut lit.pend. Keyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part.2.tit.29.§.* Vnd ſo von Beyvrtheil/ Fürſtl. Würtemb. alt Landrecht/ *part.1.pag.*144.§. Item ſo einer von einer. New Landrecht, *part.1.tit.69.§.2.& tit.7.§.* Item da von einer. Geyl.*lib.1.obſerv.*130.*nu.5.in fin.& obſerv.*132.*num.*2.3.& 4..

Jure etiam Canonico generaliter ab omni interlocutoria, etiam ante litem conteſtatam, & ab omni gravamine appellare licet, [a] etiam futuro, ut cujus juſta videtur ſuſpicio. [b] 22

[a] *c.ſuper.10.de appell.c.1.& c.3.§.ſi verò.eod.tit.in 6.c.2.t.de dol.& contum.in 6.* [b] *c.2.extr.de conjug.ſerv.c.cum dilati.extr.de dol.& contum.* Appellatio tamen à ſententia judicis extrajudiciali propriè appellatio non eſt, ſed provocatio ad cauſam.*c.5.extr. de appellat.* Vbi Dec.*ad rubr.*.vide Gail.*lib.1.obſ.*120..

Litis quoque æſtimatio interdum impedit appellationem. In Camera enim cauſæ valor 50. floren. minor cum erat, antiquitus non recipiebatur. [a] Ea autem ſumma poſtea fuit aucta, uſque ad 150. flor. [b] Tandem 300. florenis, monetæ imperii, appellabilis ſumma definita fuit. [c] 23

[a] Cammerg. Ordnung/ *part. 2.tit. 28.§.* vnd ſonderlich. [b] Reichs Abſchied zu Speyer *de anno* 1570.*fol.*19. Gayl.*libr.1.obſerv.*123.*num.*1. Mynſinger *cent.4.obſerv.40.in fin.& 5.obſerv.*83.*num. ult.* [c] Abſchied deß zu Speyr/ Anno 1600. gehaltenen Deputation Tags/ *pag.*8. *Vbi cautum,* daß kein Appellation Sach / da die Klag vnter drey hundert Reichsgulden Hauptguts were/ an Keyſerlichem Cammergericht angenommen werden ſolle. Vid. Dn. D. Beſoldum in ſæpe laudato *tract. de appellat.cap.7.num.*9. & Iuſtum Zinzerling. *diſſ.Baſilienſ.de appellat.theſ.*75: & notandum hic quod appellatio non recipitur in Camera, ne quidem in nullitatis aut reſtitutionis in integrum, ſi cauſa ſit infra 300. florenos Rhenenſes. Vti arguit *dict.* Deputats Abſchied zu Speyer. Quid verò in cauſis matrimonialibus, num in illis recipiatur appellatio.. Vid. Mindan. *lib.1.de mandatis cap* 11.& Roding *in pandect. Cameral.1.tit.29.&* 31. Collector *præjudic. Cameral. in verb. Matrimonium..*

Iure Wirttembergico ab inferiori judice ad ſupremum Ducatus tribunal appellari non poteſt in cauſa, cujus æſtimatio eſt infra florenos 50. Neque etiam ad proximum ſuperius civitatis judiciū, niſi cauſæ valor aſcendat viginti libras ſemunciarum, zweintzig Pfundt Heller: Neq; ad ſuperius judicium das Obergericht appellari poteſt in cauſa, cujus valor non excedit viginti libras unciarum, A judicio autem pagi. item ſententia præfecti, & quatuor judicum, provocatio ad Præfecturalis civitatis judicium conceditur, ſi cauſa æſtimetur libris viginti aut infra. 24

Fürſtlich Würtembergiſch new Landtr. *part.1.tit.56. Atque ita correcta videtur* die Hoffe

gerichtsOrdnung/*part.2.tit.2.§.*die Sachen ſo für. *Vbi ſumma appellabilis definitur 25. florenis. Notandum hic,* das allhie im Land Würtemberg zwey Obergericht: Eines zu Stutgart/ das ander zu Tübingen. Vnd iſt ein anders das Obergericht/ ein anders das Hoffgericht.

25 In iſthac autem ſumma ſpectamus non ſententiam prioris judicis, ſed petitionem actoris.

l.cùm quadam 19.§.ultim.ff.de juriſdict. Fürſtlich Würtemb. Hoffgerichts Ordnung / *d. part.2.tit.2.§.*die Sachen/ Andr.Gayl.*libr.1.obſerVat.123.num.3.* Mynſing.*cent.5.obſerVat.83. numer.3.*

26 Diverſæ quoque ſummæ per ſe & ſolæ minores, ad fundandam juriſdictionem conjungi non poſſunt: [a] ut & ſors ac uſuræ rectè conjunguntur. [b]

[a] *l.ſi idem 11.ff. de juriſd.* facit *l.cum in una.17.in princ.ff.de appellat.* Idque arguunt etiam præjudicia Cameralia, *in Verb. Summa appellabilis.* Et ſentit Iuſtus Zinzerling. *dict. diſp. theſ. 75.* ubi allegat Gregor. Tholoſ.*de appell.lib.3.c.16.* At diſſentit Mynſing.*cent.5.obſerV.83. num. 4.* Dn.Beſold.*diſp.1.ad.l.Württ.theſ.102.* & *dict.tract.de appell.c.7.nu.18.* pro quibus facit *l.ſi qui.10.§.1.ff.h.t.* Sed hæc l. agit de una actione quæ plures ſpecies habet in ſe, non verò de pluribus conjunctis actionibus tractat. [b] Mynſing.*d.obſerV.83.nu.5.*& Andr.Gayl.*d.obſ.123.*

27 Si item cauſa concernat vel honorem alicujus, vel juriſdictionem, vel cenſus perpetuos, qui redimi nequeunt, aliave jura, ut ſervitutes, jus retractus, valor nihil attenditur, ſed appellatio in Camera Imp. & judiciis Ducatus Wirttembergici ſuperioribus indiſtinctè admittitur.

Kåyſ.Cammergerichts Ordnung/*part.2.d.tit.28.§.* vnd ſonderlich Fürſtl. Würtemb. Landtr.*d.part.1.pag.120.§.*da aber/*Verſ.* vnd ſoll das. *Item pag.145.§. Item* ſo die Haupſach. Hoffgerichts Ord.*d.§.part.2.tit.2.§.*außgenommen Sachen ſo Ehr/ꝛc.

28 Quando in devolutionis puncto dubitatur, utrùm ſumma ordinationi vel privilegio ſit conformis, tunc in Camera appellanti juramentum defertur: [a] in ſuprema Curia Wirttembergica fides loco juramenti, [b] ut ita religioſè affirmet, malle ſe carere tanta ſumma, quàm ab interpoſita appellatione deſiſtere.

Kåyſ.Cammerg.Ordn.*part.2.tit.28.§.*vnd ſonderlich/*Verſ.* So dann der Richter. Andr. Gail.*d.obſ.123.num.7.* [b] F.W.Hoffg.Ord.*part.2.tit.2.§.*da aber zwiſchen/& *part.1.tit.9.pag. 25.in princ.*

29 In cauſis Vntergangs/licet magni valoris fuerint, in Ducatu VVirtembergico non appellatur recta ad ſupremam Curiam, ſed primum ad judicem proximè ſuperiorem, poſt ad ſupremum provinciæ judicium.

Fürſtlich Würtembergiſch New Landtrecht/*part.1.d.t.59.§.* Nach dem aber/Hoffg.Ord. *part.2.tit.2.§.ult. Caterùm* in der newen Bawordnung verſehen/ daß in Vntergans Sachen/ ſo viel die Båw vnd Håuſer belangt/in Stätten erſtlich für Vogt/Burgermaiſter vnd Rath/ vnd wa ferr jemand auch daſelbſt beſchwårt zu ſeyn gedåchte/ die vnter die Staig gen Stutgarten/ vnd die ober der Staig gen Tübingen appelliert werde/ vnd da jemand von Stutgart ſich beſchwert zu ſeyn/achten würde/ daß derſelb gen Tübingen/ hergegen einer von Tübingen gen Stutgarten appelliteren möge. In Dörffern aber ſolle die Appellatio für das ordenlich Stattgericht/ vnd nicht weiter gehen. F.W.Baword.*pag.3.§.* da aber/& *§§.ſeqq.* At videtur iſthæc ædificationis ordinatio abrogata per ordinationem ſupremæ Curiæ *in dict. tit. 2.§. ult.* New Landrecht/ *d.t.59.§.* Nach dem aber/ꝛc. Quandoq; ex cauſa ſupplicando obtineri poteſt, ut ab hoc judice ad ſupremum provinciæ tribunal devolvatur: non ſemel autem id denegatum ſupplicanti meminimus. Sed quæritur, ob von einem Vntergang eines Dorffs

möge

möge Appelliert werden an den Untergang der Statt/ dahin ſelbig Dorff gehörig? In ſuprema Curia Ducatus deciſum fuit quod non (etiamſi conſuetudo allegetur contraria) *Anno 1592. die 27. May, in cauſa appellationis* von Nürtingen. *Item Anno 1594. die 11. Novemb. in cauſa appel.* von Stutgarten. Atqui dubitatio illa poſtmodum fuit ſublata, durch das new L. Landrecht/ *dicto loco, ubi cautum*, das von keinem Untergang an einen Oberuntergang appelliert werden möge.

Habent & principes nonnulli, item civitates quędam Imperiales, privilegia de non appellando ad Cameram, niſi cauſa certam ſummam excedat. 30

Cammerg. Ord. *part. 2. tit. 28. §.* vnd ſonderlich/ *Verſ.* doch ſoll andern/ *ubi vide Commentatorem*, & Andr. Gayl. *lib. 1. obſ. 123. nu. 1.*

Qui item in una eademque cauſa trino judicio ſuperatus eſt, appellare ampliùs non poteſt, ſed bis tantùm appellare licet. 31

l. un. C. ne lic. in una eademq; cauſ. ubi Cujac. *in paratit. & c. ſua nobis. 65. ubi idem Cujac. extr. de appel. Novell. 82. c. 5.* Württembergiſch Landrecht/ das alt/ *part. 1. pag. 144. in princ.* das new/ *part. 1. tit. 70. §.* Item ſo drey gleiche/ ꝛc. In Camera tamen Imperiali tertia & quarta recipitur appellatio. Gayl. *lib. 1. obſ. 72. nu. 3.* & Mynſing. *cent. 1. obſ. 15.* Quin etiam, licet decies appellatum ſit, admitti appellationem, eò, quod inferiores judices ſuis inſtantiis Imperatori præjudicare non poſſint, teſtatur Compil. *deciſ. ſeu præjudic. Cam. Imp. in verb. appellatio in genere, verſ. toties.* Verùm jure Canon. ea ſententia ferenda non videtur, *per text. in dict. c. ſua nobis. 65. extr. de appellat.*

Quod attinet cauſas extrajudiciales, in his etiam jure canonico à decretis extrajudicialibus provocare licet: [a] ſecus eſt, ut volunt, de jure civili. [b] 32

[a] *c. cùm ſit Roman. 5. §. pen. extr. de appellat. c. 1. in prin. tit. eod. in 5. cap. 2. extr. d. dol. & contum. in 6. vide deciſ. ſeu præjudicia Cam. Imp. in verb. appellatio extrajudicialis.* Hæc tamen appellatio potius eſt provocatio ad cauſam, id eſt ordinarium judicium, *ut ſupra ad verſ. 22. monui.* Vnde quæritur, an intra decendium fieri debeat, & tempus proſequendæ appellationis hic ſit obſervandum. [b] *l. pen. C. quor. appel. non recip.*

A nominatione quoq; ad honorem, munuſve publicum, appellare permittitur: qui non appellat, munus illud ſubire tenetur. 33

l. 4. l. hi qui. 7. l. cives. 11. l. nominationes 27. Cod. de appellat. l. 1. Cod. de tempor. appellat. & l. 4. Cod. ſi pendent. appell. mors interven. l. 1. §. alia cauſa 2. & §. ſequent. ff. quand. appell. ſit l. Obſtare videtur *§. qui autem excuſare. Inſt. de excuſ. l. tutores. 18. Cod. dict. tit. & l. Gajus 16. ff. eod. tit.*

Generaliter quoque hic monendum, quòd à ſententia, vel decreto, aut nominatione ad honorem munuſve publicum ipſo jure nullis, provocare neceſſe non ſit. 34

tot. tit. C. quand. provoc. non eſt neceſſ. & tot. tit. ff. quæ ſent. ſin appel. reſcind.

Sequitur à quibus judicibus appellari poſſit, à quibus verò non. Et primo à principe Romano appellare fas non eſt: [a] neque etiam à Senatu Rom. provocari potuit: [b] ut nec à Præfectis prætorio: [c] Idem privilegium tributum videtur Septemviris Imperii eccleſiaſticis & ſecularibus. [d] 35

[a] *l. 1. §. 1. ff. à quib. appell non lic.* Ad tribunal tamen & judicium Dei provocare licet. Id quod ſæpè factum exemplis oſtendit memorabilibus Matth. Stephani *libr. 2. de juriſdict. part. 1. capit. 1. membr. 2. numer. 191. & ſequentib.* [b] *dict. leg. 1. §. 2. ff. dict. tit.* [c] *l. un. §. 1. ff. de offic. præf. præt. & l præfecti 17. ff. de minor.* vide Heig. *quæſt. 10. numer. 18. & ſequentib.* [d] *per aur. bull. Imperat. Caroli IV. titul.* von der Churfürſten Freyheiten/ maximè, ſi textum Latinum

inſpe-

inſpexeris. *§. ſtatuimus etiam, ut nulli comites &c.* Compil. *quoque deciſ. ſeu præjudic. Camer. Imp. tit. appellare quibus, à quibus perſonis &c. liceat, verſ.* 2. appellatio, ait, ab Electore Saxoniæ non admittitur propter privilegium, licet quidam dominorum inde appellari poſſe putent, non ut ab Electore, ſed Duce Saxoniæ. Ita Manſſfeld obtinuit citationem, periculo tamen partis. Commentator idem ad *Ordinat. Cam. part. 2. tit. 28. pag.* 174. ſcribit in hæc verba: à Sachſen & Brandenburg Electoribus non appellatur, niſi forte in cauſa ſuſpecti ſint, vel ipſos cauſa concernat: hoc privilegium ratione Aureæ Bullæ ſibi vendicant. Similiter VVeſembec. *in parat. ff. à quibus appell. non lic. num.* 2. Duces, ait, Saxoniæ à ſe appellari non patiuntur. Addit tamen, quod reliqui Electores atque principes appellationem ad Cameram Spirenſem admittant.

36 Similiter à ſupremo Ducis Wirtembergici judicio ad Cameram appellatio, ſi lis ſit inter ſubditos, non permittitur. Si forenſis cum ſubdito principis litiget, & is ad imperii Cameram appellationis beneficium ſibi reſervet, (confeſtim autem ab initio, ante proceſſum, neceſſe habet declarare, num appellationis beneficium ſibi reſervare, aut ei renunciare velit) non denegatur & ſubdito idem provocationis remedium. Sin renunciet appellationis beneficio forenſis, nec ſubdito integrum erit appellare.

F. W. alt Landtr. *part. 1. tit.* wann an frembde oder außländiſche Gericht möge appelliert werden/ *pag.* 130. New Landtrecht/ *part. 1. tit.* 60. Hoffg. Ord. *part. 3. tit. 2. pag.* 51. Quibus locis quod de forenſibus diſpoſitum eſt, intelligi quoque debet de civibus Academicis, Profeſſoribus & Studioſis, qui principis ſubditi non ſunt, ſed aliunde ad Academiam acceſſerunt. Ita clementiſſime Princeps Illuſtriſſimus Statutum ſuum declaravit, *Anno* 1601. Tubingæ in Curia Academica coram Univerſitatis Senatu, & Profeſſoribus omnibus. Non deſunt qui cenſent licet vi ſtatuti à ſententia appellari non liceat, id tamen fieri poſſe, ſi gravamen eſſet notorium & ex nuda Actorum inſpectione appareret, Hyppol. de Marſiliis *in pract. crimin. §. ſequens num.* 43. Erneſt. Cothman. *reſponſ.* 14. *num.* 73. Barthol. Blarer. *in repetitione l. diffamari. C. d. ingen. manumiſſ. cap.* 10. *num.* 19. Dn. D. Beſold. *in tractat. de appellat. cap.* 2. *num.* 116. *& ſequent.*

37 Quæritur autem, an adverſus Imperatoris vel alterius principis reſcriptum, & conſultationem cujuſdam magiſtratus datum, provocari ad eundem principem poſſit? Et placuit id fieri poſſe, cum appellans non principis autoritatem ſugillet, ſed de conſultoris mendacio, & improbitate quæratur, & dicat, non ita ſe habere, quæ ipſi principi à conſultore ſunt expoſita.

l. 1. §. 1. ff. de appell. & l. 2. C. d. tit. & l. 1. in pr. ff. quand. appell. ſit. Hinc illud: à Principe malè informato ad melius informandum appellari poſſe: Matth. Stephan. *de juriſdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. num.* 119. *& ſeq.* Sed vide diſſentientem Petr. Heigium *quæſt.* 10. *num.* 18. *part.* 1. Andr. Gail. *lib. 1. obſerv.* 155. *nu.* 6. & Berojus *quæſt.* 8. *num.* 1. Iuſtum Springer. *in tract. de pac. Religion. cap. 2. §. alij qui. pag. mihi.* 13. §

38 Si tamen conſultationis exemplum litigatori prius fuerit editum, antequam ad principem mitteretur, neq; appellaverit litigator, & poſtea contra eum reſcriptum ſit, appellare amplius non poteſt, cum vera eſſe, quæ ſcripta ſunt, conſenſiſſe videatur.

l. ult. ff. quand. appell. ſit.

39 Ab executore etiam ſententiæ appellare non licet, [a] quamvis ſit ſuſpectus, [b] niſi judicationis modum excedat. [c]

[a] *l. ab executore. 4. in princip. ff. de appellat. l. ab executione. 5. Cod. quor. appell. non recip.* [b] *c. novit*

ex. novit 43. extr. de appellat. [c] *d. l. 4. §. 1. ff. de appellat. & dict. l. 5. Cod. quor. appell. non recip.*

Qui Principes Imperatore inferiores, & Comites eo ſpecialiter non ſunt muniti privilegio, ut ab eorum judiciis provocatio ad Cameram ceſſet, ab his licitè provocari poteſt: [a] ut & à quovis alio judice, licet ex conſenſu litigatorum, citra compromiſſum, fuerit datus. [b] 40

[a] *l. à proconſulibus 19. C. d. appell.* Qui autem non appellandi privilegium habent, ſi Cameræ inſinuatum non ſit, exhibere illud in forma authentica tenentur. *Vid. deciſ. ſeu præjudicia Cam. Imp. in Verbo, Privilegium. Verſ. nota privilegium.* [b] *l. ex conſenſu 23. in pr. ff. de appel.*

A Camera Imperiali ad ſummum Pontificem appellari non poteſt, [a] ne quidem in tutelari, vel alia pia cauſa. Quod ſi quis provocare auſus fuerit, tanquam contemptor jurisdictionis Imperatoris mulcatur pœna centum marcarum auri puri, ac refutatorii decernuntur. [b] 41

[a] Keyſ. Cammerg. Ord. *part. 3. tit. 51.* Limnæus *de Iur. Public. lib. 2. cap. 9. n. 94.* Dn. Beſold. *de appellat. c. 4. num. 7. f. 119.* [b] Compil. *deciſ. ſeu præjud. Cam. Imp. cap. appellare quibus, à quibus perſonis, ad quas, &c. pag. 31.*

Competit autem appellandi facultas cuivis etiam minori licet curatorem habeat, [a] itemq; mulieri. [b] Et non ſolum in cauſa propria, ſed & communi in cauſa. Et ſi unus ex pluribus in cauſa communi, quæ diverſitatem factorum non accipit, appellaverit, emolumentum victoriæ pertinet etiam ad reliquos, qui non appellarunt. [c] 42

[a] Erneſt. Cothman. *reſponſ. 35. per tot.* [b] *per l. 4. C. de procurat. l. 1. §. 1. ff. de appellat. recip. l. 4. l. 12. C. de his qui accuſar. poſſ.* [c] *l. 1. & l. 2. C. ſi unus ex pluribus appel. l. ſi qui ſeparatim. §. ult. ff. de appellat. & c. Vna ſententia. extr. eod. tit.*

Quibusdam tamen, quò minùs appellare poſſint, obſtat vel perſonæ conditio, vel contumacia, vel delicti genus, vel cauſæ evidentia, & notorietas, vel conventio. 43

Perſonæ conditio obſtat ſervis: hi enim appellare non poſſunt, ſed domini eorum ad opem ſervo ferendam, auxilio appellationis uti poſſunt, ut & alius domini nomine. Si neque dominus, neque alius pro domino appellaverit, ipſi ſervo, qui triſtem paſſus eſt ſententiam, auxilium appellationis non denegatur. 44

l. ſervi 15. ff. de appell. Ferrar. Montan. *in tract. de appell. c. 5. pag. 21. §. De ſervis. & §§. ſeqq.*

Contumacia obſtat appellare volenti, ſi poſt litis conteſtationem legitimis edictis ad agendam cauſam vocatus, ſciens præſentiam ſui facere contemnet. 45

l. 1. l. 4. Cod. quor. appel. non recip. l. poſt 73. §. ult. ff. de judic. l. ex conſenſu. 23. §. ult. ff. de appell. l. properandum 13. §. cùm autem. C. de judic. Fürſtlich Württembergiſch new Landtrecht/ *pag. 138. §.* Da der Appellant/ & *pag. 144. §.* Item wann einer. New Landtrecht/ *part. 1. tit. 70. §.* Item wann einer. *Vide Cujac. in parat. C. quom. & quand. jud.* Legitimis autem edictis ad agendam cauſam evocatus dicitur, qui poſt litem conteſtatam; tribus edictis propoſitis, vel uno pro tribus, quod vulgò peremptorium appellatur, evocatus, præſentiam ſui facere contempſit, *l. contumacia 53. §. 1. ff. de re jud.* Diciturquis & aliis modis contumax, de quibus vide Dn. D. Beſold. *de appellat. cap. 6. num. 29. & ſeqq.*

Quòd ſi quis aliud in Iudicio per contumaciam non faciat, veluti ſi non exhibeat inſtrumenta, nihilominus eo nomine appellare poteſt. 46

l.creditor 28.§.1.ff.de appell.

46 Delicti genus obſtat provocare volenti, inſigni latroni, ſeditionum concinnatori, factionumq́, duci, ſi legitimis probationibus ſint convicti.

[a] *l.conſtitutiones 16.ff.de appellat.* Vid. Andr. Rauchbar.*part.2.quæſt.*8. & Dn. D. Beſold.*de appellat. c.7. num.* 27. *& ſeqq.* ubi plura alia memorat crimina, quæ non admittunt appellationem, vide etiam Iuſt. Zinzerling.*dict.diſp.theſ.*10. Excommunicatus tamen gaudet hoc defenſionis auxilio *c.5.c.10. & c.11. & c.ult.extr.de bannis.præjudic. Cameral.tit.appellans & appellatus.* Item Reus Majeſtatis Dn. D. Beſold.*in dict.tract.c.1.num.*26.

47 Officialis quoque judicis, ob delictum in officio commiſſum, à proprio judice condemnatus, appellare non poteſt.

l.3.C.quor.appell.non recip.

48 Evidentia & notorietas cauſæ impedit appellationem, ſi Reus non modò probationibus legitimis convictus, ſed & voce propria id, de quo agitur, tacitè, vel expreſsè, confeſſus fuerit.

l.2.C.quor.appell.non recip.c.3.§.ſin autem poſt ſententiam tit. de appellat.in 6.c.conſuluit 14.§.1.extr.eod.tit. Fürſtl. Würtemb. alt Landrecht/*part.1.tit.* In was Sachen nicht mög appelliert werden/*pag.*143.§. Als da Einer. New Landtrecht.*d.tit.*70. §. Als da Einer. Vid. Dominic. Arum.*diſp.ff.ult.theſ.*17. & Iuſtum Zinzerling.*dict.diſp.theſ.*35. *&* 36. & Andr. Rauchbar.*part.2.quæſt.*8.

49 Conventio appellationi obſtat, ſi convenerit inter litigatores, ne cui eorum appellare liceat.

l.ult.§.ult.C.de tempor.appell. Vbi Salicet.*num.*7.ſcribit. mutuam non ſimplicem appellationis valere, vide etiam Ruland. à Valle.*conſil.*29.*n.*7. *&* 28. *& ſeq.Vol.*1.

50 Hic quoque appellare prohibetur, qui ante ſententiam profeſſus eſt, ſe à judice non provocaturum.

l.1.§.ſi quis 3.ff.à quib.appell. non lic. ex quo §. intelligitur quod alteruter ſolum poſſit renunciare appellationi, etiamſi Salicet. neget.

51 Quin etiam qui libellos appellatorios ingeſſit, licentiam habet commutandi arbitrium, & recuperandi libellos, atque ita deſiſtendi ab appellatione, [a] antequam ad ſuperiorem judicem eam introduxerit. [b]

[a] *l.ſi quis libellos 28.Cod.de appellat.* [b] *c.quamvis 10.§.caterùm,tit.de elect.in 6. Cujac.ad c. directa 39.extr.de appell.*

52 Quinimò & is, qui non modò appellavit, ſed & ad ſuperiorem judicem introduxit appellationem, ante ſuſceptam, vel delegatam cognitionem ab eo, ad quem appellavit, mutato conſilio, renunciare appellationi poteſt, invito etiam adverſario, modò illi ſumptus legitimos reddat.

§.interpoſita 70.§.ille denique,extr.de appell.

53 Cõpetit autẽ provocandi licentia non modò ei, qui egit, ſed & alii, cujus intereſt nõ condemnari reũ, ſi is appellare ceſſet. Et licet appellet quidẽ, ſed nõ ex fide cauſam agat, is, cujus intereſt, cauſæ defenſionẽ ſuſcipere poteſt.

l.4.§.2.3. & 4.l.5.ff.de appell.l.2.§.ſi is qui, & §.ult.ff quand.appell.ſit.l.1.in pr.ff. de appel. recip.c.cum ſuper.17 ff.de ſent. & re jud. Gail.*lib.1.obſ.*70. *&* 118. *& obſerv.*122. Didac. Covarr. *pract.q.15.per tot.* Nam qui ſua intereſſe dicit, propriam cauſam defendit, *d.l.2.§.1. & §.ult.ff. quand.appell.ſit.* Et licet delegata ſit cauſa cum clauſula appellatione remota, attamen tertius pro ſuo intereſſe poteſt. *Vide ſup.diſput.5.theſ.*19. Martin. Vran.*ad c.Veniens.2.ext. de teſtib.*

54 In cauſa tamen inofficioſi teſtamenti, ſi victus ſit Reus, legatarii & fideicommiſſarii olim appellare non potuerunt, niſi dixerint, per colluſionem

eſſe

eſſe pronunciatum, aut tranſactum cum herede inſtituto: [a] hodiè verò neceſſe non eſt ut appellent. [b]

[a] *l.5.§.1.2.& 3. & l.ſi perluſorio 14. in pr. ff. de appel.* [b] *licet enim per querelam inofficioſi teſtamentũ reſcindatur, attamen legata & fideicommiſſa debentur, Nov.155.c.3.in fin. & c.4.in fin.*

Nemo autem in cauſa aliena, quæ ad ſe nihil pertinet, appellare poteſt, 55
niſi ei mandatum ſit, ut appellet, vel ſine mandato negocium alienum gerat, quod tamen condemnatus ratum habeat.

l.2.§.1.in fin.ff.quand.appell.ſit, & l.1.in princ.ff.de appellat.recip. Procurator cauſæ, qui cauſam egit, condemnatus, etiam alii ut appellet, mandare poteſt, *l.4.§.ult.ff.de appell.*

Conjunctus quoq; pro conjuncto appellare poteſt, ut mater, pro filio. 56

l.1.§.1.ff.de appell.recip.l.non tantùm 6.Verſ.neq; diſtinguitur ff.de appell. Dyn. *in c.auditis, extr. de elect.* Pet.Peck. *de jur.ſiſtend.c.3.n.8.* Item dominus ſubditi nomine propriorũq; hominũ cauſa, quando ipſius principaliter vel immediatè intereſt, ut ſi quis à ſubditis collectas exigat, vel eos in agricultura agrorũ turbet, moleſtet, ſpoliet, vel eis in contumaciam domini injuriã inferat, Magiſtratus quoq; loci in jure ſubjectionis ſi ſuccumbat appellare poſſunt ſubditi, ut & vaſallus, ſi feudi dominus in jure vaſallagii ſententiam condemnatoriam ferat. Gayl. *lib. 1.obſervat.125.* Græv. *concluſ.125.conſiderat.1.* Roſenthal. *de feud.c.9.membr.1.concluſ.24.*

Cùm autem quis ſine mandato in cauſa aliena appellat, dominus litis 57
intra dies decem ratificare appellationem debet, aliâs pro deſerta habetur.

d.l.1.in fin.princ.ibi, quod mox ratum habetur, ff.d.t.junct.l.bonorum 24.in prin.ff.rem rat.hab. Guid.Pap. *in deciſ.Gratianop.q.13. & q.436.nu.103.* Specul. *tit.de appell.§.1.n.7.* Marant. *in ſpecul.part.6.tit.de appell.n.207.* Atq; ita pronunciatum in ſupremo judicio VVirtembergico. *An.1575.6.Septemb.Item An.1574.18.Iunij, & An.1577.26.Martij, tùm etiam Anno 1579.7. Decemb.* Et ita cautũ etiam novo Iure VVirtembergico *part.1.t.58.§.* Da aber ein dritter. Sed quia Statutum Wirtenbergicũ requirit, ut appellatio extrajudicialis coram duobus, vel uno judice & ſcriba fiat, Appellatio autẽ interponatur quidẽ eo modo, ſed à tertio, ratificatio vero fiat tantũ coram uno ex judicibus, puta ipſo præfecto, numquid valebit appellatio? Reſp. Hoffrichter vnd Räth *Dycaſterij Wurtenbergici deciderunt quod nõ.10. April. An.1627.* Ratio eſt, quia ratificatio eſt loco ritè factæ appellationis, ergò coram quibus appellatio, coram iiſdem quoq; ratificatio fieri debet.

Quin etiã in cauſa criminali pro cõdemnato Reo, etiam invito, & quãdo 58
jam ad ſuppliciũ ducitur, quilibet tertius jure Juſtinianeo appellare poteſt.

l.non tantùm 6.ff.de appell. & l.addictos 29.Cod.eod.tit.ſed, ut ſuprà attigimus, ex moribus Germaniæ in criminalibus cauſis provocatio fieri nequit.

Diſpiciamus nunc, quomodo appellãdum ſit, & intra quod tẽpus. Prius 59
quod attinet, ſit appellatio vel apud acta, in cõtinenti, lata jã ſententia, vel alio tempore, non apud acta. Priori caſu ſatis erit, ſi appellans viva voce dicat, Appello, [a] Jch appellier: oder/ Jure VVirtembergico, Jch berüff mich der Vrtheil: oder ich bin mit der Vrthel beſchwert: oder ich zeuch dieſe Vrthel an mein Obergericht: oder ich zeuch ſelbige Vrtheil an das Hoffgericht/ ꝛc. [b]

[a] *l.2.l.5. & §.ult.ff.de appel. & l.litigatoribus 14.C.d.tit.* [b] Fürſtl. Würtemb. alt Landrecht. *part.1.tit.* Wie die Appellation geſchehen möge/ *§.ult.pag.128.* New Landrecht, *part.1.t.58.§.* Es iſt auch gnug/ Hoffgerichts Ordnung/ *part.2.tit.3.§.* Vnd iſt gnug.

Altero autẽ caſu appellatio fieri debet per libellos appellatorios, appel- 60
lationis ſummã cõtinentes: [a] qui ita cõcipi debẽt, ut cõtineant, & à quo dati ſint, h.e. quis appellet, & à qua ſentẽtia appelletur. [b] Hoc modo cõcepti, Judici à quo appellatur offerri debẽt: [c] id quod die etiã feriata fieri poteſt, & extra judicium. [d]

[a] *l.1.§.ult.junct.l.3.in princ.l.cum quadam 7.ff. de appellat.l.eos 6.§.pen.C.d.tit.* [b] *d.l.1.§.ult.junct.l.3.ff.eod.* [c] *d.l.eos 6.§.pen.C.de appellat.* [d] Mynſing.*cent.2.obſervat.* 12. Iure autem VVirtembergico ex intervallo appellari poteſt etiam ſine ſcriptis, coram toto judicio, aut etiã extra judicium, coram Præfecto, dem Amptmann & Scriba judicii: vel duobus judicibus, qui una cum cæteris ſententiam dederunt, ſo bey der Vrthel geſeſſen/ Fürſtl. Würtemb. Hoffgerichts Ordnung/ *part. 2.tit.3.pag.37.in prin.* alt Landrecht/ *part.1.pag.*128.§. wann aber/ vel coram uno ex judicibus & judicii Scriba: vel coram duobus judicibus, qui unà cum cæteris ſententiam dederunt. Quid verò, So der Amptman prædictis caſibus cum apud ipſum appellatur, bey der Vrthel nicht geſeſſen/ Nunquid coram eo appellatio interpoſita valet? ut valeat, voluit Illuſtriſſ. Princeps *Anno* 1594. Vt & novo jure VVirtembergico, *d. tit.*58. §. Wann aber einer/ niſi ut ſuſpectus cauſæ cognitioni non adfuerit. Atq; ita judicatum etiam *Anno eodem,* 11. *Iunij in cauſa appell.* von groſſen Glattach/ licet antea Domini Aſſeſſores ſuis votis de hac quæſtione admodum variaverint, propter diſpoſitionem deß Fürſtl. Würtemb. alt Landr. vnd Hoffgerichts Ord. Quid ſi appellatur coram Præfecto, & uno ex judicibus nunquid valet hæc appellatio jure VVirtembergico? Deciſum fuit am Fürſtl. Hofgericht/ *Anno,* &c. 612. 13. *Martij,* quod ſic.

61. Quòd ſi autem appellans copiam judicis in publico non habeat, vel aditum ejus horreat, neceſſariò non tenetur ei libellos appellatorios offerre, ſed publicè eos proponere poteſt. [a] Hodiè verò coram fide digno & approbato Notario publico, & teſtibus, appellatio in ſcriptis facta, admittitur: [b] quam appellationem Notarius inſtrumento complecti, & quidem inſtrumentum illud in membrana conficere debet. [c] Quin etiam hoc caſu coram aliis honeſtis viris appellatio fieri poteſt. [d]

[a] *l.1.§.adeundi 9.ff.quand.appell.ſit l.cum quidam 7.ff.eod.tit.* & *l.2.Cod.de his qui propt.met.jud.c.ult.ext.de appell.* [b] Kayſ. Cammergerichts Ord. *part.2.t.29.§. Item* ſo ſoll. *ubi Commentat.* F. Würt. Hofg. Ord. *d t.3.pag.37.in pr.* alt Landr. *d.pag.*128.§. wann aber. *in fin.* Mynſing. *cent.4.obſ.44.* & *ſeq.* Weſemb. *conſ.1.nu.5.* & 29. Hartm. Hartman. ab Epping. *libr.pract.obſ.tit.de appell.obſ.4.* [c] Andr. Geil. *lib.1.obſer.119.nu.3.* Compil. *deciſ.ſeu praejud.Cam.Cap.appellationis inſtrumentum* & *ſchedula, pag.*29. Facit Reichs Abſchied zu Cöln/ *de Anno* 1512. *Conſtit.* Ord. zu Vnterrichtung der offnen Notarien/ *§.Item* die Notarien. [d] *c.ult.extr. de appell.* Fürſtl. Würt. New Landr. *part.1.tit.58.§.* Wann aber *in fin. Item* Hofgerichts Ord. *dict.loc.* Sed quia utroq; illo loco fit mentio gehabten Bedacht/ quæri poteſt, ob einer/ Iure VVirtembergico, ſchuldig ſey expreſſis verb. Bedacht zu nemen/ vnd ſich Bedachts *coram Iudice à quo* zu erklären? *Deciſum autem fuit, quod non, Anno* 1581. 27. *Febr.*

62. Sed nunquid appellatio coram Notario & teſtibus vel ſine Notario, coram viris honeſtis facta, ipſi judici intra decendium inſinuari debet? Id neceſſarium non eſſe, niſi quo ad revocationem attentatorum, ordinatio Cam. Imp. arguit.

Kayſ. Cammergerichts Ord. *part.2.tit.29.§.* Item ſo ſoll. Berlich. *Vol.1.pr.concl.35.in med.* Mynſing. *cent.2.obſ.12.in fin.* & *cent.4.obſerv.44.* Eſt & illud hic notandum, quod appellationum inſtrumenta ſunt marginanda, antequam in conſilio Cameræ exhibeantur, ut teſtatur Compil. *deciſ.ſeu prajud.Cam.Imp.d.pag.*29. Coram ſolo Scriba judicii appellatio fieri non poteſt jure VVittemb. ut aliquoties deciſum memini am F. Würt. Hofgericht.

63. Quòd ſi appellatio fiat ab interlocutoria, quæ non habet vim definitivæ, non modo (ſlicet in continenti interponatur) in ſcriptis fieri debet, ſed & cauſæ gravaminis ſcripturæ inſeri jubentur, quæ tamen apud judicem ſuperiorem ſunt probandæ.

c.ut de-

c. ut debitus 59. ibi, cauſa, extr. de appellat. & *c. 1. tit. eod. in 6.* [c] Andr. Gayl. *lib. 1. obſer. 130. n. 6. in fin.* & *num. 7.* Mynſ. *cent. 3. obſervat. 15.* Iure autem Wirttembergico neutrum requiritur, Fürſtl. Württemb. New Landrecht/ *part. 1. tit. 69. in princip.* ubi diſponitur etiam abſq; horum requiſitorum obſervatione appellationem ab interlocutoria valere.

A definitiva ſententia ſi provocatio interponatur, aut ea, quæ vim definitivæ habet, jure ſcripto ſimiliter appellationis cauſæ reddendæ ſunt, vel ei, à quo, vel illi, ad quem appellatur.[a] Unde ſufficit, ſi appellans Judici à quo in genere dicat, ſe gravatum, & ſententiam injuſtam eſſe, ſine expreſſione alicujus cauſæ.[b] 64

[a] *l. 3. §. ult. ff. de appell.* & *tot. tit. ff. an per alium cauſ. appellat. reddi poſſ. l. minorib. 6. C. de his quibus ut dign. c. interpoſita 70. ubi* Cujac. *c. conſtitutus 46. c. cum ſpeciali 61. §. porrò, extr. de appel.* [b] *l. 2. ff. d. tit.* Mynſing. *cent. 3. obſ. 15. verſ. circa quod obſervandum.*

Eſt & illud hic monendum, quod is qui provocat, non debet conviciari ei à quo appellat. Quòd ſi ei convicietur, plecti eo nomine debet. 65

l. Illud. 9. ff. de appell.

Eſt & certus judicum ſuperiorum, ad quos provocatur, ordo. Si à judice dato, ſive pedaneo, provocetur, appellandum erit ad judicem ordinarium, à quo judex ille pedaneus eſt datus, vel ad illius ordinarii ſucceſſorem.[a] Sin provocetur ab eo, qui mandatam habuit juriſdictionem, tunc appellatur non ad mandantem, ſed ad eum, qui à mandante, ſi ipſemet judicaſſet, provocaretur.[b] 66

[a] *l. 1. in prin.* & *l. ult. ff. quis à quo appell. l. præcipimus 32. §. hac ſi, C. de appell. Iudex enim datus non juriſdictionem habet, ſed judicandi ſolùm poteſtatem, l. à Iudice. 5. C. de judic.* [b] *d. l. 1. §. 1. ff. quis à quo appell.* Fungitur enim vice mandatis, qui mandatam habet juriſdictionem, *l. 3. ff. de off. ejus cui mand. eſt juriſdict.*

Quòd ſi ab ordinario judice provocatio fiat, ad alium judicem ordinarium appellari debet, & quidem ad ſuperiorem, non inferiorem:[a] neque etiam parem,[b] & quidem ad ſuperiorem in ordine proximum, gradatim, non eo omiſſo, per ſaltum ad alium majorem, licet Imperator ſit:[c] niſi jure ſpeciali medius judex præteriri, & rectà ad judicem majorem procedere appellatio poſſit: ut ſi proximè ſuperior judex deneget juſtitiam, vel cauſæ particeps ſit, aut aliis ex cauſis judex recuſari poſſit.[d] Jure Wirttembergico, quo ab inferiore judice (excepto judice deß Undergangs) ad provinciale judicium provocari poteſt.[e] 67

[a] *per l. hi quos 7. l. ſi apud 17. l. à proconſulibus 19. l. cum appellatio 23. l. præcipimus 32. l. in offerendis 37. ff. de appell. Novell. 23. cap. 3.* Käyſ. Cammergerichts Ordnung/ *p. 2. tit. 29. in princip.* [b] *d. Novell. 23. c. 4.* [c] *l. Imperatores 21. ff. de appell. c. dilecti 66. extr. de appell.* Obſtare videtur *c. referente, ext. de præbend.* & *c. ſi duobus 7. extr. de appell.* Andr. Gayl. *lib. 1. obſ. 119. num. 2.* & *obſerv. 120.* & *ſeq.* [d] Käyſerl. Cammergerichts Ordnung/ *dict. tit. 29. in p. inc.* [e] Fürſtl. Württemb. Hoffgerichts Ordnung/ *part. 2. tit. 3. pag. 37. verſ.* Wiewol vermög gemeiner Recht.

Quid autem fiet, ſi alius pro alio appellationis judex fuerit aditus per errorem, & interim tempora legitima exierint? Error ille nocet, ſi minor ſit aditus judex, non etiam nocet, ſi major, vel par appellatus fuerit.[a] Tunc enim appellans ad competentem appellationis judicem remitti debet.[b] Si 68

tamen non remittatur, eò quòd præſcriptio non ſit oppoſita ab adverſario, ſententia ejus judicis inde non videtur nulla. [c]

[a] *l.1.§.ſi quis 3.ff.de appell.* [b] *l. d.l.1.§.3.& Imperatores 21.ff.d.tit.* Græví. *pract. concluſ.119. num.3. & 4.* [c] *ut arg. dict.c. dilecti. Ubi* Cujac. *extr. de appell. & c. referente, extr. de probat.* Mynſing. *cent.1.obſer.67.* Sed vide Dominic. Arum. *diſp.ff.ult.theſ.6.* qui diſſentit. Das Fürſtl. Württemb. Hoffgericht remittiert die Parthenen *ad intermedium. Ita factum* den 19. *Junii Anno* 1619.

69 Quid ſi appellans provocet ſimpliciter, neminem nominando judicem, nunquid neceſſe eſt, ut intra legitimum provocationis tempus judex appellationis declaretur? [a] Jure communi Cæſareo id neceſſe eſſe negamus. [b] De Jure Canonico, [c] & Wirttembergico [d] Jure, dubitare quis poſſet: nos idem de utroque hoc Jure dicimus, quod de Jure Cæſareo. [e]

[a] De hac quæſtione variant Dd. ut patet ex Alex. *conſ.79.num.5. & 6.lib.7.* Bl. *ad l.cùm proponas, num.7.C.de bon.aut.jud.poſſ. & ad l.3.num.10.C.de appell.* Felin. *ad c. inter cætera, nu.2. extr.d.tit.* Marant. *part.6.Rub.de appell.n.120.* Eman. Soarez *in theſ.recept.ſent.lit.A.num.102.* Baptiſt. à Villalob. *in com.opin.lit.A.n.117.* Ampliſſ. Dn. Beſold. *de appell.cap.8.num.4.* [b] *Per l. 2.junct.l. Imperatores 21.ff.de appell.* [c] cum hoc jure in territorio Romanæ Eccleſiæ, omiſſo Iudice intermedio, ad Papam appellari poſſit, ut ſuprà meminimus. [d] quia hoc jure ſimiliter, intermedio Iudice omiſſo, ad ſupremum provinciale judicium provocare licet, ut proinde neceſſe videatur, exprimi debere judicem, majorem, Fürſtl. Württ. Land. *fol.171.§.* es iſt auch. [e] cùm enim, licet gradatim fuerit appellandum, omiſſo Iudice medio, ad ſupremum facta appellatio non ſit nulla, ut nec provocatio ad parem Iudicem facta, *l.1. §.3. ff.de appell.* ſed ea remitti debeat ad competentem Iudicem; *l.Imperatores 21.ff.eod.* certè nihil opus eſt, ut intra appellationis tempus, facta ſimpliciter appellatione, Iudex ſuperior exprimatur, & declaretur. Et cùm hæc quæſtio incideret in ſupremo provinciali judicio Wirttemb. *Anno* 1591.23. *Novemb.* ita deciſum fuit in cauſa appellationis von Backnang. In alia quoque cauſa quadam deciſum fuit *Anno* 1605. 26. *Febr.* Daß innerhalb dreyſſig Tagen Iudex ad quem, nominirt werden ſolle. Quod facit, quod & hoc Iure Wirttembergico ſatis eſt, ſi dicat appellans, appello, Jch appellier/ ꝛc. Et tradunt Dd. rectè fieri appellationem, ſi dicatur: appello ad Iudicem competentem: Item alternativè; appello ad hunc vel illum Iudicem, aut quemcunque alium competentem *arg. l. 2.ff.h.t.* vid. Dn. Beſold. *diſp.1.ad Iur.Wirtt.theſ.98.* Vide Dd. adſcriptos ſuprà ad lit. A. Sed ais, Iudex à quo neſcit hoc caſu, ad quem Iudicem ſuperiorem Apoſtolos & acta dirigere debeat. Reſpondet Bl. *ſup.dict.locis:* ſimpliciter cùm appellatum eſt, Iudex etiam Apoſtolos ſimpliciter dabit. Si provocans dixerit ad competentem judicem, diriget ſimiliter Iudex Apoſtolos, ad quemvis competentem Iudicem. Quin etiam Apoſtoli non ſunt neceſſariò petendi intra tempus interponendæ appellationis, poſſunt etiam poſteà intra dies 30. à lata ſententia, peti. *l. judicib.24. C.de appell.l.und.§.ſufficit autem, & ibi gloſſ.ff.de libell.dimiſſ.* Mynſing. *cent.4.obſer.36.* Fürſtlich Württemberg. alt Landrecht/ *part.1.pag.13.§.* Welcher dann.

70 Tempus interponendæ appellationis quod attinet, illud, niſi in continenti appellaretur, in propria cauſa fuit biduum: in cauſa aliena triduum. [a] Juſtinianus verò cuilibet, appellare volenti, dedit ſpacium decem dierum, [b] quod tempus ſcienti currit à momento ad momentum, [c] niſi gravamen ſit continuum, quod non circumſcribitur tempore, ut eſt carceratio, miſſio in poſſeſſionem, vel ſimile gravamen.

[a] *l.1.§.biduum, §.quod in ſententiis, & §.in propria, l.2.§.1. & §.ult.ff.quand.appell.ſit l.eos 6.§.pen.C.de appell.l.qui ſuſpectum 20. §.1. junct.l.5. § ult.ff.d.t.* Kayſ. Cammergerichts Ordnung/ *part.2.tit.29.§.* So ſollen auch. [b] *Novell.23.c.1.auth.hodiè C.de appell.c.quod 35.§.taliter, extr.de ſentent. & re judic.c.cùm dilectus 32.in fin.extr.de elect.c.ſignificaverunt 36.§.mandamus,*

damus. ext. de teſt. & atteſt. [c] *d. Novell. 23. cap. 1. ibi, à recitatione ſententiæ numerandum, can. anteriorum, §. & ſancimus 2. quæſt. 6.* Fürſtl. Württemb. alt Landrecht/ *part. 1. pag. 17. §.* vnnd dann. *pag. 131. in princ.* New Landrecht/ *part. 1. tit. 58. §.* Wann aber Einer. *& tit. 61. in princ.* Wurmbſ. *lib. pract. obſ. tit. 15. de appell. obſer. 2.* Andr. Gayl. *lib. 1. obſerv. 139. num. 5.* & Weſemb. *in parat. ff. quand. appell. ſit, num. 3.* Mynſing. *cent. 3. obſerv. 11.* qui de extrajudiciali ſententia idem ſentit, At diſſentit Lancell. *de attent. part. 2. c. 12. membr. 50. num. 156.* [d] poſt Spec. & alios Andr. Gayl. *dict. obſer. 139. n. 13.* Weſemb. *dict. loc.*

Interpoſita appellatione, judicis eſt officium diſpicere, utrùm recipienda ſit appellatio, vel non recipienda. Recipere eam non tenetur Iudex, ex juſtis cauſis ſuprà propoſitis, quas appellationi obſtare diximus. [a] Refutatorios tamen appellanti decernit, [b] ac cauſas non receptæ appellationis judici majori per relationem exponit. [c] Qui Judex major non de ſententia prioris judicis cognoſcit, ſed tantùm, juſta ſit cauſa repudiandæ appellationis, nec ne, dijudicat. Si juſtam & legitimam invenit, ulterius non progreditur, ſed exequendæ ſententiæ cauſa ad priorem judicem partes remittit. [d] 71

[a] De his agitur *tot. tit. Cod. quor. appell. non recip. l. 4. ff. de appell. recip. vel non.* [b] Fürſtl. Würtemb. alt Landrecht/ *part. 1. pag. 146. in prin.* Petr. Termin. *in proceſſ. jur. c. 53. de appell. pag. 217. §. alii ſunt refutatorii.* Decernuntur autem refutatorii hac ferè formula: In Sachen N. gegen vnnd wider N. ſeynd ermeldtem N. die auff ſeyn frevenlich *interponirte* Appellation begehrte Apoſtoli *reverentiales* abgeſchlagen/ vnnd hergegen an ſtatt derſelben *ex officio refutatorii* hiemit erkendt/ vnd ſollen jhme die *Acta* fürderlich mitgetheilt werden. Et, ut dictum, Iudici majori exponuntur cauſæ, cur non recepta ſit appellatio. Libellorum refutatoriorum fit quidem mentio *in l. ult. §. 1. C. de appell. & l. ult. §. in his, C. de tempor. appell.* qui aliâs preces refutatoriæ vocantur, *l. 1. in fin. Cod. de relat. l. eos 6. §. ſuper, l. quoniam nonnullis 18. & l. ſeq. C. de appell.* Verùm hi libelli, ſive preces refutatoriæ, ſunt literæ, quæ continent allegationes, quibus repellitur & refutatur relatio Iudicis antea edita, ſive quod minùs plena ſit, ſive, quòd vero ſit contraria, ut ex locis modo citatis patet, & docet Donell. *lib. 28. comment. c. 17. pag. 445.* [c] *l. pen. ff. de appell. recip. & l. 3. C. de appell.* Fürſtl. Württemb. alt Landrecht/ *d. pag. 146. in prin.* New Landrecht/ *part. 1. tit. 70. §. ult. pag. 195.* [d] cùm enim legibus prohibeatur Iudex in cauſis quibuſdam recipere appellationem, atq; etiam pœna quandoq; in eum ſtatuatur, ſi appellationem receperit, *l. 2. l. pen. & tot. tit. C. quor. appell. non recip.* certè abſurdum fuerit à majore Iudice admitti appellationem, iiſdem cauſis manentibus, Donell. *lib. 28. comment. c. 6. pag. 440.* vide quoque *Novell. 126. in c. ult.*

Quòd ſi Judex à quo non recipiat appellationem, ſed abſque legitimis cauſis eam repudiet, provocari ab illa denegatione poteſt, & judex major proximus, etiam ſine dimiſſoriis libellis, intra proſequendæ appellationis tempora, & quidem Princeps, vel Camera, ſi competens ſit Judex, per ſupplicem libellum adiri poteſt. [a] Atq; apud hunc majorem judicem partes de integro litigant, tanquam appellatione recepta [b] 72

[a] *l. ei cujus 5. ff. de appell. recip.* [b] *l. à proconſul. lib. 19. §. quòd ſi victus. Cod. de appellat.*

Quin etiam, ſi nulla adſit juſta repudiandæ appellationis cauſa, judici ejus ſuſpiciendæ neceſſitas lege imponitur, [a] in tantum, ut ſi injuſtè eam recipere recuſaverit, in pœnam incidat. [b] 73

[a] *l. Iudicibus 24. & l. ſi appellationem 31. C. de appell. & Novell. 126. c. ult.* [b] *d. l. 19. in fin. & l. quoniam judices 21. C. d. t.*

Quocirca ad evitandum pœnam illam, nulla recuſationis cauſa juſta exiſtente, judex interpoſitæ appellationi deferre debet. 74

Deferre

Deſerre appellationi eſt recipere, ſuſcipere appellationem. *c.12.c.14.& ſeq. §. ult. c.18. in fin. c.20.c.23.c.26.c.28.c.29.c.42. §.1. de appell.*

75 Appellatione interpoſita, cauſæ conditio hæc eſt, quod in ea judex ille minor deſinit eſſe judex, & juriſdictio illius in cauſa ceſſat, proindeq; exindè quòd geſſit, nihil valet, ſed planè irritum eſt, [a] licet ab incidente quodam articulo provocatum ſit. [b]

[a] *c.1.c.cùm teneamur 17.& c.ſignificaſti 48.extr. de appell.* [b] *c.ſuper eo 10.& c.dilectis 55.ext. d.t.*

76 Nihil ergò innovari debet, vel à judice, vel à parte appellata, appellatione interpoſita, ſive ea recepta ſit, ſive non ſit admiſſa. [a] Quicquid autem innovatur, attentatum dicitur, quod ante omnia, ad inſtantiam appellantis, revocandum eſt. [b]

[a] *l.un.ff.nihil innov. appellat.interpoſ.tot.tit. extr. ut lit pendent. nihil innov. Clem.1. & 2. eod.tit.* Vide Schvvanmann. *libr.2.proceſſ.Cameral.cap.9.* [b] Käyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part.3.tit.31.§.* So mit vnd neben. Fürſtlich Württemb. alt Landrecht/ *part.1. pag.147.* New Landrecht/ *part.1.tit.72.* Hoffgerichts Ordnung / *part.2. tit.3. §.* So die Appellation. Andr. Gayl. *lib.1.obſerv.145.& ſeq. Mynſing. cent.1.obſerv.26. & cent.3.obſerv.33.* Appellans autem cum pendente appellatione quid attentat, deſerere appellationem cenſetur, Mynſing *cent.2. obſ.50.* Antequam autem attentatorum punctus diſputetur, formália appellationis juſtificari debent. Ita *deciſum* am Fürſtl. Hoffgericht *Anno* 1603. 1. *April.* Sed expenſarum taxatio an ſit attentatum, variant Dd. Negant Marant. *part.6.tit.de appellat. nu.186.* Guido Papæ. *quæſt.116.* Manfred. *Tractat.de Attentatis, libr.1. part.7. num.122. & libr.2. concl.73. & 119.* Herculan. *Tract.de attent.cap.30.n.159. & 194.* Muſcatell. *in prax. ſecund.inſtant.lib.2.part.1. in gloſſ. Poterit.nu.11. & ſeqq.* Sed affirmat Aſin. *in practic. judic. §.32. c.12.n.5.* Mandos *de inhibit. q.105. n.3.* Lancellot. *Tractat.de attentat.c.12.limit.x1.n.2.& ſeqq.*

77 Succedit appellationis interpoſitæ executio, ſive proſecutio, [a] die Vollführung der Appellation: [b] quæ in introducenda appellatione, [c] & introductæ coram appellationis judice explicatione conſiſtit. [d]

[a] Interpoſitam appellationem exequi appellator dicitur, cùm non deſerit eam, ſed devolvere ad majorem judicem, ibique peragere laborat. *l.24. §.1. ff. de appell.* item perſequi, *l.27. ff. d.t.* tùm etiam exercere appellationis litem, *l.10. C. de appell.* & proſequi appellationem, *c.4. c.5. c.8. c.13. §.1. c.ap.24. §. ult. c.26. §.1. c.33. c.39. in princ. & §.1. c.42. & cap.44. in prin. extr. de appell.* [b] Cammergerichts Ordnung/ *part.2.t.30.in princ.* [c] *l.2. l.3. & l.ultim. C. de tempor. & repar. appell.* Andr. Gayl. *lib.1.obſ.140.* [d] *c.ex inſinuatione 50. extr. de appell. l.negociorum 24. ff. d.t. l.ult. §. illud C. de tempor. & repar. appell. Nov.49. in prin. §. hac, & Novell.126.c.2.*

78 Tempus autem ut interponendæ appellationis, ſic & interpoſitæ introducendæ, fatale dicitur.

d.l.3. & d.l.ult. §. illud. C. de temp. & rep. appell. Andr. Gayl. *lib.1. obſerv.139. & obſ. 140. & ſeq.* Mynſ. *cent.6. obſ.12.*

79 Quod ad introducendam appellationem attinet, primò certum lege definitum eſt tempus, intra quod dimiſſorios libellos, ſive literas dimiſſorias, quas apoſtolos vocant, [a] & acta judiciaria, appellans petere tenetur, à judice à quo appellavit, ſi eas literas & acta non ſimul in ipſa appellatione petierit, [b] quod tempus eſt triginta dierum. [c]

[a] *l.un ff. de libell. dimiſſ. l.eos 6. §. ultim. C. de appell. l.dimiſſoria 106. ff. de verb. ſig.* [b] *d.l.un. §. ſufficit. ff. de libell. dimiſſ. Clem.2. in prin. tit. de appell. & c. ab eo 6. tit. de appell. in 6.* Ex ordinatione tamen Cameræ petitio apoſtolorum neceſſaria non eſt. Käyſ. Cammergerichts Ordnung/

nung/ *part.2.tit.*30. Neceſſaria tamen actorum petitio, *d.part.2.tit.*31. [c] *d.c.ab eo,de appell. in 6.gl.in d.l.un. in verb.intra tempus,ff.de libell.dimiſſ.* Fürſtl. Würtemb. alt Landrecht/ *part.1. tit.* wann vnd wie der Appellant Apoſtel *pag.*131. Olim fuit quinque dierum, *Paul.lib.5. ſent. tit.34. in prin.* Quod ſi non conſtet ex actis petita eſſe acta, id factum non præſumitur, cum petitio actorum ſit de forma proſequendæ appellationis. Ita ſenſerunt Dn. Adſeſſores Wirtemb. *Anno* 1608. 18. *Iunii.* Sed non videtur neceſſaria apoſtolorum petitio, per text. *in d.l.6.§.ultim. C.de appell.* Novo quoq; jure Wirttembergico deſiderari apoſtolos neceſſe non eſt, New Landrecht/ *part.1.tit.65.§.* Nämlich der Appellant. *pag.* 184.

Tempus autem illud 30 dierum currit ſtatim à die latæ ſententiæ, ut vo- 80
lunt Dd.& uſus obſervat. [b] Et petendi ſunt Apoſtoli & acta inſtanter & ſæpius, ſed uno contextu, [c] puta hoc modo: peto inſtanter, inſtantiùs, & inſtantiſſimè: [c] Bitt vnd begehr fleiſſig fleiſſiger vnd zum fleiſſigſten: vel ernſtlich/ ernſtlicher vnd zum aller ernſtlichſten [d]

[a] *Per d.l. judicibus 24. C.de appell.* Fürſtl. Würtemb. alt Landrecht/ *d.pag.*131. VVeſemb. *in parat.ff.quand.appell.ſit.num.*4. Veriùs autem videtur, tempus hoc 30. dierum à die interpoſitæ appellationis, computandum eſſe, per text. *in d.c.ab eo,in prin.tit.de appell.in 6.junct.ſent. Paul.lib.5.ſent.tit.34. in prin.* & *Nov.126.c.ult.* [b] *d.l.un.§ ſufficit,ff.de libell.dimiſſ.* & *d.Clem.2.quamvis rigor. tit.de appel.* [c] gl. *ad c.ab eo,in verb.inſtanter tit.de appell.in* 6. VVeſemb *in parat.ff.de libell.dimiſſ.num.*4. [d] Termin. *in proceſſu.jur.c.53.de appellat.pag.*123.& *ſeq.* Chilian. Goldſtein *in proceſſ. jur. pag.*100. Quidam etiam petitionem ita concipere ſolent: Bitt vnnd begehr/ zum erſten/ andern/ dritten/ fleiſſig/ fleiſſiger/ vnd auffs aller fleiſſigſte. Termin. *d. loc.*

Petitos Apoſtolos cum actis appellanti judex tenetur exhibere ſimiliter 81
intra dies triginta, à tempore appellationis interpoſitæ computandos: [a] quamvis recepta illorum ſit ſententia, qui tempus hoc à die latæ ſententiæ currere autumant. [b] Quòd ſi judex non edat Apoſtolos & acta intra tempus hoc, ſententia de curſu temporis confirmatur: judex tamen parti appellanti omne damnum reſarcire tenetur, ex facultatibus propriis: & inſuper jure Juſtinianeo, denis auri libris punitur. [c]

[a] *Novell.126.c.ultim.* & *d.c.ab eo in prin.tit.d.appell.in* 6. Obſtare videtur *d.l.eos.6.§.ultim. C.de appell.* & *Nov.134.c.3.in fin.* ubi cavetur, ut judices appellanti ſine dilatione Apoſtolos & acta edant. Iure Wirttembergico tempus hoc non obſervatur, ſed judices à quibus provocatum eſt, ſcribis judiciorum pro ſuo arbitrio certum tempus definiunt, intra quod conficere acta debeant. Fürſtlich Würtemb. alt Landrecht/ *part.1.pag.*132. [b] Mynſinger. *cent.4.obſer.*36. quorum opinionem juvat *l.judicibus 24. C.de appellat.* Marant. *part.6.rubr.de appellat. num.* 209. diſtinguit inter ſcientem, & ignorantem eſſe latam ſententiam. [c] *d.Nov.126.cap.ultim.* Sed obſtare videtur *text. in l. ult. §. illud verſ. tunc enim C. de temporib. appellat.* ubi aliud annale tempus indulget Imp. Iuſtinian. At loquitur de tempore finiendæ appellationis Hæc theſis verò concepta eſt de tempore edendi apoſtolos & Acta.

Uſu tamen in multis judiciis obſervatur, ut loco Apoſtolorum, ipſa tan- 82
tùm acta, ſuperiori præſentanda judici, exhibeantur appellanti.

Etſi verò judex tempus illud arctare, & terminum breviorem ad recipi- 83
endos Apoſtolos, & acta, ſtatuere appellanti poſſit: [a] attamen tempus legale extendere ac differre nequit. [b]

[a] *Clem.quamvis 2.§.1.tit.de appell.in 6.* [b] *dict.l.eos 6. §.ultim. C.de appell.* & *d. Nov. 134. c.3. in fin.* Dec. *in c. cùm ſit* Romana, *num.*46 & 47. *extr.d.appellat.* & alii Dd. quos citat And. Gayl. *lib.1.obſerv.140.n.2.* Donell. *lib.24.comment.c.6.pag.*58. Atque deciſum am Fürſtl. Würtemb.

Hoffgericht/ *Anno* 158. den 20. Decemb. *in cauſa appellat.* von Canſtatt/ & *Anno* 1604. 14. *Martii, in cauſa appellat.* von Wildberg.

84 Integra autem non manca, ſcribæ judiciorum edere acta appellanti jubentur: quod niſi fecerint, propriis ſumptibus ſuis redintegrare ea tenentur.

Cammergerichts Ordnung/ *part. 2. tit. 31. §.* dieweil auch/ & *§. ſeq.* Fürſilich Württembergiſch alt Landrecht/ *part. 1. pag. 132. §.* da aber die Stattſchreiber/ New Landrecht/ *tit. 62. §.* da auch die Statt/ *pag. 178.*

85 Quòd ſi appellans intra tempus prædictum non petierit acta & Apoſtolos: vel petierit quidem, at intra dies recipiendi non receperit, appellationi ſuæ renunciaſſe videtur.

dict. Clem. quamvis 2. tit. de appell. in 6.

86 Poſteaquam autem edita ſunt appellanti acta, & Apoſtoli reverentiales, vel refutatorii, intra certum tempus iſthæc judici appellationis intimare tenetur: [a] intra certum quoq; & lege definitum tempus, ipſam appellationis cauſam in appellationis auditorium, introductam exordiri & peragere jubetur. [b]

[a] *l. Præſes. 5. C. de appel.* & *l. 3. C. de temp. appell.* [b] *l. 2. l. 3.* & *l. ultim. C. d. tit. Ordin. Cam. Imp. part. 2. tit. 30. in prin.*

87 Jure Juſtinianeo acta & Apoſtoli, ſimul atque acceperit iſthæc appellator, vel circiter medium temporis, cauſæ introducendæ, & inchoandæ, præfiniti, (de quo poſt,) mitti debent. [a] In appellationibus autem ad Cameram Imperii, menſes ſex, intimationi, zu einbringung der Appellation/ definiti ſunt. [b] At jure Wirttembergico judiciorum acta intra dies viginti, à tempore factæ denunciationis confecta eſſe acta, intimari cum pecunia debent. [c] Et tenentur judiciorum ſcribæ actorum taxam ipſis actis adponere. [d]

[a] *d. l. Præſes. 5. C. de app.* & *d. l. 3. C. de temp. appel. Cujac: in parat. de temporib. appellat. circ. fin.* VVeſemb. *in parat. ff. quand. appel. ſit, n. 5.* tempus hoc putat poſitum eſſe in arbitrio judicis ad quem: ſed errat. Alii vero putant hanc VVeſenbecii ſententiam juri canonico eſſe conſonam, *per c. pervenit 13.* & *c. conſuluit. c. reprehenſibilis. 26. ext. de appellat.* & *c. 1. tit. eod. in ſexto.* At ſciendum, quod tempus conveniens & competens eſt jure præfinitũ, *in edict. c. 13. 14.* & *26.* Aliud tamen tempus judex proſequendæ *appellationi præſcribere poteſt c. 5.* & *33. extr. de appel.* Cujac. *in dict. c. 26.* & *27. h. t.* At judex non ad quem ſed judex à quo. *dict. c. 5. extr. h. t.* [b] Kayſ. Cam. Ord. *part 2. tit. 30.* Andr. Gayl. *lib. 1. obſerv. 140. n. 4.* Ex quarundam civitatum ſtatutis hoc tempus arctius eſt. Reutlingæ eſt trium menſium. Una autem cum ſupplicatione appellationis inſtrumentum, ſi coram Notario & teſtibus, vel tenor ſententiæ, ſi aliter appellatum ſit, pro obtinendis proceſſibus exhiberi debet. Chriſtoph. Schvvanm. *lib. 2. proceſſ. Cam. c. 1. n. 1.* [c] Fürſilich Würtemb. alt Landrecht/ *part. 1. pag. 133.* New Landrecht/ *part. 1. tit. 63.* Hoffgerichts Ordnung/ *part. 2. tit. 6. pag. 44.* Pecunia illa, das Leggelt/ eſt florenus in judiciis intermediis. Alt Landrecht/ *part. 1. pag. 63. in fin.* In ſupremo provinciæ judicio duo floreni. Hoffg. Ord. *part. 2. d. tit. 6. pag. 44.* New Landrecht/ *d. tit. 63. in prin. pag. 179.* [d] Kayſ. Cammerg. Ord. *part. 2. tit. 31. §.* nach dem/ F. W. Hoffg. Ord. *part. 2. tit. 5. §.* damit auch zuſehen/ *pag. 42.*

88 Quando autem more conſultationum in ſacrum palacium cauſa introducitur, intra annum acta tradi & intimari Epiſtolaribus debent.

l. ult. §. in his autem 2. C. de temp. appel. qua lege corrigitur, quo ad tempus hoc, *l. in offerendis. 37. C. de appell.*

Quòd

Quòd ſi judex, à quo provocatur, denegat Apoſtolos & acta parti appellanti, aut Apoſtolos tantùm refutatorios præbeat. vel ad Cameram Imperialem provocatum ſit, viva voce, aut coram Notario & teſtibus, tenor tantùm ſententiæ, vel inſtrumentum appellationis majori judici, cum ſupplicatione pro citatione, inhibitione, & compulſorialibus exhibetur. 89

Käyſerlich Cammergr. Ord. *part.* 2. *tit.* 31. §. es ſollen vnd mögen/ *&* §. *ſeq. & part.* 3. *tit.* 31. vide Chriſtoph. Schvvanm. *lib.* 2. *proceſſ. Cam. c.* 1. 2. *&* 3. De inhibitione vide Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſerv.* 144. Quod ſi à Notario, coram quo appellatum eſt, appellationis inſtrumentum haberi non poſſit confeſtim, verbo ſaltem introduci appellatio poteſt, Mynſing. *cent.* 1. *obſer.* 83.

Tempus autem, intra quod appellans cauſam appellationis introducere, & agendo inchoare jubetur in appellationis judicio, aliud atque aliud eſt jure Juſtinianeo, pro ratione provinciarum ex quibus, & diverſitate judicum à quibus, & ad quos appellatur. 90

Ex provincia longinqua cùm appellatur ad ſacrum auditorium, intra ſex menſes cauſa appellationis introduci, & inchoari debet: cùm verò ad idem auditorium appellatur, ex provincia eadem, aut contingua provincia, intra menſes tres appellator cauſam introducere & inchoare debet. [a] Sin ab arbitro, delegato ab aliquo judice, provocatio fiat, intra menſes duos cauſa appellationis introduci debet & inchoari. [b] 91

[a] *l. ult. in pr. C. de temp. app.* qua lege corrigitur pars prima *l.* 2. *C. eod. tit.* [b] *d. l.* 2. §. *ſin autem ex ſententia, &* §. *ſeq. C. d. t.* ubi Cujac. Idem Cujac. *in comment. ad ff. de diverſ. tempor. praeſc. c.* 13. *& c.* 16.

Poſt iſthæc tamen tempora, ſi nondum introducta ſit appellationis cauſa, habet appellator adhuc ex ordine menſes fatales tres. 92

dict. l. 2. *in princ. verſ.* 2. *quòd ſi primo & duob. verſ. ſeqq.* §. *quod ſi ab arbitro. & duob.* §§. *ſeqq. d. l. ult. in prin. verſ. ſin autem, ibi, aliis trium menſium ſpaciis, C. de tempor. appell.*

Poſt hoſce etiam tres menſes, ſi ab ordinario judice non à Principis delegato, ad ſacrum auditorium appelletur, poteſt appellans extra ordinem à principe ex aula trium menſium reparationem impetrare: qui menſes tres numerantur non ex die petitæ reparationis, ſed ex ſummo die menſis præcedentis. [a] Aliò ſi appelletur, vel quidem ad Principis auditorium, à delegato tamen Principis, reparationi locus non eſt. [b] 93

[a] *d. l.* 2. *in pr. verſ. quod ſi ita contigerit, & d. l. ult. in pr. verſ. ultim. C. de temp. app.* [b] *d. l.* 2. §. *quod ſi ab arbitro, & l.* 3. *C. dict. tit.*

Satis tamen eſt introduci appellationem ſub finem ſtatuti temporis, hoc eſt, ſummo die fatali, vel quatuor antecedentibus, vel quinq; ſequentibus, pro uno fatali die hodie inſtitutis decem. 94

d. l. ult. §. 1. *C. de temp. appell.* Cujac. *in com. ad tit. d. diverſ. temp. praſc. c.* 7. *&* 16. *vide l. ubi lex* 101. *ff. de reg. jur.*

Prædictis fatalibus elapſis, appellanti præſcriptio opponitur, vel ab appellato, vel à judice, ſi ſolus litiget appellator, abſente adverſario. 95

dict. l. in fin. C. dict. tit.

Cauſa autem, quæ more conſultationis in ſacro palatio eſt, ex Juſtinianeo jure ut dixi, intra annum etiam eſt introducenda. 96

dict. leg. ult. §. *in his autem* 2. *C. de temp. app. junct. l. in offerendis* 37. *C. de appell.*

97 Ad inſtituendam & exequendam appellationem, quæ fit à nominatione ad munus aliquod publicum, duo menſes à die interpoſitæ appellationis computantur ei, qui nominatus eſt. Et ſi abſens nominatus ſit, numerari ſpacium illud debet, ex quo cognoviſſe ſui nominationem monſtraverit.

l.1. C. de temp. appellat. l. cum ipſe. 39. ff. de excuſat. Diſſentit Cujac. *in paratitl. C. de temporib. & reparat. appellat. in princip.*

98 Cæterùm jure Canonico (quod ſequimur) ex pravo intellectu legis Juſtiniani, [a] ad introducendam appellationem, indulgetur appellantibus à die interpoſitæ appellationis, annus, & ex neceſſaria & evidenti cauſa biennium: Niſi forte judex à quo appellatum fuerit, ſecundum locorum diſtantiam & perſonarum & negotii qualitatem longius tempus conceſſerit, intra quod tempus ſi appellator non proſequitur appellationem, rata manet ſententia. [b]

[a] *Novell. 49. in princ. & l. ultim. §. illud. C. de temp. appell.* Qui uterque locus eſt de tempore, intra quod cauſa appellationis in majoris judicis auditorium introducta, & inchoata, peragi debet. [b] *c. cùm ſit. c. ex ratione. 8. c. pervenit. 13. & c. ſeq. c. reprehenſibilis. 26. & c. conſtitutus. 45 §. interdicto. & c. oblata. 57. §. licet extr. de appellat c. 1. §. poſt hoc tit. de appellat. in ſexto.* Dies autem interpoſitæ appellationis non conſideratur, nec computatur inter fatalia, Gayl. *lib. 1. obſerv. 141. n. 1.*

99 In Cameram Imperialem cauſa appellationis introducenda & inchoanda, ac citatio reproducenda eſt (ut & antea dictum) intra ſex menſes, à die interpoſitæ appellationis nnmerandos: [a] qui non ex calendis, ſed numero dierum computantur, ac ſingulis dies triginta adſcribuntur. [b] Id quod jure communi conſonum eſt.

[a] Cammergerichts Ordnung/ *part. 2. tit. 30. in princ. & duob. §§. ſeqq.* [b] *dict. tit. 30. §.* vnnd ſollen. [c] *l. ſi maritus. 4. §. hac in maribus. & l. miles. §. ſexaginta, ff. ad leg. Jul. de adulter. l. ult. C. de jur. delib. l. 3. §. ultim. ff. de ſuis & legitimis. l. ubi lex. 101. ff. de regulis juris* Cujac. *in Commentar. ad tit. ff. de divers. & tempor. praſc. c. 10.*

100 A judicibus verò auſtregarum, & in cauſa ſpolii, ſi ad Cameram provocatum ſit, intra menſes tres, à die interpoſitæ appellationis computandos, appellatio introducenda & inchoanda erit.

Käyſerlich Cammergr. Ord. *part. 2. tit. 8. §.* wa aber/ *& §. ſeq.*

101 Poteſt autem judex, à quo provocatur, prædictos legis terminos introducendæ appellationis, pro diſtantia locorum, & perſonarum, ac negotii qualitate minuere, ac ſpacium brevius appellanti præfigere: ut & appellator ipſemet.

Käyſ. Cammerg. Ord. *part. 2. tit. 30. in prin. & §. 1. Clem. quandiu 4. tit. de app. c. cùm ſit. 5. c. reprehenſibilis 26. §. ſi verò. c. ad aures 33. c. directa 37. c. ex inſinuatione 50. c. oblata 57. §. licet. ext. de app.*

102 Quòd ſi ob diſtantiam provinciarum intra tempus prædictum citationis executio fieri, & appellationis cauſa inchoari nequeat, prorogatio illius termini, antequam effluat, peti, & decerni poteſt.

Käyſerlich Cammergerichts Ordnung/ *dict. tit. 30. §.* würde aber/ Judex etiam terminum à ſe præfinitum, poteſt prorogare, modo ultra legis terminum non extendat prorogationem. Andreas Gayl. *lib. 1. obſ. 140. n. 5.* Mynſing. *cent. 3. obſ. 54.*

Si

Si intra tempora prædicta citatio non reproducatur, & appellationis 103
cauſa non inchoetur, poteſt appellatus petere, ut appellatio deſerta pronuncietur, & cauſa principalis ad priorem judicem, ſi is ad hoc idoneus ſit, exequendæ ſententiæ gratia, remittatur.

Käyſ. Cam. Ord. *dict. tit.* 30. §. vnd ſo alſo.

Quid, ſi fatalia in feriatos inciderint dies, nunquid & hi computandi vel 104
excipiendi erunt? Connumerandos eſſe feriatos dies, juris quidem autoritas arguit: [a] verùm ſententiam contrariam, ut benigniorem, aſſeſſores in Camera Imp ſecutos eſſe, teſtis eſt Andr. Gayl. [b]

[a] *d. l. 2. § illud etiam. C. de tempor. appell. l. 3. C. de dilat.* & *l. ſed etſi 26. § ſi feriæ. ff. ex quib. cauſ. major.* [b] *lib. 1. obſerv. 140. nu. 4. 5.* & 6.

Etſi verò elapſis fatalibus deſerta ſit appellatio, attamen ex legitimis 105
impedimentis locus eſt reſtitutionis in integrum: ut ſi appellans morbo, paupertate, vel quâ aliâ neceſſaria cauſa impeditus fuerit, quò minus obſervaverit ea tempora.

c. ex ratione 8. ubi Dd. *extr. de app.* Mynſing. *cent. 5. obſerv. 98.* & *reſp. 86. decad. 9.* And. Gayl. *lib. 1. obſ. 143.* Chriſtoph. Schvvanman. *lib. 1. proceſſ. Cam. c. 74.* Gayl. *d. libr. 1. obſ. 140. nu. 6.* ubi de feriarum impedimento idem ſentit: ſed obſtat. *d. l. etſi. 26. § ſi feriæ. verſ. ſolennium enim. ff. ex quibus cauſ. major.* De paupertatis impedimento agit idem Gayl. *d. libr. obſ. 142.* & Dn. D. Beſold: *de appellat. cap. X. num. 1.* & *ſeqq.* Sed paupertas ipſo jure excuſare videtur, nec opus eſſe reſtitutionis auxilio. *l. ſi procuratorem. 8. § quod* & *8. ff. mandat:* Fatali peragendæ appellationis ſi judex vel alius tertius aut vis major impedimentum objiciat, ipſo jure tutus eſt appellans, *nov. 119. c. 4.* & *l. ult. § illud. C. de tempor. appell.*

Ut nec illud, quod, quemadmodum pars utraque appellare à ſententia 107
poteſt: [a] ita appellatus, qui non probavit judicis ſententiam, wann er darzu ſtill geſchwigen / der Vrthel halb ſich nicht bedanckt / coram judice appellationis communem habere appellationem poteſt. [b] Verùm partem expenſarum dimidiam pro redemptione actorum, parti adverſæ refundere tenetur. [c]

[a] *l. ultim. C. de appellat. c. ſi duobus 7. in prin. extr. eodem tit. c. Raynaldus.* & *c. Raynutius, extr. de teſtament.* [b] *dict. leg. ultim. in princ. C. de appell.* Mynſinger. *cent. 2. obſer. 21.* Württemb. Hoffgerichts Ordnung / *part. 3. tit. 4. § ultim. ubi (quod notandum) additur:* wann die Vrthel vnterſchiedliche vnd abgeſönderliche Articul vnd Capitula in ſich hielte / vnd der Appellant allein von etlichen derſelben / *in ſpecie* Appelliert / vnd die vbrige acceptiert vnd angenommen hätte / der Appellat aber darzu ſtill geſchwigen / vnd ſich / was ſein Meynung darüber ſey / innerhalb gebürender Zeit gar nicht erklärt / daß alsdann / wann folgends er Appellat die Appellation mit dem Appellanten gemein will haben / ſich dieſelbig weiter nicht / dann auff dieſe Capitula davon der Appellant vnterſchiedlich appelliert / erſtrecken / die vberige aber *pro re judicata* gehalten werden ſollen. Quid verò dicendum, wann einer nach außgeſprochner Vrthel zehen Tag Bedacht genommen / vnd Gegentheil in Zeit zehen Tagen appellieret, kan der / ſo Bedacht genommen / ob er wol nicht appelliert / die Appellation gemein haben? Hæc quæſtio incidit in ſuprema Curia VVirttembergica, *Anno* 1593. 28. *Maij* in cauſa appell. von Heydenheim. Deciſum autem fuit, quod hic etiam appellatus appellationem communem habeat. Idque poſtea in novo Statuto VVirttembergico disertè cautum fuit, *part. 1. tit. 66. §.* Wann ein Parthey / *pag.* 186. Quid ſi coram ſupremo dicaſterio VVirttembergico appellatus communem cupiat habere appellationem, poſteaquam acta jam lecta ſunt à Secretario, nunquid adhuc etiam, invito appellatore, communem habere poteſt appellationem? Dubium hoc movebatur in

ipſo ſupremo provinciæ judicio, *Ann* 1593. 2. *Aprilis, in cauſa appellationis* von Grönigen. Sed, licet nondum fuerit lis conteſtata, proindeq; res adhuc integra, attamen appellato denegata fuit appellatio communis. [c] Mynſinger. *cent* 1. *obſerv.* 11. Fürſtl. Württemberg. Hoffg. Ord. *dict. part.* 3. *tit.* 4. *§. ultim. pag* 54. Quando autem ſententia continet plura capitula, à quorum aliquibus appellans provocet, appellatus verò taceat, communis eſt cum utroque appellatio tantum quoad capitula, quorum nomine appellatum fuit: cætera capitula pro re judicata habentur. F. W. New Landtrecht/*part.* 2. *tit.* 66. *§.* ſo nun die Vrthel. Hoffg. Ord. *part.* 3. *tit.* 4. *in fin.*

108 Quando autem appellationis cauſa in auditorium majoris judicis introducta, & in eo inchoata eſt, peragenda eſt, intra annum vel ſi per judicem res trahatur, aut per vim caſumve majorem, intra [a] biennium: alioqui, quaſi deſerta appellatione, prior ſententia ipſo jure confirmatur. [b]

[a] Vt primæ inſtantiæ certum eſt præfinitum tempus, biennium ſcilicet in cauſis criminalibus, in civilibus triennium, *l. properandum* 13 *in pr.* & *§.* 1. *C. de jud.* ſic & appellationis inſtantiæ tempus certum eſt conſtitutum. [b] *l. ult §. illud. C. de temp. appell. Nov.* 49. *in pr.* & *c.* 1. *in pr.* Cujac. *in comm. ad tit. ff. de divers. tempor. praeſc. c.* 16. *verſ. hac verò tempora.* & *verſ. ſeq.*

109 At jure Canonico ſimiliter quidem intra annum, vel ſi juſtum, adſit impedimentum, intra biennium peragenda & finienda eſt appellationis cauſa: verùm tempus illud currit non ab inchoata & introducta appellationis cauſa, ſed à die interpoſitæ appellationis, vel illati gravaminis, cum à futuro gravamine appellatur.

Clem. ſicut, ubi gl. in verb. à die, & *verb. finire. tit. de appell.* And. Gayl. *lib.* 1. *obſ.* 141. *in princ. num.* 1.

110 In Camera autem Imperiali hæc peragendæ & finiendæ appellationis fatalia non obſervantur: [a] ut nec in aliis Germaniæ judiciis pleriſq;. Si tamen proſequendæ appellationis tempora coram inferioribus judicibus non ſint ſervata, appellatio in Camera, tanquam deſerta, non recipitur. [b]

[a] And. Gayl. *d. obſ.* 141. *nu.* 7. [b] Gayl. *dict. obſerv.* 141. *nu.* 8.

111 Prædicta appellationis proſequendæ, peragendæ, & finiendæ fatalia non currunt durante tranſactione, vel compromiſſo ſuper appellationis cauſa: [a] licet pendente compromiſſo appellationē partes proſequi poſſint [b]

[a] *Clem. qamdiu, tit. de app. Nov.* 93. *c.* 1. & *auth. ſi tamen. C. de temp. app.* And. Gayl. *d. obſ.* 141. *n.* 2. 3. & 4. Præſcriptio enim officere non ceſſanti non debet. *l. contra,* 16. *C. de inoffic. teſtam.* [b] poſt al And. Gayl. *d. obſerv.* 141. *nu.* 2. & 3.

112 Quando autem intra præfinitum tempus utraq; pars fatalem diem obſervavit, [a] & cauſæ appellationis de æquitate & iniquitate ſententiæ certamina peregit, [b] judex abſque omni dilatione tum acta cauſæ, tum judicata examinabit, & legi ac juri conſentaneam ſententiam, vel confirmando, vel corrigendo, aut reformando priorem, depromet. [c]

[a] Quando fatalia interponendæ aut proſequendæ appellationis non ſunt obſervata, tunc appellatus contra appellationis formalia excipit, & appellationem deſertam pronunciari petit. vid. And. Gayl. *lib.* 1 *obſ.* 19. & *obſerv.* 138. Quæ autem appellans probare teneatur, ſive ab interlocutoria, ſive à definitiva appelletur, exponit Mynſing. *cent.* 3. *obſ.* 15. [b] quomodo autem in cauſis appellationum in Camera procedendum ſit, vid. deciſ. *ſeu præjud. Cam. Imp. in verb. appellationes proceſſus. pag.* 40. [c] *Novell.* 126. *cap.* 2.

113 Si appellator poſt inchoatam appellationem, abſente, ſed requiſito victore

ctore appellato, ſolus coram appellationis judice compareat, judex ſub extremum fatalem diem cauſa cognita, appellationis litem ſine ulla dilatione definire debet.

d. Nov. 126. cap. 2. verſ. ſin verò ſolus is, ubi Cujac. *c. per tuas 58. & c. interpoſita 70. §. ult. ext. de appellat.*

Sin appellator, qui cauſam appellationis intra legitima tẽpora inchoavit, requiſitus non adſit, adſit verò appellatus, expectatur appellator tantùm quoad exierit petendæ reparationis tempus (quod eſt trium menſiũ) [a] tùm deinde cauſa cognita rectè & ordine, non præcipitanter, judex de cauſa appellationis, non exſpectato vel obſervato fine anni, aut biennii, pronunciat, vel cõfirmando priorem ſententiam, vel corrigendo aut reformando eam. [b] 114

[a] *d. l. 2. §. quod ſi ita contigerit, & d. l. ult. in fin. pr. C. de temp. appel.* [b] *d. Nov. 126. c. 2. verſ. ſi ſolus is, qui victricem*, ubi Cujac. *l. 1. in pr. ff. de appell. vide d. cap. 58. & cap. 70. extr. de appellat.* Reformare ſententiam dicitur hodiè judex, quando in quibuſdam capitulis eam confirmat, in quibuſdam verò corrigit, aut mutat.

In Camera autem Imperiali, ſi appellator poſt reproductam citationem [a] non comparuerit, vel ſemel quidem comparuerit, ſed ante litem conteſtatam contumaciter abfuerit, integrum eſt appellato, poſt factum proclama, & tres ſeqq. Juridicas, petere ſe abſolvi ab inſtantia, aut citatione, vel poteſt in cauſa principali conteſtari litem, & petere à cauſa ſe abſolvi. Quod ſi verò poſt litis conteſtationem appellans contumaciter abſit, ad petitionem præſentis appellati judices & aſſeſſores de cauſa cognoſcunt, & pro præſente, vel etiam pro abſente, ſi bonam cauſam habuerit, pronunciant, condemnantes etiam abſentem caſu utroque in contumaciæ expenſas. [b] 115

[a] Si enim appellator nondum tempore debito citatione producta, contumaciter abfuerit, appellatio pro deſerta habetur, ad cujus deſertionis proceſſum appellatus agere poteſt, at non petere ſententiam confirmari. Käyſ. Cammergerichts Ordnung / *part. 2. tit. 30. §.* vnd ſo alſo. [b] Cammergerichts Ordnung / *part. 3. tit. 44. in princ. junct. tit. praeced. §.* wa aber / *& § ſeq.* Idem ferè cautum *Novell.* 40. a. r. De expenſis etiam victo refundendis eſt text. *in l. properandum. 13. §. ſin autem ex geſtis. C de judic.*

Quòd ſi appellatus ſibi profuturam appellationem exiſtimet, ad libellandum & procedendum in appellationis cauſa admittitur, modò priùs appellationis formalia doceat, ac juſtificet. 116

Käyſerlich Cammergerichts Ordnung / *d. tit. 44. §.* neben dem / *& §§. ſeqq. ubi modum hoc caſu procedendi vide.* F. W. Landrecht. *part. 1. tit. 64. §. ult. fol.* 183.

Appellatus autem ſi contumaciter abfuerit, facto proclamate, & ſex juridicis ſequentibus elapſis, liberum eſt appellanti, ſi actor ſit, vel ad pœnã banni procedere, vel ad immiſſionem bonorum ex primo Decreto, ſecundum naturam intentatæ actionis: vel ſi actor aut reus ſit, poteſt in contumaciam procedere in cauſa principali ad definitivam uſque, & cauſæ deciſionem. Et licet unum ex his modis, puta tertium elegerit actor appellans, attamen & ante & poſt litis conteſtationem variare poteſt, & viam banni eligere, ad hoc tamen appellatum citari curabit. Declarato in bannum appella- 117

pellato, poteſtas eſt appellanti coram Cameræ judicio nominandi bona & facultates Rei appellati, petendique in eas ſe immitti. [a] Quòd ſi appellator, repudiata prima & ſecunda via, arripuerit tertiam, fieri ad ejus inſtantiam prædictum proclama poteſt, & elapſis illis tribus juridicis, lis, ſi nondum conteſtata ſit, in contumaciam pro conteſtata habetur, & poteſtas eſt appellanti articulatum producendi libellum, & in appellationis cauſa procedendi: modò ſimiliter formalia appellationis prius docuerit, ac juſtificaverit. [b]

[a] Kåyſ. Cammerg. *d. part. 3. tit. 45. in prin. junct. tit. 43.* [b] *d. tit. 45. §. pen. & ult. junct. tit. 44. §. 1. & ſeq.*

218 Jure autem noſtro Wirttembergico, ſi appellator ritè citatus non compareat tempore in citatione præfinito, neque juſta excuſatio abſentiæ à quoquam proferatur, præſens appellatus contumaciam ejus accuſare, atque in expenſas & damna eum ſibi condemnari, eique alium præfigi terminum peremptorium, petere poteſt. Quo tamen in termino non auditur appellans, priuſquam appellato prædictas expenſas & damna refuderit, ſi nullam abſentiæ ſuæ prioris juſtam attulerit cauſam. [a] Quin etiam, ſi in provinciali Curia ſuprema pendeat cauſa, illuſtriſſimo quoque Principi, ad ejus diei expenſas reſtituendas ex officio condemnatur. [b] In aliis verò inferioribus judiciis inſuper pecuniaria mulcta pro arbitrio judicis plectitur. [c]

[a] F. W. alt Landtr. *part. 1. tit.* vom Außbleiben vnd Vngehorſamb der Partheyen / *pag. 134. §.* wa ſich aber / & *pag. ſeq. in pr. §.* wa aber. New Landtrecht / *part. 1. tit. 64. in princ.* & *§.* wa aber der Appellant. [b] W. Hoffgerichts Ord. *part. 3. tit. 22. §. ultim. pag. 83.* vnd werden J. F. G. gemeiniglich zehen Gulden für den Butkoſten erkennt / wa ſich ſonſten andere Sachen auch zuverrichten fürkommen / alsdann wirdt minder erkandt. [c] Alt Landtr. *dict. part. 1. pag. 136. in princ.* New Landtrecht / *part. 1. tit. 64. §* wa aber der Appellant / *pag. 182.*

219 Quod ſi appellator neque in altero illo termino vel per ſe, vel procuratorem compareat, præſens appellatus petere poteſt, appellationem declarari deſertam, ſibiq; in expenſas & damna appellantem condemnari. Quo facto, ſecundum petitionem hanc pronunciatur, atque inſuper in judicio provinciali illuſtriſſ. Principi ſimiliter appellatus contumax in expenſas, ſi abſentiæ cauſa juſta proferatur nulla, condemnatur.

F. W. Alt Landtr. *d. pag. 135. §.* begeb ſich dann ferner / & *§. ſeq.* New Landtr. *part. 1. tit. 64. §.* ſo dann der Appellant. Hoffg. Ord. *d. part. 3. tit 22.*

220 Si tamen appellatus cauſam appellationis ſibi profuturam ſperet, proindeque illam deducere, & procedere in illa peragenda cupiat, audiri ſolet.

Fürſtl. Württemb. Alt Landtrecht / *d. p. 135. §.* Es werde dann. New Landtrecht / *dict. tit. 64. §.* So dann. *Verſ.* Es were dann.

221 Quòd ſi verò appellatus primo die contumaciter, ſine ulla cauſa juſta, abſit, petente appellatore præſente, contumax declaratur, & in expenſas & damna appellanti ut & in judicio provinciali inprimis Illuſtriſſ. Principi condemnatur, atque alius ei peremptorius terminus præfigitur,

Fürſtl.

Fürſtl. Würtemb. alt Landrecht. *d. part. 1. pag.* 136. §. Wa ſich dann. New Landrecht. *dict. tit.* 64. §. So der Appellat. Hoffgerichts Ordnung/ *d. part. 3. tit.* 22.

Si idem appellatus neque altero præfinito die compareat, ſed contumaciter, abſque ulla juſta cauſa abſit, appellans autem adſit, & in cauſa procedere ordinariè velit, audiendus eſt: & primùm quidem formalia appellationis, juſtificet, quę ſi juſta ſint, cauſam tractet principalem, & ſententiam eſſe æquam oſtendat. 122

Alt Landrecht. *dict. pag.* 136. §. *ult.* New Landrecht. *d. tit.* 64. §. *ult.*

CLASS. VI. DISPUT. XXXV.

DE REVISIONE, SUPPLICATIONE, & Syndicatu.

THESIS I.

DE appellatione hactenus: Succedunt Reviſionis, Supplicationis, & Syndicatus remedia: quibus etiam ſententiæ iniquitas arguitur.

Cammergerichts Ordnung/ *part. 3. tit.* 51. & *t.* 53. Abſchied deß Deputation Tags zu Speyr/ *de Anno* 1600. *p.* 47. Als auch Streit fürgefallen. Fürſtl. Würt. New Landrecht. *part. 1. t.* 78.

Juris remedium commune eſt & ordinarium appellationis beneficium: 2
At quando appellationi locus non eſt, reviſionis ſupereſt remedium, vel ſupplicationis, vel Syndicatus.

Ut arguunt jura theſi primæ adſcripta; Ex quibus etiam convincitur, diverſa hæc eſſe juris remedia.

Reviſio eſt extraordinarium juris remedium, quo ſententia judicis ſu- 3
perioris, à quo provocare non licet, diligenti actorum inſpectione, & meditatione rationum, quibus judex ille ſuam opinionem fulcit, denuò expenditur ab his, qui huic negotio à judicis illius Domino deputati ſunt: ut ea, ſi iniqua, aut nulla ſit ratione omiſſorum de ſubſtantia judicii quæ ſunt non ob alias cauſas nullitatis, corrigatur, ſi æqua confirmetur.

Per loca ad præcedentem theſin primam adducta. De hac materia vide Matth. Stephani. *de Iurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 3. membr.* 1. Ruland. *de commiſſ. part. 1. libr. 2. cap.* 21. Borell. *in ſumm. deciſ. tom. 2. tit.* 34. Binder. *in tract. ſingul.*

Hoc juris remedium non ubique uſitatum eſt, ſed primitus receptum 4
propter Cameræ Imperialis ſententias.

Ordinat. Cam. Imp. dict. tit. 51. & 53.

Idem etiam in hoc Ducatu Wirtembergico ex novo ſtatuto in uſum ve- 5
nit, ob ſententias provincialis judicii, die am Fürſtl. Hofgericht ertheilt/ vnd von ſelbigen nicht kan appelliert werden.

Fürſtl. Würtemb. New Landrecht. *part. 1. d. tit.* 78.

Circa reviſionem autem ſpectamus, tum quibus in cauſis & ſententiis 6
locum habeat reviſio; tum præparatoria proceſſus judicii reviſorii; tum ipſum reviſionis judicium.

Cameræ Imperialis ſententiæ admittunt reviſionem tã interlocutoriæ, 7

Digitized by Google

quam definitivæ: Modo interlocutoriæ vim definitivæ habeant, aut tale gravamen contineant, quod per definitivam reparari non poſſit.

Tum quia ordinatio Cameræ *part.* 3. *tit.* 51. & 53. generaliter loquitur, **vom Vrtheilen**/ proindeq; & de his interlocutoriis accipienda: Siquidem appellatio ſententiæ contineat & definitivam & interlocutoriam ſententiam, gloſſ. *in Clem.* 1. *verſ. ſententias, extr. de ſentent. & re judic.* Panormitan. *in c. cauſam, nu.* 3. *ext. de offic. & poteſtat. judic. delegat.* Vide Bender. *de reviſione, concluſ.* 10. *num.* 10. & *ſeq.* Tum etiam quia eadem eſt natura & effectus definitivæ, & interlocutoriæ hujus generis ſententiæ: cum ab hoc quoque provocatio fieri poſſit, ut ſupra diſputat. *de appellat.* oſtenſum fuit. Tum poſtremò, quia cum reviſio non ſit expreſſè prohibita in hiſce interlocutoriis ſententiis, conſequens ei eſt, illam & hic eſſe permiſſam, Andr. Geil. *lib.* 1. *obſ.* 132. *num. ult.* Atq; hanc de hujuſmodi interlocutoria ſententiam, quod ejus quoque nomine peti reviſio poſſit amplectuntur. Andr. Geyl. *libr.* 1. *obſervat.* 132. Iohan. Ludovic. Bender. *de reviſione, concluſ.* 10. *per tot* & Rutger. Rulant. *de commiſſariis, & commiſſionibus part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 7. Paul. Chriſtin. *tom.* 1. *deciſ.* 47. Sed an pendente reviſione ab interlocutoria, interim ab executione ſit deſiſtendum. Vide Caſpar. Theſaur. *lib.* 1. *quæſt.* 24.

8 Propter ſententiam igitur, quâ commiſſio ad perpetuam rei memoriam decernitur, cum hæc interlocutoria ſit, vim definitivæ habens,[a] reviſio peti poteſt.[b]

[a] Vis enim totius cauſæ in probatione conſiſtit. Vnde ſi alicui probationis nomine commiſſio denegatur, vel commiſſarius obtrudatur ſuſpectus, gravamen hoc reparari non poteſt.
[b] Ita ſenſit Rutger. Ruland. *proximè dicto loco.*

9 Poteſt quoque peti reviſio nomine ſententiæ, quâ ex l. Diffamari, perpetuum imponitur ſilentium.

Andr. Geyl. *lib.* 1. *obſerv.* 132. Iohan. Ludovic. Bender. *de reviſio concluſ.* 32. *per tot.*

10 Quæritur de cauſa criminali, ſi nullitatis ratione ad Cameram in hac cauſa appellatum ſit, an pars victa reviſionem petere poſſit? Benderus quidem negat,[a] verum ajentem opinionem ſuſtinendam reor.[b]

[a] *De Reviſione, concluſ.* 33. *num.* 23. & *ſeqq.* [b] Tum quia textus ordinationis Cameralis generalis eſt, de omnium cauſarum ſententiis, nec excipit nullitatis punctum in criminali cauſa, *dict. Tit.* 51. & 53. Tum etiam quia cum nullitatis ratione in cauſa quoque criminali ad Cameram appellari poſſit. **Cammergerichts Ordnung** *part.* 2. *Tit.* 28. §. **Item nach dem auch**/ à Cameræ autem ſententiis appellatio fieri nequeat, conſequens ei eſt in puncto nullitatis permiſſam eſſe reviſionis petitionem: ſiquidem reviſio locum habeat, ubi denegatur appellatio, per text. *in dict. tit.* 51. *his verbis:* **Daß von den Vrtheilen am Käyſerlichen Cammergericht ergangen vnd außgeſprochen/ kein Theil weiter zu appellieren/ oder zu ſupplicieren macht haben ſoll. Ob aber einiche Parthey ſich durch die Vrtheil Käyſerlichen Cammergerichts beſchwert zu ſeyn vermeint/ dem ſoll der Weg geſetzter Ordnung von der Reviſion vnd Syndicat/ fürzunemen zugelaſſen/ vnd vorbehalten ſeyn:** Tum quia verba ordinationis Cameræ *dict. Tit.* 53. *in princ.* **Vnd niemand an dem Cammergericht vnrecht geſchehe. Item wo einige Parthey hinfürter vermeint daß ſie durch Cammer Richter/ vnd Beyſitzer beſchwert/ vnd vnrechtmäſſig oder nichtig Vrtheil wider ſie geſprochen**/ tam ad cauſam nullitatis in criminalibus, quam ad civiles articulos rectè porriguntur: Tum poſtremò quia cum in ſpecie non ſit prohibitum dicta ordinatione Camerali, ne reviſio petatur in puncto nullitatis cauſæ criminalis, præſumitur, ea & hic permiſſa: Quo argumento in ſimili fere cauſa utuntur Andr. Geyl. *libr.* 1. *obſervat.* 132. *num. ultim.* & Rutger. Rulant. *de commiſſariis, & commiſſionibus part.* 1. *libr.* 2. *cap.* 21. *num.* 9. Non confirmat negantem opinionem quod ait Benderus, reviſionem in locum Supplicationis eſſe ſurrogatam: In criminalibus autem ſupplicationem denegari, cum hodiè nec appellatio in his cauſis ſit permiſſa. Etſi enim in criminalibus hodie & appellatio, & ſupplicatio denegetur, id tamen fallit, quò ad nullitatis articulũ, cujus ratione reviſionis petitio fieri poteſt.

per textum *in dict. Titul. 53. Ordinat. Camer.* Confert, quod licet in Cameræ ſententiis neq; appellatio neque ſupplicatio concedatur, reviſionis tamen petitio permittitur, *dict. tit. 51. Ordinat. Cameral.*

In cauſa quoque fractæ pacis petitionem Reviſionis fieri poſſe autumo. 11

Per textum generalem *in dict. Tit. 53. in princip. ordinat. Cameral.* ubi generaliter admittitur petitio reviſionis, ſine ulla ſententiarum, aut litigantium perſonarum diſtinctione. Atque huic pronunciato patrocinatur quoque Iohan. Ludovicus Bender. *in commentar. de reviſ. cap. 34.*

Similiter in cauſis mandatorum de relaxando captivo, & decretorum alimentorum nemini denegatur reviſionis petitio, quò ad devolutionis effectum, licet ſententiæ effectus & executio non ſuſpendatur. 12

Abſchied deß Deputation Tags zu Speyr *de Anno* 1600. §. Belangend aber *cauſas mandatorum, pag.* 48.

Antequam verò captivus relaxetur, offerre & præſtare idoneam & ſufficientem tenetur cautionem. 13

Per text. in d. §. Belangend aber.

Qui ergo ejuſmodi cautionem præſtare nequit, carcere non emittitur, ipſa tamen reviſio procedit. 14

Mandata enim & injuncta paritio de relaxando captivo ſequi jubetur auff Anerbietung vnnd leiſtung genugſamer gebührlicher Caution / ut diſertè cavetur *in dict. paragraph.* Belangende aber. Relaxationis ergo cauſa eſt ipſa oblatio & præſtatio cautionis, Quocirca non præcedente iſthac cautione, relaxatio impunè omittitur, & reviſio ſuſcipitur.

In cauſa item judicii poſſeſſorii, momentaneæ poſſeſſionis, petitio reviſionis denegandа non eſt, quo ad effectum devolutivum, non ſuſpenſivum. 15

Cum enim à ſententia in poſſeſſorio dicta, quò ad devolutionis effectum appellari poſſit, ut opinantur non pauci (vide Menoch. *de Retinend. poſſ. Remed. ultim. num.* 48. *& ſequentib.* & Andreas Fachinæ. *libr. 1. controverſiar. jur. cap.* 75.) certè admittenda multò magis hic videtur reviſionis petitio: Et ita concludit etiam Bender. *in commentar. de reviſione. cap.* 35. *ubi vide.*

In diſceptationem haud rarò & illud venit: An ſi Princeps ſub hac clauſula *appellatione remota* judici cauſam commiſerit (ſicuti frequenter fieri adſolet) reviſionis quoque remedium ſimul ademiſſe exiſtimandus ſit? Negantium autem partes ſequi tutius judico. 16

Sunt enim diverſa juris remedia, appellatio, & reviſio; Appellationis remedium ordinarium eſt: Reviſionis extraordinarium. Hoc competit etiam cum illud jure denegatur, ordinat. *Cam. Imper. part. 3. tit. 51.* Atq; hanc negantem ſententiam amplectitur etiam Andr. Geyl. *lib. 1. obſer. 135. nu. ult.* eandem quoq; comprobat Iohan. Ludovic. Bender. *dict. comment. de reviſ. cap.* 36. Maſtrill. *decis.* 158.

Et licet quis appellationis beneficio renunciaverit, attamen reviſionis jure uti non prohibetur. 17

Rebuff. *Tractat. de ſupplicat. quæſtion. 9. caſ.* 7. quem ſequitur Bender. *dict. capit.* 36. *in fin.*

18. Quin etiam in levioribus quoque cauſis reviſionem haud rarò peti experientia teſtatur.

Rutger. Rulani *de Commiſſarijs & commiſsionib. part. 1. lib. 2. c. 21. num.* 10. ubi memorat, quod magni nominis advocatus quidam diu Aſſeſſoris munere in Camera functus cum laude, aliquando reviſionem petierit à denegato decreto ratione ſupplicationis pro decernendis proceſſibus. Chriſtinæ. *vol. 1. deciſ. 31.*

19 Cognito, quibus in cauſis & ſententiis reviſionis beneficio locus ſit, diſpiciendum de præparatoriis judicii reviſorii: ubi primò conſiderandum, cui pars victa intentionem ſuam de petenda reviſione ſupplicando inſinuare, & quo modo, quoque tempore id fieri debeat.

20 Si quis litigator Cameræ Imperialis ſententiâ ſe gravatum putet, proindeq; reviſionem actorum judicialium fieri, & ſententiam retractari, vel reformari, aut nullam declarari deſideret, hanc ſuam intentionem & propoſitum Archiepiſcopo Moguntino, Imperii Romani ArchiCancellario, loco Cæſareæ Majeſtatis ſupplicando denunciare, notificare & intimare debet.

Cammergerichts Ordnung *dict. part. 3. tit. 53. in princ.*

21 Atque hæc notificatio & denunciatio fieri jubetur per ſcripturam.
Cammergerichts Ordnung *d. tit. 53. in princ. ibi*, in Schrifften zu erkennen geben.

22. Et quidem eodem Anno, tertio ad minimum menſe ante primam Maij.

Olim duo menſes definiti erant huic denunciationi, ut indicat ordinatio Cameræ, dict. tit. 53. in princ. ibi, zween Monat vor *prima Maij. Hoc tempus poſtea mutatum in menſes tres*, Reichs Abſchied zu Speyr *de Anno* 1557. §. Wiewol ferner *mihi pag.* 209. *Sed hodie eſt menſium quatuor, ut ſcribit Bender, de reviſione, cap. 2. & cap. 3. num. 1.*

23 Quod ſi trium menſium ſpacium non ſuperſit, reviſionis petitio, & denunciatio iſthæc fieri debet Anno ſequenti, menſe tertio ante primam Maij.

Cammergerichts Ordnung *dict. tit. 53. in princ. verſ.* Wo aber von der Zeit / Arnold. Reyger. *diſput. 13. theſ. 5. ſub lit. A.* Iohan. Ludovic. Bender *in comment. de reviſione concluſ. 3.*

24 Facta hac notificatione, & reviſionis petitione, Elector Moguntinus ea de re Imperatorem, ſtatusq; Imperii ad illius anni viſitationem ordinatos facere certiores debet: ac petere, ut Cæſarea ipſius Majeſtas Commiſſarios ſuos, & cæteri Status, ſimiliter ſuos Conſiliarios, ad acta revidenda mittant.

Ordinat. Camer. dict. tit. 53. in princip & Reichs Abſchied zu Speyr *de Anno* 1557. §. Wiewol ferners Innhalt. Bender. *concluſ. 2. nu.* 17.

25 Quin etiam notificatio iſthæc ipſi Cameræ Imperiali fieri debet.[a] Cujus Judici, Præſidentibus, & Aſſeſſoribus, pars reviſionem petens, victrice parte deſiderante, vel per ſe, vel per procuratorem ſufficiens & ſpeciale mandatum ad hoc habentem calumniæ juramentum præſtare jubetur.[b]

[a] Abſchied deß Deputation Tags zu Speyr *de Anno* 1600. §. Als auch ſtritt. *pag.* 47. [b] *Eodem Receſſu Spirenſi*, §. Vnd ob wol hierbey *in fin. pag. 47. fac. 2.*

26 Notificatio autem iſthæc, & petitio Moguntini Electoris intra tempus

idem

idem fieri debet: Verùm non à die ſententiæ, ſed à die ipſi Domino Electori inſinuatæ petitionis gravatæ partis.

Arg. text. in dict. tit. 53. verſ. Wo aber/ *ibi*, alßdann ſoll ſolch Außſchreiben bey zween Monat vor *prima Maij, &c.* & Reichs Abſchied *de Anno* 1557. *dict. §.* Wiewol ferner Innhalt. Ioh. Ludovic. Bender. *de reviſ. concluſ.* 3. *num.* 5. 17. 18. 19. 20. & 24. Rutger. Ruland. *de commiſſariis & commiſſionibus part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 15.

Si ipſemet Elector Moguntinus petat reviſionem, tunc Elector Trevi- 27
renſis hoc nomine adeundus eſt.

Reichs Abſchied zu Regenſpurg/ *de Anno* 1594. *§.* Als vns auch/ rc.

Quod ſi impetrans reviſionem, à ſua intentione deſiſtere velit, impunè 28
id facere poteſt; modò de hoc propoſito ſuo Cancellariam Moguntinenſem intra ſeptimanas ſex ante viſitationem proximam fecerit certiorem, ſumptuſque omnes, in prædictam notificationem, de intentione petentis reviſionem, & deſiſtentis ab ea, refundat.

Reichs Abſchied zu Speyr/ *de Anno* 1557. *§.* Wiewol ferner/ rc. & *§.* Im aber/ & *§. ſeqq. pag.* 209.

Sed petita reviſione, an ſententiæ Cameralis executio ſuſpendatur, olim 29
quidem anceps & dubia erat quæſtio: [a] Verum ea poſtmodum novellâ Imperii lege deciſa fuit: qua cautum, ut executio illhæc donec reviſio expedita ſit, ſuſpendatur. [b]

[a] Vide Bend. *dict. comment. de reviſione, concluſ.* 20. & Schvvanman. *lib.* 1. *proceſſus Camer. c.* 75. & præjudicia Cameralia, *in verb. Reviſio, pag.* 306. & *ſeq. Item in verb. Executio, pag.* 132. *in fin.* [b] Abſchied deß Deputation Tags zu Speyr/ *§.* Als auch Stritt/ rc. *pag.* 47. Heig. *lib.* 1. *quæſt.* 10.

In puncto tamen liquidationis, quando in cauſa petitionis hereditatis, 30
reſtitutionis in integrum, aut ſimili quadam cauſa reviſio petitur, integrum eſt parti victrici, non obſtante reviſione, legitimè procedere.

Abſchied deß Deputation Tags zu Speyr/ *de Anno* 1600. *§.* Als auch Streit/ *verſ.* Es ſoll aber *in puncto liquidationis, &c.*

His cognitis dicendum etiam de ipſo reviſionis judicio. Ad hoc Impera- 31
tor, & Status Imperii Conſiliarios ſuos, viros gravitate, rerum cognitione, prudentia, eruditione, & juriſperitia præclaros, mittere jubentur: quibus adjunguntur Præſides, & Adſeſſores Cameræ, à quibus ſententia dicta fuit.

Cammergerichts Ordnung / *part.* 3. *tit.* 53. *in princ. ibi*, Ihre treffenliche/ erfahrne geſchickte/ vnd gelehrte Rähte/ rc. zuſchicken. *Item ibi*, Auch den Præſidenten vnd Beyſitzern/ durch welche die Vrtheil gefelt/ vnd geſprochen/ rc. & *§.* Darauff ſollen alßdann/ rc.

Sed Reviſores qualem habeant juriſdictionem, ordinariam, vel delega- 32
tam, [a] vel nullam habeant juriſdictionem, ſed tantum juriſdictionis exercitionem, [b] controverſum eſt; Ordinariam ipſorum juriſdictionem eſſe verius judico. [c]

[a] Vide Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſerv. practicar. obſervat.* 15. & Iohan Ludovic. Bender. *in comment. de reviſione, concluſ.* 4. *num.* 31. Ille ordinariam, hic delegatam eos habere juriſdictionem autumat. [b] D. Vultej. hujus opinionis autor, & patronus eſt, *ad l.* 1. *n.* 96. *Cod. de juriſdict. omnium judic.* [c] cum enim judicandi poteſtatem habeant, vel ordinarii ſunt judices, vel delegati, vel pedanei: plures judicum ſpecies autoritas juris non agnoſcit, At pedaneos non eſſe judices certum eſt, cum de cauſis gravioribus judicent, pedaneis verò humiliores committantur cauſæ,

l.ult.Cod.de pedan.judic. Et quia majores videntur poteſtate & dignitate ipſis Cameræ judicibus, pro pedaneis haberi non poſſunt. Delegati quoque judices non ſunt, quibus mandata juriſdictio dicitur. Suam enim judicandi poteſtatem non ab illis habent, à quibus mittuntur, ſed ab ipſa lege Imperii publica, uti convincitur ex ordinat. *Camer. dict. tit.* 53. §. Darauff ſollen alßdann. Lex Imperii hanc judicandi poteſtatem non tribuit Statibus Imperii, qui ſuos mittunt commiſſarios, & conſiliarios, ſed tantum ab illis exigit, ut hos ad reviſionem mittant: qui Spirę unâ congregati ab ipſa Imperii lege, quò ad cauſas, & perſonas, quarum nomine reviſio petita fuit, juriſdictionem hanc collegialiter expediunt.

33 Quod ſi quidam ex Adſeſſoribus, qui dixerunt ſententiam, vel abdicarint ſe adſeſſuræ officio, vel alias abſint, tum & illi per Cameræ judicem, & Adſeſſores ad reviſionis negocium citandi ſunt.

Cammergerichts Ordnung/ *dict. part. 3. tit. 53. in fin. princip. verſ.* Ob auch Einer/ ꝛc.

34 Quibuſdam reviſoribus, puta duobus, aut tribus abſentibus, cæteros ad actorum reviſionem progredi poſſe, æquius eſt.

Per l. Properandum 13. *ubi Dd. C. de Iudic.* Ioan. Ludovic. Bender. *in dict. commentario de reviſione, concl. 4. n. 64. cum multis ſeqq. ſed vide præjud. Camer. in verb. Reviſio.*

35 Priuſquam autem in reviſionis judicio audiatur, qui petiit reviſionem, tenetur ille certam pecuniæ ſummam pro arbitrio, & diſcretione Dominorum Reviſorum, qualitate perſonarum & gravitate cauſæ conſiderata, deponere.

Cammergerichts Ordnung/ *dict. tit.* 53. §. Und damit in ſolchem/ *Bender. dict. comment. concluſ. 5. num. 12. & ſeqq.*

36 Quod ſi impetrans reviſionem idoneè caverè, aut ſatiſdare velit nomine hujus pecuniæ, audiendus erit.

Cammergerichts Ordnung/ *dict. tit.* 53. §. Und darmit/ *Ibi*, und damit genugſamlich verbürgen/ ꝛc.

37 Quin etiam juratoriam quoque cautionem hic admitti ob impetrantis inopiam, æquitas poſtulat.

Andr. Gayl. *lib. 1. obſervat. 155. num. 4. Bender. in commentar. de reviſ. concluſ. 20. num. 183. & ſeq.*

38 Hanc pecuniæ ſummam, amittit pars deponens, ſi reviſionem injuſtè petitam, ſententiamq; Cameræ juſtam temerè impugnatam eſſe apparuerit: eaq; Fiſco Cæſareo in pœnam cedit: Unde expenſæ, quocunque tempore in reviſionem faciendæ peti ſolent.

Cammergerichts Ordnung/ *dict. tit.* 53. §. Und das mit. & §. Im fall aber/ Denaiſ. *in compend. juris Cameralis, tit. 271. n. 4.*

39 Et ne pauper evitet omnino pœnam, & impunitam ferat temeritatem ſuam, cum non habeat in ære, in corpore tenetur luere.

Iohan. Ludovic. Bender. *dict. commentar. de reviſ. concluſ. 8. num. 7. 28. & ſeqq. per jura vulgata.*

40 Sin verò ſententia Cameralis retractetur, depoſita pecunia impetranti reſtituitur.

Cammergerichts Ordnung/ *dict. titul.* 53. §. Darauff ſoll alßdann/ ꝛc. *in fin. ibi*, ſoll der Parthey Ihr erlegt Gelt widerumb zugeſtelt werden.

41 Reviſores, antequam actorum reviſionem occipiunt, juramentum præſtant, quo cavent, quod eâdem in cauſa nulli parti conſilium præbuerint,

quod

quod judices priores honore afficere, & acta priora, ut & quæ in hoc reviſionis judicio producantur ſummo ſtudio revidere, ac ponderare, tum etiam rationes, ſecundum quas prior Cameralis ſententia dicta fuit, ab Adſeſſoribus exigere & attentè audire, ac juxta Imperii leges ſyncerè, incorruptè, & ſine litigantium conditionis reſpectu cognoſcere, & judicare velint.

Cammergerichts Ordnung/ *dim. tit.* 53. §. Und ſollen der Kayſerlichen Majeſtät.

Præſtito iſthoc jurejurando, reviſionem impetrans omnia ſua gravamina, unico ex prioribus actis formato ſcripto, exhibere jubetur: Cui adverſa pars ſimiliter unicum ſcriptum opponit, itidem ex actis prioribus petitum. Omnis enim novitas hic rejicitur: Neque ulli parti plura producere ſcripta permittitur. 42

Cammergerichts Ordnung/ *dict. tit.* 53. §. Erſtlich ſoll die klagende Parthey/ &c. Andr. Gayl. *lib. 1. obſ. pract.* 154. *n.* 2. Bender. *dict. comment. de Reviſione, concl.* 15. & 16.

His ſcripturis exhibitis, ipſi Domini Reviſores, una cum Præſide, & Adſeſſoribus, qui ſententiam tulerunt, prædicta partium ſcripta, & omnia acta ſingulari, & ſumma diligentia inſpiciunt, rationes quoque & fundamenta prioris ſententiæ ab Adſeſſoribus Cameræ apertè & ordine relata accuratè ponderant. 43

Cammergerichts Ordnung/ *dict. tit.* 53. §. Darauff ſollen alßdann/ &c. Bender. *dict. comment. de reviſione, concl.* 17. *circa finem.*

Reviſis actis, & Adſeſſorum relatione facta Domini Commiſſarii, & Conſiliarii, remotis Adſeſſoribus de cauſa cognoſcunt, & ſententiam concipiunt, quâ priorem Cameræ ſententiam vel confirmant, vel retractant, & emendant, reformando eam, aut iniquam, vel nullam declarando. 44

Cammergerichts Ordnung/ *dict. tit.* 53. §. Darauff ſollen auch alßdann. Bender. *concluſ.* 19. *n.* 3. & *ſeqq.*

Quando autem de meritis cauſæ conſtat, Domini Reviſores nullitatem proceſſus in Camera commiſſam attendere non debent. 45

Bender. *concl.* 18. *n.* 44. & *ſeqq.* conferunt tradita Mynſing. *cent.* 1. *obſerv.* 27. & *cent.* 4. *obſer.* 62. & *cent.* 5. *obſer.* 93 *n.* 3. Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſer. pract.* 42.

Paribus quoq; votis in diverſas ſententias concurrentibus, ſemper confirmatoria præferenda erit. 46

Bender. *dict. concl.* 19. *num.* 19. & *ſeqq.* Rutger. Rulant. *de commiſſariis, & commiſſionibus, part.* 1. *lib.* 2. *c.* 21. *n.* 18.

Expenſarum quoq; rationem Domini Reviſores habebunt: In quas regulariter condemnabunt temerarium reviſionis petitorem, denuò victum, non etiamſi juſtas ipſum facti ſui cauſas habuiſſe animadverterint:[a] Eas verò compenſabunt ſententiâ priori retractatâ.[b] 47

[a] Reichs Abſchied zu Speyr/ *de Anno* 1557. §. Zu dem auch die *expenſas.* [b] Bender. *dict. comment. de reviſ. concluſ.* 9. *n.* 3. & *ſeqq.* Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſerv. pract.* 152. *n.* 5. *circa fin.* Græve. *Lib.* 1. *practic. concluſ. concl.* 152. *conſiderat.* 1. *n.* 9.

Non incommodè hoc loco poteſt quæri, an ut impetrans reviſionem, confirmata ſententia priori, denuò reviſionem petere prohibetur:[a] Ita 48

quid.

quoque retractata ea ſententia à Cameralibus dicta, integrum ſit parti hoc in reviſionis judicio victæ, ad reviſionis auxilium confugere? Andr. Gayl. negat: [b] Benderus affirmat, [c] cujus opinio mihi probabilis videtur.

[a] Cammergerichts Ordnung/ *dict. tit.* 53. §. Im fall aber/ ꝛc. *Reſponſ.* 4. *Iuriſconſultorum German. ſuper negocio Reviſionis. in lucem editis Anno* 89. *n.* 4. And. Gayl. *lib.* 1. *obſerv. practic.* 155. *num.* 3. [b] *dict. obſerv.* 155. *n.* 3. [c] *d. commentar. de reviſ. concluſ.* 37. *num.* 31. & *ſeqq. ubi vide hujus enunciati rationes.* Notandum hic, quod à judice reviſionis appellandum videtur ad Cameram, ſecundum opinionem Bart. *in l.* 1. *num.* 12. *ff. de legat.* 2. Panorm. *conſil.* 28. *col.* 1. Roman. *conſil.* 261. Atq, ita judicatum eſſe in cauſa Hanſen Harbart/ *contra Margretham* Bayermans & *conſortem, oſtendunt præjudicia Cameralia. in verb. Reviſio.*

49 Eſt & illud hic monendum, quod executio ſententiæ, in reviſionis judicio confirmatæ, ad Cameram pertinet.

Cammergerichts Ordnung/ *dict. tit.* 53. §. Im fall aber.

50 Sententia interlocutoria in reviſionis judicio retractata licet ſit, cauſæ tamen principalis deciſio Camerali judicio relinquitur.

Bender. *conluſ.* 14. *num.* 6. & 32. confert *text. in c. ut debitus* 59. *extr. de appellat.* & *l. Eos qui* 6. *in princip. Cod. de appellat.* Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſervat.* 131. *num.* 1. & 2. Mynſing. *cent.* 4. *obſervat.* 46.

51 Atque hæc ſententia procedit maximè, ſi cauſa principalis aliam expectet interlocutoriam, quæ in alio Cameræ Imperialis Senatu, quam qui priorem dixit interlocutoriam, concipi mandetur.

Ruiger. Rulant. *de commiſſariis, & commiſſionib. part.* 1. *libr.* 2. *cap.* 21. ſequutus Benderum *dict. concluſ.* 14. *in fin.*

52 Reviſionem Wirtembergicam quod attinet, permittitur illa in cauſis, quarum æſtimatio ducentis florenis minor non eſt.

Fürſtl. Württemb. New Landrecht/ *part.* 1. *tit.* 78. *in prin.*

53 Eam qui petere intendit, intra menſes tres, à die in ſuprema Ducatus curia latæ ſententiæ computandos, ſupplicem libellum, continentem prætenſa gravamina, contra datam ſententiam deſumpta ex actis eiſdem, juxta quæ judices ſupremi illius Tribunalis pronunciarunt in ſuperius conſilium den Obern Raht porrigere jubetur.

Fürſtl. Württemb. New Landrecht/ *dict. tit.* 78.

54 Hoc facto & ille, qui petit reviſionem, & ejus adverſarius intra dies quatuordecim in Cancellariam ad ſuperius conſilium vocantur, & ab ipſo ſupplicante juramentum malitiæ exigitur: Daß Er ſolche Reviſion nicht auß Muhtwillen / oder ſeinen Gegentheil dardurch umbzutreiben/ſondern in der Meinung durch die ergangene Urthel wider Recht beſchwert zu ſein begehre erſtattet zuwerden.

New Landrecht. *dict. tit.* 78. §. Darauff ſoll alßdann/ ꝛc.

55 Si quoq; non conſtet ex illo ſupplice libello de ſumma illa ducentorum florenorum, ſimul & conjunctim juramento confirmare tenetur: Daß er lieber zweyhundert Gulden manglen / oder von dem ſeinen geben / als in der Hauptſach verluſtigt werden wolte.

dict. tit. 78. §. Darauff ſoll/ *verſ.* Da auch auß den *narratis.*

56 Eo præſtito, indulgentia reviſionis tribuitur ſupplicanti, ſuo tamen periculo,

riculo, ita ut confeſtim, aut intra dies quatuordecim, à tempore indultæ reviſionis numerandos, certam pecuniæ ſummam deponat: puta florenos quinquaginta, vel pro conditione perſonæ aut litis (ut ſi mille florenorum, vel major ſit cauſa) centum quinquaginta florenos, vel ſi ipſe impetrans in facultatibus ſit poſitus, & divitiis affluat, florenos ducentos, vel etiam majorem ſummam.

dict. tit. 78. §. So dann nun ſolch/ꝛc.

Executionem tamen dictæ ſententiæ reviſio petita & impetrata non impedit, modò victrix pars de reſtituendo ſufficientem cautionem præſtiterit: Niſi ipſa executio parti gravatæ in cauſa principali difficultatem parere videatur. Quo caſu arbitrio & diſcretione Conſiliariorum cauſæ reviſorum committitur, executioni ſententia mandari debeat, necne. 57

dict. tit. 78. §. Doch ſoll auff deß andern Theils/ ꝛc.

Permiſſa impetranti actorum reviſione, libellus ipſius gravamina ſententiæ continens, victrici parti per copias exhibendus eſt, quæ intra menſes tres à die exhibitionis, neceſſaria quæ fuerint, uno ſcripto ex prioribus tantum actis excerpto, producat. 58

dict. tit. 78. §. Wann nun von Unſerm/ꝛc.

Ultra unam illam ſcripturam, ab unaquaque parte exhibitam, neutri litigantium parti plura producere ſcripta permittitur. 59

dict. §. Wann nun von Unſerm/ꝛc. *in fine.*

Producta iſthæc duo ſcripta Præſidi & Adſeſſoribus ſupremi Dicaſterii Ducalis edenda ſunt, ut ſuam deſuper opinionem Dominis Reviſoribus aperiant, dictamq; à ſe ſententiam rationibus ſuis confirment, easq; tranſmittant. 60

dict. tit. 78. §. Volgends ſollen ſolche beede Schrifften/ ꝛc.

Hinc Domini Reviſores media fide, & juramento ſuo univerſa acta ſingulari diligentia, inſpicere, exquiſitè ponderare, & pro ſua prudentia, ſine ullo cujuſquam reſpectu, judicare inde jubentur, confirmando vel retractando ſententiam priorem. 61

dict. §. Volgends/ *Verſ.* Darauff dann Sie/ꝛc.

Confirmatâ ſupremi Tribunalis Ducatus ſententiâ, depoſita pecunia Illuſtriſſimo cedit Principi, atque inſuper pars impetrans temeritatis ſuæ nomine pro arbitrio punitur. 62

dict. tit. 78. §. Und wann die/ꝛc. *in prin.*

Sin dicta à provinciali curia ſententia juri conſona haud inveniatur, reformatur ea à Dominis Reviſoribus, vel omnino retractatur: quo caſu depoſita pecunia victrici parti reſtituitur, & reformata ſententia debito modo executioni mandatur. 63

dict. §. Und wann die/ꝛc. *Verſ.* Da aber ſolche/ꝛc.

Reſtant Supplicationis, & Syndicatus remedia. Supplicatio hîc nihil eſt aliud, quàm litigatoris, qui ſententia Judicis, à quo appellare non licet, victus eſt, querela eidem Judici aut ſuperiori ordinatio magiſtratui, puta 64

Principi exhibita, quâ ſe gravatum illa ſententia affirmat, proindeque eam retractari petit.

l. ſi quis 5. junct. auth. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imp. off. l. un. C. de ſent. Præf. Prætor, & *Novell. 119. cap. 5.* Abſchied deß Deputation Tags zu Speyr *de Anno* 1600. *pag. 9. §.* Es ſoll aber/ ꝛc. Mynſing. *cent. 6. obſer. 15.* Alias aliorum autorum definitiones vide apud Bender. *dict. comment. de reviſ. concluſ. 1. num. 1.* & 2. Et rejecta appellatione non cenſetur remota ſupplicatio. Decius *conſil. 33. num. 2.* Ruin. *conſil. 157. num. 6. lib. 1.* & *conſil. 82. n. 2. lib. 5.* Pariſ. *conſil. 118. col. 1. lib. 1.* Roland. à Valle. *conſil. 94. n. 3.* & 4. *Vol. 1.*

65 Hæc ſupplicatio, ſi intra decendium poſt prolatam ſententiam fiat, impedit executionem, niſi victor ſatis dederit de re reſtituenda, ſententiâ reſciſſâ: ſin poſt decem dierum inducias fiat, non ſuſpenditur ſententiæ executio, etiamſi non ſatis dederit victor.

dict. Novell. 119. c. 5. & *d. auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imp. offer.* Priori ex loco convincitur eorum error, qui poſt decendium non eidem Iudici, ſed ſoli principi ſupplicandum putant. vide Bender. *dict. commentar. de Reviſ. concluſ. 2. n. 1. 2.* & *ſeqq.*

66 Iſthæc autem ſupplicandi facultas intra biennium, non pôſt tribuitur.

per d. l. un. ubi Dd. C. de ſent. Præf. Prat. Et hoc differt etiam ſupplicatio à Reviſione, quæ non niſi eodem, vel mox ſequenti Anno, & ſemper tribus menſibus ante primam Maji in ſcriptis Archiepiſcopo Moguntino proponi debet ut ſupra oſtenſum fuit.

67 In Cameræ autem Imper. de ſententiis ſupplicatio locum habet nullum.

Kayſ. Cammergerichts Ordnung/ *dict. part. 3. tit. 51.*

68 Syndicatus hic illud eſt judicium, quo litigator, qui iniqua ſe gravatum ſententia dicit, ipſos judices de dolo, quod prece vel precio conducti, favore, aut odio, injuſtam dixerint ſententiam, accuſat. Cujuſmodi judicium in Camera impetratur, & conſtituitur eodem modo, quo Reviſionis judicium.

Kayſ. Cammergerichts Ordnung/ *dict. part. 3. tit. 53. §.* Wo aber einige Parthey. De Syndicatu agit quoque Bl. *ad l. obſervare. §. proficiſci autem, ff. de off. proconſ.* & prolixè Paris de Puteo *in Tractatu de Syndicatu.*

Clas. VI. Disputat. XXXVI.

DE EXECUTIONE REI Judicatæ.

THESIS I.

IUdicis ſententia poſt decendium, nullo juris remedio retractata, res judicata dicitur & pro veritate habetur; [a] proindeque judex eam exequi & ad emolumentum ſive effectum perducere jubetur. [b]

[a] *c. Cum inter 13. verſ. Adjecit etiam, ibi cujus ſententia, cum nulla fuerit appellatione ſuſpenſa, in rem tranſiit judicatam,* & *§. ſeq. ibi, lis ex ſententia factum fuit, poſtquam in rem tranſiit judicatam, extr. de ſentent.* & *re judic. l. Ingenuum 25. ff. de ſtatu hominum, l. res judicata 207.*

cata 207 ff. de reg. jur. l. cum prolatis 32. ff. de re judic. & *l. 4. C. d. tit.* [b] *c. Quod ad conſultationem 15. §. Taliter, extr. de ſentent.* & *in judic. l. 2.* & *l. 3. C. de execut. rei judicat.* Fürſtlich Würtemb. New Landrecht/*part. 1. tit. 55.* & *tit. 74.* Standum eſt enim rebus judicatis, *l. 1. C. de re judic.* Cum illæ reſcindi non poſſint, *l. 2. C. ſentent. reſcind. non poſſ.* & poſt rem indicatam nihil amplius quæratur, *l. poſt rem ff. de re judic.* Cum rerum judicatarum autoritas ſit, *l. Non minorem C. de tranſact. l. pen. Cod. de re judicat. l. ſervo 65. §. cum Prætor, ff. ad SCtm. Trebell.* De executione rei judicatæ vide Matth. Stephani *de offic. judic. lib. 6. c. 8. pag. 751.* & *ſeqq.* Coler. *de proceſſ. executiv. Borell. in ſumm. deciſ. tom. 2. tit. 32.* Gilhauſ. *in arbor. civil. cap. 10. fol. m. 623.* & *ſeqq.*

In executione autem rei judicatæ ſpectatur tum quis, & contra quos ju- 2
dicatum exequi poſſit: Tum juris remedia, quibus fit executio rei judicatæ: tum quid judicati effectum impediat: Tum denique finis & effectus executionis judicati.

Exequi poteſt judicatum, qui ſententiam dixit judex: [a] modò imperium 3
habeat mixtum. [b]

[a] *c. Quod ad conſultationem, extr. de re judic. l. cum quadam puella 19. ubi Dd. ff. juriſdict.* Mynſing. *cent. 3. obſerv. 68.* Fürſtl. Würtemb. New Landrecht/*part. 1. tit. 55. §.* In Volnziehung/ &c. [b] Eſt enim executio ſententiæ mixti imperii. *l. 2. ubi Dd. ff. de juriſdict. junct. l. ult. §. 1. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd.* Ang. *in l. Qui reſtituere, 68. ff. de rei vindicat.* Scipio Gentil. *lib. 1. de juriſdict. cap. 15.* & Iohan. Ludovic Bender. *in comment. de reviſione, concl. 4. n. 145.* Rutger. Rulant. *de commiſſariis, part. 1. lib. 3. c. 9. n. 4.*

Judex ergo pedaneus, ſententiam à ſe dictam exequi non poteſt, ſed ad 4
effectum perducit eam Magiſtratus, qui dedit hunc judicem: [a] Niſi à Principe ſit datus. [b] Hic enim juriſdictionem habet, & pedaneum judicem dare poteſt: [c] proindeque ſententiam ſuam exequi. [d]

[a] *l. A divo Pio 15. in prin. ff. de re jud.* [b] Ut rectè contra gloſſ. tradunt Zaſ. *in d. l. A Divo Pio 15. in prin. num. 11.* & ibi Donell. *ff. de re judicat.* Cujac. *lib. 12. obſ. in fine.* [c] *l. un. C. Qui pro ſua juriſdict.* [d] *Arg. d. l. 2. ff. de juriſdict.*

Delegatus verò judex ſententiam à ſe dictam jure exequitur, non ſolum 5
ſi à Principe, vel Papa delegatus ſit, [a] ſed & ſi à quo alio judice ordinario mandatam juriſdictionem habeat. [b]

[a] *c. Paſtoralis,* & *c. ſignificaſti,* & *c. Quærenti, extr. de officio,* & *poteſtat. judic. deleg.* [b] *Per d. l. 2. ff. de juriſdict.* & *d. l. ult. §. 1. ff. de offic. ejus cui man. eſt juriſdict.* Zaſ. *in d. l. A Divo Pio 15. in princ. num. 5. de re judic.* Non deſunt qui diſſentiunt, ut videre licet apud Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. 74. num. 3.* & *ſeqq.* Zaſ. *in d. l. A Divo Pio, in princ. num. 10.* & *ibi* Duaren. *ff. de re judic.* Sed eorum opinio exaudiri poteſt de judice pedaneo, qui jure civili delegatus dicitur judex, ut ſupra oſtendi *diſputat. 2. de judicib. theſ. 14.* Cævallos. *quæſt. 632.*

Quæritur de judice prorogatæ juriſdictionis, an ſententiam à ſe dictam 6
exequi poſſit? Ajens opinio defendi jure poteſt.

Cum enim hic judex juriſdictionem habeat ex prorogatione in prorogantium quoq; cauſa, *l. 1.* & *l. 2. ff. de judic.* competit eidem etiam imperium mixtum, *d. l. 2. ff. de juriſdict.* & *d. l. ult. §. 1. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſdict.* Proindeque & executio judicati, Salic. *in l. 1. n. 13. C. de juriſdict.* & Aſin. *in prax. jud. §. 31. cap. 8.* cum ejus juriſdictio non expiret, ſimulatq; ſententia lata eſt, Iacob. Butrig. relatus ab addit. Bald. *in l. 8. C. de Epiſcop. audient.*

Non levis etiam concertatio eſt inter Dd. de hac eleganti quæſtione: An 7
commiſſa cauſæ cognitione, commiſſa quoque cenſeatur ejuſdem definitio, & executio? Diſtinguunt autem inter cauſam à lege, nempe jure Magiſtratus, commiſſam, & eam cauſam, quæ per modum delegationis eſt commiſſa:

miſſa: ut ſi judex ordinarius alicui in diœceſi ſua committeret hujus vel alterius cauſæ cognitionem. Caſu priori & definitionem & executionem intelligi commiſſam exiſtimant. Poſteriori autem caſu commiſſam ſolum cauſæ cognitionem putant, non definitionem, multò minus executionem: Niſi commiſſio facta ſit hujuſmodi aliqua clauſula: *Titius cauſam audiat, cognoſcat, & juſtitiam faciat: Titius cauſam audiat, de ea cognoſcat, & debito fine determinet.*

Mynſing. *cent.* 4. *obſerv.* 63.

8 Dubitatur quoque de eo; An judex ſententiæ executionem ita committere poſſit ei, qui victricem obtinuit ſententiam, ut poſſeſſionem ingredi valeat? Ajens mihi opinio ut communiter recepta, [a] minimè diſplicet. [b]

[a] Bart. & Dd. *in l. meminerit* 6. *C. unde vi*, *&* *in l. Iuſtè.* 11. *ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* [b] *argum. d. l. Iuſtè* 11. *ff. d. tit.* & facit *l. Dotis* 9. *C. ſolut. matrim. quemadm. dos pet.*

9 Si executio ſententiæ aliena in juriſdictione & territorio mandanda ſit, judex qui dixit ſententiam per requiſitoriales, ſive ſubſidiales literas petit à magiſtratu ejus loci, ut is parti victæ ſatisfacere judicato mandet.

Mynſing. *Reſponſ.* 6. *num.* 3. *& ſeqq. decad.* 1. *&* 52. *& cent.* 3. *obſervat.* 68. ubi poſt alios, quos refert, cum Aſinio *in praxi jud.* §. 31. *c.* 10. addit, quod irrequiſitus judex ille non poſſit exequi ſententiam alienam. *De hac concluſ.* 9. vide quoque Mindan. *lib.* 2. *de proceſſ. cap.* 65. *n.* 8. Andr. Gayl. *lib.* 2. *obſ.* 130. *num.* 4. *& de pace publ. c.* 17. *n.* 36. Hieron. Cævall. *in Specul. aureo opin. com. contra commun. &* Græuæ. *lib.* 1. *pract. concluſ.* 115. *n.* 2. Cravetta. *conſil.* 519.

10 Si tamen condemnatus alterius juriſdictionis bona habeat in territorio judicis, qui tulit ſententiam, requiſitione illa opus eſſe non videtur, niſi quò ad citationem partis victæ, ut ad executionem ſententiæ compareat.

Ita ſentire etiam videtur Aſinius *in praxi judic.* §. 31. *c.* 9.

11 Eccleſiaſticus quoque judex auxilium judicis laici pro executione implorare poteſt.

Ordinat. Cam. part. 3. *tit.* 48. § 9. *c.* 2. *tit. de pœnis in* 6. Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſer.* 115. Marant. *diſputat.* 1. *num.* 8. *&* 26. Menoch. *de arbitr. jud. caſu* 452. *num.* 4. *& de retinend. poſſ. Remed.* 3. *n.* 359. Mynſing. *Reſp.* 6 *num.* 4. *decad.* 1. Petr. Frider. Mindan. *lib.* 2. *de proceſſ. c.* 65. *num.* 5. Arnold. de Reyger. *in proceſſ. judic. diſputat.* 8. *ſub theſ.* 30. Vide quoque Scip. Gentil. *de juriſdict.* Videatur theſaurus executivus Rutgeri Rulandi. *ubi tract. ſing. in pr.*

12 Non tamen cogitur judex ſecularis exequi ſententiam Eccleſiaſtici judicis manifeſtè & ſummè injuſtam, iniquam & evidenter nullam. [a] Unde primum aliqualiter cognoſcere cauſam debet judex Laicus antequam Eccleſiaſtici judicis ſententiam exequatur; Non viſis actis, & proceſſu illius ſententiam exequi non tenetur. [b]

[a] Andr Gayl. *lib.* 1. *obſer.* 115. *num.* 5. Valaſc. *Luſit. conſult.* 48. *n.* 13. Menoch. *de retinend. poſſeſſ. Remed.* 3. *ſub num.* 360. *verſ. Debet etiam judex laicus*, Græuæ. *lib.* 1. *concl. practic. concl.* 115. *n.* 6. 7. 8. *&* 9. [b] Bart. Paul. Caſtrenſ. & Iaſon *in l. Magiſtratibus* 12. *ff. de juriſdict.* Iul. Clar. *in pract. criminali*, §. *fin. quaſt.* 36. Parladorius *libr.* 2. *rer. quotidianor. c. fin.* 2. *part.* 2. *num.* 5. Cœvallos *in Specul. aureo opinion. comm. contra communes, quaſt.* 353. ubi recenſet, qui diſſentiunt. Græuæ. *lib.* 1. *concluſ. practic. dict. concl. n.* 5.

13 A judice appellationis confirmatoria dicta ſententia utrum ab ipſomet, vel priore judice exequenda ſit in dubium vocatur? Prius juri conſonum exiſtimo.

Per E.

Per l.præcipimus 32. *§.In his.2.ibi, Exequentibus judicata, C.de appellat.l.ult.in fin. C. de judic.Auth.Si quis litigantium.* ubi Gothofred. *C.de Epiſcopal.aud.ordinat. Camer.part.3.num.* 50.*§.* Dieweil auch/ *verſ.* Wiewol. Fürſtl. Würtemb.Hoffgerichts Ordnung/ *part.3.tit.24.§.ult.* New Landrecht/ *part.1.tit.74.* Guid.Pap.*deciſ.*436.Mynſing.*cent.4.obſerv.*94. Andr.Geyl. *lib.1.obſer.*113.*num.*14.Bernhard.VVurmbſer.*lib.pract.obſerv.tit.*23.*obſerv.*3. Coler. *de proceſſ.execut.part.2.cap.1.num.*97 Bender.*in comment.de reviſ.concluſ.*23.*num.*4. *& ſeq.* Arnold.de Reyger.*de proceſſ.judic.diſput.*8.*theſ.*31. Hackelman. *diſput.*5.*theſ.*30. Sed vide diſſentientem Cujac.*lib.*20.*obſer.cap.*36.Paul.Chriſtinæ.*vol.1.deciſ.*197.

Quando autem ob defectum formalium vel juris devolutionis appella- 14
tio non recipitur à judice appellationis, tunc prior judex in cauſa principali & expenſis prioris inſtantiæ ſententiam exequitur.

Andr.Geyl.*lib.1.obſervat.*113.*num.*14.& Mynſing. *cent.5. obſerv.*94. *& cent. 6.obſervat.* 24. *num.*2.

Eſt & illa inſignis quæſtio: cum ſententiæ executio alii mandari poſſit, 15
an is, cui mandata eſt executio, cognoſcere etiam queat ſuper exceptionibus contra executionem objectis? Si cognitio iſthæc ad res pertinet, in quibus facienda eſt executio, poteſt executor de illis cognoſcere: ut &, ſi exceptiones ſolum ipſam executionem tangant, nec impugnent ſententiã; ut ſi is, contra quem debet fieri executio, objiciat exceptionem incompetentiæ, vel fidejuſſori opponat Epiſtolæ D. Hadriani exceptionem: At ſi objectæ exceptiones merita cauſæ reſpiciant, vel directè ſententiam impugnent, ut eſt exceptio nullitatis, falſorum inſtrumentorum, & ſimiles: has audire poteſt executor, non tamen ſuper illis pronunciare.

Ita Cameræ Imperialis diſtinguere Adſeſſores teſtatur Mynſing. *cent.3.obſervat.*69. Vide etiam Eberhard.Bronchorſt.*cent.1.ἐναντιοφ.aſſert* 72.

Quæritur, & in dubium vocatur & illud; An ordinarius ſententiam delegati injuſtam exequi teneatur, nec ne? Pontifex quidem Innocent.III.affirmat. [a] Sed ejus ſanctionem hanc nonnulli judicant impiam. [b] Quod & ego de ſententia nulla, non etiam iniqua poſteaquam facta eſt res judicata; dicere nihil hæſito. [c]

[a] *in c.Paſtoralis,§ Quis verò,extr.de offic. & poteſtat jud.delegat.* [b] Vide Marant.*diſputat.* 16
1.*nu.*16.*& ſeqq.* & Eberhard.Bronchorſt.*cent.4.ἐναντιοφ.aſſert.*13. Sententia enim nulla nunquam tranſit in rem judicatam: At iniqua ſententia poſt decendium, cum amplius appellari non poteſt, injuſtitiæ amplius accuſari non poteſt. per text.*ad theſ.1.adſcriptos.*

Videamus contra quos ſententiæ executio fiat. Inprimis exequitur ju- 17
dex ſententiam contra ipſummet Reum principalem condemnatum: [a] Vel eo defuncto, adverſus heredes ipſius: [b] non verò contra litis procuratorem, tutorem, curatorem, aut univerſitatis Syndicum. [c]

[a] *l.4.§.Ait Prætor.*ubi Dd. & Donell.*ff.de re jud. & l.ult.C.de except.rei jud.* [b] *l.Miles 6.§.ult.ff.d.t.* [c] *d.l.4.§.1.& 2.ff.eod.tit.de re jud.*Aſin.*in praxi judic.§.31.cap.2.limit.22.23.& 24.*

Contra tertium autem, non condemnatum executio ſententiæ fieri 18
non poteſt: [a] Niſi poſſeſſor ſit rei litigioſæ, adverſus quem judicatum exequi judex poteſt abſque novo proceſſu. [d]

[a] *l.2.Cod.quibus res judic.non nocet.& l.pen.*ubi vide Donell.*ff.de re judic. & tot.tit.Cod. Inter alios acta,vel judicat.alijs non nocere.*Aſin.*in praxi judicior.§.31. cap. 2. limitat.5.* Andr. Geyl.*libr.1.obſervat.practic.*118.*num.*1. [b] *l.2.Cod.de litigioſ.* Aſin. *in praxi judicior. § 31.cap.2.*

*Ampliat.*24. Andr.Geyl.*libr.*1.*dict.obſervat.pract.*118. *num.* 2. Diſſentit Cujac. *in Novell.* 112.

19 Sed executio ſententiæ an fieri poſſit in fidejuſſorem condemnati Rei, quæſtionis eſt non negligendæ? Ajens ſententia placet in fidejuſſore, qui de judicato ſolvendo cavit: non etiam in fidejuſſore contractus.

*l.ult.§.ult.C.de uſuris rei judic.*Mynſing.*post alios cent.*4.*obſerv.*96.

20 Juris remedia, quibus ſententiæ executio expediri poteſt, ſunt officium judicis nobile, quod vocant, [a] & rei judicatæ ſive judicati actio. [b]

[a] *l.*4.*§.Si ex conventione,*4.*ff.de re judic. c.Quod ad conſultationem, extr. de ſententia & re jud.*Andr.Geyl.*lib.*1.*obſervat.pract.*113.*nu.*9.Weſemb.*in paratit.ff. de re judicat.num.*9. [b] *d.l. Miles* 6.*§.ult.ff.de re jud.l.Actori* 8.*Cod.de reb.cred.*

21 Imploratio officij judicis pro exequenda ſententia locum habet, ſi de judicato non ambigatur, ſed planè conſtet. [a] Tunc enim executio judicati celeritatem deſiderat. Cum publicè interſit autoritatem rerum judicatarum eſſe ratam: [b] proindeque ſummatim de hac cauſa cognoſcere Magiſtratus jubeatur. [c]

[a] *Arg.l.Nam poſteaquam* 8.*in prin.ff.de jurejurand.* [b] *l.servo.*65.*§.cum Prætor,ff. ad SCtum Trebell.* [c] *l.a Divo Pio* 15.*§.ſi rerum,ff.de re judic.*Quo pertinet etiam, quod ab executore ſententiæ appellare non licet.*l.Ab executore* 4.*ff.de appellat.* & *l.Ab executióne,*5.*C. Quorum appell.non recip.*

22 Alia autem executio eſt in judicato ex actionibus in rem, alia in perſonalibus actionibus.

23 Ex reali condemnatum actione jubere Judex debet, ut ſtatim rem cum fructibus & omni cauſa reſtituat: qui ſi non pareat judici, cōtendens non poſſe reſtituere, ſiquidem habeat rem, manu militari officio Judicis poſſeſſio ab eo transfertur. Si verò non poteſt reſtituere, ſiquidem dolo fecit, quò minùs poſſit, æſtimationem, quanti actor in litem juraverit, præſtare tenetur. Si autem non fecit dolo, non pluris æſtimatur res, quàm quanti revera eſt.

l. Qui reſtituere 68.*ff.de rei vind.§.etſi in rem,Inſtit.de offic.judic.* Fürſtlich Württemberg. Alt Landrecht.*part.*1.*tit.*Von Execution oder Vollziehung der Vrtheil.*§.*Ju Volnziehung/ 2c.New Landrecht/*part.*1.*tit.*55.*§.*In Volziehung/2c. *ubi diſponitur*, Daß vom Richter hierzu ein gewiſſe Zeit beſtimpt werden ſolle/& *tit.*75.*§.* Erſtlich/*pag.*200. Chriſtin. *volum.*1. *deciſ.*265.

24 Idem juris eſt, ſi ex interdicto de libero homine exhibendo actum ſit.

*Per l.ult.§.*1 *ff.de lib.hom.exh.*

25 Dicimus idem de condemnato ex perſonali actione, quâ rei noſtræ poſſeſſionem avocamus, veluti commodati, vel depoſiti actione.

*Per l.*2.*Cod.de fruct.* & *lit.expenſ.l.ſi longis* 7.*C.de execut.rei judic.l.*4.*§.jurare junct.§.ult.* & *l.ſeq.ff. de in lit.jurand.* Iure quoque VVirtembergico idem eſt cautum in eo, qui in rem certam debet. Alt Landrecht/*part.*1.*pag.*151.*in princ.*

26 Alia perſonali actione condemnatus non tenetur confeſtim judicato ſatisfacere, ſed ei humanitatis gratia, jure communi indulgetur tempus quadrimeſtre.

*l.*2.*l.ult.§.ultim. Cod.de uſur. rei judicat.* Humanitatis gratia tribuitur hoc tempus, non ſummo jure, *l.cum militi* 16.*§.ult.ff.de compenſ.*Cujac.*lib.*3.*obſervat.cap.*39. Iure autem Wirtembergico tribuitur tantùm unius menſis ſpacium, niſi pro magnitudine & conditione

cauſæ

cauſæ longiores inducias Iudex concedendas putet. Alt Landrecht/*part.1.dict.tit.* Von *Execution.pag.*123.§. Wa aber die Vrtheil. New Landrecht/*d.tit.*55. Wa aber die Vrtheil. Iure Saxonico judicatus ſeptimanas habet ſex, VVeſemb.*in parat.ff.de re judic.num.*9.

Non tamen ſemper tempus judicati ſervatur, ſed pro cauſæ qualitate & quantitate, vel perſonarum obſequio, vel contumacia, judex illud vel arctat, vel prorogat. 27

*l.2.*ubi Donell.*ff. de re judicat.cap. quod ad conſultationem* 15.§.*ultim. extr.de ſentent. & re judic.*

Poſt tempus illud judicati faciendi, ſi judicatus ſolvere ſuperſederit, executio rei judicati fit tribus modis. Primò ſi judicatus præſtò ſit, vel ſi defendatur, captis pignoribus, quæ juſſu magiſtratus executor judicati ex bonis condemnati, extra ordinem, in cauſam judicati capit. 28

l.ſi & jure 10.*ff.qui pot.in pign.hab.l.ſi pignora* 50. *& l.ſi plus* 74.§.1.*ff.de evict.l.*1. *& tot. tit.Cod.ſi in cauſ.judic.pign.cap.l.*3.§.*ſi executor,ff.de negoc.geſt.*Neguſant.*Tract.de pig.& hyhypothec.part.*3.*memb* 4.Fürſtlich Würtemb. Alt Landrecht/*d.pag* 123.§. Wa aber.*verſ.* Vnd wa ſolche beſtimpte Zeit/ & *pag.*150.*tit.*Von Angriff/ꝛc. New Landrecht/*dict.tit.*55. Vnd wa ſolche beſtimpte Zeit/ & *tit.*75.*in princ.*

Rebus captis, hoc ſequitur in executione, ut captæ diſtrahantur, quo ex precio rerum venditarum creditori pecunia ſolvatur: [a] Et diſtrahuntur quidem non à creditore, ſed per officium magiſtratus, qui capi juſſit: [b] ac diſtrahuntur non confeſtim. Aliquod enim intervallum intercedere debet, inter pignoris captionem, ac diſtractionem: [c] duo puta menſes: [d] & diſtrahuntur publicè ſub haſta. [e] 29

[a] *l.à divo* 15.§. *in venditione,ff. de re judic.* Quomodo autem Iure Wirtembergico ritè diſtrahantur pignora, *vide* Alt Landrecht.*pag.*153.*& ſeqq.* [b] *l.2. Cod.ſi in cauſ.judic.* [c] *l.cùm proponas.*9.*Cod.de bon.auth.jud.poſſ.* [d] *l. debitoribus* 31.*ff.de re judic.* [e] *l.*3. *Cod.de execut.rei judic.* Berlich.*vol.*1.*concluſ.*55.

In rebus autem capiendis & diſtrahendis (ſi non agatur de omnium bonorum diſtractione) certus ſervatur ordo. [a] Primò capi jubentur res mobiles, & in his primùm pecunia numerata, poſt argentea ſuppellex, aliæ res mobiles etiam animales. [b] 30

[a] *l.*4.§.*ſi ex conventione,ff.de re judic.* [b] *d.l.à Divo* 15.§.2. *& § ſic quoque,ubi Donell.ff.d.tit.*Fürſtl. Würtemb. alt Landrecht.*part.*1.*tit.*Ordnung der Pfandung.*pag.*151.§. am andern & §.*ſeq.*New Landrecht/*d.tit.*75.§. So aber der Schuldner/ꝛc. & §.*ſeq.* Berlich.*tom.*1.*concluſ.*56.

Quod ſi nulla adſint moventia, res ſoli capiuntur & diſtrahuntur. 31

d.l.à Divo 15.§.2.*de re judic.*Fürſtl. Würtemberg. Alt Landrecht/*d.part.*1.*pag.*152. Zum andern. New Landrecht/*dict.tit.*75.§. Zum andern.

Si nihil ſit ex mobilibus & immobilibus, quod pignoris loco capi & diſtrahi poſſit, pervenitur ad nomina debitoris condemnati, ſi ea liquida fuerint, puta ſi debitor Rei ea confiteatur. 32

d.l.à Divo,§.ſic quoq; 8. *& §.ſeq.ff.de re judic.l.*2. ubi Dd. *C.quand.fiſc.vel privat. & c. l. etiam* 5.*C.de execut.rei judic.*Fürſtl. Würtemb. Alt Landrecht/*d.pag.*152.§. Zum dritten New Landrecht/*dict.tit.*75.§. Zum dritten *pag.*202. *Sichard.& alij,ad l.*1.*C.de cond.ex leg.* Cæterum Donell.*lib.*27.*commentar.pag.*376. *in fin.* exiſtimat, nomina capienda, & diſtrahenda eſſe ante res immobiles.

Quod

33 Quòd ſi judex executionis, ſive executor, contra hunc ordinem fecerit, jure ab eo appellabitur.

l. ab executione 5. C. quor. appell. non recip. Matth. Weſenb. *conſil.* 100. Paul. Chriſtinæ. *Volum.* 1. *deciſ.* 297.

34 Cùm autem judicatus latitat, nec defenditur à quoquam, tunc victor, judicati ſervandi cauſa, mittitur in poſſeſſionem omnium bonorum ipſius condemnati. [a] Quo genere pignus prætorium conſtituitur: [b] eamq; poſſeſſionem ſequitur proſcriptio & diſtractio bonorum ſub haſta. [c]

[a] *l. 2. & l. 3. C. qui pot. in pign. hab. l. pen. & ult. C. de bon. auth. jud. poſſ. & l. pen. C. de revoc. his quæ in fraud. cred.* [b] *tot. tit. C. de prætor. pig.* [c] *d. l. pen. C. de bon. author. jud. poſſ.*

35 Si pignora quæ capta ſunt, decurſis præſcriptionum & haſtarum ſolemnibus, emptorem non inveniant, poſtulanti creditori à Principe addici poſſunt: [a] at non ante biennium poſt condemnationem, vel denunciationem debitori factam. [b]

[a] *l. ult. C. ſi in cauſ. judic. tot. tit. C. de jur. dom. impetr.* [b] *l. ult. C. d. tit.* Sin autem pignora minoris valeant quàm debetur, manet creditori actio integra: ſin pluris, debitori id reddit. *dict. l. ult. §. ſin autem, & §. ſed ſiquidem, C. d. t.*

36 Poteſt etiam creditor ſtatim poſtulare, à magiſtratu pignora ſibi addici, modò ea ſibi in creditum poſſidere licere deſideret, & contentus velit eſſe pignoribus, nec amplius petere, ſi pignus in pecuniam debitam non ſufficiat.

d. l. à D. Pio 15. §. ſi pignor. 3. ff. de re judic.

37 Quòd ſi judicatus parum, aut nihil habeat in bonis, alio modo executio fit, puta judicato in carcerem detruſo.

l. 1. & l. ult. C. qui bon. ced. poſſ. Fürſtl. Würtemb. Alt Landtrecht/ *d. pag.* 152. §. Letſtlich/ New Landrecht/ *dict. tit.* 75. §. Letſtlich ſo der Schuldner. Bart. *ad l. ſi qui recip. nu.* 3. *ff. ex quib. cauſ. major.* Alex. *ad l. à Divo, §. in venditione, num.* 5. *&* 6. *ff. de re judic.* Qui dicunt, quod carceratio debitoris ſit quædam executionis ſpecies. De ceſſione bonorum vide Matth. Coler. *tract. de proceſſ. execut. part.* 1. *cap.* 6. Clericus tamen ab hoc executionis modo liber eſt, qui tantùm idoneam præſtat cautionem de perſolvendo debito, cum ad pinguiorem devenerit fortunam. *c. Odoardus extr. de ſolut.*

38 Sed ut hanc carceris injuriam, ut & proſcriptionis & diſtractionis infamiam evitet Reus, conceditur ei omnibus ſuis bonis, præſentibus & futuris, cedere creditoribus, [a] non ut ea ſibi habeant, ſed ut ea publicè vendantur, & precium ex venditione redactum, pro debito accipiant, & quiſque pro rata debiti. [b]

[a] *Tot. tit. ff. de ceſſione bonorum, & tot. tit. C. qui bon. ced. poſſ.* Fürſtl. Württemb. alt Landtrecht/ *part.* 1. *tit.* wann vnd wie einer von ſeinen Gütern abtretten möge/ *pag.* 174. *& pag. ſeq. ubi de modo & ordine cedendi agitur.* New Landrecht/ *part.* 1. *tit.* 76. [b] *l. 4. Cod. qui bon. ced. poſſ.* Fürſtlich Würtemb. Alt Landrecht/ *pag.* 176. §. So dann. New Landrecht/ *dict. tit.* 76. §. So dann das alles.

39 Sed beneficium hoc illis tantùm conceditur debitoribus, qui ex contractu, vel quaſi contractu tenentur, non etiam, ex Dd. ſententia, his qui ex delicto quid debent. [a] Proindeque nec his tribuitur, qui bona ſua dilapidârunt, & decoxerunt. [b]

[a] Eſt enim ceſſio bonorum quoddam juris beneficium, *l. 4. l. pen. & ult. Cod. qui bon. ced. poſſeſſ.*

poſſeſſ. proindeq; delinquentibus tribuendum non videtur, cùm nemini ſuus patrocinari dolus debeat, *c. inſinuat, 50. in fin. extr. de appell. c. 2. & 9. extr. de dol. & contum.* atq; ita Dd. communiter ſentiunt, Iohan. Faber & Iaſ. *ad §. ult. Inſt. de act.* Franciſc. Vivius *in commun. opin. lit. C.* Barth. Socin. *in fallent. reg. jur. reg. 65.* Iohann. Bernhard. Diaz. *in fallent. reg. 74.* Iul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 95. num. 5.* Eman. Soarez. *in theſ. recept. ſentent. in lit. C. num. 45. & ſequent.* Hartman. Hartm. ab Epping. *lib. pract. obſervat. tit. 18. de ſentent. obſer. in fin.* Non poteſt ergò bonis cedere, qui ex lege Aquilia damnatus eſt, ut ſenſerunt etiam Dn. Aſſeſſores ſupremi judicii *Wirtemb. Anno* 1590. 19. *Decemb.* Sed hanc opinionem planè evertit, *l. ult. §. in pecuniaria 4. C. de cuſtod. reor.* [b] *per l. ult. §. ult. ff. quæ in fraud. cred.* Benevent. poſt alios, *tract. de Decoctor. part. 3. num. 5.* Fürſtl. Würtemb. alt Landrecht/*part. 1. pag. 117. §. ult.* New Landrecht/ *dict. tit. 76. §. ult.*

Quid ſi debitor nihil omninò in bonis habeat, nunquid ei nihilominùs 40
beneficium cedendi bonis tribuitur? Propter futura bona, quæ ei obvenire poſſunt, gaudet hoc beneficio.

Per l. cùm & filiiſ. am. 7. ubi gl. Paul. Caſtrenſ. Bald. & alii, *Cod. qui bon. ced. poſſeſſ.* Bald. *ad l. ultim. num. 6. Cod. dict. tit.* Atque ita deciſum in ſuprema curia VVirtembergica *Anno* 1601. 7. *Decemb.*

Poſſunt debitores etiam à Principe quinquennales petere inducias, at 41
non ſemper invitis creditoribus ceſſionem bonorum deſiderantibus.

l. ult. C. qui bon. ced. poſſ. Vide Dn. Guilhelm. Anton. *de reſcript. morator.*

Etſi verò proſcriptio & diſtractio bonorum ſub haſta, infamiam irro- 42
get ei, cujus nomine ſit, quaſi Decoctori: [a] attamen bonorum venditio, quæ ceſſionem ſequitur, non irrogat debitori juris infamiam. [b]

[a] *Per l. primo gradu 23. ff. quæ in fraud. cred. & §. 1. Verſ. Valdè enim, Inſtit. quibus ex cauſ. manum. non lic.* [b] *l. debitores 11. Cod. ex quibus cauſ. infam. irrog. & d. l. ult. in princip. Cod. qui bon. ced. poſſ.* Ratio eſt, quòd ea venditio non fit nomine debitoris, ſed creditorum, quibus ceſſa ſunt bona.

Quia tamen ceſſio bonorum quodammodò injurioſa eſt: [a] ideoq; po- 43
teſt debitor prædia ſua, quæ emptorem non inveniunt, creditori pro quãtitate debiti in ſolutum dare: quo genere ſimiliter, ut ceſſione bonorum, carcerem evitabit. [b]

[a] *Novell. 135. cap. 1.* [b] *Novell. 4. cap. 3. l. 4. Verſ. ult. C. qui bon. ced. poſſ.*

Quòd ſi debitor non ſuo, ſed fortunæ vitio facultatibus lapſus ſit, liber 44
eſt, & à carcere, & ceſſionis neceſſitate, dummodò juret, ſolvendo ſe parem non eſſe.

Novell. 135. cap. 1. ubi Cujac.

Succedit judicati actio, cui locus eſt, ſi ambigatur, an judicatum ſit, & 45
condemnatus legitimè reus in cauſa, de qua agitur.

Arg. l. Nam poſteaquam 9. in prin. ff. de jurejurand.

Eſt autem hæc actio perſonalis ex quaſi contractu. 46

l. 3. §. Idem ſcribit 11. ff. de pecul. Iohannes Lopez *Tract. de lucris mariti, & uxoris, cap. 12. n. 15.* Oldendorp. *Claſſ. 1. act. 12.* Bernhard. Copius *in meth. Inſtit. analyſi, tit. de obligat. quæ quaſi ex contract. naſc.* Diſſentit Donell. *lib. 12. commentar. cap. 14. pag. 49.* ubi propriis ſive veris contractibus litis conteſtationem adjunxit.

Unde hæc actio heredibus & contra heredes competit, & eſt perpetua. 47

l. Miles 6. §. ult. ff. de re jud.

Digitized by Google

48 Huic actioni, ut & officii judicis implorationi de judicato præſtando, variæ opponi exceptiones poſſunt: puta exceptio novationis, [a] exceptio falſi inſtrumenti aut falſorum teſtium [b] exceptio moratoria, [c] exceptio ſolutionis. [d] & [e].

[a] Aſin. *in praxi jud. §.31. cap. 2. limit.* 16. [b] *l. ult. C. ſi ex falſis inſtrument.* Aſin. *dict. cap. 2. limitat.* 19. [c] *l. ult. C. Qui bonis ced. poſſ.* Brun. *de ceſſione bonor. quæſt. 17. in princip. num. 3. ff.* Hæc etiam in ipſa executione opponi poteſt. Coler. *de proceſſ. execut. cap. 1. part. 4. num.* 106. De pluribus hujus generis exceptionibus *vide ſupra diſput. de except.*

49 Reſtat finis & effectus executionis judicati. Cujus finis eſt, ut actor rem, de qua lis fuit, verè & naturaliter conſequatur.

l. 2. l. 3. & tot. tit. C. de execut. rei judic.

50 Effectus executionis eſt varius; Actori vicenti tribuit pignus in rebus ex cauſa judicati ceptis: [a] uſucapiendi quoque conditionem tribuit. [b] &c.

[a] *Tot. tit. C. Si in cauſa judic. pignus ceptum ſit.* [b] *l. ſi per errorem 17. ff. de uſucap. l. Iuſtè 11. ff. de adquir. vel amitt. poſſ. l. Quod autore Prætore* 137. ubi Pet. Fab. *ff. de reg. jur. l. 2. ff. ſi ex noxali cauſ. ag. l. 3. in fin. & l. 7. in princ. ff. de public. in rem act.* De prælatione in creditorum concurſu dictum eſt ſupra *claſſ. 2. diſput. XII. theſ. 84. & mult. ſeqq.*

CLASS. VI. DISPUT. XXXVII.

DE ARBITRIS.

T H E S I S I.

AD judicii, de quo hactenus, [a] ſimilitudinem redactum eſt arbitrium compromiſſarium, [b] quod eſt judicium, [c] cujus judex, qui pœnali ex compromiſſo litigatorum ſumptus, [d] ultrò id recepit, [e] de controverſia ipſorum liberè [f] cognoſcit, & ſententiam dicit.

[a] *Vide theſ. 6. & præcedent. diſputat. II.* [b] *l. 1. ff. de recept. qui arbitr. receper. l. Rem non novam 14. ibi, vel qui recepto, id eſt, compromiſſo. quod judicium imitatur, C. de judic.* De Compromiſſis vide Borell. *in tract. ſingul. & in ſumm. deciſ. tom. 1. tit.* 63. Dn. Berlich. *tom. 1. concluſ.* 4. Vran. *tom. 2. conſil. 9. &* 15. Gilhauſen. *in arbor. civil. cap. 1. fol. m. 67. & ſeqq.* Georg. Everhard. *vol. 2. conſ. 26. & ſeqq.* [c] Arbitrii appellàtio ſæpè hac in materia pro ſententia hujus Iudicis accipitur. *l. Item 17. §. Principaliter 6. ibi,* cujus arbitrio ſtabitur, *& §. ult. ff. d. t. c. cùm dilectus 6. & c. ſeq. c. per tuas 9. in fin. princip ibi, arbitrium protuliſſent. c. Innotuit 11. in princip. ibi, arbitrium per dictos arbitros promulgandum. & §. 1. ibi, ad obſervantiam hujusmodi arbitrij, & c. pen. ibi, quod arbitrio parerent, extr. de arbitr.* . At frequentiſſimè & propriè pro ipſo accipitur judicio, hoc modo à partibus conſtituto. ut quoties arbitrium recipere vel ſuſcipere quis dicitur, *l. 3. §. 1. l. 4. l. 7. l. Sed ſi 9. §. 2. l. Pomponius 13. §. Recepiſſe. l. Etſi 16. in princip. l. Item 17. §. 2. l. Qualem 17. §. 1. l. Quid tamen 21. §. Papin. 5. & § ſi quis 9. cum ſimilib. ff. de recept.* Item quando litigatores reverti ad arbitrium dicuntur, *l. item 17. §. 1. ff d. t.* ut cum ſententia arbitriũ finire dicitur, *l. Qualem 19. §. ult. ibi, de ca ſ. nſiſſe ſententia, quæ arbitrium finiat, ff. eod. tit.* Idem quoq; ex eo intelligimus, quod alibi eſt arbitrium recipere, id eſt, recipere auditorium *in l. cũ lege 41. in fin. ff. d. t.* [d] *l. pen. ff. de jud. l. 3. in princ. l. litigatores 11. §. 1. & §§. ſeqq. l. non diſtinguemus 32. in princip. l. cum pœna 38. de recept. qui arbitr. recep.* [e] Nemo enim tenetur invitus arbitrium recipere *l. 3. §. 1. ff. d. t.* Et hoc differt arbitrium à judicio, cùm prætor etiam invitum ſuſcipere judicium jubeat, quem ſors judicem fecerit, *l. ultim. §. judicandi, ff. de munerib. & honerib. & l. pen. ff. de vacat. muner.* [f] Differt & hoc arbitrium à judicio, quod arbitri libera eſt facul-

facultas dicendi ſententiam qualemcunq;, & nullum eſt arbitrium, ſi ſic fuit in arbitrum compromiſſum, ut certam ſententiam dicat, *l. Item ſi unus 17. §. Inde Pomponius 3. l. Qualem 19. in princ. & l. Diem 27. §. ſtari 2. ff. de recep. qui arbitr. recept.* Iudex verò proferre ſententiam poteſt eam, de quâ inter partes convenit, *l. ſi convenerit 26. ff. de re jud.* Et judici certam magiſtratus præſcribebat formulam, quam ſequi in judicando Iudex neceſſe habebat, *l. mortuo 60. ff. de judic.* Seneca *lib. 3. de beneficijs*, meliorem ſcribit eſſe conditionem cauſæ bonæ, ſi ad Iudicem, quàm ad arbitrum mittatur, quia, inquit, illum formula concludit, & certos, quos non excedat, terminos ponit. Sed hujus libera nullis aſtricta vinculis religio, & ſententiam ſuam non prout lex, vel juſtitia ſuadet, ſed prout humanitas, aut miſericordia impellit & regit.

Judex [a] autem arbitrii (quod & arbiterium dicitur, [b]) cùm liberam ju- 2
dicandi facultatem habeat, [c] ſpecialiter appellatur arbiter, [d] item Iudex compromiſſarius, [e]

[a] Dicitur Iudex *in d. l. pen. ff. de judic. l. 5. §. ult. ff. de verb. oblig. & l. ſi minor 34. §. 1. de minorib.* [b] *l. 3. §. 1. l. Etſi 16. in princ. l. Quid tamen 21. §. ſi quis 9. verſ. ſed hoc, ff. de recept. qui arbitr. receper.* [c] Textus ſunt adducti *ad Theſin ſub lit. f.* obſtare videtur *l. Rem non novam 14. in prin. Cod. de judic.* ubi etiam arbitri compromiſſarii jubentur ſecundum veritatem, & legum obſervationem judicare. [d] *l. 6. l. 7. l. 9. §. penult. l. 11. & tot. tit. ff. de recept. & tot. tit. Cod. de receptis arbitris. & tot. tit. Decretal. de arbitris* [e] *l. cum lege 41. ff. h. t. l. penult. §. pen. & ult. Cod. de recept. arbitr.*

Sed an hic juriſdictionem habeat, in quæſtionem vocatur. Ejus nullam 3
eſſe juriſdictionem, quatenus arbiter eſt, definire dubitamus nihil.

Cùm enim pedanei judicis nulla ſit juriſdictio, *l. ait Prætor 5. in princ. ff. de re judic. & l. ult. C. ubi, & apud quem cognit. in integr. reſtit.* cur arbitro ullam juriſdictionem competere diceremus? quippe cum judicis pedanei opinio judicialis propriè ſententia ſit, arbitri verò non æquè, *l. Quid ergo 13. §. ex compromiſſo 5. ff. de his, qui not. infam.* Ex ſententia judicis pedanei actio & exceptio rei judicatæ naſcatur, non verò ex ſententia arbitri, *l. 1. C. de recept. arbit.* Accedit huc quod omnis juriſdictio, vel propria eſt, vel eſt aliena, puta ab alio mandata, *l. 3. ibi, qui alienam juriſdictionem, & l. 4. ibi, cùm propriam juriſdictionem, ff. de offic. ejus, cui mandat. eſt juriſdict. & l. more 5. ff. de juriſdict.* Propriam autem juriſdictionem arbiter non habet, ut quæ vel jure magiſtratus competit, vel ſpeciali aliqua ex lege, *l. 1. in princ. ff. de offic. ejus, cui mandat. eſt juriſdict.* Neq; habet mandatam juriſdictionem, Vt arguit *l. 3. §. 1. ff. de recept. qui arbitr. receper. junct. l. cùm prætor. 12. in princ. ff. de judic.* Andr. Knichen. *Tractat. de veſtiturar. pactionibus, cap. 1. num. 89.*

Cæterùm duplex circa arbitrium inſpectio incurrit: una de litigatorum 4
compromiſſo: altera de arbitrio ipſo.

Compromiſſum eſt mutua litigantium promiſſio de controverſia ſua 5
certo cuidam & nominato viro uni, aut pluribus committenda, ut is, vel illi de ea cognoſcant, & pronuncient, & quam ille, aut illi ſententiam dixerint, ei ſtare ſe velle.

l. litigatores 11. §. 1. & §§. ſeqq. l. item ſi unus 17. §. ſi in duos 5. l. Diem 27. §. ult. ff. de recept. qui arbitr. recept. cap. 5. cap. 7. x. Innotuit 12. §. Ideoq;, extr. de arbitr. Quandoque tamen compromiſſum ſignificat ipſum arbitrium, id eſt judicium arbitri, *ut in l. 1. ff. dict. titul. & l. Rem non novam 14. ibi,* vel qui ex recepto, *id eſt,* compromiſſo, *quod judicium imitatur. Cod. de judic.*

In hoc conſideramus tum qui, & in quem compromittere poſſint: tum 6
qua de re compromiſſum fieri queat: tùm etiam quis modus ſit, & forma compromiſſi, tùm poſtremò, quibus modis compromiſſum finiatur.

7 Compromittere generaliter poſſunt omnes, qui in ordinario judicio convenire, & conveniri poſſunt: Cæteri non poſſunt: [a] proindeq; nec ſervi, [b] nec pupilli, nec adoleſcentes minores 25. annis. [c]

[a] Arbitrium enim ad judicii ſimilitudinem redactum eſt. *l. 1. ff. de recept.* & judicium imitatur, *d. l. Non eſt novum 14. C. de judic.* Qui autem in judicio convenire, & conveniri poſſint, expoſitum eſt *diſput. 4. ſub hac Claſſ. 6.* [b] *l. non diſtinguemus 32. §. ſi ſervus 8. ff. de recept.* [c] *l. 3. in princ. ff. eod. tit. l. 1. & l. 2. C. Qui legit. perſonam ſtandi in judic. hab. vel non.*

8 Quando autem Epiſcopus, aliusve prælatus compromittere vult, neceſſe eſt, ut de conſenſu capituli id fiat, quem etiam probare tenetur.

Tot. tit. extr. de his, quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu Capituli. Benintend. *deciſ. 21. item cap. deciſ. 22.* & Compilator. *deciſ. & præjud. Cam. Imper. in verb. compromiſſum, pag. 90. verſ. Nota.* Compromiſſum an novum requirat mandatum. Vide Ayrer. *in proceſſ. part. 3. c. 2. obſ. 1.*

9 Compromitti autem poteſt in hominem non ingenuum modò, ſed & libertum: quin etiam ignominioſum.

l. Pedius 7. ff. h. t.

10 Filius quoque familias de re patris arbiter eſſe poteſt.

l. Quin etiam 6. ff. eod. tit.

11 In ſervos autem, pupillos, ſurdos, mutos factum compromiſſum non valet.

dict. l. Pedius 7. §. 1. l. ſed ſi 9. §. 1. l. ſi pupillus 35. ff. h. t. facit l. cùm prætor 12. §. non autem 2. ff. de judic.

12 Neque etiam in fœminam rectè compromittitur, [a] niſi aliàs loci cujuſdam moribus in ſubditos ſuos ordinariam habere juriſdictionem noſcatur. [b]

[a] *l. ult. C. de recept. arbit.* [b] *c. Dilecti, extr. de arbitris,* Cujac. *lib. 13. obſer. cap. 23.*

13 Minor quoque 20. annis arbitrium recipere non poteſt: Si major ſit 20. annis, minor tamen annis 25. ſi receperit arbitrium, beneficio reſtitutionis in integrum ei ſuccurritur.

l. cum lege 41. ff. h. t.

14 Nunquid ergò ſi minor 25. annis, major autem 20. annis ſententiam dixerit, litigatores ejus ſententiæ ſtare non tenentur? ſic Donell. ſentit: [a] at contrarium verius videtur. [b]

[a] *Lib. 28. comment. cap. 10. pag. 454. ſub num. 50.* [b] *per dict. l. cum lege 41. ff. h. t. & l. Quidam 57. ff. de re judic.*

15 Compromiſſum item in judices factum de iis cauſis, in quibus ſunt judices, nullum eſt: [a] Quamvis aliàs in judicem quoq; ordinarium compromitti poſſit. [b]

[a] *l. Sed ſi 9. §. ſi quis Iudex, ff. h. tit. l. 4. ff. de tutor. & curator. datis ab his & c.* Parlador *p. 2. rer. quotid. cap. fin. nu. 12.* Cævall. *q. 344.* Ratio eſt, quia Iudex inciperet ſuſtinere perſonam duorum, Iudicis ſcilicet ordinarii, & arbitri: id eſt, duas perſonas contrarias, quas una & eadem perſona non admittit. Iudex enim jubetur judicare, ut jure proditum eſt; *§. 1. Inſt. de offic. jud.* Arbiter ſumitur, ut dicat, quod ſibi æquum viſum fuerit *l. ſocietatem 76. verſ. arbitrorum, ff. pro ſocio.* Sed obſtare videtur huic pronunciato *c. cùm olim 7. ext. de arbit.* [b] *c. ex parte 10. ext. de arbitris, c. literas 14. ext. de præſumpt. l. 3. §. ult. & l. 4. l. Etſi quis 16. §. 1. ff. h. t.* Eſt tamen controverſia inter Dd. de hoc pronunciato. vide Franciſ. Vivium *in communibus opinionibus verſ. Iudex ordinarius regulariter mihi pag. 313.* Rayger. *in theſ. Iur. verb. arbiter.* Vant. *de nullit. ex defect. Iuriſd. n. 173.* Paul. Chriſtinæ. *vol. 1. deciſ. 257.*

Si item

Si item de re ſua quis arbiter factus ſit,ſententiam dicere non poteſt,cùm 16
neque imperare ſibi,neque ſe prohibere quiſquam poſſit.

l.pen.ff.h.tit.

Poteſt autem non unus tantùm elegi arbiter,ſed & plures. Satius tamen 17
eſt,ſi plures eligantur,aſſumi eos in diſpari numero. Pari numero ſi ſumantur, tenet quidem compromiſſum, ſi tamen in dicenda ſententia non conſentiant,coget eos magiſtratus,ut certam perſonam eligant tertiam, cujus authoritati pareatur. Ipſi quoque litigatores duobus electis arbitris mandare poſſunt, ut ſi diſſentiant, Titium adſumant. Si autem generaliter dictum ſit,ut tertium eligant,non valet hoc compromiſſum.

c.1.& c. Innotuit 12.extr.de arbitr.l. Item ſi 17.§.Item ſi plures 2.§.ſi in duos,5.& §§.ſeqq.ff.h.t. Wurmbſer.*lib.pract.obſer.tit.3.de arbitr.obſer.5.*

Si in duos compromittatur,quorum unus eſt idoneus arbiter: alter verò 18
ineptus,non valet compromiſſum: niſi dicatur,ut alterutrius ſententia valeat. Tunc enim is,qui idoneus eſt,cogi poteſt,ut ſententiam dicat.

l.Pedius 7.§. ult.junct.l.ſeq.ff.h.tit.

Cæterùm non de omnibus rebus fieri compromiſſum poteſt: puta non 19
de famoſo delicto,non de crimine publico,nec de liberali cauſa,ingenuitate,libertate, ut neque de actione populari, [a] neque de reſtitutione in integrum. [b]

[a] *l.Non diſtinguemus 32.§. Iulianus,& §.ſeq ff.h.t.* [b] *l.ult.*ubi Bald. *Cod. ubi & apud quem cognit.reſtit.in integr.* Obſtat,quoad cauſam criminalem *text.in c.literas 14.extr.de præſumpt. & l.Quid ergo 13.§.Ex compromiſſo,ff.de his,qui notantur infam.* Ayrer.*in proceſſ.part.3.cap.4.obſ.1.*

De cauſis quoque ſpiritualibus non compromittitur in laicum. [a] Neque 20
de feudi controverſia compromiſſum valet,quoties dominus,vel pares Curiæ Judices ſunt ordinarii: alioqui valet compromiſſum,ſi alius feudi judex fuerit. [b]

[a] *c.contingit 8.extr.de arbit.* [b] *Tit.15.§.1.verſ. Mihi & aliis,tit.34. in prin. verſ. ſi autem & tit.46. in princ.lib.2.feud.* Vide Iohan.Borcholt.*de feud.cap.8.num.45.* Roſenthal.*de feud.c.9.concl.21.& ſeq.* Dn.D.Beſold.*part.1.delib.ex libr.4.ff.q.24.*

Modum compromittendi quod attinet, non aliter fit compromiſſum, 21
quàm ſi pecuniaria utrinque pœna promittatur,ut ſi non ſtetur arbitri ſententiæ,in eam pœnam pars,quæ fallit,alteri parti ſit obligata.

l.3.§.2.l.litigatores 11.§.1.& §.ſeq.§. Item Iulianus,& l.non diſtinguemus 32. in princ. & §.3.ff. h.tit. Hoc modo compromiſſum compoſitum,quia perfectum eſt,plenum dicitur fideicommiſſum,*d.l.11.§. quod ait 2. in fin.& l.Pomponius ait 13.§.1.ff.eodem.tit.*

Compromittitur autem pœna expreſsè, vel tacitè. Expreſsè,ſi nomina- 22
tim ejus mentio fiat: Tacitè,ſi compromiſſo non adjiciatur expreſsè pœna, ſed ſimpliciter ſententia ſtare quis promiſerit, quo caſu incerti actio ad id, quod intereſt,locum habet.

l. Diem 27.§.ult.ff.de recept.qui arbitr.recept.c.per tuas 9.§. Super quo.verſ.ſi verò,& verſ.ſeq.extr.de arbitr.

Nihil autem refert,ſive nummaria promittatur pœna: ſive pœnę vice res 23
alia. [a] Ut nec intereſt certa vel incerta pœna compromittatur, ut puta, ſi

alter alteri promittat dari, quanti ea res erit, vel quanti ob eam rem actoris intereſt, ſive intererit. [b]

[a] *d. l. litigatores* 11. *§. Quod ait* 2. *ff. h. t.* [b] *l. non autem* 28. *ff. eod. tit.*

24 Pertinet & illud ad modum compromittendi, quod compromiſſum regulariter quidem ſtipulatione fit: Interdum tamen fieri poteſt nudo pacto: ut puta, ſi alter alterius debitor ſit, & paciſcantur, ne petat quod ſibi debetur, qui ſententiæ arbitri non paruerit.

d. l. litigatores 11. *§. Interdum* 3. *ff. h. t.*

25 Poteſt & hoc modo fieri compromiſſum, ut res apud arbitrum deponatur, eo pacto, ut ei det, qui vicerit, vel ut eam det, ſi non pareatur ſententiæ.

d. l. litigatores 11. *§.* 2. *verſ. Quid ergò, ff. eod. tit.*

26 Eſt & ille compromiſſi modus quidam, quod componitur vel de omnibus rebus, vel controverſiis, vel de una aliqua re: cujuſmodi compromiſſum dicitur plenum compromiſſum.

l. Quid tamen 21. *§. plenum* 6. *ff. h. t.*

27 Similiter compromiſſi & hic aliquis modus eſt, ſi adjiciatur ſtipulationi: *Si quid doli in ea re factum ſit*, cujus adjectionis hæc vis eſt: ut ſi quid alteruter dolo fecerit, ex ſtipulatu conveniri poſſit: puta, ſi arbitrum, vel advocatum, vel procuratorem diverſæ partis pecuniâ vel ambitione corruperit, vel aliter ea in lite verſatus fuerit doloſè. Et hujuſmodi compromiſſum ſimiliter dicitur plenum compromiſſum.

l. Ita demùm 31. *ff. h. t.*

28 Poteſt quidem compromiſſum & hoc fieri modo: *ut arbitratu Titii aut Seii ſententia dicatur*: Verùm is cogendus eſt ſententiam dicere, in quam litigatores conſenſerint.

l. Item ſi unus 17. *§. ſed ſi ita* 4. *ff. eod. tit.*

29 Quòd ſi pœna compromittatur ſub conditione, veluti *ſi navis ex Aſia venerit, tot millia*, valet æquè compromiſſum, ſed arbiter priùs dicere ſententiam non tenetur, quàm conditio extiterit, ne ſit inefficax, deficiente conditione.

d. l. litigatores 11. *§. ult. ff. h. t.*

30 Sequuntur nunc modi, quibus compromiſſum finitur. Diſſolvitur autem compromiſſum morte unius ex litigatoribus: quia in heredem non tranſit, niſi id cautum ſit nominatim.

l. Diem proferre 27. *§.* 1. *l. ſed & interpellatur* 49. *in fin. ff. h. tit. cap. ultim. extr. de arbitr.*

31 Si quoq; dies certa arbitro præfinita ſit, intra quam ſententiam diceret, non data poteſtate proferendi diem, finito illo die, compromiſſum & arbitri officium finitur.

l. Quid tamen 21. *§. ſi intra diem, & l. Non diſtinguimus* 32. *§. ſumma* 3. *ff. h. t.*

32 Solvitur item compromiſſum, ſi pœna compromiſſi alteri accepto lata ſit.

l. Pomponius 13. *in princ. & l. Non diſtinguemus* 32. *§. ſumma* 3. *ff. eod. tit.*

Ad

Adhæc, quoad arbitri officium finitur compromiſſum judicio, puta, ſi vel ambo, vel unus rem in judicium deduxerit: [a] aut pœna ſemel ſit commiſſa, veluti ſi non pareatur præcepto, ſive interlocutioni arbitri, puta ſi is, quem adeſſe juſſit, non venerit, vel ſi cùm arbiter, cui hoc permiſſum erat, juſſit diem proferri, litigantium aliquis noluerit diem proferri. [b] 33

[a] *l. ſi quis* 30. & *l. non diſtinguemus* 32. *§.* 3. *ff. de recept. qui arbitr. receper.* [b] *l. non diſtinguemus* 32. *§.* 1. *Et l. ſi duo* 34. *§. ult. ff. d. t.*

Similiter compromiſſum finitur litigatorum pacto, quo alter alteri pœnam compromiſſi remittit. 34

d. l. non diſtinguemus 32. *§. ſumma* 3 *ff. d. t. d. l. non diſtinguemus, §.* 1. & *l. ſi duo* 34. *§. ultim. ff. eod.* Sed obſtare videtur *l.* 39. *§. Idem contumaciam, ff. h. t.*

Sacerdotio item, quod arbitro, poſtquam recepit arbitrium, obvenit, finitur compromiſſum. 35

d. l. non diſtinguemus 32. *§. Sacerdotio* 4. *ff. h. t.*

Solvitur quoq; compromiſſum tranſactione, ut ſi partes inter ſe tranſegerint de lite ſua non exſpectata arbitri ſententia. 36

d. l. non diſtinguemus 32. *§. Item non eſt,* 5. *ff. eod. tit.*

Denique finitur compromiſſum, ſi interierit res, de qua erat controverſia: niſi aliquid litigantium interſit: [a] aut promiſſor deſinat eſſe ſolvendo, ut quia bonis ceſſit. [b] 37

[a] *d. l. non diſtinguemus* 32. *§. item non eſt cogendus* 5. *ff. h. t.* & *c. Ex parte* 10. *extr. de arbitr.* Poteſt intereſſe litigantium, ſi re extincta de fructibus, aut partu controverſia ſuperſit. *l. utiq;* 16. *ff. de rei vendic. ut* & *in caſu dict. c. ex parte* 10. *in fin. ext. de arbit.* [b] *l. Item ſi unus* 17. *in prin. ff. de receptis.*

Diſpiciendum de hinc de ipſo arbitrio: & primum quidem de neceſſitate, qua cogitur arbiter recepto arbitrio cognoſcere de controverſia litigatorum, ſuamque ſententiam dicere, tùm de proceſſu arbitrali: tùm etiam de officio arbitri: tùm poſtremò de effectu & conditione ſententiæ arbitri. 38

Nemo quidem invitus recipere arbitrium tenetur, verùm eo ſemel ſuſcepto, arbiter cogi poteſt, ut de lite partium diſceptet, ſuaq; ſententia eam finiat. 39

l. 3. *§.* 1. *ff. de recept. qui arbitr. receper.*

Recepiſſe autem arbitrium videtur, qui ex compromiſſo litigatorum judicis partes ſuſcepit, finemq; ſua ſententia controverſiis impoſiturum ſe pollicitus fuit. 40

l. Pomponius 13. *§. Recepiſſe, ff. h. t.*

Cogitur verò arbiter officio, quod ſuſcepit, perfungi, non per actionem, ſed extra ordinem officio magiſtratus, qui omnem omninò arbitrum, non ſpectato cujus dignitatis ſit, cogere poteſt, modo non pari, vel majore imperio præditus ſit. 41

l. 3. *§. ultim.* & *l.* 4. *ff. eod. tit.*

Cogit autem magiſtratus arbitrum ſuſcepto fungi officio, vel mulctæ dictione, [a] vel capione pignoris. [b] 42

[a] *d. l. non*

[a] *d.l.non diſtinguemus* 32. *§. ſi arbiter, ff. de recept. facit l.* 2. *§.* 1. *ff. ſi quis in jus vocatus non ierit, l.* 2. *§. ult. ff. de judic.* [b] *per l. Sacrilegi* 9. *§. ult. ff. ad leg. Iul. pecul. l.* 3. *§.* 1. *ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura ſunt ſine decret. non al. l. Quemadmodum* 29. *§. pen. ff. ad l. Aquil. & l.* 4. *§. an tamen* 2. *ff. de damno infect.* Pignus autem vindicandi contempti magiſtratus gratia, cujus Imperio quis non obtemperat, confringebatur, conſcindebatur, ut oſtendit M. *Tull.* 3. *de orat. ſub prin.* An, tu, inquit, qui omnem authoritatem univerſi ordinis pro pignore putares, eamq; in conſpectu populi Romani conſcinderes, meiis pignoribus exiſtimaſti poſſe terreri. Confert *l. lectos* 12. *ff. de pericul. & commod. rei vendit.*

43 At non niſi causâ cognitâ cogit magiſtratus arbitrum, munere ſuſcepto fungi. Et primum quidem non cogitur arbiter, ſi ab initio compromiſſum ſit nullum: [a] puta ſi is arbitrium receperit, qui arbitri officio fungi non poteſt, vel is ſit reus, cum quo agi non poteſt, vel res ſit talis, de qua arbitrium non conſiſtit.

[a] *l. non diſtinguemus* 32. *§. ſumma* 3. *ff. h. t.*

44 Quocirca arbiter cogi etiam non poteſt, ſi pecunia compromiſſa, id eſt, utrinq; promiſſa non ſit: [a] Ut nec ſi mulier alieno nomine compromiſerit, [b] aut compromiſſum ſit conditionale, & conditio adhuc pendeat, veluti ſi navis ex Aſia venerit, tot millia. [c]

[a] *Litigatores* 11. *§.* 1. *& §. pen. ff. de recept.* [b] *l. non diſtinguemus* 32. *§. ſi mulier* 2. *ff. d. t.* [c] *d. l. litigatores* 11. *§. ultim. & d. l. non diſtinguemus* 32. *§. ſumma* 3. *ibi, ſive ſit, ſive pendeat, ff. eod. tit.*

45 Neq; cogi poteſt arbiter, ſi compromiſſum, quod initio fuit utile poſteà fuerit diſſolutum.

d. l. non diſtinguemus 32. *§. ſumma* 3. *ff. de recept. qui arbit. recep.* Modi, quibus finitur compromiſſum expoſiti ſunt *ſuprà.*

46 Excuſatur item arbiter, ſi à litigatoribus infamatus ſit: aut inimicitiæ capitales inter eum & litigatores, vel alterum ex litigatoribus interceſſerint: aut ſi ætas, aut valetudo, quæ poſtea contingit, id ei munus remittat, aut occupatio negociorum propriorum, vel profectio urgens, aut munus aliquod Reipubl. [a] vel qua alia incommoditas ei poſt arbitrium ſuſceptum incidat. [b]

[a] *l. licet* 15. *ff. h. t.* [b] *l. Etſi qua* 16. *ff. d. t.*

47 Ex his tamen cauſis quædam in perpetuum excuſant, ut inimicitiæ capitales, & Senium ætatis: quædam ad tempus tantùm, ut morbus temporarius.

d. l. Etſi 16. *in princ. ff. h. tit.*

48 Adhec ſi plures arbitrium receperint, unum magiſtratus cogere non poteſt, niſi in plures ea conditione ſit compromiſſum, ut quam quilibet, vel unus ſententiam dixiſſet, ei ſtaretur.

l. Item ſi unus 17. *§. Item ſi plures & l. non diſtinguemus* 32. *§. Cùm in plures, ff. h. t.*

49 Similiter non cogitur arbiter ſuo fungi officio his diebus, quibus Judex non cogitur, id eſt, feriatis: niſi dies compromiſſi exitura ſit, nec proferri poſſit.

l. Pomponius 13. *§. pen. ff. eod. tit. & l. omnes* 7. *verſ. in eadem, C. de feriis.*

50 Si arbiter feriatis diebus, cogente magiſtratu, officio ſuo fungatur, &

pœna

pœna ex compromiſſo petatur, exceptio locum non habet: niſi actum ſit nominatim, ne die feriata arbiter ſuum munus expediat.

l. Si feriatis 36. ff. de recept. qui arbit. recep.

Denique non coget magiſtratus arbitrum dicere ſententiam, ſi juret, ſibi de cauſa nondum liquere, & ſpacium ſibi ad pronunciandum dari petat. 15

d. l. Pomponius 13. §. ult. ff. h. t.

Atque ita cauſæ ſunt, ob quas magiſtratus arbitrum ſtrictè cogere non debet. Arbitralem quod attinet proceſſum, cùm arbitrium imitetur judicium, [a] idem ille eſt qui judicialis proceſſus. Unde hic procuratores & advocati admittuntur, [b] partes citantur, libellus offertur, [d] lis conteſtatur, [e] jusjurandum Calumniæ præſtatur, [f] teſtes & inſtrumenta producuntur, [g] cauſa per arbitrum examinatur, [h] inſtantia triennio petit, cùm nullum per litigatores compromiſſo tempus eſt adpoſitum. [b] 52

[a] *l. Rem 14. C. de judic. & l. 1. ff. de recept.* [b] *l. ita demùm 31. verſ. Et ideo, l. non diſtinguemus 32. §. ſi domini 18. ff. d. tit. d. l. Rem 14. §. patroni 1. C. de judic.* [c] *d. l. non, diſtinguemus 32. §. ſi domini, l. ſed & 49. §. arbiter. ff. eod.* [d] *per d. l. Rem 14. in princ. ibi, quod judicium imitatur, C. de judic. d. l. 1. & d. l. non diſtinguemus 32. §. item ſi qui 9. verſ. ſed hoc tale erit, & verſ. ſeq. ff. de arbit. junct. Novell. 53. c. 3. §. 1 ibi, modis omnibus offerri libellum, Auth. offeratur. C. de litis conteſtat. c. 1. extr. de libelli oblat. Clem. ſæpè in prin. verſ. Nos autem, ibi, libellum non exigat. tit. de verb. ſign.* Diſſentit Menoch. *lib. 1. d. arbit. jud. quæſt. 18. num. 1.* [e] Wurmbſ. *lib. pract. obſervat. tit. 3. obſervat. 6. & facit, d. l. 1. ff. h. t. d. l. Rem 14. in princ. ibi, quod judicium imitatur, C. de judic. l. pen. in fin. C. de recept. arbit.* [f] *l. pen. §. ſed quia veremur, C. de jurejurand. propter calum.* [g] *l. Non ex omnib. 39. §. Idem contumaciam, ff. de recept. & l. ultim. C. de teſtib.* [h] *l. 3. § 1. ibi, diſceptatorem inter ſe elegerunt, ff. de recept. & c. ex parte, verſ. Cumq; poſtmodum, ibi, qui cauſæ meritis diligenter inſpectis, extr. de arbitr.* [i] Wurmbſ. *dict. tit. 3. obſervat. 6.* Mynſing. *cent. 3. obſervat. 44.*

Reconventio tamen coram arbitro locum habet nullum. 53

c. cùm dilectus 6. extr. de arbitr.

Officium arbitri conſiſtit in interloquendo, cognoſcendo de cauſa principali, & litem ſententia ſua definiendo. Interlocutione ſua jusjurandum de calumnia, & perfidia à litigatoribus primùm, poſt à patronis cauſæ exigere jubetur. 54

Per d. l. Rem non novam 14. §. patroni C. de judic. & l. 2. §. ſed quia 4. C. de jurejurand. propter calum.

Nihil autem extra compromiſſum jubere, aut facere poteſt arbiter: id eſt non aliud ei licebit, quàm de quo compromiſſum eſt, & quatenus eſt compromiſſum. Et ideò neceſſarium eſt adjici de die compromiſſi proferenda, ut poteſtatem proferendi diem arbiter habeat. [a] Ex voluntate unius tantùm ex litigatoribus proferre diem nequit, etiamſi ante compromiſſi diem ſententiam dicere non poſſit. 55

[a] *l. non diſtinguemus 32. §. de officio arbitri 15. & §. ult. ff. de recept. qui arbitr. recept.* [b] *l. arbiter 50. ff. eod. tit.*

Data poteſtate arbitro proferendi diem, poteſt eam proferre non ex conventione, ſed cùm proferri eam neceſſe videt, ne pœna committatur. 56

d.l. non diſtinguemus 32. §. Diet compromiſſi 11. ff. eod. tit.

57 Ei tamen ex ſententia Dd. integrum non eſt, ultra duas vel tres ad ſummum vices compromiſſi terminum prorogare, licet ei data ſit poteſtas prorogandi toties, quoties voluerit, ſemel, bis, decies, pluries: ne res infinitum tendat.

Wurmbſer. *dict. tit. 3. obſer. 3.* ubi addit Iaſonem ita conſuluiſſe. Cæterùm Speculator *tit. de arbitro §. Excipitur, num. 3.* ſcribit, ſemel tantùm diem prorogandum eſſe, cùm ſimpliciter dictum eſt de proroganda die, *per l. fideicommiſſa, §. ſi quis 18. ff. de legat. 3. l. Boves 69. §. hoc ſermone, ff. de verb. ſig.*

58 Inutilis eſt & hæc interlocutio arbitri, qua dicit, ad judicium de iſthac lite adeundum, vel ad ſe, vel ad alium: in ſe, vel in alium compromittendum.

l. non diſtinguemus 32. §. Quæſitum 16. ff. de recept.

59 Si quoque jubeat, ſibi alium conjungi, cùm id in compromiſſo cautum non ſit, inutilis eſt interlocutio.

d. l. non diſtinguemus 32. §. Item ſi jubeat 18. ff. eod. tit.

60 Inprimis autem incumbit arbitro, ut cauſam diſceptet, & diſcutiat.

l. litigatores 21. in prin. l. ſed ſi 14. l. Labeo 25. §. Hac autem, ff. h. t. c. ex parte, verſ. cumq; poſtmodum, extr. de arbitris.

61 Definitivam quod attinet ſententiam, in ea ſpectamus, tùm qua de re, & qualis eſſe debeat, tùm etiam quomodo ſit proferenda. Dicere autem arbiter ſententiam debet non de re alia, quam de qua compromiſſum fuit. [a] Si poſteà res quædam aliæ ſupervenerint, de iis arbiter judicare non poteſt: [b] niſi ſint conjunctæ, veluti ſi de fructibus rei principalis, & expenſis arbiter etiam pronunciet: [c] aut diem ſolutioni ſtatuat. [d]

[a] *d. l. non diſtinguemus 32. §. De officio 15. §. item ſi jubeat 17. ibi,* ſententia eſſe debet de re compromiſſa, *& §. ult. ff. de recept.* [b] *l. De his 46. ff. d. t. fact. l. non poteſt 23. ff. de judic.* [c] Iudex n. de his pronunciat. *§. Et ſi in rem, Inſt. de offic. jud. & tot. t. C. de fructib. & lit. expenſis.* Ergo & arbiter, *per d. l. 1. ff. de recept. & l. Rem non novam 14. in princ. ibi,* compromiſſo, quod judicium imitatur, C. *de judic.* Sunt enim fructus fundi acceſſiones *l. 35. §. 1. ff. d. rei vindicat.* & lis terminata dici non poteſt, quam diu quæſtio de fructibus ſupereſt, *l. 3. C. d. fruct. & lit. expenſ.* Totam autem litem arbiter componere debet, *l. 19. §. 1. ff. d. arbitr.* Hartman. Hartmanni ab Epping. *lib. pract. obſerv. tit. 2.* adde Borcholt. *Vol. 2. conſil. 6. per tot.* [d] *l. Quid tamen 21. §. ſolutioni diem, & § ult. ff. de recept.*

62 Qualem ſententiam dicat arbiter, nihil intereſt, æqua ſit vel iniqua: [a] modò ſit certa, non incerta: [b] Etſi plures fuerint arbitri, concors, & una omnium ſit ſententia, non diverſæ ſint ſententiæ. Si tamen major pars in unam conveniat ſententiam, illi ſtandum erit. [c]

[a] *l. Qualem 19. in princ. l. Diem 27. §. ſtari 2. ff. h. t.* [b] *l. Quid tamen 21. §. Pomponius, ff. eod. §. curare, Inſtit. de act.* [c] *d. l. diem, §. ſi plures 2. ff. h. tit. cap. 1. extr. de arbit. & cap. 1. eod. tit. in 6.*

63 Modus proferendi ſententiam conſiſtit in recitatione ex ſcriptura, in præſentia tùm arbitrorum, tùm litigatorum. Item in loco, ubi ſententia dici debeat, & tempore dicendæ ſententiæ.

64 Ut judex, ſic & arbiter ſententiam ſuam ex libello partibus recitare debet.

Sichard.

Sichard. *num.* 10. *& aliis in l.* 1. *C. de ſentent. ex peric. recit.* confert *l.* 1. *ff. de arbitr. qui arbit. recep. & l. Rem non novam* 14. *in princ. ibi, compromiſſo, quod judicium imitatur, C. de judic. &* facit ratio propoſita *in d. l.* 2. *ibi, non ſubitas, ſed deliberatione habita. & c. C. de ſentent. ex periculo recitand.*

Cùm in plures compromiſſum eſt arbitros; non valet eorum etiam concors ſententia jure civili, niſi iis omnibus præſentibus dicatur.[a] Jure autem Canonico, ſi ex tribus arbitris unus, ceſſante legitimo impedimento; malitioſè abſit, duo præſentes cauſam ſua ſententia rectè definire poſſunt.[b] 65

[a] l. Item ſi unus 17. *§. ult. & l. ſeq. ff. de recept. qui arbit. receper.* *[b] cap.* 2. *tit. de arbitr. in* 6.

Litigatores etiam ut præſentes ſint omnes, quando ſententia dicitur, neceſſe eſt: niſi in compromiſſo expreſſum ſit, ut vel uno, vel utroque abſente, ſententia promatur,[a] Quòd ſi unus abſuerit, etiam ex legitima cauſa, pœna committitur.[b] 66

[a] d. l. Diem 27. *§. ſi quis litigatorum* 4. *& l. Inter* 44. *ff. eod. tit.* *[b] l. Quid tamen* 21. *§. ſi quis* 9. *ff. h. tit.*

Abſens litigator & ille intelligitur, qui quidem eſt præſens, ſed furioſus, aut demens. Et coram pupillo non videtur dicta ſententia, niſi tutor præſens ſit. 67

d. l. Diem 27. *§. coram* 5. *l. ſi compromiſſum* 47. *& ll. ſeqq. ff. h. t. l. coram* 209. *& l. ultim. ff. de verb. ſignif.*

Sed ut præſentes eſſe poſſint litigatores, arbiter eos adeſſe, vel per nuncium, vel per Epiſtolam jubere debet. 68

l. Sed & 49. *ff. h. tit.*

Eo autem dicenda eſt loco ſententia, de quo in compromiſſo inter partes convenit. Si nihil de loco eſt actum, ea in civitate vel pago dicenda eſt ſententia, ubi compromiſſum eſt. Unde ſi alium in locum arbiter litigatores vocet, impunè ei non parebitur, niſi eò facilè venire litigatores poſſint, & ejus ſit autoritatis arbiter, ut ibi agere ſoleat. 69

l. Quid tamen 21. *§. ſi arbiter* 10. *ff. h. t.*

In locum tamen inhoneſtum ſi arbiter litigatores adeſſe juſſerit, puta in popinam, vel lupanarium, ſine dubio ei non parebitur. 70

d. l. Quid tamen 21. *§. pen. ff. eod. tit.*

Eo dicenda eſt die ſententia, de quo in compromiſſo convenit. Si compromiſſum ſine die confectum ſit, neceſſe eſt arbitro omnimodo diem ſtatuere, partibus conſentientibus. Quòd ſi hoc prætermiſſum fuerit, omni tempore cogendus eſt arbiter ſententiam dicere,[a] non tamen his diebus, quibus judex non cogetur: niſi dies compromiſſi exitura ſit, nec proferri poſſit. 71

[a] l. Sed ſi compromiſſum 14. *ff. de recept.* *[b] Pomponius* 13. *§. pen. ff. d. t.*

Si ultra diem compromiſſo comprehenſum, judicet arbiter, ſententia nulla eſt, nec ullam pœnam committit, qui ei non paruit. 72

l. 1. *C. de arbitris.*

Similiter ſi intra diem compromiſſi aditus arbiter, poſt diem compromiſſi adeſſe juſſerit, pœna non committetur. 73

l. Quid tamen 21. §. ſi intra 9. & l. arbiter ex compromiſſo 50 ff. eod. tit.

74 Quid verò ſi arbiter feriato die ſententiam dicat, nunquid ea nulla eſt, ut pœna non committatur? Non eſt nulla, ſi cogente magiſtratu ſit dicta, niſi in compromiſſo nominatim excepta ſit ea dies, [a] vel dies ſit dominicus. [b]

[a] *l. Si feriatis 36. ff. h. t.* Vide etiam Everhard. Brouch. *cent. civarnoφ. aſſert. 27.* [b] *l. omnes 7. Verſ. In eadem. C. de feriis.*

75 Quòd ſi acta coram arbitris ventilata, ab eiſdem tranſmittantur ad judices Cameræ Imperialis, ut ſecundum ea ſententiam concipiant, & arbitris remittant, ejuſmodi acta non acceptantur, cùm Adſeſſores Cameræ non Conſultores, ſed judices eſſe debeant.

Mynſing. *cent. 5 obſer. 2.* Addit ad Hartman. Hartmanni *obſer. 2. tit. 2. lib. pract. obſerv.* utrobiq; tamen additur, ſi ipſis Cameræ judicibus cauſa committatur, quæ etiam coram aliis acta, & actitata ſit, quod hujuſmodi acta recipiantur, & ipſimet Camerales pronuncient, prout in cauſa Rennenberg, contra Rennenberg, aliisq; infinitis cauſis obſervatum ſit.

76 Sed quæritur an ſaltem declarare ſuam poſſit ſententiam arbiter? Ab ajentium [a] recedere ſententia relligio nobis eſſet. [b]

[a] *l. Qualem autem 19. §. ult. & l. ſeq. ff. de arbitr.* [b] Alciat. *Reſponſ. 418. nu. 1.* Negat poſt alios Sichard. *ad l. 1. num. 53. Cod. de ſentent. ex periculo recitand.* Nam licet nec judex etiam ordinarius ſententiam ſuam corrigere & mutare poſſit, *l. 2. Verſ. Sed nec. Cod. de ſentent. ex perie. recitand. l. Quod juſſit 14. & l. Iudex 55. ff. de re jud.* eam tamen declarare non prohibetur, *l. 4. §. 1.* ubi Bart. & alii *ff. de appellat.* Marant. *part. 4. judicior. diſtinct. 5. n. 59. pag. 134.* Andr. Gayl. *lib. 1. obſ. 116. n. 3. & lib. 2. obſer. 1. n. 6.* Qui n. declarat, nihil novi addit. *l. Heredes 21. §. 1. ff. Qui teſt. fac. poſſ. l. ſi donata 36. §. 1. ff. de don. it. inter vir. & uxor. c. cum dilecta. §. Nos igitur, Verſ. nolentes, ext. de confirm. ut. utili vel inutili, & c. Quia intentionis 29. extr. de privileg.* Iure autē Saxonico ſententiæ declaratio, quam leuterationem vocant, intra decem dies peti ſolet. Weſemb. *in parat. ff. de re judic. num. ult. Verſ. Leuteratione.*

77 Eſt & illud hic monendum, quòd licet arbiter interlocutoriam ſuam mutare poſſit, ei tamen integrum non eſt, ſententiam ſuam definitivam corrigere: [a] Si tamen de pluribus controverſiis ſumptus ſit arbiter, & compromiſſum ita confectum, ut de omnibus ſimul ſententiam diceret: ſi de una ſaltem ſententiam dixerit, de aliis nondum, poteſt poſteà mutare eam priorem ſententiam: ſiquidem nondum dixiſſe ſententiam intelligatur, qui de una tantùm controverſia ſententiam protulit, cùm de omnibus ſimul dicere ſententiam debuit. [b]

[a] *l. Qualem 19. §. ultim. & l. ſeq. ff. de recept. ff. h. tit.* [b] *l. Quid tamen 21. in princ. ff. eod. tit.*

78 Reſtat effectus, & conditio ſententiæ arbitri. Effectus & vis ſententiæ arbitri hæc eſt, quod Reo condemnato, vel abſoluto, ſententiæ ſtandum eſt: ſive æqua ſive iniqua ſit. [a] Nulla tamen inde actori vincenti actio judicati competit, neq; ulla rei judicatæ exceptio inde Reo abſoluto naſcitur, [b] ſiquidem arbitri ſententia per omnia ſententia non ſit: [c]

[a] *l. Diem 27. §. ſtari autem, l. Qualem 19. in princ. ff. de recept. l. ſocietatem 76. in fin. ff. pro ſocio.* [b] *l. 1. C. de arbitris, & l. 2. ff. de recept.* Diſſentit Donell. *lib. 28. commentar. cap. 13. in princ.* Sed videri poteſt Du. D. Beſold. *in tract. de appellat. c. 3 n. 13.* [c] *l. Quid ergò 13. §. Ex compromiſſo 5. ff. de his, qui notant. infam.* Et quia hîc ſententia non eſt, Actio judicati non, neq; Exceptio

locum

locum habet. Benincaſ. *tr. de conſtit. Princip. quæſt. 6. num.* 10. Iuſt. Zinzerling. *diſſ. Baſilienſi de appell. 11. theſ.* 55.

Non tamen confeſtim Reus convictus judicato ſatisfacere tenetur, ſed ſi dies ſolutioni ſit dictus, exſpectari ille debet. [a] Si nullus ſit ſolutioni dies dictus, modicum tempus relinquendum eſt reo. [b] 79

[a] *l. Quid tamen 21. §. ſolutioni 2. ff. de recept.* [b] *d. l. Quid tamen, §. ult. ff. d. tit. l. Trajectitia 23. in fin. ff. de oblig. & act.*

Modicum autem tempus illud eſt, quod poſt condemnationem reis indulgetur. Hoc enim modicum tempus dicitur. 80

l. Si debitori 21. ff. de judic. l. ſi domus 71. §. In pecunia 2. ff. de legat. 2. Erat autem hoc tempus olim triginta dierum, *l. 1. §. 2. ff. de itinere actuq. privat.* Et refert ex 12. *tab. Gell. lib. 20. c. 1.* ubi oſtendit, quod legis 12. *tab.* hac de re tale fuit caput: Æris confeſſi, rebusq; jure judicatis triginta dies juſti ſunto. Donell. *autem lib. 28. comment. cap. 12. in fin.* modicum tempus interpretatur de diebus decem, *l. promiſſor. 21. §. 1. ff. de conſtitut. pecun.*

Quòd ſi victus ſententiæ arbitri intra tempus illud nolit ſtare, petitio pœnæ promiſſæ locum habet. Quòd ſi compromiſſo nominatim non ſit adjecta pœna, ſed ſimpliciter ſententiæ ſtare promiſerint partes, incerti condictio victrici parti competit in id, quod intereſt. [a] Et ita licentia eſt actori ad ordinarii judicis auditorium venire. [b] 81

[a] *d. l. 2. d. l. Quid tamen 21. §. ult. in fin. & l. Diem 27. §. ult. ff. de recept.* [b] *Novell. 82. cap. XI. Quia verò multa. §. Quoniam igitur.*

Quòd ſi compromiſſo pœnali addita ſit clauſula ſalutaris, *rato manente pacto*, puta compromiſſo, ex ſententia Dd. duo compromiſſa intelliguntur facta, unum pœnale, alterum nudum & ſimplex, ita ut contradictor, & pœnam ſolvere, & ſententiæ arbitri nihilominus ſtare teneatur. 82

Andr. Gayl. *lib. 1. obſerv. 150. num.* 13. & 14.

Quin etiam ex doli clauſula, quæ compromiſſi ſtipulationi ſubjici ſolet, pars victrix conveniri ab adverſario ſuo poteſt. 83

l. 3. verſ. ſed ex doli mali, C. de arbitr. l. Ita demùm 31. ff. de recept.

Adhęc ſi ſordes, vel evidens gratia arbitrorum intercesſit, aut dolus partis victricis in corrumpendo pecunia arbitro, vel advocato, & non ſit adjecta ſtipulationi illa doli clauſula, exceptione doli mali ſe tueri poteſt condemnatus, ex pœnali ſtipulatione compromiſſi conventus. Ex eodem quoque adverſarii victoris dolo actione doli eum convenire poteſt. 84

d. l. Ita demùm 31. ff. de recept. & d. l. 3. C. de arbit.

Sic ſi litigatorum alter alterius ſit debitor, & in ipſo compromiſſo pacti ſint, ut qui arbitri non paruerit ſententiæ, non petat, quod ſibi debetur, tunc qui non paruit ſententiæ, cùm debitum petit, exceptione pacti repelli poteſt. 85

l. litigatores 11. §. Interdum 3. l. non diſtinguemus. 32. §. cum quidam. 14. ff. de receptis.

Appellare autem ab arbitri ſententia non permittitur. [a] Si tamen laudum (ita arbitri ſententiam vocant) contineat enormiſſimam læſionem, vel manifeſtam & evidentem iniquitatem, Dd. recepta eſt opinio, licitam eſſe appellationem, [b] at fundamento ſatis fragili. [c] Quin etiam erronea eſt illorum opinio, qui reductionem ad arbitrium boni viri hîc locum habere putant. [d] 86

[a] *l.1. C.de arbit.l.non diſtinguemus 32.§. Cùm quidam 14. Verſ. Et idem, ibi, Etiamſi appellari non poteſt,& l.Diem 27.§.ſtari autem 2.ff.de recept.l.ult.§.ult. C.de tempore appellat.cum à judicibus 2.quæſt.6.* Marant.*part.6.tit.de appellat.num.259.* Andr.Gayl.*lib.1.obſerv.150.nu.8.* Mynſing.*cent.4. obſerv.68.* Vaud. *lib.1.quæſt.14.* Cujac.*ad Novell.18.in fin.* Dominic.Arum. *diſp.ult.ff.theſ.8.* [b] vide And.Geil.*d.obſerv.150.n.9.* Compilator *deciſ.ſeu præjudic.Cam.Imp.in Verb. compromiſſum pag.89.Verſ. In cauſa* Salder/ *& pag. 90. Verſ. Regulariter quidem.* Petr. Gregor. Tholoſanus *de appellat. cap.12. lib.1.* [c] *puta d.l. non diſtinguemus 32. §. cùm quidam 14.in fin.ff.de recept.& l.arbitrorum 3.C.de recept.arbitr.* Vide rationes contrariam ſuadentes ſententiam apud Iuſtum.Zinzerling.*dict.diſp.theſ.52.& text.optimum in l.ſocietatem.76.Verſ. arbitrorum enim. ibi, ſive æquum ſive iniquum ff. pro ſocio.d.* Nuſquam enim jure noſtro civili remedium proditum eſſe legimus.

87 Præter illud, ex compromiſſo, arbitrium, ſunt & alia arbitrii genera. [a] Et quidem unum, quo arbiter ex communi nudoq; conſenſu partium abſque pœnæ compromiſſione, ita tamen ut ejus ſententiæ ſtetur, electus de lite cognoſcit, ſuaq; ſententia eam dirimit: cujus ſententia, ſi eam litigatores vel expreſsè vel decem dierum ſilentio probârint, actori vincenti actionem ex facto: Reo autem abſoluto exceptionem pacti tribuit. Quòd ſi autem litigatorum aliquis ſententiæ arbitri adquieſcere nolit, neceſſe habet intra proximos dies decem, hac de re judici, vel adverſario atteſtationem mittere. [b]

[a] *l.arbitro 9. ff. Qui ſatiſd. cogantur Cujac.lib.10.obſerv.23.* [b] *l.pen.C.de arbitris.* Etſi autem Cujac. *in paratit.* ibidem exiſtimet, hoc arbitris genus ſublatum eſſe, eo quod *d.l.pen.* à Baſilicis abſit, hæc tamen ratio ſententiæ huic parum roboris adfert, maximè cùm horum arbitrorum etiam mentio fiat *in l. ult. Verſ. Sed ne quis, C.ubi & apud quem cognit.in integrum reſtit.*

88 Ab hoc autem arbitro, ut arbitramur, provocatio fieri non poteſt, ſed facta illa intra decennium conteſtatione, cauſa coram judice ordinario ex integro tractari poteſt.

Per d.l.pen.Verſ.ſin autem,& Verſ.ſeq.C.de arbitr. vide diſſentientes opiniones apud Mynſing. *cent.4.obſerv.68.Verſ.ſin verò nulla.*

89 Aliud eſt arbitrii genus, cùm citra compromiſſum à magiſtratu, non ex proprio illius arbitrio, ſed ex petitione, editione, & conſenſu litigantium ipſis judex datus, de controverſia eorum cognoſcit, & pronunciat. Cujus arbitrii hæc conditio eſt, quod ab ipſo victus provocare poteſt.

l. Ex conſenſu 23. in princ.ff.de appellat. vide Cujac.*in lib.19. Reſponſor. Papin.pag.597. ubi hunc arbitrum ex Cic.judicem.vocat edititium.*

90 Eſt & illud quoddam arbitrii genus, quando à judicibus etiam pedaneis arbiter excutiendis rationibus, aut fidejuſſoribus probandis datus eſt, à cujus arbitrio provocare licet.

d.l. arbitro 9. ff.qui ſatiſd.cog.l. ſi quis 5.in fin.ff.de manumiſſionib. l.ſi quis 5. §.penult.ff.de agnoſcend.& alend.lib.& l.Illud 7.§.1. Verſ. Et plerunque,ff. de tribut. action.l.2.ff. à quibus appell. non licet.

91 Huic arbitro ſimilis eſt ille, qui de cauſa recuſati judicis cognoſcit.

c. ab arbitris, in princ.tit.de offic.& poteſt.jud.deleg.& c. cum ſpeciali 61.in prin.Verſ.ſtatuimus,extr.de appellat.

92 Accedit his, & illud genus arbitrii, puta cum dato Judice ab una parte ex juſta ſuſpicione recuſato, intra triduum proximum litigatores arbitrum

vel aſ-

vel arbitros elegerunt, qui de ipſorum lite cognoſcunt, ac ſententiam dicunt, à quibus provocatio admittitur.

l.ult.C.de judic.

Sunt item arbitri, quos partes contrahentes nudo conſenſu ad aliquid declarandum,& definiendum recipiunt: veluti ut opus locatum arbitrio Seii fiat. Ut pretium mercis à Titio definiatur: ut merces locationis à Mævio conſtituatur: ut arbitratu Lucii Titii res ſtipulatori reſtituatur,&c. 93

l. Societatem 76. in fin.ff.pro ſocio,l.ult.C.de contrah.empt.& vendit.§. Sed & certum, Inſt. de empt.& vend.l.ſi merces 26.in princ.l.ſi in lege 24.in princ.ff.locati,l.ſi quis arbitratu 43.ff.de verb.oblig.

Cùm autem in tertii cujuſdam certi hominis arbitrium res aliqua collata eſt,ſtandum eſt illius arbitrio. Si tamen iniquum fuerit,ad boni viri arbitrium reduci poteſt, licet negotium ſtricti juris ſit. 94

d.l.ſi ſocietatem 76. in princ.junct.l. in propoſita 78.& l.ſeq. ff.pro ſocio,facit l.ſi libertus 30. ff.de oper libert. Donell.*ad d.l.ſi quis arbitratu 43.num.16.ff.de verb.oblig.* Hunc arbitrum Dd: arbitratorem appellant. Sed videtur hîc locum habere actio ex ipſo contractu competens, *per text.in l.77.l.78. & l.79.ff.pro ſocio.* & ita ſentit Iuſtus Zinzerling.*in diſp.Baſilienſ: de appell. theſ.* 55. ubi negat competere hîc reductionem ad arbitrium boni viri.

Per bonum autem virum intelligimus judicem ordinarium, non quidem ipſius arbitri,ſed partis. [a] Et poteſt fieri ad eum reductio uſque 30. annos. [b] 95

[a] Andr.Gayl. *lib.1.obſerv.*149. [b] Andr.Gayl.*dict.lib.1.obſerv.*150.*num.*1.& 2. Vide Fachinæ. *lib.8.controverſ.jur.c.95.*

Denique ex uſu veterum dicuntur quoque arbitri judices illi, qui bonæ fidei judiciis addicuntur, eò quòd in his judiciis libera poteſtas datur judicibus arbitrandi, æſtimandique, quid alterum ex litigatoribus alteri ex æquo & bono præſtare oporteat. 96

*l.à Divo 15. in princ.*ubi Donell.*ff. de re judic.l.lex Iulia 7.in princ. ff. ad leg. Iul. repet. l.ad officium 3. C. communi dividundo.l.ut fundus 18.ff.d.t.l.pro ſocio 38 ff pro ſocio,l.arbitrum 43.& l.ult.ff.famil.erciſc.§.omnium,* ubi Cujac.*in notis & VVeſemb.Inſtit.de act..*

Clas. VI. Disputat. XXXVIII.

De Judicio Criminali

Thesis I.

ADhuc de ordinario civili judicio: Sequitur Judicium Criminale. Criminale judicium eſt,in quo de crimine cujuſdam diſceptatur, [a] publicæ vindictæ cauſâ. [b]

[a] *l.1.in princ.l.7.l.8.l.9.& l.pen.ff.de publ.judic.* [b] *l.ſi quis 11. in fin. C.de accuſat. l. locatio 9. §.quod illicitè.ff.de publican.& vectig.l.4.ff.de publ.judic.* Duaren. *lib.1.diſputat.anniverſ.c.* 35. Et hoc differt criminale judicium à civili,*vide ſub diſputat.2.theſin.5.*

In hoc autem ſpectamus, tum quæ ejus ſint ſpecies, quis item ſit judex criminum,& ubi de crimine agi oporteat: tum quibus modis inſtituatur & 2

exer-

exerceatur hoc judicium: tùm etiam quomodo judicium hoc vel ſuſpendatur, vel finiatur: tum poſtremo, qui ejus ſint effectus.

3 Species judicii criminalis duæ ſunt: judicium publicum, [a] & extraordinarium criminale judicium. [b]

[a] *Tot.tit.ff.& Inſtit.de publ.judic.* [b] *l.3.& tot.tit.ff.de extraord.criminib.l.1.C.ubi de criminib.agi oport.*

4 Publicum judicium eſt, in quo vertitur crimen, quod lege quadam nominatim publicum eſſe jubetur, certa ei pœnâ propoſita.

l.1.& l.2.ff.de publ.judic.& l.Manichæos 4.§.1.C.de heretic.l.1.Cod.ubi Senatores vel Clariſſ. Hujus ſpecies propoſitæ & expoſitæ ſunt *ſub Claſſe 4.diſputat.10.& ſex ſeqq.*

5 Extraordinarium criminale judicium eſt, in quo vertitur crimen, quod legitimam pœnam non habet, proindéque arbitrio judicis puniri petitur.

d.l.1.C.ubi de criminib.agi oport.l.3.§.pœna 2.ff.ſtellionatus,l.1.§.1.verſ. Quibus nulla,ff.de effractorib.l.3.ff.Expilat.heredit.l.ult.ff.de privat.delictis,l.Interdum fur.56.§.qui furem.& l.ult.ff.de furt.l.ult.ff.de injur.& l.ult.ff.de privat.delict. & hoc judicium ſignificatur *in l.1.in prin ff.de publ.jud.* Etſi verò hujus criminis nulla ſit pœna legitima, attamen ex moribus hæc vel illa pœna pro eo infligi reo ſolet. Tiraq. *de pœnis temper. aut remiss. in præfat.num.5.* Quæ autem hujus criminis ſpecies ſint, *oſtendi ſub Claſſe 4.diſput.9.*

6 Judex criminum eſt ille, qui merum habet imperium: [a] qualis erat Romæ præfectus urbi, [b] in provinciis Proconſules, & Præſides provinciarum. [c]

[a] *l.3.ff.de juriſdict.l.1.C.Qui non poſſunt ad libert.pervenire,l.ſolent.6.in prin.ff.de offic.proconſul.l.1.ff.de offic ejus.cui mandat.eſt juriſdict.l.illicitas 6.§.Qui univerſas,ff.de offic.præſid.* [b] *l.1.in princ.& §§.ſeqq.ff.de offic.præfecti urbi,* [c] *l.ſolent.6.in princ.& l.ſeq.§.ult.& l.8.ff.de offic.proconſul.l.4.l.congruit.13.in princ.ff.de offic.præſid.l.accuſatore 13.in princ.ff.de publ.jud.l.3.in princ.l.ſi cui 7.§.2.ff.de accuſat.l.ſolent.7.ff.de cuſtod.reor.*

7 Apud judicem tamen meri Imperii non promiſcuè de omni agitur crimine, quocunque etiam loco commiſſum fuerit, ſed quiſque judex intra limites ſuæ juriſdictionis de crimine cognoſcit.

d.l.1.in princ.& §.Initio 4.ff.de offic.præfecti urbi,l.1.in princ.ff.de offic.proconſul.& l.3.ff.de offic.præſid.& l.ult.ff.de juriſdict.

8 Quæſtiones autem criminum perfici debent ibi, ubi commiſſa ſunt crimina, vel inchoata, vel ubi reperiuntur, qui rei eſſe perhibentur criminis.

l.1.& l.2.C.ubi de criminib.agi oportet.

9 Primus ergo, & proprius locus, ubi de crimine agitur, eſt ille, ubi crimen eſt commiſſum, [a] ut eò facilius probationes præſtari poſſint, [b] & eo loco pœna reddita conſpectu deterreat alios ab iiſdem facinoribus, & ſolatio ſit his, qui ipſo crimine læſi & offenſi ſunt. [c]

[a] *l.Si cui 7.§.pen.& l.ult.ff.de accuſat.l.3.verſ.Habet interdum,ff.de offic.præſid.l.3.in princ.ff.de re militari,& l.1.verſ.Intra provinciam,C.ubi Senatores vel Clariſſ. Novell.69.cap 1.* [b] *dict.Novell.69.cap.1.§.1.* [c] *l.capitalium 28.§.pen.ff.de pœnis.* Hartman. Hartmanni ab Eppingen. *lib pract. obſerv. tit.50. obſer.6. & obſerv.7. verſ. Nam iſta remiſſio.*

Alter

Alter locus eſt, ubi crimen inchoatum eſt, [a] quod interpretantur veteres 10
& recentiores de loco, ubi lis de crimine conteſtata eſt. [b] Sed verior nobis Weſembecii [c] videtur interpretatio, quâ inchoatum crimen accipit de crimine, quod ab ipſo Reo alicubi committi cœptum, licet alibi ſit perfectum. [d]

[a] *d.l.1.C.ubi de criminib.agi oport.* [b] *per l.ubi acceptum 30.ff.de judic.* gl. & Dd. *ad d. l.1.* & ibi etiam Dn. Vult. *Cod.ubi de criminib.* & *ibi*, Cujac. *in paratit.* Idem Cujac. *libr.20. obſerv. c.21.* [c] Weſembec. *in paratit. C.dict.tit.ubi de criminib.* [d] Etſi enim crimen quandoq; ſignificet criminis accuſationem. *l.6.ibi, criminis extincti, ff.de publ.jud.l.hi tamen 11. §.1.ibi*, ut crimen vis eis intendant, *l.In eum 15.ibi, crimen intendere*, & *l.pen. ibi, ſuſpenſo crimine. ff. de accuſat. l.3. in princ.ibi, crimen publicum inſtituere, l.ſi ea 7.ibi, qua crimen intendit. C.de his, qui accuſar. non poſſunt*, & *l.adultera 13. ibi, crimen contra eam inchoatum, C. ad l. Juliam de adulter.* Attamen cùm *in d.l.1.C.ubi de criminib. agi oport.* verbum commiſſa referatur ad præcedens verbum criminũ, certè ad idem quoq; verbũ referenda etiam erit dictio inchoata. Quòd cùm ſit, certè criminis appellatio non aliam ſignificationẽ aſſumit in voce inchoata, quàm quæ eſt in verbo commiſſa. Hoc n. in verbo, crimen, ſignificat ipſum maleficium, non ſignificat accuſationem. Non n. accuſatio committi dicitur, ſed committi dicitur crimen. Ergo inchoari crimen eſt maleficium inchoari: at qui accuſat reum in judicio, ille non inchoat crimen, id eſt, maleficium ipſum, cùm antea inchoatum & perfectum ſit à reo, ſed inchoat tractationem cauſæ criminalis. Et quia Impp. loquuntur de criminibus extra judicium commiſſis, dubium eſt nullum, quin agant etiam de criminibus extra judicium inchoatis, ne termini ſignificatio mutetur.

Sed poſito inchoatum crimen Impp. [a] eſſe crimen, de quo lis eſt conte- 11
ſtata, in quæſtionem vocatur, an hoc accipiendum ſit de litis conteſtatione facta coram judice competente, vel incompetente? De judice incompetente interpretes plerique [b] accipiunt, ſi reus ſciens incompetentiam apud eum judicem acceperit judicium.

[a] Bart. *num.3.* & 4. & Bald. *num.3.* & alii, *ad d.l.1.C.ubi de criminib. agi oport.* Diſſentit Caſtrenſ. *in l.Teſtamenta omnia.num.2. C.de teſtament.* Andr.Gayl. *lib.1. de pace publ. cap.12. num.11.* Sed hi loquuntur de judice, qui in aliis cauſis criminalibus juriſdictionem criminalem habent.

Caſtrenſis autem [a] de judice ut incompetente, ſic & competente inter- 12
pretatur. Sed Dominus Vult. [b] de ſolo judice competente, negans prorogabilem eſſe juriſdictionem criminalem, eò quod merum Imperium, quo expeditur cauſa criminalis, non ſit juriſdictionis, ſed legis, vel Senatuſconſulti, vel conſtitutionis. [c]

[a] *Ad dict.l.1.num.3.C.ubi de criminib.* [b] *ad d.l.1.num.29.* & *ſeqq.C.d.t.* [c] *l.1.ff.de offic. ejus cui mandat.eſt juriſdictio.*

Et certè communis & in praxi recepta opinio de judicis incompetentis 13
prorogata criminali juriſdictione vix defendi poſſe videtur: [a] quamvis non deſint rationes pro ea militantes. [b]

[a] Per rationes Tractat. meo *de juriſdict. cap.7. num.23.* propoſitas. [b] Cùm enim generaliter jure permiſſum ſit, prorogare juriſdictionem incompetentis judicis expreſſo, vel tacito cõſenſu, *l.1.l.4.C.de juriſdict.l.1.l.2.l.ſed etſi 52.in princ.ff.de judic.l.ſi per errorem 15.* & *l.ſi convenerit.18.ff.de juriſdict.l.Ille à quo 13.§.pen.ff.ad SCtum Trebell.* & *l.Inter 28.ff.ad municipalem.* Nec uſquam id ſpecialiter prohibeatur in juriſdictione criminali, certè licet partibus & hanc prorogare. Neque obſtat quod dicitur, merum Imperium non eſſe juriſdictionis. Id enim ne-

gandum generaliter accepta juriſdictione, *l. 2. §. Et quia, ibi,* de capite civis jus dicere, *ff. de orig. jur. conſt. it. de pace Conſtantiæ, §. Illos Romanorum, ibi,* juriſdictio tàm in cauſis criminalibus, quàm pecuniariis, *l. ſi in aliam 7. §. ult. ibi,* Pleniſſimam juriſdictionem, *junct. ll. ſeqq. ff. de offic. proconſul.* Et certè à mandata juriſdictione criminali (quàm invitis aliis quibuſdam merum dicimus imperium) haud rectè argumentamur ad juriſdictionem prorogatam: quippè cum per prorogationem nihil decedat, ſed accedat, aliquid merum imperium habenti.

14 Tertius locus, in quo de crimine agi poteſt, eſt ſecundum Impp. ille locus, in quo reperitur is, quis criminis reus eſſe dicitur. Sed quæritur, an hoc de loco indefinito, vel quo reus domicilium habet, intelligi debeat? Nos de omni loco, etiam eo, ubi reus domicilium non habet, intelligimus, etiamſi non ſit vagabundus reus.

Per d. l. 1. ubi Vultej. *n. 36. & ſeq. & l. 2. ibi, ubi digrt. C. ubi de criminib. agi oport.* ubi Cujac. *in paratit. in fin. l. non eſt dubium 11. in princ. ff. de cuſtod. reor. & facit l. 1. C. ubi quis de curiali* Sed numquid poteſt Princeps coram judicio ſui territorii cui ordinariam etiam in criminalibus dedit Iuriſdictionem per officialem ſuum accuſare eum à quo ipſemet offenſus eſt? vide Cravett. *conſ.* 419. ubi eleganter affirmativam defendit ſententiam..

15 Præſides tamen provinciarum, in quibus delictum commiſſum eſt, ſcribere ſolent ad collegas ſuos, id eſt, aliarum provinciarum, ubi rei agere dicuntur Præſides, (omnes Præſides provinciarum invicem Collegæ ſunt) & deſiderare ab illis, ut ad ſe reos cum proſecutoribus tranſmittant. [a] Quandoque etiam ad Imp. mandatum Præſides reos remittunt ad Præſidem alterius provinciæ, in qua crimen admiſſum eſt. [b] Interdum Præſes alterius provinciæ, in qua repertus eſt reus, priùs ſcribit ad magiſtratum, ſub quo deliquit reus, ac cauſæ meritum, & perſonæ qualitatem ad eum refert. [c]

[a] *l. ſolent 7. ff. de cuſtod. & exhibit. reor. NoVell. 134. c. 5.* [b] *l ſicut 7. §. ult. ff. de accuſat.* quam legem aliter accipit Cujac. *in paratit. C. tit. de exhib. & tranſmitt. reis, in fin.* [c] *l. 1. C. d. t.*

16 Solent quidem & hodiè remiſſiones hujuſmodi in atrocioribus criminibus fieri; [a] Sed quod olim erat neceſſitatis, id hodie eſt arbitrii. Non tamen remittit Judex ille reum ad judicem illum, niſi priùs accepto, ut vocant, reverſali, ne iſthæc remiſſio juriſdictioni ſuæ præjudicet. [b]

[a] *Clement.* Paſtoralis. *§.* Nos quoque, *ibi,* aut remitti faceremus eundem. *§. Quòd ſi* punito, *ibi.* vel ad illum de morte remiſſus. *§.* Cæterum, *ibi,* non citatum legitimè, aut remiſſum *Tit. de ſentent. & re judic.* Hartman. Hartmanni ab Eppingen *lib. pract. obſer. tit. 50. obſer. 6. & 7.* [b] Weſembec. *in paratit. ff. de requirend. Vel abſen. dam. num. 4. & in paratit. ff. de accuſat. num. 8.* Andr. Gayl. *lib. 1. de pace publ. c. 16. n. 30. & ſeq.* Herman. Vult. *ad d. l. 1. num. 42.*

17 Succedunt modi inſtituendi & exercendi judicium criminale. Inſtituitur criminale judicium tribus modis: per accuſationem, per denunciationem, & inquiſitionem.

c. licet 31. in princ. Verſ. contra quos, extr. de Simonia, Rubr. extr. de accuſationibus, inquiſitionibus & denunciat, & c. Qualiter 24. §. pen. extr. d. t. De denunciatione ſunt quoque textus adſcripti infra theſi 42. Unde Iul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. q. 3. n. 1. id male negat.*

18 Accuſatio eſt delatio [a] criminis apud judicem competentem ab aliquo facta, eo animo, ut reus ad obtinendum publicæ diſciplinæ vigorem dignè coerceatur. [b]

[a] *l. ult. C. de his, qui accuſar. non poſſ. l. Hi tamen 11. §. ult. l. mulierem 12. ff. de accuſat. l. ſi quis 8. & l. ſeq. C. d. t.* [b] *L. Si quis 11. in fin. C. de accuſat. l. locatio 9. §. Quod illicite 5. in fin. extr. de publ. &*

Vic. & vectig. & l. 4. ff. de public. judic. Duar. *in comment. ad eundem, ff. Tit. de accuſat. cap. 1. & lib. 1. diſputat. anniverſ. cap. 38. in princ.* accuſationem his definit verbis: accuſatio eſt maleficii alicujus apud Iudicem delatio, ad vindictam publicam ſolenniter facta. De Accuſatione & Accuſatoribus vide Thom. Metzger. *conſil. crim. 15.* Gilhauſ. *in arbor. crim. cap. 3. part. 2. d. accuſat. fol. 267. & ſeqq.*

Eadem quoq; poſtulatio,[a] item criminatio,[b] & executio criminis,[c] tùm etiam perſecutio criminis,[d] dicitur. 19

[a] *l. 4. C. de accuſat. l. 2. ibi, Poſtulabatur, item ibi, poſtulator, l. 3. ibi, Poſtulaſti reum C. ſi reus vel accuſator.* [b] *l. 4. C. de accuſat.* [c] *l. Data 11. ibi, crimen exequi poteſtis C. de his, qui accuſ. non poſſunt.* [d] *l. accuſatore 13. §. 1. ff. de public. judic.*

Circa hanc autem duplex maximè inſpectio incurrit: Una de his, qui accuſare poſſint, qui item poſtulari poſſint, vel non: Altera de modo ſive forma inſtituendi accuſationem. 20

Etſi verò accuſatio criminis publica ſit, proindeq; cuivis ex populo competat:[a] ſunt tamen qui regulariter accuſare prohibentur. Et primò quidem mulier accuſare non poteſt, niſi ſuam ſuorumque injuriam perſequatur,[b] aut quæſtio ſit de atrociſſimo crimine, quod quàm ociſſimè vindicari Reipubl. intereſt.[c] Neque poteſt accuſare ſervus.[d] 21

[a] *§. 1. Inſtit. de pub. jud. l. Palàm 43. §. Senatus 10. ff. de ritu nupt.* [b] *l. 1. l. 2. in princ. l. Qui accuſare 8. junct. l. hi tamen 11. in princ. ff. de accuſat. l. 4. l. De crimine 12. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* Mezger. *dict. conſil. 15. n. 40.* Pruckman *de different. utriuſque ſexus, part. 1. princ. membr. 1. artic. 13. fol. 40. & ſeqq.* [c] *l. In quaſtionib. 8. ff. ad leg. Iul. majeſt. l. ult. §. 2. ff. ad leg. Iul. de annona, l. mulierem 13. ff. de accuſat.* [d] *l. Vix 53. ff. de judic. & l. Nullo 7. ff. ad leg. Cornel. de falſis.*

Pupilli quoque propter ætatis infirmitatem accuſare non poſſunt: Ex conſilio tamen tutorum, ut ſuam vel ſuorum injuriam perſequantur, admittuntur ad accuſationem. 22

d. l. 2. §. 1. dict. l. Qui accuſare 8. junct. d. l. Hi tamen 11. in princ. ff. de accuſat. & l. Senatusconſulto 5. Cod. de his, qui accuſare non poſſ. l. mulieri 6. ff. de popular. action. Mezger. *dict. conſil. 15. n. 53. & ſeqq.*

Neque ad accuſationem proſilire poteſt miles, qui pro pace excubat, & ſtipendium meret:[a] niſi ob publicam utilitatem in cauſa annonæ,[b] vel ſuam ſuorumq; injuriam exequatur. 23

[a] *Ad l. Qui accuſare 8. verſ. alii propter Sacramentum, ff. de accuſat.* [c] *d. l. mulierem 13. verſ. milites quoque, ff. d. t.* [c] *l. non prohibentur 8. & l. ſi crimen 10. C. de his, qui accuſare non poſſ. d. l. Hi tamen 10. in princ. ff. de accuſat.* Mezger. *dict. conſ. 15. n. 43.*

Magiſtratus item quamdiu funguntur publico illo officio, & in jus evocari non poſſint,[a] ad munus accuſandi non admittuntur,[b] niſi ſuam injuriam exequantur, mortemve propinquorum defendant.[c] 24

[a] *Vide l. 2. ff. de in jus vocand.* [b] *d. l. Qui accuſare 8. verſ. alii propter magiſtratum, ff. de accuſat.* [c] *d. l. Hi tamen 11. ff. d. t.*

Similiter infames accuſare prohibentur,[a] quales etiam ſunt, qui falſum teſtimonium ſubornati dixerunt.[b] Prohibentur quoque propter turpem quæſtum illi, qui jam ante unum, aut duo judicia adverſus duos reos ſubſcripta habent, nummoſve ob accuſandum vel non accuſandum accepe- 25

bbbbb 2 runt:

runt: [c] tùm etiam pauperes, qui minus, quàm quinquaginta aureos in bonis habent.

[a] l.4.l.7.§.3. dict.l. Qui accuſare 8. Verſ. alii propter delictum, ff. de accuſat. [b] l. alii propter 9 ff. dict. tit. [c] l. Hos 12. §.2. & dict. l. Qui accuſare 8. Verſ. Alii propter turpem, ff. eod. tit. l. cum rationibus 16. Cod. de his, qui accuſare non poſſ. [d] l. nonnulli 10. ff. dict. tit.

26, Iidem tamen ſi ſuam, ſuorumque injuriam exequantur, ab accuſatione non excluduntur.

d.l. Hi tamen 11. in princ. ff. de accuſat. d.l. cum rationibus 16. C. de his, qui accuſare non poſſunt.

27 Adhæc nemo admittitur ad accuſationem neceſſarii ſui, vel familiaris, vel ejus, in cujus domo educatus ſit: In tantum, ut ſi accuſator ejus extiterit, pœna afficiatur, [a] niſi ſuam injuriam exequatur. [b] Ex contrario nec ullis accuſare licet, qui inimicis Rei cohabitant. [c]

[a] l. Si magnum 17. l. Iniquum 13. l. pen. & ult. C. de his, qui accuſare non poſſunt, d.l. Qui accuſare 8. in fin. ff. de accuſat. [b] d.l. Hi tamen 11. in prin. ff. d.t. & l. propter 14. C. de his, qui accuſ. non poſſunt. [c] c. Repellantur 7. extr. de accuſat.

28 Nemo tamen fratrem, vel ſororem ſuam de levi accuſare crimine prohibetur.

l. Si magnum 13. & l. ſi ſororem 18. C. de his, qui accuſare non poſſunt.

29 Præterea accuſatis, qui non ſuam, ſuorumq; injuriam exequuntur, denegatur licentia criminandi in pari vel minori crimine, priuſquam ſe crimine, quo premuntur, exuerint.

l. Neganda 19. C. de his, qui accuſare non poſſunt.

30 Denique nemo accuſationem, à qua ſemel diſceſſit, repetere poteſt.

l. Accuſationem 6. C. de his, qui accuſare non poſſunt. Decian. *tractat. criminal. lib. 3. cap. 29.*

31 Quòd ſi plures ſint, qui accuſare velint, Judex eligere debet eum qui accuſet, cauſa ſcilicet cognita, æſtimatis accuſatorum perſonis, vel dignitate, vel ex eo, quod intereſt, vel ætate vel moribus vel alia juſta de cauſa.

l. Si plures 16. ff. de Accuſat. l.2. l.3. ff. de popularib. actionib. Decian. *tractat. criminal. lib. 3. cap. 32.*

32 Quid ſi autem conveniat inter plures, ut omnes ſimul accuſent, nunquid omnes ſimul admitti debent? Cum Duar. [a] affirmamus, [b] maximè ſi omnium interſit. [c]

[a] Lib. 1. diſputat. c. 39. [b] per l.4. C. de accuſationib. Sed poteſt hic locus intelligi de pluribus accuſatoribus, qui omnes ſuam injuriam exequuntur *per l.3. §. ſi ad plures. ff. de ſepulchr. violat. & l. hi tamen. 11. in pr. ff. de accuſat. [c] per l.3. §. ſi ad plures 9. ff. de ſepulch. violat.*

33 Poſtulari autem poſſunt omnes, qui nominatim non prohibentur etiam puberes minores. [a] Quin imò plures de uno maleficio ſimul omnes rectè accuſantur. [b]

[a] Per l. auxilium 37 §.1. Verſ. In delictis, ff. de minorib. & l. pupillum 111. in princ ff. de reg. jur. [b] l. Etſi 2. C. ſi reus vel accuſator mort. fuerit. & l. Vim paſſam 38. §. pen. ff. ad leg. Jul. de adult.

34 Magiſtratus autem majores, ut Præſides provinciarum & legati accuſari non poſſunt. [a] Nec qui ſemel accuſatus à Judice abſolutus eſt, [b] niſi de alio crimine denuò accuſetur. [c]

[a] l. Hos accuſare 12. in princ. ff. de accuſat. [b] l. Si cui crimen 7. §.2. ff. d.t. & c. De his, ubi latè

Felin.

Felin. *extr. de accuſat.* [c] *l. Si quis* 11. *C. de accuſationib. Plures limitationes* vide apud Felinum *in dict. c. De his, extr. de accuſat.*.

Et qui ab uno delatus eſt, ſimiliter ab alio accuſari de crimine eodem non 35
poteſt, niſi prior ille abolitione interveniente deſerat poſtulationem, [a] ſed
antequam accuſatus inter reos fuerit receptus. Hic enim, qui inter reos eſt
receptus, abolitione interveniente, repeti non poteſt. [b]

[a] *l. Hi tamen* 11. *§. ult. ff. de accuſat.* & *l. Qui de crimine* 9. *d. t.* [b] *l. Hos* 12. *§.* 1. *ff. eodem titul.*

Abſens quoq; capitali crimine accuſari non poteſt, ſed requirendus ſo- 36
lummodo annotari ſolet, ſi deſit, [a] & annotatus edictis adeſſe jubetur. Sed
& literæ ad magiſtratus, ubi conſiſtit, mittuntur, ut per eos poſſit innote-
ſcere requirendum eum eſſe annotatum. [b] Bona autem adnotati obſignan-
tur. [c] Quod ſi reus abſens annotatus, intra annum, ex quo ex edictis vel li-
teris ad Magiſtratus miſſis ſcit ſe adnotatum, non redierit, & purgaverit ſe,
aut ſatis non obtulerit, aut à quopiam defenſus non fuerit, bona ejus obſi-
gnata publicantur. [d] Poſt annum veniens auditur quidem, [e] at ſua bona
non recipit. [f]

[a] *l. Abſentem* 6. *C. de accuſat. l.* 1. *§.* 1. *ff. de adquirend. vel abſent. dam. l.* 1. *in pri. C. d. t.* Dicimus autem capitali crimini, Nam reus levis criminis abſens damnari poteſt, *l. abſentem* 5. *ff. de pœnis.* [b] *d. l.* 1. *§. Præſides,* & *l.* 4. *in prin. ff. de requirend. vel abſent. dam.* [c] *l. ult. in prin. ff. d. t.* Et intra annum medio tempore bona moventia, ne aut mora deteriora fiant, aut aliquo modo intereant, venire debent; & precium eorum in depoſito eſſe, *d. l. ultim. §.* 1. & *§.* 2. *ff. d. tit.* [d] *d. l.* 1. *§. ex hac.* & *§. ſeq. l.* 2. *l.* 4. & *l. ult. in prin. ff. d. tit. l.* 1. & *l.* 2. *C. eod. tit.* [e] *l.* 4. *§. ultim. ff. d. tit. l. unius* 18. *§. pen. verſ. Quamvis. ff. de quæſt.* [f] *l.* 2. & *l.* 3. *C. de requirend. reis.* Quod enim cecidit ſemel in fiſcum, vix unquam reſtituitur, *l.* 1. *ff. ad leg. Iul. de ambit. l.* 4. *C. de bon. proſcript. l.* 2. *C. de requirend. reis.*.

Sequitur modus & forma inſtituendi accuſationem. [a] Accuſator priuſ- 37
quam ad accuſandum reum admittitur, inſcriptionis paginam, ſive li-
bellum judici offerre, aut querelas ſuas apud acta deponere tenetur: [b] quæ
inſcriptio continere debet diem, & conſulem, judicem item, & actoris, ac rei
nomen, tum etiam magnitudinem criminis atque tempus, puta annum &
menſem, quo crimen eſt commiſſum. [c]

[a] Accuſationi ſua eſt ſolennitas, *l. ea quidem,* 7. *ibi, ſolennitas accuſationum, C. de accuſat.* & *l. ſi crimen* 10. *C. de his, qui accuſ. non poſſ.* & *l. non prius* 7. *C. de calumniatorib.* [b] *l.* 3. *d. l. ſi crimen* 10. *l. neganda* 19. *dict. tit. qui accuſar. non poſſ. l. ſi quis* 8. & *l. tunc.* 15. *l. pen.* & *l. ultim. C. de accuſat.* & *l. ult. verſ. Et poſteaquam C. de fide inſtrument. c. ſuper his* 16. & *c. Qualiter* 24. *§. verùm ita,* & *§. pen. extr. de accuſat.* [c] *l.* 3. *ff. d. tit.* & *d. l. pen. C. eod. tit.*.

In eodem quoque libello accuſator in crimen ſubſcribere tenetur, [a] per 38
ſe, vel per alium, ſi literas neſciat: [b] quæ res in publico judicio calumnian-
tem accuſatorem ad ſupplicii lege definiti ſimilitudinem obligat: [c] In ex-
traordinario autem ad pœnam arbitrariam, cum Rei pœna certa non
eſt. [d]

[a] *l. ultim. ff. de privat. delict. l. ultim. ff. de furt.* [b] *l.* 3. *§. item ſubſcribere* 2. *ff. de accuſat.* [c] *l. ſi cui* 7. *in princ. ff. dict. tit. l. ſi quis* 13. & *l. ultim. verſ. Quiſquis. C. eod. tit. l. non prius* 7. & *l. ult. C. de calumniatoribus.* [d] *l.* 13. *ff. ad Senatuſconſultum Turpill.* Weſembec. *in paratit. ff. de accuſat num.* 12. *verſ. Etſi autem hodie,* &c. ſcribit, quod hodie inſcriptiones & ſubſcriptiones obſoleverint idem tradit Gail. *de pac. pub. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 3. & in hanc ſententiam Weſembec citat gl.

by Google

in l.2. Verb. periculi.*C.de fid.inſtrument.* Cùm tamen ea gloſſa minime hoc doceat, ſed id tantùm, licet accuſator in ſua ſubſcriptione non ſpecialiter & nominatim ſe obliget ad ſupplicii ſimilitudinem, nihilominùs tamen vi ſubſcriptionis, ſimilitudinem ſupplicii patiatur. Quod libellum accuſationis attinet, certè in criminalibus cauſis iſthæc libelli requiſita alia etiam hodie Practica obſervat, etiam in cauſis injuriarum. Græve. *lib.1. con[illegible]. conſil.*1. Ego *de adult.c.*3. *n.*88. *& ſeqq.* Mezger.*dict.conſil.*15.*fol.*238. *& ſeqq.*

39 Mulier tamen ſi ſuam ſuorumque accuſando perſequitur injuriam, ſubſcriptio hæc non exigitur. Et jure Carolino in locum paris ſupplicii actio injuriarum, & damni injuriâ actio ſucceſſit.

* *l.de crimine* 12. *C.de his, qui accuſare non poſſunt.* Neque inſcriptionis vinculum requiritur, cum vir jure mariti ream adulterii conjugem facit. *l.quamvis* 30.*C.ad leg.Iul.de adult.* Peinliche Halßgerichts Ordnung Käyſer Carls deß V.

40 Adhæc criminator de exercenda lite, quod ſcilicet uſque ad ſententiam in crimine exequendo perſeverare velit, ſatiſdare neceſſe habet. Quòd ſi poſt ſatiſdationem præſens non fuerit, edicto admonitus, ut ad agendum cauſam veniat, ſui autem copiam non faciat, non ſolùm extra ordinem æſtimatione judicis punitur, ſed etiam ſumptus, quos in eam rem, & circa ipſum iter reus vocatus fecit, dependere cogitur.

l.1. & l.2.C.ad Senatuſconſultum Turpill.d.l.ſi cui 7.§.1.ff.de accuſ. & d.l.3. C. de his, qui accuſare non poſſunt.

41 Jure Carolino ſatiſdare tenetur accuſator non ſolùm quod in criminatione uſque ad ſententiam perſeverare, ſed & intra certum tempus, quod ei judex præfinit, crimen probare, vel ſaltem indicia ejus veriſimilia præſtare velit: ut & illud, ſi ſuccubuerit in cauſa, Reo abſoluto de illata injuria, itemque damno reſarciendo obligatus eſſe velit.

Peinliche Halßgerichts Ordnung Käyſer Carls deß *V. Articul.*12. ubi etiam additur, quod in arbitrio Rei abſoluti poſitum eſſe debeat, an coram eodem, vel accuſatoris ordinario judice hoc nomine ipſum convenire velit: quodq; in ea cauſa proceſſus ſummarius eſſe debeat: nec accuſatori à ſententia illa appellare liceat. Quod de tempore accuſatori præfiniendo cautum eſt in dicta ordinatione criminali, idem quoque diſpoſitum legimus in *l.ſi ea 7. C.de his, qui accuſare non poſſunt.*

42 Quod ad denunciationem attinet, eſt ea criminis commiſſi delatio miſſis unà ipſis reis facta Præſidi, vel alii magiſtratui ab eo, qui ad hoc publicè conſtitutus eſt, quem jura curioſum, item irenarcham, tum etiam ſtationarium, & nunciatorem appellant. Hodie fiſcalis vocatur.

l.1.C.de curioſis. lib.12. l.ea quidem.7.C.de accuſat. l. Divus 6.Verſ. Idem de Irenarchis.ff.de cuſtod.reor.l.ab accuſatione 6.§. Nunciatores,ff.ad Senatuſconſultum Turpill. & l.1.§ [illegible] ff. de offic.præfect.urbi. Duar.*lib.1.diſputat.cap.*38. Iure autem Canonico denunciatio eſt, [illegible] ando quis magiſtratui defert hominem criminoſum, quem antea privatim monuit, ut [illegible] ea crimine, & vitam ſuam corrigeret, ſed homo ille criminoſus eſſe pergit, *per text.* [illegible] ptos, quibus *adde c.2.extr.de accuſat.*

43 Literæ autem, quibus illi criminoſos deferunt, elogia, item not[illegible] dicuntur: quibus tamen credere magiſtratus non debet, ſe[illegible] re[illegible] integro audire, ita tamen, ut nunciatores notoriis ſuis adſiſtant, eaque probent.

dict. l. Divus 6. ff. de cuſtod. reor. & *l. ab accuſat. 6. §. Nunciatores 3. ff. ad Senatuſconſultum Turpill.* & *l. ea quidem 7. Verſ. Verùm ſi. C. de accuſat. dict. l. 1. C. de curioſis. lib. 12.*

Quòd ſi Irenarchæ deprehendantur falſa miſiſſe elogia, ſive notoria, audacia hæc ipſorum impunita non manet: [a] Etiamſi in crimen ſubſcribere non tenentur. [b] 44

[a] *d. l. Divus 6. in fin. ff. de cuſtod. reor.* & *d. l. C. de curioſit. lib. 12. c. ult. extr. de calumniatorib.*
[b] *d. l. ea quidem 7. C. de accuſat. c. Super his 16. extr. d. tit.* Marant. *de ord. judic. rubr. denunciatione, num. 2.*

Reliqua eſt, ex modis inſtituendi criminale judicium, ipſa *inquiſitio.* Inquiſitio eſt inveſtigatio delicti à magiſtratu ex officio per teſtium examen jure inſtituta. [a] Eſtq; duplex generalis, & ſpecialis. [b] 45

[a] *c. qualiter 17. c. cùm oportet, c. Inquiſitionis,* & *c. Qualiter 24. extr. de accuſat. l. congruit 13. ff. de offic. præſidis. l. 4. §. 4. §. 2. ff. ad leg. Iul. peculat.* Iul. Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 3. num. 1. in fin. num. 2.* & 3. Damhouder. *in praxi rer. criminal. cap. 4. num. 5.* in hæc definit verba: Inquiſitio eſt alicujus criminis per ſuperiorem reſpectu inferiorum ſuorum inveſtigatio. An autem ordinarium vel extraordinarium ſit juris remedium inquiſitio, variant Dd. communis eſt autem concluſio remedium eſſe extraordinarium, Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 3. num. 3. quod improbat.* Petr. Heig. *quæſt. 39. in prin.* & *num. ſeqq. uſque ad num.* 25. vide omnino Voltz. *de inquiſit.* [b] Marant. *de ord. judic. part. 6. in princ. num. 7.* & 12. Iacob. de Pello Viſo *in practic. criminal. cap. 7.* Franciſc. Caſon. *in ſingularibus quæſtionib. criminal. de accuſat.* & *inquiſit. c. 8. num. 9.* Cæterùm Iodoc. Damhouder. *in praxi rer. criminal. cap. 8. num. 14.* & *ſeqq.* triplicem inquiſitionem facit, generalem, ſpecialem, & mixtam. Vide Erneſt. Cothman. *Reſponſ. 12. n. 1.* & *ſeqq. lib. 1.* Scacciam. *de judic. lib. 1. cap. 83.*

Generalis inquiſitio eſt, qua Magiſtratus interrogat ſeorſim modò hunc, modò illum, an quiſquam ex ſubditis ſe maleficio polluerit. 46

c. Sicuti olim 25. extr. de accuſat. l. congruit. 13. in princ. ff. de offic. præſid. Ordinatio provincialis VVirttembergica appellat Ruggericht. Matth. VVeſenb. *conſil. 149.*

Hanc quadruplicem faciunt, unam, qua generaliter quæritur, an ſint aliqui pœna digni in provincia, vel civitate. Alteram, quâ de criminis revera commiſſi autore, qui incertus eſt, quæritur. Tertia qua contra inferiorem magiſtratum (poteſtatem vocant) & ejus familiam, aut contra miniſtros Eccleſiæ loci inquiritur. Quarta, qua contra totam civitatem inquiritur. 47

Franciſc. Caſon. *dict. c. 8. n. 9.* At Damhouder. *dict. cap. 8. num. 16.* ſecundam & tertiam inquiſitionem dicit mixtam, quem ſequitur Arnold. Baert. in addit. ad Iacob. de Beluiſo *in practic. crimin. cap. 7.* Et certè penitus re perpenſa tres illæ ſpecies poſteriores non ſunt generalis inquiſitionis ſpecies. Sed potius mixta quædam inquiſitio, & ita tertia ſpecies inde effici poteſt.

Specialis inquiſitio eſt, quâ in criminis certò admiſſi autorem, certum hominem, de quo veriſimilis ſuſpicio eſt, vel in modum commiſſi illius maleficii in defectum accuſationis ritè inquiritur. 48

c. Inquiſitionis 21. §. adhæc, & *c. qualiter,* & *quando, 24. extr. de accuſat.* & *l. 2. §. ſi publico. 5. junct. §. ſeq. ff. ad leg. Iul. de adult.* Marant. *dict. part. 6. in princ. num. 12.* Damhouder. *d. c. 8. n. 15.* In defectum accuſationis hæc ſuſcipitur inquiſitio. Innocent. *ad c. ſuper literis, num. 4. Verſic. Item non valet. extr. de reſcript.* ne ſcilicet delicta maneant impunita. Et judex inquirere volens, offenſum, aut conſanguineos ipſius interrogare debet, utrùm accuſare velint, reum, nec ne: qui ſi negent, tunc demùm inquirere poterit. Marant. *d. part. 6. in pr. 38. Vide limitationem. num. ſeq.*

Adhanc

49 Adhanc autem inquiſitionem judex proſilire non debet, niſi conſtet certo crimen eſſe admiſſum; [a] niſi item publica ſit fama, aut alia veriſimilis præſumptio de eo, qui ſuſpectus eſt de maleficio, [b] & niſi fama illa ab honeſtis, & providis fide dignis viris, non à malevolis, & inimicis ſit orta. [c]

[a] Marant. *d. part.* 6. *in prin. num.* 17. & 18. Damhouder. *dict. c.* 8. *n.* 11. contingit namq; aliquando, ut inquiſitio fiat de nece illius, qui adhuc vivit. [b] *c. Cum oporteat* 19. *c. inquiſitionis* 22. *§. ultim. c. accedens.* 23. & *c. Qualiter*, & *quando* 24. *extr. de accuſat.* Marant. *dict. part.* 6. *in prin. num.* 19. & *ſeq.* & *num.* 22. & *ſeqq.* & *num.* 27. & Damhouder. *dict. cap.* 8. *num.* 8. [c] *dict. c. cum oporteat*, & *c. qualiter* 24. *extr. dict. tit.* Damhoud. *dict. cap.* 8. *num.* 10. Marant. *dict. part* 6. *in princ. num.* 21. *vide eundem. num.* 26. Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 71. & *ſeqq.* conſil. Al orſin. 11. *quæſt.* 1.

50 Si tamen præſente reo, & non reclamante inquiſitio abſq; publica fama fiat, valet ea, nec rejici poteſt.

c. 2. *tit. de accuſat. in* 6.

51 Adhæc ſpecialis inquiſitio eadem continere debet, quæ accuſatoris inſcriptio, puta ſpeciem criminis, locum, annum & menſem, ubi & quando commiſſum eſt crimen. Tum etiam reo exhibenda ſunt inquiſitionis capitula, ut facultatem habeat defendendi ſe, nomina quoque & dicta teſtium ſunt ei tradenda. Exceptiones item & replicationes legitimæ hic admitti debent.

d. c. Qualiter 24. *§. Debet igitur. c. inquiſitionis* 21. *§.* 1. & *c. qualiter* 17. *extr. de accuſat.* Damhoud. *dict. cap.* 8. *num.* 12. & 13. & *num.* 20. Marant. *dict. part.* 6. *in pr. num.* 35. 37. De modo inquiſitionis formatæ vide Scabinor. Lipſenſ. Reſolut. *quæſtionum inſignium*, *q.* 85.

52 Videamus nunc quomodo exerceatur judicium criminale. Quando accuſator in judicium venit, & nomen rei, ejusq; maleficium atq; indicia criminis manifeſtavit, & inſcriptionis vinculum arripuit, [a] reus exhibendus & producendus eſt. [b] At non ſine ſpeciali præcepto judicis [c] qui ad hoc certis indiciis motus eſſe debet. [d] Exhibendus item eſt, quando citra accuſationem contra eum procedit judex ex officio. [e]

[a] *Secundum l. ult. verſ. ſed quiſquis. C. de accuſat.* Peinliche Halßgerichts Ordnung Käiſer Carls deß *V. artic.* 11. *ubi diſponitur;* daß der Ankläger / die Ubelthat / vnd derſelben redlichen Argwohn vnd Verdacht / die Peinlich Straff auff jhn tragen / zuforderſt auſagen ſolle / ohnangeſehen / ob der Ankläger den Angeklagten auff ſein Recht gefänglich einzulegen / oder ſich bey dem beklagten zuſetzen / begehrn vnd erbieten würde. [b] *l.* 2. *C. de exhib. reis.* [c] *l.* 3. *C. d. t.* [d] *l. . . cut.* 17. *C. ad leg. Cornel. de falſis.* [e] *l.* 1. *in prin. C. de cuſtod. reor.*

53 Judicio exhibitus reus ex ſpeciali judicis præcepto, [a] in carcerem conjicitur, ſi gravioris criminis reus ſit, [b] & argumenta facinoris contra ipſum adſint. [c]

[a] *l. neminem, in princ. C. de cuſtod. reor.* [b] *l.* 2. *C. d. tit.* & *l.* 3. *ff. eod. tit.* vide Farinac. *in tract. criminal. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 33. *num.* 48. & *ſeqq.* [c] *l. nemine* & *§. facta autem*, *C. d. tit.*

54 Si manifeſta & jure prodita ſuppetant argumenta innocentiæ, vel crimen leve ſit, reus, vel militibus traditur cuſtodiendus, vel fidejuſſoribus cōmittitur: quandoq; etiam ſi perſonę qualitas ſuadeat, ſuę promiſſioni nudę de judicio ſiſti relinquitur, pro arbitrio ſcilicet & æſtimatione judicis.

l. 1. l. 3. &

l.1.l.3. & *l.4.ff.de cuſtod.reor.l.2. Cod.dict. tit.* & *l.1.ibi,* ſub cuſtodia officii facto. *Cod. ad Senatusconſultum Turpillian.l.1. Cod. de exhib.* & *tranſmitt.* Quod autem de militibus dicimus, locum habet in his, qui imperium exercitumque habent, *leg. obſervare. 4.§.1.ff.de offic. proconſul.*

Mulier autem jure Juſtinianeo in carcerem mitti non debet, neque viris cuſtodienda tradi: Sed aut fidejuſſoribus committitur, aut ſi fidejuſſores invenire nequeat, idque juramento teſtetur, juratoriam cautionem de obſervatione judicii præſtare jubetur, niſi crimen, de quo accuſatur, ſit graviſſimum: quo caſu in monaſterium, aut aſceterium mittitur, aut mulieribus traditur: per quas publicè & liberè cuſtodiatur, donec ejus cauſa manifeſtetur. 55

Novell.134.cap.9.verſ.ſi verò crimen. Hodie tamen mulier, ſi crimen ſit graviſſimum publico detinetur carcere Farinac.*de carcerib.* & *carcerat.quæſt.27.num.52.verſ.limitando hanc primam.*

Etſi verò etiam in cauſis capitalibus judicio ſiſtendi cauſa fidejuſſor quandoque admittatur, [a] attamen hunc propriè fidejuſſorem eſſe non putamus. [b] 56

[a] *l.2.ff.de cuſtod.reor.l.eos 6.§.ſuper his 3.Cod. de appellat.* Vide Menoch. *libr.2.de arbitr. judic.cent.4.caſu 303.num.15.* & *ſequentib.* & Everhard. Bronchorſt. *cent.3.obſervat.58.* [b] *per l.4.ff.de cuſtod.reor.* Et facit quod fidejuſſor non obligatur in aliud, quàm in quod principalis obligatus eſt. Si non exhibeatur reus, nunquid factum hoc propriè & revera ad intereſſe pecuniarium æſtimari poteſt, in caſu quo reus corporis pœna tenetur? Vide etiam Damhouder. *in praxi crim.cap.20.nu.* & 10. Menoch. *libr.2. de arbitr.judic.caſu 303.num.15.* & 16. Farinac. *lib.1.prax.* & *theor.crim.tit,4.de carcerib.* & *carcerat.quæſt.33.nu.48.* & *ſeqq.*

Accuſator quoque, niſi dignitatem obtineat, cum reo ſimilitudinem cuſtodiæ pati tenetur. 57

l.ult.C.de accuſat. (quam legem intelligendam cenſeo ſecundum *l.1.ff. de cuſtod. reor.*) & *l.2.in fin.C.de exhib.* & *tranſmit.reis.*

Et niſi grave ſcelus ſit, [a] non debet priuſquam in cuſtodia vinciri, antequam convictus, aut confeſſus fuerit. [b] Servus tamen niſi à Domino, vel extero nomine domini defendatur, in vincula publica confeſtim conjici jubetur, ut ex vinculis cauſam dicat. [c] 58

[a] *l.3.ff.de cuſtod.reor.* & *l.2.C.eod.* [b] *l.2.C.de exhib.* & *tranſmitt.reis.* & *l.ſi confeſſus.5.ff. de cuſtod.reor.* [c] *l.2.ff.d.tit.junct.l.ſervus 21.ff.de pub.jud.l.Lucius 18.* & *l.ſervi 35.ibi.* Et alius nomine domini.*ff.de appellat.*

Non tamen ſedis intimæ tenebras pati debet incluſus, ſed uſurpata luce vegetari, ac ſublevari. Et ubi nox geminaverit cuſtodiam, in veſtibulis carcerum, & ſalubribus locis recipi: ac revertente iterum die, ad primum ſolis ortum illicò ad publicam lucem educi, ne pœnis carceris perimatur, quod innocentibus miſerum, noxiis non ſatis ſeverum eſſe dignoſcitur. 59

l.1.verſ.nec verò.Cod.de cuſtod.reor.l.aut damnum 8.§.ſolent.9.ibi, Carcer enim ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet.ff.de pœnis. Conſonat conſtitutio Caroli V. *in ordinatione criminali, artic.11.his verbis:* Und iſt darbey ſonderlich zu mercken/ daß die Gefängnuß zu Behaltung/ vnd nicht zu ſchwerer gefährlichen Peinigung der Gefangnen ſollen gemacht/ vnnd zugericht ſeyn. Vide Menochium *libr.2.de arbitr.judic.cent.4.caſu 305.* &

Damhouder *in prax. rerum crimin. capit. 17. ubi de qualitate carceris, & vinculorum agunt*

60 Quod ſi plures fuerint rei criminoſi, eos omnes in unum carceris conclave permixtim includere judex non debet; ſed ullo ſi fieri modo poteſt, diverſa clauſtrorum tutamina habebunt; ne occaſio ipſis ſit conſpirandi & colloquendi, qua ratione facinus ſuum tegere, colorare, & attennare velint.

Peinliche Halßgerichts Ordnung/Käyſer Carls deß V. *art.* [illegible] *in fin. vide l. in eos 13. ff. de cuſtod. reor.*

61 Moveri poteſt hoc loco illa quæſtio, an qui indignè, puta nullis ex indiciis præcedentibus detruſus eſt in carcerem impunè vinculis ruptis, & carcere effracto evadere poſſit, ſi aliter mortem evitare non poſſit? Nobis affirmativa nihil diſplicet.

Per l. 1. ff. de bonis eor. qui ante ſentent. Didac. Covar. *lib. 1. variarum reſolut. cap. 2. num. 12.* Farinac. *de carcerat. quæſt. 30. num. 120. & ſeqq.*

62 Quid ſi ex certis indiciis miſſus in carcerem eodem fugerit modo, nunquid licet innocens inventus fuerit, pro confeſſo tamen habetur, & pœna criminis, pro quo carceri mancipatus fuit, plecti debet? [a] Negamus. [b]

[a] Vide Menoch. *lib. 2. de arbitr. jud. cent. 4. caſu* 301. *num. 5. & ſeqq* & Iodoc. Damhouder. *in prax. rerum crimin. cap.* 18. Cujac. *libr. 7. cap.* 22. [b] *per l. 4. §. ultim. ff. de requirend. vel abſent. damn. l. in eos 13. ff. de cuſtod. reor. & l. 1. in princ. ff. de effractoribus & l. milites 13. §. pen. ff. de re milit. l. 1. § Divus Severus 17. & §. ſi quis ultro. 27. ff. de quæſt. l. ſi quis 38. §. penult. ff. de pœnis.* Iohan. Vaud. *lib. 2. quæſt. variarum cap. 2.*

63 Injuſtè autem apprehenſus, in carcerem compactus, ſi iniquæ judicis iniqui ſententiæ metu cuſtodes carceris interficiat, & fuga ſibi conſulat, habetne impunitatem hoc factum? Affirmamus, ſi aliter ſalvus evadere non poſſit.

Per l. nihil intereſt. 26. ff. de capt. & poſtlim. reverſ. l. capitalium 28. §. ad ſtatuas. 7. ff. de pœnis, & l. 1. ff. de bonis eorum, qui ante ſentent. Hippol. de Marſil. *in pract. crim. §. atting. im, num.* 40. vide Didac. Covarruv. *lib. 1. variar. reſolut. c. 2. nu. 13. & ſeq.*

64 Cæterum in carcerem conjectus reus non debet in eo diuturna detentione macerari, ſed ejus cauſa maturè in judicio tractari, ut aut velox convictum pœna ſubducat, aut innocens pronunciatus carcere liberetur. [a] Quoties autem criminis cauſa in judicio diſceptanda eſt, ex carcere educi, & apud acta audiri debet, ac poſtmodum ad carcerem reduci, donec cognitio finem acceperit. [b]

[a] *l. de his 5. C. de cuſtod. reor.* [b] *l. 2. C. d. tit.* quod eſt ex vinculis cauſam dicere. *l. 25. §. 1. ff. ad Silan. & l. 2. in prin. ff. de cuſtod. reor.*

65 Proinde accuſator ſuam in tempore accuſationem proponere debet, [a] & reus litem conteſtari, [b] probationes, [c] & defenſiones [d] ſine mora ſequi, ac ſententia etiam probè cauſa cognita dici. [e]

[a] Inſcriptionem & Rei exhibitionem ſequitur accuſatio. *l. 3. & l. neganda 19. C. de his, qui accuſar. non poſſ. l. penult. C. de accuſat. l. ſi cui 7. in princip. ff. dict. tit. & l. 2. C. ut intra certum temp.* [b] *l. ult. C. dict. tit. & l. Ex judiciorum 10. ff. de accuſ.* [c] *l. ult. C. de prob.* [d] *l. 3. C. de accuſat. l. inter 10. & l. accuſatore 13. §. 1. ff. de pub. jud.* [e] *l. 4. C. de accuſat.*

Debet.

Debet autem quæſtio criminalis intra biennium, à litis conteſtatione computandum, finiri. 66

l.ult.C.ut intra certum temp.l.properandum.13.in princ.C.de judic. & *l.in Senatuſconſulto 15.§.pen.ff.ad Senatuſconſultum Turpill.*

Cæterum etſi accuſatio per libellum proponatur, qui continere debet 67
nomen judicis, accuſatoris, rei, maleficium, item annum & menſem, tum etiam locum, quo crimen commiſſum eſt, [a] attamen petitio ſive concluſio neceſſariò non ſubjicitur, & ut maximè ſubjecta ſit, judex tamen in ſententia ferenda eam non attendit, ſed ſæpè longè aliter pronunciat, atque petitum fuit. Facto enim narratoque probato, ſimpliciter attendit legem, quam tranſgredi non poteſt. [b]

[a] *l.libellorum 3.ff.de accuſat.l.penultim.Cod.eod. tit.* Marant.*de ordin.jud.part.4.diſtinct.judic.16.num.*41.42.43.& 44.& *part.6.rubric.de libelli oblatione.nu* 6.7. & 8. Damhouder. *in praxi criminali cap.*30. Volunt autem quod hodie loco Conſulis, in libello accuſatorio Imperatoris regnatio & indictio poni debeat. Marant.*dict.part.6. Senatuſconſultum Turpill.l.ordo 8.ff.de pub.jud.* & *l.hodie 13.ff.de pœnis*, Bart.*ad dict. l.libellorum 3.ff.de accuſ.* Iodoc. Damhouder. *d.cap.*30.*num.* 7. uſu tamen, ac conſuetudine receptum eſt, ut accuſator petat, R cum condemnari ſecundum præſcriptas de illo commiſſo crimine leges, vel ſtatuta: quod & Damhoud.*dict.cap.*30.*n.*8. notat.

Litis conteſtatio in cauſa criminali quid ſit, quæ ejus partes, & ſpecies, 68
quæ forma, & effectus illius in difficili non eſt cognoſcere ex his, quæ ante hac de litis conteſtatione ſeparatim diſſeruimus.

Diſputat.20.de litis conteſtat.

Illud autem (quod ſanè argumentum grave eſt, & controverſum) 69
hoc loco omitti neutiquam debet, quod ad crimen perſequendum procurator fruſtra intervenit, multoque magis ad defendendum: [a] Si cauſa capitalis ſit, vel ea ex qua pœna uſque ad relegationem ſequi ſolet. [b] Poſt litis autem conteſtationem reus abſens per procuratorem defendi poteſt. [c]

[a] *l.pen.§.1.ff.de publ.judic.l.tunc.convenit.15. Cod. de accuſat.* Iure tamen Canonico per procuratorem accuſari quis poſſe videtur. Halßgerichtsordnung / *articul.* 12. *in princip.* [b] *leg.1.ff. an per alium cauſæ appellat.red. poſſ.l. abſentem.5 ff. de pœnis.* [c] *l.inter 10.ff. de publ. judic.l.3.Cod.de accuſat.* & *l.ſervum 33.§.publicè 2.ff. de procuratoribus.* vide Fachinæ. *libr.1. controverſ.cap.*24.25.& 26.*ut* & *ſub diſputat.V.theſi* 38. & *ſeqq.* Tùm etiam Dn. Vultej.*libr. diſcept.cap.*11.

Ad probationem criminis quod attinet, ſciant cuncti accuſatores, eam 70
ſe rem deferre in publicam notionem debere, quæ munita ſit idoneis teſtibus, vel inſtructa apertiſſimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita, [a] vel Rei confeſſione propria. [b]

[a] *l.ultim.Cod.de probat.* [b] *l.Qui ſententiam 16.Cod.de pœnis,can.1.can. Nos in quenquam* & *can.Primates,2.quæſt.1.* latè Farinac.*in praxi criminali,part.3.tit. de Reo confeſſo* & *convicto,quæſt.*81.*cap.*1.& *ſeqq. ubi de confeſſione Reorum eleganter* & *utiliſſimè diſſerit.*

Indicia indubitata ſi deſint, adſint tamen veriſimilia criminis indicia, [a] 71
quæſtio per tormenta haberi de reo poteſt. [b]

Quid

[a] Quid ſit indicium, & quotuplex, quæ item indicia probationem præſtent plenam, quæ verò aditum ſaltem ad torturam aperiant, vide meo *in tractatu de quæſtionibus ad tit ff. & C. de quæſtionibus.* [b] *l. milites 8. §. oportet. C. d. t.* Quibus autem in cauſis, & de quib. Reis habere quæſtionem poſſit judex, & quis modus ſit torquendi Reos, *vide eundem tract. meum.* & Zanger. *de tortur.*.

72 Eſt & illud hic notandum, quod etiam poſt concluſionem in cauſa pro innocentia rei teſtes recipi poſſunt.

l. unius 18. §. pen. ff. de quæſtionibus. Andr. Geil. *poſt alios lib. 1. obſervat. pract. obſervat. 107. num. 11.*

73 Et licet in cauſa civili teſtium productio & receptio fieri poſſit per Commiſſarios extra judicium, ſi teſtes ſint abſentes, in criminalibus tamen cauſis jure Juſtinianeo teſtes omnimodò in judicium venire tenentur, ut judex ipſemet examinet eos, [a] quamvis id hodie uſu ubique non obſervetur.

[a] *Novell. 90. cap. 5. Et quoniam. Auth. apud eloquentiſſimum. C. de fid. inſtrum. Clem. un. ibi, receptione teſtium in cauſa civili, tit. de off. & poteſt. judic. deleg. l. 3. §. Idem Divus 3. verſ. Quod crimina. ff. de teſtib.* [b] And. Geyl *lib. 1. obſerv. 96. nu. 10. &* 11. Sichard. *ad d. Auth. apud. num. 7 C. de fide inſtrument.*

74 Etſi verò atrociora crimina pro tribunali, crimina tamen levia, pro quibus fuſtibus reus ceditur, aut flagellis, ſi ſervus ſit, verberatur, de plano, audiri & diſcuti debent.

l. levia 6. ff. de accuſat. junct. l. unius 18. §. ult. ff. de quæſtionib.

75 Convictus reus condemnari debet; innocens ſi inveniatur, abſolvi. Non prius autem capitalem & ſeveram ſententiam ponere in reum debet judex, quam ſi aut propria confeſſione, aut certè omnium, qui tormentis, vel interrogationibus fuerunt dediti, teſtimonium in unum conſpirante, concordanteque in unum rei finem convictus ſit, & ſic in objecto flagitio deprehenſus, ut vix ipſe etiam, ea quæ commiſerit, negare ſufficiat.

l. qui ſententiam 16. C. de pœnis. de ſententia pura dicemus infrà.

76 Sequitur, ut videamus, quibus modis criminale judicium ſuſpenditur aut extinguatur. Suſpenditur autem non extinguitur planè accuſatio, vel abolitione, vel inſtantia lapſu biennii perempta. Abolitio eſt accuſationis licita omiſſio. Eſtque triplex, [a] una eſt ex lege Iulia de vi, puta accuſatore mortuo, vel ex juſta cauſa impedito, quo minus cauſam peragere poſſit. [b]

[a] *l. Aut privatim 10. in princ. ff. ad SCtum Turpill.* [b] *l. 3. §. ult. ff. de accuſat. l. pen. ff. de publ. judic.*

77 Altera eſt publica & generalis abolitio, quæ vel ipſo jure pro tempore certarum feriarum ſolennium datur, [a] vel pro tempore extra ordinem indictarum indulgentia promiſſa edictis propoſitis, puta ob rem proſperè geſtam adverſus hoſtes, vel diem inſignem aliam, &c. [b] Finitis autem Feriis, accuſator, ſi vult, repetere poteſt reum infra dies 30. [c] ut & mortuo accuſatore quivis alius. [d]

[a] *l. 3. Cod. de Epiſcop. aud.* [b] *l. abolitio 8. l. 9. l. 10. §. 1. & l. ſi interveniente 12. ff. ad Senatusconſult.*

conſultum Turpillian. Cujac. in paratit. Cod. de generali abolit. & in lib. Cod. Papin. de adult. pag. 673. [c] *l. aut privatim 10. §. 2. & l. ſi interveniente 12. ff. dict. tit.* [d] *l. 3. §. ultim. ff. de accuſat.*

Tertia abolitio eſt privata & ſpecialis, quæ eſt venia, ſive licentia amittendæ accuſationis, quam petit accuſator à judice, coram quo accuſationem inſtituit. 78

l. Aut privatim 10. in prin. ff. ad SCtum Turpill. l. abolitionem 16. C. ad leg. Iul. de adulter. l. Senator 15. in princ. ff. de jure fiſci.

Poſtulatur autem hæc abolitio à judice pro tribunali ſedente, Reo præſente, expoſita cauſa omittendæ accuſationis, cujuſmodi cauſa eſt error, incauta adoleſcentia, calor juvenilis, item miſericordia propinquorum, quos accuſator in reatum duxit, tum etiam quod ſuæ aut ſuorum injuriæ gratia accuſationem inſtituit. 79

l. 2. Cod. de abolitionib. ubi Cujac. *in paratit. l. Senatus 15. in princ. Verſ. Et ſi erraſſe videbitur, ff. de jure fiſci.* Idem Cujac. *in lib. 2. Papin. de adult. pag. 673.* Hanc autem cognitionem magiſtratus alii mandare non poteſt. *l. 1. § abolitio, ff. ad SCtum Turpill.* quia ſpecialiter ei SCto dara eſt, *d. l. Senatus 15. in princ. ff. de jure fiſci.*

Et datur abolitio à judice perpenſo conſilio, & cauſa cognita, etiam invito reo, ſi res ſit integra, & infra 30. diem, ex quo reus cuſtodiæ officii traditus fuit, interim dum comparat ſe ad ſiſtendum in judicio. 80

l. 3. Verſ. Quando autem, C. de abolit. l. Senatus 15 in princ. ff. de jure fiſci, & l. 2. Verſ. Ei vero, C. de exhib. & tranſmitt. reis.

Manifeſto calumniatori non datur abolitio vel publica vel privata, [a] neq; datur accuſatori abolitio reo invito, ſi jam injurias carceris, tormentorum, verberum aut catenarum ſuſtinuerit, neq; etiam poſt dies illos triginta, niſi reus conſentiat, ut nec tortis ingenuis hominibus teſtimonii cauſa, licet & reus & teſtes illi conſenſerint. [b] 81

[a] *dict. l. 3. in princip. Cod. de abolit. l. penult. C. de calumniat. & l. Senatus 15. in princ. Verſ. ſi autem calumnia, ff. de jure fiſci.* [b] *d. l. 3. Verſ. ſin autem ſyncera & tribus Verſ. ſequentib. Cod. de abolit.*

Denegatur quoque abolitio accuſatori in criminibus capitalibus, puta læſæ majeſtatis, patriæ oppugnatæ, vel proditæ, peculatus, Sacramenti deterſi, & aliis. 82

d. l. 3. Verſ. ult. C. de abolit. ubi Cujac. *in paratit.*

Poteſt tamen accuſator nutu Principis crimen abolitione ſopitum revocare, [a] ſine Principis indulgentia non poteſt. [b] 83

[a] *l. 1. C. de abolit.* [b] *l. 3. C. ad SCtum Turpill.*

Perempta quoq; biennii lapſu inſtantia judicii poſt conteſtationem litis, quæſtio criminalis terminatur, & reus inſtantia & obſervatione judicii abſolvitur. 84

l. ult. ubi gl. in Verb. abſolvi, *C. ut intra certum temp. crim. quæſt. term.* ubi Cujac. *in paratit. l. properandum 12. C. in princ. C. de judic.*

Quod ſi accuſator poſt delationem rei, & ſolennium implementa ſine abolitione deſiſtat ab accuſatione, & tergiverſetur, infamia notatur, & extra ordinem punitur. 85

Digitized by Google

l. 2. Cod. ad SCtum Turpill. Ex lege Petronia & SCto Turpill. pœna fuit infamia, & mulcta V. librarum auri cogenda in fiſcum, *l. ſpurij 6. §. Qui judicij, ff. de Decurionibus. leg. 3. §. ultim. ff. de prævaric. & l. 1. ff. de jure fiſci.* Aliud eſt in extraordinario crimine *leg. 7. §. 1. ff. ad Turpill.*

86 Extinguitur judicium criminale, primò morte rei, [a] excepto repetundarum, & perduellionis judicio, quæ etiam mortuis Reis, cum quibus nihil actum eſt, adhuc exerceri poſſunt, ut bona eorum fiſco vindicentur, adeo ut ex quo quis aliquod ex his cauſis crimen contraxit, nihil ex bonis ſuis alienare poſſit. [b] Ex cæteris verò criminibus pecuniaria pœna ita demum ab hæredibus incipit, ſi vivo reo lis ſit mota, & conteſtata, licet non fuit condemnatio ſecuta. [c]

[a] *Tot. tit. Cod. ſi reus vel accuſator mort. & l. ult. in princip. ff. ad leg. Iul. majeſt.* [b] *dict. leg. ultim. verſ. Niſi fortè & verſ. ſeq. ff. d. tit. & l. Ex judiciorum 20. ff. de accuſat. l. In SCtum 15. §. ſi propter 3. ff. ad SCtum Turpill. l. penult. & ultim. Cod. ad leg. Iul. majeſt. l. 4. Cod. de hæretic. & l. 1. §. ultim. verſ. Nam etſi. ff. de requirend. vel abſent. damn.* [c] *dict. l. Ex judiciorum 20. ff. de accuſat.*

87 Sed quæritur, an etiam poſt condemnationem, pendente appellatione morte rei prorſus extinguatur criminis cauſa? Hic diſtinguendum hoc modo: aut priori ſententia, contra quam appellavit Reus, bona ejus expreſſim publicata ſunt, aut tacitè. Si ſpecialiter: morte quidem ejus, crimen, id eſt, cauſa capitis extinguitur, ſed quæſtio bonorum ſimpliciter publicatorum non extinguitur. Si tacitè, ut ſi deportatus ſit nullo alio adjecto, morte ejus, & crimen, & quæſtio bonorum extinguitur, & bona tranſmittuntur ad hæredes.

l. 3. C. Si pendente appellation. mors intervenit. & ibi Cujac. *in paratit. l. ult. C. ſi reus vel accuſator mor. fuer.*

88 Denique querela cujuſque criminis viginti annorum exceptione excluditur: [a] excepto crimine adulterii, quod ab extraneo, vel extranei jure in maſculum intenditur; Id enim quinquennio continuo extinguitur: [b] excepto item peculatus crimine, quod eodem temporis curſu perit, [c] ut & accuſatio extranei, qui contra SCtum Silanianum tabulas aperuit illius, qui à familia occiſus eſſe dicitur. [d]

[a] *l. Querela 12. C. ad leg. Cornel. de falſis;* Cujac. *lib. de diverſ. tempor. præſcript. cap. 28.* [b] *l. 1. §. accuſationem 11. ff. ad SCtum Turpill. l. miles 11. §. adulterij 4. ff. ad leg. Iul. de adult.* [c] *l. peculatus 7. ff. ad leg. Iul. pecul.* [d] *l. In cognitione 13. ff. de SCto Silan.*

89 Sed dubitatur an ſimiliter extinguantur viginti annis patricidij crimẽ, [a] item crimen ſuppoſiti partus, [b] an verò perpetua ſit horum criminum accuſatio? Accurſius perpetuam eſſe putat, [c] quod de parricidii accuſatione ſentit quoque Duarenus, [d] & de crimine ſuppoſiti partus Weſembec. [e] Quorum ſententia neutiquam rejicienda videtur. [f]

[a] *l. ultim. ff. ad leg. Pompon. de parricid. & dict. leg. In cognitione 13. ff. de Senatuſconſulto Silan.* [b] *l. Qui falſam 19. §. 1. ff. ad leg. Cornel. de falſis.* [c] *ad dict. l. Querela 12. in verb. ſicuti cætera in fin. Cod. dict. tit. & ad dict. l. ultim. ff. dict. tit.* [d] *Ad tit. ff. ad leg. pomp. de parricid. l. in fin.* [e] *In paratit. ff. ad legem Cornel. de falſ. num. 11.* [f] *per ll. ad lit. a. & b. poſitas.* At diſſentit Gothofred. *in notis ad dict. l. Qui falſam 19. §. 1. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Diſſentire quoque

videtur

videtur Cujac. *libr. de diverſ. tempor. præſcript. capit. 24. verſ. Quartum, & capit. 28. verſ. Quartum.*

Denique finitur judicium Criminale ſententiâ judicis condemnatoria, 90
vel abſolutoriâ. In ſententia autem dicenda, & pœna decernenda judex legis
authoritatem ſequi tenetur, qui neque remittere, neque minuere, aut
aliter mutare, & arbitrari pœnam poteſt; [a] Cum abſurdum eſſet, ut inferior
tolleret, aut immutaret legem ſuperioris, tot vigiliis, & laboribus
conditam. [b] Quæ autem cuique crimini pœna propoſita ſit, claſſis diſputationum
quarta oſtendit.

[a] *l. 1. §. Quorum 4. verſ. Et quemvis, ff. ad SCtum, Turpil. l. ordo 8. ff. de publ. judic. cap. 4. §. Illis etiam, extr. de offic. & poteſt. deleg. cap. 3.* ubi gloſſ. *in verb. pœnam pecuniariam, extr. de pœnis, l. aliud frater eſt 131. §. 1. ibi, pœna non irrogatur, niſi quæ quaque lege, vel quo alio jure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt, & l. ſi qua pœna, 244. §. ultim. ibi,* quia certæ pœnæ ſingulorum peccatorum ſunt, *ff. de verbor. ſignif. §. 1. Inſtitut. de offic. judic.* ubi Juſtin. Imp. inprimis, ait, illud obſervare debet judex, ne aliter judicet, quam legibus aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt. Sic *in Novell. 115. cap. 2. in fin.* Cognitor, ait, cauſæ modis omnibus proferat ſententiam legibus conſonantem. Confert textus *in Can. In iſtis, diſtinct. 4.* vide Tyraquel. *de pœnis temp. aut remitt. in præfat. num. 1 & ſeqq.* [b] *per l. ſi quando 35. in fine principij C. de inoffic. teſtam.*

Sed pronunciatum hoc procedit, ſi concurrant in commiſſo maleficio 91
ea omnia, quæ lex pœnaria reſpicit: puta ſi homicidium dolo [a] ſit commiſſum,
& quidem ab ea perſona, in qua miſeratio ætatis mediocrem pœnam
non ſuadeat. [b]

[a] *l. In lege 7. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. Proſpiciendum 11. §. pen.* [b] *l. auxilium 37. §. 1. verſ. In delictis, ff. de minoribus.*

Quod ſi judex graviorem & ſeveriorem ultra legem reo pœnam certis 92
rationibus motus imponat, exiſtimatio reo conſervatur; utputa, ſi eum,
qui parte bonorum multari debuit, judex relegaverit, dicendum erit durior
ſententia cum eo tranſactum de exiſtimatione, idcircoque non eſſe
infamem.

l. Quid ergò 13. §. pœna gravior 7. ff. de his, qui not. infam: l. ordine 15. in princ. verſ. Durioribus, ff. ad municipalem.

Si clementiorem, & minorem, quàm leges permittunt; ex judicis ſen- 93
tentia paſſus ſit pœnam reus: puta ſi ad tempus relegatus ſit, cum deportari
debuit, inter infames etiam poſt relegationis tempus manet; nec amiſſum
honorem recuperat.

d. l. ordine 15. in princ. verſ. Minoribus verò, ff. ad municipalem, & l. 3. in princip. ff. de decurionibus.

Cum autem certis ex cauſis biennio ſaltem reus movetur ordine, licet 94
ſeverior in eum ſententia, quæ etiam infamiam ingerit, dici debuit, attamen
tranſacto tempore non eſſe in numero infamium; eò quod poſt biennium
judex ei remiſiſſe ordinis prohibitionem videtur.

l. 3. C. Ex quib. cauſ. infam. irrogat. & d. l. 3. ff. de Decurionib.

In criminali judicio extraordinario, licet pœna arbitraria ſit, eam tamen 95

judex

judex imponere jubetur, quam conſuetudo approbavit; alioqui ſi de conſuetudine non appareat, judex de modo pœnæ ſtatuit.

l.pen.§.pen.ff.ſtellionat.l.4.ff.de cuſtod.reor.l.1.§.1.verſ.Quibus nulla.ff. de effractorib. Tyraquell.*de pœnis temp.aut remitt.in præfat.num.4.5.& ſeqq.*

96 Semper autem perſpicere debet judex, cum arbitraria eſt pœna, aut circumſtantiæ pœnam legis mutari ſuadent, ne quid aut duriùs, aut remiſſius conſtituat, quam cauſa depoſcit. Nec enim aut ſeveritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt, ſed propenſo judicio, prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. [a] Severius autem ſervi, quam liberi homines puniuntur, & famoſi, quam integræ famæ homines; humiliores, quam in dignitate poſiti. [b]

[a] *l.Perſpiciendum 11.in princip.ff.de pœnis.* [b] *l.capitalium 29.§.ultim.l.Moris 9.§.penult.l.ſequentib.l.aut facta 16.§.perſona 3.ff.de pœnis. l.3.§.penult.ff.ad leg. Cornel. de ſicar.l.ultim ff.de injur.*

97 Cæterum liber homo, ut vinculis perpetuis contineatur, damnari non poteſt jure civili; [a] ſecus eſt de jure Canonico. [b] Nec potuit quiſquam à Præſidibus inconſulto principe in inſulam deportari. [c]

[a] *l.Incredibile 6. Cod. de pœnis, l.aut damnum* 8. *§.ſolent 9.ff. de pœnis.* [b] *capit.3.titul. de pœnis in 6 c.Novimus 27.§.ultim.extr.de verbor.ſignificat.* Andr. Geyl.*libr.1.de pace publ. cap.1.num.32.& ſequentib.* [c] *l.Inter 6.§.1.ff.de interd.& releg.*Sed obſtare videtur *l.ex omnib.10.& l.ſeq ff.de offic.præſid.*vide Hotoman.*lib.3.obſervat.cap.*12. Cujus tamen conciliationi non aſſentimur.

98 Quid ſi populus aut noxium crimine abſolvi, aut innocentem condemnari deſideret, nunquid audiri debet? Vanæ voces populi audiendæ non ſunt, nec vocibus plebis credi oportet.

l.Decurionum 12.§.1.C.de pœnis.

99 Eſt & illud hic notandum, quod judex, licet Magiſtratus ſit, pœnam ſua dictam ſententia revocare nequit. [a] Appellare tamen ab ea jure Iuſtinianeo reus poteſt, [b] licet ſecus ſit novo conſuetudinario jure. [c]

[a] *l.Pœnam 15.Cod.de pœnis.* [b] *l.ultim. Cod.ſi reus vel accuſat. mort.l. Non tantùm 6.ff. de appellat.* [c] Cammergerichts Ordnung/*part.2.tit.28.§. Item* nach dem. Gayl.*libr.1 obſervat.num.*28.Mynſing.*cent.4.obſervat.*42. Si autem in criminalibus competentiæ quæſtio diſputatur locus an ſit appellationi. Vid.Mindan.*lib.1.de mandat.cap.9.num.*10. Quid in cauſa nullitatis. Cammergerichts Ordnung *tit.dict.*28.Vid. Mindan.*dict loc.*

100 Damnatum reum reſtituere, eique pœnam remittere nemo poteſt præter principem.

Tot.tit.ff.& Cod.de ſentent.paſſ. & reſtitut.l.3. Cod. de Epiſcop.aud. l.ult. Cod. de generali abolit.

101 Prægnantis mulieris conſumendæ damnatæ pœna differtur quoad pariat: Et quandiu prægnans eſt, ne quæſtio quidem per tormenta de ea habetur.

l. ff.de pœnis.& l.Neg.. 2.ff.de mort.infer.

102 Reſtat effectus judicii criminalis. Effectus judicii hujus eſt, quod ſontes digna pœna plectuntur, & exemplo iſthoc alii ab iiſdem facinoribus deterreantur, [a] aut ſi innocens inventus ſit reus, abſolvitur, ipſe verò accuſator

ſator, ut calumniator coercetur, ſi in evidenti calumnia deprehenſus fuerit. [b]

[a] *l.1.ff.de legib.l.capitalium 28.§.penultim.ff.de pœnis.l.Qui ſententiam 16. & l.cum reis 18.Cod.dict.tit.* [b] *l.1.§. Sed non utique 3.ff. ad Senatuſconſultum Turpill. & l.3. Cod. de calumniatorib.*

Eſt autem calumniatoris pœna in publicis judiciis detrimentum exiſtimationis, id eſt, infamia, [a] præter pœnam, cui ſe ipſemet accuſator per inſcriptionem ſubjecit. [b] In extraordinariis verò judiciis calumnia officio judicis coercetur ſine periculo infamiæ. [c] 103

[a] *l.3.ibi*, detrimentum exiſtimationis, *& l.noſtris 8.ibi*, infamiæ ſupplicium, *Cod.de calumniatorib.* [b] *l.non priùs 7.& l.ult.C.d.t.l.2.C.ex quib.& tranſinit. reis* [c] *l.3.ff. ad SCtum Turpill.junct.l.5. ibi*, in publicorum duntaxat judiciorum quæſtionibus, *C. de calumniatorib. ubi Cujac.in paratit.*

Sed quæſtionis eſt, an in criminalibus etiam victus victori in expenſas condemnetur? Quidam affirmant: [a] quod in Reo victore probamus, [b] non in vincente accuſatore. [c] 104

[a] Bart.*in l.ſi poſtulaverit,ff.ad leg.Iul.de adulter.* & Salycet.*in l.Qui crimen,nu.19. C.Qui accuſare poſſunt.* [b] *Ordinat.crim. Carol.V.artic.12.d.l.ſi poſtulaverit,§.ultim. & d.l. Qui crimen,* [c] *dict.ordinat.crim.artic.204.*

Si tamen Reus ex legitimis indiciis tortus nihil confeſſus ſit, proindeq; abſolvatur, accuſator ſuas ipſemet ſuſtinet expenſas, ac Reus alimenta ſolvit: Cæteras expenſas magiſtratus ſuſtinet. 105

Peinliche Halßgerichts Ordnung/*artic.61.*

CLASS. VI. DISPUT. XXXIX.

DE EXTRAORDINARIO Iudicio.

THESIS I.

SUpereſt judicium extraordinarium, quod eſt, in quo de cauſa quadam citra ſubtilem & ſtrictum judicii ordinem diſceptatur, & judex ſummatim cognoſcit, & pronunciat.

Clem.Diſpendioſam.tit.de judic. & Clem ſæpè in princip.tit. de Verbor.ſignif.l.1. Cod.ut in poſſeſſ.legat.l.3. §.ſ.tendum 9. Verſ. Iudex igitur ſummatim,ff. ad exhib. l. Nec quicquam 9. §. De plano 3.ff.de offic.proconſul.l.4.Cod.de dolat.c.ult.§. Quòd ſi Abbas, ibi, abſque judiciorum ſtrepitu,*extr.de ſtatu Monach.c.olim 26.§.1.extr.de accuſat.l.levia 6.ff.de accuſat.* In ordinario judicio plena inquiſitione cauſa diſcuti debet,*l.judices 9.C.de judic.* & ejus acerrima teſtibus, & argumentis indago fieri,*l.ubi 22.C.ad leg.Cornel.de falſ.*

In hoc autem inſpiciendum maximè, & quę cauſæ ad hoc judicium pertineant, & quis in eo proceſſus ſit obſervandus. 2

Cauſæ ad hoc judicium quæ pertinent, quatuor generibus diſtinguuntur. Primum genus continet eas cauſas, quas Princeps vel Papa Romanus 3

judici alicui ita committit diſceptandas, ut is ſimpliciter & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura judicii in illis cognoſcendis procedat.

dict. Clem. Sæpè, tit. de verb. ſignif. Marant. *de ord. judic. part. 4. diſtinct. 9. n. 3.*

4 Alterum genus complectitur cauſas Eccleſiaſticas ſuper electionibus, poſtulationibus, proviſionibus, dignitatibus, perſonatibus, aliiſque beneficiis Eccleſiaſticis: Item decimis, matrimoniis, uſuris, eaſque tangentibus cauſis.

Clem. Diſpendioſam, titul. de judic. De matrimoniis eſt quoque *textus in cap. 1. extr. ut lite non conteſtat. non proced. ad teſt. recept.* Marant, *dict. diſt. 9. nu. 42. 50. 56. 58.*

5 Tertium genus comprehendit actionem ad exhibendum, [a] actionem dotis, non ſolum ſoluto matrimonio reſtituendæ, [b] ſed &(ut remur) promiſſæ præſtandæ mulieri;[c] tum etiam momentariæ poſſeſſionis actionem; [d] Item actiones pupillorum, viduarum & miſerabilium perſonarum, quales ſunt debiles, & valetudinarii; [e] actiones item litis levioris, & viliura perſonarum. [f]

[a] *l. 3. §. ſciendum 9. verſ. Iudex igitur, ff. ad exhib.* [b] Marant. *dict. diſtinct. 9. num. 57.* & Mynſinger. *cent. 3. obſervat. 3. num. 7. per dict. cap. Diſpendioſam, tit. de judic.* facit. *l. unic. §. Taceat in ea, Cod. de rei uxor. act.* [c] *per l. ultim. Cod. de dot. promiſſ.* ex qua patet, quod dotis major ſit favor, quàm alimentorum: ſiquidem pater etiam locupleti filiæ dotem daro teneatur, cùm tamen alimenta ei præſtare non cogatur, *l. ſi quis à liberis 5. §. ſed ſi filius 7. & §. alimenta 19. ff. de agnoſc. & alend. liber.* Si ergo alimentorum cauſa eſt ſummaria, ut poſt dicetur, multò magis cauſa dotis præſtandæ. Confert *eodem l. 2. ff. de jur. dot. & l. Intereſt 18. ff. de reb. aut. judic. poſſeſſ.* [d] *l. momentaria 6. unde vi, l. ſi coloni 14. Cod. de agric. & cenſit. lib. 11. l. un. Cod. ſi de moment. poſſ. l. ult. C. Qui legit. perſon. ſtand. in judic. non hab. & l. 1. Cod. ſi per vim, vel alio modo,* Geil. *lib. 1. obſerv. 6. in prin.* Marant. *dict. diſtinct. 9. num. 43.* [e] *arg. l. un. C. Quando Imp. inter pupillos, vel viduas, vel miſerabiles perſon. cognoſc.* Marant. *d. diſtinct. 9. num. 78.* [f] *per text. in Novell. 17. num. 3. ubi* Cujac.

6 In controverſia autem verſatur, an momentaria poſſeſſio illa tantum ſit, de qua agitur interdicto recuperandæ poſſeſſionis, an verò & illa, cujus nomine agitur interdicto adipiſcendæ vel retinendæ poſſeſſionis? Poſterius Cujacio, [a] & Donello [b] probatur; Nobis verò prius tantum arridet. [c]

[a] *In paratit. Cod. tit. ſi de momentar. poſſ. & ad d. l. ſi coloni 14. Cod. de agricol. & cenſit. lib. 11.* [b] *lib. 17. commentar. cap. 4. pag. 12. lin. 31. & ſequent.* [c] Tùm quia momentaria poſſeſſio diſertè diſtinguitur ab adipiſcenda poſſeſſione *in l. ultim. Cod. Qui legit. perſon. ſtand. in judic. non hab.* Tùm quia ſola recuperanda poſſeſſio dicitur momentaria poſſeſſio, prout arguunt textus qui nominatim poſſeſſionis meminerunt momentariæ, *in l. 1. C. ſi per vim, vel alio modo. l. momentariæ. 8. C. und. vi. l. ult. C. qui legit. ſtand. perſon. in judic. habent. l. unic. Cod. ubi de poſſeſſ. agi oport. & l. unic. C. ſi de moment. poſſeſſ. appell.* Vult ejus *ad dict. l. unic. num. 34. C. ubi de poſſeſſ. agi oport.* Tùm etiam, quia lis de recuperanda poſſeſſione ſummariam tantùm cauſæ cognitionem deſiderat, *d. l. ſi coloni 14. Cod. de agric. & cenſ. lib. 11.* lis verò de adipiſcend. & retinenda poſſeſſione plenariam, *cap. cùm teneamur 17. in fin. extr. de appellat.* Abb. *in c. conſultationibus, circa finem. extr. de offic. & poteſt. deleg.* & eum ſecutus ibidem Felin. affirmant, quod in cauſa poſſeſſorii ordo juris requiratur. Id quod de retinend. poſſeſſ. apparet ex *§. Hodie. Inſtit. de interdict.* ubi dicitur, quod lis conteſtanda ſit interdicto retinendæ poſſeſſionis. Tùm poſtremò, quòd exceptio interdicto recuperandæ poſſeſſionis objici non poteſt, *§ Recuperandæ verſ. Licet ii, Inſtit. de interdict.* quæ tamen rectè objicitur interdicto retinendæ poſſeſſionis *l. 1. §. perpetuò 5. & §. ultim. & l. 3. in princip. ff. uti poſſid.* Quando tamen retinendæ

nendæ poſſeſſionis interdictum eſt momentarium. Vultejus ad. *l.unic.num.*33. *C. ubi de poſſ. agi opert. & patet ex l.unic.C.uti poſſidet.& l.3.ff.dict.tit.*

7 Quod de pupillis & viduis dicitur, quæritur utrum de ſolis pauperibus, an etiam de locupletibus exaudiri debeat? Gloſſa [a] Sichard. [b] & alii de egenis interpretantur; Sed rectiùs nobis ſentire videntur, [c] qui etiam de divitibus pupillis, & viduis id exaudiendum putant. [d]

[a] Ad *d.l.un.in verb.ſi pupilli. C. Quando Imp. inter pupil.* [b] *ad d.l.un.num.*5. [c] Quos refert & ſequitur Vult. *ad d.l.un.num.*10. [d] Eſt enim generalis textus *dict.l.unic.* Et ſpectat Imper. Conſtantinus ipſam pupillaris ætatis, & viduitatis conditionem, qua communiter hujuſmodi perſonæ premi ſolent, Andr. Gail. *lib.*1.*obſerv.*1.*num.*40.

8 Eſt quoq; hujus tertii generis condictio ex lege, qua procurator ſalarium certa pollicitatione promiſſum ſequitur.

l.1.verſ.ult. & l.ſalarium 17.C.Mandati, l.7. & l. Qui mutuam 56.§.pen.ff.d.t.junct. ult. in fin.ff. de obligat. & act. ex qua intelligimus ſalarii pollicitatione promiſſi nomine actionem competere.

9 Ad idem genus referendam quoque putamus actionem, qua operarum liberalium nomine mercedes conventæ petuntur, puta per ludi literarii magiſtros, librarios, notarios, ſive tabellarios: non etiam cæterarum artium opifices, ſive artifices, quæ ſunt extra literas, vel notas poſitæ.

Per l.1.§.Ludi quoq; 6.& §.ſeq.ff.de varijs & extraord.cognit.

10 Deniq; huic etiam generi adponendam ducimus condictionem ex lege, qua de pollicitationibus in municipia factis adverſus promiſſore agitur.

Per l. De pollicitationib.8 ff.de pollicitat.junctis ll.theſi 8.adpoſitis, & ſentit VVeſemb. *in parat.ff.de pollicitat.in princ.& ibidem etiam* Cujac.

11 Quartum genus conſiſtit in cauſis, quarum nomine non actio comparata eſt, ſed imploratio officij judicis competit. Ejuſmodi autem cauſæ variæ ſunt. Primò extraordinario judicio petuntur ſtudiorum ſalaria, [a] decreto Magiſtratus alicui conſtituta, [b] aut à quocunque alio ſine promiſſione debita. [c]

[a] *l.1.ff.de varijs & extraord.cognit.* [b] *l.4.§.ult.ff.de decret.ab ord.fac.* [c] *l.1.§. Medicos, & §§.ſeqq.ff.de varijs & extraord.cognit.*

12 Petere autem poſſunt ſalaria Præceptores ſtudiorum liberalium; ut ſunt Rhetores, Grammatici, Geometræ; [a] ut & licet Profeſſores non ſint, ludi literarij Magiſtri. [b]

[a] *l.1.in prin.ff.de varijs & extraord.cognit.* [b] *d.l.1.§.Ludi quoq; 6.ff.d.t.*

13 Sed nunquid & Philoſophi ſalarium petere poſſunt? Ulpian. negat, non quia non religioſa res ſit philoſophari, ſed quia hoc primum profiteri eos oportet, mercenariam operam ſpernere.

d.l.1.§.An & Philoſophi 4.ff.d.tit.l.In honoribus 8.§.Philoſophis 4.ff.de vacat. & excuſat. muner. ubi Papin. ICtus verè, ait, Philoſophantes pecuniam contemnunt, cujus retinendæ cupidine fictam adſeverationem detegunt. Sic Diocl. & Maximian. Impp. *in l.6. C. de munerib. patrim.lib.*10. Profeſſio (ajunt) & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant. Nam cùm te Philoſophum eſſe proponas, vinceris avaritia & rapacitate. Eleganter quoq; Valent. & Valens Impp. *in l.Reddatur 8.Cod.de Profeſſorib.& Medic.lib.eod.* oſtendunt, quod Philoſophus indebitè & inſolenter Philoſophiæ habitum uſurpet, qui pecuniæ cupiditate intenditur. Et ſubjiciunt ibidem hæc verba: Turpe eſt, ut patriæ functiones ferre non poſſit, qui etiam fortunæ vim ſe ferre profitetur.

14. Medicorum eadem cauſa eſt, quæ profeſſorum liberalium ſtudiorum, niſi quod juſtior, cùm hi ſalutis hominum; illi ſtudiorum curam agant; Et ideò his quoque extra ordinem de ſalariis jus dici debet.

d.l.1.§.1.ff.de Varijs extraord.cogn. & *l.Medicos 6.Verſ.ult.C.de prof.ſſcrib.* & *medic.lib.10.*

15 Per medicos autem non intelligimus impoſtores, qui exorcizant, qui incantant, qui imprecantur; tametſi ſint, qui hos ſibi profuiſſe cum prædicatione affirment.

d.l.1.Medicos 3.Verſ.Non tamen, ſi incantaVit, ff. de Varijs & *extraord.cogn.*

16. Juris civilis Profeſſores ſimiliter ſalaria ſi petant, non audiuntur. Etſi enim res ſanctiſſima ſit; civilis ſapientia, eſt tamen ea, quæ precio nummario non eſt æſtimanda, nec dehoneſtanda, dum in judicio honor petitur.

d.l.1.§.1.§.Proinde 5.ff.d.t. Sed hoc in iis obtinet, qui gratis jus Civile profitentur. Weſemb *in parat.ff.d.t.nu.2.Verſ Et hac quidem.*

17 Advocatis tamen, qui cauſis agendis quoque ſtudio operantur, honoraria pro modo litis, proque eorum facundia, & fori conſuetudine, ac judicij decerni convenit.

d.l.1.§.in honorarijs 10.ff.eod.tit. De advocatorum ſalario *Vide diſp.7.theſi 34.* & *ſeqq.*

18 Comites item, id eſt judicum ſuperiorum adſeſſores ſalarium rectè petunt, non minus quam Profeſſores liberalium ſtudiorum.

d.l.1.§.ſed etſi comites 8.ff.de Variis & *extraord.cognit.*

19 Jus quoq; extra ordinem dicitur librariis, notariis, calculatoribus, ſive tabulariis.[a] Tum etiam obſtetricibus, quæ utiq; medicinam exhibere videntur,[b] Ut & illis medicis qui alicujus partis corporis, vel certi doloris ſanitatem pollicentur; utputa, ſi auricularium, ſi fiſtulæ, vel dentium.[c]

[a] *d.l.1.§.Ludi quoque 6.Verſ.Iam* & *ff.de Var.* & *extraord.cognit.* [b] *d.l.1.§.2.ff. dict.tit.* [b] *d.l.1.§.medicos 3.ff.eod.tit.*

20 Similiter nutrices, quarum uberibus infantes aluntur, nutricia ſua extra ordinem petere poſſunt.

dict.l.1.§.pen.ff.dict.tit.

21 Opifices autem ſive artifices earum artium, quæ ſunt extra literas, vel notas poſitæ, ſuas mercedes non extra ordinem, ſed jure ordinario petũt.[a] Cæterum operarii diurna qui operantur mercedula eam etiam extra ordinem petunt.[b]

[a] *d.l.1.§.Sed cæterarum 7.ff.eod.tit.* [b] Poſt Bart. Marant:*dict.diſt.9.nu.81.*

22 Qui extra ordinem ſuam mercedem petere poſſunt, adverſus eoſdem etiam extra ordinem jus dicitur ratione profeſſionis.

d.l.1.§.Sed adverſus.9.ff.dict.tit.

23 Deinde extraordinario judicio petitur ſequeſtratio,[a] reſtitutio hereditatis fideicommiſſariæ,[b] miſſio in poſſeſſionem.[c]

[a] Guid. Papæ *quæſt.246.nu.2.*Mynſing.*cent.2.obſerV.11.Verſ.Primum.* De ſequeſtratione, *Vide ſub claſſe 2.diſputat.11.* [b] *l.pecunia Verbum 178.§. actionis Verbum.ff. de Verbor.ſignif.* Vlpian. *Inſtit.tit.25.§ fideicommiſſa non per formulam, Vide ſub Claſſ.3.diſput.7.theſi 45.* [c] *l.2.ibi,* negotium ſummatim diſcutiens. *C.ubi in rem act.l.cùm proponas.9.C.de bonis auth.jud.poſſid. l.ſi is à quo 3.§.1.ff.ut in poſſeſſ.legat.*

Fit

Fit autem in poſſeſſionem miſſio, vel rei ſervandæ cauſa, vel Legatorum ſervandorum gratia, vel ventris nomine, vel nomine damni infecti. 24

l.1.ff.quib.ex cauſ.in poſſeſſ.eatur.

Rei ſervandæ cauſa mittitur actor in poſſeſſionem Rei conventi, ſi ille citatus legitimè ante litem conteſtatam contumax extiterit, & ſui in judicio copiam non fecerit, nec à quoquam defenſus fuerit. 25

c.1.& c.pen.extr.de dolo & contumac.l.Si atiq; pœna 18.ff.de in jus vocand. d.l.cùm proponas 9.C.de bonis Auth.jud.poſsid.l.2.ff. Quib. ex cauſis in poſſ.eatur.c.ult. & tot.tit.extr.de eo, qui mittit.in poſſeſſ.cauſa rei ſervand. Fürſt. Württ. Landrecht/*part.1.tit.* Von vngehorſame deß Antworters/*verſ.ult.pag.*58. De hac miſſione egimus *ſub diſput.13.de citatione judiciali.*

Et hæc miſſio fit ſummaria tantum cauſæ cognitione facta. 26

d.l.2.C.ubi rem act.

Legatorum ſervandorum gratia fit miſſio legatarii in poſſeſſionem bonorum hereditariorum, [a] ſi heres legatario, cui in diem, vel ſub conditione relictum eſt legatum, non ſatisdet de legato præſtando, dolove malo abfuturo. [b] 27

[a] *tot.tit.ut in poſſeſſ.legator.* [b] *l.1.in prin.& tot.tit.ff.ut legator.ſeu fideicommiſſor.ſervand. cauſa caveatur.*

Quandoque etiam de puro legato hæc cautio interponitur, ſi heres moram interponat, & dare tergiverſetur. 28

l.hac ſtipulatio 14.& l.ſeq.in princ.ff.ut legator.ſeu fideicommiſſor.ſervand. cauſa caveatur.

Quod de legatis & legatariis diximus, exaudiri quoque debet de fideicommiſſis & fideicommiſſariis. 29

dict.l.hac ſtipulatio 14.& l.ſeq.§.ult.ff.dict.tit.

Atque hæc etiam miſſio fit ſummaria tantum cauſæ cognitione facta. 30

l.3.§.1.ff.ut in poſſeſſ.legat.

Ventris nomine vice bonorum poſſeſſionis, mittitur in poſſeſſionem bonorum defuncti mariti uxor prægnans, ſive præteritus ſit venter teſtamento, [a] ſive ab inteſtato maritus defunctus fuerit. [b] 31

[a] *l.1.in princ.ibi,contra tabulas,& §§.ſeqq.ff.de ventre in poſſeſſ.mittend.* [b] *l.ubicunque 7.in princ.ff.d.tit.*

Mittitur autem in poſſeſſionem venter, ſi non eſt exheredatus; & id, quod in utero eſt, inter ſuos heredes aliquo caſu futurum erit, [a] aut loco ſui heredis, qualis eſt ex emancipato filio venter. [b] 32

[a] *d.l.1.§.2.& §.ſeq.ff.eod.tit.* [b] *d.l.1.§.etiam 11.ff.d.tit.*

Sed nunquid hodie ex novella Juſtiniani lege, [a] ventre exheredato teſtamentum ab initio ipſo jure nullum eſt? Ita plerique ſentiunt, [b] at noſtro judicio malè. [c] Etiamſi crudele ſit, eum, qui non ſentit, ingratũ exiſtimari [d] 33

[a] *Novell.115.c.3.in prin.verſ.* Niſi forſan probabuntur ingrati: ubi ingratitudo requiritur ad exheredationem, quæ ingratitudo in liberos nondum natos, non cadit. Vide Me *ad §.tam autem.2.verſ.poſthumi quoq;. Inſt.de inoffic.teſtam.pag.*630. [b] Cujac. *ad d.l.colum.4.ff.de ventr. in poſſeſſ.mittend.* Weſenb.*paratit.ff.tit.de vent.in poſſeſſ.mittend.* Vultej.*ad §. Poſthumi quoque.nu.14.& ſeq.ff.de hered.inſtit.& ad §.1.nu.3.Inſtit. Quibus modis teſtam. infirm.* [c] Cum enim textus in dict.*l.1.§.2.ff.de ventr.in poſſeſſ.mittend.in §.poſthumi quoq;. & §. Poſthumorum.Inſtit.de exhered.liberor.& l.1. C.de poſthum. hered.Inſtit.* nominatim & ſpecialiter non ſint correcti *in dict. Novell.115.c.3.* ſuum adhuc vigorem obtinent, per regulam *in l.præcipimus 32.in fin.C.de appell.* [d] *l.ſi quis 33.in fin.C.de inoff.teſtam.* Nam & poſt hanc legem ex Iuſtiniani

dddd 3 ſenten-

ſententia poſthumus nondum natus exheredari potuit, nec ejus exheredatio teſtamentũ ipſo iure vitiabat ab initio, in *d. §. Poſthumi quoq; & §. poſthumorum Inſtitut. de exheredat. liberor.* adde Arumæum *exercit. Juſtin. 10. theſ. 6.* Treutlerum *Vol. 2. diſputat. 11. theſ. 1. lit. F.* Diſſentit Hatkelman. *illuſtr. quæſt. diſp. 6. theſ. 4. lit. A.* Graſſus *libr. 1. recept. ſent. §. teſtament. q. 41. n. ult.*

34 Quid ſi venter non ex liberis, ſed agnatis & cognatis defuncti futurus ſit, nunquid in poſſeſſionem admitti debet? Cum Azone, & gloſſ. [a] contra alios affirmativæ inhærendum putamus; [b] niſi ventri controverſia à cæteris agnatis vel cognatis fiat. [c]

[a] *dict. l. ult. in verb. edicti partibus. ff. de ventre in poſſ. mitt.* [b] *per dict. l. ult. & l. ubicunque 7. §. 1. verſ. Caterùm. ff. d. tit. l. cum quidam. 30. §. 1. verſ. Et in eo ventre. junct. verſ. Denique Prætor. ff. de adquir. vel amitt. hered. l. 1. §. Sed & ſi matris. 5. verſ. argumento eſt. ff. ad Senatusconſultum Tertullian. l. 5. §. an autem. verſ. Cùm omnium. ff. de Carbon. edict.* [c] *d. l. ubicunque 7. §. 1. ubi Cujac. ff. de vent. in poſſeſſ. mittend.*

35 Quod ſi autem ventri controverſia fiat, ut ſi negetur uxor, vel nurus, vel eſſe vel fuiſſe, vel ex defuncto non eſſe contendatur, decretum interponit judex, & ſummatim de re cognoſcit; & ſi manifeſta calumniatrix videatur mulier, nihil decernit; ſin dubitari veriſimiliter poterit de re, admittere ventrem debet, [a] modò controverſia fiat, an ſit ex liberis defuncti, de cujus bonorum poſſeſſione agitur; alioqui ſi controverſia ſit, eum non eſſe ex agnatis vel cognatis, nihil opus erit cauſæ cognitione, cum miſſio hic locum non habeat. [b]

[a] *l. 1. §. ſi ea 14. ff. de ventr. in poſſeſſ. mittend.* [b] *dict. l. ubicunque 7. §. 1. ff. dict. tit.*

36 Quoties verò venter in poſſeſſionem mittitur, ſolet mulier curatorem ventri petere; ſolet & bonis; Verùm hoc jure utimur, ut idem curator & ventri, & bonis detur. Atque hic cibum, potum, veſtitum, tectum mulieri præbere debet, pro facultatibus ſcilicet defuncti, & dignitate ejus atque mulieris.

d. l. 1. §. quotiens 17. & duob. §§. ſeqq. l. habitatio 4. & l. ſeq. ff. de ventr. in poſſeſſ. mittend.

37 Tamdiu autem venter in poſſeſſione eſſe debet, quamdiu aut pariat, aut abortum faciat, aut certum ſit, eam non eſſe prægnantem, vel ex alio concepiſſe.

d. l. 1. §. pen. & l. 2. ff. d. tit. & l. cùm prægnans 16. ff. de his, qui not. infam.

38 Si mulier ſciens ſe prægnantem non eſſe in poſſeſſionem venerit, re cõperta, repetuntur ab ipſa ſumptus, [a] & id quod intereſt intra annum utilem actione in factum, [b] quæ famoſa eſt, ſiquidem ut calumniatrix damnetur; at ſi bona fide ſumptus ab ea facti ſint, non repetuntur, [d] nec ipſa notatur infamia. [e]

[a] *l. 1. §. ult. ff. de vent. in poſſeſſ. mittend.* [b] *l. un. ff. ſi mulier ventris nomine in poſſeſſione Calumniæ cauſa eſſe dicetur.* [c] *l. notatur. 15. cùm quinque ſeqq. ff. de his, qui notant infam.* [d] *l. 3. ff. de ventr. in poſſeſſ. mittend.* [e] *l. ea quæ falſa 18. ff. de his, qui not. infam.*

39 Quod ſi etiam ipſa mulier in poſſeſſionem miſſa fortè alium in eam admiſit dolo malo, tenetur actione in factum in id, quod agentis intereſt, quę actio etiam poſt annum datur, quia rei perſecutionem habet.

l. 1. & l. 2. ff. ſi ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa.

40 Damni infecti nomine fit miſſio in poſſeſſionem bonorum ejus, à cujus re ſo-

re ſolo cohærente ruinoſa vicinus damnum metuit, ſi ei damni illius infecti nomine non caveatur: [a] cujuſmodi cautionis petitio etiam extraordinarii eſt judicii. [b]

[a] *l. ſi finita. 15. §. ſi pupillus, & tot. t. ff. de damn. infect.* De hac miſſione longo ſtylo *egimus ſub claſſ. 4. diſput. 18.* [b] Kāyſ. Cammergerichts Ordn. *part. 3. tit. 3. §. item cautiones damni infecti.*

Adhæc extraordinario judicio petunt bonorum poſſeſſionem ex edicto Carboniano liberi impuberes, quibus fit ſtatus, & bonorum paternorum controverſia. *l. 3. §. cauſa cognitio 4. & tot. tit. ff. de Carbon. edicto.* 41

Data hac bonorum poſſeſſione Carboniana liberis hiſce impuberibus, interquieſcit adverſus ipſos lis omnis de ſtatu, & hereditate paterna, donec in ſuam tutelam venerint. 42

l. 1. in prin. l. 3. §. ſi quis liber 11 ff. d. tit.

Sed in dubium vocatur, Carboniana bonorum poſſeſſio ordinaria ſit, vel extraordinaria? Nos eam cum Cujacio [a] extraordinariam dicimus. [b] 43

[a] *In notis ad Inſtit tit. de bonorum poſſeſſ. & in paratit. Cod. de Carbon. edicto.* [b] *per l. 3. §. Sed oportebit 15. ff. d. tit. & l. 5 §. 2. ff. de legat. praſtand.* Diſſentit Fachinæus *libr. 5. controverſ. cap. 73. verſ.* Alciatus. & *verſ. ſeq. ſed* vide ſub *Claſſ. 3. diſput. 12. theſ. 3.*

Quæritur de remedio l. diffamari 5. Cod. de ingen. manumiſſ. an hoc extraordinario in judicio, proponi, & diſceptari debeat, nec ne? Ajentem ſententiam veram & communem pronunciamus. 44

Kāyſ. Cammergerichts Ordn. *part. 3. tit. 3. §.* Item Sachen. *l. diffamari.* Andr. Geyl. *lib. 1. obſer. 12. n. 2. & 4.* Mynſ. *cent. 5. obſ. 81. n. 5.* De hoc remedio pulchrè & utiliſſimè ſcripſit Bart. Blarer. *in ſolenni repet. d. l. diffamari.* De eodem etiam cognitu digna congeſſit Compilator *deciſ. ſeu præjudicior. Cam. Imp. ſub verb. Lex diffamari.* Anton. Faber. *de error. pragm. dec. 1. & 2.*

Si quoq. procurator exonerare ſe velit à mandato procuratorio ob cauſam juſtam, puta inimicitias intervenientes, diffamationem, aliaſve cauſas legitimas, extra ordinem hac de re experiri poteſt. Non enim hic requiritur libellus, nec litis conteſtatio, vel exacta cauſæ cognitio, ſed ſummariè, & de plano proceditur. 45

Poſt alios And. Geyl. *lib. 1. obſerv. 46. num 5. 6. & 7.*

Similiter interventio extraordinarii eſt judicii: ſiquidem interveniens ſummariè tantùm & apparenter, & ut loquuntur ſemiplenè de ſuo jure doceat, [a] nec libellum exhibere, aut litem conteſtari teneatur. [b] 46

[a] And. Geyl. *lib. 1. obſ. 69. nu. 4.* [b] Idem Geyl. *lib. eod. obſerv. 71. nu. 11.*

Idem dicimus de liquidatione rerum ſententia judicis parti adjudicatarum; [a] tum etiam de executione ſententiæ, cum ejus nomine officium judicis imploratur, [b] & taxatione judicialium expenſarum, ac damni. [c] 47

[a] Marant. *part. 4. diſtinct. jud. 9. n. 59.* & Andr. Geyl. *lib. 1. obſerv. 68. nu. 7.* [b] *l. 4. §. ſi ex conventione. l. a Divo 15. §. ſi rerum 4. verſ. ſed ſciendum. ff. de re judic. c. Quod ad conſultationem. extr. de ſentent. & re judic.* Andr. Geyl. *lib. 1. obſ. 113. nu. 9.* Weſembec. *in paratit. ff. de re judic. nu. 9.* [c] De hac cauſa ut & duabus illis primis eſt textus in ordinatione Camerali, *part. 3. tit. 3. §. item* Taxion. & *§.* Item Sachen der liquidation.

Præterea commiſſio examinis teſtium ad perpetuam rei memoriam exigit tantùm ſummariam cauſæ cognitionem. 48

Marant. *d. part. 3. diſtinct. jud. 9. num. 70.*

Sunt item extraordinarii judicii punctus formalium appellationis, editionis 49

tionis actorum, & compulſorialium. cauſa attentatorum, & inhibitionum. Item lis de re, qua per moram deterior futura eſt, ut & cauſa, cui mora damnum allatura eſt: Tum etiam contentio de rotulo examinis ante ejus publicationem mota: Item petitio termini ad probationem inferendam: Nec non cauſæ mandatorum pœnaliũ; cauſa relaxationis juramenti ad effectũ agẽdi; cauſæ nullitatis proceſſus & ſentẽtiæ; Tutorũ & curatorum petitio, & adminiſtratio: cauſa, in qua petitur decreti interpoſitio; Inſinuatio donationũ: Confirmatio dotiũ; exemplatio privilegiorum: Novi operis nunciatio. Käyſ. Cammergerichts Ordnung/ *part. 3. tit. 3.*

50 Eſt quoq; hujus judicii cauſa injuriarum, & damni adverſus accuſatorem, qui per calumniam reum abſolutum de quodam crimine accuſavit.

Peinliche Halßgerichts Ordnung/ Keyſer Carls deß V. *art. 12.*

51 Denique extraordinarii judicii eſt cauſa læſæ majeſtatis, [a] item levium criminum cauſa. [b]

[a] *text. in extravag. ad reprimendum.* [b] *l. levia 6. ff. de accuſat.*

52 Adhuc de cauſis judicii extraordinarii: ſequitur ejus proceſſus. In proceſſu hujus judicii non deſiderantur, quæ ſtricti juris civilis ſunt. Libellus enim ſolennis hîc non exigitur neceſſariò, neq; litis conteſtatio; Et procedi in cauſa poteſt, etiam tempore feriarum ob neceſſitates hominum à jure indultarum. Concluſio item in cauſa ut fiat, non eſt neceſſe; ut nec illud, ut definitiva ſententia ex ſcripto recitetur, & ſive ea ab ipſomet judice, ſtante vel ſedente, aut per ſcribam judicii recitetur, perinde eſt.

Clem. ſæpè. §. 1. & §. ſententia. tit. de verb. ſignif. vide Marant. *part. 3. diſtinct. judic. 9. num. 8. cum aliquot ſeqq.* Mynſing. *cent. 3. obſerv. 74. num. 5.*

53 Ea tamẽ & in hoc judicio deſiderãtur, quæ juris ſunt naturalis; puta citatio, ſummaria petitio, & cauſæ narratio, præſtatio juramẽti calumniæ, vel malitiæ, ſive de veritate dicenda, ne veritas occultetur: Tũ etiam ad faciliorem litis expeditionem propter confeſſiones partiũ poſitiones & articuli fieri poſſunt. Quin etiam probationes & defenſiones legitimæ admittũtur.

dict. Clem. ſæpè. §. Non ſit tamen, & §§. ſeqq. tit. de verb. ſignif.

Et quia brevis eſſe debet proceſſus, & lis hujus judicii, amputabit judex
54 dilationum materiam, exceptiones & appellationes dilatorias, & fruſtratorias repellet. Advocatorum quoq; procuratorum contentiones, & jurgia, ſuperfluamq́ue teſtium multitudinem refrenabit.

d. Clem. ſæpè. §. 1. verſ. amputet dilationum, & verſ. ſeq.

Quod ſi tamen partes ſolennem judicii ordinem ſervare velint, vel
55 omnem, vel pro parte, prohiberi neutiquam debent.

d. Clem. ſæpè. §. ſtatuimus, ut judex, ibi, niſi aliud de partium voluntate procedat. & §. ult. tit. de verb. ſignif.

56 Sed nũquid mutua petitio, ſive recõventio hic locũ habebit? Ita remur: ſi fiat de cauſa, quæ ejuſdem eſt judicii, ut cõventionis litem non remoretur.

Per l. 1. §. ult. ff. de variis & extraord. cognit. & dict. Clem. ſæpè. §. verùm, ibi, Et etiam re quod petere voluerit, ubi gl. in verb. voluerit. Tit. de verb. ſignific.

Finis Partis Secundæ.

INDEX
RERUM ET VERBORUM, QUÆ *in his duabus partibus continentur locupletiſſimus & fideliſſimus.*

Primus Numerus partem, alter paginam, tertius numerum marginalem denotat.

A.

Abigeatus *crimen quale?* 1. 996. 42. *Quam actionem variat? ibid.* 44. *Quæ ejus pœna? ibid.* 45.

Abolitio *quid?* 2. 750. 76. *Cui detur. ibid.* 81.

Abſolutio *à juramento quibus caſibus peti poſſit.* 2. 557. 6. *& ſeqq. an neceſſaria in juramento vi & metu extorto. ibid. nu.* 17. *An à contractu illicito & jurato. ibid.* 16.

Acceptilatio *quid?* 1. 1121. 106. *Acceptilationem conficere qui poſſint? ibid* 108. *Verbalis ſaltē obligatio per acceptilationē tolli poteſt. ibid.* 109. *Forma acceptilationis quæ? ibid.* 112. *Acceptilatio debitorem ipſo jure liberat. ibid.* 114.

Acceſſio *eſt modus acquirendi dominium* 2. 32. 1. *Acceſſio eſt vel diſcreta vel concreta.* 2. 32. *ibid. Acceſſio diſcreta quæ? ibid.* 2.

Accreſcendi *jus an in feudis locum habeat?* 2. 182. 40. *Quando locum habeat? ibid.* 41. & 42.

Accuſatio *criminalis definitur.* 2. 740. 18. *Accuſare qui poſſint?* 2. *ibid.* 21. *& ſeqq. Accuſari qui poſſint?* 2. 742. 33. *Accuſationis inſtituendæ modus quis? ibid.* 27. *Accuſator an & qualem ſatiſdationem præſtare teneatur? ibid.* 40. *& ſeq.*

Accuſationis *libellus quid continere debeat.* 2. 749. 67.

Acta *quando in Camera intimanda.* 2. 700. 87.

Actio *arbitraria quæ?* 2. 425. 117. *Actiones arbitrariæ & bonæ fidei quomodo differant? ibid.* 120. *& ſeqq. Actiones arbitrariæ vel ſunt in rem vel in perſonam. ibid.* 124.

Actio *pœnæ perſecutoria heredibus competit.* 2. 416. 54. *In heredes non datur. ibid.* 55. *Niſi lis cum defuncto fuerit conteſtata. ibid.* 57.

Actio *in ſimplum pœnalis quæ?* 2. 417. 63. *In duplum quæ? ibid.* 65. *Actio in triplum qualis?* 2. 418. 68. *Quadrupli actio quæ? ibid.* 69. *Actio quod metus cauſa eſt in quadplum. ibid.* 73.

Actio *judicati eſt perſonalis ex quaſi contractu* 2. 723. 46.

Actio *rei perſecutoria quæ?* 2. 414. 39. *Actio pœnæ perſecutoria quæ? ibid.* 42. *Actio mixta in rem & perſonā quæ? ibid.* 42. *Actio rei perſecutoria ex delicto, regulariter contra heredes non datur. ibid.* 51.

Actio *vel eſt bonæ fidei, vel arbitraria, vel ſtricti juris.* 2. 423. 102. *Actio bonæ fidei quæ? ibid.* 103. *In bonæ fidei judiciis Vſuræ currunt à tempore moræ. ibid.* 106. *Actiones bonæ fidei quot ſint? ibid.* 111.

De Actione *vendita.* 1. 192. 73.

Actiones *ſtricti juris quales?* 2. 429. 136. *Vſuræ in ſtricti juris contractibus currunt à tempore litis conteſtatæ. ibid.* 131. *Imò non niſi per ſtipulationem debentur. ibid.* 139. *In actionibus ſtricti juris in litem non juratur. ibid.* 142.

Actiones *vel ſunt temporales vel perpetuæ.* 2. 430. 143. *Temporales quæ? ibid.* 144. *Perpetuæ quæ? ibid* 145. *Actiones temporales litis conteſtatione perpetuantur. ibid.* 147.

Actiones *pœnales in heredem non tranſeunt.* 1. 750. 56.

Actiones *præjudiciales ſunt actiones in rem.* 2. 411. 20. & 41. *Actio perſonalis quæ? ibid.* 21. *& ſeq. Actio quod metus cauſa eſt perſonalis in rem ſcripta. ibid.* 29.

Actiones *quædam ſolidum quædam minus perſequuntur.* 2. 420. 80.

Actiones *ſtricti juris per oppoſitam doli exceptionem non fiunt bonæ fidei.2.425.116.*

Actionis *definitio.2.408.2. Actio an juris civilis ſit? ibid.3. Quæ ejus ſint ſpecies? ibid.5. Actiones Civiles quæ? ibid. 10. prætoria quæ? ibid.11. Actiones vel ſunt directæ vel utiles. ibid.13. & ſeqq. vel reales vel perſonales.ibid. 16. & ſeqq. Actio Realis quæ? ibid.17.*

Actionis *directæ & contrariæ differentia. 2. 413.33. Actiones mixtæ quæ? ibid.36.*

Actor *quis dicatur? 2.356.6. Agere invitus nemo cogitur.2.357.*

Actus *quid? 2.56. 17.*

Addictio *in diem.1.189.36.*

Ademptio *Legati quid. 1. 693. 80. Et quando fiat.ib.81. & ſeqq.*

Aditio *hereditatis quomodo fiat? 1.742.32.*

Adminiſtratores *Civitatum mutuam pecuniã accipiendo, ipſi quidem obligantur, non Civitates niſi pecunia in harum utilitatem converſa ſit.1.262.20.*

Adoptio *quid.1.91.1. Neque in diem, neque ſub conditione, neque per procuratorem fieri poteſt.1.91.2. Qui adoptare poſſint.92.4. & ſeqq.*

Adoptionis *forma quæ.1.97 46. & ſeq.*

Adultera *uxor dotem & dotalitium amittit.1. 1025.33.*

Adulterii *Definitio. 1. 1020. 1. Adulterium qui committant? 1. 1021.4. An cum Sponſa alterius committatur? ibid.5. An cum aliena conjuge, meretrice adhuc vulgari? ibid.6.*

Adulterii *pœna privata quæ? 1.1024.27. Marito an liceat adulterum ſuæ uxoris occidere. ibid. 28. An et adulteram Uxorem? ibid.31.*

Adulterii *pœna publica quæ? 1. 1026.35. Pœna adulterii corporalis adhæret etiam bonorum amiſſio. ibid. 37.*

Adulterii *accuſationem inſtituere qui poſſint? 1.1022.12. Quomodo inſtituenda accuſatio? ib.20. Intra quod tẽpus inſtituenda? ibid.21.*

Adulterii *pœnâ tenetur Chriſtianus Iudæam uxorem ducens.1.1034.2.*

Adulterium *non committit maritus cum cælibe fœmina concumbens.1. 1021.8. Ut nec cum ſolutâ. ibid 9. Iure Canonico indiſtinctè Adulterium committit. ibid.*

Adulterium *non doloſè ſed latâ culpâ committens extraordinariè puniendus.1. 1034.4.*

Adulterium *quomodo probetur? 1. 1024.23. probatur duobus teſtibus. ibid.25.*

Advocati *onerum perſonalium immunitate gaudent.1.2.401.43. Filii Advocatorum cæteris partibus præferuntur. ibid.45.*

Advocatorum *officium quale? 2. 397. 21. & ſeqq. Cauſa injuſta patrocinari non debent. 2.397.23. A Conviciis abſtinere debent. ibid. 25. De quota litis cum cliente ne paciſcantur? ibid.27. Dolus & error Advocati litigantibus non obeſt. ibid. 31. & 32. Iudex neglecta ab advocatis ſupplere poteſt. ibid.33.*

Advocatorũ *Privilegia qualia? 2.399.34. Quale Honorarium Advocato debeatur? ibid.35. & ſeqq. An in Cauſâ propriâ ſalarium Advocationis ab adverſario petere poſſit? ibid. 38. Filiusf. quod ex advocatione quæſierit, pro quaſi caſtrenſi peculio habet. ibid.40.*

Advocatus *quis? 2.394. Advocatus à procuratore quomodo differat? ibid.3.*

Advocatus *eſſe quis poſſit? 2. 395. 6. Infamis & clericus ſaltem pro ſe, & miſerabilibus perſonis poſtulare poteſt. ibid. 9. Facundia in Advocato requiritur. ibid.15.*

Advocatus *quomodo in ordinem recipiatur? 2. 396. 16. Corporale juramentum præſtare cogitur. ibid.20.*

Advocatus *de quota litis paciſci non poteſt. 1. 168.16.*

Advocatus *ſi gratis patrocinium præſtitit, an altera pars nihilominus expenſas in Advocatum factas petere poſſit.2.639.8.*

Advocatus *quo remedio ſalarium ſibi promiſſum petere poſſit? 2.401.42.*

Advocatus *ſi morte præventus commiſſum ſibi negotium exequi non poſſit nihilominus ejus heredibus totum ſalarium debetur.1.208.31.*

Advocatus *quibus modis ab officio removeatur? 2.401. 46. & ſeqq. Quibus ex cauſis quis ab advocatione removeri poſſit? ibid.48. Patrocinium ſine juſtâ cauſâ alicui denegans, ab ordine movetur. ibid.52.*

AEdes *altius non tollendi ſervitus quæ? 2. 59. 44. Qui hanc ſervitutem non debet, in infinitum ædes ſuas extollere poteſt. ibid.45. Servitus altius tollendi ædes quæ? ibid. 46.*

AEdificatum *in ſolo alieno ſolo cedit. 2. 38. 12. Diruto ædificio dominus materiæ, eam vendicare poteſt. ibid.14.*

AEdilitia *Actio.1.198.101.*

AEquitas *ſtricto juri præferenda.2.627.18.*

AEquitatis *definitio proponitur.1.40.19.*

AEquum *& bonum quid.1.4.12.*

AEſtimatio *ſi res præſtari non poſſit, cujus temporis, in judicio fieri debeat? 1.267 43.*

AEſtimatoria *Actio.1.199.106.*

AEſti-

INDEX.

Affinitas quid. 1. 76. 50. Quatenus matrimonium impediat. 1. 77. 51. & ſeqq.
Agere in judicio quis poſſit? 2. 357. 12.
Aggreſſorem violentum occidere licet. 2. 321. 12.
Aggreſſoris ictum expectare non tenetur inſultatus. 2. 322. 20.
Alienare prohiberi poteſt poſſeſſor, rẽ de qua controverſia eſt, antequã lis inchoetur. 1. 316. 103.
Alienatio judicii mutandi cauſa quid? 1. 972. 77. Naſcitur inde obligatio ex delicto. ibid. Actio inde producta cui & contra quem competat? ibid. 87. Quid contineat. 89. Finitur anno utili. ibid. 92.
Alienatio in fraudem creditorum facta quando dicatur. 1. 975. 1. An ſit delictum. ibid. 2. Requiſita hujus alienationis quæ. ibid. 4.
Alienare dicitur Debitor uſuras futuri temporis ſuo debitori remittens, in fraudem creditorum. 1. 976. 10.
Alienatio in fraudem creditorum quibus modis fiat. 1. 977. 14. Requiritur fraus ejus in quem alienatur. ib. 19. Naſcitur ex hac alienatione actio Pauliana. ib. 24. Actio Pauliana quæ? ibid. 25. Cui competat. ibid. 27. Adverſus quem. ibid. 33. ad quid competat. ibid. 39. Quamdiu duret. ibid.
Alienatio in fraudem Patroni facta quando dicatur? 1. 982. 51. Qua actione revocetur? ibid. 56. Cui detur illa actio? ibid. 58. An actio hæc ſit ſtricti juris. ibid. 61. An perpetua. ibid. 62.
Alluvio quid? 2. 37. 4. Eſt modus acquirendi dominium. 2. 37. 5.
Ambitus quale crimen. 1. 1073. 65. Quæ ejus ſpecies. ibid. 66. Ambitus pœna quæ. ibid. 70.
Angariarum præſtatio regalibus accenſetur. 2. 90. 37. Angaria quid? ibid. 38. Perangaria quid. ibid. 39.
Annonæ fraudatæ crimen quale? 1. 1067. 21. Quid appellatione Annonæ contineatur. ibid. 23. Crimen hoc quomodo committatur. ibid. 24. Magiſtratus cogere quẽ poteſt, ut merces annonarias juſto precio vendat. ibid. 25.
Annonæ fraudatæ accuſationem inſtituere qui poſſint? 1. 1068. 26. & ſeq. Agitur de hoc crimine vel civiliter vel criminaliter. ibid. 28. Quæ ejus pœna. ibid. 31.
Ἀντιχρητικὸν pactum an valeat? 1. 328 34.
Apoſtaſia quale crimen. 1. 1008. 29. Quæ ejus pœna. ibid. 30.
Apparitores judicii qui. 2. 355. 63. Quale horum officiũ. ibid. 64. In dubio eis credendũ. ibid. 66.
Appellare tertius poteſt à latâ contra principalem ſententiâ. 2. 376. 16. Hæc appellatio an proſit parti victæ. ibid. 17.
Appellari an poſſit à delatione tutelæ. 1. 135. 101.
Appellatio die feriato fieri poteſt. 2. 520. 27.
Appellatio non recipitur niſi ſumma ſit appellabilis. 2. 687. 23. Nec diverſa ſumma conjunguntur. ibid. 26.
Appellatio tertiò iterata nõ admittit. 2. 689. 31.
Appellatio ſubditis Würtembergicis ad Cameram non admittitur. 2. 690. 36. à Camera ad Pontificem non appellatur. 2. 691. 41.
De Appellatione communi. 2. 703. 107.
Appellationis definitio. 2. 683. 3. In criminali cauſa permiſſa eſt. 9. Secus in Camera Imperiali. 10. Nec à mulcta appellatur. 11. Nec in poſſeſſorio momentaneo. 15. In cauſa alimẽtorum appellatur. 18. Non ab interlocutoria. 19. Niſi contineat gravamen irreparabile. 20. vel vim definitiva habeat. 21.
Appellationis ſolennia quæ. 2. 693. 59. & ſeqq.
Appellationis interponendæ tempus quod. 2. 696. 70. Introducendæ. 78.
Aquæductus quid? 2. 57. 24.
Aquæhauſtus quid? 2. 57. 26.
Aquæ pluviæ arcendæ actio eſt ex quaſi delicto. 1. 1084. 72. Quæ hujus actionis Requiſita. ib. 74. Ad quid competat hæc actio. ibid. 76. Cui. ibid. 79. Adverſus quem competat. ibid. 81.
Arbitralis Proceſſus qualis? 2. 731. 52. Reconventio corã arbitro locũ non habet? ibid. 53. Arbitri officiũ in quo cõſiſtat? ibid. 54. & ſeqq. Arbiter qualẽ debeat proferre ſententiã ibid. 61.
Arbitraria pœna an ad mortem uſq; extendi poſſit. 1. 1041. 48.
Arbiter an juriſdictionem habeat. 2. 725. 3.
Arbitrii compromiſſarii definitio. 2. 724. 1.
Arbitri ſententia die feriato lata an ſit nulla? 2. 734. 74. Arbiter ſuã ſententiã declarare non mutare poteſt. ib. 76. & ſeq. Arbitri ſententiæ ſtandũ licet iniqua ſit. ibid. 78. Si victus ſententiæ ſtare nolit, petitio pœnæ promiſſæ, vel intereſſe locũ habet. ib. 81. Ab Arbitri ſententia appellare non permittitur. ibid. 86.
Arbitrio alieno cũ res collata eſt, ſtandũ eſt ejus arbitrio, ſi tamen iniquũ fuerit, ad boni virò arbitrium reduci poteſt. 2. 737. 94.
Arborum furtim cæſarum actio quæ. 1. 901. 48. quid in eam veniat. ibid.
Arenæ fodiendæ ſervitus quid? 2. 58. 34.
Argumentũ à contrario ſenſu non proſternit illud quod expreſſe reperitur diſpoſitũ. 1. 67 8.

ccccc 2 Arma

Arma *geſtare an liceat nobilibus & doctoribus*:1.1037.17.*ſtudioſus juvenis ſeptendecim annorum arma geſtare poteſt*.1.1037.18.

Arrha *ſponſalitia quid*. 1.71.23. *Quando reſtituatur*.1.72.24. *Qua actione repetatur*.1.72.25.

Arrha *an in pretium imputetur*.1.186.43.

Arrogatio *quid*.1.94.16. *Qui arrogare & arrogari poſſint*.1.94.17. *& ſeqq. in arrogatione impuberis quæ notanda*.1.95.27.

Arrogator *filium arrogatum exhæredans vel emancipans abſq; juſta cauſa, præter ea quæ arrogatus attulit quartam partem omnium bonorum relinquere tenetur*.1.96.34.& 105.21. *qua actione illam quartam conſequatur*.1.96.35.

Ad arrogationem *quæ neceſſaria & ad formam deſiderentur*.1.96.36.

Arrogatus *minimam capitis diminutionem patitur*.53.21.

Ars *& ſcientia quomodo differant*.1.39.6.

Articuli *quomodo ſint concipiendi?* 2.459.35. *Articulus falſa & vera membra continens, an totus negari poſſit?ibid*.37. *Articulus negativè conceptus an admittatur?*

Artifex *qui operam ſuam ad opus aliquod faciendum locavit, quando mercedem petere poſſit?* 1.209.33.

Aſſaſinus *quis dicatur?*1.1044.12.

Aſſeſſor *judicis quis?* 2.344.2. *Adhibere Aſſeſſores publico ſalario qui poſſint?ibid*.4.

Aſſeſſor *in officio delinquens qua pœna teneatur?*2.353.54. *An ex imprudentia jus malè dicens puniatur? ibid*.55.

Aſſeſſores *quales ſint eligendi?*2.346.12. *Aſſeſſor in Camera non admittitur illegitimè natus. ibid*. 14. *Clericus in ſeculari judicio Aſſeſſor eſſe non poteſt.ibid*.17.

Aſſeſſores *quo modo & ordine adſcribantur?* 2.347.18.*& ſeqq.*

Aſſeſſorum *officium Quale?* 2.348.23. *Cognitio Aſſeſſoribus non competit? ibid*.24. *Niſi conſuetudine aliud ſit inductum.ibid*.27. *Aſſeſſorum præmia & privilegia quæ? ibid*.51. *An & quale ſalarium habeant? ibid*.& 52.

Attentata *ante omnia revocanda*.2.698.76.

Acuupium *quid*.2.22.10.

Avus *inter Nepotes ſine ſolennitate teſtari poteſt*.1.577.69.

Avus *paternus nepotem ſuam alere tenetur*. 1.472.8.

B.

Bannitus *à quovis interfici poteſt*. 2.324.28.

Bannitus *an aliquem in judicio convenire poſſit?* 2.358.16.

Bannitus *in judicio ſe defendere poteſt*.2.381.11.

Bannitus *teſtamentum facere non poteſt*.1.556.25.

Bellum *juſtum quale?* 2.30.51. *Quicquid durante bello ex hoſtibus capitur, jure gentium ſtatim capientium fit*.2.31.55. *Liberi homines capti in ſervitutem rediguntur.ibid*.56

Benedictio *Sacerdotalis in matrimonio neceſſaria*.1.81.70. d.

Biblia Sacra *D. Lutheri malitiosè adulterans, & tamen ſub ejus D. Lutheri nomine in publicum protrudens, falſi crimen committit*.2.1057.15.

Blaſphemia *quid?* 1.1001.5. *Quæ ejus pœna? ibid*.7.*& ſeqq. An infamiā importet? ibid*.12. *Iracundiæ calor an ab hac pœnā excuſet? ibid*.15. *An conſuetudo? ibid*.14.

Bona *paterna paternis, materna maternis*. 2.728.44.

Bonorum *poſſeſſionis definitio*.1.758.2.

Bonorum *poſſeſſio quibus modis deferatur*. 1.758.3.

Bonorum *poſſeſſio contra tabulas quæ?* 1.759.6. *quibus competat ibid.num*.7. *ad quid detur. ibid. Exheredatis liberis non competit.ibid*.11.

Bonorum poſſeſſio *quomodo petatur?*1.767.28. *A Quo petatur.ibid.n*.29. *Quando petenda? ibid.n*.31. *Petita effectus.ibid*.39.

Bonorum poſſeſſio *quomodo amittatur?*1.770.43.

Bonorum poſſeſſio *ab inteſtato competens quæ?* 1.762.20. *Ejuſdem ſpecies ibid*. B.P. *Unde Liberi. ibid*. 21. *Unde legitimi*.23. *Unde vir & uxor.ibid*.24.

Bonorum poſſeſſio *extraordinaria quæ, ejuſq; ſpecies*. 1.766.26. *Decretalis ejuſq; ſpecies. ibid.n*.27.

Bonorum *poſſeſſio ſecundum tabulas quæ?* 1.761.13. *qui competere poſſit.ibid.n*.15.

Bonorum *poſſeſſio contra tabulas quibus detur?*1.716.36.

Brutum *injuriam nec facit nec patitur*. 1.1212.6.

C.

Calumniator *quomodo puniatur?* 2.755.103.

Canca

INDEX.

Canon an conſenſu partium an uno nummo definiri. 1.392.32.

Canon emphyteuticus in quantitate conſiſtit. 1. 392. 33. a. Quæ quantitas certa eſſe debet. ibid. b.

Capitis diminutio quotuplex. 1.50.16. Maxima. 1.50.17. Media. 1.51.19. Minima. 1.53.20.

Carboniana bonorum poſſeſſio extraordinaria eſt. 2.761.43.

In Carcerem indignè detruſus, impunè effracto carcere, evadere poteſt. 2. 748.61. Etiam interfectis cuſtodibus. ibid. 63.

Ad Carceres perpetuos liber homo damnari non poteſt. 2. 754.97.

Caſtro in feudo concesſo juriſdictio conceſſa non videtur. 2. 120. 11. An etiam arma bellica, quæ in caſtro ſunt, ad vaſallum pertineant? ibid. 12.

Caſu fortuito quando quid factum præſumatur? 1.894.16.

Cautio idonea eſt, quæ fit datis pignoribus, vel fidejuſſoribus. 2.523.6. & ſeqq. Cautio ſit propriè fidejuſſoribus. ibid. 8.

Cautio ratihabitionis ante litem conteſtatam exigenda. 2.527.34.

Cautione de rato præſtitâ, admittuntur cognati. 2.527.32.

Cautionem præſtare qualem actor teneatur? 2. 524.13. & ſeqq.

Cautionem de rato præſtare tenetur procurator, ſi de ejus mandato dubitetur. 2.525.19. & ſeqq. Licet mandatum probet teſtibus, tamen cavere tenetur. 2.526.3.

Cautionem qualem reus præſtare teneatur? 2. 528.39. In criminalibus an admittatur cautio fidejuſſoria judicio ſiſti. 2. 529.41. Reus præſtare debet cautionem judicatum ſolvi. 2. 529.42. & ſeqq. Qualis Fidejuſſor, ad hanc cautionem idoneus reputetur? 2.533.67.

Cautionem juratoriam præſtare qui poſſunt? 2. 533.74. Ad hanc cautionem admittuntur in dignitate poſiti. ibid. 76. Promiſſioni ſua nuda qui ſua relinquantur? 2.534.78. Immobilium poſſeſſores nuda promiſſioni ſua relinquuntur. ibid. 79. & ſeqq.

Ceſſio actionis fidejuſſori iſolidum ſolventi fieri poteſt. 2.470.57.

Ceſſionis beneficiũ quibus conceda tur. 2. 722. 39. & ſeq.

Chirographarii contractus definitio. 1.414.95.

Chiromantici an Sortilegii pœna teneantur? 2.1009.34.

Citare non poteſt judex incompetens. 2. 478. 8. Judex delegatus an citationi inſerere teneatur commiſſionem ſibi factam? ibid. 9. Judex ſuæ juriſdictioni ſubjectum, in alieno territorio commorantem, citare an poſſit? 2. 479. 10. & ſeqq.

Citari an debeat procurator conſtitutus, an verò dominus principalis? 2. 480.26.

Citatio quibus in caſibus in ſcriptis fieri debeat? 2.482 22.

Citatio definitur. 2.477.2. Citatio neglecta vitiat proceſſum. ibid. 4. Præſens an citari debeat? ibid. 5.

Citatio ad omnem judicii actum fieri debet. 2. 674.9.

Citatio adverſæ partis non requiritur ad ſolutionem juramenti. 2.560.28.

Citatio dilatoria qualis? 2. 483. 29. Peremptoria quæ. ibid. 30.

Citatio Quomodo ſit concipienda? 2. 484. 35. Quæ ejus ſpecies? ibid. 40.

Citatio longiſſimi temporis præſcriptionem interrumpit. 2.488.57. Inducit litis pendentiam. ibid. 58. Vitium litigioſi ibid. 59.

Citati, in judicio non comparentis, pœna quæ. 2. 488.60. & ſeqq.

Citatio in honorem Dei feriato die decerni poteſt. 2. 518. 29. Executio ejus die feriato fieri non poteſt. ibid. 31.

Citatio rem litigioſam facit. 2.568.50.

Citatus ad diem feriatum comparere non tenetur. 2.521.38. Compromiſſarius an die feriato de cauſa cognoſcere poſſit. 2. 521.40.

Civile jus. 12.15. & ſeq. quatenus ex jure naturali & gentium jus civile efficiatur. 1.13.16. & 17.

Civilis ſapientia eſt res ſanctiſſima, quæ nummario pretio non æſtimanda nec dehoneſtanda. 1.5.15. d.

Civis an pro univerſitate teſtimonium dicere poſſit. 2.590.40.

Civitates Imperiales ex conceſſione Imp. & præſcriptione ſtatuta condere poſſunt. 1. 22.16. & 26.30.

Clauſula codicillaris quid proſit. 1.646.42. ſubintelligitur in teſtamento inter liberos. ibid. th.44.

Clauſula derogatoria teſtamento appoſita codicillis adimi poteſt. 1.642.21.

Clauſula ſi quid facti. 2. 623.9.

Clericatus an liberet a patria poteſtate. 1.110.19.

Clericis *an jure interdicatur matrimonium*.1. 80.66.
Clericus *conveniens laicum coram judice ſeculari, coram eodem reconveniri poteſt*.2.336. 62.
Clericus *focaria ſua donare prohibetur*. 1. 491. 7.6.469.42.
Clericus pro laico fidejuſſor idoneus non eſt. 1. 450.6. *a*.
Cognatio *ſpiritualis qua*.1. 76. 48. *in Eccleſiis Auguſtana confeſſionis matrimonium non impedit, licet de jure Canonico ſecus ſit*.1. 76. 49.
Cognatio *vera qua*.1. 72. 29. & *ſeq. Qui ejus ordo*.1.72.31.& *ſeq*.
Cognationis *gradus quid*.1. 73.33. *De Iure Canonico*.1.73.34.& *ſeq*.
De Cognatorum *ſucceſſione*.1.729.48.
Cognatorum *Succeſſio in infinitum extenditur*.1.730.52.
Collateralium *Succeſſio quando locum habeat?* 1.726.36.
Collatio *ad tranſitum exercitus, regalibus annumerantur*.2.90.42.
Collatio *bonorum inter liberos tantum locum habet*.1.771.1. & 3.
Collatio *bonorum an inter emancipatos locum habeat?* 1.775.13.
Collatio *bonorum quando inſtitui debeat?* 1. 776.20. *Quæ res conferri debeant? ibid*.21. *Bona adventitia in collationem non veniunt. ibid*. 22. *Adventitii tamen peculii fructus ibid*.23.
Collationis *bonorum definitio*.1.771.1. *Collatio quomodo fiat?* 1.782.37
Collectam *ſubditis ſuis, ſtatus Imperii, an ſine Imperatoris conſenſu imponere poſſit?* 2. 911. 44. *An pro elocanda filia princeps ſubditos collectare poſſit? ibid*.45. *Forenſis an collectari poſſit de bonis ſuis in territorio collectantis? ibid*. 46.
Collegia & *Eccleſiaſtica* & *ſecularia ſtatuta ſibi condere poſſunt*.1.30.40.
Collegium *quot perſonæ faciant?* 1.991.14. *Eſt vel licitum vel illicitum ibid. Collegium licitum quale? ibid*.15. *Illicitum quale? ibid*. 16.
Colonus *vi expulſus poteſt agere contra locatorem ut ſibi cedat interdictum unde vi*. 1. 218.80.
Comes *Palatinus an propriam prolem naturalem legitimare poſſit. remiſſive*. 1. 89. 12.
Commendatio *quando in emptione obliget commendantem*.1.196.91.
Commiſſarii *officium in examinandis Teſtibus* 2.591.47.& *ſeqq*.
Commiſſarius *an ſine ſpeciali commiſſione ocularem inſpectionem ſuſcipere poſſit*. 2. 618. 16.
Commiſſum quid.1.914. *Quæ res in commiſſum cadant. ibid*. 45. *Qui hac pœnâ non teneantur. ibid*.47.
Commoda *quæ in heredem tranſeant*. 1. 748. 48.
Commodorum *hereditariorum varia genera. ibid.n*.48. & *ſeqq*.
Commodans *commodatario refundere tenetur expenſas magnas* & *neceſſarias, non item modicas* 1. 285.30.
Commodari *poſſunt res non tantum mobiles ſed* & *immobiles imò etiam habitatio*. 1. 280.7.
Commodari *res aliena poteſt*.1.280 8.
Commodari *non poteſt res quæ uſu conſumitur* 1.280.9.
Commodati *definitio*. 1.278.1.
Modus contrahendi commodatum. 1. 281. 10.
Ex commodato *naſcitur obligatio directa* & *contraria*.1.281.11.
Commodatarius *præſtat culpam leviſſimam*. 1.282.13.6.
